Digitized by Google

6
27-E

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

05.1.35.
FB
G
38
6-2½.E.1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA
INSIGNIUM
ILLUSTRIUM
SEU
OPERIS HERALDICI
PARS SPECIALIS

Continens

Delineationem insignium plerorumque
Regum, Ducum, Principum, Comitum & Baronum
cultiori Europa, cum explicatione singularum tesserarum, & multis ad
familiarum decora, titulos atque jura spectantibus, nec non tabulis
æneis, scuta galeasq; in opere explicata obtutui exponentibus,
& Indicibus necessariis.

Bibliotheca Secr. Autore Coll. Rom. Soc. Iesu

PHILIPPO JACOBO SPENERO D.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Sumptibus Johannis Davidis Zunneri,
Typis JOHANNIS THEODORICI FRIDGENII.
Anno M DC LXXX.

BIBLIOTECA NAZIONALE VE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO
DOMINO

JOHANNI GEORGIO,

BIBLIOTECA ROMA

DUCI SAXONIÆ, JULIACI,
CLIVIÆ ET MONTIUM,
LANDGRAVIO THURINGIÆ,
MARCHIONI MISNIÆ,
COMITI PRINCIPI HENNEBERGÆ,
COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,
DOMINO RAVENSTEINII, &c.
S. ROM. CÆSAR. MAJEST.
CAMPIMARESCHALLO LOCUMT.
ET CHILIARCHÆ,
PRINCIPI ET DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO,
OMNEM COELESTEM BENEDICTIONEM
A
DEO OPTIMO MAXIMO
ET
QUICQUID CELSAM FORTUNAM ORNAT ET REGIMEN FELIX REDDERE POTEST
PIE ADPRECOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Serenisſime Princeps,

Princeps & Domine Clementisſime.

ILluſtre argumentum eſt, quod præſens opus tractat, Illuſtrium nimirum & non uno ſublimitatis gradu Celſarum ſtirpium teſſeræ, commentario Hiſtorico illuſtratæ. Tale verò alii, quàm quod inter pleraque reliqua multùm emineret, nomini inſcribere, cæteris minus dignum videbatur; unde Princeps quærendus fuit, cui ſacrarem Principum iſta decora. Sed illum diu quærere non neceſſe habebam, quando Veſtra, Princeps inclute, in me meaque ſtudia propenſio ultro ad hoc me invitare apparebat, ut Patronum Hiſtoriæ huic meæ exorarem, qui in autorem ſe jam dudum talem demonſtravit; Neque enim unus elapſus eſt annus, ex quo Clementisſimum in me meosque animum experior, multis utique documentis ſæpius demonſtratum.

Suſcipies ergò, Princeps non majorum magis & ſublimiori fortunæ gloria, quàm propriæ virtutis luce Serenisſime, ſerena fronte & æquo animo librum, qui non ſua arte nec autoris dignitate, ſed argumenti circa tot decora & aliarum & Veſtræ glorioſisſimæ ſtirpis, cui cæteræ pleræque, uti quæque nobilisſima eſt, ita propiori conſanguinitatis aut affinitatis vinculo connectuntur, occupati nobilitate aditum facilem ſibi promittit, & ſi qua Magni Principis, quod facile fieri poteſt, protectione egeat, Tuam impertiri non dedignaberis. Ita me ſperare jubet Veſter in literas & quibuscunque publica commoda juvari queunt ſtudia amor, ſi etiam a billo favore receſſero, quem tamen erga me ſæpius monſtratum grata veneratione recolo.

Non aliud ſupereſt, quando eorum, (quorum animos de multarum & integrarum provinciarum ſalutæ curæ ſemper occupant, otio prolixiori ſermone abuti haudquaquam decet) quàm ut votorum, quibus quotidie Veſtra Benignisſimo in cælis Patri commendare ſoleo, huc adſcribam ſummam: ut immenſa ejus bonitas, cui tantum univerſa Domus veſtra Auguſta, & in ea Ipſe, fulgidum eius ſidus, jam debetis, non deſinat quotidie beneficia ſua in Vos, Te, Princeps

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Digitized by Google

optime, Conjugem inclutam, liberos in ſpem futuri ævi adoleſcentes florentiſſimos, agnatos avorum gloria dignos, augere, & quæ hominis, quæ Patris, quæ Mariti, quæ Principis, quæ Chriſtiani vota ſunt vel eſſe poſſunt aut debent, in Vobis ubertim implere. Benedicat Dominus veſtro regimini, ut & Eccleſia floreat, & ditiones pace atque omnium rerum abundantia fruantur, & juſtitia pariter ac ſubditorum obſequium nec non miniſtrorum fides publicæ felicitatis tam inſtrumenta quam teſtimonia longe lateq; agnoſcantur, & ad poſteros celebrentur; atque adeò à majoribus accepta decora, à quibus tot laudatiſſima exempla etiam poſt plurium ſeculorum lapſum hoc ævum noſtrum illuſtrant, cum innumeris divinæ beneficæ gratiæ documentis in longam poſteritatem porro propagentur. Inprimis verò qui Veſtram Domum ſub initium vindicatæ ex Romanis tenebris Evangelicæ lucis hujus radiis primùm illuminavit, eamque in ſancta ejus confeſſione hactenus conſervavit, promiſſa majorum pietati nunc etiam divite menſura impleat, nec patiatur unquam in Vobis exempla deeſſe, quibus omnes alii Eccleſiæ noſtræ cives ad ſequelam conſtantiæ dignæque Evangelio vitæ æterna veſtra gloria invitentur. Ita temporis & æternitatis Dominus bene Vobis eſſe jubeat hoc in tempore pro gratioſa ſua voluntate diutiſſimè, ut aliquando in æternitate ſit optimè, & cum deſinent, quæ in hoc ſeculo Vobis aliisque variorum inſignium ſulſerant ſymbolica decora, æterna ejus, qui eſt Leo de Juda, aquila ſuos ſuper alis portans, gallina pullos ad ſe recipiens, lilium amœniſſimum, roſa fragrantiſſima, murus firmiſſimus, faſtigium & ſolum fulcrum ſanctæ ſtructuræ & omne illud, quicquid quocunque ſymbolo hic deſignari potuit, gloria illuſtremini, tot Soles unius Solis radiis æternùm radiaturi. Scribebam Francofurti ad Mœnum, cIↃ.IↃc. LXXX. ipſa ſeptimana, qua Salvatoris ſui vulnera, paſſiones & mortem Eccleſia piè meditatur, cujus meriti gratia noſtra etiam vota Patri æterno grata reddat & exauditionem impetret. Ita voveo

Sereniſſ. V. Celſitud.

ad pia vota & obſequia humillima

devotiſſimus ſubjectiſſimus

PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS D.

Digitized by Google

Lectori Benevolo Salutem.

DUodecimus jam volvitur annus, ex quo edito Commentario de Saxonicis insignibus integri operis de insignibus spem feceram, additâ etiam universi illius στιαγεαφία. Nec defuturus eram fidei publicè datæ, si penes me staret, de otio meo disponere, vel ei plures horas tribuere, quas si non omnes, saltem penè omnes officium publicum, quo per Dei gratiam fungor, sibi postulat. Verum quando in hoc negligere, quæ ejus ratio requirit, non licebat, & subinde alia quæ agenda incumbebant partem horarum à muniis pastoralibus vacuarum sibi vindicabant, tot annorum mora hactenus intercessit. Ubi sæpe plurium mensium spatio nec ista fugitivo oculo intueri permissum fuit, nedum ut continuò incumberem. Accessit hoc etiam, quòd ubi manus admovere cœperam, longè majoris molis rem deprehendi, quàm prius perspicere poteram & plura adhuc deesse, quam in apparatu jam meo haberem. Hæc & promissum factum simul pensitanti non alia expeditior ratio visa est, quam si partem eorum ederem, quæ luci parata jam essent, reliquis in aliud tempus rejectis. Cùm verò duæ partes omnino sint operis totius, quarum prior generalis θεωρία insignium rationes exponet, & regulas, cujus ἰχνογεαφίαν dicto de Saxonicis insignibus commentario inserui, posterior specialis historiam exponit tesserarum, quibus Europæ cultioris magnates & proceres gloriantur: Ab hac initium facere visum est, partim quod hujus argumenti expectatione plures teneri, & ea historia plurium studia historica juvari nossem, partim quòd in ea facilius impressionis fieri posset initium, quando nullum ab altero dependet caput, cum in generali parte ægre ullum ante omnia conscripta capita prælo commendari posset. Itaque partem hanc specialem primùm luci expono publicæ, vel saltem libros ejus tres priores, quibus maxima pars Illustrium continetur insignium: Partem generalem & quartum hujus specialis partis librum, quo παλαιπόμενα, ea nimirum insignia, in quibus explicandis non sufficit supellex mea, nec ab iis, quorum sunt illa decora, in tempore necessaria communicata sunt, repræsentabuntur, in aliud tempus, cùm Deus vitam & valetudinem prorogabit, otiumque aliquod largietur rejiciens.

Porrò de pluribus in antecessum monendus est Lector. Primò me hic recensere Imperatoris, Regum, Electorum, Ducum, Principum, Comitum & Baronum insignia: quod verò attinet equestrem nobilitatem, nulla exempla adduxi eorum, qui non saltem Baronum vel Dynastarum illustrium titulo incluti essent. Nullo id reliquæ nobilitatis contemtu fit, in qua plures familias reperiri scio, & profiteor, antiquitate & nobilitate pluribus novis Comitibus vel Baronibus æquales vel etiam superiores; sed quia opus nimiæ molis futurum erat, si quis illas familias singulis capitibus explicare conaretur: tum pauciſſimæ sunt

quarum in manibus meis hærent genealogiæ, quarum tamen notitiam explicatio illa & methodus, quam mihi ſumſi, exigit. Unde hanc mihi ipſe ut dicerem legem neceſſe fuit, ut intra Baronum ordinem ſubſiſterem. Quod equeſtres ſtirpes attinet, earum decora in parte generali, & quidem potiſſimum capite V. enumerabuntur, in quo figuræ, quæ in ſcutis occurrere poſſunt, recenſentur, atque illa inſignia quævis ad figuram ſuam referendi occaſio erit commodiſſima. Si quis verò iſtorum etiam hiſtoricam & plenam deductionem publicè edere debeat, eum longè locupletiori apparatu inſtructum eſſe neceſſe eſt.

II. Secundum illud eſt, quod inter familias iſtis dignitatibus illuſtres nullum ſelectum fecerim, novæ an antiquæ ſint, & iſta axiomata ſua à longa annorum ſerie repetant, vel recentius virtute aut quocunque modo acquiſiverint: & quod Germanicas noſtras attinet, inter Imperii proceres vel ordines numerentur, an è cenſu illo exemti ſint. Ita etiam Illuſtriſſimæ ſtirpes ægre ferre nequeunt, hîc lateri ipſarum eas junctas, quæ origine æquales non ſunt, quas tamen Supremorum Capitum, Imperatorum aut Regum ſuprema poteſtas titulis æquavit. Neque ego ille ſum, cui hoc competat, ut arbitrium interponam inter ipſas, aut invidiam vel odium exinde reſultaturum ſuſtinere valeam.

Eadem cauſa eſt III quod ordo dignitatis nullus ſervatus eſt: quemcunque enim elegiſſem, citra aliorum injuriam aut invidiam id facere non poteram. Itaque Alphabeticus placuit, in quo nemo indignari poteſt ſeriei literarum à non uno millenario annorum uſitatæ. Quando verò tres libri hîc continentur, in primum retuli, quorum pleniorem jam cognitionem habebam, & maturiùs acceperam, quæ me ſcire neceſſe erat. Proximus libet locum dedit illis, qui poſt iſtos ſua ſubminiſtrarunt, vel diligentia mea interim invenit, quæ illuſtrandis illis neceſſaria erant. In tertium referri neceſſe fuit, quæ diutius expectavi, & ad finem jam properantibus operis allata fuêre. Unde nulla honoris prærogativa eſt in ordine librorum, cum in omnibus compareant ex ſupremis principibus aliqui, & alii ſortis imparis, quod ipſa αὐτοψία docet. Novi fuiſſe Viros Nobiliſſimos, qui optaſſent ſaltem illum dignitatis ordinem ſervatum eſſe, qualis in Sibmachero fuit, ut Reges una ſerie, poſt hos Electores, tum Principes, inde Comites, demum Barones enumerarentur. Nec diffiteor, id longè futurum fuiſſe elegantius. Verum enim vero hac methodo nec operis fieri potuiſſet initium, niſi jam ſupremorum illorum capitum teſſeris ſatis explicatis, ut deinde ad reliquos pararetur tranſitus: jam verò in regiis etiam δέγματα erant, in quibus hærebam: unde non alia ratione maturari opus potuit, quàm ſi nullus ordo eſſet. Præterea non ſatis cavere offenſas aliquarum familiarum potuiſſem ob rationem non unam. Ex omnibus ergo difficultatibus non aliter me extricare poteram, quam ſi nullus vel Nationum vel dignitatum, ſed ſolus alphabeticus ordo ſervaretur, quo modo cum vel aliquis numerus tantum paratus fuit inſignium, mox imprimendi initium fieri, & hactenus ſemper continuari opera potuit. Quidquid verò confuſionis ita commiſſum videri poteſt

Digitized by Google

teſt, omne illud index, qui triplex adjectus eſt, in ordinem rediget.

Quartum quod obſervandum duco illud eſt, in familiis Germanicis Joannis Sibmacheri à Paulo Fürſtio continuatum opus Armoriale (Wappenbuch) fundamenti loco ſubſtratum & à me ſervatum eſſe, niſi ubi aliunde de iſtius erroribus cognovi, atque adeo illud correxi. Si verò in aliis erraverunt viri iſti, de quibus certiora non edoctus ſum, non alia fide quam ipſorum nitor. Sunt autem ab ipſis familiis longè maxima pars mihi ſubminiſtrata, vel aliunde à me conquiſita, in quibus vel de Sibmacherianis confirmatus ſum, vel rectius edoctus.

V. Genealogicam notitiam plerumque præmittere ſtudui, quia illa non parum ſcutarias teſſeras illuſtrat: quibus verò uſus ſim autoribus in ſingulis ferè memoratur, & lector, unde hauſerim vel qua fide tradam, eruditur.

VI. Quamplurima ab iis, quorum ſymbola tracto, mihi communicata ſunt, quæ fide ipſorum nituntur, de quo tamen ego non reſponderim. Non diffiteor enim ad me miſſa ex locis illuſtribus, de quorum veritate plurimum mihi dubium eſt, (uti ſcio tabulariorum in antiquioribus chartis majorem ſæpe eſſe inopiam, quam quis credat, ob varia ſuperioris ætatis bella, & tum antiquis horum monumentorum ſervandorum curam defuiſſe, ſæpe etiam modernorum induſtriam hac in parte laborare; imo aliquoties de quibusdam moniti quidam faſſi ſunt ſua παραγράμματα in ſtudio plerisque ignoto. Alii, quæ communicaſſent, ita exprimi volebant, quibus refragari non licuit. Inprimis autem veterum traditionum valde mihi ſuſpecta fides eſt. Ita cum Q. Curtio Rufo dicam 9, 1, 34 *Equidem plura tranſcribo quàm credo, nam nec adfirmare ſuſtineo, de quibus dubito: nec ſubducere, quæ accepi.* Quæ ſemel monuiſſe ſufficiat.

VII. Quod ad tabulas æri inciſas attinet, hæ quoque ordine deſtituuntur, imo illo turbatior eſt, quàm ipſorum capitum, unde reperies in prioribus tabulis quædam ſcuta, quorum illo loco explicationem inſerere cogitaveram, ſed cum eo ventum eſſet, ob defectum adhuc neceſſariorum ſubſidiorum in poſteriores libros rejicere ſum coactus: verum illi ἀταξίᾳ parata ex indice eſt medela. Cæterum ſculptæ ſunt Gallico more punctulis aut lineolis vel transverſis, vel perpendicularibus vel diagonalibus vel cancellatis expreſſa tinctura metallorum vel colorum, qualia ſcutula ſub finem in extrema tabula repræſentabuntur, illis inſervientia, quibus exotica illa conſvetudo nondum nota eſt; quia hactenus noſtri literis initialibus colorum ſolebant indicia facere. Ubi verò minutiores ſunt figuræ, quam ut lineolis illis ſatis diſtingvi colores potuerint, ad explicationem typis expreſſam recurrere neceſſe erit. Galeas omnes deauratas exhibui, quando ille vulgatus jam illuſtrium moſeſt, de cujus antiquitate aut de jure, ut & aliis, quæ multi ſibi arrogant, hic non diſputo. Quod numerum attinet, clathrorum in galeis, nulla diſtinctio obſervata eſt. Quamvis enim apud Gallos eges aliquæ à fecialibus propoſitæ & receptæ legantur, noſtris tamen diſcrimen ullum in his obſervatum eſſe nullibi vidi.

VIII. Quod attinet jura familiarum, vel titulos quibus ſua dominia & ditiones acquiſiverint, aut ſibi deberi prætendant, ſecutus ſum, vel ea quæ communicata ſunt ab ipſismet illuſtribus, vel quæ in aliis ſcriptoribus Hiſtoriarum, genealogiarum, aut juris publici extiterunt, aut peculiaribus ſcriptis publice propoſita ſunt, Ea plerumque in compendium redegi, pro hujus operis ratione. Qua in re proteſtor, nullius me partis agere advocatum, ſed tantum hiſtoricè referre, quæ in controverſia fuerint, & ultro citroque ſunt diſputata. Meum verò non eſt tantas componere lites, vel pro altera parte pronunciare, unde eum comparare potui, utriusque partis vel juxta poſita vel diverſis partibus locata fundamenta expreſſi, uti ex illis quæ acceperam didici. Nec hoc opus eſt, ex quo quisquam pro ſe alleget, & jus ſuum ita corroborari vel cum contraria tradidi infirmari credat: cum privatus homo nec ejus autoritatis ſim vel opus meum eſſe velim, ut quisquam exinde aliquid in ſui juris compendium trahat, aut trahi patiatur. Scribo inprimis hiſtoriarum ſtudioſis, ut hi aliquam de iſto argumento capiant notitiam, non plenam neque deciſivam cognitionem hic quærant, ſed iſtam duntaxat, quæ eorum conditioni convenit: imò potius tantum manuductionem præbeo, à qua deinceps, ubi de illis rebus accuratiora & certiora illos diſcere neceſſe fuerit, ad alios ire illos jubeo, qui ampliores propinent crateres, cum hic de præguſtu agatur. Si qua argumenta unius partis non ea vi vel ἀκριβείᾳ expreſſi, quam ea optaret, non ſtudio id factum eſt, ſed quod aliter non conſtitit, cum paratus fuiſſem, ſubminiſtrata fideliter exprimere, vel ſi quid in his etiam deſideretur quarto libro lubens inſerere. Neminem enim offendere eſt animus, & ſi quis ſe, quod haud opinor, offenſum credat, rectiora edoctus ita ſatisfacere paratus ſum, ut ſequenti operi inſeram. Multò minus novas conditiones & bella fovere ſtudeo, pacis tam amans quàm Martis ſi quisquam alius oſor, adeo ut in univerſa noſtra Europa potius omnes prætenſiones extinctas mallem, & quemvis ſuis tantum tranquillè frui longè ſatius cenſerem, quàm ullius hominis ſangvine quoscunque etjam non injuſtos titulos redimi. Ita qui innoxio modo circa iſta argumenta me verſari credo, nemini quicunque ille ſit, noxam facere cupio, atque ita rem ab omnibus æqui amantibus ſuſceptum iri confido. Imò hac cauſa viris aliquibus illuſtribus, adeoque inclutis ad Comitia legatis pagellarum impreſſarum majorem partem in tempore transmiſi, qui, ſi quid in illis correctione egeret, maturè moneri optarem, & monitus obſequuturus eſſem.

IX. Phraſi ob nomina propria ſæpe uſus ſum barbara: quamvis enim multò maxima pars nominum propriorum ad Latinarum vocum affinitatem potuiſſet traduci (quod ſemel iterumque factum eſt) prævidi tamen exinde orituram obſcuritatem, de qua in aliis multi queruntur, ita ſervare voces non Latinas & in conſtructione etiam e.g. Comes de &c. cum vulgo loqui quam ex Latio arceſſens voces minus intelligi malui.

X. Quæ-

X. Quædam, quæ errata erant & inter relegendum obſervavi, indici primo inſerui, prout etiam quasdam additiones, quæ à quibusdam viris illuſtribus hactenus miſſæ erant.

XI. Sunt adhuc in manibus non pauca inſignia illuſtrium, in quibus deſcribendis jam laboravi, ſed in pluribus non mihi ipſi ſatisfacere poſſum, & ſpes adhuc fuit aliunde, quæ doceri opto, impetrandi: alia plane me adhuc latent, vel licet ſcuta adſint, galearum ornatus deeſt, quem tamen methodus mea æque requirit. Hæc omnia quarto reſervo libro, eosque rogatos volo, quorum intereſt, ut ea intra ſemeſtre ad me mittere dignentur, ut deinceps operi poſthac prodituro inſeri queant. Sereniſſ. Famil. Wirtenbergiæ inſignia in hoc opere non comparent, quod his ipſis demum diebus, cum jam inſerendi facultas non eſſet, ad me transmiſſa ſint documenta varia, multa cum induſtria Sereniſſimi mandato, inprimis ab Excellentiſſimo D. Joh. Ulrico Pregizero, Profeſſore Illuſtris Tübingenſis Collegii Celeberrimo, poſt perluſtratum ferè univerſum Ducatum collecta & concinnata: Ex quibus quæ hujus noſtri inſtituti ſunt excerpta ſequentem librum ornabunt, atque enarrabo, quæ familiæ Inclutæ decora & mea in illam obſervantia poſtulant.

XII. Mentionem etiam faciendam eorum, qui noſtra ſtudia juverunt, ipſa jubet gratitudo: porro eorum prætereo nomina, ne prolixior ſim, qui ſuorum Dominorum, quibus inſerviunt, ſcuta vel quæ ad explicationem eorum faciunt, transmiſere, ex quibus aliquos hinc inde expreſſi. De univerſo autem opere & mea induſtria potiſſimum meriti ſunt Perilluſtris Baro Hohbergius Wolfgangus Helmhardus, cujus familiæ caput 42. libri II. ſacratum eſt, & qui avi ſui cura congeſtam & à ſe auctam notitiam plerarumque Illuſtrium familiarum, quæ Auſtriam ornant, indefeſſa in me juvando induſtria ſuppeditavit: Illuſtris Gebhardus ab Alvensleben, Sereniſſ. Adminiſtratori Magdeburgico à conſiliis intimis, qui in hiſtoriarum & familiarum non noſtri ſolum imperii, ſed reliquæ Europæ cognitione neminem, credo, habet ſuperiorem, ego vero mea qualiacunque ſtudia in hiſce ab ipſo plurimum promota ingenuè confiteor, cui etiam magna pars additionum & emendationum debetur, quas indici primo inſertas monui: Magnificus J Ctus Anton. Schott, Sereniſſ. Electoris Saxonici Conſiliarius, & ad Comitia Ratisponenſia legatus, cujus & affinitate glorior (quando vitrici mei ſorore ipſe natus eſt) & promtiſſimam voluntatem multo meo commodo expertus ſum, cum à reliquis Nobiliſſimis & Excellentiſſimis Legatis, qui Comitiorum cauſa Ratisponæ agunt, quamplurima obtinuerit, quæ ipſorum Principes concernerent, & chartas noſtras illis luſtrandas obtulerit; & Ampliſſimus Joannes Moth Reg. Maj. Dan. Secretarius, qui non ſolùm Regiæ familiæ decora, ſed & quamplurima regni illius illuſtres proceres concernentia communicavit, quæ cum nondum pro methodo noſtri inſtituti elaborari potuiſſent, maxima ex parte ſequenti libro reſervantur. Horum beneficium, quod præ aliis in juvando inſtituto fuerint benigni & ſeduli, merito publicè etiam commendandum fuit, ut Lector ſciret, cui iſta debeat. XIII.

Digitized by Google

XIII. Quod indices concernit, tres adornati sunt; primus exhibet familias, quarum insignia integris capitibus vel partibus plenè explicantur, & Tabulis æneis exprimuntur: Secundus tradit nomina familiarum, regnorum, principatuum, comitatuum, dominiorum, quorum tesseræ repræsentantur & explicantur, vel in areolis majorum illorum scutorum, indice priori exhibitorum, vel incidenter in tractatione istorum. In tertio leguntur nomina dominorum vel ditionum aut arcium & locorum, quorum mentio fit in titulis vel tractatione ipsa, utpote quod locum præbeant habitationis certis Proceribus, vel ab illis lineæ denominentur, vel quod aut quo jure ad aliquas familias delata sint, vel quocunque demum modo illorum mentionem ita in textu facere necesse fuit, ut è lectoris re visum sit, nomen in indice etiam legi.

XIV. Cum absque Serenissimæ familiæ Saxonicæ insignibus opus hoc prodire non debuerit, integrum denuo commentarium ante hos duodecim annos editum huic operi inferere seu potius præmittere sub nomine Prolegomenorum visum est, ut tamen tractatio eadem forma prodiret, qua tum prodiit, nisi quod quædam emendata & aucta sunt: Licet si ad modum reliquorum in omnibus debuisset adornari, plurima adhuc à methodo nostra nonnihil abludentia mutari & contrahi necesse fuisset, sed malui ita relinquere, uti prius conceptus fuit, & eum toti operi præfigere.

Sed hîc terminus esto præfaminis: precor Deum, ut illa etiam opera nostra aliquorum bono, inprimis eorum commodo serviat, qui historicis studiis incumbunt, & aliquando publicis adhibendi consiliis atque negotiis, de hoc etiam argumento & decoribus familiarum illustrium plura scire necesse habent, quæ multa investigatione hinc inde conquirere hactenus opus fuit, cum ista opera effectum sperem, ut collecta reperientes plurimo labore posthac supersedere possint. In id enim mihi laborandum, & impigra industria olim congesta nunc verò in ordinem redacta, publicæ luci exponenda credidi, ut alii partem horarum his alioqui non sine fastidio impendendarum reliquis suis curis & studiis lucrifacere possent. DEUS familias istas, quas in Christiano orbe multa hactenus gloria cumulavit, pro gratiosa sua voluntate porro conservet atque augeat: imprimis verò proceres sua gratia tales præstet, qui non tam titulorum fastu, insignium horum, si absque virtute sint, vana ambitione, & potentiæ amplitudine glorientur, sed omnes, quibus hanc etiam benedictionis temporalis partem DOMINUS dominantium indulsit, non proprio fruendam, sed sub beneficiario jure administrandam, ita demandata potestate in timore Supremi sui DOMINI utantur, ut appareat eos credere, quod non sui honoris causa vivant, & propriæ gloriæ cum aliorum plerumque injuria amplificandæ studeant, verum omnia cœlo accepta, familiarum illustrem splendorem & ἐξοχὴν, dignitatem præ reliquis mortalibus concessam, potestatem in regna, principatus & ampliores augustioresve terras & subditos suos, in celebrationem glorioſissimi nominis divini, (in quam omnes ipsorum gloriæ radii, indeetiam venientes, reflecti debent) inprimis in sanctissimi Evangelii Christiani dignitatem atque illam decentis sanctimoniæ sua autoritate & exemplo curandam promotionem, & subjectorum, quibus corpore & animo bene esse debet, salutem ea fide & studio conferant, uti olim justissimo judici de administratione sua reddituri sunt rationem. Ita non leonum tantum fortitudinem, defendendis ab injuria subditis necessariam, & alias in ipso seculo prædicari solitas virtutes excolendas sibi meminerint, sed istas etiam, quibus in seculo parum est pretii, ast ab omnibus, qui CHRISTUM profitentur & ejus nomine regnant, æque exiguntur, fidem, pietatem, temperantiam, castitatem, justitiam, mansvetudinem, humilitatem, clementiam: atque hac ratione futurum est, ut cum appropinquet dies, quo abolebit REX REGUM, solus regno & imperio dignus, omnem principatum & omnem potestatem & virtutem (πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν 1. Cor. 15, 24.) ipsi non confundantur, sed loco horum radiorum cum tempore deficientium, quibus hic fulserant, æterna luce circumfusi in communionem gloriæ veniant ejus, qui eos suo sangvine emit, & non terrenæ tantum dignitati, sed æque ac alios, si unica in meritum ejus fide oblata recipiant, æternæ saluti destinavit.

PRO-

Digitized by Google

PROLEGOMENA

Continentia

Commentarium Hiſtoricum in inſignia Sereniſſimæ Domus Saxonicæ 1668. editum, & jam in nonnullis emendatum atque auctum.

ARGUMENTUM

PROOEMIUM.

Cap. 1.

De Scuto. Sect. I. Scutum Electorale.

§. 1. *Scuti diſpoſitio. Mos plurium areolarum.*
2. *Leo Thuringicus. Differentia ab Haſſiaco. Defectus libri armorialis.*
3. *Thuringia. Ejus Domini. Ex Carolinis. Landgravii: Succeſſio ad Miſnicos.*
4. *Leo Miſnicus. Marchiones.*
5. *Faſcia Saxonica. Serti rutacei origo. Ab aliis familiis aſcitum.*
6. *In Maſchvizio ſcuto ſertum.*
7. *Saxonia. Duces ex Bilingiis. Guelfis. Aſcaniis. Succeſſio ad gentem Miſnicam. Confraternitas cum Duc. Saxoniæ. Equus veterum Saxonum.*
8. *Carbunculus radiatus. Aelius Gracilis. Figura aliis uſitata familiis.*
9. *Clviæ fata. Ius ad Saxones. Ratio. Hiſtoria.*
10. *Leo Iuliacenſis. Comites Iuliaci. Marchiones. Duces.*
11. *Ius Saxonum in Ducatum.*
12. *Montanus ſ. Bergenſis Leo. Montium Domini.*
13. *Aquila Palatinatus Saxoniæ.*
14. *Ipſa Palatinatus dignitas. Conjectura.*
15. *An Vicariatus Saxoniæ ex hoc Palatinatu?*
16. *Palatinatus Thuringiæ.*
17. *Bos Luſatus. Luſatia inferior. Ejus Domini. Redit ad Saxones.*
18. *Luſatia ſuperior. A Bohemis ad Saxones.*
19. *Landsberga. Plura ejus nominis loca. Landsberga Oſterlandiæ. Ejus Domini. Lipſiæ ſcutum.*
20. *Orlamundanus ſ. Vinarienſis comitatus. Quomodo ad Saxones.*
21. *Leo diverſis coloribus tinctus. Exempla alia. Pleiſnenſis terra.*
21. *Ius vetus In Ducatum Svevia. Omiſſum.*
23. *Magdeburgius Burggraviatus. Burggraviorum ſeries. Ad Electoralem familiam.*
24. *An ſcarabei cornua, vel vaginarum extremitates? An circuli angulares?*
25. *An nota Angriæ? Brenæ Comit. Teſſera aliquando ad alios translata.*
26. *Roſa, an Angleriæ? Altenburg.*
27. *Eiſenberg Com. An cum Iſenburgiis iidem. Diſcernicula ex colorum variatione.*
28. *Faſcia teſſellata. Comitatus Marcanus. Ejus principes. Prætenſiones in eum.*
29. *Ravenſpergii cantherii, Ravenſpurgii in Svevia.*
30. *Scuta pura. An inſignia? Regalia ſ.* blutfahn.
31. *Gallina Hennebergica.*
32. *Inſignium paronomaſticorum ſ. loquentium defenſio.*
33. *Hennebergius principatus. Quomodo ad Saxones?*
34. *Enſes Electorales. Mareſcallorum teſſera.*
35. *Dignitas Electoralis collata Friderico bellicoſo.*

Sectio II. Aliorum Ducum Saxoniæ ſcuta.

1. *Differentia ab Electoralibus.*
2. *Scutum D. Auguſti Parmula media.*
3. *Magdeburgius Archiepiſcopatus. Ejus hiſtoria.*
4. *Barbienſis Comitatus.*
5. *Scutum Ducis Chriſtiani.*
6. *Epiſcopatus Merſeburgius. Hiſtoria.*
7. *Mauritii Ducis Clypeus.*
8. *Clavis & Gladius Epiſcoporum.*
9. *Epiſcopatus Citicenſis ſ. Naumburgius. Hiſtoria.*
10. *Scuta linea Erneſtina.*
11. *Scutum Ducis Ioannis Georgii Iſennacenſis.*
12. *Sayn, VVitgenſtein, Homburg & Freisburg.*
13. *Scutum Ducis Friderici Gothani. Thonnenſis dynaſtia.*

14. *Veterum Ducum ſcuta. Friderici. Ioannis. Alberti.*
15. *Ioannis Friderici. Georgii. Henrici.*
16. *Mauritii. Auguſti. Ioannis Friderici. Ioh. Wilhelmi.*
17. *Scutum Iuliaco-Clivia ſucceſſione auctum.*
18. *Ioannis Friderici filiorum. Rombild.*
19. *Burggraviatus Wurceburgius.*
20. *Concluſio.*

Cap. II.

De Apice vel timbro & galeis.

1. *Apex. Galearum uſus. Earum ſitus. Diſcrimen.*
2. *Luſatia ſuperior. Alæ.*
3. *Clivia Taurinum caput.*
4. *Cornua. Folia dependentia. Thuringia.*
5. *Saxonia. Electoratus. Columna an pileus?*
6. *Differentia apicis à ſcuto. Wettini Comites. Miſnia Marchiones.*
7. *Iuliacum. De Figura dubium.*
8. *Montanus Ducatus. Cauda Pavonina.*
9. *Inferior Luſatia.*
10. *Ducalis linea galea.*
11. *Aliorum laterculorum apices. Palatinatus utriuſque. Landsberga. Magdeburg. Burggrav.*
12. *Hennebergici Principatus.*
13. *Orlamunda. Brena Pleiſſa. Eiſenberga. Aldenburgi.*
14. *Marca Ravenſperga.*
15. *Regalium.*
16. *Scuti appendices reliquæ.*
17. *Weckii promiſſa explicatio inſign. Saxonicorum.*
18. *Votum.*

PROOEMIUM.

DE natura vel jure inſignium gentilitiorum generatim agere, alienum ab hoc loco, & ad partem primam hujus operis ſpectat, quam Deo volente proxime publicæ luci exponemus. Hic vero, ut diſciplinæ hujus, quam noſtris majori ex parte ignotam juſta methodo tradere conſtitui, aliquis præguſtus exſtaret, ſpecimen ſolum Heraldicæ tractationis exhibere, &, quod inprimis ad rem viſum eſt, huic fini in *Saxonicæ Sereniſſimæ* familiæ emblemate juxta feciales ſcita conſiderando occupari decrevimus. Hoc tamen omninò prænotandum eſt, omne illud, quod Heraldica ſcientia in inſignibus explicare ſolet, ad duo fere capita, *ſcutum* & *apicem*, quorum utrique tamen ſuæ ſunt appendices, referri: unde nobis etiam in duobus illa Saxonicorum armorum decora luſtranda fuerint.

§. 2. Porro unum, antequam rem ipſam aggredior, præmonere neceſſe eſt, videlicet non probare nos *myſteria*, quæ plerumque è ſignis aut coloribus elicere vulgò volunt, nullibi quam in poematibus ferenda. Vel ſi quis illa omnino nolit improbare, utatur per me ſuo ſenſu; mihi ſtat animus eorum in hac meditatione non facere mentionem. Sit ergo Leo Symbolum magnanimitatis heroicæ, bellici roboris, clementiæ erga ſubditos & devictos, gratitudinis, prudentiæ, principatus; Aquila victoriæ, celſitudinis, perſpicaciæ &c. Bos roboris, utilitatis, caſtimoniæ, temperantiæ, modeſtiæ, juſtitiæ, tolerantiæ, laboris, fortitudinis, &c. Roſa refectionis, liberalitatis, ſtatus florentis, gaudii, ſpei; pali & cantherii ſuſtentationis publicæ, &c. & liberum ſit cuique, ſuis delectari alluſionibus, dum mihi etiam fraudi non ſit, de illis, quibus non capior, tacuiſſe: neque neceſſitas imponatur, ea tradendi, quæ extra eos uſus, ubi luſibus ingenii patere campus debet, non probo. Alioqui ſi quid ſolidi in illis rebus quæratur, male de iſta Heraldica ſeu inſignium arte mereri videntur, qui illa vanitate non ſe tantum, ſed ipſam diſciplinam, nullo hujus vitio comperto, apud alios riſui expoſuere. In eos certè omninò quadrant, quæ Doctiſſ. *David Blondell. Geneal. Franc.* T. 2. p. 164. in univerſam ſcutariam ſcientiam dicere apparet. *Neciplis*, inquit, *aliiſque per totam Europam regibus defuere Myſteriorum inventores, qui ubique ſcientiam, quam Heraldicam vocant, aggeſtis quotidie de re arbitraria, & per ſe nihili, placitis tradiderunt, & aliis ad colendum obtulerunt.* Et p. 163. *Quomodocunque de leonibus & aquilis, de aurei, coccinei, cærulei coloris excellentia philoſophari libeat, omnia in incerto eſſe, ipſiſque principum & magnatum compagnantibus facilis (dum ſua quisq; voluntati obſequitur, &*

ſymbola

Digitized by Google

symbola symbolis mutat, & paronomastica ex occasione tantum sumta, aliis quibuscunque præfert) scutaria artis nova & ludrica placita concuti, &c. Ante Blondellum, etiam de Germaniæ historia bene meritus *Marquard. Freherus Orig. Palat. P. 1. cap. 13.* ita ait: *in causas colorum, naturam & præstantiam atque inde deductos significatus subtilius inquirere ob veterum circa illos superstitionem frustra sit.* Confer. Celeb. *Ioh. Lim. Iur. Publ. addit. T. IV. ad 2. 7. p. 241. Cl. Franc. Menestr. verit. art. du blas. cap. 8. p. 88.* ubi omnem eam inquisitionem non inutilem tantum, sed ab arte Heraldica alienam esse, & solis poëtis dignam decernit.

§. 3. Porrò alii quoque suspicioni eundum est obviam. Erunt fortè, qui insignia hæc minoris splendoris aut dignitatis, esse existimabunt, quod pauciores latereuli figuras, quas *honorabiles* (*pieces honorables*) appellare solent feciales seu heraldi, ferant: videlicet tantum quinque: cum reliqui animalium aut alioqui naturalium rerum imagines contineant. Sed noverit ille, quisquis ita sentit, regulam, qua nobiliora insignia censent, quæ signis istis imaginariis, ab arte aut natura nihil trahentibus, abundant, ipsa praxi universali Regum & supremorum principum refelli. Conf. præfat. *Menestr. verit. art. dubiaf. c. 18. p. 332.* Si enim Imperatoris, Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Scotiæ, Poloniæ, Portugalliæ Regum scuta intuearis, nulla harum honorabilium figura occurrit. Cum his ergo Serenissimorum nostrorum Principum insignia damnari aut vilipendi oporteret. Potius hæc oriri posset conjectura, *honorabiles* illas figuras, nomen adeptas esse, non quod solum illa præcipua honoris monumenta sint, sed ne solis his linearum ductibus alius omnem honorem abjudicare auderet: unde etiam nomine illis vindicandus ipse fuit.

CAP. I.

DE SCUTO.

A *Scuto*, quod apud *Ioh. Limn. Iur. publ. 6, 6. 47.* non ineleganter tabulæ, quæ gladio scribentis recipiendisve fortitudinis (adde, avitorum dominiorum) notis idonea sit, comparatur, nobis nunc initium faciendum est: in cujus figura determinanda, tantum non ad superstitionem usque Galli curiosi sunt, non etiam Germani, quibus haud semper eadem figura placuit. Illis præcipue probatur, quæ cum superius quadratum pingere destitueris, inferioribus angulis ad rotunditatem leviter flexis in cuspidem desinit. Nostri elegantiæ causa latera & summitatem non minus opere sculptorio condecorant, ut à scuti figura longius abeatur. Id genus *Cartouches* apud Gallos audit, & nescio qua causa vulgò civitatibus tantum & Italis Principibus attribuatur, certè nostris proceribus æque in pretio est.

Porro in Scuto (quod apud Saxones nostros nunquam inclinato, *escu couché*, sed semper recto situ vidisse memini) sectionis modus præcipue observandus est. Hic autem non omnibus Saxonicis Principibus idem servatur. Quamvis enim Germanis nostris subdistinguendi lineas & personas unius stirpis, per varias additiones vel diminutiones, modi, qui Galliæ familiares sunt, & *brisures* dicuntur, (vide aliquando hoc de argumento nostram artem Heraldicam. L. 1. c. 8.) haud æque in usu sint: non tamen impedit, etiam fratrum, nedum agnatorum scuta ita inter se differre, ut latereulos plures numero paucioresve vel diversos contineant: prout vel personæ vel lineæ aliqua dignitas, principatus aut prætensio peculiares sunt. In Saxonica gente, quæ ex Misniæ Marchionibus prodiit, duo hodie prçcipui rami sunt, quos *Ernestus* & *Albertus* Friderici Placidi filii sub finem seculi decimi quinti ex se produxerunt. Cum in Ernesti posteritate initio Electoralis dignitas fuisset, ea dein ad *Albertinam* domum translata est. Unde nunc *Electoralis* ramus in 4. fratribus, quorum quivis aliam scuti divisionem vel peculiares areolas servant, subsistens: *Ernestinus* autem quondam etiam *Altenburgicum* & *Coburgicum*, nunc *Vinariensem*, cujus surculi *Isenacensis* & *Ienensis*, & *Gothanum* palmites complectens, totam Celeberrimam gentem constituunt. Ut vero ordine procedamus, primum Electorale scutum lustrare necesse erit: dein quę cum aliis fratrum aut gentilium clypeis communia vel diversa sint, adjungere constituimus.

SECTIO I.

SCUTUM ELECTORALE.

HOc ſcutum, ut præter *Pauli Fürſt.* **Wapenb.** P. 3. p. 4. monetæ & ſigilla docent, bis ad perpendiculum, ſepties transverſim ſectum eſt, impoſita media parmula. Gallus diceret, *parti de deux traits, coupé de ſept, & un écuſſon ſur le tout.* Noſtri: **zweymal der länge nach getheilt/ und 7. mahl nach der breite geſpalten.** Itaque areolas 22. inque illis varias ditionum, jurium & dignitatum figuras complectitur: more noſtri ſeculi. Nam olim eundem in uſu non fuiſſe, ut ob præcipua dominia inſererentur ſchemata peculiaria, exempla varia docent. Sed ſola non eſt *Saxonica domus*, quæ receptam illa conſignandi conſuetudinem ſervat: majori certè jure, quam cum apud exteros ſæpè familiarum, quæ quocunque modo affinitate ſe contingere credunt, ſtemmata ſub nomine, *eſcus d' alliances*, ſuis σήμασιν inſerunt. Obſervatio alia eſt *Limnæi Iur. publ. Tom. 5. addit. ad 5, 15. p.* 455. non contemnenda, quod & hæc & aliæ Sereniſſimæ familiæ plures, multoties in inſignibus eas exprimant ditiones, quarum titulum negligunt: quod ex conſuetudine quam ratione certâ repetere illa mavult.

§. 2. Sed tempus eſt, ut ſingulos laterculos examinemus: in quibus ſummi ordinis primus *caruleus leonem ex argento & minio faſciis transverſis variegatum* (**mit roth- und weiſſenſtrichen in die quer zertheilet**/ ſeu *d' azur aulyon burellé d' argent & de gueules*) exhibet. Leoni *coronam auream* imponunt communiter ac ita etiam *Petrus Albinus* **Meiſn. Landchr.** *tit. 15. p.* 192. In monetis (conf. *Ioh. Iacob. Luckii Syllog. Numiſm. p.* 105. & alibi) corona hæc non ubique conſpicua eſt, & omnino omittitur in *Fürſt.* **Wapenb.** P. 3. p. 6. quod malo dicere, ἀβλεψίᾳ ſculptoris factum, quam ut in dubium coronam ipſam revocarem. Hujus etiam metalli linguam & faleulas, ſi quid conjicere licet, eſſe ſuſpicor, ex eo quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ coronæ, non verò ipſius figuræ, colorem illa imitari amant. Porrò ipſa *Leonis*, qui inter quadrupedes princeps ferri ſolet, figura, etiamſi regia non ilico nota, (ut adverſus *Chiffletium*, ſuperius allegatus *Blondell. Geneal. Franc.* T. 2. p. 353. oſtendit) ſed ejus uſus paulatim ita communis factus ſit, ut in proverbium abierit, *ſi tu n' aspoint d' armes, prens le lyon.* (*Meneſtr. verit. art. dublaſ. c.* 17. *p.* 315.) dignum tamen magnis proceribus σῆμα eſt, & ſemper ex præcipuis ſignis æſtimatum. Conf. *Sam. Bochart. Geogr. Sacr.* P. 1. L. 4. c. 12. De diſtinguendo hoc Leone ab altero Haſſiaco (Quem vide in Sibmach. **Wapenb.** P. 1. p. 8.) alii non parum laborant. Niſi noſtro leoni coronam vindicaſſemus, ejus defectus luculentam differentiam poneret. Primus è Germanis, qui inſignium excolere hiſtoriam ſtuduit, cum laude nominandus, *Theod. Hæping. de jur. inſign. c. 6. p.* 5. § 10. *m.* 2. *n.* 797. quæſtionem tractat, ſed etiamſi n. 799. diverſitatem affirmet, ejus tamen modum non explicat: niſi quod *Sebaſtiano Münſtero Coſmographo* ſubſcribit, dicenti, **wie ſie dann einen gleichen Schild führen/ außgenommen/ daß die rothen Strich im Löwen verſetzet ſeyn.** Luculentius diſcrimen, me judice, eſſet, ſi ex communi ſententia Haſſiacus Leo decem transverſis tæniis exaretur. Quamvis enim ad hunc modum etiam Thuringicum pingat, & deſcribat de inſignibus præclarè meritus Cl. C. *Oronce Finé, Cogn. de Brianville, injeu d' armoir. p.* 138. *burellé d' argent & de gueules* de 10. *pieces*: atque iisdem terminis ante eum ſcutariæ artis cæteroqui peritiſſimus *Ioh. Iac. Chifflet. inſ. gentil. Eqq. A.V. 96. p.* 60. domeſticis tamen teſtibus Albino & **Sachs in Käyſerchr.** P. 3. p. 176. qui maternas faſcias noſtro inductas tantum memorant, fidem adhibere malo (vid. infra L. 3. c. 23. n. 11. p. 638.) Sed & quod hic leonem in *lævam obverſum* (*contourné*) obſervat, rectius non notaſſet. Neque enim id leoni huic perpetuum, ſed areæ ſitus ex more Germaniæ in cauſa eſt. Quamvis videlicet regula Gallis univerſalis ſit: (quæ apud *Meneſtr. abregé Methodiq. des arm. p.* 58. duodecima eſt.) Ut animalia ad dextram convertantur, noſtrę tamen gentis conſuetudine aliud introductum eſt, ut elegantiæ cauſa introrſum, quæ in dextro ſcuti latere pinguntur, animalia ſpectent, nulla ſitus illius peculiari ratione. Quod *Meneſtr. in verit. art. du Blaſ. c.* 10. *p.* 122. exprimit. *Les Allemands pour donner une plus belle forme à leurs écuſſons les mettent ſouvent contournez dans leur écartelеures pour affronter les quartiers.* Non poſſum non notare hac occaſione defectum non contemnendum libri noſtri armorialis **Wapenbuch**/ quod poſt *Sibmacherum* ſuperioribus annis *Paulus Furſt* Norimbergæ edidit: cum neſcio

Digitized by Google

scio qua persuasione, ut elegantior sit species, inprimis in prima & secunda [illegible]e, distincta inter se insignia ad eundem modum, ratione figurarum & galearum invicem obverterunt, ut prima & secunda, quarta & quinta, obliquo situ, altera alteram respicerent parmæ, solum medium scutum & galea situ pingerentur adverso. Quod si exteri intueantur, præter alias suspiciones sequiores, quas de familiis (quibus fors primam & quartam stationem obtulit) concipere possunt, saltem causam aliquam subesse, & eam solicite indagandam, credent. Certè si pictores inde scutum aliquod nobile excerpere volunt, animalia suo situi restituere debent, nisi eundem, quem in libro figuræ tenent, situm servantes non semel errare, & inscitiæ notam apud exteros contrahere, aut certe his crucem figere malint.

§. Hic Leo *Thuringiam*, Franconiæ, Hassiæ, Brunsvicensis agri, Magdeburgicæ diœceseos, Anhaltini Principatus, Misniæ atque Voitlandiæ limitibus inclusam, nemine contradicente, designat. Quamvis de eo, an Ludovico Barbato Conradus Salicus, an Ludovico III. Lotharius II. Imperatores cum concesserint? apud *Albin. Misn. Chr. Tit. 15. p.* 192. disputari videam, Nos hic de Thuringorum vetusta gente, ejus origine & regimine multa recensere supersedemus: eum, qui de his plura scire desiderat, ad annales & Chronica Thuringiæ, quæ authoribus *Zacharia Rivandro, Ioh. Becherero, Frid. Schmidlino, Ioh. Binhardo*, exstant, remittentes. Pauca nobis sufficient. Thuringos suos subdidit sceptro, juxta *Chron. Ioh. Tilii A. C.* 495. Francorum Rex Clodovæus, cum prius proprios reges illi habuissent. Quod vel ex eo liquet, quod Childericus R. Francorum, cum suorum incurrisset odium, apud Thuringos tantisper refugium habuit, donec ope fidi sui W inomari seu Videmari reduceretur in regnum. vid. *P. Aemil.* L. 1. p. 5. Mansit provincia in potestate Caroli M. posterorum (unde forte, qui huic Imp. lilia attribuunt, in quibus strenuè pugnat *Ioh. Ferrand. epinic. pro lil. 6.* lilia arcessent, quæ Thuringiæ sub Francorum potestate constitutæ asserunt, & Erfordiæ adhuc conspici testantur) & in hujus nepotibus Ludovicus Germanicus dictus cum reliquis Transrhenanis eam obtinuit. Demum *Ludovicus* cogn. *Barbatus* ex ejusdem Caroli M. prosapia oriundus, Caroli, qui Dux Lotharingiæ ab Hugone Capeto regno Franciæ exclusus, hactenus masculam summi illius Imperatoris progeniem clausisse credebatur, filius (quod probatum dedit adv. *Chiffletium*, *Eruditissimus Blondell. Genealog. Fr. Plen. assert. T. 2. p.* 33. 34. *seqq.* & ob hoc, si quid argumentum adversari Chiffletii efficeret, omne illud commodo Hassorum & nostrorum Misniorum s. Saxonum cessurum credidit. d. l. p. 280.) novam Principum hujus ditionis orsus est seriem. Cum enim infortunio paterno oppressus, in Germania perfugium quæsi visset, juxta diligentiss. *P. Lang. Chr. Citiz. ad ann.* 1025. à *Birdone* Archiepiscopo Moguntino Vicedominus Thuringiæ constitutus est. Cui titulo post hæc *Conradus Imp.* proprio beneficio ipsius *Thuringiæ & Hassiæ* dominium adjecit. Sed & uxoris *Cæciliæ Sangerhusanæ* dos agri non contemnendum modum complectabatur. Ab hoc reliqua principum progenies descendit, postquam in nepote *Ludovico III. Ludovici Saltatoris* filio accessisset *Landgravii* s. Comitis provincialis dignitas. Cum enim eousque peculiares *Marchiones Thuringiæ* fuissent, quorum seriem recenset *P. Albinus Chr. Misn.* p. 410. 411. Lotharius Imp. ad quem ab uxore hæc ditio suo ex Hedevige filia genero, præfato Ludovico III. cum titulum &, quod aliquibus videtur, hanc tesseram concessit. Post patrem filius *Ludovicus IV. Ferreus* & nepotes *Ludovicus V.* Miris atque *Hermannus* præfuere Thuringis. Hermanno succedere filii *Ludovicus VI.* qui Sanctus cognominatus, & *Hermannum* genuit, veneno ab anu Bertha Seburgensi 1241. interemtum, atque *Henricus*, cogn. *Raspo*. Hic à factione Papæ Imperatoris titulo mactatus, & Friderico II. oppositus est: Sed 1247. 16. Febr. ex vulnere ad Ulmam accepto decedens Caroli M. posteros mares terminavit. Hoc mortuo controversiæ factus locus: cum hinc Henricus Illustris M. Misniæ, *Theodorico* comite Weissenfelsio ac *Iuditha seu Iutha* Thuringica Henrici & Ludovici sorore natus, illinc *Sophia* Ludovici filia successionem sibi arrogarent. Cum Sophiæ agnationis nomen prodesset, pro Theodorico, præterquam quod olim Witikindeæ stirpi hæc ditio paruerat, sexus fuit, atque ab imp. Friderico II. juxta *Albin. Chr. Misn. Tit. 15. p.* 191. *ex Monacho Pirn.* concessa erat 1227. *exspectativa*. Quibus titulis procerum voluntas accessit, principem vicinum & amicum ad gubernacula vocantium. Interim *Sophia* Brabantina pro filio Henrico

puero *Haſſiam*, adjuta aliquorum ex Ordinibus favore, occupat, & in ſua verba ſacramento adſtringit. Nec tamen lis ita ſopita eſt: verum, cum certum Imperio caput non eſſet, cujus judicio cauſa dirimeretur, 1255. in bellum utrinque prorupere. Vario illud Marte geſtum eſt, ut tamen ad extremum Sophiæ cauſa, capto Alberto Brunſvicenſi, auxiliari Principe, inferior videretur. Profuit hoc, ut tandem pax inter partes contendentes fieret, qua arces ad Werram lytro quidem Alberti Miſnicis conceſſæ, Sophiæ cederent, & ita Haſſia atque Thuringia diverſos inciperent habere dominos. Conf. *Fabric. Saxon. L. 2. ad ann.* 1158. *ſeq.* Quinimo occaſio etiam hac contentione data eſt arctiori inter utramque domum Miſnicam & Haſſiacam unioni: quæ ab aliis quidem ipſa *Confraternitas* creditur, poſtea potius 1373. inita: à *Limneo* autem *Iur. publ.* 4, 8, 161. oſtenditur, fuiſſe confœderatio Erbvertrag non Erbvereinigung. Conf. eundem *Tom. IV. addit. ad h. l. p.* 621. & T. 5. p. 302. ut & Celebert. *Bened. Carpz. Diſp. de pacto Confrat. Saxon. Haſſ.* Ea Confraternitas hodie quoque durat, ut ſeu planè eundem ſeu non multum diverſum leonem in utroque ſcuto comparere, mirum eſſe non debeat. Quamvis autem poſt tot ſecula & factam tranſactionem ſupervacaneum plane ſit, Henrici agere advocatum, ejuſque juri exponendo inſudare, ſufficit tamen notaſſe, quod illud regulæ incumbat, quam in cauſam non diſſimili doctiſſimus hiſtoricus *Ioh. Caramuel à Lobkowvitz in Phil. prud. R. Luſit. demonſt. L. 5. diſp.* 8. *p.* 417. non ponit tantum, ſed multis JCtorum auctoritatibus, quas excerpere vel huc adſcribere non neceſſe duco, ſtatuminat, quod Agnata non debeat Cognato præponi, ſi uterque in eodem gradu exiſtat. Aliud axioma feudalium doctorum adv. Sophiam militabat, cum ſemel excluſam fœminam (contigit id Sophiæ, cum patruus Henricus principatum ſuſciperet) ſemper excluſam manere vulgo aſſerere ſolent. Verum antiquos tumulos refodere, aut quæ decertata ſunt redordiri bella, (nam Sophia etiam ſpeciosis ac validis argumentis non deſtituebatur) nulla nos neceſſitas cogit.

§. 4. Diu nos Thuringicus leo tenuit: huic alterum *Miſnicum* addamus, qui opponitur in laterculo primi ordinis tertio vel ſiniſtro *aureo*, & *niger* (quo colore tantum in Syria reperiri eos nonnemo author eſt) *linguam & ſaliculas coccineas* erecto ſitu protendit. (*d' or au Lyon de ſable, armé, & lampaſſé de gueules.*) Neque de figura amplius quid addere neceſſe eſt. Symbolum eſſe *Miſniæ*, quam hinc Thuringia & Saxonia, illinc Luſatia & Bohemia includunt, modo diximus. Qui hujus incolas veteres ſcire avet, is *Albinum* accedat opottet, fuſe materiam pertractantem: cùm poſt Hermunduros Myſorum populum agnoſcit, qui à Sorabis Venedica vel Sarmatica gente diu oppreſſi, ope Francorum demum jugum excuſſerint, atque aucti colonis Saxonicis fines priſtinos occupaverint. Inſtitutus in ea Marchionatus (Qua de dignitate conf. eundem *Albin. Chr. Tit.* 9.) hodienum durat, & ipſo hoc emblemate (aliud enim *Burggraviatus Miſnici*, qui diu & uſque ad Henrici VII. mortem 1572. penes Illuſtriſſimam Dominorum *Ruthenorum* ſ. *Reuſſiorum de Plavia* familiam fuit, quinimo nunc quoque inveſtiturâ Cæſareâ illis dominis dari ſolitâ comprehenditur, ſignum notatur in Wapenb. P. 2. p. 13. videlicet, in aureâ parmâ niger decuſſis. conf. inf. L. 1. c 81. n. 14. p. 422.) in ſcuto noſtro indicatur. Fuit illa dignitas, antiquam ſi traditionem non dedignamur, penes Witikindeos, ut tamen non una ſemper linea illâ gauderet. Vide ſæpius memoratum *Albinum* p. 403. ubi à Friderici Wethinenſis filio Brunone orſus, poſteros (in quibus *Eccardus* regnum Germaniæ affectavit) recenſet. Cum vero in Eccardo II. 1046. al. 1068. deſiiſſet maſcula progenies, ob ſororem *Mathildem* uxorem *Theodorici M. Landſpergenſis*, linea agnata, duplici jure hæreditatem crevit. Sed in ea etiam, cum *Dedonis Luſati*, qui Eccardo avunculo ſucceſſit, filius *Henricus* (patrimonii adverſus Uratislaum Bohemum Henrici IV. dono nixum, defenſor) & nepos *Henricus* ramum finirent, iterum ad patrueles ſucceſſio delata eſt. *Conradus* enim Thimonis filius, Theodorici nepos, primus ex illis fuit, qui Miſniam ſuæ lineæ illatam in poſteros, abſque iterata translatione, propagavit, ſub quibus hodiè quoque Miſnia eſt. Vid. Genealogos in noſtris præcipuos *Hieron. Henning. Theatr. Geneal. T. 3. P. 2. p.* 11. 12. 13. *El. Reuſner. Baſilic. Genealog. P.* 3. *p.* 269. *ſeqq. Nicol. Rittersh. in tab. Miſn. March.*

§. 5. Media inter Thuringicum & Miſnicum Leones area *octo* (aliis decem) *transverſis aureis & nigris taniis* (alii *ſtratoria ligna*, minus ex ar-

Digitized by Google

ex altis modo loquentes, vocant, alii trabes) exarata conſpicitur, *ſerto viridi rutaceo* (unde etiam Gallorum *Cranelin*, à noſtro Kräntzlein) ſeu mitella toti ſuperinducto, (*faſcé ou burelé d'or & de ſable au cranelin de ſinople brochant ſur le tout.* M. Gilb. de Varenn. vocat *bande fleuronnée ſeu demie couronne de rue peri en bande.*) Originem figuræ hujus poſt *Cranzium* & alios allegatos *Haping. de jur. inſign.* c. 6. p. 5. m. 5. n. 710. p. 345. illam prodit: Fuiſſe Bernhardo filio Ottonis Aſcanii, inſignia paterna, quæ *Ballenſtedium* Comitatum (unde cum trabes has *Joh. Pomarius* Sächſ. und Niederſächſ. Chron. p. 161. Balken vocet, inſignibus æquivocis hæc adnumerabuntur.) notabant (*Conf. Sibmach.* Wapenb. P. 2. p. 22.) aureis & atris faſciis variegata. Cum vero poſt Henricum Leonem exautoratum, cujus poſteri Sereniſſ. Duces Brunſvicenſes memoriam veteris dignitatis equo Saxonico galeæ impoſito adhuc ſervant, 1181. Fridericus Barbaroſſa Imperator ipſi Ducatum Saxoniæ contuliſſet, ipſum oraſſe, ut aliquo à fratribus ſuis diſcrimine arma Ducatus inſignirentur: Tum Fridericum, ut erat coronatus per æſtum, rutaceam coronam ex obliquo ſupplicantis Clypeo injeciſſe. Conf. aliam ſed minus probabilem occaſionem recenſitam à memorato *Haping. num. 712. & Limn. Jur. publ. Tom. V. addit. ad* 5. 15. p. 454. Ex eo & hoc apparet, ſcutum iſtud primo in *Aſcania* fuiſſe familia, & ex hac cum dignitate Electorali tranſiſſe in noſtram. Unde mirari ſubit, qui factum, ut Sereniſſimi Duces *Sabaudiæ* ob originem, quam affectant (argumenta vide, ſed ſi verum fateri velis, valdè infirma *apud Samuelem Guichenon in Hiſt. Geneal. Sabaud.*) Witikindeam, ſertum iſtud rutaceum ſuis inſeruerint Symbolis, cum ſi maxime à magno illo principe Saxoniæ illos deſcendere detur, ipſi tamen parmula hæc non competat. Item de *Montisferratenſibus* & aliis, qui à Witikindo derivari amant, dictum eſto. Quod vero faſcias nigras & aureas concernit, eas etiam familia Marchionum de *Ceva*, qui ab Alramo Saxone, æque ac Montferratenſes & Saluzzii, derivari amat, & poſtea Marchiones *de Petra Caſtella*, ac Duces de *Teleſa* in regno Neap. dedit, geſtat: quod in memoriam originis fieri haud abſurde dixeris. Cum vero poſtea Genuæ familiæ ad pauciores reductæ aliis aggregandæ eſſent, hæc Grimaldiis jungi voluit, & aſſumto nomine *Grimaldorum* rhombos avitis faſciis junxit, vid. *Philib. Campanile dell. arm. p.* 208. 209.

§. 6. Unde vero fiat, ut nobilis familia *de Maſchvviz* (vid. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 154.) eandem fere clypeum gerat, cauſam non aſſequor. Res equidem vulgata eſt, figuram inſignium aliquam à Principe ex propriis inſignibus depromtam Clienti concedi, atque ita favoris ſingularis & gratiæ dari monumentum: (Qua de re in noſtra arte Heraldica, agetur P. 1. c. 2.) Unde illa in Galliis horum frequentia, quibus illuſtriores exornant ſcuta, & apud nos aquilæ integræ aut partes earum, Cæſareæ gratiæ munera: inſolens tamen (eo excepto caſu, quo familia exſtincta eſt, quo refero, inſigne Suevicum integrum nunc ab illuſtriſſimis Dapiferis Waldpurgiis geſtari vid. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 19.) integrum concedi ſcutum, vel quod in eo principale eſt ſine nota. Gerunt *Albretani* ſcutum Gallicum, ſed quadrantibus rubeis interpoſitis: alii liliorum aut ſitum, aut numerum, aut colorem mutant; ſi vel aliquid Principalium emblematum obtinuerint, ſibi impenſe gratulati. Unde ſi donum Saxonicum ſuſpiceris ſertum rutaceum *Vegelianum* ap. *Sibmach P. 1. p.* 150. faſciæ obductum, res difficultate caret, quæ in hoc tamen exemplo ſupereſt. Si verò quid dicendum, & extra ſuſpicionem erroris Chaleographus ponendus eſt (fidem enim non ſemel in his decoxit, cum dextri ſiniſtrive lateris nullam differentiam habuit) differentia in ſcuto (de galeis nobis ſermo non eſt) in eo poni poteſt, quod ſertum à dextra ad ſiniſtram vergit apud Principes, in Maſchvviziorum ſcuto, inverſo ſitu: præterea quæ faſciæ his atræ ſunt tres, ex in Ducali parma quatuor ſunt. Quod ultimum ſaperet modum diſtinguendi (*briſures*) cum, cum quid ex pleno ſcuto omittitur, qui hinc inde exempla habet. Vide aliquando præfatæ noſtræ artis Heraldicæ P. 1. cap. 8. Eadem quæ de Maſchvviziis, etiam de *Neuenbrunnis* dicta puta. Vid. Wapenb. P. 2. p. 96.

§. 7. Ex enarratis in propatulo eſt, *Saxoniam* ipſam nunc notari, cum ei ſignificandæ ſcutum Bernhardus acceperit Cæſaris dono. Cæterum Saxonum natio olim ampliſſimè habitavit. Singulas ætates, quibus aut prolati aut contracti ſunt termini, enumerare longius eſſet. Sufficit quod Witikindi, à quo noſtri, tempore ea latiſſima fuit, & ex eadem hac familia ſuos habuit principes. Cum vero ex his Henricus Au-

ceps

ceps & poſt hunc filius Otto I. imperio admoti eſſent: hic de imperio alias optimè, de familia ſua non æquè bene eſt meritus. *Saxoniam* enim (aliis tamen, quam nunc, terminis comprehenſam) quam agnatis dare poterat, his præteritis *Hermanno Billingio* & *Stubeksborn* conceſſit, virtutem cognitam ſanguinis affectui antehabens, imperator ſolius Imperii ſtudioſus. Ab eo deſcendere poſteri ad *Magnum* uſque abnepotem, & *Ottonis Aſcanii* atque *Henrici Nigri* è *Guelfis* ſocerum. Ex his cùm *Lotharius Supplinburgius*, qui poſtea etiam imperavit, aliquandiu poſt Magni mortem Ducatum tenuiſſet, primus Henrici ex Wulfildi Saxonica filius, & Lotharii gener, *Henricus Superbus*, alioqui Bavariæ Dux, à ſocero avitam dignitatem nactus ad filium tranſmiſit *Henricum Leonem*. Hunc à Frider. Barbar. exauctoratum, & Ottonis ſupradicti nepotem Bernhardum Ducatu donatum eſſe §. 5. dixi. Ita penes *Aſcanios* Saxonia per plura luſtra; Nec tamen poſſeſſio ditionis, quæ olim Witikindeæ genti dicata fuerat, quo ad ab hac exulabat, ſtabilis eſſe potuit. Unde cum 1422. *Albertus* ultimus Aſcaniæ directæ lineæ Elector in vivis eſſe deſiiſſet, à *Sigiſmundo Imperatore* virtute ſua *Fridericus Bellicoſus* M. Miſniæ, olim à ſuis fortunæ & temporum injuria ablatum, ſed *Electorali* axiomate interea ornatum, Ducatum, atque ita cum fœnore, recepit. Non diffitemur, conqueſtum eſſe Alberti agnatum *Ericum* de hac Cæſaris gratia, quod agnati præteriri non poſſent: eandemque cauſam Sereniſſ. *Duces Saxoniæ & Angriæ*, (quos *Lauenburgicos* ſolent vocare) ipſo hoc ſeculo, publicata per *Danielem Mithovium* juris ſui, quod in Saxoniam habere credunt, deductione renovaſſe. Sed (quamvis noſtram controverſiam facere nolimus) Seren. Miſnio-Saxonica Domus tot Imperatorum inveſtituris, non interrupta ſerie conceſſis, communique Imperii, eos Saxoniæ veros Ducès agnoſcentis, conſenſu tuta, neceſſe non habet, veteribus titulis, jus ſuum, quod ipſo annorum lapſu extra dubium poni potuit, tueri (conf. tamen ſi placet, præter *Albin. T. 16. p. 109. ſeqq.* inprimis Diligentiſſ. *Frider. Hortleder de Cauſ. Bell. Germ. L. 4. c. 23.* ubi multa ex *Spalatino*, *Limnæum Iur. publ. 3, 10. 2. ſeqq.*) Et nuper 1671. *Confraternitate* inita cum Sereniſſimo Saxoniæ & Angriæ Duce, huic gladiorum ſcuto inſerendorum jus conceſſum eſt. vid. infra L. 1. c. 5. n. 9. p. 32. Sub finem de inſignibus *Saxoniæ veteribus* dicendum aliquid eſſet, ſed inter fabuloſa & vera difficulter diſcernes, ſi quæ auctores produnt de illis, legas. Sufficiat recenſuiſſe; ſi quis illis capiatur. Ita ergo apud *Theod. Haping. de jur. inſign. c. 6. p. 5. § 3. p. 341.* antiquiſſima deſcribuntur Saxonum inſignia, quod ſcutum cæruleum inferna parte exhibuerit Leonem & draconem, ſuperiori aquilam volantem: Vel, ſpeciatim *Bodonis* R. Saxonum, leonem rutilum in aurea area & ſerpentem aureum volantem, inferiori ſcuti parte argentea cum 3. rutilis orbibus, quos triplex cytiſus texerit. (Conf. Diligentiſſimi *Gabr. Butelin. Geneal. Germ. notit. T. 1. P. 3. p. 58.* ubi ex leone primæ areæ aliquam Bodonis, à quo Saxonica gens profata, & Francorum cognationem non improbabiliter conjiciendam putat) *Vvitikindi* majoribus & ipſimet quoque equum, forte in memoriam *Hengiſti* celebris ex illis ducis, nigrum adſcribunt, quem tamen baptiſatus in candidum mutaverit, atque ad poſteros tranſmiſerit. *conf. Haping. c. 2. §. 10. n. 1016. & c. 8. §. 1 m. 5. n. 108. & ſeqq.* Nunc equus ille effrenis Weſtphaliæ notandæ à Colonienſi prælule, & origini Saxonicæ indicandæ à Sabaudis retinetur (vid. infra L. 1. c. 83. n. 7. & L. 3. c. 8. n. 4.) An verò in ſolo purpureo vel rubeo ſalire debeat? diſputant *Le Laboureur* & *Meneſtrier*. Vide hujus *L'art du blaſ. juſtif. c. 3. p. 60.* Eundem equum adhuc in Ducum Brunſvicenſium galea ferocire, dixi L. 2. cap. 9. n. 9.

§. 8. Ita primi ordinis tres areolæ explicatæ ſunt: nunc ad ſecundum ordinem tranſimus, in quo inter duos leones media *rubet, ſcutulo argenteo in corde impreſſo, carbunculo radiato aureo nodato, liliato & Smaragdo in medio inſtructo in totam aream protenſo: de gueules à un écuſſon d' argent en cœur au rais d' eſcarboucle pommeté & fleuronné d' or, allumé de ſinople, brochant ſur le tout.* Phraſi *Chiffletii Inſign. Eq. A. V. n. 47.* uſus ſum in hoc quadrante deſcribendo. Alii octo ſceptra liliata in crucem & decuſſim trajecta volunt: (acht gelbe lilien ſtäb) vel rotam liliis ornatam. *Steph. Pighius in Herc. Prodicio.* ita enunciat: *Clypeus purpurei eſt coloris, inque ejus umbone medio pyropus rotundus (carbunculum appellant feciales nunc temporis) Solis globum referens, & octo radiis aureis triſulcis fulgens.* Hieroglyphicum id eſſe vult *Aelii Gracilis*, qui ſtirpis, quam *Aeliam* ſ. *Heliam* à Sole nuncupatam ajunt, originem ita deſignare conſtituerit. Sed qui fabulam de Helia

Digitized by Google

Helia, ejusque correctionem de Ælio agnoscere nolunt, hi neque interpretationem istam agnoscent. Est alias illa figura in aliis quoque scutis non insolita. Non jam dicam de insignibus *Navarrenis*, de quibus ut alias disputant eruditi, ita communior multorum sententia, radium carbuncularem fatetur. Propius ad hanc figuram accedunt, vel ipsam referunt parmulæ *Schanbergiorum* apud *Sibmach.* Wapenb P. 1. p. 31. & 122. (qui tamen ipsi ex Cliviis derivari amant.) *Greiffenclaviorum.* p. 123. *Dagsburgiorum. P. 2. p. 7.* (ex quo subdistinctioni, *pour brisure*, adhibitam figuram dixeris, quâ Dagsburgii à Liechtenbergicis discernerentur) Com. zu der Marck. p. 18. (nisi vitium ibi suspiciari velimus, cum difficulter de Marcanis illa figura ostendi possit.) *Burggraviorum de Strasburg.* p. 133. Plures ipse lector curiosus colligere potest.

§. 9. *Cliviam*, qui principatus prope divergia Rheni, Geldria, Juliacensi ducatu & Montano, Colonienſi Diœcesi, atque Westphalia includitur, notari isto emblemate, dubio vacat. Hic verò Comitatus, in quorum antiquitus potestate fuerit, ab aliis malo peti: cum vix fidem mereantur, quæ vulgata traditione de *Elia Gratio* ab Imp. Theodosio 717. in comitem investito ferunt. Conf. fabellam à *Lemn. jur. publ.* 5, 10, 1. enarratam, & ibid. n. 2. quâ ratione *Pighius* eam ad verum revocare conetur. Ex aliis nonnulla ipse occasione Brandeburgicorum insignium retuli L. 1. c. 13. n. 8. Undecunque verò dicamus vetustiorem Comitum familiam fuisse, certum est, eam in Ottone, Theodorico & Joanne fratribus, seculo decimo quarto defecisse. Cum verò plures essent, qui in ditiones vacuas immitti peterent, *Pervveesii, Arculei, Mercani.* Tandem Imperiali Caroli IV. beneficio Adolphus Marcanus, Theodorici prædicti ex filia Margareta nepos, & pridem Archiepiscopus Colonienſis Comitatu potitus est, ac ad filium transmisit, in cujus gratiam Imperator Sigismundus 1417. *ducali* dignitate Cliviam donavit. Duravit mascula progenies Adolphi, donec ea 1486. in Jacobo Duce Nivernio apud Gallos, inter Germanos verò 1609. in Joanne Wilhelmo Duce deficeret. Sed antequam hoc fieret, Serenissimæ *Saxonicæ* familiæ jus principatus illatum est. Res paucis ita habet. *Ioannes III. Dux Clivensis* & Maria Ducissa Juliacensis ac Bergensis filiam *Sibyllam Ioanni Friderico D. Saxoniæ*, qui dein Elector fuit, & Magnanimi titulo ad posteritatem illustris est, desponderunt. Pactis verò dotalibus, 1526. 8. Aug. initis, & ab Imp. Carolo V. 13. Maji 1544. confirmatis statuerunt, ut si Joannes & Maria nullos masculos heredes relinquerent, & hi iterum nullos heredes, ut principatus ad Sibyllam & posteros deferrentur. Ita sc. Cliviæ suæ gentis masculis quidem prospicere voluere parentes, si verò illos deficere contingeret, Sibyllæ jus aliarum filiarum titulis potius esse constituerunt. Exstitit conditio, cum Wilhelmus Sibyllæ frater, filium quidem Joh. Wilhelmum, hic verò 1609. moriens nullum relinqueret. Obvertunt quidem alii Saxonicæ causæ adversarii, in posteriori casu *masculinitatis* notam non addi: Saxones vero existimant, ipsam materiam subjectam (agitur enim de feudo Imperii Masculino) docere, eam ex priori membro repetendam: quod & confirmatio Cæsarea clarè testetur & Clivensium reversales. Sed & eo sensu à Saxonibus pacta accepta esse, cum alioqui vix spes fuisset conditionis, quæ substitutioni posita, aliquando futuræ. Itaque, quod fundatum credidit, juri suo non defuit Serenissima Saxonica domus, sed Joh. Wilhelmo exstincto, quæ sibi debita, quibusvis modis conata est asserere. Imo 1610. 27. Jun. *Rudolphus II, Christiano II, Electori*, & reliquis agnatis, investituram contulit, & per Electorem Trevirensem, Landgr. Hassiæ & alios admissionem eorum ursit. Cum postea Rex Galliæ & Respublica Batavorum partes suas interposituri viderentur, iterum Saxones per legatum Wolffgangum Comitem Mansfeldiæ, ne alienis Imperii negotiis se ingererent, rogarunt. Quin & ipsi hereditatis competitores ex parte justitiam causæ vili sunt agnoscere: ut 1611. Serenissimus Elector *Brandeburgicus Interbocensibus* pactis Saxones in trientem ditionum receptus fuerit, nisi Serenis. Palatinus Neoburgicus suum negasset consensum. Ita cum duæ partes, Brandenburgicus & Palatinus, postea ditiones inter se partirentur, Saxonici juris non habita quidem est ratio, belli etiam turbis persecutio difficilior facta: Verum enim verò nec spes nec animus à Saxonibus abjecta, recipiendi ejus, quod jure sibi deberi persuasi sunt, unde *tituli & insignium* retentione hunc animum testantur: tantò magis, quia tractatibus Irenicis *Osnabrugensibus* art. 4, §. ult. ut controversia ordinario processu coram Cæsarea Majestate vel amicabili compositione vel alio legitimo

gitimo modo ſine mora dirimatur, conſtituatur, adeoque ſalva prior relicta eſt prætenſio. Conſulat qui volet, publica monumenta, imprimis **Sächſiſche** deduction, **Sächſiſche Apologi**. Conf. etiam *Ioannis Strauch. Diſſert. exoter.* 10. *p.* 277. *ſeqq. Klock. Conſil. P.* 1. *conſil.* 7. *n.* 240. *ſeqq.*

§. 10. Clivium emblema medium hinc & inde ſinguli leones ſtipant. Ex quibus, qui à dextris eſt, ac ita ſecundi ordinis primam *aream auream* occupat, *corpore niger, dentes ac falculas argenteas, linguam rubeam* protendens (*D' Or au lyon de ſable, denté & armé d' argent, lampaſſé de gueules.*) Si fides habenda eſt *Chifletio Inſign. Gentil. Eq. A V. num.* 58. Nam *Brianvillius in jeu d' armoir. p.* 49. leonem nigrum Juliacenſem armatum, linguatum & coronatum cocco perhibet: ſed coronam ei non deberi ſaltem ex Sibmach. **Wapenb.** P. 2. p. 4. probari poteſt. Ortum hujus leonis *Hæping. de Iur. inſign. cap.* 5. *num.* 34. à Bullionea ducit expeditione, in qua Belgii proceres leones ſumſerint: ita enim in *Iacobi Meyeri annalibus Flandr.* legimus *L.* 6. *Alii, quod propius vero ſit, concordi aſſenſu à principibus Belgarum parantibus ire in Syriam expeditionem variorum colorum leones aſſumtos eſſe volunt.* Unde poſtea, cum de *Belgio* in regnum erigendo ageretur, nomen *regni Leonum* ei deſtinatum fuiſſe perhibent. Noſtro hoc Leone, quod jam dixi, *Iuliacenſis* Principatus notatur; inter Leodienſes, Limburgios, Lucenburgios, Trevirenſes, Colonienſes, & Clivios medius. Præfatus *Brianvillius* ſ. *Oronce Finé in jeu d' armoir. p.* 138. & in ipſo folio, Saxonicum ſcutum præferente, *Geldriam* pro Juliaco ſubſtituit: unde in leonis & ſoli coloribus diverſum à nobis ſtatuit. At παρέργα viri de his literis benemeriti, ſed extranei, veniam apud omnes æquos æſtimatores facile reperiet. Cæterum peculiares olim *Comites Iuliacenſi* præfuere ditioni, (vide quæ notavi L. 1. c. 13. n. 3.) quibus ſub Ludovico Bavaro Imper. 1329. *Marchionum*, dein Anno 1356. à Carolo IV. *Ducum* nomen inditum eſt. Porrò eadem familia ſeculo decimoquarto *Montanâ* ſeu *Bergenſi* ditione aucta eſt, filia Ottonis Ravenſpurgii & Margaretæ Montanæ heredis Margareta Gerhardo Com. Juliacenſi elocata. Ita ditiones unitæ viſæ ſunt, verum deinceps denuo ſeparatæ, cum Gerhardus vivo patre moreretur, & ſuis tantum Montanum à conjuge ducatum relinqueret, Juliacenſi penes fratrem Wilhelmum remanente. Sed linea Wilhelmi prima in *Reinoldo* 1423. defecit, paulo ante acceſſione Geldriæ aucta. Unde cum agnati Bergenſes Gerardo ſati *Iuliaci* hereditatem ſibi vendicaſſent. *Geldriam* tamen è manibus Egmondanorum extorquere non potuere. Continuati iterum ſunt in Montanoramo Juliacenſes uſque ad *Wilhelmum* utriusque Ducatus dominum, qui morte ſua deductioni maſculæ terminum impoſuit, atque ita, ſi certos titulos ſpectes, Saxonibus noſtris ſucceſſionem reliquit.

§. 11. A principio rem repetere neceſſe eſt, ut patefiat, quo jure hæc area in ſcuto Saxonico retineatur: ſed paucis & pro inſtituti noſtri ratione, in compendium contrahendo ea, quæ citari §. 9, libri fuſius tractant. *Fridericus III.* Imp. 1483. 26. Jun. *Alberto Duci Saxoniæ* ob merita contulit privilegium, ſi contingeret *Wilhelmi D. Iuliaci & Montium principatus* morte, aut alias, Imperio vacuefieri: ut ipſe ſuccederet. Quod confirmavit *Maximilianus* Rex Romanorum 1486. 1. Sept. pro *Erneſto* & *Alberto*, ut ſi Wilhelmus ſine herede maſculo feudali exſtingueretur, immediatè deferrentur ditiones ad Saxones Duces. Iterum confirmavit idem, jam Auguſtus, 1495. & poſt eum hucuſque univerſi Imperatores communiter omnia domus privilegia. Jus autem dandi exſpectativas ad Cæſarem ſpectare, & ſucceſſores teneri promiſſio, communiter perhibetur: & hæc obligatio eò major videri poteſt, quia privilegium *præmii* loco ob merita in Imperatorem & Auſtriacam domum datum eſt, ut in contractum abeat, neque tanquam ſimplex aut libera gratia haberi poſſit. Cum ergo 1511. Wilhelmo non niſi filia ſuperfuerit, lege Imperii, ipſo Wilhelmo; cum filiæ habilitationem ex Imperiali gratia quæſivit, confitente, ſucceſſionis feudalis incapax, exſtitit conditio. Atque ita utile dominium principatuum ipſo jure, cum dominium lege ac ita etiam contractu principis ſine traditione transferri queat, ad ſe devolutum Saxonica domus arguit. Quo trahunt verba concepta Maximiliani: **Zu ſtund und ohne mittel/ ietzt als dann/ und dann als ietzt**. Unde licet poſtea Clivius apprehenderit poſſeſſionem, ſe tamen præferendos fuiſſe ob prius factam conceſſionem ajunt, & variis modis conſervationi juris ſui hactenus ſtuduerunt Saxones. Si

præscriptio obtendatur, excipiunt, hanc non currere potuisse adversus posteros, qui hactenus agere non potuerint, sed restare successoribus utilem rei vindicationem: si imprimis addatur bellorum Gallicorum consideratio, ob quæ Imperatores, ne Clivensis cum Rege Galliæ fœdus iniret, timentes, causam Saxonum negligere sint coacti. Sæverò *investituræ* Cliviis concessæ objiciantur, suam causam læsi non censent: causantes, eas per sub & obreptionem impetratas, clausula, *quod fiant salvo jure tertii*, subintelligendâ, & *Carolum* V. 1521. literis ultro fassum esse, quod salvum cuique suum jus servarit. Verum & investituræ de rebus injustè possessis nullarum ex se virium esse, excipiunt: Sed fusè illa omnia ab aliis tractata sunt. De novo jure à Sibylla Clivia allato, & de iis, quæ postea acta sunt, repetita volo, quæ §. 8. & 9. dixi.

§. 12. Addimus Juliacensi leoni alium, qui in nostro scuto secundi ordinis sinistram aream *argenteam ipse rubens* occupat. Ejus *falcula & coronatarubea, cauda vero bifida & in decussim trajecta est* (*d' argent au lyon de gueules, couronné & armé d' azur, à la queue fourchée passée en sautoir*) Coronam quod **Wapenb.** P. 1. p. 3. in Saxonico scuto, nec non pag. 6. in Juliacensi, tum etiam P. 2. p. 4. omittit, vitium esse credo typi. Certe P. 1. p. 3. in scuto Brandeburgico, p. 4. in Neoburgico, ac P. 3. p. 4. diserte illa notatur. Alicubi legi eam ferream esse. Porro quam originem Juliacensi §. 10. eam *Hapingius* ibidem huic quoque leoni attribuit, qui *Bergensi* vel *Montano* principatui, majori ex parte Clivia, Colonienſi & Monasteriensi aliisque Westphaliæ ditionibus cincto, notando servit. Diversum iterum *Brancvillius* sentit l. c. cum Juliacensem leonem hinc locat, quem è regione hujus contemplari sumus. Porrò juncta olim Montium regio cum Altenacensi vel Marcana, in Cliviæ gentis, ut creditur, ramis hæsit. In hac inter duos fratres plerumque duo comitatus divisi, imprimis verò cum Adolphus Tertius *Engelbertum* & *Eberhardum* haberet filios, 1547. illa distributio facta, ut hic *Altenam* retineret, ille Montes. Diversa fratrum fuere fata. Eberhardi posteri, multis aucti incrementis, Clivia & demum Juliacensi, ac ipsa Montana successione, ad patrum usque memoriam, & seculi hujus principium, duravere, ut §. 9. vidimus, demum 1609. extincti. Engelberti ramus citò defecit, & filiæ heredis matrimonio hereditatem ad Ravenspurgios, mox *Juliacenses* transmisit. Damno familiæ hoc factum diceres, nisi post unum alterumve seculum, quibus à Marcanis exulavit patrimonialis comitatus, idem ad Marcano-Clivios ducali axiomate & Juliacensi accessione amplior, matrimonio Mariæ & Joannis III. Cliviæ Ducis singulari felicitate rediisset. Quod sine injuria causæ suæ illata fieri potuisse nostri Saxones negant, & cum prætensione hanc quoque aream inter symbola sua servant.

§. 13. Alia nos nunc parmula vocat, quæ nobis tertii ordinis prima *cærulea aquilam expansam auream, coronatam signem* præfert (*d' azur à l' aigle couronné d' or*) *Coronam* aliquando omissam videre licet, potius tamen incuria sculptorum, quam quod studio factum credam. Symbolum hoc (non *Thuringiæ*, ut fere *Orontee Finé in jeun' Armeir p.* 138. sed) constanti aliorum suffragio *Palatinatus Saxoniæ* est. Dissent ir tamen *Chifflet. insign. Eq. A. F. num. 96. & Anhaltinum* Principatum explicat: sed male, cum nec ipsi Anhaltini apud *Schmach.* **Wapenb.** P. 1. p. 8. aquilam talem deferant. Conf. ex Decisero *Theod. Hapingii de jur. insign. cap. 6. P. 5. m. 7. num. 718. Pag.* 347. in quo tamen illud vix feras, quod Palatinatum in *Burggraviatum Magdeburgense* dein abiisse credit. num. 721. In colore hujus aquilæ differentes sententias reperio apud *Joh. Pomar.* **Sächs. und Niederſächs. Chronic.** pag. 161. * Nam refert, in vetustis libris Heraldicis se reperisse Palatinatus Saxoniæ scutum viride aquilam *purpuream* nigram comprehendens; eosdem colores ex Sebast. Munstero allegat, sed ut aquila dimidia medium parmulæ occupet, altera parte fasciis atris & aureis repleta. Facit tamen etiam nostræ sententiæ mentionem. Sed primus modus in regulam fecialium impingit, colorem colori inscribens. Quod ex Munstero allegatur, regnis Burggraviatui Magdeburgico, si colorem mutare liceat, adscribetur.

§. 14. Ipsa dignitas *Palatinatus*, & quæ ad eam spectent, haud usque adeo nota: imprimis si hunc à Thuringico Palatinatu distinguere necesse est. In literis

inveſtituræ à Sigiſmundo, Friderico I. Electori Saxoniæ conceſſæ, *apud Albin. Chr. Miſn. Tit. 16. p. 212.* ex Cruſio, illa verba lego, inter ea, quæ conceduntur feudo Imperiali, **Und auch ſonſten mit der Pfaltz Hauß und Stadt Alſtedten / und der Graffſchafft zu Brene/ etc.** Non de nihilo ille ſcrupulus eſt, quem ob hoc Albinus p. 215. & 217. movet, cum *Alſtedium* illud Palatinatui Thuringiæ adſcribendum ſit, qui pridem Miſnicæ familiæ accreverat, qui fiat, ut hic tanquam novi feudi fiat mentio? ſed non diſplicet conjectura, quando ſubjungit, olim eundem Palatinatum fuiſſe, qui, cum poſtea familia aucta diverſos dediſſet ramos, in duos diſcerptus ad diſtinctas venerit familias. Certum enim eſt, alterum, qui ſpeciatim Saxonicus vocatur, in Aſcania ſtirpe hæſiſſe. Unde nunc quoque Saxo-Lauenburgici (quod l. 1. c. 5. n. 5. vidimus) in ſecundo laterculo aquilam hanc deferunt, in *Sibmach. Wappenb.* P. 1. p. 5. Ad Aſcaniam gentem quî venerit, variant nonnihil ſententiæ. Aliorum opinio eſt, doti dediſſe cum comitatu *Brenæ* Palatinatum hunc Rudolphum I. Imperatorem, cum Albertus Elector Saxoniæ Agneten ipſius filiam duceret: unde rythmi apud ſæpius memoratum Albinum.

Königk Rudolff die Pfaltz mit gab /
Die Graffſchafft Brene mit aller hab
Zu ſeiner Tochter/ Frau Agneten/
Daß ich die Chur möcht baß vertreten.

Ab his diſcedunt (niſi cumulatos titulos dicere malis) qui Rudolpho I. Electori ab amita Eliſabetha, Conradi ultimi comitis Brenenſis vidua, obtigiſſe hæc axiomata exiſtimant. Si verò ex his comitatui *Brenæ* adhæſiſſe dicas Palatinatus nomen, nondum liquet, quando illud primo ortum, aut cui ab initio conceſſum? Cum Brenenſes Comites, à quibus ad Aſcanios-Saxones delapſum narravimus, è Wethino-Miſnica gente oriundi fuerint, in qua alioquin alterius Palatinatus Saxonici non invenimus mentionem, niſi quod *Fridericus* Theodorici Landsbergii frater, Palatinus Saxoniæ nuncupatur, & ejus poſteri à Brenenſibus diſtincti, ejuſdem tituli heredes leguntur. Sed minus illud ad ſcopum noſtrum facit, nam iſtum Palatinatum Saxonicum, qui à Friderici progenie poſſeſſus eſt, proprie Thuringiæ Palatinatum fuiſſe, poſtea apparebit. Manet ergo adhuc in obſcuro, quando ad *Brenenſes* dignitas delata ſit. Si quid conjecturis dandum, cogitetur, an non probabile ſit, ſi dicamus Ridaco M. Miſniæ & Com. Mersburgio, aut patri ejus Brunoni, quod minus mihi probabile, Palatinatus dignitatem primum collatam eſſe. Unde cum Ridaci filius Carolus paterna ſucceſſione pulſus eſſet, & ejus loco patruelis Eckardus ſuffectus: hujus fratres (Conf. *Albin. Tit. 20. pag. 113.*) Eſico, Bio & Bernhardus, comites Merſeburgenſes appellantur: & primo Merſeburgum, quæ inter civitates Palatinas præcipuatere eſt, Alſtedium atque Dornburgum attribuuntur. Omnes hi improles, ſi Bionem excipias, qui filiam Juditham ſ. Gutham genuit, uxorem Theodorici C. Wethinenſis. Ita Mersburgenſis ſucceſſio ad Dedonem à matre venit: huic cum duo eſſent filii, Theodoricus & Fridericus, uterqi à Palatinatu in partes tracto participare potuit: Et autumo huic Alſtedium ceſſiſſe, quem ſolum in titulo geſſit, & ad poſteros tranſmiſit, forte quod præter iſtam partem nihil obtigiſſet; Inde Mersburgicam partem, cum ejusdem Palatinatus dignitate, & forte aliquo ſuperſtite in Alſtedium jure, ſi fratri Theodorico M. Landsbergio, qui tamen in titulo mentionem non fecit, ceſſiſſe dicamus, jam evidens erit, quomodo continua ſerie per Thiemonem & Conradum ad hujus filios Fridericum & Dedonem delabi Palatinatus iſte quiverit. In his enim eorumque proſapia titulus *Brenenſis* comitatus viguit, donec poſt Conradum II. Dedonis nepotem, uterque, videlicet cum Brenenſi Palatinus, ad Saxonicam Aſcaniorum gentem transferretur. Ex qua tamen, quæ vices humanæ vitæ ſunt, quaſi poſtliminio cum Electoratu ad Miſnicam domum in Friderico I. quod audivimus, feliciter redit. De more, quo olim frequens fuit, ut diverſæ lineæ eandem figuram colore mutato geſtarent, infra aliquid dicam, & ſuo tempore noſtræ Heraldicæ Artis Parte Gen. c. 8. Is verò

rò non parum illustrare poteſt, quæ hic dixi. Si conjectura debilis videbitur alicui, ſciat in re obſcura nullam, niſi quæ improbabilis eſt, quod de mea lector judicet, facile reji: Saltem quæ aliis conceditur, mihi non negata erit libertas. Quamvis ſpeciatim hic me à temeritate Albini, qui obſcure hæc veſtigia ſua conjectura ſuperius propoſita præmonſtravit, exemplo excuſare valeam: ſed nec ulli pro veris, in quibus ipſe adhuc titubo, obtrudere in animo habeam. Si tamen illa omnino non placet conjectura, *Magdeburgo* ut Palatinatus additus credatur, veluti de Ottone narrent, quod in ea urbe hoc tribunal conſtituerit, non admodum repugnabo, modo diſtincta à Burggraviatu maneat dignitas. Sed qui de Alſtedio ſupra motus eſt ſcrupulus, non ita ſolvetur. Audiamus vero etiam *Ioannem Pomarium* in der Sächſiſchen und Nieder Sächſiſchen Chronick. pag. 160. in hunc modum loquentem: Kayſer Otto der Ander (*ita & P. Bert. Rer. Germ. Com. l. 2. cap. 11. pag. 396.* hunc Imp. aſcribit inſtitutionem Palatinatus, ſed Ottonem III. vocat *Heping. l. c. 718.*) hat das Pfaltz Gericht den Sachſen zu einer ſonderlichen Freyheit geordnet und beſtätiget/ (adde ex prioribus auff daß ſie ſich in ihren Sachen nicht alsbald von einem Urtheil an den Kayſer dörfften beruffen) und das Pfaltzgrafftthum gegen Schartau über die Elbe/ dahin etwa das alte Hertzogthum Sachſen auß Weſtphalen von Carolo M. gelegt geweſt/ verordnet/ daſelbſt hat das Hertzogthum Sachſen geſtanden/ von Caroli M. Zeiten biß auff die Zeit Ottonis deß Erſten/ welcher das Hertzogthum Sachſen Hertzog Herman auff Lüneburg gelegt/ und iſt das alte Hertzogthum Schartau dem andern Biſchoff zu Magdeburg/ Giſelarius genannt/ von wegen deß Stiffts gegeben Anno C. 932. davon berührt auch die Gloſſa Weichbild. art. 16. Et pag. 161. Im Lande zu Sachſen ſind von den alten Sächſiſchen Käyſern fünff Städte verordnet/ welche man die Pfaltz-Städte genennet: darinn haben die Römiſche Kayſer oder Könige/ wann ſie in das Hertzogthum zu Sachſen kommen/ Ihre Kayſerliche und Königliche Höfe und Reichs-Täge gehalten/ Als nemlich Wörtzburg/ Gruna/ (de hac urbe, quæ olim Soraborum metropolis, vide *Alem. Miſn. Chron. Tit. 8. p. 95.*) Warla (das iſt/ Goßlar) Wallenhauſen/ Altſtatt. Iterum p. ead. auß dem Sächſiſchen Recht. L. 3. art. 62. cit. Brunſſo. Da ſagt die Gloſſa, daß das Hertzogthumb zu Sachſen heißt die Pfalentz/ darum daß Kayſer Carolus das Hertzogthum zu Sachſen auff Schartau/ und Otto der Ander das Pfaltzgrafftthum darnach auch auff Schartau gelegt/ dann ſein Vatter Kayſer Otto der Erſte/ hatte das Hertzogthum von Schartau auff Lüneburg verſetzet/ und darumb iſt ein jeder Cour-Fürſt zu Sachſen allewegen ein Pfaltz Grafe zu Sachſen. Huic ſi adhibeamus fidem, res expedita videretur; niſi obſtaret diſerta Alſtedii mentio, conjunctio Com. Brenæ, & quod utrumque prius in Miſnica gente aliquando fuerit, quàm Electoratus accederet. Sed quid juvat in re obſcura, nec aliis quàm iis, qui tabularia penitius inſpiciendi facultatem habent, extricabili pluribus occupari?

§. 15. Niſi illa conjectura omnem ulterius ſuſpicandi licentiam prodegiſſe, lector me credat, aliam huc conjeciam. Sed quid impedit doctiorum reſolutioni, illud dubium, ex quo me expedire nequeo, exponere? Legimus im Schwaben-Spiegel *L. 1. cap. 19.* apud *Limn. jur. publ. 4, 4, 53.* In Teutſchen Landen hat jedes Land ſeinen Pfaltz-Grafen/ Sachſen hat einen/ Bäyern hat einen/ Francken hat einen/ Schwaben hat einen. *Addit Limn. Inter quos Suevicus, Rhenanus & Saxonicus erant ſuperiores, qui ſub ſe alios inferiores Palatinos habebant. Et Rhenano quidem Suevicus, Bavaricus & Franconicus ſubjecti erant.* (Ad quæ ut ὑποσχέσεις quædam addam, Suevicum Palatinatum cum Ducibus exſtinctum facile quis exiſtimet: Bavaricum cum Rhenano jungi, in proclivi erat, cum Palatinis Bavariæ ex Wittelspachia gente initio ducatus Bavariæ, dein Rhenanus Palatinatus obtigerit, qui priorem abſorpſit. Denum Franconicum ipſum teot, qui alias nunc Rhenanus: non ſemel enim Duces Franconiæ leguntur, qui Comites Palatini ad Rhenum fuere.) Uni ergo *Saxonico Rhenanus* Palatinatus jam aliquot ſeculis opponitur. Hinc ſuboriri poteſt ea dubitatio: annon ſicuti

ex conſtitutione A. B. Caroli IV. num. 5. Comiti Palatino vicariatus Imperii *ratione Principatus ſeu Comitatus Palatini Privilegii* (an *Privilegio* legendum, vide *Limn. addit. T. 5. ad 3. 11. pag. 218.*) debetur in partibus Rheni & Sueviæ & in jure Franconico; ita pariter Vicariatus, qui Sereniſſimo Electori, in illis locis, ubi Saxonica jura ſervantur, proprius eſt, ſpeciatim ratione hujus etiam Palatinatus Saxonici ei adferendus ſit; licet eadem ſpecificatio in textu non addatur, ſed nudè dicatur, *Illuſtrem Ducem Saxoniæ ſeu Imperii Archimarſchallum.* Sed meum non eſt, quidquam hic definire: etſi verba apud *Melch. Goldaſt. ab Haimensfeld. præfat.* P. 1. der Reichs-ſatzungen/ argumento ſervire quirent: Der Sächſiſchen hohen Reichspfaltz ſeind unterworffen geweſt/ nicht allein die Sächſiſche Land- und Fürſtenthum ꝛc. Viderint & reſpondeant doctiores.

§. 16. In tertii ordinis ſiniſtro alveo (Medium, qui alioquin ordine octavus eſſe debet, ſub finem reſervamus.) *nigro* noſtræ *aquilæ*, alia itidem *aurea* objicitur (*de ſable a l' aigle d'or.*) Coronam Aquilæ nec *Albinus Tit. 15. pag. 193. & 423.* nec *Sibmach.* Wapenb. *P. 1. p. 3. & 5. num. 2.* nec *Paul Fürſt.* Wapenb. *P. 3. pag. 4.* addunt. Videre tamen talem licet in chartulis inſignium Gallicis, & in ead. P. 1. pag. 5. *Sibmach. num. 1.* cum Auguſti Electoris repræſentat ſcutum; quod errore factum, forte quis diceret. Iſte jam *Palatinatus Thuringiæ* eſt, quamvis non minus ſub Palatinatus Saxonici nomine ſæpè indigitetur. *Conf. Albin. Tit. 15. pag. 193.* Ratio ex ſuperioribus haud difficiliter peti poteſt. Fuit verò Palatinatus hic in ramo Witikindeo, qui à Friderico Dedonis filio ductus ad Fridericum 4. vel 5. duravit. Eos alias comites Goteſecios ſeu de *Goiſſig* vel *Goſſeck* dictos ex *Fabric. urb. Miſn. annal. 1178.* colligere eſt. Ubi ille in Sophiam Henrici Wethinenſis & dein Hermanni Landgr. Thuringiæ uxorem terminaverat, hic ab Imperatore Frider. Barbaroſſa 1182. Palatinatum nactus eſt. Interjiciunt tamen alii vel Henricum Leonem Saxoniæ Ducem & Palatinum, vel Comites *Vinzenburgios*, VVipertum ac Hermannum (quos *P. Bertium Comm. rer. Germ. L. 2. c. 11. pag. 307.* neſcio in quos *VVurzeburgenſes* comites transformaſſe miror) vel *Sommerſeburgenſes* comites, vel ſaltem poſt hos Hermanni fratrem Ludovicum V. (inter Landgravios III.) 1178. (ita *Albin. d. l. pag. 192.*) dignitate hac gaviſos. Nec verò diu extra VVitikindeum ſanguinem, apud illos nata, dignitas hærere poterat, itaque ſingulari divini providentia, eodem titulo cum Thuringia (de quo ſupra §. 3.) Palatinatus ad Miſnicos noſtros delapſus eſt, & nunc quoque non ultimum decus ſcuti Saxonici conſtituit.

§. 17. Duæ nunc areolæ ſequuntur, videlicet in quarta ſerie prima & ſecunda, quas principio hujus ſeculi nondum vidiſſes; unde nec *Sibmach. P. 1.* eas exprimit, ſed *Paul. Fürſt. P. 3. pag. 4.* In earum priori *argentea bos rubeus ventre albicante*, & quidem ut *Albin. Tit. 15. p. 190.* perhibet (picturæ enim non reſpondent) currens pingitur. (*d'argent nubœuf de gueules.*) Caruerat, quod occupavi dicere, ab aliquot ſeculis Witikindea familia iſtâ gemmulâ, quæ olim ſcuta plurium ex ſanguine linearum exornaverat, ſed poſtliminio ad antiquos dominos patrimonium rediit. *Luſatiam*, quæ etiam olim à Miſnis *Marchiæ orientalis* nomine ſæpè appellata, notari, quivis primo conſpectu intelligit, eumque ea duplex ſit, *inferiorem* ſuperiori, Sileſia, media Marchia, Saxonia & Miſnia incluſam. Ex Witikindeo ſemine primus *Chriſtianus*, Diethmari Wethinenſis filius, ab Ottone I. perhibetur præfectus Luſatiæ Marchiæ, quæ adverſus Vinidos & Sarmatas conſtituta fuerat. Succeſſere ordine continuo poſteri ad *Ottonem* 1031. defunctum: Inde agnatus ex VVethinenſibus *Dedo*, & poſt hunc *Henricus* filius atque *Henricus* nepos; qui 1126. lineam clauſit. Cum poſt hos ex *Groicenſibus* Comitibus *VVipertus* & *Henricus III.* (è quorum progenie dein *Leiſnicenſes* Burggravii prodiere, & ex his *Ranzovii* hodie in Holſatia ſuperant. vid. *Eliæ Reuſn. auctar. Baſilic. geneal. pag. 64.*) præfuiſſent ditioni, tertia vicę ſucceſſio ad VVitikindeos devoluta eſt, quia *Conrado* M. Miſniæ Lotharius II. Imperator. & uxor Rixa, Conradi conſanguinea, auxilio fuerunt, ei recuperandæ. Inde ex hujus progenie præfuiſſe lego *Dietericum*, *Ottonem & Dedonem* Conradi, *Conradum* II. Dedonis, atque *Theodoricum* Ottonis filios. Quorum unus & alter etiam pretio Marchiam ſuæ genti iterum vindicare coacti ſunt.

Poſt

Post hos iterum serie continua *Henricus illustris*, *Theodericus sapiens*, *Fridericus Tert*, & hujus testamento patrueles *Diemannus* atque *Fridericus Admorsus* Lusatis imperarunt. Hic ultimus fuit eorum Princeps: nam ejus tempore (quia à duobus Imperatoribus Adolpho & Alberto exagitatus tantum non undique obruebatur, nisi fortitudo singularis divina benedictione non destituta saluti fuisset.) Marchio Brandeburgicus *VValdemarus*, occasione utendum ratus, stirpi Lusatiam extorsit. Ita penes Ascanio-Brandenburgios regio permansit, donec masculis eorum deficientibus *Bohemi* ad se traherent. Sed qui sub cura Witikindeorum non pœnitendam vitam senserat, bos ad antiquos pastores multo cum gaudio reducendus fuit. Factum hoc est, cum *Ioh. Georgio I.* Electori Saxoniæ Imperator Augustus Ferdinandus II. ob fideliter præstitam in motibus Bohemicis operam & 72. tonnas (ut loqui vulgo amant) auri, quas imperator privato nomine debebat Electori, (vid. *Martin Zeiler, Continuatio Germ. cap 23. pag. 306.*) *Lusatiam utramque* feudo concederet, ad posteros transmittendam. Vid. *Pac. Pragensis*, 1635. sub fin. §. **Was der Röm. Kayserl. Majest.**

§. 18 Sed *superiorem Lusatiam* ab *inferiori* dividere non convenit: Unde proximè sequitur alveolus *caruleus*, in quo, si P. *Furstii* **Wapenb.** P. 3. p. 4. & *Dr. Sfero Slag. Histor. P. 5. p. 174.* fidem adhibeas, *aureus*, si verò Brianvillio *jeu d'armoir. p. 1.* & *argenteus murus, nigro opere cæmentario distinctus, in pinnas* assurgit. (*d'azur au pan de muraille crenelé, d'or ouvert argent, maçonné de sable.*) Videre hunc laterculum licet apud *Albin.* p. 441. in scuto *VViperti Groicensis*, herois celebertimi, ubi ultimæ seriei dextrum latus occupat. Sed idem quoque *Budissina*, quæ superioris Lusatiæ caput est, ex dote conjugis Iuditæ, & munere soceri Vratislai Bohemiæ Regis, dominus & muri hoc emblemate donatus erat. Conf. *Dresf. l. c. de Budissina.* Cæterum cum initio utraque Lusatia eosdem habuisset Principes: Sub *Dedone* 1068. vel sub *Henrico* I. 1086. *superior* à Bohemis occupata, atque ita Witikindeo stemmati erepta est, ut, qui deinceps secuti sunt, Lusatiæ Marchiones, solam inferiorem possederint. Donec eo modo, qui §. proximo explicatur, utraque Saxonicæ domui restitueretur.

§. 19. Jam visui se offert tertia hujus ordinis parmula, quæ *auro* tincta *duobus palis caruleis* distinguitur. (*d'or à deux pals d'azur.*) Nescio quid in mente fuerit *Choiffletio in Insign. Eq. A.V. n. 96.* cum *Mechelburg* notari in margine comminiscitur: cum tamen nec aliquod in illum principatum jus unquam Albertus Saxo, cujus ibi describitur scutum, sibi attribuerit, nec in Megapolitanorum insignibus apud *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. p. 7. umbra ulla hujus appareat symboli. Unde nulla dubitatio superest, quin illis adjiciamus calculum, qui *Landsbergam* marchiam notari testantur) Cui minus recte fascias alternas nigras & aureas attribuit *Ioh. Pomar.* **Sächs. und Nieder-Sächs. Chron.** p. 161. Hanc Marchiæ à Carolo M. inter Salam & Albim adv. Sorabos institutæ originem debere, sententia est *Albin. Chr. Misn. T. 9. p. 106.* Sita vero erat nostra *Landsberga* (cui *similia* alia oppida & arces, *Landsbirga* Novæ Marchiæ ad Wartam, *Landsperga* Palatinatus, rami alicujus Bipontini aliquandiu sedes, *Landsberga* in superiori Bavaria, *Hohenlandsperg* dominium Schvvendiorum in Alsatia, & in eadem *Landsperg arx*, unde nobilis familia de Landsperg denominatur) in *Osterlandia*, quam & Libonothiam & Officiam dicere solent, inferiori parte. Vetus id patrimonium credo Witikindeorum & VVethinensium (in quibus peculiariter *Theodericus* Thimonis pater Landsbergii Marchionis titulo celebris est) fuisse, & quod *Albinus Tit. 15. p. 188.* notat, frequenter ab illis possessam esse, qui Lusatiam tenebant. Non tamen cum Lusatia iterum amissa est, sed potius constanti obsequio in ipsis pene ruderibus Landsberga nunc quoque, mutato Marchiæ (ita in diplomate Caroli IV. dato 1373. apud *Limn. jur. publ. 4. 8. 161.* legitur, **Landgraven in Thüringen / Maragraven zu Meissen / in dem Osterlande und zu Landsberg / Graven zu Orlamünde / und Herren des Lands zu Pleissen**) titulo in *nobilis Dominis* nomen, Principes à priscis temporibus suos veneratur. Unum adhuc noto, antequam abeam: *Lipsiæ* urbi, non minus Academiæ splendore, quam nundinarum frequentia claræ, insignia, qualia visuntur in *Sibmach.* **Wapenbuch** P. 1. pag. 121. ab *Ottone divite* Marchione Misniæ data, ex Misnicis, & Landsbergicis symbolis composita esse. vid *Dresf. Slag. hist. P. 5. de Lipsia pag. 357.* unde in priori parte

parte Miſnicus leo ungulas explicat, in altera pali cærulei fulgent. De quibus inſignibus ita canit apud *Hæpingium de jur. Inſign. c. 6. P. 7. n.* 1112. *Joh. Forſterus* celeberrimus Leucoridis Theologus.

Solis ut & Cæli color omnes ante colores
Pulchrior, atque Leo fortior ante feras,
Sic quoque tu, Philyre, reliquas Miſneidos urbes,
Antevolas famæ nobilitate Tuæ.
Te Leo de luda clypeo tueatur Olympi,
Confirmetque tuas perpete pace trabes.

De cæteto non illud rarum eſt, ut fidarum urbium ſigna ſuorum armorum decoribus ornent Principes: quinimò ipſum hoc poteſtatis in eas à Principum parte argumentum creditur. Argumenta non longè quærenda ſunt, ſed pro uno exemplo innumera ex *Sibmach.* **Wapenb.** P.1. p.220. colliget, cui volupe erit. Nos etiam inferius hac de re quædam annotabimus.

§. 20. Succedit in medio quinti ordinis *aurea* area *rubeis corculis* (vel ut loqui amat *Albinus T.* 15. *p.* 187. roſarum foliis) ſtrata, in qua ſalit *leo Miſnia niger* coronatus (*d'or ſemé de cœurs de gueules, au Lion de ſable, couronné, armé & lampaſſé de gueules ou d'argent.*) Ejus ſitum obverſum *Chiffletius d. l.* notat, ſed, quia in primo palo hanc aream ipſe deſcribit, fruſtra notat, ſi quæ §. 4. de more Germaniæ diximus, obſerves. Miror tamen, qui fiat, quod eundem ſitum *Fürſt.* **Wapenb.** *P.3. p.4.* exprimat in area media, qua antrorſum leo reſpicere debebat. Contradicunt verò Fürſtio aliæ picturæ & monetæ. Notat idem coronam, linguam & falculas argento tinctas. *Albinus T.*15. *p.*199. coronam (cujus non ſemel videas oblivioſci ſculptores) miniatam perhibet, quod etiam de unguibus & lingua credo, quia hujusmodi illa in Miſnico. Cum verò idem *Chiffletius* leonem hunc Symbolum *Saxoniæ antiquæ* explicat, næ graviter impingit. Si enim ad fabuloſam uſque antiquitatem aſcendere lubeat apud *Hæping. de jur. inſign.* c.6. P.5. §.3. p.381. nihil tamen, quod errori faveat, inde exſculpetur. Witikindi ætati qui inſignia attribuunt, equum effrenem adducunt, qui nunc quoque origini teſtandæ in Sereniſſimorum Brunſvicenſium Principum galea ſervatur, ut §. 7. dixi. Ex quo Henrico Leoni uſitatam equi figuram fuiſſe colligas. Aſcanios quod concernit, eadem illis Saxoniæ teſſera, quæ noſtris, atque ità nullibi ejuſmodi leo inter corda exſiliens. Sed vidit Vir Doctiſſimus, in ſcuto Brunſvicenſi aream Lüneburgicam, quæ in tali campo leonem præfert: hic vero azureo colore infectus eſt, noſter nigro. Quæ colorum differentia apud feciales, non leve diſcrimen habetur. Rectius ergo *Orlamundanus* vel *Vinarienſis* comitatus illo hieroglyphico intelligitur. Hic in Thuringia latè patebat olim, à familia peculiari, penes quam diu Marchionatus Thuringiæ (*vid. Albin. p.*4,10.) hæſit, poſſeſſus. Ex hac familia *Eliſabetha ab Arnshag* vel *Arnsheim* (ita enim ramus ſtirpis appellabatur) cum nupſiſſet *Friderico Forti*, quem etiam *admorſum* dicunt, ei pars comitatus, in qua *Neuſtatt*, *Iena*, nunc Academiæ celebrate

Montibus excelſis celſior ipſa ſuis,

& *Cala* numerabantur, allatus eſt: Reliqua penes Comites adhuc manebant, donec *Fridericus gravis Hermannum C. Orlamundenſem*, quod ab eo 1342. Erfordiæ immodeſtis dicteriis publice laceſſitus fuerat, ob hoc bello petitum, intra quadriennium omnibus ditionibus exueret, ſed poſtea ipſa *Orlamunda* excepta, ad dies vitæ duntaxat uſumfructum redderet. Ita hic etiam tractus ampliſſimus familiæ accrevit, & titulus confirmatus eſt. Vinariæ civitati *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. p. 221. ſimilem parmam adſcribit, niſi quod loco auri argentea eſt. Quod non neceſſariò *παράλογον* habendum Chalcographi, ſed ex eadem ratione fieri potuit, qua alias nonnunquam diſtinctionis cauſa metalla aut colores mutari conſuevere.

§. 21. Latus leonis dextrum in laterculo *cæruleo* alius *leo ſuperiori corporis parte aureus, inferiore argenteus* claudit. (*d'azur au lyon coupé d'or & d'argent.*) Nec enim chartulis Gallicis fidem adhibeo, quæ leonem tantum argenteum agnoſcunt. Conf. *Albinus T.*15. *p.*187. Modus ita diverſis coloribus diſtinguendi animalia in materia inſignium non infrequens eſt. Non jam allegabo leonem Thuringicum, quem non una faſcia diſtinctum §.2. conſideravimus: cum quo conferri poſſunt gryphi, qui pro *Vandalia* & *Stargardia* principatu geſtantur in inſignibus Pomeraniæ *Sibmach.* **Wapenb.** P.1. p.7.

Digitized by Google

P.1.p.7.& nunc Brandenburgicis,p.3.& 5. Ita P.1.p.164. *Schombergiorum* leo non dissimili sectione ex rubro & viridi, ac p. 184. *Heringiorum* ex nigro & rubeo constat coloribus. Nota etiam est *Monsterbergensium* aquila perpendiculari linea diversos colores separente divisa. Ut jam de illis non dicam, cum figuræ ad modum divisi scuti alternantibus coloribus pinguntur. Cujus moris præter mille alia in leonibus duo exempla nobis exhibet Wapenb. P.2.p. 9. in Com. *Hall. & VVasserburg.* In explicando Symbolo non diu hærere necesse est: quamvis enim *Chifflet d.l.* nescio quale nomen *VVedesind.* margini adscribat, forte VVitekindum intelligens, quod ipsum quoque monstrosum foret; nostris tamen constat, *terram Pleisnensem* seu *Pleisensem*, quæ Ostorlandiæ pars est,& ab aliis minus solicite cum tota Ostlandia confunditur, notari. Nomen à *Pleissa* fluvio impositum esse, vix dubium habet. De distinctione à reliqua Misnia alii viderint. Cæterum hunc comitatum à Comite *Rabodo* Imp. Fridericus Barbarossa emisse perhibetur, una cum *Leisnik & Coldiz.* vid. *Albin. T.15.p.196.* Sed Imperatoris nepos, ipse etiam Imperator *Fridericus II.* suæ Filiæ *Margaretæ*, quæ in conjugio *Alberti degeneris M.* Misniæ infeliciter vixit, dotalem eum esse voluit. Versu *Fabricius vol.2.rer. Misn.p.35.* hoc complexus est.

Cæsaream thalamus pepulit virtute puellam
Illustrem, cui dos Pleissena terra fuit.

Tanto majori jure Pleisnenses, dominos suos Fridericum & Dicemannum, Margaretæ filios, bellis periculosissimis ita juverunt, & illum à VValdemaro Marchione Brandenburgio captum hostis manibus eripuerunt, ut fortitudinis non minus quam fidei præ aliis eorundem Marchionum subditis insigne reportarent encomium.

§.22. Monet nos mentio *Margaretæ*, ut alterius etiam heredicatis meminerimus, ad quam nostri, si in tempora meliora incidissent, aspirare poterant. Infelici sententia Caroli Andegavensis in Conradinum Conradi IV. Imp. filium, regnum Neapolitanũ armis petentem, sed acie à se victum, ultimus in eo *Suevorum* masculorum sanguis carnificis gladio effusus est Anno 1268. Non alius tum propinquior Conradini (qui Fridericum Castellanum, patris sobrinum, sed postea sine prole exstinctum in pegmate ferali heredem dixit. Conf. *Blondell. geneal. Fr. plen. assert. p.16.2.*) consanguineus superfuit, quam ex hac, quæ sola amita inter sorores liberos habuit, *Margareta* Misnici Marchiones. Digni certè qui succederent. Sed *Sueviam*, quamvis non semel fœminino titulo aliis quondam datam, tanquam feudum Imperio apertũ, vindicavit Cæsar, & magna ex parte invasere vicini, ut in plura frustra insignis Ducatus dissiliret. *Neapolitanum* vero & *Sicilia regnum*, quod Constantia Margaretæ avia Suevis intulerat, & à quo haud dubie sexus alter excludi non potuit, hinc Andegavenses, illinc Arragonii cruentis & diuturnis bellis suæ ambitionis voluere theatri Europæ esse theatrum. Interim Misnici Marchiones, Pleisnenses suos ex tam opulenta hereditate, testimonium augustæ affinitatis & originis retinere contenti, à jure suo prosequendo abstinere, quam accipiti martis aleæ omnes fortunas subjicere maluere. Quæ ipsa causa paulo ante avum *Henricum illustrem* impulerat, ne uxoris Constantiæ Austriacæ & liberorũ, in vindicando *Austriæ Ducatu*, jura, quibus populi consensus & suffragium accesserat, majori nixu persequeretur, se suaque ambiguo martis judicio subjecturus. Ut jam taceam, quod infelicissima inter prædictum Albertum patrem & filios dissidia, quæ funeribus hac ipsa fere tempestate implevere ditiones, non permisissent, tanti momenti molimina, etiam justa, suscipere.

§. 23. Sequitur nunc tertia hujus ordinis areola, *Magdeburgico Burggraviatui* dicata, quæ ex summo bipertita prioriparte rubea, aquilam dimidiam argenteam, (sunt qui auream pingunt, alii ut ap. *Sibmach.* Wapenb. 2. *p.* 7. rubeam in argentep solo) aurea corona exornatam, in posteriori argentea, quatuor (sunt qui 3. solum admittunt) coccineas fascias ostendit. (*parti au premier de gueules à une moitié dextre d' un aigle d' argent, au 2.d' argent à 4.fasces de gueules.* *Burggravios* hos prolixè recenset Cyr. Spangenb. Adelsp. P.1. L.10. c.20. p. 318. quod Carolus M. condito castro sive burgo constituerit Burggravios, qui etiam *Comites ad Albim* dicti, & vicinis præfuerint Vinidis, atque advocati fuerint Archiepiscopatus Magdeburgici. Nominat vero *Fridericum* 926. sed potiùs ejus fratrem Geronem 930. primum fuisse Burggraviũ, qui dein Marchio Brandenburgicus 939. decesserit. Hinc filium *Geronem* vocat, ex gratia Augustæ

Digitized by Google

Edithæ Burggraviũ: posteà Lusatiæ, demum Brandenburgensem & Soltvvedelensem Marchionem 965. extinctum. Inde ab Ottone M. Burggravium constitutum memorat *Hermannum de Stubeckeshorn*, cui successit filius *Lutherus*. Post hunc *Luthardus* sive *Lutherus C. de VValbeck* (alii *VValdeccia* familiæ hanc lineam inserunt, vide L. 3. c. 39.) prope Helmstad, maritum sororis Henrici II. Cui successerit filius *Fridericus* & nepos *Conradus*, huic frater uterinus *Meinfridus*, qui 1079. contra Henricum IV. prælio cecidit. Post hunc Burggravius fuit Comes *Dietericus de Plotzke* Conradi superioris ex Mechtilde gener, & isti ex filia Irmgardi gener *Udo* M. Brandenburgicus. Tum Udoni 1087. filius *Udo*, & nepos *Henricus*, qui 1102. mortuus *Henricum* habuit successorem. Hoc vero sine heredibus extincto, Burggraviatum nactus est *Hermannus* Comes de Plozke, & 1117. mortuus est. Ei suffectus *VVipertus M. Lusatiæ* mortuus 1123. & patris successor Henricus 1136. Cum vero Archiepiscopus esset *Conradus Nob. Dominus de Querfurt* ab Imperatore fratri *Burchardo Burggraviatum hereditarium* impetravit (conf. etiam *Henning. Theatr. Geneal. T. 3, P. 2. p. 104.* Hunc ergo secuti *Burchardus* 2. 1167. & nepos *Burchardus* 3. qui in comitatu Friderici Barbarossæ Antiochiæ 1189. decessit. Successit v. ei *Gebhardus*, huic Burchardi 3. filius *Burchardus IV.* Comes Hardecciæ & Querfurti, maritus Sophiæ Mansfeldiæ: isti frater *Burchardus* 5. ad annum 1249. huic iterum prioris filius *Burchardus* 6. N. Dom. de Querfurt, C. Mansfeldiæ, & Hardecciæ, qui comitatũ Mansfeldiæ 1264. emit, & 1270. obiit relictis filiis Burchardo 7. qui initio Burggravius, dein 1275. fratri Gebhardo Querfortium & Burggraviatum cessit, servatâ sibi Mansfeldiâ. In literis circa 1290. illo usus est titulo: *Burchardus Dei gratia quondam Burggravius de Magdeburg dictus de Roseborch.* *Gebhardus* autem frater 1284. mortuus est. Post hunc Burggraviatum ad *Saxones Ascanios* delatum oportet: & *Rudolphus* Saxo 1290. in titulis suis hunc etiam gessit. Et in veteri scripto legitur 1294. Conf. *Matth. Dresser. Isag. histor.* P. 4. p. 109. *Albertus* 3. eum pro 900. vel 3000. vel ut alii 9000. marcis tradidit civibus, qui eum *Ecclesiæ* tradiderunt, sed ne invitis civibus officium relinqueret. Inde *Otto Archiepiscopus* se etiam Burggravium dixit. Anno 1320. *Gebhardus Nob. Dn. de Querfurt* Burggravium Magdeburgium se dixit. 1340. *Bertholdus Comes de Hardeck*, & post eum filius *Ioannes* eodem usi titulo: huic cum filia dicitur Rudolphus El. Saxoniæ Burggraviatũ dedisse, eâ conditione, ut si ex conjugio mares non extarent, hic ad Saxones relaberetur: quæ etiam conditio impleta. Unde hoc etiam feudum à Sigismundo Imp. Friderico Bellicoso diplomate 1425. Budæ dato apud *Albin.* T. 16. p. 212. concessum est (verba ita habent: Mit der Burggrafschafft und Grafen-Gedinge zu Magdeburg und Hall / und mit allen seinen Herrlichkeiten und Würden / Ehren / Rechten / Mannen / Manschafften / Lehen / Lehenschafften / Eigen / Eigenschafften / Pfanden / und Pfandschafften / die zu dem Hertzogthumb zu Sachsen von Alters gehören /) & postea investituræ eundem titulum repetierunt. Uti vero supra dicto Ioanni C. Hardeccio Wolffg. *Laz. Reip. Rom. L. 12. S. 7. c. 5.* filios dat, fortè ex alia uxore, *Ioannem* & *Bertholdum*, quorum illo *Ioannes III.* hoc *Michaël* natus est: hi omnes etiam nec non *Burchardus* Comes Hardeccius judex aulicus Caroli IV. 1366. titulo illi usi sunt. (vid. quæ alibi de his Hardecciis disserimus L. 3. c. 22.) 1538. Elector *Ioh. Fridericus* Magnanimus Burggraviatum numerato pretio reluit. Cum vero sæpius ea de re iterum disceptaretur, certo modo 1577. vel 1579. Augustus renunciavit, titulo tamen servato, atque præfecturis, quibus ille adhæret, *Gommern, Ranis, Elbenvv, & Gottavv.* vide *Ioh. Limn. jur. publ. 3. 10. 17. Matth. Dresser. Isag. histor. P. 4. p. 125.* & inprimis *Frid. Hortled. de Caus. Bell. Germ. L. 5. c. 28.* Nunc quoque, licet in ducatum converso Archiepiscopatu & Serenissimæ Domui Brandenburgicæ concesso, vid. *Instrum. pac. Osnabrug. art.* 11. Electoralis Saxoniæ domus titulus perstat

§. 24. Figura, quam *rubeam* ter repetitam proximus, nempe sextæ seriei primus, laterculus *argenteus* refert, difficiliorem habet explicationem, dissentientibus aliorum inter se sententiis. *Chifflet. l. c. tria paria cornuum scarabæi* vocat. Ob hoc in eum graviorem stringit censuram, & ejus in heraldica arte peritiam elevat Iesuita *Ioh. Ferrand. epinic. pro Lil. p. 108.* quod indignioris insecti pictura commaculare sustinuerit illustre scutum, & quod scarabæo affinxerit cornua, quæ extremitates vaginarum dicenda erant. Ita enim *bouteroles* interpretantur (vid. *Cl. Franc. Menestr. verit. du blas.*

Digitized by Google

blaſ. c. 11. p. 130. boutérole eſt le bout d' un fourreau de cimeterre.) Verum non ita ignobilis ſcarabæus eſt, ut non ejus imago alicubi in pretio ſit. Certe illius figura impreſſa apparet coronæ navali; quod hieroglyphicum eſſet fortitudinis navalis, vid. *Paſchal.* de Coron. Sed & figura à cornibus his non multum abludit, ut videre eſt ex illis, quæ in ſcuto Auſtriacorum nobilium, die Schrötel/ apud *Sibmach.* Wapenb. *P. 1. p. 41.* viſuntur. Ea enim cornua ſcarabæi eſſe, non dubium, ſi nominis alluſionem conſideres. Si verò cornua ſcarabæi non ſunt, utpote quod nec ipſe in me recipio, ſaltam nec Ferrandus ille acutius vidit, (quamvis in eadem ſententia ſit *Oronce Finé de Brianville jeu d' Armoir. p. 139. tit. Angric. & præfat. Meneſtr. abbreg. method. des armoir. p. 89.*) quam Chiffletius, ſi Germanos conſulas, quorum utique hic in ſcuto Germanico explicando, major quam exterorum autoritas haberi debet. *Theodorus Hæping. de jur. Inſign. c. 2. §. 10. n. 1003. dimidiatos Circulos angulares* vocat. An hoc ex *Albino*? qui poſt *Cranzium, Spalatinum & Brotuffium-T. 15. p. 190.* deſcribit, drey rohte halbe Circkel/ inwendig mit weiß gewinckelt/ als lág ein Seeblat oder wie es andere beſchreiben / drey weiſſe Seeblätter darauff (confer. figur Engern in *Sibmach.* Wapenb. *P. 2. p. 4.*) alibi Tit. 16. p. 218. drey rohte Hertzē/ auff welchen drey weiſſe Kleeblätter liegen. Unde eſt quod Wapenb. P. 1. p. 3. omiſſis, quæ imponenda ſymbolo Angrivariæ viderentur, trifoliis ſola pinguntur corda. (Conf. apud *Hæping. de Inſign. c. 6. P. 1. §. 2. n. 42.* epigramma Merſſæi in Colonienſia inſignia) Sic & *nymphææ folia* erunt, qui ſuſpicabuntur, non tantum de eo, quod in figura albúm eſt, ſed & quod coccineum. Inter omnes nulli Germanorum in mentem veniunt vaginarum extremitates.

§. 25. De interpretatione jam non minus eſt controverſia. *Ioh. Iacob. Chifflet.* interpretatur *Angriam* vel *Angrivariam*. Nec dubium eſt illam figuram ita pingi & dari Angriæ apud *Sibmach.* Wapenb. P. 2. p. 4. Tum Sereniſſimi Duces Saxoniæ Lauenburgici, qui Angrivariæ titulum gerunt, P. 1. p. 5. hoc emblema geſtant. Idem de Colonienſi dicerem, eadem ex ratione, ſi corda parum alterare liceret. Ita difficultas non eſſet, niſi conſtaret, Miſnicam noſtram Saxonum ſtirpem *Angrivariæ* nec præfuiſſe unquam, nec jus in eam aliquod ſibi aſſeruiſſe. Si dicas, adjecta eſſe, quæ olim ducatui Saxoniæ cohæſerint, quamvis nunc ſeparata ac aliorſum delata ſint: aut VVitikindi, qui Angris quoque præfuit, originem notari (ex qua ratione cum Weſtphaliæ latercúlo illam parmulam Angriæ ſcuto ſuo inſerunt Sereniſſimi Sabaudi) non ſatisfiet neque enim weſtphaliæ equus aſcitus eſt noſtris, quod meliori jure fieri potuiſſet, ſi vetera ſymbola intueri luberet. Fruſtra ergo potiori omiſſo, ſecundarium ſibi vindicaſſent. Alii difficultati, cur eandem figuram *Tecklenburgii* geſtent. (Conf. *Sibmach.* Wapenb. *P. 2. p. 19.* & *Hamelm.* apud *Hæping. de jur. Inſign. c. 6. P. 5. m. 4. n. 708. p. 344.*) nos non immiſcemus. Idem *Hæping. de jur. inſign. c. 2. §. 10. n. 1003.* poſt Cranzium *Orientalibus Saxonibus* ſeu *Oſtphalis* eam teſſeram propriam notat, cum Weſtphalis equus Witikindi placuiſſet. Sed contradicit Cranzio *Albinus T. 16. p. 218.* & Angriæ notam eripi non patitur. Certior ſententia eſt, quæ comitatum *Brenæ* (quem vitiosè *Sibmach.* Wapenb. P. 2. *p. 22. Bremen* vocat, nec in indice correctus eſt error) indigitat. Huic illud ab ātiquo inſigne, & nunc quoque inter vexilla feudalia illo titulo legitur parma hæc. Si quid tamen Angriæ aut Witikindo dandum fuiſſet, & ſtatuendum quod Angrivariæ teſſera huic coæva exſtiterit (quod nunquam mihi perſuadeo) dici poterat, ex una parte Ringelhemios comites avi ſui inſigne ſibi appropriaſſe, ditione etiam amiſſa, ut ex eo Ringelhemio comitatui attributum ſit: ex altera parte ſimili motiva illud ſuæ attribuiſſe Brenæ. Certè, non inſolens alibi eſt, ut, quod alii primo inditum fuerat inſigne, alteri dein impoſitum conſpiciatur. Ita urticam à Schauenburgicis Comitibus initio uſurpatam fuiſſe, conjectura eſt *Spangenbergii* apud *Danckvverth. in Holſat. L. 3. c. 2. p. 182.* quam non minus probabilem ipsâ Danckvverthianâ, figuram provinciæ reſpici opinante, autumo. Videlicet commutaſſe illo inſigni leonem ſuum cærulcum Adolfum I. Comitem, poſtquam condita in monte Nettelberg ſeu Neſſelberg, arce Schauenburg, titulum aſſumſiſſet novi comitatus, gratia Conradi II. Imp. Dein verò idem emblema Holſatiæ datum, poſtquam ea ex Schauenburgicis comitibus cæpit habere dominos, ſed & ſervatum, cum Domino-

Digitized by Google

rum familia mutata est. Ita Arragoniæ insignia cæpere constituere pali, qnos comes Barcinonensis sibi proprios primum attulit, cum Petronellam heredem Arragoniæ duceret. Nec aliter novum symbolum accrevit Burgundiæ, cum Philippus Audax Joannis regis filius scutum liliatum margine variegato à regia parma distinctum, & suæ lineæ designandæ proprium, ducatui adferret: quod nunc etiam una cũ veteri usurpatur in ipsa Austriaca gente. Ut nihil dicam de Neapolitano regno, cui non alia sunt insignia, quam quæ Andegavensis regnatricis domus familiaria fuere, dein adhibita regno, etiam postquam Andegavensibus exstinctis ratio cessaret. Sed certior usus conjecturis nos supersedere facit. Ut ergo è diverticulo in viam redeamus, fuit *Brena* penes VVethinenses, donec pari ratione cum Palatinatu Saxoniæ (de quo §. 14. audivimus) per Elisabetham Saxonicam Conradi ultimi, (qui tamen revera non fuit ultimus.) Brenensis viduam ad Ascanios delaberetur, sed cum Electoratu modo præmemorato ad antiquos dominos rediret. Hanc eandem *Brenam* potius, quam ex vulgari errore *Angriam*, in scuto Saxonum Ascaniotum notari me docuit Excell. *Joh. Henricus Hofmannus*, vid. L. 1. c. 5. n. 6, 7. Antequam hinc abeam, Sebachiorum apud *Sibmach.* Wapenb. *P. 1. p.* 150. parma notanda, quæ cum Brenensibus idem emblema servat. De ratione viderint alii.

§. 26. Jam in *argenteo* solo *rosa rubea, auro gemmata & viridibus interfoliis ornata*, medium situm in sexta serie occupat. (*d' or à la rose de gueules, boutonnée d' or*) Nec in figura multum est difficultatis: Circa interpretationem aliquid. *Chiffletius* dicto loco *Angleriam* esse vult, sed unde hoc somnium, non assequor. Unicam Angleriam novi, in Lombardia ad VVerbani lacus initium, Borromæorum patrimonium, & olim Mediolanensium Vicecomitum, ex quibus primum Heriprandum filium Facii de Angleria constituunt, patriam. Quid vero hæc ad Saxones? Potius in propatulo est notari, non Pleissensem Comitatum, quod quis ex *Albino, p.* 424. crederet, nisi inter typothetæ paroràmata illud etiam notatum esset, sed *Comitatum vel Burggraviatum Aldenburgicum*. Hic etiam pars est Osterlandiæ, una cum Pleisnensi ditione, quam tamen cum hoc comitatu male confundunt. Ita etiam non probat illos *Albinus Tit.* 14. *p.* 183. qui à Margareta Suevica obtigisse dotalem hanc successionem Alberto existimant: quod ut de Pleissensibus intelligere mavult, ita Tit. 15. p. 193. 194. vix benè discernit, an aliquid hujus simul in dote Margaretæ fuerit, cum autorum non omnino constans sit sententia, *Confer. Limnæus Iuris publici. Addit. Tom.* 5. ad 5. 15. p. 455. De civitate *Aldenburg* constat, eam imperialem fuisse, & cum *Cygnea* seu *Zuicavia* atque *Chemnicio* à Friderico Admorso bello, quod gerebat cum Imperatoribus, ereptam, atque ab Imperio avulsam esse. Vicissim Comites aut Burggravii, quibus ab Altenburgo titulus erat, diu post hæc tempora adhuc superfuere.

§. 27. Nunc proximæ ex sinistro latere nos vocant *tres cærulea fascia argentea* aream induet (*d' argent à 3. fasces d' azur*, drey blaue Streiff / wie man in Handschwehlen wirckt / im weissen Feld.) Quæ Eisenbergium (an Isenbergium, Vide de fabulosa derivatione ab Iside Dea, *Albinum. Tit.* 11. *p.* 154.) Comitatum in Osterlandia situm designant. Vide *Albinum Tit.* 15. *p.* 203. ubi ex Monacho Pirnensi allegat, eum 1395. à *VVilhemo* Marchione comparatum; existimat tamen diutius jam in potestate familiæ ditionem fuisse. Porro cum *Eisenburgiorum* seu *Isenburgiorum* comitum, qui nunc quoque in duos ramos divisi in *VVetteravia* florent, insignia, apud *Sibmach.* Wapenb. 1. *p.* 15. 17. itidem solis fasciis constent, quarum alteræ in argenteo solo coccineæ, alteræ in aureo atræ, aliæ iterum nigræ in argento ducuntur: Viderint genealogiarum conditores, an forte hi in Osterlandia Eisenbergii ejusdem cum hodiernis prosapiæ fuerint. Nec enim insolens in antiquitate fuit, ut distinctionis causa unius familiæ rami cum easdem figuras in scuto servarent, colores inverterent aut variarent. Exempla petis? Cape ista: in Gallia Grolei Delphinatus & Bressiæ, à communi origine derivati, cum scuta in crucem & decussim secta gestent, ea sola metalli variatione distincta sunt: quæ enim his aureæ cuspides, illis argenteæ conspiciuntur. In Belgio vix alius modus distinguendi lineas juniores, quod *briser* seu imminuere & frangere arma vocant Galli, olim fuit, quam hæc mutatio. Reliqui enim modi, ut ponticuli

ticuli vel similes figuræ adderentur, à Burgundis eo illati, ut ex *Christophoro de Butkens* memorat *Menestr. L' art du blason justifié. c.11. p.283.284.285.* Ita apud eundem, *in verit. art du blas. c.19. p.352.* exemplum unius Arschotani comitis exhibetur, qui cum 5. filios haberet, solus ex his primus in paterna insignia, quibus tria nigra lilia in aureo solo repræsentabantur, succesſit, secundus argentea in rubeo, tertius in argento rubea, quartus in argento nigra, ultimus in minio aurea, sed & post hos ex nepotibus aliquis rubea in aureo alveo gestarunt. De Germanis confer. *Hapingius de jure insign. c.9. n.484. & c.13 n.42. seqq.* Exempla frequentissima sunt. Hanoicorum & Eppsteinensium, quos aliqui ex uno fonte ortos produnt; Solmensium & Nassoviorum, quorum communem ortum ipse Nassovicæ Genealogiæ conditor *Textor* & Solmensis genealogus *Albertus Otto Bilgen*, non diffitentur; Rappolsteiniorum & Weinspergiorum, si communi traditioni adhibemus fidem. Sic & Spanheimiorum linex, altera tessellas aureas & cærulæas, altera argenteas & rubeas gestant. Conf. *Sibmacher.* Wapenb. P.2.p.12. Adde duplices Boyneburgios. *Sibmacher.* Wapenb.P.1.p.136. Dernbachios.p.140. Pariter traditione prisca, forte tamen fabulosa, sex fratres totidem familias Montfortiam vel Rotenfahniam, werdenbergiam, Reinecciam, Schellenbergiam, Tubingensem, & Herrenbergiam seviſſe dicuntur: unde illis eandem figuram, videlicet vexillum Ecclesiasticum quadratum & trifariam pinnatum adscribunt, ut tamen color discrimen faceret, qui primi vexillo in argento rubeus, secundi in rubeo argenteus, tertii in albo niger, quarti in atro candens, quinti in auro coccineus, sexti in rubeo aureus perhibetur. Verum illud etiam non infrequens fuit, ut juniores alicujus familiæ filii, cum alibi locorum fortunarum suarum sedem constituissent, hoc etiam loco arcem aliquam, nomine antiqui gentilitii castri insignirent, quæ memoriam originis servaret. Ita quamvis in Principatu etiam Brunsuicensi castrum Eberstein reperiatur, hoc tamen in memoriam Suevici illius conditum fatebuntur omnes illi, qui ex vetustissimorum Suevicorum Ebersteinorum posteris deducunt Ebersteinios Brunsvicenses. Ita cum Merania castrum ad Athesin in Tirolensi agro sit aliud tamen in Voigtlandia etiam ab eadem familia, quæ illius titulum gestabat, conditum exstat. Adde exempla *Gravenecciæ*, quam cognominem arci gentilitiæ in inferiori Austria Ulricus Gravenecius condidit, & *Waldsee*, duarum arcium in utraque Austria, quæ eundem conditorem dominum alterius Waldsee in Suevia agnoscunt, &c. Sed cum conjiciendi mihi sumo libertatem, nihil definio. Interim apud *Limn. jur. publ. addit. 4. ad 5. 15. p.934.* lego: *Duces Saxoniæ, prater Electoralem familiam, ab Imp. Rud. 2. ejusque in Imperio successoribus obtinuisse jus successionis in Comitatum Isenburgicum* (de quo Wetteraviæ comitatu paulo antea dixi) auff alle Erledigungs-Fälle. Huic vero exspectativæ ipsam tesseram ego aptare nolim, utpote quæ ante Rudolphum in nostris scutis.

§. 28. Nunc iterum medio loco septimi ordinis pars aliqua successionis Cliviæ occurrit, cum *Marcanum* Comitatum in campo *aureo fascia transversa triplici dictu tessellata albo & rubro coloribus* notat. (*d' or à la fasce eschiquetée d' argent & de gueules de 3. traits.*) Antiquum in scutis tessellarum harum usum apud Germanos ex *Phil. Cluverii* de rebus patriæ meritissimi *Germ. antiq. c.16.* colligere licet. Conf. fagula virgata (Jo8ata & Mulla) Gallorum apud Nobilissimos & gente & literis *Velserum Rer. Boicarum L.1.pag.15. 16. Freherum, & Hapingium de jure insign. c.6. P.5. num.680.* Ipsum comitatum Lupia, Monasterienti Episcopatu, Clivia, Montibus & Westphaliæ Ducatu terminatum, multisque egregiis civitatibus illustrem, quod concernit, à castro *Altena* olim nomen ei inditum reperio, primumque Adolphum, ex Altenacensibus quintum, qui 1249. mortuus est, Marcæ titulum sumsisse apud *Henning. Theatr. Genest. T.3. P.2.p.367.* De familia multa cumulare non est necesse, quæ ipsa est, quam supra §.9. Cliviæ auctam ditione, & §.12. Montanum etiam principatum tenuisse diximus. Quæ jura Saxonum nostrorum sint in comitatum hunc, ex superioribus repetendum est. Cæterum cum in celebri illa post Johannis VVilhelmi 1608. exstincti mortem hereditatis controversia, peculiariter ad se spectare contendebant ultimi agnati, ex eadem gente, priusquam

BIBLIOTECA ROMA

Marca Clivio comitatu creſceret, originem ſuam ducentes, in Gallia Marcani Mallepori, in Germania Marcani Lumæi, ab aliis tamen prætendentibus, qui poſſeſſionem præripuerant, excluſi. Cæterum cum *Sibmach.* Wapenb. P. 2. p. 17. Marcanum ſcutum ſub nomine von der Marck / prodit, *junioris* lineæ (forte Lumeæ) illud fuiſſe exiſtimo, leonem autem capiti ſcuti diſtinctionis gratia (*briſure*) adjectum, quod exemplis in Gallia & Belgio non caret.

§. 29. Ultima ex Juliacenſibus areolis *Ravenſpergia* eſt, quæ, à dextris Marcanæ faſciæ, *argentea tres cantherios* coccineos defert. (*d' argent à 3. chevrons de gueules.*) vid. *Sibmach.* Wapenb. *P. 2. p. 14.* Idem emblema in Eppſteinio clypeo conſpicitur, an vero ex eo de identitate familiæ arguere liceat, viderint alii. Conf. §. 27. Porro habuit hic Ravenſpergius Comitatus, præfecturis Ravenſpergia, Limborgia, Sparembergia & Vlothoviana conſtans, ſuos comites peculiares, qui in ultimo Ottone defecere, hereditate per hujus filiam Margaretam, vel potius ejus occaſione peculiari gratia Cæſaris, ad Juliacenſes transmiſſa. Ex eo cum reliquis Iuliacenſibus ditionibus eadem fata fuere hujus comitatus: Unde nunc quoque in ejus juxta cum Marca & Clivia poſſeſſione Sereniſſimus & Elector Brandenburgicus eſt. De jure noſtrorũ in eum eadem dici poſſunt, quæ ſupra de Iuliacenſibus memorata ſunt §. 10. Antequam hinc abeam, aliorum etiam *Ravenſpurgiorum* Comitum facienda eſt mentio, qui alias *Altorfenſes* dicti olim in Sueviæ parte Algoja admodum inclaruere, Guelforum primorum ſatores, ſed nunc præter civitatem cognominem, quæ Imperialis eſt & ſua libertate fruitur, vix memoria Comitatus ſupereſt.

§. 30. Qui proxime ſequitur alveolus hoc in reliquis eximium habet, quod *ſolo colore miniato* conſtat, ſine alia figura. (*de gueules plain.*) Equidem apud veteres ſcuta *pura*, hoc eſt unius coloris, geſtata fuiſſe, dubio vacat. Candida ſcuta *Plutarch. in Mario*, Cimbris tribuit: eadem ex veteribus *Alex. ab Alex. Dier. gen. L. 6. c. 22.* de Carthaginenſibus, ruſſata autem de Græcis allegat. Poſtea quoque ab adoleſcentibus aut juvenibus geſtata volunt, qui nullis adhuc geſtis propria meruiſſent. Hæc à noſtris Wartſchild (Galli *tables d' attente* nuncupant, vid. *Meneſtr. verit. art. du blaſ. c. 4. p. 36.*) appellata lego. Quo illud referres, *Virgil. 9. Æneid.*

Parmaque inglorius alba.

An vero ſcutum ejusmodi purum inſignium rationem habere poſſit, diſceptatur. Qui affirmant, ipſum ſcutum confirmatione ſua locunt figuræ alioquin inſeribendæ occupare exiſtimant. Ut adeo excuſentur exempla Bandinelliorum in Tuſcia & Meneſiorum in Hiſpania, qui aurea teſſera ſe jactant. *Meneſtr. l. c.* & in *abreg. Method. p. 21.* ſed & in noſtris hinc inde quadrantes puros reperire licet. Ita in Cronbergiis apud *Sibmach. P. 1. p. 124.* quartus, in Boymundiis. p. 99. quadrantis ſecundi primus & quartus, in Erthaliis p. 104. ſecundus & tertius alveoli vacant. Ut alia non cumulem. De ſignificatione noſtræ areolæ apud *Albin. Chr. Miſn. p. 422.* lego notari der Regalien oder die Blutfahn? Rubeum colorem eſſe Majeſtatis colorem, ſanguine claris tantum deberi, fortitudinis bellicæ inſigne, & ob hoc à Principibus in bello uſurpatum, juxta illud *Virgil. 3. Georg.*

Tyrio conſpectus in oſtro.

legimus *apud Heping. de jur. inſign. P. 9. §. 2. m. 2. n. 469.* & ſeq. p. 653. Cum vero *regalia* notari dicimus, exciperet quis, alios etiam principes ſua regalia geſtare, absqûe hoc tamen emblemate. Verum Electorales familias, nam & Brandenburgici alveolum ſimilem ſervant, & olim Palatini, antequam Sphæram cruciferam (orbem vocant) à Carolo V. acciperet Fridericus II. *Conf. Dan. Pare. hiſt. Palat. p. 271. Caſp. Lerch. à Dirmſt. 2. Grundſ. n. 75. p. 96.* tertiam parmulam ſolo cocco tingebant, hoc eximio decore inſigniri dicerem, niſi etiam in Pomeranorum apud *Sibmach. P. 1. p. 7.* armis cuſpis hujusmodi appareret. Cum ergo ratio non parum intricata ſit, doctiorum relinquo deciſioni & *imixa.*

§. 31. In cuſpide ſcuti non ignobilis pars incrementorum Saxonicorum continetur. Exhibet illa in *aureo* laterculo *nigram Gallinam*, quæ *criſta & paleis rubeis* (ita enunciat *Chifflet. E. A. V. inſign. 11.* quod Gallus *Creſté & Barbé*, Germanus mit

Digitized by Google

mit rothen Kamm und Bärtlein exprimit) prædita, *viridi* (aliqui rubeum volunt) *colliculo tricipiti* insilit. (*d' or à une poule de, sable, creſtée & barbée de gueules, sur une colline à 3. coupeaux de sinople*) Porro monticuli talis frequentiſſimus Germanis eſt uſus, exteris minus frequens. Figuram illam Sinis etiam montis eſſe indicium ex Martinio refert amicus noſter de ſacris & profanis literis bene merens *Theoph. Spizelius de re liter. Sinens. 5. p. 76.* Ipſam quod concernit originem hujus inſignis, fortè à gallina, quæ cum condenda arx eſſet, reperta fuerit, deducti, vide conjecturam apud *Spangenberg. Hennebergicum Chronic. L. 1. c. 3. p. 31.* Aliquam variationem ſitus Gallinæ idem oſtendit. L. 2. c. 16. de C. Poppone 12. de quo ita: **brauchte in ſeinem Inſigel eine einzelen fliegende Henne/mit auffgethanen Flügeln/ dergleichen doch ſeiner Vorfahren noch Nachkommen keiner gethan.**

§. 32. Sunt ex Gallis aliqui huic generi inſignium, quod *Parlantes* vocant, noſtri **Redende oder Nam-Wapen** (uti *Harsdorfferus* in **Geſprächſp.** \ *Philip. Campanile dell' armi. c. 9. p. 14.* naturalia & materialia, alii latini ſuâ aut græcâ voce, paronomaſtica vel æquivoca, infeſtiores. Aliqui omnia ea ruſticis & plebe quam nobilitate digniora exiſtimant: qui moderatius loqui volunt, ſaltem quæ bis loquuntur, hoc eſt duplicem alluſionem habent, nigro notant commate. Sed ſine idoneo fundamento, & non abſque injuria innumeratum familiarum, quæ his delectantur, uſque adeo, ut parum abeſt pleraque omnia antiquorum σήγματα hujusmodi fuiſſe dicere liceat. *Conf. Caſp. Lerch. à Dirmſtein. P. 1.* **Reichs Ritterlich Herkommen 2. Grundſatz/** *ſumm. Marg. 68. Heping. de jur. inſign. c. 5. n. 39.* (ubi *Frehero* citat) *Limna. Jur. publ. 6. 6. 17. Blondell. Geneal. Franc. T. 2. p. 363.* Inprimis Heraldicæ artis peritiſſimus *Claud. Fr. Meneſtrier invenit. art. dubiaſ. p. 440.* recipit, in majori, quod de arte molitur, opere, integram ſecundam partem in hoc argumento inſumere, ut æquivoca inſignia defendat ratione, authoritate, praxi ætiqua, exemplis ſupremorum Principum, Civitatum, communitatum, familiarum Galliæ, Hiſpaniæ, Italiæ, Germaniæ, Poloniæ, Angliæ conf. eund. c. 20. p. 382. ubi ad originem multorum inſignium inveſtigandam, ſæpè notitiam obſoletorum etiam vocabulorum eſſe neceſſariam credit. *Italos* certe propemodum omnes damnare neceſſe fuerit, ſi æquivoca damnes. Sed fortè reſtricta aliorum ſententia, quæ ſola duplici *ἐμφατικῶς* inſignia ſcuta rejicit, non caret fundamẽto? Ego verò catere, omnino dico, & idoneum quo adverſarius convincatur, exemplum hanc Hennebergenſium (quos de *Monticoe ſeu Montacoe apud Spangenberg. L. 2. c. 19.* originis, quæ Gallica eſt *mont à coq*, ſeu *mont du coq*, ignarum, antiquæ literæ dixere) gallinam propono. De horum enim inſignium & familiæ priſca nobilitate dubium vix eſſe poteſt. Unde in argumento, quod ex placito veterum unice pendet, ſufficiens hujus autoritas exempli haberi debet. Sed ne uno tibicine ſententia fulciri videatur, alia adducam exempla, quibus & theſin & primum illud noſtrum ſimul firmemus. Si Sibmacheri librum evolvas, ubique occurrunt. p. 18. *Ochſenhuſanus* abbas bovem è domo prodeuntem. p. 16. *Lavenſteinii* comites inſiſtentem cupi leonem. p. 32. *Sternbergii* innixam tricipiti colli ſtellam geſtant. Vide etiam inſignia Baronis de *Auerſperg*, nobilium *Raumſchuſſel, Reithmor, Ehrmul. Rabenſtein, Hornſtein, Sternfels, Kammerberg, Horneck, Berenfels, Stocker.* (quaſi Stockaer) *Wolfart, Eiſenberger*, &c. ſuis ſingula paginis, ut jam de civitatum ſcutis, in quibus vix aliud frequentius reperias, nihil dicam.

§. 33. Cæterum *Hennebergicum* principatum notari, ex prioribus jam intelligitur. Hujus verò ad Saxones noſtros delati, duplex, pro diverſitate partium, titulus eſt. Resita habet, ſeculo tertio decimo fratres duo Popponis XIII. Com. Hennebergici filii vivebant, Henricus VIII. & Hermannus II. Inter hos illa partitio, ut Henneberga & Sleuſinga illi, huic Coburgum cederet, inſtituta eſt, vide *Spangenberg Chron. Hennebergi. l. 2. c. 30. p. 115.* Primum ita *Coburgum* à reliquo corpore divulſum, nondum tamen à gente, quod tum demum factum eſt, cum filius Hermanni Poppo XIII. 1291. moriens ſorori Juthæ ſeu Guthæ teſtamento 22. arces & oppida, atque ita omnem fere Coburgenſem diſtrictum relinqueret. Nupſerat Jutha Ottoni longo, ex Aſcanis Marchioni Brandenburgico, atque ita Hennebergici patrimonii parte Aſcanii aucti ſunt. In his Ottonis & Juthæ filius Hermannus ditiones tenuit, & per walthetum Com. Barbienſem rexit, vid. cit. *Chron.* L. 2. c. 32. 33.

Sed

Sed ſolis 22. annis exulavit prima hac vice ab Hennebergiis Coburgum, quia Hermanni filia Guta ſeu Brigitta 1314. Henrico XII. Henneb. nupta poſtliminio omnia reduxit. vid. L. 5. c. 9. Brevis tamen uſura, nam paulo poſt *Catharina* illis parentibus nata, cum *Friderico Landgr. Thuringiæ* ex Miſnica gente genito nupſiſſet, Coburgica denuo attulit. Hiſtoriam conjugii non ſine difficultate contracti legas licet apud ſæpius memoratum *Spangenberg d. Chron.* L. 5. *c.* 9. 11. *&* 13. Ita Miſnicæ ſtirpi ea non ignobilem Franconiæ partem, ob quam Hermannus Brandenburgicus apud *cit. auth.* L. 2. c. 33. *Dominum Franconiæ ſe* dixerat, intulit Catharina, & ad poſteros, qui Sereniſſimam Saxonicam gentem hodiè conſtituunt, transmiſit. Quod *Petrus Albinus Chr. Miſn.* L. 1. *Tit.* 15. *p.* 200. refert: Man ſagt von Churfürſt Friderich dem Dritten / ſo offt er ſeine Ahnen habe mahlen laſſen / habe er zu Lucaſen Cranachen dem ältern geſagt: Er ſol ihm ja die Henne fleiſſig mahlen / denn ſie hab den Fürſten zu Sachſen ein gut Ey gelegt: Ex eo Gallina inſerta inſignibus. Sed plures adhuc Hennebergenſium ditiones fata pia noſtris deſtinabant. Cum enim princeps *Georgius Erneſtus* 1583. vitam & totam maſculam Hennebergenſium progeniem clauſiſſet, ſucceſſio Saxones è potiori parte cum Haſſis vocavit, qua hodienum familia fruitur. *Conf. Thuan. L.* 79. *Hiſtor. p. m.* 893.

§. 34. Sola ut conſideretur ſupereſt, quæ ſcuto medio honoratiſſimo ſitu inter tertii ordinis aquilas incumbit, & *Electorale axioma* notat, parmula. Hæc ſuperiori parte atro, inferiori argenteo colore pingitur, inque ea duo gladii rubentes in decuſſim traiecti conſpiciuntur. (*coupé de ſable ſur argent, à 2. eſpées de gueules croiſées en ſautoir.*) De ſignificatione adducit *P. Albinus. Chron. Miſn. T.* 16. *p.* 435. veteres rythmos.

Zwey Schwerdt das Marſchalck-Ampt bedeuten/
Die Wendiſchen Heyden außzureuten.

Limnæus tamen *in jur. publ.* 3. 10. 29. credit eorum uno Electorale munus deſignari, altero fortaſſis teſſeram. Id verò neceſſarium non crederem, ſed juxta rythmi illius tenorem una utriusque de *Mareſcalli* (de nomine vide quæ collegit idem *Limn. Not. regn. Franc.* 2. 27.) munere interpretatio eſſe poteſt. Nam & *Mareſcallus Pappenheimius*, qui non Electoris ſed Mareſcalli propriè vicarii ſunt, duplex enſis ſignificationem habet muneris, vid. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. *p.* 19. Nec mirum ſit hoc Symbolo, Mareſcalli vel Protoſpatarii, titulo à Conſtantinopolitanis mutuo petito, dignitatem notari, cum in *A. B. c.* 22. diſerte allegetur, *Dux Saxoniæ imperialem ſeu regalem enſem deferens, & Imperatorem ſeu regentem immediatè præcedens.* vid. ad h. l. 1. *Limn. obſ.* 3. ubi etiam *gladiatores imperii* illos, qui bajularent gladium, dictos, & olim à Wenceslao duce Lucenburgio & Brabantino jus hoc Saxonicum in dubium vocatum videbis. In Franciæ regno *Mareſcallorum* quidem, ex quo eorum omnis cura ad militiam translata eſt, inſigne *ſcipio* eſſe cæpit, militaris imperii documentum. (Quamvis ſecurim militarem eis tribuat *Loyſeau* apud *Limn. Not. regn. Franc.* 2. 27.) *Conſtabilis* tamen, qui ipſe in militia primas tenet, & *Magnus hipparchus* ſeu ſcutarius ad utrumque latus ſcuti gentilitii (qui mos Gallorum eſt, ut dignitatis emblemata ſcuto non inſcribantur ſed adjſciantur) gladios adponunt, ſed ille evaginatum & è manu armata porrectum, iſte in vagina, quæ à cingulo pendet, reconditū. Conf. *Nicol. Beſogne in Eſtat de la Franc. an.* 1665. *T.* 1. *P.* 1. *c.* 4. *p.* 115. 117. *& T.* 2. *p.* 1. *c.* 1. *p.* 3. Cum his verò duobus aliquam affinitatem Electoris noſtri munus habet. Præterea mos ille figuras officiorum indices, (hoc ſolo diſcrimine, quod extra ſcutum pinguntur) decuſſatim collocandi, iisdem Gallis eſt frequentiſſimus, quemque in dicto libello ubique deprehendere licet. Illo ſitu Mareſcalli militares ſcipiones T. 2. p. 11. Cancellarius ſceptra, p. 63. anchoras Admiralis p. 55. & ex Vulſonii Colomberii inventione, (quam tamen praxis ſecuta non eſt) M. Magiſter ſcipiones coronatos. p. 28. Cubicularius claves. p. 60. inciſor cum ultro furcillam p. 44. ceremoniarum Magiſter báculos ſerico nigro involutos. p. 250. bipennes hoſpitiorum deſignator p. 233. in decuſſim trajicere debent. Simili ratione editio anni 1657. p. 156. magno Palatii præpoſito ſecures cum faſcibus, conſularibus non diſſimiles, adſcribit. Ad eundem fere modum, quo Archiepiſcopi & plerique Epiſcopi, ſpiritualis & temporalis ſuæ jurisdictionis indicio, cum pedo Epiſcopali gladium in crucis Andreanæ ſitum poſt ſcutum diſponunt.

§. 35.

Digitized by Google

§. 35. Sumtum verò eſt illud ſymbolum, cum ipſa dignitate, quæ in noſtra Sereniſſima gente primum *Sigismundi Imperatoris* gratia 1423. die Epiphan. Poſoni *Friderico Bellicoſo*, heroi inter paucos, collata, atq; ab hoc in poſteritatem hucusque propagata eſt. De origine Electorum in univerſum, quæſtionem decantatiſſimam, ſed difficillimam, movere noſtrum non eſt: ſed qui ampliores ſitiunt crateres, alios adeant oportet. Nec minus qui alteram, quo jure præteritis ultimò defuncti prioris familiæ agnatis Imperator Miſnicæ domui honorem hunc conferre potuerit? pernoſſe velit, alios conſulat.

SECTIO II.

SCVTA RELIQVORVM SAXONIÆ DUCUM QUI HODIE SUPERANT, VEL PROXIMO SÆCULO VIXERE.

§. 1. ITa ſingulas Electoralis ſcuti areolas luſtravimus. Reliquorum familiæ Principum inſignia eadem cura evolvere neceſſitas nulla exigit, ne eadem ſemper repetere cogamur, ſed ſufficit notaſſe, in quibus ab Electorali differant.

§. 2. Quod ergo inſignia Sereniſſimi Ducis *Auguſti Adminiſtratoris Magdeburgenſis* concernit: In paucis illa differunt à ſcuto jam explicato. Totus ordo primus, ut in Electorali clypeo *Thuringiam*, *Saxoniam*, ac *Miſniam*; ſecundus, *Iuliacum*, *Cliviam* & *Montes*; tertius verò duas aquilas, *Palatinatus utriuſq;* indices, continent, in hiſce repetuntur. Similiter *Brenenſia*, *Aldenburgica*, *Eiſenbergica*, *Ravenſpergia*, *Marcana*, *regalium* atque *Hennebergica* Symbola, utrobique eodem ſitu ſextam & ſeptimam ſeriem atque cuſpidem complent. In quinto ordine loco Magdeburgici Burggraviatus, Electori peculiaris leonibus *Pleiſſenſi* & *Orlamundenſi* apponuntur *Landſpergii* pali è quarta Electoralis διαθέσεως ſtatione huc extruſi. Præcipuũ diſcrimen eſt quod parmulæ enſes Archimareſcallatus indicia deferentis loco in hoc ſcuto alia comparet, non tertiæ tamen ſeriei, ſed & quartæ (in qua hinc à dextris *muruſ*, illinc *bos Luſatiæ* emblemata ex latere adſtant) mediam regionem complens. Hæc parma ſimpliciſſima eſt, utpote unica tantum lineola transverſim ſecta, quæ *ſuperioris partis minium*, *ab inferioris argento* diſtinguit. (*coupè de gueules ſur argent*) Iisdem utuntur coloribus & ſectionis modo (ſi *Sibmach.* fides eſt) Poppelii de Lobcovviz, Part. 1. pag. 32. inter Suevos Brezii, & Herteri de Hertteneck. p. 113. in Haſſia Lerbachii, p. 138. in civitatibus Undervvalden. p. 222. Adeò non inſolens eſt, pluribus eadem ſine variatione competere ſymbola, quod aliis etiam exemplis probari poteſt.

§. 3. Significatio hujus laterculi longè quærenda non eſt cum facilè quivis intelligat *Magdeburgenſem Archiepiſcopatum* notari. Hunc (vid. *Matt. Dreſſer. Iſag. hiſt. p. 4. pag. 96. & ſeq.* Ann. 968. Otto I. Cæſar, antea ab Epiſcopo Halberſtadienſi Bernardo, quo minus id prius faceret, impeditus, inſtituit, & Adelbertum Archiepiſc. præfecit. Acceſſit dein Nortberti, quem 13. numerant, meritis titulus *Primatis Germaniæ*. Primũ verò in hac diœceſi conceſſione *Alberti Brandenburg.* præſulis, 1539. lumini Evangelii datus eſt locus: cum jam prius 1524. per B. Luther. & Nicol. Amsdorffium illud civitati fuiſſet illatum. Succeſſit Alberto *Ioannes Albertus* agnatus, ſub quo grave inter Canonicos & civitatem diſſidium exarſit, ob quod hæc proſcriptionem & obſidium ſuſtinere coacta eſt, ſed ſuſtinuit conſtantiſſimè. Inde *Fridericus & Sigismundus* ex eadem Brandenburgia familia germani fiaram geſſere, hic etiam controverſias, quæ urbi cũ collegio intercedebant 1564. compoſuit, & Evangelicum præconium templo cathedrali inferre cæpit. Non minus de ſede hac, orthodoxiæ promotione (vid. *Thuan. L. 38. p. 431.*) & controverſiarum reliquarum exſtirpatione meritus eſt priorum ex fratre nepos *Ioachimus Fridericus*, Adminiſtrator, quem ob ductam uxorem ſede dejicere moliebatur Pius Papa, ſed Maximilianus II. Imperator (verbis *Thuan. L. 47. pag* 801.) re in longum extracta, vota & intempeſtivas Pontificis preces eluſit. Mota tamen fuit non ſemel Joach. Friderico lis in comitiis 1576. & 1582. ab adverſariis de dignitate & ſeſſionis ſuffragiive jure; imo hanc cauſam *Limn. Iur. Publ.* 9. 2. 198. allegat omiſſæ in Camera reviſionis, cum ad eam ſtatus Romanæ Religioni addicti Primatem hunc admittere recuſarent. A patre in filium *Chriſtianum Vilhelmum* 1598. derivata eſt di-

gnitas. Demum cùm Christian. wilhelmus ob belli Danici societatẽ ab Imperatore proscriptus esset, Canonici Serenissimum Ducem *Augustum* Electoris filium postularunt, Imperator collegio electione novi præsulis interdixit, & filio suo ab Urbano Octavo Papa mitram conferri obtinuit (conf. *Adolph. Brachel. Hist. L. 3. p. 143.*) In *pace Prag.* §. Das Ertzstifft Magdeburg / ꝛc. Archiepiscopatus hic Augusto ad dies vitæ concessus, idemq; in *pace Osnabr. n.* 11. constitutum, exspectativa verò Ducatus Serenissᵗ. Electorali domui Brandenburgicæ (unde in hujus insignibus eadem hæc area conspicitur apud *Furst. Wap. P. 3. p. 4.* ut in nostro L. 1. c. 13.) addicta est. Quæ conditiones huic concessioni adjectæ sint, ex ipso allegato instrumento publico quivis facile leget.

§. 4. Ab annis non adeò multis una areola auctus est iste clypeus, quæ in scuti pede quadræ Hennebergicæ adjicitur, videlicet *cærulea* inscriptis *duobus mullis barbatis aversis auratis* vel ex naturali colore nonnihil ad flavum inclinantibus. Hoc symbolo designatur comitatus *Barbiensis*, quem 1659. extincto marium ultimo Augusto Ludovico Augustus Dux Saxoniæ crevit, atque eo suam parmam ornavit. Porro in moneta piscibus quatuor rosas adjectas vidi, quod si ita sit, *Rosenbergiam* dynastiam, Barbiensium Comitum etiam patrimonium, sed ex Magdeburgico feudo, notari crediderim. Nam in Comitum istorum scuto apud Sibmach. Wapenb. I. p. 16. primam & quartam aream rubras singulæ ornant argenteæ rosæ auro gemmatæ, fortè nunc compendio cum piscibus in unum laterculum compactæ.

§. 5. Tertius beati Johannis Georgii I. Elect. filius Serenissimus Dux *Christianus Administrator Episcopatus Merseburgici* illam dispositionem servat, quantum ex picturis observare licuit; ut toti scuto parmula Saxonica media incumbat. Primam lineã *Iuliacense*, *Clivense* & *Montanum* symbola complent, in secundo ordine crux *Merseburgi* & *Thuringiæ* leo, in tertio *Misniæ* leo & *Palatinatus Saxoniæ* index aquila, à dextris & sinistris *Saxonicum* medium *de medios* stipant. In quarta serie *Palatinatus Thuringiæ*, muri & bos *Lusatiæ* comparent: Reliquam partem inferiorem, nullo mutato, communem cum fratre *Augusto* servat, excepto quod modo de Barbiensi accessione diximus.

§. 6. Nullam in hoc scuto figuram reperies, quæ non in Electorali scuto explicata esset, si solam secundi ordinis aream primam, *auream* nempe *atra cruce* insignem, quæ etiam à Bilandiis in Rhenana provincia servatur, *Sibmacher. in* Wapenb. Part. 1. p. 132. excipias. (*d'or à la croix de sable.*) Hæc *Merseburgensis* Episcopatus notatur. Eum institutioni Caroli M. *Ioh. Pomarius* Sächsisch und Nieder-Sächsisch Chron. p. 52. adscribit, sed *Matth. Dresser. Isag. Histor. Part. 4. p. 236*, illum tantum autorem collegiatæ Ecclesiæ canonicorum facit, Henrico Aucupi incrementa, & demum Episcopatus constitutionem Ottoni I. tribuens. Primus Episcopus *Boso* in conversione Slavorum Soraborum diligens 970. vivis excessit. Successor *Giselarius*, promotus ad Achi Episcopatum Magdeburgicum, ita attenuavit Episcopatum, ut subjectus Halberstadiensi Præsuli in *Abbatiam* mutaretur, sed 1005. facta est ab Henrico II. restitutio in integrũ. Quartus Episcopus *Dietmarus* chronico edito memoriam sui ad posteritatem propagavit. Post multos alios *Nicolaus Lubecensis*, Electoris Saxoniæ Cancellarius & Episcopus Merseburgensis, Cancellarius & conservator jurium atque privilegiorum Universitatis Lipsiensis constitutus est. Demum post *Sigismundum à Lindenau* à Capitulo electus est Administrator diœceseos in civilibus 1544. *Augustus* Dux Saoniæ, qui *Georgium Principem Anhaltinum*, Theologorum nostrorum illustrissimum, *in spiritualibus coadjutorem* adscivit: hic verò nullum fidelis pastoris munus prætermisit, & pluribus concionibus atque scriptis, quæ dein integro volumine 1570. Latinè & nostra lingua 1610. edita sunt, Ecclesiæ prodesse studuit. Cùm verò deinceps *Michael Heldingus* Belga, pridem suffraganeus Moguntinus & Episcopus titularis *Sidonius* à Collegio intercessione Caroli V. 1550. postulatus esset Episcopus: præfatus Georgius Princeps Anhaltinus, certa protestatione veritatis causæ cavit (vid. scripta Georgii Princ. Anhaltini Edit. German. pag. 839.) Hic Michael inter autores interreligionis 1548. ac 1557, in Colloquio wormatiensi suæ partis defensor fuit: In Tridentino Concilio assedit, in Cameræ Imperialis judicio præsedit & Episcopatum usque 1561. retinuit. Post eum 1562. administratio *Alexandro*, 1566, *Augusto*, 1586. *Christiano*, & 1592. *Ioh. Geor-*

Georgio Saxoniæ Electorib. & Ducibus demãdata est. Nunc eandem, cujus hic insignia tractamus, hujus filius Serenissimus Dux *Christianus* tenet: Confer de hoc Episcopatu *Frid. Hortled de caus. Bell. Germ.* 1, 5, 11. *p.* 1295. 1299.

§. 7. Nunc ordo requirit, ut clypeum Serenissimi Ducis *Mauritii* lustremus. Sed in hoc quoque non multum differentiæ reperiemus. Prima laterculorum series *Thuringiam, Cliviam* & *Misniam*, secunda *Citicensis* seu *Naumburgici* Episcopatus insigne, & (nisi pictor erravit) leonem *Montanum*, tertia *Iuliacensem* Montano alias præponendum ac *Palatinatus Thuringiæ symbolum*, quarta *Palatinatuum Saxoniæ* & *Lusatiæ* notas, quinta *Pleissensem*, *Orlamundanum* & *Landsbergium* δείγματα, repræsentant; sexta, septima & cuspis cum prioribus consentiunt.

§. 8. Sola nos, quo minus pergamus, detinet area secundi ordinis prima, quæ si picturam communicatam inspicio, *superiori parte rubet*, *inferius argento fulget*, si verò *Sibmach.* Wapenb. *Part.* 1. *pag.* 11. fidem adhibeo, tota *coccinea* est. Quocunque verò colore sit, in decussim trajectos *clavem* & *gladium* (si capulum aureum excipias) *argenteos* exhibet. Hieroglyphicum figuræ non difficulter capies. Clavis Ecclesiasticæ potestatis etiam Biblica phrasi symbolum est. *Conf. Celeb. Salom. Glass. Philol. sacr. Lib.* 5. *Tr.* 1. *c.* 12. *p.* 1328. (392.) Unde qui universalis Ecclesiæ audire vult Episcopus, Papa Romanus, autoritatis suæ indicium duplici clave aurea & argentea facere solet. Quam duplicem clavem non ad palatum Romanorum, David *Pareus ad Apocal.* 9, 1. ita interpretatus est. *A Christo primus Ecclesiæ Romanæ Episcopus acceperat clavem regni cælorum, hoc est, potestatem ligandi & solvendi conscientias secundùm Legem & Evangelium Dei: sed contra hanc clavem Satan Papæ dedit clavem abyssi: qua clavem Christi transfixit. Hinc duæ claves decussatæ in Pontificis insignibus cernuntur.* Verum Episcopis etiam non infrequens hæc figura est. Conf. Insignia *Bremensia Sibmach.* Wapenb. *Part.* 1. *p.* 9. *VVormatiensia, ibid. Mindensia p.* 10. *Brandenburgica p.* 11. In Abbatibus *S. Haimerani & Petershusæ p.* 13. Uti verò spiritualis autoritatis illud testimonium fuit, ita gladius adjectus temporalẽ jurisdictionem notat, quæ jam diu est, quod penes *Episcopos in Germania* fuit. Eos à Ludovico Pio principali dignitate auctos, sunt qui perhibent: alii à Carolo M. jam tale quod tributum arbitrantur. *Conf. Klock*, 1. *consil.* 14. *num.* 74. *seq. consil.* 15. *n.* 84. *seq.* Unde mos fluxit, ut una cum pedo pastorali gladium post scutum (& quod mireris, loco ante pedum potiori) collocare Archiepiscopi & Episcopi nostri magna ex parte soleant. Vide Wapenb. Part. 1. pag. 3. & 9. In *Gallia* idem obtinet circa Episcopos, qui temporale dominium obtinent, sed hi à latere collocant gladium. *Vid. Cl. Franc. Menestrier. verit. art. du blas. c.* 13. *p.* 170. & 14. *p.* 187. *& apolog. contra Labourerium.* 10. *p.* 246. & seq. Quod ergo alii exterius adhibito ense notare volunt, quidni pariter eâdem figurâ parmulæ inserta notari dixerim? Nam præter hoc exemplum *Menestr. d. l. pag.* 252. notat Episcopum *Podiensem* in Gallia, in Anglia *Londinensem*, *Vintoniensem* & *Oxoniensem*, quorum insignia gladiis armantur.

§. 9. Cæterum ex his haud obscurè colligitur, quid notari hac area velim: videlicet Episcopatum *Citicensem*, vel quo nunc nomine nuncupatur *Naumburgensem*. Toties allegatus *Petrus Albinus Chr. Misn. Lib.* 1. *Tit.* 32. *pag* 283. Citicæ ad Elsterum, quæ à Carolo M. (cui tamen *Pomarius* Sächs. und Nieder-Sächsische Chronic. p. 52. ipsum Episcopatum acceptum fert) aut filius collegio Canonicorum regularium ornata fuerat, memorat Episcopalem dignitatem ab Ottone I. Imperatore (cui ex *Theodor. de Niem* rerum nostrarum peritissimus *Christoph. Lehman in Chron. Spir. Lib.* 4. *cap.* 3. *p.* 275. attribuit, quod pene omnibus cathedralibus Ecclesiis una cum Dominiis temporalibus propria insignia perpetuo deputaverit) Soraborum Venedorum salutiinvigilante, collatam esse, ut metropoli Magdeburgicæ subesset; cum verò non nisi tres Episcopi ordine, *Hugo. Fridericus* & *Hugo* 2. præfuissent, 982. à Miescone Venedico seu Vandalico Principe Episcopatus devastatus, occasioq; data est, sub Hildeberto, eum transferendi *Naumburgum*, seu Noviburgum ad Salam. Translationem Cõradus II. Imperator 1027. ob hoc ipsum aliquibus habitus fundator, & Joannes Pontifex confirmarunt. Quadragesimum in Antistitum ordine numerant *Philippum Palatinum*, Philippi Ingenui Electoris filium, qui Frisingensi quoque Episcopatui præfuit. Huic *Iulium* ex generosa *Pflugiorum* prosapia (cujus nomen subscriptum legimus in comitio-

rum Auguſtanorum 1548. & 1555. receſſibus) ſubjungit ultimum Albinus. Hujus verò electioni, ſuo jure contradixit Elector, & ex Nobilitate Miſnica alium Theologum Wittebergenſem *Nicolaum Amsdorffium*, ejus loco ſubſtituit, qui inaugurante B. Luthero dignitatem ſuſcepit. Conf. *Iohan. Sleidanus Lib.* 14. *pag.* 395. & apologia Megalandri noſtri *Lutheri Tom. Ienenſ.* 8. vel *Altenburg.* 8. *fol.* 1. *& ſeqq.* Porro Julius ab Electore non admiſſus in Cæſarea aula exulavit, donec 1547. armis in dignitatem reſtitueretur. Hinc formulæ Interimiſticæ 1548. cum aliis autor, & 1557. Wormatiencolloquii præſes fuit, ſed eo 1564. mortuo, poſtquam vera Religio introducta fuiſſet, ad Sereniſſimam Domum Saxonicam certa ratione diœceſis adminiſtratio, Collegio conſentiente, devoluta, ac per *Auguſtum* Electorem, *Chriſtianum* Electorem, & *Auguſtum* Ducem (quos recenſet, dignus qui legatur Matthæus *Dreſſerus Iſagog. Hiſtor. Part.* 4. *pag.* 254. 256.) geſta eſt. Eam nunc obtinet Sereniſſimus Dux *Mauritius.*

§. 10. Ita vidimus ſcuta Electoralis lineæ. Quod reliquos Sereniſſimos Principes hujus familiæ ex Erneſto prognatos concernit, omnibus non multum diverſa ſymbolorum ſcutariorum diſpoſitio ſervatur. Ut videlicet primi ordinis valvuli inter *Thuringicum* & *Miſnicum* ſymbola *Clivium* contineant. Hinc *Iuliacenſis* ac *Montanus*, atque ſub illis duæ aquilæ *Palatinæ* (inter quas aliquando Thuringici Palatinatus indicem à dextris, pictoris vitio, an ſtudio? collocatam vidi) *Saxonicum* ſcutum reliquis incubans ſtipant. In quarta ſerie palos *Landsbergios Orlamundenſis* atque *Pleiſſenſis* leones reſpiciunt, ſub his *Eiſenbergium* Comitatum *Aldenburgum* ac *Brena* comitantur vel cingunt. Tandem in cuſpide ſcuti quadrifariam ſecta *Marcana* faſcia & *Ravensbergii* cantherii, areolam *purpuream* regalium notam, atque *Hennebergicam* gallinam includunt.

§. 11. Quam modo expreſſimus diſpoſitionem ſervarunt Sereniſſimi Duces Fratres *Ioannes Erneſtus*, *Adolphus VVilhelmus*, *Ioannes Georgius* & *Bernardus*, quibus Vinariæ, Iſenaci & Jenæ ſedes fuit, niſi quod quatuor illas pedis areolas in duas regiones partirentur, quarum ſuperior regalium quadram Marca & Ravensberga incluſam, ima cuſpis Hennebergam referret. Quod verò Sereniſſimi Ducis *Ioannis Georgii* in priſcam ſpem avorum ſuccreſcentem florentiſſimam ſobolem concernit, materni juris cauſa, ſcutum novis auctum eſt areolis. Unde illud ſcutum ſeptem transverſis lineis in octo regiones ſecatur. Supremam ornant teſſeræ inter *Thuringicam* & *Miſnicam Clivia*, ſecundam inter *Iuliacenſem* & *Montanam Orlamundana*, in tertia hinc *Palatinatus Saxoniæ*, iſthinc *Palatinatus Thuringiæ*, in quarto hinc *Landsberga*, *iſthinc Altenburgum*, in quinta à dextris *Pleiſſia*, à læva *Eiſenberga* ſtipant majus medium ſcutum Saxonicum. Sexta regio *Brenenſi* & *VVitgenſteinio* ſymbolo interjicit medium *Saynenſe* ſeptima *Marcano* & *Ravensbergio Hennebergium*; in pede ſcuti *regalium quadram* comitantur *Homburgia* & *Freisburgia* dynaſtia.

§. 12. Videmus in hoc ſcuto quatuor laterculos novos *Saynenſem*, *VVitgenſteinium*, *Homburgium* atque *Freisburgium*. Hi Sereniſſimis fratribus *Friderico Auguſto*, *Ioanni Georgio* & *Ioanni VVilhelmo* competunt jure Sereniſſ. matris, quæ eſt *Ioanna Saynio-VVitgenſteinia* filia Illuſtriſſimi quondam *Erneſti*, qui Witgenſteinius à patre Comes, materno jure etiam Saynenſem Comitatum habuit, & ad filias transmiſit, licet fratres alia matre nati, filias excludere fruſtrà laborarint. De qua re diximus Lib. 3. cap. 32. num. 4. 5. ſeq. Porrò teſſeræ illæ ſunt *Saynia*, in rubea parma leopardus erectus ſeu leo facie adverſa aureus (ein auffgerichter gelber Leopard / oder Löw mit beyden Augen vor ſich ſehend). *VVitgenſteinia* nigri duo pali argento inducti: *Homburgia* caſtrum duarum turrium cum media porta & muro illas jungente ex argento in minio: *Freisburgia*, in pelta nigra baltheo diagonali ſiniſtro argenteo inſcripta tria capita aprugna nigra.

§. 13. Inter Gothanos Sereniſſimus Dux *Fridericus* præter columnam Romhildenſem, de qua §. 18. dicemus, parenti ipſius glorioſæ memoriæ etiam uſitatam, ſuperiori anno novam areolam inſeruit, clypeo in ſex regiones diſtributo, ex quibus prima *Cliviam*, *Thuringia* & *Miſnia* cinctam, etiam exhibet, in ſecunda cingunt medium ſcutum *Saxonicum*, *Iuliacenſis* & *Montanus* leones, in tertia *Landsbergios* palos, utrius-

utriusque *Palatinatus* aquilæ, quartam ornant præter Eisenbergam leones *Orlamundanus & Pleissensis*, proximam constituunt interposita areola *regalium Altenburgum & Brena*. In pede autem scuti vel sextâ serie quinque omninò laterculi conjunguntur. In illis medius est *Hennebergica* gallina insignis, extremi *Marcana* fascia & Ravenspergensibus cantheriis: sed gallinæ proxima sunt à dextris *columna Rombildensis*, à lævaleo. Hoc novo & in prioribus scutis non comparente laterculo designatur *Thonnensis* Dynastia, quam princeps à *Christiano Ludovico C. V Waldeccio* emit. Quomodo ea ex Gleichiorum patrimonio ad Waldeccios delata, & gratia Saxonicorum ducum, feudi dominorum collata sit, L. 3. c. 39. n. 10. vidimus. Ex eo vero apparet, areolam cæruleo, leonem argento tingendum esse: quam tesseram à comitibus suis Gleichiis istud Dominium accepit.

§. 14. Ita vidimus Principum, qui ex Serenissima familia nunc quoque vivunt, scuta. Verum operæ pretium non dubito hinc etiam exspectandum, si quædã defunctorum insignia repræsentemus. Non jam ad manus sunt omnia: unde supplere, cui lubet, defectus hujus tractationis poterit. Initium mihi esto à seculo superiori. Eo incipiẽte in vivis erant *Fridericus & Ioannes*, unus post alterum Septemvir, horumq; patruus *Albertus*. Illorum insignia (prout SS. Bibliorum editioni Vinariensi præmittuntur) ita habent, ut duæ lineæ ad perpendiculum, & tres transversæ clypeum secent. In primo ordine leones *Thuringiæ & Misnicus*. *Saxonicum* emblema utrinque stipant, in secundo peculiarem *Electoratus* parmulam *Palatinatus duplex* aquila cingit, cuspidem *Brenensia, Landsbergia & Aldenburgica* hieroglyphica occupant, in tertia serie inter *Orlamundanum* seu Vinariensem & *Pleissensem* leones media area est, quam non bene dignosco, an pura, quod vellem, sit, an ex duobus coloribus composita, quod typus (sed vix cum ratione) innuere videretur. In monetis aliquibus *Ioannes* Elector quatuor parmulas circa effigiem suam collocari jussit, *Electoralem*, *Saxonicam*, *Thuringicam & Misnicam*. Patruus horum *Albertus* Equitum aurei velleris ordini adscriptus alia usus est dispositione, quam exhibet *Chifflet. Insign. Eque. A. V. n. 96*. In ea superiores tres areolas *Thuringia, Landsberga & Misnia*, proximam ducatus *Saxoniæ* duplici *Palatinatu* circundatus, tertiam *Vinaria & Pleissa* (medium *Saxonia* scutulum adhuc complet) ultimam hinc *Brena*, illinc *Aldenburgum* sibi vindicant, areola media, argento & minio perpendiculariter secta. Hoc hieroglyphicum ultimum non magis quam Chifletius capio, neque alibi in Saxonicis clypeis conspicitur. Quod enim *Halberstatensis* Episcopatus in *Sibmach. Wapenb.* P. 1. p. 10. Julbacensis comitatus P. 2. p. 11. & obid *Starhenbergiorum* Baronum primus laterculus P. 1. p. 33. *Rogkenhausius* com. P. 3. p. 27. & nobiles de *Aurach.* P. 1. p. 94. *VVanglin.* P. 1. p. 147. *Betvvingen* P. 3. p. 182. & forte alii hanc sectionem scuti ostendunt, nihil hoc ad Saxones nostros. An forte dicemus, deceptum imperitioris pictoris manu aut ætate corruptæ picturæ Chifletium, laterculo *coccineo*, quem in Electorali scuto lustravimus, nequicquam argentum addidisse? Judicent de hoc alii.

§. 15. Exstinctis istis filii succedere, in Electoratu Joanni *Ioannes Fridericus*, Alberto *Georgius & Henricus*, *Ioannes Fridericus* ita disponebat scutum, ut *Saxoniam, Thuring. & Misniam* primus ordo; *Palatinatum* utrumque cum medio scuto *Electorali*, secundus; tertius *Vinariam*, *Landsbergam & Pleissam*; quartus *Altenburgum, Burggrav. Magdeburgicum & Brenam* designarent. Cuspidis eadem species (in Bibl. Vinarienſ.) apparet, quæ in parentis octavo laterculo notata fuit. Nec hic certiora de illa statuere possunt. Cæterum cũ præfatus *Ioan. Fridericus*, princeps pietate & magnitudine animi nemini secundus, Electoratu dejectus esset: invenio controversiam ei cum Mauritio & Austo intercessisse, ob usum *ensium* Electoralis notæ; sed composita illa & usus tituli ac illius emblematis ei permissus est. vid. *Iacob. August. Thuan. L. 13. Hist. pag. 612. Henrici insignia Ioann. Iacob. Luck. syll. numism. pag. 94.* repræsentat, ut caput scuti *Misnica, Thuringica & Landsbergia* occupent, medium *Saxonica* trabes & sertum inter *Palatinatus Saxonici* aquilam ac leonem *Vinarienſem*, tum rosa *Aldenburgia* inter *Pleissensem* leonem ac *Palatinatus Thuringici* avem, expleant, & cuspis complectatur *Brenense* emblema. Quæ utrinque adhibit spatia vacua sculptoris imperitiæ adscribere mallem; quam causam rimari. Eandem dispositionem à fratre *Georgio* usurpatam vix dubito;

nam & alias eadem uterq; frater ſcutula in monetis effigiei ſuæ addi curaverant, nempe Saxonicum, Thuringicum, Maſnicum δείγματος & Palatinatus aquilam complexa.

§. 16. Jam Henrici filii *Mauritius* & *Auguſtus* haud dubie paternis inſignibus ſucceſſere, additis poſtea electoralibus ſymbolis. Circa Auguſtum hoc unum notare lubet. Inſignia, quæ â *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 5. n. 1. referuntur, non alii quam ipſi deberi. In illis Aquilam *Saxonici Palatinatus* indicem leones *Thuringicus* & *Miſnicus*, in tertio ordine *Landsbergicos* palos *Brenenſe* ſignum & *altera aquila*, mox *roſam* areola *purpurea* & *faſcia Eiſenbergica*, cingunt, gallinâ *Hennebergicâ* in cuſpidem collocatâ: in ſecunda ſerie inter leones *Orlamundenſem* ſeu *Vinarienſem* & *Pleiſſenſem* parma reliquis incubat, quæ ad perpendiculum ſecta, dextrâ ſui parte trabes & ſertum, ſiniſtra crucem nigram auro impreſſam refert. Uti verò Saxoniam hieroglyphico priori notari nemini dubium eſſe poteſt, ita altero *Merſeburgum* deſignari non magis ambigo: hacque ipſa ratione Auguſto ſcutum vindico, qui à Mersburgenſibus 1544. Adminiſtrator electus eſt. In altera linea Joanne Friderico *Ioannes Fridericus* & *Ioannes Vilhelmus* geniti ſunt. Hi ex paterno ſcuto ante omnia *electorale* & *Magdeburgici Burggraviatus* emblemata omittere coacti ſunt. In reliquis non eandem utrique διατύπωσιν placuiſſe invenio. *Ioh. Friderici* clypeum depingit ex moneta *Ioh. Iacob. Luck. Syll. Numiſm. p.* 224. ut ſi tres palos dicas, primus *Miſniam*, *Palatinatum Thuringiæ*, *Vinariam* ſeu *Orlamundam*, tertius *Palatinatum Saxoniæ*, *Aldenburgum* & *Pleiſſam*, *Medius* una areola ob cuſpidem auctior *Thuringiam*, *Saxoniam*, *Brenam* ac *Landsbergam* deſignet. Aliter *Iohan. Guihelmi* clypeum diſponunt pagellæ Bibliis Vinar. inſibus præfixæ, ut primo palo *Palatinatus Saxoniæ*, *Orlamundenſis* ſeu *Vinarienſ.* & *Brenenſis* comitatus, *ac regalium* index areola pura, ſecundo *Thuringia*, *Saxonia*, *Landsberga* & *Aldenburgum*, tertio *Miſnia*, *Pleiſſa*, *Palatinatus Thuringiæ*, atque *Eiſenberga* conſpiciantur. Eadem diſpoſitio dein filio hujus *Ioanni* attribuitur, niſi quod cuſpidi *Henneberga* adjicitur.

§. 17. Plura clypeo adjecta ſunt, cum hoc ſeculo ineunte Juliaco Clivenſis prætenſio inſereretur. Tum in hanc formam redactum eſt *Electorale* ſcutum, priusquam Luſatia accederet, ut in monetis, ſi in ſex ordines transverſis 5. lineis ſecaretur, primus *Thuringiam*, *Saxoniam*, *Miſniam* ſecundus *Iuliacum*, *Cliviam*, *Montes*, tertius *parmulam electoralem* inter *aquilas duas Palatinas*, quartus *Orlamundam*, *Landsbergam*, *Pleiſſam*, penultimus *Aldenburgum*, *Magdeburg. Burggrav. Brenam*, ultimus *Marcam*, *regalia*, *Henneberg.* & *Ravenſpergam* continerent. Parum differt pictura *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 3. cui hic plenam fidem attribuerem. In hac enim 5. ſuperiores ordines eodem cum monetis modo repræſentantur, ſextus Marcam, Eiſenbergam, & Ravenſpergam deſignat. Hiſce cuſpis ſubjicitur in Hennebergicum & regalium hieroglyphicum diviſus. Alteri lineæ (ex Vinar. Bibl. edit.) ita probata eſt diſpoſitio: Quam §. 10. deſcripſi, tanquam nunc etiam ab illis uſurpari ſolitam. In qua primus & tertius palus idem eſt, qui aurea in Electoralibus armis, in ſolo medio palo differentia reperitur.

§. 18. Non longe hinc abit ſcutum, quod *Sibmach. P.* 1, *p.* 5. loco ſecundo exhibet, & haud dubie *Ioannis Friderici* junioris filiis proprium fuit. In eo ſuperiores quinque ordines nihil differunt à Vinarienſi, quod modo conſideravimus. Solus peſcuti aliter habet. Cum enim illud una ſerie quatuor areas exhibeat, hoc tres tantum, ad priorũ modum eiſe patitur, in extrema vero cuſpidis parte alias duas ſubjicit. Illæ ſũt purpura regalium, faſcia Marcana, & Cantherii Ravensbergii. Harũ ſiniſtra gallinam Hennebergicam defert, dextra *rubens*, *argenteam auro tamen coronatam columnam* exhibet. *Romhildenſem* ditionem ex Hennebergicis denotari, *Sibmach.* P. 2. *p.* 6 docere poteſt. Hujus verò ſignificationis apud *Spangenbergium*, diligentem Hennebergicarum rerũ ſcriptorem, nullibi mentionem invenio; Potius apud eundem Lib. 4. c. 23 p. 159. reperio, Antonium Columnium Italum de agnatione Hennebergiis perſuaſiſſe, adeò ut hi à Friderico III. Imperatore circa 1416. (quod & Pius II. Papa confirmavit) Columniorum illam in area rubea argenteam columnã coronatam peculiari privilegio inſignibus ſuis addi peterent & obtinerent. Idem tamen oſtendit Lib. 1. c. 3. olim quoq; huic genti, antequam Hennebergicum nomen adſciviſſent, columnam fuiſſe in uſu. Cæterum Romhilda exſtincto Bertholdo XIX. Principe Hennebergico lineæ Aſchenſis ad Mãsfeldios, ab his permutationis jure ad Saxones devenit (vid. *Spangenb. Chron.* 5. 26.)

In

Digitized by Google

In Sereniſſimi Ducis *Erneſti* ſigillo, quod hoc emblema, niſi me oculi fefellere, notaverim, ſuperius dixi.

§. 19. Unius me adhuc admonet. Hennebergicorum ſymbolorum evolutio; videlicet obſervetur, cum præcipuum ſymbolum videlicet gallina (ut vidimus S. 1. n. 31.) & hic Romhildenſe emblema, Heñebergiæ ſucceſſionis pars, à Saxonibus aſcitum ſit, alterum tamen aureum laterculum, qui apud eundem *Sibmach. P. 2. p. 6.* in ſecundo Hennebergico ſcuto ex teſſellis argenteis & rubeis prominentẽ nigram aquilam bicipitem defert, nunquam aſſumtum eſſe. Illo enim emblemate *Burggraviatus Herbipolitanus* notabatur apud *Spangenberg. L. 1. c. 7.* unde aliqui etiam, quibus cum Herbipolitano antiſtite lites aut aliam ob cauſam eo abſtinuere, vid. L. 2. c. 26. p. 103. L. 3. c. 6. p. 134. Reſumſit vero Henricus XIII. l. 5. c. 17. p. 203. Unde ad finem usque familiæ ejus uſus duravit.

§. 20. Et hæc etiam de variationibus, quas mihi videre contigit, inſignium Saxonicorum dixiſſe ſufficiat. Omnes me expreſſiſſe, nec ipſe credo, ſed non viſas omittenti nemo jure ſuccenſebit.

CAPUT II.
DE APICE VEL TIMBRO ET GALEIS.

§. 1. ITa priori inſtituti noſtri parte, ſcuti contemplatione, defuncti ſumus: jam acroſtolium ſeu apex, quem *timbrum* vel *cimerium* nuncupare ſolent, & inprimis *galeæ* nobis ſpectandæ ſunt: quamvis nonnunquam hæ abſint, eorumque locum *mitra Electoralis* muris pontici vellere facta, quod oræ reductæ monſtrant, ſcuto impoſita ſuſtineat. De galeis vero & coronis generatim ut agamus, non patitur ratio propoſiti, cum tractationi generali artis heraldicæ hæc etiam materia ſervanda ſit. Pauciſſima tamẽ; nec niſi neceſſaria, prænotare cogimur. Ut cum obſervat *Caſp. Lerch. à Dirmſtein de ord. equeſtr.* Grundveſte n. 4. p. 64. Daß vor deme Fürſten und Hertzoge mit keinem Helm gleich ein Ritteresmann auffgezogen / ſondern wie in Käyſers Heinrichs Thurnier Ordnung zuleſen / bloſſes Haubts unter einer Kron und Krantz. Nihilominus ſi qua hæc lex fuit, eam non perpetuã aut non extra torneamenta in uſu fuiſſe oportet. Nunc enim non galea tantum, ſed & pro more noſtræ gentis, cui major quam exteris caſſidum cura, uni ſæpè, ut hic fit, ſcuto plures incumbunt. In collegio Equitũ Aurei velleris galeas plures non admiſſas eſſe, perhibet ſæpe memoratus *Ioh. Iacob. Chifflet. monit. ad lect. tract. de inſign. gentil. E. A. V.* A filio vero *Iulio Ghifflet. brev. hiſtor. Eq. A. V. c. 8. p. 23.* diſcimus, ex quo Philippus 2. Luſitaniam ſubjugaverit, eum Galeas Caſtellanam, Aragonicam & recens partam Portugallenſem impoſuiſſe ſcuto, atque aliis proceribus binas conceſſiſſe: Sed ut inclinatæ & obverſæ reſpicerent ſe invicem. Multa enim in hoc juxta fecialium ſcita differentia eſt, qui *recta* facie aut *luſca* (dem Durchſchnitt nach / *en pourfil.*) galeam collocare debeat: quorum illud ſolis ſummis principibus deberi ajunt. Sed & de numero craticularum, vel cancellorum tantum non ſuperſtitioſe diſputant, quæ in uſum publicum nunquam admiſſa ſũt. Videatur è Gallis *M. Vulſon. de la Colomb. ſcienc. Heroiq. c. 35. p. 384. ſeq.* ex Italis *Philibert. Campanile dell' armi. c. 11.* Noſtris hominibus, ſi ſolum diſcrimen galearum apertarum Thurnierhelm / & clauſarum Stechhelm / (quarum hæ non per clathros, ſed minuta foramina lucem admittunt, & olim nonnunquam à Magnis etiam Principibus promiſcuè uſurpatæ ſunt, conſuetudine à noſtris moribus abhorrente. vid. *Limn. Iur. publ. addit. Tom. V. ad 6. 6. p. 60. Theod. Heping. de jur. Inſign. c. 9. n. 515.*) excipias, nec clatheorum certa lex eſt, nec ſitus. Certe in *Sibmach.* Wapenb. *P. 1. & 2.* perpetuo, quibus fors medium in pagina locum obtulit, caſſides rectas, quibus primum & quartum in lævam, ſecundum & quintum in dextram converſum ſitum attribui videmus. Sed tam non exinde aliquam illorum ἐξοχὴν colligas velim, quam non de iſtis male ob eam Chalcographi diſpoſitionem ſenties; quamvis alioqui ſitus galeæ ad lævã nothos arguat, juxta præſcriptum diſciplinæ, cujus multa ſtatuta, vel non ſuſcepimus, vel ſervare negleximus. Conf. ſupra c. 1. S. 1. §. 2. E contra in continuatione *Pauli Furſtii P. 3. & 4.* univerſi fere, communi cum maximis & ſummis Principibus axiomate, adverſus galeas gerunt, quod haud dubiè exteris crucem figit. Ubi plures autem caſſides ſcuto incumbũt, ut

in

in his Sereniſſimorum Saxonum inſignibus ſit, ea perpetua eſt conſuetudo (neque hic pictorum culpa eſt) ut media adverſa ſit, & eam ex utraque parte reſpiciant cæteræ; vel ubi numerus æqualis, ut media pars in lævam, reliqua in dextram eodem fine reſpiciant. Unde de ſitu nihil amplius notare neceſſe eſt. Porro eas auro pingi, non ambigo, hoc enim non alias modo ſummis Principibus ſolenne eſt, verum etiam apud *Chifflet.* qui Equitum aurei velleris ordini aſcribuntur, tali metallo omnes ornant capitis tegumenta.

§. 2. Ordine nunc ſingulas intueamur. A dextra parte prima aurata, quales & reliquæ, phaleris aureis & cyaneis (regulam *Vulſonii*, quod metallum interiorem, color exteriorem partem tingere debeat, nobis conſtanter receptam eſſe, non ſcio) contecta, coronam gerit, ex qua ala (vel potius jugum alarum, ut tamen altera poſt alteram lateat) prominet, cyano ſuperius infecta, inferiori autem parte auro picta, ut pinnæ, quales in laterculo *Luſatiæ ſuperioris* apparebant, muri diſtinctioni ſerviant. (Alibi murum cum pinnis ſuis mediæ alæ inſertum vidi, ut color, quo alæ tinctæ ſunt, nō minus infra quam ſupra murum conſpiciatur. (Hoc ipſum indicio eſt, cui areæ caſſis reſpondeat, ac ita quam dignitatem ſignificet. Neque multa cumulo. Cum inprimis ex frequentiſſimis acroſtoliis alæ in inſignibus appareant. Ex antiquitate apud *Plutarchum* Cimbrorum alatas criſtas ad hanc figuram aliquo modo reduci exiſtimo. Cum vero Coronam dixi, eam vulgaris formæ eſſe intelligo: ita enim apud noſtros in more eſt, qui curioſam non ſequuntur diligentiam Gallorum, qua illi non regias tantum ab aliis, verum etiam Ducum, Principum, Marchionum, Comitum, Baronum &c. coronas inter ſe diſtinctas volunt. Vide citatum *Vulſon. de la Colomb. cap.* 37. *Fr. Meneſtr. verit. art. du blaſon.* 13. *p.* 157. *Carol. Paſcal. de Coronis*, 9. *cap.* 22. & præfat. Wapenb. *Sibmach.* P. 2. n. 73. 74. 75. 76. (ubi tamen, ut in pictura ipſa, non unus error deprehendi poteſt) Noſtris, ut præoccupavi dicere, una eſt ordinaria coronarum forma, quæ apud autores ubique reperitur.

§. 3. Ex Secunda galea laciniæ hinc minio, inde auro tinctæ dependent. Acroſtolium conſtat taurino ſeu bubalo capite rubeo, quod argenteis cornibus, oculis (ſecus quam *Chifflet. inſ. eq. A. V. n.* 47. auro cornutum & oculatum prodit) & qui per nares trajicitur, annulo ornatum, atque aurea Corona florea, circulo ſcutariæ falciæ laterculi Marcani concolori, redimitum eſt. *Cluviam* illo capite notari certum eſt, circulo vero coronæ, *Marcam.* Si antiquitatem reſpiciamus, jam olim memorante *Diodor. Sicul. L.* 2. Reges Ægyptiorum leonis, tauri aut Draconis caput, Principatus inſigne geſtare ſunt ſoliti: An verò hoc ab illis ad Græcos, inde ad Romanos, tum Celtas tranſierit, diſputat, nec Stevvechii conjecturam admittit, ſed Celtis ſuos in hac quoq; re mores ex ipſa gentium diſperſione arceſſit, de Patria meritiſſimus *Philippus Cluver. Germ. antiq. L. I. c.* 44. omninò legendus. Alioqui *Steph. Pigh.* de quo ſupra c. 1. *S.* 1. §. 8. hujus etiam hieroglyphicon ad *Solem* refert, ad cujus naturam, ut reliqua ſigna Zodiaci, ita in primis taurus referatur. Sed & Rhenus, qui bicornis, ut alii plerique apud antiquos fluvii, pingitur, & cujus inferior tractus circa ipſa fere diverġia domui huic continua ſucceſſione paruit, cauſam potuit dare Conf. *Limn. jur. publ.* 5. 10. 3.

§. 4. Tertia galea, quam vittæ cæruleæ altera parte argento exornatæ regunt, coronam geſtat, ex quo prominent duo cornua argentea (*C. Orence Fine. p.* 140. *trompes* vocat, quod notaret proboſcides elephanti) recurvis atque apertis extremitatibus, quas & cornuum latera quini vel quaterni utrinque bacilli foliati ornant. vid. *Sibmach.* Wapenb. P. 2. p. 6. Porro antiquiſſimus in galeis *cornuum* uſus eſt, ut adeo nonnunquam horum vocabulo univerſus apex intelligatur. vid. *Hæping. de jur. inſig. cap.* 9. §. 4. *n.* 581. Ita Pyrrhum cornua hircina geſtaſſe memorant, quod & de Philippo Macedone prodit *Livius*. Conf. de more illo antiquitatis promum condum *Lipſium de milit. Rom. L.* 3. Amplius Gallorum galeis *Diodorus* cornua, tum avium aut quadrupedum formas aptat. vid. etiam ſupra allegatum *Cluver. d. l.* De ſymbolo roboris & eminentiæ ſplendorisque videri poſſunt varia variorum. Conf. 1. *Reg.* 22. 11. *Celeberr. D. Glaſſ. Philol. Sacr.* L. 5. tr. 1. c. 8. p. 1168. (168.) & c. 11. p. 1267. (p. 307. 308.) Unde noſtri, quibus non infrequens uſus in galea cornuum, ſarcaſmos exterorum merito rident *Limn. Iur. publ.* 6. 6. 95. & *T. addit. V. p.* 61. *Hæping. de jur. inſign. c.* 9. *n.* 32. *ſeq. Foliorum*, quæ ex bacillis adhærent cornibus, ornamenta noſtris etiam ſæpe ſunt uſitata.

vid.

Digitized by Google

vid. *Bavaria* Duc. *Sibmach*-Wapenb. P.1.p. 4. *Eberstein* Com. p. 14. *Freundsberg.* Baron. p.25. ita sine bacillis *Neschwitz* p. 66. Sed & aliis decoribus illa cornua alibi exornari videmus: ut foliis quercinis, ita *Geymann.* p. 36. vel rosis, ut *Gasstruck* p. 49. *Resenau.* p. 104. vel pennis pavoninis, e.g. *Schwartzenberg.* Com. p. 15. *Roggendorff.* Baron. p. 21. *Baumgarten* Bar. p. 24. 40. *Volckenstein.* Bar. p. 26. *Sinzendorff.* Bar. (ubi utrinque pennæ illæ, & in altera galea bacilli liliati cornua circumsistunt) p. 31. *Gramlich* p. 42. *Sinzendorff.* p. 92. vel strathionicis, *Starzhausen* p. 84. *Prunner.* p. 98. *Liechtenstein.* p. 100. *Grosen.* p. 104. vel globulis, ut *Etzing.* p. 22. vel vexillis, ut *Terzka.* p. 32. *Artstetter.* p. 37. *Rotwerz.* p. 67. ut &, de quo paulo post, Saxoniæ Dux, vel annulis, ut *Auer.* pag. 35. vel clavis, ut *Kirchberg.* p. 35. vel stellis, ut *Heinspach.* p. 93. &c. quæ omnia ideo cumulavi, ne nimis insolens videatur, è cornibus folia suspendere. Unicum supereſt, ut hac galea *Thuringiam* notari observetur, de qua quantum satis fuit, c. 1. S. 1. §. 2. & 3. diximus.

§. 5. Offert se proxima aureis atq; nigris laciniis circumfusa galea, & super ea corona, ex qua pileus turbinatus fasciis aureis (fallit literula W. albū colorem designans apud *Furst.* Wapenb. 3. p. 4.) & nigris ferroque transverso, symbolis Saxonicis, exaratus, desuper verò corona iterum aurea atq; pavoninis orbibus fastigiatus eminet. Hac specie comparet in Saxoniæ Ducum reliquorum *Universis*: Elector enim pileū hunc inter cornua ex nigro (*Oronce Finé de Brianville in jeud' armoir. pag.* 140. cæruleum substituit) & argento variegata, atque eorundem colorum (juxta eundem *Brianvill.* argenteis & rubeis) vexillis propendentibus utrinq; quinis ornata, locat (*P. Furst. l. c.* Interpretatio hujus additamenti ex officio Electorio *Marescalli* petenda est, more nostris recepto, ut in galea etiam munerum tesseræ conspiciantur; á quo Galli omnino abeunt, eas non nisi juxta aut pone scutum admittentes. De figura apicis nostri, quem modo descripsi, & pileum appellavi, non desunt, qui diversa sentiant, & columnam esse velint. Vide sententiam *Labourerii* apud *L' art du blason justif. c. 8. p.* 198, 199. qui tamen demonstrat, pileos esse turbinatos; consuetudine olim apud Græcos, nunc Turcas recepta. Exempla ex armoriali nostro hujus generis pileorum adferre, quæ innumera sunt, supersedemus. Si tamen hic nolter *Menestrier. l. c. p.* 199. nullas omnino columnas in apicibus admittat, quia nec gigas Hercules capite eas gestaverit, nostræ nobilitatis non uno exemplo refelli posset; vide *Bodenhausen* & *Campen* apud *Sibmach.* Wapenb. *P.* 1. *p.* 197. & alibi rationem refellunt alia exempla, nam quamvis nec portari turres, rupes aut montes, videamus: horum tamen figuris fastigiatas videmus galeas, *Lauvensteinicrum* Wapenb. 1. *p.* 16. *Saynensium p.* 17. *Thurnensium* seu *Turrianorum p.* 18. *Lynarien sium p.* 18. *Merchsebreinterorum pag.* 19. *Hohenwarthiorum p.* 35. aliorum alibi. Porro Saxonicæ aream hanc respondere callidē, dicere anticipavit unde eodem titulo, quo reliqua Saxoniæ symbola, gestant eam Lauenburgici atque Sabaudi. Quin apud aliquos (vid. Wapenb. 1. p. 5.) Brunsvicenses: quod propterea fieri dixeris, quia horum quoq; majores olim Saxoniæ imperarunt. Sed rectius sentiunt, qui eorum pileum turbinatum sine fasciis & ferro Saxonicis pingunt, quo ipso a nostro pileo distinctissimus est; quod videmus L. 2. c. 9. n. 9. Ita pileum simpliciter rubeum pingit C *Oronce Finé de Brianville jeu d' armoir. p.* 153. Certe nondum hæc insignia Saxonibus tum fuisse, cum Henricus Leo Ducatu Saxoniæ ab Imperatore exueretur, exillis constare posset, quæ C. 1. S. 1. §. 5. allata sunt.

§. 6. Transimus ad quintam galeam, in qua herma virilis eminet, acuminato pileo rectus. Vestis æque ac pileus in palorum modum tænis alternis argenteis & rubeis distinguuntur. Ora pilei reducta non minus argento fulget, & pilei apex pennâ pavoninâ ornatur. Hæc ex fide armorialis nostri *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 35. & P. 2. p. 6. cui ut assentiar, frequens repetitio facit; alioqui non nego, Brianvillii in *jeu d' armoir p.* 140. opinionem non displicuisse, quæ vestem ex cocco & auro constituit; hoc enim metallum, quam argenteum rectius respondet Misnicæ arcolæ: sed & sic de rubeo supereſſet quæstio, si convenientiam exigamus cum parmula, in qua aurea leo non rubeus, sed ater salit. Quamvis ergo non negem, plerumq; apicis fastigiarium coronamentum tincturas cum area easdem habere, exemplis tamen etiam non paucis doceor, contrariūm fieri posse. Taceo quod caudæ pavoninæ, quod acrostolium admodum frequens esse deinde dicam, peculiari colore præditæ, difficulter imitari possint scutarios colores. In Ducum Brunsuicensium apice (vid. Wapenb. Part. 2. p. 5.)

præter pileum turbinatum, vel columnam, equus albus inter argenteas falces, pavoninis pennis exterius decoratas, salit. Cùm tamen scutaria schemata, Brunsvicense, leopardi in rubeo solo gradientes aurei, & Luneburgicum, in auro leo caruleus, alios requisivissent colores. In Wirtenbergicis armis (p. 7.) quæ prima est galea, areæ aureæ cornua cervina nigra deferenti respondẽs, cornu venatorum, auro quidem ligatum & armillatum, at non quod crederes, nigrum, verum rubeum sustinet. Sic & *Sibmach.* Wapenb. *P.* 5. & 7. galeam Brandenburgicæ aquilæ scutariæ rubeæ in argenteo solo expansæ impositam, jugo alarum nigro (rubrum alias suspicaremur) ornat, illas autẽ coreulis & semicirculis trifoliatis non argenteis sed aureis aspergit. Paucis exemplis addere plura liceret, si operæ pretium foret, ista cumulare. Hæc ipsa tamen alii conjecturæ apud me faciunt locum, ut existimem (nisi qui antiquiora lustrarunt monumenta, rem aliter habere forte reperierint) galeam hãc à majoribus gestatam, tum quoque cum *VVesthini* Comites essent: Horum enim leo, quia rubeus in argenteo laterculo erigitur apud *Albin. Tit.* 15. p. 187. quod fastigiarium apicis ornamentum sui coloris habuerit, facilè ut credam adducor; etiam cum autoritate aliorum destituor. Ubi ergo *Misnia Marchionatus* obtigit, eo seculo, quo plures areas in scuto deferre nondum moris erat, VVethinensis leo Misnico locum cedere debuit. Quid jam absurdi, si dicamus, ne Wethinia symbola omnino abdicata videri possent, retentum apicem veterem, aut saltem Misnicum coloribus veteribus alteratũ? Hoc non alienum à Germaniæ consuetudine esse, exempla superius posita evincunt: cum quæ Brunsvicensis galea dicitur, potius Saxonica esset, & quæ Wirtenbergiæ parmæ respondet, Uracensis. conf. de hoc *VValz.* Wirtenberg. Stamm- und Namensquell. P. 1. c. 10. p. 59. & *Cruf. Annal. Suev.* P. 3. L. 1. c. 7. Ita nihil impedit, ut wethinensis galea cum Misnica parma coalescat. Lacinias quod concernit, quæ utrinque defluunt, iterum regula scuti aureas & nigras vellet, galeæ instructus albas & coccineas; quales etiam pingi video. Nisi quod Wapenb. 2. p. 6. ex altero latere literulâ g. etiam auri mentionem fieri observo: quod si non erroneum est, haud dubito, nigrum etiam colorem auro sociandum, ut hinc quidem phaleræ aureæ & atræ, illinc argenteæ & miniatæ dependeant.

§. 7. Sexta galea quæ *Iuliacensis* est, (& in aliquibus picturis, coronata apparet) incertam figuram fere habet, sculpentium vitio, in quo unum certum est, alicujus animalis, cujuscunque tandem, πτόλεμον esse. Aquilæ exsurgenti & expandenti alas, haud dissimilis est pictura, quæ apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 3. occurrit, sed aures, quæ clarius exprimuntur, in galea Brandenburgensi c. p. 3. Palatino-Neoburgica p. 4. Saxo-Vinariensi p. 5. Juliacensi p. 6. & P. 2. p. 4. potius gryphem referunt: Talis enim auribus ejusmodi pro more pingi solet. Verum tamen, si hanc figuram concipimus, pedes anteriores oportet omissos. Ita avis species in picturis Bibl. Vinariens. præmissis retinetur: & vidi ab ipsis Principibus linearum Altenburgicæ & Vinariensis hunc morem in picturis signium servatum esse. Si verò *Furstii* Wapenb. P. 3. p. 4. consulamus, galea inter Brandenburgicas tertia *canis* speciem refert, ut tamen facili ductu ad avem priorem reduceretur. In aliis autem picturis & sigillis ita expressa est, quæ ex galea eminet, canis indagatoris vel molossi, (quod genus Bracken appellant) propendentibus auribus figura, ut de mente sculpentis dubitatio esse nequeat. Et ex hoc, opinor, hausit *Oronce Finé de Brianville jeu d' Armoir. p.* 140. ubi describit: *Vn chien naissant d' argent au colier eschiqueté sans jambes de devant & à leur places deux ailes d' azur.* In eo tamen differt, quod chalcographo, & quas vidi picturis, animal, aureo, alæ & armillæ nigro sunt colore. Quod ultimum denuo aliquis ex P. 2. p. 4. corrigendum putaret, cum numella minio tingitur. Si mihi, quid probabilius videatur, liberum sit profiteri, gryphem nascentem aureum dicerem, sed pedibus destitutum, cujus rostrum, lingua & armilla rubeum colorem, alæ nigrum agnoscunt. Laciniæ utrimque circumfusæ haud dubiè aureæ & furvæ sunt. Si verò omnino canem alatum agnoscere sit necesse, ut in recentioribus picturis ac monetis inprimis ab *Electorali* linea constanter exprimi observo, saltem exemplo res non caret. Nam & Scaligeri Veronenses canis πτόλεμον coronatam & alatam galeæ imposuerunt (vid. *Henning. Theatr. Geneal. T. IV.* P. 1. p. 1121.) Et quis chimericas acrostoliorum figuras recensere omnes posset, vel auderet rejicere? (de illis aliquando agemus Art. Heraldicæ P. 1. c. 6.)

§. 8.

Digitized by Google

§. 8. Ejusdem ſucceſſionis eſt proxima galea, quæ inter phaleras argenteas & coccineas, coronã aureã cauda pavonina verſicoloribus, ut natura refert, pennis radiãte, faſtigiatam pro Principatu *Bergenſi* vel *Montano* ſuſtinet. Peñas galeæ affigere in more veteriſſimo fuit, unde πτερνὸς στέφανος & πτερωτοὶ λόφοι, pennis erectis (ad conſuetudinem hodiernorum Turcarũ) puniceis, quod nobiliorũ inſigne, aut, quod viliorũ, nigris, vel etiam candidis, conſtantes. Conf. *Lipſ. de milit. Rom Lib. 3. dial. 5.* Inprimis verò eo magis pavoninæ placuerũt pennæ, quo pulchriori ſpecie inter omne genus volucrũ pavo ſe oſtentat. Ita *Claudiani paneg. in 6. conſul. Honor. v. 575.* verba intelligunt, qui ita: *Quod picturatæ Galeæ Iunonia criſtas ornet avis.* Licet *Aldrovand. apud Hæping. de Iur. inſign. c. 9. §. 4. n. 8. f. 2. n. 602.* ſtruthiocamelum, Lazio contradices, intelligere malit. Sic & in *panegyr. Maximin. & Conſtant. Imp. dicto* verba galeã auro gemmiſq; radiantem, & *pennis pulcherrimæ avis* eminentem, de pavoninis intelligit *Paſchal. L. 10. de Coron. c. 13.* Unde *Lipſ. d. l.* Regum vel Principũ propriam illam regiam avem fuiſſe credit. Conf. diligentiſſimũ Gallorum *Andr. du Cheſne hiſt. Geneal. de la maiſ. de Montmorency L. 1. c. 9. p. 26.* Id quod à moribus noſtris & ſeculorum proximorum omnino abludit, uti non ſolum *Blondell.* contra adverſariũ in *Geneal. Franc. aſſert. p. 356.* oſtendit, ſed & evolutio libri armorialis mille exempla, ubi plumea corolla cauda pavonina cõſtat, ſuppeditare poteſt. Adde id quod juxta *Hæping. de jur. inſig. c. 5. n. 29. &c. 9. §. 4. m. 8. ſect. 2. n. 604.* hic apex nota præfecti, vel œconomi, ubi ex *Binhardi Chron. Thuring.* Das Kloſter Homburg bey Langenſaltza gelegen hatte Vögte/welche ihm lang treulich und wol vorſtunden/darumb belehnten ſie die Kloſter-Herren mit dẽ Dorff Saltza/und wurden dieſelben ſo reich/daß ſie ein Schloß darinn bauten/und die Dreyburg/weilẽ der Brüder drey waren/nenneten und haben in ihrem Wapen ein roht Widder-Horn/und auff dẽ Helm einen Pfauenſchwantz geführet/zu Urkund/daß ſie zuvor/ehe ſie zu ſolchen Ehren kommen/Vögte und Schaffner geweſen waren. Nihil tamen ita honori pennarum illarum detractum eſt, unde illuſtriſſimæ familiæ ut plurimum tali apice delectatæ ſunt: Poſt illas etiam aliæ nobiles in communionem ornamenti admiſſi. De Habsburgica familia res nota eſt. Exemplum verò illud poſt acres & diuturnas cũ Helvetiis contentiones atque bella hujus familiæ, adeo pennas ipſas exoſas genti iſti reddidit, ut devita periclitatus fuiſſet, qui in eorum ditione auſus eſſet geſtare in capite ejusmodi pennam: tanquam hoſtilis illa ubique teſſera foret, quam toties fulgere in hoſtium hereditariorum criſtis conſpexerant. vid, *Georg. Horn orb polit c. 4. n. 2. §. 3.*

§. 9. Qui circa ultimam caſſidem volitant panniculi, auro & minio picti ſunt. Imponitur illis mitra ducalis rubea, cujus vellere muris pontici fartæ ora reducta candido colore & nigris maculis ornata eſt. Eminet ſupra illam cum collo exſurgens caput aquilæ argenteum, cujus, ſi liceat, linguam & roſtrum cocco tingerem. Notati *inferiorem Luſatiam* ex ordine arearũ colligere in proclivi eſt. Alibi tamen apud *Albinum p. 444.* in Henrici M. Luſatiæ prima galea ipſum bovem ſcutarium anteriori corporis parte è galea coronata prominentem conſpicio: quod nobis non officit, cùm non rarò factum ſit olim, ut galeæ, eodem manente ſcuto, mutarentur.

§. 10. Ex his galeis, primâ & ultimâ, nempe Luſaticis, demtis, reliquæ omnes Saxonicæ Sereniſſimæ familiæ univerſis Principibus cõmunes ſunt, & eodem ſitu retinentur, ut adeo quod in ſcuto neceſſariũ fuit, hic non opus ſit, plura de galearũ differentia huc transferre. Id verò facilè quivis obſervabit, præter Luſaticas, tres alias quoque caſſides hoc ſeculo adjectas eſſe; eas nempe quæ Juliacum, Cliviam & Montes notant. Unde ſuperiori ſeculo & hujus principio non niſi tres galeæ ſcutis. Electorali pariter & Ducalibus, impoſi conſuevere.

§. 11. Sed dices: nondum omnibus laterculis ſuæ reſpondent galeæ. Neq; verò illud neceſſe eſt, nec ſpatium ferret. Si verò quæ ſingulis attribuendæ eſſent, cognoſcendi cupido aliquem teneat: hujus etiam curioſitati ſatisfacere ſtudebimus. *Palatinatus Saxonici* ſcuto ſi imponatur caſſis, huic inſiſtit aquila ſcutaria coronata, & haud dubiè phaleræ cyaneæ & aureæ utrinque defluere debent. *Thuringici Palatinatus* apex pari cornuum ex aurea corona prominentium conſtat; laciniis haud dubiè ſcuti imitantibus tincturas: quod de *Landsbergia* caſſide ſimiliter dictum eſto, quæ coronam impoſitam habet: ſupra quam pileus turbinatus lineiſq; ad ſcutariorum palorum modũ ductis variegatus aliâ impoſitâ coronâ & pavoninis pennis ſuperbit. Quod *Magdeburgenſem Burggraviatum* concernit; ejus galea coronata eſt, & pro acroſtolio cornibus (qualis ſolet in noſtratium galeis figura eſſe) repandis utitur. Cornua ea tamen ex ſcuto depromtis diſtinguuntur, & laciniæ ejusdem tincturæ circa galeam volitant. Ita Saxonici pictores repræſentant apicem. aliter Wapenb. P. 2. p. 7. In hoc enim jugum alarum faſciis ſcutariis pictum loco coronæ & cornuum caſſidem regit.

§. 12. Ad *Hennebergicum* comitatum tranſimus; In hujus apice muliebris herma rubro veſtitus, ſed brachiis deſtitutus, coronam, atq; ultra hanc pileum rubrum turbinatum & aliâ corollâ ac pavoninis pennis faſtigiatum geſtat: crinibus contortis inque nodum collectis. Si fides noſtro Wapenb. P. 1. p. 6. habenda eſt, ipſa galea coronata eſſe debet; ut hac ratione in eodem acroſtolio triplex corona obſervaretur. Lacinias item argento & minio tingit. Quod miror: nam analogia aureas & atras viſa fuiſſet requirere. Sed §. 6. jam præoccupavi dicere, quod non perpetuum illud ſit. Si Romhildẽſibus inſignibus imponeretur hæc caſſis, facilior explicatio foret, ſed allegatâ pag. 2, alteri etiam ſcuto Hennebergico (ubi Rom-

Romhildensis columna non comparet,)imponitur eadem figura. Vicissim si, quas ex cuspidibus Franconiæ ducũ derivat *Spangenberg.Chron.*1.c.7. tessellas argẽteas & coccineas, è quibus aquila imperialis coronata exsurgit in Hennebergensium primo ac quarto laterculo,respicias, denuo videbitur solutum esse dubium. Sed unde alteri Romhildẽsi scuto galea isti areolæ debita? An dicemus: vetustis Hennebergicis columnam Romhildens.ut superius ex Spangenb.audivimus,in usu fuisse.cũ vasallis Franconicis Francon.colores placerent? & antiquioris emblematis memoriam in laciniis atq;apice, cũ scutaria figura mutaretur,servatam esse? Certe exempla similia alibi occurrunt & talia superius notavimus.

§.13. Nunc *Orlamundanæ* & *Brenensi* areæ (neque enim de ullo ordine hic soliciti erimus,)quis apex debeatur,videndum est. Et quidem Saxonici sculptores galeam utramque pileo latiori, cujus ora reducitur, tegunt; nec minus ex utroque pileo duo prominent bacilli,hac cum differentia, ut Orlamundanos singulos binæ pennæ pavoninæ,altera supra alteram,totos quasi occultare videantur;Brenẽsibus in extremo culmine eædem pennæ impositæ conspiciantur. De coloribus nihil certi dicere possum. A sculptura Saxonum ipsorum in diversum abit Wapenb.P.2.p.22.cum Brenensibus(*Bremen* quod legitur ty potheræ μαρέφαμα est)jugũ alarum, quarum altera ferè post alteram,scutaria figura exornatam,lateat,imponit. Ab eodem phaleræ minio & argento pinguntur. *Pleissensis* cassis coronata, inter duo cornua erumpentem leonem ostentat; *Eisenbergia* hermam,cujus tortili diademate caput revincitur,fascia extremâ volitante,sustinet. *Aldenburgica* rosam scutariam repetit, ac eam superius & ex utroque latere singulis pavoninarum pennarum fasciculis exornat. Verũ omnium horum & inprimis laciniarum colores exprimere non valeo,neque ex ingenio fingere sustineo.

§.14. Juliaco-Clivensis successionis partes sunt comitatus *Marcanus* & *Ravensbergius*, unde principatuum galeæ, hisce debitas absorpserunt: Nam etiam Juliacensis & Clivensis duces olim eas omiserunt apud *Sibmach*. Wapenb.P.1.p.6.imo ne Marcæ in acrostolio mentio nulla fieret, tessellas in corona capitis bubalini Clivensis exprimere,quam peculiarem apicem assumere maluerunt, Nec tamen ob hoc comitatibus hisce olim sua non fuisse peculiaria ornamẽta dicendum est. Marcanæ enim tessellatæ fasciæ galea coronam auream,sed circulo ex argento & minio tessellato instructã, & huic impositum jugum alarum complicatum deferens debebatur,ut est in Wapẽb. P.2.17. Ravenspergicis vero cantherii imponenda est galea coronata, & rubro turbinato pileo,ex quo utrinque terna vexilla,scuti cantherios repetentia, prodeunt, fastigiata. Utrique galeæ phaleræ argento & cocco infectæ adjiciuntur.

.15. Demum ne ulla area suo apice destitueretur,puro laterculo,quem *regalium* notam esse volunt,galeam imponunt,corona insignem & expanso alarum jugo.

§.16. Scuta & galeas ita vidimus. Jam nisi imperfectam tractationẽ relinquere cõstitutum sit,ut de *telamonibus*,*symbolo*,*militari tessera* & aliis verba faceremus, scutariæ artis præscripta exigerent: nec invitus mori morem gererem,nisi in hispræcipue meæ supellectilis angustiam fateri necesse esset. Tum nostris non æque atque exterisilla in usu fuisse,& plerasque Illustrissimas familias istis destitui,res ipsa loquitur. Hoc unicum non omittendum duco, quod in Serenissimi Ducis Johannis Georgii lineæ Vinariensis sigillo observaverim telamones adjectos esse,viros sylvestres duos,quorũ quivis per galeam extremam sui lateris prospectat,ac manibus vexillum gestat.

§.17. Supereſſet,ut variorum etiam dominorum aliarumq; ditionum, quæ vel adhucdum sub Serenissimæ familiæ potestate sunt,vel aliquando fuere,tesseras hic exhiberem,& historia illustrarem,uti & *Albinus* hic præivit, & ab aliis quoque in eam rem nonnulla subministrata sunt(in quibus inprimis Magnifici Antecessoris Jenensis *Nicolai Christophori Linckeri* J Cti benevolentiam prædicare gratitudo jubet) verum quando ab Amplissimo *VVeckio* Electoralis tabularii custode & scrutatore diligentissimo insignium Saxonicorum plenam deductionem parari intellexi, meritò manum abstineo,& digniori opus relinquo,qui subsidiis longè uberioribus, authenticis documentis & patriæ historiæ plena cognitione instructus,& de lectoris industria & de domus Serenissimæ decoribus melius merebitur.

§. 18. Voto concludam: ut DEO TER OPTIMO TER MAXIMO benedicente, donec erunt qui regant & regantur homines,Serenissima Familia,in qua tantum reipublicæ, Ecclesiæ situ est, vigere, augeri & hisce atque aliis honorum insignibus gloriari, nunquam desinat. Imo DOMINE, (Ps.61.) *Dies super dies principum adjicias,annos eorum usque in diem generationis & generationis. Permaneant in æternum in conspectu DEI: misericordiam & veritatem præpara,qua custodiant eos. Sic Psalmum dicemus nomini Tuo in seculum seculi,ut reddamus vota nostra de die in diem. Amen.*

Digitized by Google

Francofurti ad Mœn. Impensis Ioannis Davidis Zunneri 1680

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Digitized by Google

Tab. Præl.

ELECTOR. SAXONIÆ.

Prolog. p. 4.

DUX SAXON. ADMINISTRAT. MAG. DE. BURG.

DUX SAXON. ADMINIST. RAT. ME. BG. BURG.

Prolog. p. 25.

DUX SAXON. ADMINISTR. NAUMBURG.

Prolog. p. 26.

DUC. SAXONIÆ LIN. ERNESTINÆ.

Prolog. p. 27.

DUC. SAXONIÆ. (Lin. Jenae. ex Sayn.)

Prolog. p. 28.

DUX SAXONIÆ. (Dux Frider. Lin. Goth.)

Prolog. p. 28.

Prolog. p. 28.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. 1.

DOM. ALBRETANA REG. NAVARRÆ.

L. 1. c. 2. p. 5.

REX ANGLIÆ S. MAONÆ BRITANNIÆ

L. 1. c. 3. p. 9.

DUX DE LVYNES FAM. ALBERTÆ.

L. 1. c. 1. p. 1.

DUX DE CHAUNES FAM. ALBERTÆ.

DUX SAXON. INFERIORIS EX FAMIL. ASCANIA.

PRINC. ARENBERGÆ.

L. 1. c. 4. p. 2.

PRINC. ANHALTINI FAM. ASCANIÆ.

L. 1. c. 4. p. 23.

PRINC. ANHALTINI EX ASCANIIS. LINEÆ SERVESTANÆ.

L. 1. c. 5. p. 25.

COM. DE BERINGEN EX ANHALTINIS.

L. 1. c. 5. p. 33.

L. 1. c. 5. p. 38.

L. 1. c. 5. p. 38.

DUX MUTINÆ S. MODENÆ FAMIL. ATESTINA.

MARCH. PESCARIÆ ET VASTI FAM. AVALOS.

DUX DAUMONT.

L. 1. c. 6. p. 39.

L. 1. c. 7. p. 41.

L. 1. c. 8. p. 41.

Digitized by Google

T. II.

IMPERATOR AUGUSTUS.

DOM. AUSTRIACA.

L. 1. c. 9. p. 44 & 46.

REX HISPANIARUM

L. 1. c. 38. p. 162.

IMPERATOR AUG

L. 1. c. 9. p. 43.

In Caroli V. Sigillo impositum aquilae Imperialis portrefactum.

L. 1. c. 38. p. 182.

ARCHID. AUSTRIAE.

L. 1. c. 9. p. 57.

FERDIN. III. ARCHIDUX.

L. 1. c. 9. p. 57.

ARCHID. AUSTRIAE.

L. 1. c. 9. p. 58.

Maximus Haidler sculpsit Francofurt.

Digitized by Google

T. III.

MARCH. BADENS. LIN. DURLAC.

L. 2. c. 4. p. 280.

DUX S. ANIANI. FAM. BEAUVILLIERS.

MARCH. BADENS.

L. 2. c. 9. p. 285.

C. BENTHEIMI ET TECKLENBURGI.

BORGIÆ. DUCES GANDIÆ.

L. 1. c. 10. p. 68.

L. 1. c. 11. p. 70.

MARCHIO BRANDEBURG. ELECTOR.

L. 1. c. 12. p. 74.

MARCHION. BRANDEBURG. LIN. FRANCONICÆ.

L. 1. c. 13. p. 75.

DUC. BRUNSVICI ET LIN. ÆBURGI.

L. 1. c. 13. p. 95.

DUC. BRUNSVET LUNÆ. BURG LIN. CELLENS.

COM. ET MARESCAL. GUE. BRIANI FAM. BUDES.

M. Müller sc. L. 2. c. 9. p. 397.

L. 2. c. 8. p. 407.

L. 1. c. 14. p. 98.

Tab. IV.

COM. A CASTEL.

L. 2. C. 12. p. 412.

REX CASTILIÆ.

L. 1. C. 38. p. 162.

DUC MEDINÆ. CELI FAM. LA CERDA.

L. 1. C. 15. p. 99.

DUX DE CHOISEUL.

L. 1. C. 16. p. 100.

ARCHIEPISC. ET ELECT. COLON.

L. 3. C. 8. p. 589.

COLUMNII DUC. PALIANI.

L. 1. C. 17. p. 101.

COM. ET BARON DE CONCIN.

L. 1. C. 18. p. 101.

DUC DE LESDIGUIERES FAM. CREQUI.

L. 2. C. 16. p. 422.

COM. A CRONBERG.

L. 1. C. 19. p. 102.

DUC DE HAVRAY ET DE CROY

L. 2. C. 10. p. 598.

DUC UTICÆ. FAM. CRUSSOL.

L. 1. C. 20. p. 105.

DUC ALBUQUERQUII FAM. CHEVÆ.

L. 2. C. 17. p. 428.

Digitized by Google

Digitized by Google

T.V.

DUX HOLSATIÆ.

L.3.c.12.p.614.

REX DAN.ET NORVEG.

L.3.c.12. p. 602.

COM.OLDENBURGI.

L.3.c.12.p.615.

COM.ET DOM.IN DHAUN.

L.3.c.13.p.617.

COM.ET BARON DE DIETRICHSTEIN.

L.2.c.21.p.432.

BURGGRAV.DE DHONA.

L.2.c.20.p.430.

EQMOND.PRINC.DE GAHER.

BARON AB ECK.

L.3.c.41.p.752.

L.1.c.21.p.106.

COM. AB ERPACH.

L.2.c.23.p.437.

FARNESII DUC. PARMÆ. ET PLACENT.

L.1.c.22.p.101.

BAR. FLECKENSTEIN. LINEÆ. DACHSTHL.

L.1.c.23.p.108.

BAR. FLECKENSTEIN.

L.1.c.23.p.109.

Digitized by Google

TAB. VI.

PRINCIPES SANGUINIS DELPHINUS.

REX FRANCIÆ.

PRINCIPES SANGUINIS DUX AURELIANI.

L. 1. C. 24. p. 117.

L. 1. C. 24. p. 110. seq.

L. 1. C. 24. p. 111.

D. ANDIN.

D. BORBONI, NUNC PRINC. CONDE.

p. 118

p. 118

PRINC. DE CONTY. D. BITURIGUM. D. ALENSON. D. VINDOCIN.

p. 118

p. 118

p. 118

p. 119

D. BURGUNDIÆ. C. EBROVICI. D. ENGOLISMII. C. ARTESIÆ.

p. 119

p. 118

p. 118

p. 118

D. MONTPENSERII. C. SUESSIONUM. D. LONGÆVILLÆ. D. VEROMANDUUS.

p. 118

p. 118

p. 118

p. 119

COM. FUGGER. COM. FUGGER. BAR. GAYMANN.

L. 1. 25. p. 127

L. 1. C. 25. p. 128

L. 1. C. 26. p. 129

Digitized by Google

Digitized by Google

T. VII.

COM. DE GEYERSBERG

L. 1. c. 27. p. 129.

GIRON. D. OS SUNÆ.

L. 1. c. 28. p. 129.

GONZAGÆ.

L. 1. c. 29. p. 140.

GONZAGÆ. D. MANTUÆ.

FIDES

L. 1. c. 29. p. 140.

DUX GRAMMONT.

L. 1. c. 30. p. 140.

GUEVARÆ COM. OGNATÆ.

L. 1. c. 31. p. 142.

GUZMANN DUX MEDINÆ SIDONIÆ.

L. 1. c. 32. p. 142.

HARLÆI DE CHANVALON

L. 1. c. 33. p. 143.

COM. HARRACH

L. 1. c. 34. p. 145.

Digitized by Google

Digitized by Google

TAB. IIX

COM: DE HOFKIRCH.

L. 1. C. 39. p. 205

COM. DE HOHENLOHE.

BAR: HOFMANN.

L. 1. C. 40. p. 206.

COM: DE HOYOS.

COM: ET BAR: DE HOHENFELD.



L. 1. C. 41. p. 206.

COM: DE KIENBURG.

L. 1. C. 42. p. 207.

COM KHUN DE BELASY.



L. 1. C. 43. p. 209.

BURGGRAV. DE KIRCHBERG.



L. 1. C. 44. p. 209.

COM: DE KOLLONITSCH

L. 1. C. 45. p. 210.

COM: DE KUEFSTEIN.



L. 1. C. 46. p. 210.

COM: DE LAMBERG.

L. 1. C. 47. p. 212.

BAR: DE LAMBERG.

L. 1. C. 48. p. 212.

L. 1. C. 49. 214

L. 1. C. 49. p. 213.

Digitized by Google

TAB. IX.

LANDGRAV DE LEUCHTENBERG.

L. 1. C. 50. p. 214.

DOM ET PINC. DE LIMPURG.

L. 1. C. 53. p. 217.

COM. DE LOEWENSTEIN ET WERTHEIM Lie. Virnebarg.

L. 1. C. 56. p. 224-226.

DUX LOTHARINGIÆ.

DUX DE VENTADOUR DOM. DE LEVIS.

L. 1. C. 51. p. 215.

COM. LIPPIÆ.

L. 1. C. 54. p. 220.

COM. DE LOEWENSTEIN ET WERTHEIM L. in Rochefort.

L. 1. C. 56. p. 226.

DUX ELLEBOVII DOM. LOTHARING.

L. 1. C. 58. p. 227.

BAR. LEYSSER.

L. 1. C. 52. p. 216.

BARON LŒBL.

L. 1. C. 55. p. 222.

COM. DE LOSENSTEIN.

L. 1. C. 57. p. 227.

PRINCEPS HARCURIÆ. DOM. LOTHARING.

L. 1. C. 58. p. 229.

L. 1. C. 58. p. 227

L. 1. C. 58. p. 237.

Digitized by Google

TAB. X.

COM·DE MANDERSCHEID
Lin. Viridis.

L. 1. C. 59. p. 242.

COM·DE MANDERSCHEID
Lin. Coccinea.

L. 1. C. 59. p. 245.

COM·DE MANDERSCHEID
Lin. Blanca rubrum.

L. 1. C. 59. p. 245.
DUC·MECKELBURGI.

COM·DE MANDERSCHEID
Lin Blanca rubrum.

L. 1. C. 59. p. 245.

COM·DE MANSFELD.

L. 1. C. 60. p. 246.

L. 1. C. 61. p. 248-250.
M·DUX HETRURIÆ. S·FLO.
RENTIÆ·DOM·MEDICEÆ.

DUC·DEL IN FANTADGO.
DOM·MENDOZIÆ.

COM·CORUNNIÆ·DOM.
MENDOZIÆ.

L. 1. C. 62. p. 251.
M·DE CANNETE DOM.
MENDOZIÆ.

L. 1. C. 63. p. 257.
M.DE LA BALA SICILIANA.
DOM MENDOZ.

L. C. 63. p. 254.
COM·DE PRIEGO. DOM.
MENDOZIÆ.

L. 1. C. 63. p. 254.

L. 1. C. 63. p. 254.

L. 1. C. 63. p. 254.

TAB. XI.

ELECT. MOGUNTINUS.
(Dn. Joh. Philippus ex Schomborn.)

L. 1. c. 64. p. 256.

ELECT. MOGUNT.
Dn. Caroli Henrici ex Baron Metternich

ELECT. MOGUNT.
(Dn. Loth. Frider. ex Metternich.)

L. 1. c. 64. p. 262.

MONTMORENCII.

ELECT. MOGUNT.
Dn. Dam. Hastard ex Leyanis.

L. 1. c. 64. p. 267.

NOGARET D. ESTERNON.

L. 3. c. 47. p.

PRINC. ET C. OETINGÆ.

L. 1. C. 65. p. 269.

OSORII MARCH. ASTORGÆ.

L. 1. C. 66. p. 272.

OSORII COM. DE ALTAMIRA.

L. 1. C. 67. p. 274.

PACHECI DUC. ESCALONÆ.

L. 1. C. 68. p. 277.

PICI D. MIRANDULÆ.

L. 1. C. 68. p. 277.

PONTII DUC. DE ARCOS.

L. 1. C. 69. p. 277.

L. 1. C. 70. p. 279.

L. 2. C. 71. p. 280.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

REX PORTUGALLIÆ.

L. 1. C. 72. p. 281.
COM. DE PROMNIZ.

DUC. BRAGANTIÆ.

L. 1. C. 72. p. 283.
COM. DE RANTZAV.

POTIERII DUC. DE TRES-MES.

L. 1. C. 73. p. 297.
PRINC. SALMENSIS.
C. RHENI ET SYLV.
Wild und Rheingraffen

L. 1. C. 74. p. 299.
ROCHECHOVART DUC.
DE MORTE MAR.

L. 1. C. 75. p. 302.
DUX DE LA ROCHE
FOUCAUD.

L. 1. C. 76. p. 306.
DE ROHAN DUX DE
MONTBASON.

L. 1. C. 77. p. 308.
DUX. DE ROHAN.

L. 1. C. 78. p. 310.
DUX DE ROHAN.
ex Cabary.

L. 1. C. 79. p. 313.
MARCH. DE ROSMADEC.

L. 1. C. 79. p. 315.

L. 1. C. 79. p. 316.

L. 1. C. 80. p. 317.

Digitized by Google

Digitized by Google

Tab. XIII.

COM. ET DOM. RUTHENI
S. REUSSEN DE PLAUEN.

L. 1. c. 81. p. 318

BURGGRAV. MISNIÆ
EX RUTHENIS.

L. 1. c. 81. p. 321. 322

DE RYE M. VARAMBON.



L. 1. c. 82. p. 322.

DUX SABAUDIÆ.

L. 1. c. 83. p. 328.

COM. DE SALM IN LOTHARING.

L. 1. c. 84. p. 342. 344.

COM. DE SALM IN NEUBURG.



L. 1. c. 84. p. 344.

DUX DE S. SIMON.

PRINC. ET COM. DE
SCHAUENBURG.

COM. DE SALM IN REIFFERSCHEID.

L. 1. c. 84. p. 345.

BAR. DE STUBENBERG.



L. 1. c. 85. p. 346.

DE TOLEDO DUX ALBA.



L. 1. c. 86. p. 347.

COM. DE TRAUTSON.

L. 1. c. 87. p. 349.

L. 1. c. 88. p. 351.

L. 1. c. 89. p. 352.

Digitized by Google

TAB. XIV

TREMOLI DUX DE THOUARS

L. 1 C. 90. p. 355.

ARCHIEPIS. ET ELECT. TREVIR.

Nic. Joh. Hugo ex Orsbeck.



L. 1. C. 91. p. 360

DE VELASCO DUX DE FRIAS.



L. 1. C. 95. p. 372

DUX URBINI



L. 1. C. 98. p. 375.

TREMOLI DUX DE NOIR-MONSTIER



L. 1. C. 90. p. 356.

DOM DE TSCHERNEMBL.



L. 1. C. 92. p. 361

DE VELASCO DUX DE MAQUEDA.

L. 1. C. 95. p. 372

DOM DE VOLCKERSTORF.

L. 1 C. 97 p. 375.

ARCHIEPISC. ET ELECT. TREVIR

Dom. Car. Caspar. de Leyen

L. 1. C. 91. p. 357. 360

TURRII DUC BULLIONII.

L. 1. C. 93. p. 361

BAR. VINTLER DE PLATSCH

L. 1. C. 96. 373.

COM DE WIED.

L. 1. C. 99. p. 376.

Lehr. Brauck. Kupfferstecher

Digitized by Google

TAB XV.

COM·AB ALTHANN.

L. 2. C. 1. p. 377.

DUX DE ARPAION.

L. 2. C. 2. p. 378.

BAR. DE ASPAN.

L. 2. C. 3. p. 379.

EPISC. BAMBERG. ET HERBIPOLITAN.

L. 2. C. 5. p. 387.

BETHUNII DUCES DE SULLY ET DE BETHUNE.

L. 2. C. 6. p. 391.

BAR. DE BEMEL BERG.

L. 2. C. 7. p. 394.

BAR. DE BOYNEBURG



L. 2. C. 7. p. 394.

DOM. ET COM. DE BREDERODE.

L. 2. C. 8. p. 395.

DUC. BRUNSVICI ET LUNÆBURGI



L. 2. C. 9. p. 397.

DUX DE BURNONVILLE.

L. 2. C. 10. p. 410.

DU CAMBOUT DUX DE COESLIN.

L. 2. C. 11. p. 412.

DE COSSE, DUX DE BRISSAC

L. 2. C. 13. p. 423.

Digitized by Google

Tab. XVI.

BAR. DE CLAM.

L. 1. C. 13. p. 415

DE CUEVA DUX DE ALBUQUERQUE.

L. 2. C. 17. p. 428

DORIÆ PRINC. MELPHIT.

L. 2. C. 22. p. 436

DE FRAUENBERG C. DE HAG.

L. 2. C. 26 p. 446

DE CORDUBA DUX DE FERIA.

L. 2. C. 14. p. 417. 420

DAUVET C. DE MARESTS.



L. 2. C. 18. p. 429

DUX DES TREES.

L. 2 C 24 p 442

BAR. DE FRAUENBERG.

L. 2. C. 26. 447

DE CORDUBA DUC DE CARDONA ET DE SEGORB.

L. 2 C. 14. p. 419. 420

BAR. DE DEGENBERG.

L. 2. C. 19. p. 430

DE FOIX DUX DE RENDAN.

L. 2. C. 25 p. 443

BAR. DE FRAUN-HOFEN.

L. 2. C. 27. p. 448

Digitized by Google

Tab. XVII

BAR. DE FREUNDSBERG.

L. 2. C. 28. p. 448

BAR. DE GILEIS.

BAR. DE GERA.



L. 2. C. 29. p. 449

COM. DE GLEICHEN.

BAR. GIENGER.

L. 2. C. 30. p. 450

GONDY DUX DE RETZ.



L. 2. C. 31. p. 451

DE GORREVOD DUX DE PONT DE VAUX.

L. 2. C. 32. p. 451

BAR. ET COM. DE GRAVENECK.



L. 2. C. 33. p. 453

BAR. DE GREYSSEN.

L. 2. C. 34. p. 454

GRIMALDI PRINC. DE MONACO.

L. 2. C. 35. p. 455



L. 2. C. 36. p. 456

BAR. DE GUMPENBERG. COM. DE GUTENSTEIN.

L. 2. C. 37. p. 457

L. 2. C. 38. p. 459



L. 2. C. 39. p. 459

Digitized by Google

Digitized by Google

Tab. XIIX.

BAR. HAGER AB ALENTSTEIG.

L. 2. c. 40. p. 460

COM. AB HOHBERG.

COM HANOVIÆ.

L. 2. c. 41. p. 460

BAR. AB HOHBERG.

BAR. AB HAYM.

L. 2. c. 42. p. 464

HOSPITALII DUC. DE VITRY.



L. 2. c. 43. p. 465

BAR. ILSUNG.

L. 2. c. 43. p. 467

DUC. IULIACI, CLIVIÆ ET MONTIUM.

L. 2. c. 44. p. 467

COM. ET BARON KHEVENHVLLER.

L. 2. c. 45. p. 468

COM. DE KŒNIGSECK.

L. 2. c. 46. p. 469

LALANI COM. DE HOCHSTRATEN.



L. 2. c. 47. p. 473

LANNOII PRINC. SULMONÆ.

L. c. 48. p. 475

l. 2. c. 49. p. 482

L. 2. c. 50. p. 483.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Tab. XIX.

C. DE LIMBURG in Styrum.

L. z. C. 51. p. 485.

C. DE MEGGAW

DE MATIG[illegible]NON C. DE THO[illegible]RIGNY.

L. z. C. 52. p. 492.

C. ET B. DE MOLLART.

DE MEYCHSLRAIN C. DE HOHENWALDECK.

L. z. C. 53. p. 493.

C. DE MONFORT

L. z. C. 54. p. 494.

COM. DE TÜBINGEN

L. z. C. 55. 494.

COM. DE NELLENBURG.

L. z. C. 56. p. 495.

BAR. DE NEUHAUS

L. z. C. 56. p. 497.

BAR. DE NEUHAUS IN CARSTIA

L. z. C. 57. p. 498.

BAR. DE NEUHAUS IN GREIFFENFELS.

L. z. C. 59. p. 500.

BAR. DE NEYDECK.

L. z. C. 59. p. 500.



L. z. C. 59. p. 501.



L. z. C. 60. p. 501.

Digitized by Google

Tab. xx.

DE NEUFVILLE DUX DE VIL.

L. 2. C. 58. p. 499.

COM. AB OPPERSDORF.

DUX DE NOAILLES.

L. 2. C. 61. p. 502

COM. DE PALFY.

BAR. AB OEDT.



L. 2. C. 62. p. 502.

PLESSIS DUX DE LIENCOURT S. DE LA ROCHE GUYON.



L. 2. C. 63. p. 503.

PLESSII D. DE RICHELIEU.

L. 2. C. 64. p. 504

DEVIGNEROD DE PONT COURLAI DUC. D' AIGUILLON.

L. 2. C. 65. p. 504

COM. ET BARON DE POETTING.

L. 2. C. 66. p. 505

BAR. DE PRAG.

L. 2. C. 66. p. 505

BAR. DE PROESING

L. 2. C. 67. p. 506

COM. ET BARON DE PUCHEIM.

L. 2. C. 68. p. 506



L. 2. C. 69. p. 507.



L. 2. C. 70. p. 507.

Digitized by Google

Digitized by Google

Tab. XXI.

BAR. DE RAPPACH.

L. 2. C. 71. p. 508

COM. ET DOM. DE RAPPOLSTEIN.

L. 2. C. 72. p. 509.

BAR. DE REDERN.

L. 2. C. 73. p. 515.

BAR. DE RŒDERN.



L. 2. C. 73. p. 515.

COM. ET BAR. DE ROGENDORF.



L. 2. C. 74. p. 515.

COM. DE ROTTAL.

L. 2. C. 75. p. 516.

ROUXEL C DE GRANCEY.

L. 2. C. 76. p. 517.

DE S. MAURE DUX DE MONTAUSIER.

L. 2. C. 77. p. 517.

BAR. ET COM. SAUER DE KOSIACH.



L. 2. C. 78. p. 520.

COM. DE SCHALLENBERG.

L. 2. C. 79. 521.

DOM. DE SCHERFENBERG.

L. 2. C. 80. p. 522.

BAR. SCHIFER.

L. 2. C. 81. p. 524.

Digitized by Google

Digitized by Google

SCHNEIDBECK DN. DE SCHOENKIRCHEN.

L. 2. C. 82. p. 524.

PRINC. DE SCHWARTZENBERG.

BAR. DE SCHOENBORN.



L. 2. C. 83. p. 525.

COM. DE SCHWARTZENBERG.

BAR. DE SCHRATTENBACH.

L. 2. C. 84. p. 526.

COM. DE SCHWARTZENBERG (alter ab nea)



L. 2. C. 85. p. 528.

BAR. DE SAINSHEIM



L. 2. C. 85. p. 528.

BAR. SEEMANN.



L. 2. C. 85. p. 527.

DUX DE LA FERTE SENNETERRE.

L. 2. C. 85. p. 529.

SENNETERRE M. DE CHASTEAVNEUF.

L. 2. C. 86. p. 529.

L. 2. C. 87. p. 530.

COM. DE SINTZENDORF IN REINECK.

COM. DE SINTZENDORF. IN NEUBURG.

L. 2. C. 87. p. 530.



L. 2. C. 88. p. 530.



L. 2. C. 88. p. 531.

Digitized by Google

Digitized by Google


COMES. BONDE
BA. DE OXENSTIERNA
COMES. STRUENSEE
COMES. STANHOPIUS
BAR. STROEM DE LANDSKRON
BAR. STRUEN DE SCHWARTZHOF
BAR. TESSINE.
REX SVECIA
BAR. DE TELFFENBACH

Digitized by Google

TAB. XXIV.

COM. ET. BAR. DE. THAN HAVSEN

L. 2. C. 99. p. 548.
COM. DE TRAVT MANS DORF

BAR. THANRÆDL

L. 2. C. 98. p. 547.
TVRRIANI. S. COM. DE THVRN

COM. IN TRAVN. ET ABEN SPERG.

L. 2. C. 100. p. 548.
VNGNAD. COM. DE WEISSENWOLF

L. 2. C. 101. p. 549.
COM. ET. BAR. DE VOLCKRAH



L. 2. C. 102. p. 551.
COM. ET. BAR. DE VRSEN BECK

L. 2. C. 103. p. 555.
VRSINI. DVC. BRACCIANI.

L. 2. C. 104. p. 556.
PRINC. DE ROSENBERG

L. 2. C. 105. p. 557.
COM. DE. ROSENBERG

L. 2. C. 106. p. 557.
COM DE WALLEN STEIN

L. 2. C. 106. p. 558.

L. 2. C. 106. p. 559.

L. 2. C. 108. p. 564.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRESTRON DE WALS-TEIN.

C. TRESTRONESIS DE WALSTEINE.

PINCERNA DE WINDISTEYTEN.

BAA. DE WRTE.

C. DE WIRNE.

CZT. DAS. DE WINDISCHGRAZ.

CZR. WOLCKENSTEIN.

BAR. WIRNHAIM.

C. DE RANE.

DOMINI A. ZELKING.

CZT. BAA. DE ZOTEN-BERG.

PRINC. DE ZOLLERN E. SIGMARINGEN.

Indem-Congr

Digitized by Google

C. ASPREMONTE

C. ASPREMONT LYNDEN ET REINHOVE.

C. DE BARRY.

EX. MARCHIO DE WITTHEM.

DE MARCHAIDIEN DE VILLARS

C. DE SAAVEDRA

EPISC. BRUGENSIS.

ARCHIEPISCOPUS ET ELECT. COLON.

BRUGENSIS CAPIT. CATH. AB ARMIS.

COM. CHIROMONTANUS

COMES CHIROMONTANUS

Digitized by Google

REX DANIÆ ET NORVEGIÆ.
Duc. Slesvic. Holsat. Comes Oldenb. et Delmenh.

TRIUMVIR ET SODA.
Duc. Slesvic. Holsat. Comes Oldenb. et Delmenh.

SUB TRIUMVIRA SODALIBUS.

COM. OLDENBURGENSIS.

COM. ALDENBURGI.

HERMANNUS DE HAMELMANN.

COM. HALLAE ET TECKL.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

Tab. XXIIX.

BAR. DOTZI.

L. 3. c. 14. p. 619.

DE DURFORT DUX. DE DURAS.

L. 3. c. 15. p. 619.

C. FUCHS DE FUCHSBERG.

COM. AB EMS S. HOHEN EMS.

L. 3. c. 16. p. 619.

PRINC. ET COM. DE FURSTENBERG.

D'ESTAMPES M. DE MAUNY ET DE VALENÇAY.

L. 3. c. 17. p. 620.

EX FURSTENBERG EPISC. ARGENT.

L. 3. c. 18. p. 621.

EX FURSTENBERG EPISC. ARGENT.

L. 3. c. 19. p. 622.

DE LA GRANGE M. D'ARQUIEN.

L. 3. c. 19. p. 626.

BAR. GREIFFENCLAU DE VOLLRATHS.



L. 3. c. 19. p. 627.

COM. AB HARDECK.

L. 3. c. 20. p. 628.

C. AB HARDECK.

L. 3. c. 21. p. 630.



L. 3. c. 22. p. 631.

L. 3. c. 24. p. 632.

Digitized by Google

Digitized by Google

LANDGRAV. HASSIÆ. LIN. CASSELL.

LANDGRAV. HASSIÆ. LIN. DARMSTATT.

C. DE MANDERSCHEID. IN KAYL.

L. 3. c. 23. p. 634.

C. DE MŒRSBERG.

L. 3. c. 23. p. 638.

EPISC. MONASTERIENSIS.

L. 1. c. 59. p. 245.

EPISC. PADERBORN. ET. MONASTERIENS.

L. 3. c. 24. p. 641.

C. NASSOVIÆ. LIN. SARÆPONT.



L. 3. c. 25. p. 642.



L. 3. c. 25. p. 648.

C. NASSOVIÆ. LIN. SARÆPONT.

L. 3. c. 26. p. 652.

PRINC. ARAUSION EX NASSOV.



L. 3. c. 26. p. 652.

PRINC. NASSOVII LIN. IN SIGEN ET DILLENBURG.

PRINC. NASSOV. LIN. SIGENS. (Princ. Wilh. Maurit)



L. 3. c. 26. p. 657.

L. 3. c. 26. p. 656.

L. 3. c. 26. p. 664.

Digitized by Google

Digitized by Google

ELECTOR PALATINUS C. PALAT. RHENI LINEA PALAT. RHENI LINEA PALAT. RHENI LINEA
RHENI. SIMMERNENSIS. PFALTZBURG. ET NEVBURG.

C. PALAT. RHENI LINEA C. PALAT. RHENI LIN. ABBAT. QUEDLINBURG.
SPANHEIM. (Der Elteste) SPANHEIM. PALATIN. EXCTALIS SPANHEIM.

C. PALAT. RHENI LINEA C. PALAT. RHENI LIN. VEL. ELECTOR. ET DUX
SPANHEIM. (Der Jüngere) BIPONT. ET EX. SPANHEIM. BAVARIÆ.

DUCES BAVARIÆ. EPISC. FRISING. ET AD. C. DE WARTENBERG.
TIPPON. ES. LAMAS.

Powered by Google

Digitized by Google

REX POLONIÆ.

(Augustus Secundus rex.)

Ao 1697 Ao 1733

Digitized by Google

ANN. RAMSER.
DNUS. ANNO. 1589.
C.DE SCHWARTZEN.
1612 C.
C.DE HOLTZ.
I.A.DE VOS
DOM. DE SAINTENES.
C. DE SAXE
ETC. TRIERENSIS
EPISC. ARGENTIN
DE FREYBERG D. BAR.
DE SAFFENBERG
ETHC. RICH STAVT.
C.DE KELMANSECK.
KAS. DE KELMANSECK

Digitized by Google

BAR. DE OBERNDORF.
Z 2268

C.DE LEININGEN ET HARTENBURG

C.DE RITTBERG ZU HOHENSAX

Digitized by Google

Digitized by Google

BRISURE HERALDIQUE COULEURS ET TINCTURES.

Argentum Aurum Armoiries Cerulum Myrre Perdix Rubarbe Tabac noir
Argent Or Armoiries Azur Myrre Perdrix Rubarbe Tabac noir
Gules Vert Purpure Noir Sable Tenné Orange
Rouge Vert Pourpre Noir Sable Tenné Orange
Escarboucle Ecureuil Fraisier Lion
Escarboucle Ecureuil Fraisier Lion

BRISURE ARMORUM

Diamond Sanctum Diamond Diamond Diamond Diamond Diamond Diamond Diamond
Diamond Sanctum Diamond Diamond Diamond Diamond Diamond Diamond Diamond
Inverted Pale Pale Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise
Inverted Pale Pale Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise
Inverted Pale Pale Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise
Inverted Pale Pale Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise
Inverted Pale Pale Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise
Inverted Pale Pale Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise Bendwise

Digitized by Google

LIBER I.

CAPUT I.

Fam. Alberta, Duces de Luynes & de Chaunes.

1. *Familia. Linea.*
2. *Dux de Luynes & de Cheuvreuſe.*
3. *Scutum. Rohan.*
4. *Galea.*
5. *Tituli.*
6. *Tituli filii Cheuvreuſe.*
7. *Dux de Chaunes.*
8. *Scutum.*
9. *Familia Alliaca ſ. d' Ailly. Carola heres.*
10. *Tituli.*

§. I.

INcluta *Albertorum* familia, quæ raro exemplo tres fratres germanos Duces habuit, ad *Iacobum Alberti* refertur, qui ad Ludovicum Sanctum Regem Claromontium Arvenorum venit, ut pro *Napoleone* patre, quem Florentini ditionibus ſuis *Montecarelli* atque *Cerbayæ* depulerant, auxilium obtineret, ibidemque ſedem fixit: Eo natus eſt *Iacobus Dominus de Mont, arnat & Gaiſſac*, pater *Guidonis* atque *Stephani*, ex quibus hic Epiſcopus Claromontanus 1352. Avenione Pontifex electus eſt, ſumto nomine *Innocentii VI.* atque ſedem decennio obtinuit. Guidone vero natus eſt *Galterius* d'Albert, Dn. de Mont, hoc Petrus & *Hugo*, Dn. *de Thor*, qui ad patruum magnum Pontificem abiit, pater deinceps *Raimundi*, avus *Thomæ*, Dn. de Bouſargues, Ballivi & gubernatoris Vivareſii atque Valentini pagi, qui ex *Paulina Capella* reliquit *Ioannem* Dn. de Bouſargues, cujus neptes in domos Luſſan & Crezé elocatæ ſunt, atque *Hugonem* dominum de Sagries, genitorem ex Catharina de Malingré *Iacobi*, cui uxor Dulcia de Sarras, Dominium de Mornas attulit, & *Leonem* peperit, prælio ad Ceriſoles cæſum, patrem ex Joanna de Segur *Honorati* Dn. de Luines (quod à matre habuit) Brantes, Mornas & Cadenet, qui communis duarum linearum pater eſt, genitis *Carolo Duce de Luynes*, qui Coneſtabilis Franciæ fuit, *Honorato Duce de Chaunes*, Mareſcallo Franciæ & *Leone Duce Lucenburgio* ab uxore Carola de Lucenburg-Piney, cujus filius & filia Eccleſiaſticam vitam ſectati ſunt: reliqui duo, quod diximus, duos ramos ex ſe dedere, diverſis etiam utentes ſymbolis. Familia. Lineæ.

§. 2. Carolus D. de Luynes, quem Coneſtabilem diximus, genuit ex Maria Rohanea *Ludovicum Carolum* iterum *Ducem de Luynes*, qui præter filias ex ſecundo matrimonio Annæ Rohaneæ ſuſceptas, ex primo thoro Ludovicæ Mariæ Seguieriæ heredis Marchionum d'O & Comitum de Sorel, & filias genuit & *Carolum Honoratum Ducem de Cheuvreuſe*, Joannæ Mariæ Colbertiæ, filiæ Joannis Baptiſtæ Colberti M. de Seigneay, qui ærarium regni, omnes ejus ſtructuras, opificia, commercia Indica, & conſilia prudentia exquiſita, fide in regem inſigni & dexteritate mirabili moderatur, maritum, patrem *Caroli Edoardi C. de Monteforti*. Dux de Luynes & de Cheuvreuſe.

§. 3. Scutum hujus Ducis quadripertitum eſt; prima & quarta quadra aurea leonem rubeum coronatum deferente, quod eſt familiare gentis *Albertæ δάγμα*; ſecunda & tertia areola rubea novenas maculas aureas *Rohaneas* repræſentante. Laterculi hujus jus eſt ex matre Maria de Rohan. Scutum. Rohan.

§. 4. Galeæ coronatæ apex imponitur caput viri ſylveſtris colore naturali pictum, laciniis dependentibus aureis & rubeis. Telamones vero adſtant viri duo ſylveſtres. Galeæ.

§. 5. Titulis pater utitur: *d' Albert, Dux de Luynes, Par Franciæ, Marchio d' Albert, C. de Tours, Baro de Rochecorbon & Samblancay.* Axioma Ducale de *Maille-Luynes* acceſſit 1619. & eodem anno adhuc confirmatum eſt. Tituli.

§. 6. Filii tituli illi ſunt: *Marchio d' Albert, Dux de Cheuvreuſe, C. de Montfort, Baro de Chars, Dn. de Marigny, Mareuil. &c.* Quod *Capruſium* ſ. *Cheuvreuſe* attinet, *Ducatus* dignitas collata eſt à Franciſco I. 1545. & confirmata ab Henrico II. 1555. augendis Lotharingiorum Guiſiorum prærogativis: acceſſit etiam gratia Ludovici XIII. *Pariatus* honor 1612. confirmatus à Curia 1627. Inprimis vero eo titulo uſus eſt *Claudius Lotharingus*, Henrici D. Guiſiæ filius, Caroli frater. Porro Claudius hic, qui 1657. Tituli filii. Cheuvreuſe.

Digitized by Google

deceſſit, ex Maria Rohanea vidua Coneſtabilis de Luynes tres ſuſceperat filias, ex quibus non niſi *Henrica* ſupereſt, Abbatiſſa de Jouare, quæ adeo hujus Caroli Honorati amita eſt. Huic vero Rex 1667. Ducatus Capruſii dignitatem confirmavit, ut ea fruatur juxta primam erectionem anni 1555. cui gratiæ Regis ſuam autoritatem addidit curia anno ſequenti.

Dux de Chaunes.

§. 7. Alter ramus eſt *Ducum de Chaunes* ab *Honorato Mareſcallo* Caroli Coneſtabilis fratre: Hoc & *Carola d' Ailly* illuſtriſſimæ gentis herede nati ſunt *Henricus Ludovicus* & *Carolus d' Albert dicti d' Ailly, Duces de Chaunes*, quorum ille non niſi filiam Duci Rendano nuptam ſed 1665. extinctam, ſucceſſionem autem fratri *Carolo* reliquit, qui Regis legatus in aula Romana fuit, & nunc Dux eſt.

Scutum.

§. 8. Hujus aliud plane *δῆγμα* eſt, quam patruelis Ducis Luynii, nempe ſcutum *rubeum ornatum duobus ramis argenteis loti* (aliſiet, credo ob alluſionem nominis Ailly) *in ſerti modum diſpoſitis, cephalo ſcutario argenteis & cæruleis teſſellis triplici ductu* repleto. Apex vero idem eſt, quem Luyniis dedimus.

Familia Alliaca ſ. d'Ailly.

§. 9. Hæc teſſera una cum nomine *d' Ailly* aſſumta eſt ex conditione matrimonii *Carolæ Alliacæ & Honorati d' Albert.* porro familia illa, cujus Carola heres fuit, ex ditiſſimis, illuſtriſſimis & vetuſtiſſimis *Picardiæ* fuit, quam Celeberrimus Hiſtoricus *Andreas du Cheſne Hiſt. Geneal. de la maiſ. de Chaſtillon. L. 9. c. 19.* refert ad Robertum Dn. d' Ailly Boubers, quo vero etiam aliquem antiquiorem Robertum d' Ailly allegat, qui ſub Henrico I. & Philippo I. vixerit. Iſti vero *Roberto*, à quo *Cheſneus* incipit, pater fuit *Hugo*, avus *Ioannes*, proavus *Rudolphus*, qui 1181. vixit. Roberto prædicto nati Hugo Dn. de Rume, *Petri Cardinalis de Alliaco*, qui 1425. mortuus, pater, Rudolphus Archidiaconus Cameracenſis, & continuator ſtirpis *Robertus Dn. d' Ailly:* hoc ex priori conjuge Dn. de Breuc in Flandria natus *Robertus*, pater *Catharinæ* heredis dominiorum d' Ailly, de Boubers & de Fontaine ſur Somme, quæ Ogerio Dn. Anglutio, & dein Joanni Dn. de Foſſeux nupſit, & iſta bona attulit: ex altera vero conjuge *Margareta de Piqueny* ſ. *Piquigny*, Dna de Piqueny & vicedomina Ambiani, nati inter alios *Colardus* cogn. Paganus, dominorum de Sains, Beaudegnies & Herboval ſator, *Matthæus* cogn. Sarraſin, cubicularius Caroli VI. Seneſchallus Bononiæ & Ballivius Pontivii, à quo Domini de Arennes, & ab ejus nepote Sarrazin, Sarrazinii in Arteſia, atque his major *Balduinus* vicedominus Ambiani, Dn. de Piqueny (cogn. le Bauiois) Conſiliarius & cubicularius Caroli VI. regis, atque ex numero duodecim equitum, qui regi dati moderatores ob valetudinem afflictam, qui demum 1415. prælio ad Azincourt cecidit, maritus *Joannæ* filiæ & heredis *Valeriani de Raineval C. de Falckenberg*, Dn. de Raineval & de Pierrepont. His natus eſt *Rudolphus* d' Ailly, Dn. de Picqueny, de Raineval, de Varennes, vicedominus Ambiani, qui mortuus 1468. ex Jacobe Bethunia præter alios reliquit *Jacobeu* Joannis Burgundi Ducis Brabantiæ & Lucenburgi uxorem, quæ ei præter reliquam dotem pecuniariam attulit Englemonſtier, Vive & Pont Rouard in Flandria, *Antonium* rami Dominorum de Varennes autorem, atque *Joannem* Vicedominum Ambianenſem Dn. de Piqueny, extinctum 1492. Eo & Jolanda Burgunda natus eſt *Carolus*, maritus Philippæ de Crevecæur, pater *Antonii*, qui Franciſco adverſus Carolum V. fideliter ſerviit, & filios ex Margareta de Melun ſuſcepit Franciſcum, Ludovicum prælio Sandionyſiano cæſum 1567. atque *Carolum*, dominum de Seigneville, Fonville &c. qui eodem prælio cum fratre cecidit, genitor ex Franciſca Warty *Philiberti Emanuelis*, Vicedomini Ambiani, domini de Piqueny & de Raineval, qui maſculorum ultimus 1618. deceſſit, pater præter filios in juventute mortuos *Carolæ* heredis, quæ Honorato d'Albert Dn. de Cadenet nupſit, qui dein Dux de Chaunes fuit.

Carola heres.

Tituli.

§. 10. Titulus eſt: *d' Albert dictus d' Ailly, Dux de Chaunes, Par Franciæ, vicedominus Ambiani, Baro de Piqueny & de Briotz, Dn. de Magny, de la Broye, Fliſcourt, Vinacourt, &c.* Ex his titulis Vicedominatus Ambiani, & Baronia de Piqueny, nec non ipſum Chaunes eſt à Carola Alliaca, cujus mater Ludovica d' Ongnies ſ. Caroli Com. de Chaulnes, doti hunc etiam comitatum marito attulit. Acceſſit vero dignitas ducatus & Pariatus regio beneficio 1621, cum comitatus titulus 1563. conceſſus fuiſſet.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT II.

Domus Albretana, ex qua Reges Navarræ.

1. *Albret ſ. Lebret.*
2. *Deductio familiæ. Reges Navarræ. Linea de Orval.*
3. *Domini & C. de Mioſſens.*
4. *Scutum purum rubeum. Donum liliorum Francicorum.*
5. *Scuta uno colore infecta.*
6. *Scutum R. Navarræ ex hac gente.*
7. *Henrici Regis tabula Progonologica.*
8. *Navarra. Domus Eburovicenſis.*
9. *Foxia. Bearnum.*
10. *Aragonia. Caſtilia. Legio. Scutum Ioannis Regis.*
11. *Com. Armeniacenſes. Deductio.*
12. *Bigeronnes.*
13. *Ramus Orvallius. Scutum. Controverſia cum Cliviis. Compoſitio.*
14. *Com. de Mioſſens.*
15. *Tituli. Dominium Albret. Titulus Sire.*
16. *Com. de Drenx.*
17. *Mioſſens. Pons.*

§. I.

EX illuſtriſſimis Franciæ ſtirpibus haud dubie eſt *Albretana*, quam & *Labretanam* dicunt, de *Labret*, vel *Albret*. De hoc vico *Fourn Geogr. orb. Not. P. 1. L. 6. cap. 35. p. 321.* Albret ſ. Lebret *Adpontem Banliacum delabitur in Garumnam Cironis fluviolus, qui naſcitur prope Lebreti vicum, unde Lebretinis principibus inditum nomen Albretum, quibusdam dictum Leporetum, quod abundet leporibus, utpote ſitum in Lapurdenſibus ſyrtibus. Amaveni nomen familiæ gentilitium, jam ab anno milleſimo quingenteſimo (* volebat dicere quinquageſimo, *) quo vivebat Amavenus Lebretius. Ex horum progenie Ioannes Lebretius duxit uxorem Catharinam Fuxiam Navarræ reginam, tandemque Ioanna Navarræ regina Bearni & Lebreti domina nupſit Antonio Borbonio, ex quibus ortus Henricus IV. Franciæ & Navarræ rex. In gratiam autem Ioannæ regiæ vicum Lebreti nunc Albreti in ducatum evexit Henricus II. habuitque juridicas ſedes quatuor* Neyras, Tartas, Caſtelgeloux & Caſtelmoron, *partemque Condomii & Arminiaci.*

§. 2. Hanc ſtirpem Celeberrimi ſcriptores *Sammarthani*, *Blondellus*, *Iuſtellus*, *Olhagaray*, *Oihenartus*, *Anſelmus*, hinc inde illuſtrarunt. Primus cujus mentionem vidi fieri, eſt *Amaneus*, quem Fournier etiam allegat circa 1050. ex poſteris veruſtorum *Bigorrenſium* comitum creditus deſcendere; eo *Amaneus* 2. natus eſt, qui 1096. expeditioni Hieroſolymitanæ interfuit, & filium habuit *Amaneum* 3. 1130. nepotem, vel ex *Arnoldo* pronepotem *Bernardum*, Mariæ de Cominges maritum. Hoc *Amaneus* 4. natus eſt, Dn. Albreti, & ex Almodia filia Guilelmi Taillefertii Comitis Engoliſmenſis pater *Amanei* 5. 1220. mariti Aſſalidæ ſ. Saridæ filiæ Didaci vicecomitis de Tartas. His parentibus nati *Bernardus & Amaneus* 6. quo & Matthæ f. Petri de Bourdeaux geniti *Bernandus* 2. pater *Iſabellæ Dn. Albretanæ*, quæ dynaſtiam marito *Bernardo* 6. *Comiti Armeniacenſi* attulit, ſed ſine liberis mortua eſt, & *Amaneus* 7. Vicecomes de Tartas, & poſt mortem neptis Albreti Dominus. Hic ex Roſa filia Guitardi Domini de Bourg reliquit *Guidonem* ſ. *Guitardum*, *Arnoldum* (cujus filius Amaneus patruum Guidonem habuit heredem) *Berardum* Dn. Riuntii (cujus filius *Arnoldus* ex fratribus ſolus Gallos ſecutus eſt, cum reliqui Anglis adhærerent, unde ſolus etiam heres manſit, atque ἄπαις mortuus eſt, *Amaneus* autem Dominus *Vertullii* fuit, maritus Mabiliæ heredis Arnoldi d' Eſcouſſan, Domini de Longoyran) & *Barnardum* Cognomento *Ezium*, maritum Matthæ Armeniacenſis, quem tamen alii, omittunt Hoc comiti *Bernardus* Dn. de S. Baſile 1379. pater *Franciſci* ἀπάιδευτου, *& Arnoldus Amaneus* Dn. Albretanus, quem Carolus V. rex Franciæ à partibus Anglicis abſtraxit, & fideliſſimum ſuarum partium dein propugnatorem expertus eſt. Is 1401. deceſſit, pater ex Margareta filia ducis Borbonii *Caroli* Domini Albretani, *Conſtabilis Franciæ*, qui Carolo VI. regi unice charus fuit, ut hic ipſi à Rege Aargonio ſororem ejus peteret: ſed cigit matrimonio *Maria heres Dn. de Sully*, vidua Guidonis Dn. Tremollii. (Hic 9. caput dicebatur tredecim equitum à viridi ſcuto candida virgine ornato dirum. Vulſon. de l' eſcu vert à la Donne blanche.) Porro cecidit Carolus 1415. præd Azincourt, una cum genero Carolo Dn. de Montagu & de Marcouſſis: Filios iit *Guilelmum Dominum de Orval*, qui ad Rouvroy prælio cecidit, & *Carolum Dn. Albreti*

Deductio familiæ.

breti Comitem Droci f. Druidarum, hic ex Anna Armeniacensi susceptit *Mariam* Caroli Burgundi C. Nivernii & *Isabellam* f. *Ioannam* Arti ducis Britanniæ conjuges, qui per eam factus est Droci Comes, *Ludovicum* episcopum Airæ inde Cardinalem, qui obiit 1465. *Carolum Dn. de S. Basile*, & duorum ramorum auctores *Ioannem* atque *Arnoldum Amaneum*. Ille *Vicecomes de Tartas* fuit, & ante patrem mortuus est, pater ex Catharina Rohanea *Alani Magni Comitis de Dreux*, in cujus matrimonio vixit Francisca filia & heres Wilhelmi de Britannia f. de Brosse Vicecom. Lemovicum C. Petricorii. His parentibus geniti *Anna Dom. de Avesnes*, uxor Caroli Croii Cimacensis principis (unde in ejus lineæ scutum areola Albretana illata est) *Isabella* uxor Joannis Foxii C. Candalæ & *Carola* uxor Cæsaris Borgiæ D. Valentini: tum *Petrus* Com. Petricoriorum & *Ioannes* Dn. Albreti, & uxorio jure *Rex Navarræ*, qui jam regno pulsus 1516. decessit. Illo & *Catharina Foxia reginæ Navarræ* geniti *Andreas Phœbus* princeps Vianæ, *Ioannes Martinus Bonaventura*, *Carolus* princeps Navarræ, qui in expeditione Neapolitana 1527. periit, & *Henricus Rex*, cujus tamen regnum detinuere Castellani, unde illo & Margareta Valesia Regis Francisci I. sorore nata est *Ioanna*, princeps ultra sexum prudens & animosa, Pontificiarum superstitionum hostis acerrima; quæ regni Navarreni jus marito Antonio Borbonio attulit, & dein filio Henrico IV. reliquit, lineæ suæ ultima.

Regis Navarræ.

Aſt *Arnoldus Amaneus* Caroli II. filius secundus lineam alteram *Orvalliam* dedit, pater *Gabrielis Dn. de l' Esparre* & *Ioannis* Dn. d'Orval Comitis de Retel, qui ab uxore *Carola* filia Joannis Burgundi prætensionem in Nivernium & Retelium obtinuit; sed filia *Maria* Carolo Clivio C. Nivernensi nupsit, ut lites dirimerentur domus Clivensis & Albretanæ.

Linea de Orval.

§. 3. Præter istos Joannes pinguis Albretanus, vicecomes Tartassius, vel fratrem vel filium per naturam habuit *Ægidium Dom. de Castelmoron*, qui ex Anna Aquilonia f. d' Aiguillon ex principibus Tarraconis descendente *Stephanum Arnaldum* genuit patrem ex Francisca Bearnensi Domina de Miossens *Ioannis Albretani B. de Miossens*, quem Henricus Albretanus Rex Navarræ locum tenentem generalem creavit. Huic uxor fuit Susanna ex Borbonis Petri Baronis de Busset filia, cujus curæ Henricus IV. dein Franciæ rex educandus commissus est. Hos parentes habuit *Henricus* Albretanus Baro de Miossens maritus Antoniæ Pontiæ Comitis de Marennes Antonio Domino de de Pons natæ. Hi genuere *Apollinem* Ecclesiasticæ vitæ dicatum, atque *Henricum* Dominum de Miossens & de Pons Comitem de Marennes, qui præter *Franciscum Amaneum* Comitem de Miossens 1672. occisum suscepit *Cæsarem Phœbum* Comitem de Miossens Marescallum Franciæ 1653. scipione donatum, atque *Franciscum Alexandrum* Dominum de Pons Comitem de Miossens: ille è conjuge Magdalena filia Gabrielis de Guenegaud Domini de Guenegaud ærario sacro præfecti filia *Mariam Franciscam*, hic ex Anna Poussart du Vigean de Fors, quæ vidua dein Armando Joanni du Plessis de Vignerod Duci de Richelieu nupsit, *Carolum Amaneum* suscepit, qui patrueles 1662. connubio juncti sunt.

Domini & Com. de Miossens

§. 4. Quod attinet insignia, vetustis Albretanis datur scutum, *solo minio* tinctum. Eo designati ajunt ex antiquis Navarræ regibus descensum, in quibus auctori Garsiæ de Ximenes, antequam ex visione aureum clypeum quercu viridi, cui immineret crux rubea globulis extrema munita, insignitum susciperet, tale scutum coccineum à majoribus in usu fuerit. Ita *P. Paillot Lavr. & Parf. sc. des* arm. voce Armes p. 46. tradit: *Les Comtes d' Albret descendus de cette maison Royale, retindrent l'escu seul de gueules simplement jusques à Charles d' Albret Comte de Dreux Seigneur de Silly & de Craon Connestable de France, lequel par benefice de Charles VI. porta & les siens apres luy escartelé au premier & quatrieme semé de France, & aux deux & trois de gueules. Comites Albretani, qui ex hac regia domo descenderunt retinuere solum clypeum mero cocco tinctum usque ad Carolum Albretum Comitem Drocensem Dominum Sulliaci & Credonii Franciæ Connestabile, qui beneficio Caroli VI. parmam ascivit, & ad posteros transmisit, quadripertitam, cujus prima & extrema areola cœlestina liliis aureis Francicis conspergeretur, secunda vero & tertia tota ruberet.* Alibi voce *Table d' Attente* p. 617. Arnaldo Amaneo hoc tribuit: *Armand Armajeu Seigneur d' Albret portoit d' Albret, qui est de gueules, il espousa en l' an MCCCLXIIX. sous Charles V. Marguerite de Bourbon fille de Pierre premier du nom Duc de Bourbon, & en faveur d' cette alliance Charles VI. luy permit d' escarteler ses armes au quartier d' hon-*

Scutum purum rubeum

Doum liliorum Francicorum

Digitized by Google

ur d' honneur de l'escu de France. L' escu simplement de gueules de cet Armanieu, se voit parmy les alliances de Bourbon, & l' escartelage entre les armes des Connestables sous le nom de Charles d' Albret Comte de Dreux Seigneur de Suilly & de Craon Connestable de France, qui portoit semé de France, escartelé de gueules. Quod ita sonat: *Armandus* (Alias *Arnaldus* vocari solet) *Amaneus Dn. Albretanus utebatur tessera Albretana, hoc est meromiro: duxit ille anno* 1368. *sub Carolo V. Margaretam Borboniam filiam Petri I. Ducis Borbonii, & favore hujus fœderis conjugalis Carolus VI. ei permisit propriæ tesseræ quadripertitim loco honoratiori miscere Francicum symbolum. Scutum merum coccineum hujus Armanei inter affinitates Borbonias visitur: quadripertitus autem clypeus in indiculo Connestabilium sub nomine Caroli Albretani Comitis Drocensis Domini Sulliaci & Credonii Connestabilis Franciæ, qui utebatur clypeo consito Francicis liliis cum quadris duabus interpositis rubeis.* Differentia inter utramque traditionem forte ita conciliatur, ut Amanei conjugium causam dederit, sed axiomate primus gavisus sit Carolus.

§. 5. An insignium nomine veniant talia scuta uno colore tantum tincta, disputatur: de qua re P. 1. seu generali cap. 1. n. 21. egimus, nec hic repetere necessum est.

Scuta uno colore infecta.

§. 6. Cum matrimonio Joannis Albretani & Catharinæ Foxiæ *regnum Navarrenum* in hanc familiam delaberetur, non una accessione scutum ornatum est. Ita vidi *Henrico* regi & ejus filiæ istud tribui scutum apud *Paillot Lavr. & parf. sc. des arm.* voce *Pennon.* p. 529. *& Varenn. R. d' arm.* p. 137. quod transverse sectum superius tres complecteretur regiones, quarum prima rubea continet carbunculum, quem vocant, linearem, clausum & sphærulis distinctum aureum, designando *Navarreno* regno; secunda quadripertitim exhibet Francica lilia, cum quadris rubeis, *Albretanam* tesseram: tertia aurea quatuor exaratur palis rubeis *Aragoniorum.* Inferior scuti pars quatuor areolas complectitur, quarum prima quadripertitim *Foxia* & *Bearnensia* symbola ostentat, quorum illa constant tribus palis rubeis in auro, hæc in eodem metallo binis vaccis rubeis, quarum tintinnabula & cornua cærulea sunt: secunda regio iterum in quadras secta, priorem & extremam aureas singulis leonibus coccineis, reli quas duas rubeas leopardis singulis aureis, falculis & lingua cæruleis, ornat, quorum illud δᾶγμα est *Armeniacensium*, hoc *Ruthenorum* s. *Rhodensium.* Tertius laterculus est *Eburovicium* (d'Evreux) videlicet cæruleus liliis aureis sparsus, inducto baltheo dextro segmentis argenteis & rubeis composito: Quartus & extremus in decussim secatur, ut superiorem & inferiorem regionem auream ornent pali *Aragonii* rubei, latera vero vel aquilæ *Siculæ*, vel potius hinc in rubeo *castellum*, *Castiliæ* hieroglyphicum, isthinc in argento *leo Legionensis* rubeus. Toti demum imponebatur media *aurea* parmula, impressis *duobus leonibus gradientibus rubeis*, quorum falculæ & linguæ *cæruleæ* essent. Huic scuto imponebatur *corona* regia, eo quidem tempore nondum clausa, utpote qui modus coronarum deinceps demum invaluit.

Scutum R. Navarr ex hac gente.

Henrici Regis tabulæ progonologicæ.

§. 7. Ut singularum areolarum jura rectius intelligamus, non abs re fuerit, huc adscribere majores *Henrici regis*, qui Henrici IV. Francorum regis glorioſi rus fuit.

Digitized by Google

- Henricus Albretanus R. Navarræ. † 1555.
  - Joannes Albretanus Rex Navarræ. † 1516.
    - Alanus Magnus Dn. de Albr. Com. de Dreux.
      - Joann. Dn. Albreti Vice Com. de Tartas.
        - Carolus III. Dn. de Albret. C. de Dreux.
          - Carol⁹ Dn. de Albret, C. de Dreux.
          - Maria f. Ludovici Dn. de Sully.
        - Anna de Armignac.
          - Bernardus Comes de Armignac.
          - Bona f. Joannis de Francia Duc. de Berry.
      - Catharina de Rohan.
        - Alanus vicec. de Rohan.
          - Alanus vicecomes de Rohan.
          - Beatrix f. Oliverii Cliſſon Com. de Porhoet.
        - Margareta Britannica.
          - Joannes Dux Britanniæ.
          - Joanna f. Caroli II. Reg. Navarræ.
    - Franciſca de Blois ſ. Britannia Vic. de Limoges. † 1488.
      - Guilelmus de Blois ſ. Brit. vic. de Limoges.
        - Joannes de Blois ſ. de Brit. Vice-de Limoges.
          - Carolus de Blois ſ. de Chaſtillon. D. Britanniæ.
          - Joanna f. Guidon. de Britannia, C. Pentheutiæ.
        - Margarita Cliſſon.
          - Oliverius Cliſſon, C. de Porhoet Coneſt. Franciæ.
          - Catharina f. Guid. Dn. de Laval.
      - Iſabella de la Tour.
        - Bertrandus de la Tour C. Arv. & Bon.
          - Bertrandus Dn. de la Tour.
          - Maria f. Godofredi Bonon. Dn. de Montgaſcon.
        - Jacobea du Peſchin.
          - Ludovicus Dn. du Peſchin.
          - Yſeul f. Guidonis de Sully Dn. de Voulor.
  - Catharina de Foix regina Navarræ. † 1517.
    - Gaſto de Foix pr. de Bearn. † 1470.
      - Gaſto C. de Foix pr. de Bearn. † 1472.
        - Joan. C. de Foix pr. de Bearn.
          - Archibaldus Dn. de Greilly.
          - Iſabella de Foix f. Rogerii Bern. Vic. de Caſtelbon.
        - Joanna de Albr.
          - Carol. Dn. de Albret. C. de Dreux.
          - Maria f. Ludovici Dn. de Sully.
      - Leonora reg. Navar. † 1478.
        - Joan. Rex Aragon. & Nav. † 1479.
          - Ferdinandus Rex Aragoniæ & Siciliæ. † 1418.
          - Leonora f. Sancii Com. de Albuquerque.
        - Blanca reg. Navarræ. † 1441.
          - Carolus III. Rex Navarræ. † 1425.
          - Leonora f. Henrici R. Caſtiliæ. † 1416.
    - Magdalena de Francia. † 1486.
      - Carol. VII. R. Franciæ 1461.
        - Carolus VI. Rex Franciæ. † 1422.
          - Carolus V. Rex Franciæ. † 1380.
          - Joanna f. Petri Duc. Borbonii. † 1377.
        - Eliſabetha Bavarica. † 1435.
          - Stephanus Dux Bavariæ. † 1413.
          - Thadea f. Barnabonis Vicec. Mediolani.
      - Maria Andina. † 1463.
        - Ludovicus Andinus R. Siciliæ. † 1417.
          - Ludovicus Andinus Rex Siciliæ. † 1385.
          - Maria f. Caroli de Blois D. Britanniæ. 1404.
        - Jolantha Aragonia. 1442.
          - Joannes Rex Aragoniæ. † 1395.
          - Jolantha f. Roberti D. Barrenſis.

Navarrā. Domus Eburovicenſis.

§. 8. Ex his de rationibus laterculorum judicium haud adeo difficile eſt. *Navarrenum σῆμα* primum eſt, quod Henricus à matre habuit *Catharima Foxia*, hæc iterum à ſua avia *Leonora* Aragonia ad quam jus delatum erat à matre *Blanca* Caroli III. ex Eburovicenſibus Navarræ regis ultimi filia; quod etiam indicat jus *Eburovicenſis* ſymboli: nam Caroli illius avus Philippus, cui ab uxore regnum Navarrenum obtigit, filius fuerat Ludovici de Francia Comitis Eburovicenſis, qui illo diſcerniculo regium ſcutum diſtinxit, pro more gentis regiæ.

§. 9. *Fo-*

Digitized by Google

§. 9. *Foxiam* areolam itidem à matre Henricus habuit, utpote ei gentilem, ſeu Foxia. Bearnum.
us ab ejus abavia *Iſabella Foxia*, quæ Arcibaldum de Greilly maritum habuit, aſci-
; Nam per eam nomen & arma Foxia ad iſtam ſtirpem ex Lemanni lacus vicinia
quitaniam delatam pervenerunt: & quidem *Bearnenſi* ſymbolo aucta, cum jam
em duo illa coaluiſſent.

§. 10. *Aragonici* pali ſunt à *Leonora* regina Catharinæ avia, quæ gente *Aragonia* Aragonia. Caſtilia Legio.
patremque *Ioannem* regem habuit, *Ferdinandi* Regis Aragoniæ electi filium, cu-
natet *Leonora* Aragoniæ & Siciliæ regis fuerat filia, & occaſio Aragonici ſceptri in
num Caſtellanam transferendi. Porro iidem Aragonici pali repetuntur in extre-
reola, lateribus *Caſtellanum* caſtrum & *Legionenſem* leonem referentibus. Cæterùm
ymbolo *Ioannes Rex Navarræ* ipſus uſus eſt, uti vidi ejus imagini veteri additum
im bipertitum, anteriori parte conſtante quadrifaria ſectione ex Navarrenis & Scutum Ioannis Regis.
oviciis teſſeris, poſteriori hanc teſſeram deferente, quam proin præ altera illa
a præeligendam non dubito. Addo in tranſitu, adjectum qui ſcutum cuſtodiret
ionis loco *caprum* in illa piſtura. Porro explicatio δειγμάτων non difficilis eſt,
gente Joannes ex Legionis & Caſtiliæ regibus fuit, patrem vero Aragoniæ re-
habuit, quod ipſe etiam regnum adminiſtravit.

§. 11. Vidimus etiam *Armeniacenſem* laterculum in ſcuto noſtro: Porro Ar- Com. Armeniacenſes. Deductio.
acenſium origo eſt ex *Sancti Ducis Vaſconiæ* ac *Regis Navarræ*, ex priſcis regibus,
Garſia curvo cognominato Comite Vaſconiæ, qui præter *Sancium Ducem Vaſconiæ*
iorum Ducum & Comitum Burdigalenſium ſatorem atque *Arnoldum C. Aſtara-*
s, à quo reliqui Aſtaracenſes (d'Eſtrac) nec non Pardiacenſes deſcendunt, ge-
uilelmum Comitem *Fidentiaci*. Hoc nati *Otto*, à quo reliqui Comites Fiden-
eu de *Fezenſaguet* derivantur, & *Bernardus* cognomento *Luſcus Comes Armenia-*
, patet *Geraldi*, avus *Bernardi* II. proavus *Geraldi* II. Hic genuit *Bernardum* III.
m *Geraldi* III. qui ex Fidentiacis uxorem habuit, unde filius *Bernardus Comes Ar-*
ci & *Fidentiaci* fuit, genitor *Geraldi* IV. *Arnoldi Bernardi*, *Petri Geraldi*, qui ordine
tes fuere, nec non *Rogerii* Vicecomitis Fidentiaci: *Geraldus* Bernardum reliquæ
jui patruis ſucceſſit, ſed huic Rogerii filius *Geraldus* V. excluſo ejus ſororio *Ar-*
Ottone vicec. de Lemaigne: Geraldus genuit *Gaſtonem & Bernardum* VI. ab illo de-
unt vicecomites Fidentiaci in quartam generationem, ſed ſucceſſit illis *Ber-*
s VII. *Armeniacenſis*. Porro *Bernardus* VI. *Armeniacenſis* uxores habuit *Iſabellam*
& heredem Bernardi Ezii, *Dn. de Albret*, & dein *Cæciliam* filiam *Henrici* II. *C. de*
s. ſ. *Rutheni* heredem (quæ ratio leopardi leonibus in ſcuto juncti) Bernardo &
a natus eſt *Ioannes C. Armeniacenſis*, hoc *Ioannes* II. Comes, cogn. *Craſſus* pater
III. & *Bernardi* VII. qui neptes ex fratre à ſucceſſione excluſit, & agnatos Fi-
cos in carcere ad mortem uſque detinuit, dein ſucceſſor. Hic pater fuit Joan-
genitoris *Ioanis* V. & *Caroli* atque *Mariæ Ludovico Duci Alenſonio* nuptæ, (ad
lomum hac ex cauſa bona Armeniacorum delata) *Bernardi C. de Pardiac* (quo
s D. de Nemous natus, pater Joannis & Ludovici, in quibus maſcula pro-
defecit) nec non *Annæ*, quam vidimus Carolo II. Dn. Albretano nuptam

Huic itaque notando conjugio illa ſervit area.

12. Supereſt *Bigerronum* leones exhibens parmula media. Bigerronum Co- Bigerrones.
leſcendunt à quodam *Lupo* Comite, cujus filius *Donatus* Lupi, ſub Ludovico
errones rexit. Ejus trinepos fuit *Bertrandus* Comes 1036. qui genuit *Gisber-*
l Gerbergam vel *Ermeſindam*, Ramiri Regis Aragoniæ uxorem, & *Bernardum*,
ereditatem filia attulit marito *Centullo* IV. *Vicecomiti Bearnenſi*, genuitque *Ber-*
i & *Centullum* comites, quorum hic *Beatricem* reliquit, nuptam *Petro Vicecomiti*
ii, à quo genitus *Centullus* II. *Comes*, ab hoc autem *Stephania*, à qua maritus
ius III. *C. Convenarum* ſ. *de Cominges* comitatum nactus ad filiam tranſmiſit
llam, quæ denuo nupta *Gaſtoni* VI. *Vicecom. de Bearn.* titulum genti intulit, ſed
ex eo ſuſtulit prolem; unde heredem habuit nepotem ex filia Ælide è tertio
ſuſcepta *Esquibatum*, qui ſororem Lauram uxorem Raymundi VI. vicecom.
ii heredem inſtituit, ſed comitatus reginæ adjudicatus eſt. Porro leones
erronum ob originis teſtimonium vid. num. 2. geſtari opinor, unde etiam
loco ſunt.

13. Adramum *Orvallium* pergimus, cui uſitatum fuit *diſcerniculum*, videlicet Ramus Orvallius.
duabus ſcuti rubeis, utpote antiquo Albretano ſymbolo, circumdato limbo

ſtriato

Digitized by Google

Controversia cum Cliviis.

ſtriato argenteo. His ab Helena, Maria & Carola Joannis Albretani Orvallii filiabus alios laterculos additos ſuſpicor, ob matrem Carolam filiam Joannis Burgundi C. Retelii & Nivernenſis. Cum enim Clivii ex *Maria* illa Albretana deſcendentes uſi ſint laterculis (ut infra c. 29. videbimus) *Clivio*, *Marcano*, *Arteſio*, *Brabantino*, *Burgundico*, *Retelano*, *& Alenſonio*; Albretanis ipſis præter avitam teſſeram, etiam Arteſiam, Brabantinam, Burgundicam & Retelanam à matre Carola convenire credo, & ob hoc uſurpatas etiam opinor. Et quidem Carola hæc Joannis Burgundi quod diximus filia natu minor erat, cum major *Eliſabetha* Joannis Ducis Cliviæ uxor fuiſſet, aſt Carola, quod Clivii extranei eſſent, eos à ſucceſſione arcere voluit. Demum controverſia ſublata matrimonio eſt Mariæ Albretanæ atque Caroli Clivii.

Compoſitio.

Com. de Mioſſens.

§. 14. Linea de *Mioſſens*, quæ ſupereſt, apud Sammarth. L'eſt. de la Fr. p. 355. pleno utitur ſcuto Albretano, haud dubie quia rami omnes reliqui defecere. Ei autem imponit *galeam* coronatam, cui olea naturali figura picta inſiſtit; *Laciniæ* verò ſunt ex auro, minio & cyano. *Telamones* pinguntur duo leones aurei cubantes & capita tecti galeis argenteis, quibus inſiſtunt duæ aquilæ nigræ, clypeum roſtris apprehendentes.

Tituli Dnn. Albret. Titulus Sire.

§. 15. Quod titulos concernit, antiquus eſt *Dominorum* de *Lebreto ſeu Albreto* Et quidem utebantur titulo: *Sire d' Albret*, uti *P. Anſeaume Palais de l. honn. p.* 316. conſtanter eo utitur. Porro ſciendum. quamvis ille ſit titulus, quo ſolus Rex compellari ſolet, in ob vocandi caſu, ſuperioribus tamen ſeculis proceribus etiam aliis fuiſſe attributum. conf. Limn. Notit. R. Franc. 2, 6. p. 396. 442. ubi ex *Steph. Pasquier* illa adducit: *La forme que nous obſervons en cecy, ſoit en parlant, ſoit en eſcrivant au Roy, eſt de mettre ſeulement le mot de Sire. Nos anceſtres n' en uſerent pas tousjours ainſy, par une Regle ſtable & infaillible. je voy quelques anciennes familles en France, qui affecterent, que le mot de Sire tomba particulierement ſur elles, comme le Sire de Pons & le Sire de Montmorency, & ſpecialement le Seigneur de Couſſy, quand il eſtoit en eſſence: Car il portoit en ſa deviſe*; je ne ſuis Roy, ny Prince auſſy, je ſuis de Sire le Coucy. *Forma quam hac in re obſervamus, ſ. ſcribentes regi ſive eidem loquentes hæc eſt, ut ſolum nomen Sire exprimamus. Majores autem noſtri hoc non ita præciſe ſemper obſervarunt. Deprehendo nonnullas familias Franciæ affectaſſe hoc nomen, atque voluiſſe illud ſibi peculiare fieri, ut Sire de Pons, ſive de Montmorancy, & præcipuè Dominus de Coucy, quando erat in vigore. Habebat enim pro ſymbolo: Non ſum rex nec etiam princeps, ſed Sire de Couſſi. Sed longe plures familiæ erant.* De *Gravilleis* ita *Varenn. R. d' arm.* P. 3. p. 440. quod etiam nomine *Sire* utantur: *Pour ce que l'on a voulu ſe perſvader qu' il y avoit Sire à Graville premier que le Roy en France, & que ce nom leur avoit eſté donné par Iules Ceſar.* Sed hiſce commentis opus non eſt, cum potius plures ex illuſtrioribus familiis priſco tempore eodem titulo ſint gaviſæ, ut obſervaſſe memini in *actis contra Boniface. IIX. Pontif. p.* 62. Porro deinceps 1556. Albreto dignitas *Ducatus* acceſſit, honori Joannæ reginæ. Verum filio ad coronam Francicam ſucceſſione vocato ducatus ei unitus eſt. Iterum vero idem 1652. cum Baroniâ Durance & aliis locis *Bullioniæ* domui eſt conceſſus, pro Sedano & Raucourio, & quidem ut à tempore primæ erectionis illo fruerentur axiomate ducali. Unde nunc quoq; hoc nomen in titulis Ducis Bullionii legitur, ejusque filius ſecundogenitus Emanuel Theodoſius peculiariter eo fruitur.

Ducalis Dignitas.

Com. de Dreux.

§. 16. In titulis etiam Comitatum *Drocenſem* ſive *Druidum* reperio. Hic comitatus in familia regia hæſit, conceſſus Roberto Ludovici Craſſi filio, ex cujus poſteris orti ſunt Duces Britaniæ: porro Petronella & Margareta de Thouars, hæredibus Simonis de Thouars C. de Dreux, transferentibus jus ſuum in Carolum V. ille coronæ redunitus eſt. Inde beneficio regis ad Albretanos delatum oportet: aſt Caroli II. filia Joanna eum dotalem attulit Arto Duci Britanniæ.

Mioſſens, Pons.

§. 17. Modernæ lineæ tituli illi ſunt: Mareſcalli: *Dominus (Sire) de Pons*, Supremus dominus (Souverain) de Bedailles, princ. de Mortagne, *Comes de Mioſſens*: nepotes ejus: *Comes de Mioſſens*, *Baro Baroniarum de Coaraſe*, *Gerdretz*, *ſupremus dominus (Souverain) de Bedeilles*: aliquando additum vide elogium *Com. de Marennes*: quod ut & *Pons* eſt ab Antonia Pontia f. Antonii Dn. de Pons, Henrici Albretani uxore. *Mioſſens* verò attulit Stephano Arnaldo marito Franciſca de Bearn Dn. de Mioſſens. Reliquorum rationes explicare neſcio.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT III.

Angliæ ſ. Magnæ Britanniæ Reges.

ARGUMENTUM.

ritannica inſula. Magna Britannia.
etera δείγματα.
Hodierna diſpoſitio.
lia Francica unde? Pretenſio Edoardi III. à matre.
x captivitate Joannis Regis.
Catharina Valeſia.
ir ante Angliam Francica lilia?
nglica area. Color rubeus.
eopardi an leones?
rigo ex Uptono.
ex Cheſneo, Hœpingio, Spelmanno.
Anglia. Suapoteſtatis. Lucius Rex. Sub Romanis. Vortigernus. Angloſaxones. Heptarchia. Egbertus Rex. Familia. Saxonica, Danica, Normannica, Andegavenſis, Tiria, Scotica.
otica areola.
rigo. Vetera Symbola.
mbus & flores ex amicitia Gallica.
otia.
egum ſucceſſio.
uartorum gentile ſymbolum.
Edvvardus conceſſus ex parte leo Scoticus.
Hibernicus laterculus. Chelyos origo.
22. *Hiberniæ regimen.*
23. *Galeæ. Anglica. Scotica.*
24. *Corona clauſa.*
25. *Aliqui jus negant, ſed injuria.*
26. *Pretenſio Pontificis in Angliam & Hiberniam. Ex vectigali impoſito. Ex Joannis ſubjectione. Ex Henrici II. conceſſione. Ex Sixti V. auſu. Ex Hibernorum confeſſione & regni collatione. Fundamenta Anglica.*
27. *Scotica corona.*
28. *Anglica liliata.*
29. *Telamones.*
30. *Symbolum.*
31. *Ordo periſcelidis.*
32. *Equites Balnei.*
33. *Ordo S. Andreæ ſ. Cardui.*
34. *Roſarium.*
35. *Papilio regius.*
36. *Titulus. Magna Britannia.*
37. *Defenſor fidei.*
38. *Scutum Duc. Eboracenſis.*
39. *Ducis Richmondiæ.*
40. *Vetuſtiora diſcernicula.*
41. *Regiorum per naturam filiorum diſcernicula.*
42. *Honorariæ conceſſiones.*
43. *Cromvvellii vel Reipubl. Anglicæ ſigillum.*

§. I.

itannicæ inſulæ, naturæ gaudentis opus, Fortunatarum æmulæ numero plures nt; magnitudine tamen duæ reliquas ſuperant, quarum major *Angliam & Sco-* omplectitur, minor *Hiberniæ* nomine venit. Has omnes titulo *magnæ Britanniæ* iionem ſeculi hujus principio factam unus ſceptro ſuo rex regit, cujus nunc elyconſiderare ordo nos jubet. Britannicæ inſulæ. Magna Britannia.

. II. Ut de veteribus δείγμασι quædam addamus. *Nic. Vptonus* ſcriptor Britan- *le milit. offic.* p. 127. *Bruto* primo tribuit *leonem gradientem rubeum in ſolo aureo: elino* & ſucceſſoribus 3. *in cæruleo aureas coronas.* Poſt hos *Vter Pendragonem* magnum corpus & longum cum capite parvo ad ſimilitudinem draconis habuit,) *duos dracones virides rubeis coronis ornatos tergis obverſis in ſcuto aureo: Artutem* filium *in viridi ſolo crucem argenteam & in ſuperiori angulo dextro imaginem filium in ſinu geſtantis,* uſurpaſſe refert. *Cadvvalladro* tribuit *crucem patentem tam figitivam (fiché) auream in ſolo azorio,* hoc eſt, cyaneo. Dehinc *Egberto* cem auream *floridam (fleuronnée) in campo cæruleo:* Mox *Svenoni* Dano 3. *coroeas* (quarum altera alteri imminet) *in clypeo rubenti:* Ab *Edoardo* ait cruci floridæ 5. *merulos aureos* ἄπλαις eo myſterio quia ſpoliatus antea per Danos *Edoardus ſi-* vocabatur. *Gvilhelmo Conqueſtori* relinquit Normañiæ *pardos. Stephano* autem refert geſtata *in ſolo rubeo* 3. *leonum gradientium, quibus pro capitibus fuerint agittarii retro converſi,* monſtroſa ſpecie, corpora. Demum ſubjicit, *Henricum es aureos peditantes in ſcuto rubeo* aſſumſiſſe. Hæc ille, penes quem autorem o: ſi tamen ullam merentur de temporibus iſtis, quo inſignium illa conſvetudum fuit, traditiones vel commenta. Quas hic aviculas Edoardo, *Egberto Vter on. Henning. Theatr. geneal. T. 4. Mon. IV. P. ult. p. 87.* ſed crucem minio, ſcuento tingit. Non minus *Le Laboureur* (ap. *Meneſtr. L'art du blaſon juſtif.* p 367.) *: pattée d'argent cantonnée de 4. colombes.* Verum enim verò videt adverſa- *Meneſtrier,* commento deceptum; & ex *Henrico Spelmanno* (qui plus judicii receſſorum quis quam ad hoc argumentum attuliſſe apparet) *Aſpilog.* p. 42. ,errorem ex numis ortum eſſe. Habent enim iſti inter aves 4. bacillos totidem, Veterа δείγματα

Digitized by Google

ſe invicem inſtar crucis diſſecantes: alites autem videntur non apodes ſed antipodes; addit: *nusquam locorum Edvvardi ævum referentium (ſi omnem antiquitatem, templa, caſtra, monumenta, rudera perluſtraveris) reperiri credo, neque arma iſta, nec armorum quidpiam. Certe ejus tempeſtatis reliquiæ neſimplicis ſcuti (quam unquam viderim etiam data opera) effigiem admittunt.* Sunt alii etiam, qui *leonem cum roſa* tribuunt ap. *Theod. Haping. de Iur. inſign. c. 6. P. 3. §. 2. p. 308.* An exinde ſuſpicio, quia roſæ albæ & rubræ factiones *Eboracenſium* & *Lancaſtrenſium* non uno ſeculo Angliam exercuere?

Hodierna diſpoſitio.

§. III. Ad illud ſcutum me converto, quod in uſu hodie eſt, cujus etiam explicatio ea, quæ de antiquioribus adhuc ſcire operæ pretium fuerit, includet. Utitur ergo *Auguſtus Magnæ Britanniæ rex* clypeo *quadripertito*, quadris *prima & extrema Francica lilia & Anglicos leopardos, ſecunda Scoticum leonem, tertia Hibernicam chelyn referentibus.* Vidi tamen (ita *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 2.) ubi Scoticum δᾶγμα ſecundum & tertium alveolum conſtituebat, Francico-Anglicis ſymbolis in primam, Hiberna in extremam aream repoſitis.

§. IV. primo laterculo *Francica & Anglica* δᾶγμα inſerta ſunt ſectione nova quadrifida, ut quadrantis hujus prima & quarta area *cærulea liliis ternis aureis*, reliquæ duæ *rubentes tribus leopardis aureis*, quorum *lingua* & *protenſi ungues cæruleo* colore tinguntur, inſignitæ conſpiciantur.

Lilia Francica unde? Prætenſio Edoardi III. à matre.

§. V. Liliis *Franciam* notari in aprico eſt. Cæterum hæc à *Polydoro Virgilio Guilhelmo Conqueſtori* contra fidem hiſtoriæ dari & refert & refellit *Spelmann. aſpilog.* p. 42. Primus enim *Edoardus III.* hiſce floribus ſuum exornavit clypeum. Sed Hiſtoria & juris ratio diſertius explicanda ſunt. In *Carolo IV.* cui *pulchro* cognomen, linea Regũ Franciæ ex Capetino ſanguine prior defecerat, Angliæ verò Rex ſorore hujus Iſabella natus, ſi fœminina ſucceſſio valeret, ad ſucceſſionem vocabatur. Excluſit autem hunc à reginæ viduæ, cujus partus expectandus erat & cuſtodia & deinceps ſucceſſione *Philippus, Valeſius*, à comitatu quem ante ſceptrum rexit nuncupatus, extinctorum trium ultimorum regum patruelis, atque ita agnatus proximus. Jus allegatum *Salicæ legis*, quod tres regni ſtatus congregati confirmarunt, Roberto Atrebatum comite & regis pariter agnato ſtrenue jus maſculorum propugnante, Epiſcopo Bellovacenſi autem ex Matth. 6, 28. *Lilia non nere* coram multitudine, quæ divina voce convinci videbatur, aſſerente, & non parum ad cauſæ ſucceſſum conferente. Inde factum ut Edoardus jure cederet ſuo, atque 1329. Ambiani Philippo de *Aquitaniæ* ac *Pontivenſi* comitatu diceret ſacramentum tanquam vaſallus. Reſtabat adhuc Eridos pomum, arces Penſacenſi motu ſub Carolo IV. à Philippi patre Carolo ademtæ, quas Edoardus reſtitui poſcebat. Dehinc repetita prior de regno prætenſio, quam ætate adhuc minor & à matre perſuaſus valide non potuerit abdicare: tum quia Philippus ipſe Ambianenſi non ſteterit conventione: inprimis cum accederet *Robertus Atrebatenſis*, à rege jam offenſus, & Valeſio regnum uti dederit ita auferre poſſe jactitans, adeoque repetendi juris ſui Edoardo novus inſtigator. Hic Ludovicum Bavarum, Imperatorem, præter Brabantinum & Geldrum duces, in partes aſciſcit ſuas, atque Flandros adverſus comitem ipſis gravem adjuvat. Hinc aperto bello Philippum 1338. aggreditur, à Ludovico etiam *Imperii Vicarius* creatus, ut Germanos hortari pro autoritate poſſet. Stetere exercitus ex adverſo ſed à pugna temperatum. Reverſus in Flandriam Edoardus, *Flandrorum & Brabantinorum* ſuaſu (conf. *Chifflet. Lumin. Salic.* 9.) nomen & inſignia Francica ſumſit, ut cum Flandria Francorum regem ſuperiorem agnoſceret, non alium hi quam dominum ſequi dicerentur. Hæc liliorum, & quidem quomodo à Francis regibus eo tempore geſtari ſolebant ſine numero, donec demum ternarius ab iſtis determinatus, his quoque ſervatus eſt, in inſignibus iſtis origo: Nec ab eo tempore omiſſa ſunt, etiamſi non ſolum belli varia fortuna fuerit, ſed & transactiones plures interceſſerint. De quibus hiſtoriæ Francicæ & Anglicæ conſulendæ erunt.

Ex captivitate Joannis Regis.

§. VI. Novum jus pro liliis his allegat *Nic. Vptonus de milit. offic.* p. 110. 111. cum primo titulo, quod Iſabella mater Edoardi III. heres regni fuerit, alterum addit: *Jura volunt, quod captus in juſto bello fiat ſervus capientis. Eſt textus Inſt. de I. N. G. & C. in §. jus autem gentiũ. Vbi dicitur, bella etenim orta ſunt, & captivitates ſecutæ, inde & ſervitutes, quæ ſunt juri naturali contrariæ, ſed verum eſt quod 19. Sept. A. D. MCCCXLVII. Dom. Edvvard. Princeps & primogenitus præfati Edvvardi III. R. Angliæ in bello de Poyters Reg. Francorum Ioannem cepit, & poſtea ipſum captivum in Angliam cum magno triumpho & honore perduxit.*

Bene

Digitized by Google

e ergo licebat præfato Edvvardo & heredibus ſuis arma ſui captivi deferre poſtea & tare. De eodem poſtea quoque agit p. 132. 145. & argumentum hoc ulterius urget: quo alii cogitent.

§. VII. Novum jus poſt hæc acquiſitum Anglis, Burgundorum & Aurelianen- A Catha-
n factionibus Franciam miſere ſcindentibus. *Catharina* enim Caroli VI. Franciæ rina Vale-
gis filia 1420. *Henrico V. Angliæ* regi illa lege nupſit, ut, excluſo ob cædem Joan- ſia.
Burgundiæ Ducis procuratam Delfino, ipſe & liberi poſt ſocerum regnum Fran-
haberent, interea rector eſſet. Mortuo patre & Henrico V. Carolus VII. ægre ſer-
it regnum avitum, cum initio intra Bituriges imperium ejus & hoſtium armis &
rum odio concluderetur. Henricus autem VI. Henrico & Catharina natus Lute-
tiam ſolenniter Rex Franciæ inauguratus eſt (*conf. Chifflet. vindic. Hiſp. cap. 7. &*
v. Salic. 9.) Vicit demum Caroli fortuna, ut inprimis Joannæ Darciæ, quæ puellæ
elianenſis nomine celebris eſt, & Joannis Aurelianenſis nothi fortitudine regnum
erſum ſubigeret, Normannia etiam & Aquitania vetuſtis poſſeſſoribus Anglis
rta. Ex eo ſervata quidem in inſignibus lilia, nec tamen quod ſciam illo nomine
quam in Franciæ regnum tentatum eſt.

§. VIII. De eo porro diſquirunt, cur potiori ante domeſticos leones lilia Fran- Cur ante
loco Anglia oſtentet. Reſponſum *Henr. Spelmanni* Aſpilog. p. 45. quam alterius Angliam
ibere malo: ita ille, *Edvvardus III. regni Francici clypeum, cujus materno jure* Francica
ſalutatur, Angliaco immiſcuit, conceſſa huic quadra in ſcuto potiori: quia ut qui- lilia?
volunt, leones noſtros ad ducatum alias pertinuiſſe ferebantur, lilia ſemper ad regnum.
Edvvardo antiquius aliud fuiſſe non eſt dubium. Nam Raymundus Barcinoniæ co-
, qui priori ævo Petronillam Aragoniæ filiam & heredem duxerat, comitatus ſui
nia (quæ hujusque Aragoniæ regno addicuntur) loco primo detulit: uxoria vero
egia in ſecundo. Edvvardus igitur morem geſſiſſe videtur occaſioni; Franciamque
ediens regem ſe Franciæ ſic apertius indicaſſe. Quin & Belgas quorum ope maxime
batur inclinatiores ſibi reddidiſſe ſedatique animi. Belgæ enim in fidem regum Fran-
vramento ſtringebantur. Anglum verò ſequi viderentur, ſi leones ſtationem pri-
inſignis militaribus occuparent. Signa enim & vexilla ejus eſſe dicimus, cujus prima
n illis ſymbola. Quod & in comitiis Parlamentariis Edvvardi III. decimo quarto
ihil hæſitationis attulit. Conf. de liliis his *Hæping. de jur.* in ſ. cap. 6. P. 3. cl. 3.
um. 495. ſeq.

§. IX. De liliis ſatis: quadrantis primi & quarti areola ſecunda & tertia *coccea* Anglica
ur, & tres defert leopardos aureos, lingua & falculis caruleis. De ſcuti colore ita area. Color
ſophatur *Joannes de Bado aureo.* p. 10. *Rex Angliæ portat colorem rubium, quia per* rubeus.
m rubium repræſentatur ignis. Et Anglici dicuntur quaſi Inglici vel igne electi.
onemus has ſeculo ineptias.

§. X. De nomine ferarum item diſputatum videmus. P. 1. cap. 5. differentia Leopardi
s & leopardorum in re heraldica illa notata, quod horum adverſa pinguntur ora, an leones?
ne extante oculo, iſtorum non niſi unus oculus conſpicitur: præterea gradien-
s repræſentari, iſtos ſalientes moris eſt. Hæc ſi ſanciatur regula *leopardos* eſſe,
nglica regia parma defert, indubium fuerit. Succenſet vero illis qui ita loquun-
tonus de milit. offic. L. 4. pag. 125. *Cave in declaratione ſive armorum diſcretione*
e leone & ejus conditionibus ſis dicturus, multi tamen dubitant pro eo, quod qui-
1. Honorius Bonecti in libro ſuo quem nominavit arborem bellorum, quem quidem
s ipſe compilavit in Galliæ ſermone, ad honorem Caroli VI. in IV. parte libri prædicti
XXXIX. affirmavit, Dominum noſtrum ſupremum regem Angliæ, debere omnino
e pardos in ſuis armis & non leones, quia ſalva pace ſua in illo nequiter erravit,
itur. Nam nobilis ille poëta Architremsus, ſcribens de Bruto, qui primo, ut dicitur
s Angliæ occupavit, ut Dominus terræ, portavit pro armis ſuis unum leonem rubium
item in campo aureo, ut metrice dictus poëta ſcripſit:

Reptat in umbone leo flammeus igneus aurum.

eo flammeus & igneus, h. e. rubius reptat, i. e. pedibus tranſit in umbone vel ſcuto
Et Gallicé il port d'or un leone paſſant de gevvles. Paulo poſt de Rege Richardo
egat, *Parvum ſcutum tenuere leonum.*
poſtea colligit: *ex prædictis verſibus bene patet, quod præfatus Richardus porta-*
es & non leopardos. Verum enimvero, quis poëtam ad illam ἀκρίβειαν phraſeos

Heraldicæ adſtrinxerit? Certè *Matthæus Paris* ſcriptor non exiguæ autoritatis in Henrico III. diſerte vocat leopardos, & ait: *Miſit Imperator* (ſc. Fridericus II.) *Regi Anglorum 3. leopardos in ſignum regalis clypei, in quo tres leopardi tranſeuntes firmantur.* Ita picturæ Uptono additæ leopardos non leones capitis ſitu referunt.

Origo ex Uptono. §. XI. Originem hujus δείγματος indagare non facilius eſt quam plerorumque aliorum ſymbolorum. Si ab *Vptono* ad fabuloſa tempora nos duci patiamur, *Brutum* ille allegat p. 126. cum *leone rubeo peditante in parma aurea*, quem primogenitus *Locrinus* ad poſteros transmiſerit, datis filio ſecundo *Albanacto* cum Albania *leone rubeo rapaci in ſcuto aureo*, & tertiogenito *Cambro duobus leonibus rubeis, qui facies ad terga verterent, in ſolo argenteo.* Sed hiſtoriarum gnaros ægre ad hæc credenda induxeris. Dein de *Wilhelmo Conqueſtore* illa memorat p. 129. *Pro armis ſuis portavit duos leopardos aureos in campo rubeo. Quæ etiam arma portavit filius ſuus Robertus Curtos primogenitus, & filius ſuus Wilhelmus Rufus qui ſucceſſit patri in regno Angliæ coronatus. Quo quidem Wilhelmo Rufo mortuo ſibi ſucceſſit Henricus I. frater ejus qui eadem arma paterna portavit. Quidam tamen dicunt quod Wilhelmus Conqueſtor, adepto regno Angliæ, apposuiſſet armis ſuis tertium leopardum, de qua appoſitione nihil cautum invenio.* Inde p. 130. ab *Henrico Andegavenſi* derivat modernos tres leones aureos peditantes in campo rubio. Addit: *Et ſcias ulterius quod opinio illorum qui dixerunt quod dicti Reges Angliæ portaverunt tres leopardos in campo rubio, addentes quod duo leopardi pro ducatu Normanniæ & tertius apponitur in ſcuto pro ducatu Acquitaniæ, eſt omnino reprobata, quia iſte Henricus filius Galfridi Plantagenet & Mathildis Imperatricis poſt divortium celebratum inter Ludovvicum regem Francorum & Alianoram filiam Ducis Acquitaniæ duxit eandem: quæ fuit dicti heres ducis Acquitaniæ patris ſui, & ſic hic crevit primo titulus quem habet Rex Angliæ ad ducatum Acquitaniæ. Quare dico quod illi erraverunt qui dixerunt, quod Wilhelmus Conqueſtor appoſuit tertium leopardum in armis ſuis, ratione ipſius ducatus Acquitaniæ, quia ipſe nullum titulum habuit ibi, ſed iſte Henricus ſecundus.* P. 132. dum *Ricardi* mentionem feciſſet, ſubjicit: *Quod pater ejus Henricus ſecundus primo leones in Angliam duci fecit, & eos habuit ſuo dominio ſubjectos: quorum catulos ipſe multoties ſolebat acriter verberare in præſentia ſuorum trium filiorum: qui de facto eidem patri ſuo rebelles erant.*

Ex Cheſneo. §. XII. Iſta Uptonus. Non deſunt alii (ut *du Cheſne* ap. *Limn. Jur. publ. addit.* T. IV. ad 6, 6. p. 99.) qui *Guilelmo Conqueſtori* primum tres illos leopardos aſſignant, cum prius inſula nullis uteretur propriis: alii duos tantùm cum *Vptono* Guilelmo relinquunt, tertium ab Aquitanica hærede arceſſunt. Apud *Hæping.* legitur, *Richardo* quinq; aureos leopardos eſſe geſtatos, quorum duos ſcuto detractos Henrico Brunſvicenſium Duci conceſſerit. Forte hic etiam tutius *Spelmannum* ſequemur. Hic *Aſpilog.* p. 40. iſta habet: *Münſterus refert Belgicos principes annum circiter Domini* 1177. *hoc eſt, ætate Henrici II. Rex Angl. novam expeditionem parantes in Syriam, leonum geſtamina ſuſcepiſſe. Et reges Angliæ Henricum vel Richardum idem tum feciſſe perſuaſum habeo, cum & in eandem militiam conſcripti eſſent crucis candidati, & leonina geſtatio nuſquam antea apud reges Angliæ ſit reperta.* Inde p. 45. *Richardus I. ad ſacrum bellum ſe accingens, omnium primus clypeum habet inſignem, ac ſi id decoris, quod in ea militia uſitatius eſſet, propter populorum confuſiones, apud Anglos prius non claruiſſet. Sed leone tum ille ſolitario & erecto non gradario. Sigillo autem ſuo ſ. per naufragium Cyprium ſ. per captivitatem Auſtriacam, in aliena poteſtate, ut ſuis utar verbis, conſtituto, novum curat conficiendum, quod etiam, ne falſariis locus eſſet, à priore diſcreparet. Illic demum, nec antiquius uſquam tres leones vidimus.* Adducit p. p. p. 46. *Wilelmi Britonis Armoricani* verſum de *Richardo* adhuc, vivo patre, Pictaviæ comite:

Hæpingio.

Spelmanno.

rictus agnoſco leonum
Illius in clypeo.

Ad quam autoritatem non uno reſpondet modo. Subjicit: *Illud quoque innuere videtur Richardum inter Angliæ reges primum uſum fuiſſe leonino geſtamine, quod ei præ cæteris cognomen inderetur* cor leonis *à pictura clypei (ni vana conjectura) derivatum. Nam è clypeis & armaturis nomina ſæpe acceperunt tum antiqui tum recentiores. Glaucus Minois filius ab anſa clypei, quam Græci λάβην vocant*, Labicus *dictus eſt, unde Virgil.*

Picti ſcuta Labici.

Itaque cum de gente ſua teſtimonium quæreretur, oſtendit, inquit Servius, ſcutum militare

Digitized by Google

litare à quo ipſe Labicus *dictus eſt, & ex eo populi. Nam & populi nomina ſua ita alias ſecuti ſunt. Sic à galearum ſylis Sylæ. Et Richardi ævo etiam hoc in uſu. Nam & ſui us familiæ à planta geneſtæ qua uſa eſt in apice galearum, ut in ſigillo ſuo novo videas,* ntageniſtæ *nomen relinquebatur, &c.*

§. XIII. *Angliam* ſpeciatim illo geſtamine exprimi jam memoravimus, & ex nibus quæ jam allata ſunt patere poteſt. Eam *Magnæ Britaniæ* partem, quæ hoc nine venit, olim Britonibus ſuis habitata, non tam Regem quam regulos plures haſſe aut libertate gaviſa fuiſſe videtur. Quos reges aſſignant à *Bruto* Æneæ ex Laia nepote, qui cum patrem Sylvium anno mundi 2856. in venatione inſcius jaculo ısfixiſſet, in hanc venerit inſulam, eique de ſuo indiderit nomen, ex documentis autoribus, qui fidem facere idonei ſint, probari poſſe, valde mihi dubium. Septuaimus tertius inter eos numeratur *Lucius*, quem à *Fugatio* & *Damiano* Roma ab *Eleu-rio* epiſcopo miſſis An. Chr. 177. converſum atque baptiſatum, & deinceps *Bava-Apoſtolum* factum memorant. Poſt hæc inter ſe diſcordes Principes *Romanis* aſionem fecerunt tota fere potiundi inſula, quam ad 257. annos retinuerunt. Un-*'everum*, *Conſtantium* & alios Auguſtos in Regum Britannorum indice legere li-

Anglia. Suæ poteſtatis. Lucius Rex. Sub Romanis.

Reſumtus demum adverſus Romanos animus, & *Vortigernus rex*, quem octuamum ſextum numerant, contra Romanos, Scotos & Pictos *Anglo-Saxones* Cher-ſo Cimbrica evocavit. Hi *Hengiſto* & *Horſo* Ducibus in inſulam delati re felici-geſta, demum ſua agere cæperunt, verſis in eos armis, quorum auxilio venerant. his Anglis *Angliæ* nomen. Cæterum in ſeptem *Northumbriæ*, *Cantii*, *Eaſtangliæ*, *ciæ*, *Eaſtſexiæ*, *Suſſexiæ* & *Weſtſexiæ*, regna cum diviſa eſſet, ſemper tamen *Be-*:ſte unus fuit, quem reliqui ut ſupremum dominum agnoſcerent: adeoque illa *archia ambulatoria* modo penes hunc modo illum populum fuit. Demum *Egber-* x Saxonibus occidentalibus ſ. *Weſtſexiis* pleraque regna heptarchiæ deſtruxit, & ›rium *Anglicum regnum* conſtituit, unde ab eo regum principium commode nuatur. Cæterum non una ex iſto tempore familia thronum occupavit, ſed illas nuamus. 1. *Saxonicam*, quæ in *Edmundo* (cogn. *Ferreum latus*) 1016. à ſuis cæſo, ſeu us 1065. in *Edoardo confeſſore*, qui ab exilio revocatus, Danos expulit, & regnum pan legibus exornavit, defecit. 2. *Danicum*, ex qua inter Edmundum & Edoar modo dictum tres, Canutus M. Haraldus & Canutus durus regnarunt. 3. *Norıicam* à *Guilelmo Conqueſtore* D. Normanniæ, quem Edoardus hæredem dixerat: in nepte Guilelmi *Mathilde* 1154. defecit. 4. *Andegavenſem* ſ. *Plantageneſtarum*. ac primus regnavit *Henricus II.* Mathildis filius. Ultimus occubuit *Richardus III.* 5. *Tideriam*, ab *Owveno Theodoro* ſ. *Tiderio*, Nobiliwallo, qui Catharinam Vale-Henrici V. Regis viduam ducere auſus capite luit, ortam. Hujus enim ex ſilmundo C. Richmondiæ nepos *Henricus VII.* 1486. rex proclamatus eſt, & ſucres habuit Henricum VIII. filium, hocque natos Edoardum VI. Mariam atque *'etham* meritis ſuis celeberrimam reginam, quæ iſtam etiam ſtirpem morte ſua clauſit. 6. *Scoticam* ſ. *Stuarttnam*, quæ nunc quoque feliciter ſceptrum gerit ıs & Scotis commune.

Andegavenſis. Tideria. Scotica.

§. XIV. Ad ſecundum quadrantem tranſire nunc neceſſitas exigit: *Hic au-ronem rubeum lingua & falculis cæruleis interno limbulo geminato coccineo utrinque ı concluſum defert.* Verba fere ſunt *Chifflet. inſign. Eq. A.V.* n. 165. Alii ita enun-: *Leo rubeus erectus aurea facie deſcriptus, cauda tergum ut fere mos eſt, dum ſeſe ad ım incitat, verberans, coque generoſam iracundiam ſignificans, prætexta cæruleadu-ractu rubeo contrapoſitis liliis conſita, ſtamine in aureo.* Boeth. I. Hiſt. Scot. Galli :iant limbulum iſtum internum *treſcheur fleuronné & contrefleuronné* (de hac fi-'ege *Le Labour. Orig.* n. 130.) Inde Anglis ſuum *treſſure*.

Scotica areola.

§. XV. Originem hujus *leonis Nic. Vptonus de milit. offic.* p. 126. tribuit *Bruto* occupatori, qui ſecundo filio leonem rapacem rubeum in ſolo aureo tribuerit, magis ex vero hiſtoriæ *Henr. Spelmannus aſpilog.* p. 40. quærit originem in expei ous Syriacis, quibus alii etiam leones ſibi ſumſere principes. Olim vero *Andreana* quam vocant) uſos eſſe reges, & hanc bello contra Pictos apparuiſſe, autor eſt *Hiſt. Scot.* 10. Qui etiam inſignia L. 2. refert, enſem nudum ancipiti acie, ım & coronam militarem, quæ tamen potius alia dignitatis regiæ ornaquam vera inſignia crediderim.

Origo. Vetera ſymbola.

Digitized by Google

Limbus & flores ex amicitia Gallica.

§. XVI. Quod ad *limbum & flores*, quibus ille exornatus, attinet: traditio habet, *Achajum* Regem Scotiæ, qui primus fædus cum Carolo M. cui frater Guilemus militabat, percuſſerit, ab iſto quatuor accepiſſe lilia. Quam traditionem nuperius adhuc ſuſcepit *Ferrand. Epinic. pro lil. 2 p.27. & ſeqq. Fournier. Geogr. orb. not. L.5.c.7. p.203. Spelemannus*, cujus judicio plurimum tribuo, *aſpilog.* p.106. admittit lilia in memoriam antiquiſſimi fæderis aſſumta eſſe: quod vero Achaio ipſi inſertio tribuatur ita eloquitur: *Fama eſt, ni imponit mihi Scotorum βυκανίστης Buchananus*, &c. Unde magis illi errant, qui plane *Ferguſio* tribuunt. Et quid dicemus, ſi demonſtratum fuerit, quod alibi factum, Caroli M. imo & Hugonis Capeti ſeculo recentiora eſſe Francorum *lilia*? Hoc certe argumentum, & quod ævo Carolino ille mos gentilitiorum inſignium vel aliquid eorum in teſtimonium amicitiæ concedendi ignotus fuerit, traditioni valide contradicit: & forte validius quam illa *Labourerii* ratio (in add. ad *orig. des arm.* p.8.9.) quod Caroli ætate Scotis Franci non eguerint, & illi eo tempore contemtiores ac barbarorum inſtar habiti fuerint. Primam amicitiam hic concedit cum Alexandro R. à S. Ludovico pactam 1248. Unde iſti primo limbum ſimplicem tribuit, poſtquam priores poſt Malcolmum ſemper uſi fuerint leone ſolo. Addit repetita inter Carolum V. Franciæ & Robertum Scotiæ reges amicitia 1371. limbum duplicatum & ornatum eſſe. Quod iterum alii Carolo VI. tribuere malunt. In eo tamen omnes conſentire videmus, *amicitiæ Gallicæ* originem debere illos flores.

Scotia.

§. XVII. *Scotiam* illo ſymbolo notari, quæ Magnæ Britanniæ pars ſeptentrionalis eſt, ex memoratis jam liquet: unde non niſi poſt quam Eliſabethæ morte Jacobus Rex Scotiæ ad ſolium Anglicanum evectus eſt, Anglicis διάγμασιν hoc adjunctum eſt, quod prius ſolum in propria parma ſplendebat.

Regum ſucceſſio.

§. XVIII. Reges Scotiæ hic enumerare nihil attinet; inprimis ad tempora fabuloſa aſcendere integrum nobis non eſt. Ab *Achajo*, cum quo Carolum M. qui ab eo accitis *Ioanne, Rabano & Alcuino* Scotis, viris præclaræ eruditionis, prima fundamenta Pariſienſis Academiæ jecit, fædus primum percuſſum ajunt, ſeries regum ſatis certa eſt: Et quidem familia illius duravit uſque ad *Alexandrum III.* in quo directa maſculorum ſeries defecit 1286. Poſt hunc ad ſceptrum vocati, *Ioannes Balliolus* (ſ. de *Bailleul.*) maritus Donagillæ Galvaiæ, cujus avus David C. Huntingdonius Guilelmi regis frater fuerat; (ſed Joannes qui Edoardi Angli auxilio regnum obtinuerat, quod ei ſacramentum dixiſſet, iterum pulſus, & Scotia ab Anglis aliquandiu miſere afflicta eſt) & *Robertus Bruſſius*, novæ familiæ autor, cujus avia Iſabella præfati Davidis quoque filia fuerat. Hic regnum ab Anglis recuperatum ad filium Davidem deinceps tranſmiſit, in quo iterum terminata ſtirps & ſucceſſio delata ad *Stuarteam* domum, ex qua Waltherus Stuartus regni Seneſchallus uxorem Davidis hujus regis ſororem Mariam in thoro habebat. Porro ipſa Stuartorum gens ex Achaji ſupra dicti poſteris fuit, à *Ferquharte* Kennethi III. Regis filio atque Malcolmi II. item regis fratre. Hic enim princeps Loquuhabriæ pronepotem habuit Waltherum, qui conſtitutus *Stuartus* hoc eſt *Magnus Seneſchallus* Scotiæ ab officio familiæ nomen fecit. Hujus trinepos Jacobus regens Scotiæ Waltherum genuit, Davidis Bruſſi regis ſororium. Hoc & Maria natus eſt Robertus II. primus ex Stuartis rex: Ex quo deinceps reliqui Reges. Directa horum linea defecit in *Maria*, quam capite truncari fecit Eliſabetha Angliæ Regina 1587. Succeſſit vero altera linea *Darnleorum* ſ. *Lenoxiorum*, ab Alexandro Stuarto Roberti II. Regis fratre proſata. Ex hac enim Henricus Dux Rotheſaijæ in regium Mariæ thalamum adſcitus ex ea *Iacobum* genuit Scotiæ, & cum Eliſabethæ ſucceſſit totius Magnæ Britanniæ regem, moderni regis Caroli II. qui feliciter imperat, avum.

Stuartorum gentile ſymbolum.

§. XIX. *Stuartorum* gentile quod concernit ſcutum, illud legi *aureum inductafaſcia teſſellata teſſellis cæruleis & argenteis.* Porro cum aliis gentibus fere in uſu ſit familiare σήμα regiis ſcutis inſerere, quod Daniæ, Sveciæ, Poloniæ exempla docent: Stuartorum tamen hanc faſciam regiæ parmæ nunquam inductam vidi: unde morem eum Britannis receptum non eſſe colligitur. Porro ad hanc familiam præter Duces *Richemondiæ* ſpectant Comites in Scotia *de Murray, de Gallovvay, de Carrike, de Traquhair, Barones d' Innermeth, d' Ochiltry, de Blanckyre*, & in Hibernia *Barones de Caſtelſtuard.* His omnibus gentilis eſt faſcia alla, ſed non uno addito diſcerniculo, & aliis quadris.

Hovvar-

§. XX. Cæterum *Cambdeno* autore Henricus IIX. *Thomæ Hovvardo Norfolciæ*

à ſe

Digitized by Google

ſe creato *Duci*, quod Jacobum IV. Scotiæ regem ad Floddon viciſſet atque occidiſſet, onceſſit, ut Hovvardi in baltheo familiaris clypei argenteo ſcutum aureum geſtarent, um dimidiato leone rubeo ſagitta ore transfixo inter duplicem liliatum limbum, cu- is aliquid ſimile nunc etiam apparet in Ducis illius nec non Com. Norvvichii inſigni- us, ubi balthei Hovvadici argentei, quem in rubea area hinc & inde ternæ cruces rachiatæ atque ſpiculatæ aureæ comitantur, capiti viſitur additum ſcutulum, quod in- a limbum leonis imaginem defert, cujus tamen colorem non ſatis dignoſco. Dixeris ima quod retulerit ſpolia, regium etiam ſcutum levi mutatione ei conceſſum eſſe. onf. de eo more victorum arma aſſumendi P. 1. c. 2. Pariter video in C. Guilfordii am. Mainlandiæ,) ſcuto aureo inter limbum floridum rubeum repræſentari leonem coticum ſed membris diſſectis. Rationem nen capio.

dis conceſſus ex parte leo Scoticus.

§. XXI. Ultima nos quadra vocat *rubea* (aliis quod vitio factum credo, cæru- a.) in quâ *chelys aurea* pingitur. Hoc ſymbolo *Hibernia*, quam & *Parvam Britan- am & Iernen* vocant, notatur. Hujus notam *Chaſſan catal. glor. mundi.* P. 2. conſ. 38. *nem argenteum in parma rubea* olim fuiſſe dicit: ſed *Varenn. R. d' Arm.* P. 3. p. 311. *re- m in clypeo nigro inſidentem throno, cruribus decuſſatim junctis, & dextra ſceptrum eferentem ex auro.* Aliter *Aldrovand.* ap. *Heping. Iur inſign.* C. 6. P. 3. cl. 3. p. 312. cum ia inſignia, tribuit, quæ ex altera parte *aurea brachium gladio armatum, ex altera ar- tea aquilam dimidiam referat.* Sed de his penes autores fides eſto. *Chelys* videtur le originem traxiſſe: quia hoc cum inſtrumento muſico *Davidem* regem pingere enne eſt, quod quidam regulus Hiberniæ *David* in nominis gratiam figuram aſſum- it, quam nec poſteri mutare dignum judicarunt. Neſcio vero quid in mente fuerit, . *Spangenbergio.* Adelſp. P. 2. L. 12. c. 33. p. 315. b. quod nova inſignia *Hibernici regni* deſcribit: **Der gewapnete blaue arm mit bloſſem ſchwerdt in rothem / beneben em halben ſchwartzen gekröhnten adler in gelbem feld / iſt das neue wapen deß nigreichs Irland.** Quod tamen cum eo convenit, quod modo ex Aldro- ndo de veteri ſymbolo retulimus.

Hiberni- cus later- culus.

Chelyos origo.

§. XXII. Cæterum *Hibernia* ſuos olim indigenas regulos habuit, quibus inter iſſidentibus à *Dermitio* Langiniæ rege auxilio vocatus *Henricus II.* 1172. inſulam ſi- ibjecit, & obtinuit, ut ordines ſignatis chartis in eum dominium transferrent. Un- *Dominorum Hiberniæ* titulo uſi ſunt, qui Angliæ reges ſucceſſere. Demum Hen- II X. regis titulum inſulæ ordines detulere, quam etiam in gratiam Mariæ re- e 1555. Pontifex Romanus confirmavit.

Hiberniæ regimen.

§. XXIII. Explicato ſcuto jam galeas imponamus. *Anglica* inſtruitur *petaſo ſſo coccineo (un chappeau plat.) or areducta hermionica, aurea corona impoſita*: uti de- it *Ioh. Iac. Chifflet. Eq. A.V.* n. 63. Ex *Scotica* autem caſſide *leo* erumpit *ſcutario ſimi- rictum enſem auro inſtructum dextra pratendens ap.* eundem Chiffl. n. 165. *Limn. ubl.* 6. 6. 85. atdit *leonem ſedentem, altero pede enſem, altero vexillum crucis Andrea- ſtare, addita leoni epigraphe, in defens*, hoc eſt in defenſionem. Nec non quod leo *ri corona* ſit redimitus. De qua mox aliquid dicemus.

Galeæ. Anglica. Scotica.

§. XXIV. Porro regiis clypeis rarius galeas imponi conſpicimus, ſed frequen- eguntur *coronis.* Ita hoc quoque ſcutum *regia corona* tegitur, & quidem pro : regum clauſa, cujus circulo 4. lilii flores & totidem cruciculæ ad Melitenſium am inſiſtunt, & ſemicirculis ſuperius clauduntur, impoſito ut plerisque ſolenne in nitate globulo ſimili crucicula faſtigiato. Videre quidem eſt, ubi *Henricus IIX.* & *dus* aperta uſi corona, non quod aliis regibus inferiores eſſent, ſed quia ſuperiori o non ita invaluerat clauſarum conſvetudo.

Corona clauſa.

§. XXV. Legimus tamen regibus controverſiam de eo jure motam, ſed inju- Ita *Lud. Guyon* T. 2. diverſ. leçons. L. 3. c. 26. p. 615. referente *Limn. Iur. publ. add.* ad 6. 6. p. 106. *Angliæ regem quod attinet, ille multis retro ab annis clauſa corona it, tanquam Rex Galliæ imaginative, & Rex Angliæ ſine ſuperiori. Hoc tamen Pon- Romani oppugnarunt, & vaſallum ſuum eſſe affirmarunt. Henricus IIX. poſtquam Pon- epudium, quod dederat conjugi ſuæ legitimæ quo ad alia vota tranſire poſſet, appro- cuſaſſet, noluit amplius vaſallus vel tributarius Apoſtolicæ ſedis dici aut eſſe, ac ſe ca- leſiæ Anglicanæ conſtituit, regnumque ſuum à Deo & gladio dependere profeſſus, m aſſumſit clauſam, in quo ſucceſſores ſuos ſibi ſimiles habuit. Cum anno* 1554. *Philip- us Caroli V. Imper. Mariam reginam Anglia in uxorem duceret, & in ipſa nuptia-*

Aliqui jus negant, ſed injuria.

rum

Digitized by Google

rum festivitate coronam clausam capite gereret, Pontifex id ægre tulit, cum regnum Neapolitanum & Sicilia ab Ecclesia feudi nomine possideret. Verum Philippus se ornamento hoc usum dicebat, non propter regna quæ ab aliis teneret, sed propter illa quæ à nullo dependerent.

Prætensio Pontificis in Angliam & Hiberniam.

§. XXVI. Locus hic est, ut excutiamus, quæ *Pontificis* sunt inanes in *Angliam* & *Hiberniam* prætensiones.

Fundamenta Curiæ Romanæ quinque sunt.

Ex vectigali impositio.

I. *Vectigal regno impositum; initio à Gentvvino nono VVestsexiæ rege: qui Petronumum vectigalem, Romam profectus, promisit.* Hujus tamen etiam *Polydorus Vergilius* mentionem nullam facit.

Inas undecimus rex Westsexiæ Gregorio III. Pontifice regnum iterum sedi Romanæ tributarium fecit, 740. jussa quaque domo pendere annuum numum seu denarium Petro. vid. *Polyd. Verg. L. 4. hist. Angl.* p. 118. qui addit. *Omnis Anglia hoc tempore istud vectigal pietatis & religionis causa, Romano Pontifici pendit, domesticatim collatum, & numi illi argentei vocantur vulgo denarii divi Petri, quos Pontificius quæstor, quem non inscienter collectorem nuncupant, exigit. Nos hanc olim quæsturam aliquot per annos gessimus, ejusque muneris obeundi causa primum in Angliam venimus.* Imitatione hujus factum putat idem Verg. L. 4. p. 99. quod anno 775. *Offa* rex Merciorum Romam petendæ delictorum veniæ Hadriano I. regnum vectigale fecerit, etiam impositio in singulas domos *argenteo denario.*

Ex iis qui Angliæ jam imperabant secundus *Edelvvolfus* monastico voto, ut rex fieret, à Leone IV. solutus, vel ut à Normannis tutus posthac esset, iterum singulas familias numo argenteo in singulos annos ad festum B. Petri & Pauli, aut ad summum, ad Petri vinc. obligavit Papæ. 847. vid. *Polyd. Verg.* L. 5. p. 127. qui reliqua regni, quæ Egbertus pater adjunxerat, hac ratione obstricta Pontifici, memorat.

Solutum quoque id tributum, donec Henricus VIII. 1534. aboleret. *Thuan.* L. 1. p. 49. *Sleid.* L. 9. p. 239. Inter alias leges Henrici VIII. abrogatas à Maria, *Thuan.* L. 13. p. 611. Sleid. L. 25. p. 817. 818. hanc fuisse dubitarem, quia bona Ecclesiastica à Maria reddita non sunt. Si vero etiam abrogatam diceres, saltem Mariæ acta 1559. ab Elisabetha iterum universa rejecta. Thuan. L. 22. p. 1006. His vero ab Anglis merito obvertitur.

1. Quod census non inducat superioritatem. Unde *Vergil.* ipse collector Pontificius, dicit *religionis & devotionis*, non vero subjectionis causa factum esse. Imo in antiquissimis Anglorum monumentis refertur: *Inam* hanc destinasse pecuniam tanquam *eleemosynam*, impendendam sustentationi *Anglorum pauperum* Romæ commorantium: unde in aliqua epistola Regis *Edoardi* dicitur *Eleemosyna regis*, alibi *regis larga benignitas.* Sic & Bulla extat *Greg.* Papæ, pro accipienda ea pecunia, quæ tributi non meminit. Vid. *Meteran.* Niederl. Histor. L. 13. p. 553. Nec difficeri potest, scholam Anglorum commodo à regibus erectam Romæ, licet ad hoc destinatum vectigal illud non dicat. *Polyd. Vergil.* L. 5. p. 128.

2. Henricus IIX. abolere jure potuit: inprimis vero subsequentes reges, religione mutata.

Ex Joannis subjectione.

II. *Ioannes Rex* cum Pontifice *Innocentio III.* quod ab hoc creatum Archiep. Cantuariensem Steph. Langtonum admittere nollet, litem habebat, & ab eo 1208. excommunicatus est. Ob quod cum Ecclesiasticos initio durius tractasset, tandem regis Galliæ, ob nepotem proprium Arturum Britannum occisum, armis pressus succubuit, & coronam 1212. in manus Papæ cum regnis *Angliæ* & *Hiberniæ* resignavit: impositio illi 700. huic 300. marcarum tributo. Ita jactat Romana curia: sed habent quo se tueantur Angli.

1. Testimonium authenticum de tali homagio Joannis adferri nequit. Quod ex tabulario Pontif. allegatur, suspectum est. *Polyd. Vergil.* L. 15. p. 357. author Pontificis, cujus quæstor in Anglia fuerat, studiosus, *famam* tantum allegat, referentem, quod Joannes diadematis Pandulfo legato Romano traditi, & ab eo accepti, memoriam perpetuare cupiens, ea lege se Innocentii fecerit beneficiarium, ut reges deinceps à Pontifice duntaxat Romano jura regni consequerentur. Cæterum has reconciliationis leges, qui secuti sunt reges minime servarunt, neque annales Anglici de ejusmodi deditione

Digitized by Google

ione loquuntur. Sic & *Th. Morus* ſemper tenuit, Romanos non poſſe hoc probare trumento idoneo.

2. Joannes quæ fecit, neceſſitate fecit, undique preſſus & conſilii inops. Et ipſe ſtea apud *Polyd. Verg.* p. 361. clamat, *ſibi impoſitum eſſe, atque idcirco non vult contis ſtare.*

3. Poſteros non reſpiciebant pœnæ Joanni impoſitæ. Ita *Vergil.* d. l. p. 358. diſerte: *iare illa omnia onera Joanni tantummodo qui deliquiſſet impoſita, non item ſucceſſoribus inenda fuiſſe, ſatis conſtat.*

4. Sine ſtatuum conſenſu Joannes onus regno imponere non potuiſſet. Unde n ſub Edoardo III. Cancellarius retuliſſet, Papam Angliæ regem tam de homagio am de tributo pro Anglia & Hibernia præſtando, quibus Joannes ſe & ſucceſſores ſtrinxerit, in jus vocaturum, ſententiæ rogatæ, & Epiſcopi ac Eccleſiaſtici ſeorſim, i proceres & plebs deliberarunt. Una omnium ſententia, Joannem contra jurantum in inauguratione præſtitum non potuiſſe ſine Parlamenti conſenſu hæc pacta e: & ſi Papa hoc urgeret, ad opponendas vires ſe paratos oſtenderuut, apud *bd. Britan.* p. 405.

5. In fine diplomatis Joannes addit reſervationem: *ſalvis nobis & hæredibus ris juſtitiis, libertatibus & regalibus noſtris. Cambd. Brit.* p. 405.

III. Jam ante Joannem pater ejus *Henricus II.* refertur, cum ſe purgaſſet à Tho. Cantuarienſis ab exilio nuper revocati cæde (quæ injuſſu ejus ſed occaſione pro- ex quo ſui animum infeſtum judicabant, & juſſum interpretabantur, patrata erat) us eſſe, lege ſanciri, ut ipſe & Henricus filius ſic regnum Angliæ obtinerent, ut neoſt illorum mortem regis nomen ferre intelligeretur, niſi quem *R*om. Pontifex gnaſſet. *Polyd. Vergil.* L. 13. p. 286. *Cambd. Brit.* p. 404. 405. Ex Henrici II. conceſſione.

Verum huic etiam prætenſo juri reſpondet ipſe Vergil. l. c. his verbis: *hujuſce rei iles Angli neque meminerunt, nec reges qui ſecuti ſunt, obſervantes fuerunt.*

IV. Eadem fiducia poſtea 1588. Sixtus V. Pontifex Eliſabetham non tantum exmunicavit, ſed & regno illo (*tanquam ſedis Rom. beneficiario* ex Inæ, Henrici II. annis pactis) donavit *Philippum II. R. Hiſpan.* apud *Thuan.* L. 89. p. 379. 381. am recitat *Meteran.* Niederland. Hiſt. P. 1. L. 13. p. 617. ſeq. Verum Pontifici in a regna nullum jus ἀποστολικὸν, quam uſurpat, præbere poteſt, apud æquos n æſtimatores. Ex Sixti V. auſu.

V. Alius ſpecialis in *Hiberniam* titulus eſt. Nam Hiberni apud *Polyd. Vergil.* p. 287. Henrico II. inſulæ dominium affectanti reſpondent, niſi autoritate Pon-, cui poſt Chriſtianam religionem acceptam ſe ac omnia ſua dediſſent, id fieri oſſe, & ob hoc alium quam Pontificem dominum non habere jactant. Idque dicit ilius, etiam ſuo tempore jactaſſe. Unde Henricus ab Alexandro III. proprium nte commodum obtinuerit, ejus dono Hiberniam jungi Angliæ. Sic apud *Thuan.* p. 782. à Pontificiis allegatur *Hadrianus* Papa, qui Hiberniæ regnum donaverit s. Addi poteſt, quod Hiberniæ regis titulum autoritate ſua probarit in Maria 1555. a per legatos obedientiam deferret, Paulus V. apud *Cambd. Britan.* p. 405. Venim vero potior titulus Henrico ab eo, quod inſulam inteſtinis diſſidiis turbatam eſtatam accepit. Quod vero apud *Cambd. Britan.* p. 404. translationem dominii nici, ab ordinibus in Henricum factam *Vrbanus* Papa bulla probarit, & in conionis argumentum, coronam de pavoninis pennis auro contextam miſerit, nihil nglico derogat. Unde & Henricus IIX. propria & comitiorum Dublin. 1541. tate *regium* pro domini titulum aſſumſit. *Jac. Vvare. de Hibern.* c. 4. p. 26. Ex Hibernorũ confeſſione & regni collatione.

Iniverſum iſta etiam opponuntur ab Anglis.

Quod Reformata religio nullum agnoſcit viſibile Eccleſiæ caput, unde multo ſacerdotem aliquem regum principem.

. Regnum Anglicum armis Anglorum fundatum, legitima ſucceſſione, & abs- ntificis interventu ad hodiernos reges devenit. Allegatur etiam epiſtola Eleu- apæ ad Lucium R. Britanniæ qua eum dicat, *vicarium DEI in regno ſuo.*

I. A Joannis tempore ad Eliſabetham uſque plurium ſeculorum lapſu, etiam iptio firmata eſſet.

. Tam non ſubjecti Angli reges Pontifici, ut etiam *Epiſcoporum conſtituendo*teſtare gaviſi ſint. Ita *Henricus I.* eo jure uſus. Conf. querentem *Polyd. Vergil.*

Digitized by Google

L.11.p.237. Licet tum Pontifex mutationem obtinuerit.ibid.Sed ex illis, quæ de *Edoardo III.* leguntnr apud eund. L.19.p.506.507.508. ſucceſſores eadem poteſtate uſos colligitur, etiam ringente Pontifice.

Demum claſſe Hiſpanica 1588. quæ ut executioni ſententiam Pontificiam mandaret,vela dederat,disjectâ,conatus Romæ irritus fuit. Hactenus quoque hujus conſilia & prætenſiones nauci fecere Angli, & regni ſui ἀυτονομίαν ſtrenuè tutati ſunt. Sic & in Hiberniam quæ 1580. tentaverat Pontifex apud *Thuan.* L.70. p.569. in irritum cecidere. Nec felicius ſucceſſere, quæ 1641.iidem Hiberni Pontificii contra Anglos auſi erant. Sed & jam pridem dedidicere,ipſi,qui Pontificem in religionis cauſa agnoſcunt,Magnates ferre, ut in temporalia eorum iſte jus aliquod jactet.

Scotica corona.

§. XXVII. Quod *Scoticam coronam* attinet: ajunt hanc *vallarem* olim fuiſſe à *Feritharo* rege aſſumtam, quod Pictos vallo militari expugnato vicerit. Vid. *Varenn. R. d' arm.* P.4 p.549. Inde refert *Haping. de jur. inſ.* c.11. §.3. n.78. quod Carolus M. amicitiæ ſigno Scoticæ coronæ vallari, 4. *lilia aurea quatuor cum crucibus*, (quam figuram nunc quoque uſurpari §.24. diximus) liliis tamen paulo eminentioribus adjecerit: quod etiam apud *D.T.V.Y. Eſtats, Emp.& princ. du Monde.* p.1457. legere eſt, nec non ap. *Varenn. R. d' arm.* P.4.p.527. qui etiam clauſam eam ad modum imperialis coronæ perhibet. His etiam regibus ab Anglis uſum coronæ clauſæ in dubium revocatum eiq; contradictum memorat allegatus *Guyon.* l. c. quod vaſallos ſuos Scotos dicerent. Fides ſit penes autorem.

Anglica liliata.

§. XXVIII. Anglicorum quoque regum coronæ ſæpius liliatæ in ſigillis & monumentis conſpiciuntur, cum necdum titulus acceſſiſſet Franciæ. Verum etiam olim Pindarus Neme. od.7. lilia coronis junxit. vid. *Spelman. Aſpilog.* p.38.

Telamones.

§. XXIX. Quæ circumſtant inſignia, nunc conſideranda ſunt. Huc *telamones* ſpectant ſive *Atlantes:* cui officio Anglia adhibet altera parte *leopardum coronatum* ob inſignium figuram: altero latere *draconem*, ob ordinem periſcelidis Georgio, à quo confoſſum draconem ajunt, ſacrum. *Meneſtr. verit. art. du blaſ.* c.14.p.172. Aliquando etiam *canem veſtigatorem*, quo genere Anglia excellit, additum lego ap. *Limn. jur. publ.* 6,6,102. *Scoti* vero *leonem coronatum & monocerotem* conjungunt, vel *duobus* etiam *monocerotibus* arma ſtipant. Quod antiquis Scotiæ regibus dat *Varenn.* R.d'Arm. P.4. p.605. Cæterum leonem videas geſtare vexillum roſa impreſſum, monocerotem, cujus collo corona inſeritur ex qua catena pendet, aliud vexillum cum cardui figura: cujus ratio ex ordine, de quo §.33.

Symbolū.

§. XXX. Symbolum huc quoque ſpectat, cujus inſtar eſſe puto,quod aſcribere inſignibus reges ſolent: *Dieu & mon droict.* Deus & jus meum. Sed & eodem retulerim, quod §.23. apici Scotico aſcriptum diximus, *in defens.*

Ordo periſcelidis.

§. XXXI. Ordines quod concernit, celeberrimus eſt *periſcelidis ſ. garterii.* Unde regium ſcutum cingi videas periſcelide cærulea cum fibula aurea, & ſolenni inſcriptione: *Hony ſoit qui mal y penſe.* De ordine hoc diximus P.1. cap.7. num.35. Juvat tamen huc etiam transferre, quæ luculentiſſimus Ordin. Equitum ſcriptor *Aubertus Miræus* tradit orig. ord. Eq. L.2. c.2. *Eduardus III.* eo nomine Rex Angliæ inſtituit *Garterium* ordinem; cui tantus deinde acceſſit honor, ut maximos quosque Reges non pœnituerit in id venire collegium. Sunt numero ſex & viginti *Garterii* Equites (ſic enim appellantur) & alius in alterius demortui locum, ſuffragiis reliquorum,cooptatur. Horum autem princeps eques Rex Anglus habetur: utuntur pallio cæruleo, crus ſiniſtrum paululum infra genu, corrigia fibulata, gemmis auroque ornata, cincti: à qua quidem corrigia nomen ordini inditum conſtat, quod *Garter* lingua Anglica, ligaculum, ſignificet, quo mulieres tibiarum tegumenta ſibi ligant. Ornatur autem iſta corrigia ejusmodi titulo, Gallicis verbis inſcripto, *Hony ſoit qui mal y penſe*, id eſt, Vituperetur ſeu confundatur, qui malum cogitat. Ordo vero eſt *S. Georgio*, ut bellatorum præſidi, dicatus. Quare Equites quotannis diem illi ſactum multis ceremoniis celebrant, in templo ad Vindeſorium caſtrum: quo loco ejus collegii ſedes eſt, opiparoque convivio diem illum feſtum agunt. Quaptopter Rex *Eduardus* ibidem inſtituit celebre ſacerdotum collegium, qui res curarent divinas. Habent iſti Equites certas leges, quibus id in primis eſt conſtitutum, ut mutuo ſe juvent, defendantque, ac bellando numquam in turpem ſeſe dent fugam.

Habent

ent inſuper apparitores miniſtros, quos *Haraldos* dicunt: quorum præfectus appel- *Rex armorum.* Ii belli ac pacis nuncii, Ducibus, Comitibusque à Rege creatis ia aptant, atque eorum funera curant. De cauſa autem inſtituendi ordinis no ambigitur: fama tamen apud vulgus etiam nunc tenet, *Eduardum* aliquando a collegiſſe Reginæ ſeu amicæ ligamen tibiale, quod forte reſolutum, ut uſu ſo- nire, deciderat: & nonnullis heroibus id videntibus, ac jocoſe cavillantibus, e, brevi futurum, ut ejusmodi cingulo etiam ab ipſis ſummus haberetur honor: : non multo poſt iſtiusmodi ordinem inſtituiſſe, eumque addidiſſe titulum, quo etur, ipſos heroes contra quam erat, de ſe judicium feciſſe. Hæc in vulgo eſt fama. i ſcriptores Anglici verecunde ſuperſtitioſi, forte timentes ne imminutæ maje- regiæ crimen ſubirent, ſi tale quid ut minus inſigne prodidiſſent, maluerunt id m relinquere: perinde quaſi nunquam alias viſum fuiſſet, rem ab initio à parva laque origine ortam, magno poſt incremento, dignitateque auctam. Ecquid mius deſpicatiusve apud multos olim populos habitum eſt, quam raſus vertex, nc unicum eſt ſacri profanique capitis diſcrimen? An Arnales fratres, quos Ro- s creavit, eo in honore à principio fuere, qualem poſtea obtinuerunt? uti nos que in noſtro de rerum inventoribus opere docuimus. Quid, quod Cenſura, ſtratus olim apud Romanos, ab initio, teſte Livio, à primoribus omnino ſpreta non longo poſt tempore omnis Urbis ordo ſub ejus ditione fuit: atque id genus pla ſexcenta ſunt. Proinde origo vera *Garterii* ordinis non erat prætereunda o, etiamſi profecta eſſet ab amore: quo nihil eſſe nobilius, vult Ovidius canens, *t.s ſub amore jacet.* Quo circa famam vulgi de iſtiusmodi inſtituti cauſa non o vanam dixerim. *Eduardus* item, cum *D. Georgium* ſuæ militiæ præſidem optaſ- ſtea ipſi armato, & equo inſidenti, appinxit ſcutum albũ, rubra cruce perinſigne: & militibus ſuis ſaga alba, utrimque binis *crucibus* pariter *rubris* munita, quæ ipſi rmaturam induerent: ut non minus decorum, quam magnificum eſſet, videre canas legiones armatas inſtar orientis Solis procul albeſcere, micare, fulgere; iarum nationum milites velut gregarii veſtitus colore minime internoſcantur. Polydorus Vergilius hiſtor. Anglicanæ lib. 19.

Hæc itaque vulgi eſt opinio, longa traditione veluti per manus accepta, equeſtre ollegium ſuam debere originem faſciolæ heroidis *Salberinæ*, caſu è tibia delapſæ, usque à Rege *Eduardo* peramante collectæ. Pro qua quidem facere videtur & ipſe equeſtri faſciolæ inſcriptus, *Hony ſoit qui mal y penſe.*

Cæterum Guilielmus Camdenus, à faſciola ſeu periſcelide Regis *Eduardi*, in præ- d feliciter ceſſerat, teſſeram data equeſtri huic collegio *Garterii* nomen inditum xiſtimat: *Inter Bibrocos*, inquit, *fl ret Vvindſore, Saxonice Vvyndleſora. Situm* *næniorem ſedes regia vix habere poſſit. Clementer enim ex edito colle, jucundiſſimo* *m fruitur proſpectu. A fronte vallem deſpectat longe lateque procurrentem,* *ſtinctam, pratis viridantem, nemoribus hinc inde veſtitam, & placidiſſimo Tamiſi* *n. A tergo colles paſſim exſurgunt, nec aſperi, nec præalti, ſaltibus coronati, & ve-* *à natura ipſa quaſi dicati. Hac loci amœnitate pellecti reges, ſæpiſſime huc ſecedunt:* *l Galliam vincendam natus eſt* Eduardus III. *Rex potentiſſimus, qui hoc caſtrum* *bis æmulum foſſis & propugnaculis ex quadrato ſaxo munitiſſimum de integro* *cit, ſtatimque debellato Gallo, ac Scoto,* Joannem *Regem Galliæ, &* Davidem *in hoc captivos uno eodemque tempore tenuit. Dividitur hoc caſtrum in duas* *interior, quæ ad ortum, ſpectat aulam regiam, quæ ædificiorum deſcriptione nihil* *s, nihil eſt ſplendidius. Ad cujus Borealem partem, qua flumen deſpectat,* Eli- *Regina,* Henrici VIII. *filia, ſubdiale ambulacrum adjecit longe amœniſſimum.* *r area in ipſo primo ingreſſu templum habet Auguſtiſſimum,* B. Mariæ *virgini,* :orgio *Cappadoci ab* Eduardo III. *conſecratum; ſed ad eam, quæ nunc cernitur,* 1350. *entiam ab* Eduardo IV. *perductum. Hic* Eduardus III. *ut militarem virtu-* *oribus, præmiis, atque ſplendore decoraret, nobiliſſimam conſcripſit Equi-* *atorum ſocietatem, quos ob periſcelidem ſuam, in prælii quod feliciter geſſit,* *datam,* Garterii *ſive* Periſcelidis *Equites nominavit: qui cærulea peri-* *ureis litteris Gallice inſcripta:* Hony ſoit qui mal y penſe, *ſiniſtram* *ibſtringunt. Alii tamen hujus ordinis inventionem multo antiquiorem fa-* *r ad Regem* Richardum I. *referunt,* Eduardumque *tantum reduxiſſe credant.*

In deſcriptione Britanniæ.

In ipſo enim inſtitutionis libro, quem Guil. Dethicus *principalis armorum Rex, Garterii nomine inſignis, omnium, quæ ad honorem ſpectant, ſtudioſiſſimus, mihi oſtendit, ſic legitur.*

Alii ordinem Garterii à Richardo I. Rege inſtitutum volunt.

Richardo, cum contra Turcas & Agarenos, verſus Cyprum & Aconem moveret, longiorisque motæ pertæſus eſſet, dum mira ſolicitudine traheretur obſidio, tandem illabente, per *D. Georgii*, ut opinatum eſt, interventum, ſpiritu, venit in mentem, ut quorundam electorum militum cruribus coriaceum ſubfibulum, quale ad manus tunc ſolum habebat, induceret: quo futuræ gloriæ memores ex condicto ſi vincerent, ad rem fortiter ac ſtrenue gerendam expergefierent, ad Romanorum inſtar, apud quos illa

1431. coronarum varietas, quibus variis de cauſis donati ſunt & inſigniti milites; ut his velut irrita mentis excuſſa vecordia, virtus animi fortitudoque pectoris fervidior exſurgeret atque exſiliret. *Ceterum in hanc ſocietatem potentiſſimi quique orbis Chriſtiani Principes cooptari, inſtar maximi honoris duxerunt: & jam à prima inſtitutione, in hunc ordinem, qui è* XXVI. *Equitibus conſtat, Reges adſcripti fuerunt plus minus* XX. *præter Angliæ Reges, qui ejusdem præſides habentur: ut Duces, & alios maximi nominis taceam. A ſiniſtra templi, ades ſunt Decani & prabendariorum ſive Canonicorum* XII. *A dextra, eſt quaſi prytaneum, in quo aluntur emeritis ſtipendiis provectiori ætate milites duodecim, honeſtiore loco nati, qui quotidie rubra toga ad talos demiſſa veſtiti, cui lacerna purpurea inducitur, ſacris intereſſe tenentur, precibusq; pro Equitibus apud Deum intercedere. Inter utramque aream intereminet moles, cui arx rotunda imponitur: juxta quam alia arx edita ſurgit Vvincheſtertovver, ab Epiſcopo Vvintonienſi Vvichamo, quem* Eduardus III. *operi præfecit, appellata.* Hucusque Miræus.

Equites Balnei.

§. XXXII. Alius ordo eſt *equitum Balnei:* de quo audiamus *Franciſc. Menenium delic. Ord. Equeſtrium*, ſub tit. *Equites Balnei in Anglia*, qui ita: De militibus, ſive Equitibus Balnei, nihil antiquius mihi legenti hactenus occurrit; quam in uſu fuiſſe apud veteres Francos; & Henricum IV. Angliæ Regem, ea die qua inauguratus eſt in arce Londinenſi, quadraginta ſex armigeros, qui præcedente nocte vigilaſſent, & balneo uſi eſſent, Equites creaſſe, ſingulis tunicas virides ad talos demiſſas, cum manicis ſtrictis & *Mineveria* pellitas donaſſe: eosque geſtaſſe ad humerum ſiniſtrum duplicem funiculum ex albo ſerico cum * torulis, dependentibus. Hi ſuperiori ſeculo ex flore nobilitatis, qui nondum gradum Equeſtrem accepiſſent, ſeligi in Regum & Reginarum inauguratione & nuptiis ſolebant: Aliquando etiam cum eorum filii in Principes Walliæ vel Duces inveſtirentur, aut militari baltheo cingerentur, plurimis adhibitis ceremoniis. Qui ad hunc ordinem ſuſcipiendum à Rege evocantur (nec hanc rem exquiſite perſequar) pridie quam creantur, heremiticam veſtem cineritiam, cum cucullo, pileolo lineo, & ocreas induti, ſacra devoti accedunt, ut militiam ſuam quaſi Deo inprimis militaturi, auſpicentur, una cænant, ſingulisque miniſtrant duo armigeri, & puer aſſecla. A cœna in cubiculum ſe recipiunt, ubi paratur ſingulis lectulus cum velariis rubris armisque ſuis gentilitiis affixis, & juxta vas balneatorium, linteis opertum, in quo cum ſe Deo commendaverint ſe abluunt; ut deinceps corpore animoque mundo eſſe admoneantur. Poſtridie poſtremo bene mane, inſtrumentorum muſicorum ſono excitantur, easdemque veſtes induunt. Tunc Angliæ Conſtabularius, Mareſcallus & alii, quos Rex conſtituit, eos accedunt, nominatim ſuo ordine evocant, & jusjurandum proponunt: ſcilicet, ut Deum ante omnia colant, Eccleſiam defendant, Regem honorent, ejus jura propugnent, viduas, virgines, orphanos tueantur, & injuriam, quantum poterunt, propulſent. Hæc cum tactis Evangeliis juraverint, ad ſacra matutina Regiis muſicis & Heraldis præeuntibus deducuntur, atque ab iisdem in cubicula reducuntur, ubi heremiticas veſtes exuti, chlamydem holoſericam rutilo Martis fulgore relucentem, & galerum candidum, candidis plumis ſuper pileum lineum induunt, chirothecas candido funiculo chlamydis colligant. Equos ſella & ephippiis ſcorteis nigris albo interſtinctis, & cruce fronti præfixa inſtructos, conſcendunt. Ante ſingulos ſuus aſſecla Eques geſtat gladium capulo inaurato, ad quem dependent aurata calcaria, utrimque armigeri obequitant. Hac pompa tubis ante clangentibus ad aulam regiam itur, ubi cum ad Regis præſentiam à duobus ſenioribus Militibus deducuntur, Regis Camerario aſſecla baltheum cum gladio dependenti tradit. Ille ſumma cum reverentia Regi, qui Militem transverſum eo cingit, jubetque duos ſeniores Equites calcaria imponere, qui olim creandi militis genua, bene precantes, oſculari ſoliti. Jamque milites creati, olim

Regiæ

æ menſæ fercula inferebant, inde omnes una prandent, ad idem menſæ latus
entes, ſub uno cujuſque clypeo gentilitio affixo. Ad preces veſpertinas ſa-
m adeunt, gladios ad altare offerunt, datoque pretio redimunt. Redeuntes
primarius Regis coquus oſtenſo cultro, ut ſe probos & fideles præſtent mili-
admonet, alioquin ſe calcaria ignominioſe abſciſſurum. Die autem Coro-
nis in pompa ſuo loco Regem comitantur gladio accincti, calcaribus inducti,
nyde cærulea Jovis ſcil. equi colore amicti, & nodo ex albo ſerico in formam
s efformato, cum capitio ad humerum ſiniſtrum. Ita fere Guilielmus Cam- Inſignia
s in deſcriptione Britanniæ. Hujus autem inſtituti Equites pro teſſera ſolent tres Equitum
is coronas in orbicello aureo expreſſas, addita hac circumſcriptione, *Tria in unum*, Balnei.
iæque ex biſſo Tyrii coloris appenſas, præferre. Operæ pretium etiam eſt le-
apud *Ed. Biſſeum NN. ad Nic. Vpton.* p. 20. 21. ſeq. totam ſeriem ceremoniarum, qui-
quites eſti creari ſoliti, una cum figuris æneis.

§. XXXIII. In Scotia uſus fuit ordinis *S. Andreæ ſ. Cardui*, de quo item dixi- Ordo S.
P. 1. c. 7. n. 43. Et Jacobus rex torqui ordinum periſcelidis carduos quoque in- Andreæ
, ut ita jungeret duorum regnorum ordines. ſ. Cardui.

§. XXXIV. Huc etiam ſpectat, quod ſub finem regni Henricus VII. & prin- Roſarium.
ſui Henricus VIII. ſoliti circumdare ſcuto roſarium *roſis candidis & rubeis* com-
um: forte quod duæ factiones, quæ Angliam diu miſere afflixerant, ſublatæ,
uno illo rege coaluiſſent.

§. XXXV. His regiis inſignibus *papilionem regium* (de quo P. c. 7. n. 63.) impo- Papilio
mmarth. L'Eſtat de l'Anglet. L. 1. c. 1. p. 270. Et quidem cocco illum tingit, ac regius.
rdis aureis conſerit, interiora autem vellere muris pontici munit.

§. XXXVI. Supereſt Regius titulus, qui ita formari ſolet: *Rex Magnæ Britan-* Titulus.
rancia & Hiberniæ, defenſor fidei. Magnæ Britanniæ nomen Angliam & Scotiam Magnæ
endio exhibet. Illud qua ratione introductum ſit 1604. ita enunciat Auguſtus Britanniæ.
ricus *Thuanus*. L. 131. p. 971. 972. Unione potentiſſimorum regnorum tan-
e deprædicata hoc agebat Jacobus, ut abolitis Anglorum & Scotorum no-
us vetus Britanniæ magnæ nomen in uſum revocaretur. Contradicebant
Angli, his fere rationibus, hujuſmodi mutationes non temere fieri debe-
ſi aut urgente neceſſitate, aut manifeſta utilitate ſuadente: atqui nihil urgere,
n ex eo emolumentum oſtendi: *uniones regnorum aut matrimoniis aut per*
ias, aut ſanguinis confuſione fieri: novi regni inſtitutione, alterius antiquio-
moriam diſſolvi & extingui, ea re magnas incommoditates ac confuſiones
otiis, in comitiis convocandis, in ſigillis, munerum publicorum diſtinctione, le-
ic conſtitutionibus ſanciendis, libertatibus, privilegiis, curiis, quæ in regio comi-
nt, actis publicis, privatorum contractibus conſecuturas: & ſiquidem contin-
Rex, quod abſit, ſine liberis decedat, aut liberi ejus ſine prole deficiant, illa unio-
gnorum confuſione futurum, ut paterni nominis hæredes in Angliæ regno ſibi
ogent, excluſis legitimis Anglici nominis hæredibus, quod eſſet iniquiſſimum:
a prærogativam cum aliis regibus hac unione extingui, & de jure illo contendendi materiam diſceptandi præberi: nomen Anglicanum à tot ſeculis, & nunc ma-
ercelebre, *Britannico etſi olim illuſtri, ſed jam obſoleto mutari periculoſum videri.*
anum nomen Scoto ſemper olim ſine controverſia præiviſſe, nunc confuſione facta
annico aſſumpto antiquari. Id populis ſumme diſpliciturum; *qui antiquo no-*
audent, & ominoſum ducunt, abolita priſci temporis memoria per novas agnomines præpoſtera ambitione majorum gloriam obſcurari. Hæc non citra altercationem tunc agitata: ad extremum Regis auctoritas tenuit, ut *magnæ Britanniæ* reciperetur, & unio regnorum unius nominis appellatione ſanciretur, ne-
inceps neceſſe eſſet, in finibus præſidia alere, aut novis munitionibus ad
n incurſiones arcendas limitem firmare. Cuſi in eam rem numi aurei &
ei cum inſcriptionibus: QUÆ DEUS CONIUNXIT, NEMO SEPARET. TUR UNITA DEUS. Angeloti & cuſi cum hac inſcriptione, FACIAM EOS IN UNAM: & aliud numi aurei genus, quod hæc verba celata habebat, HEN-
S ROSAS. REGNA JACOBUS.

Digitized by Google

Defensor fidei.

§. XXXVII. *Defensoris fidei* titulus Henrico VIII. attributus est à Leone X. Pontifice, præmio strícti in *Lutherum* calami. *Sleid.* L.3.p.69. *Thuan.* L.1.p.48. Eum non Henricus solum retinuit, etiam postquam Pontificis autoritatem in regno suo sustulerat, verum & posteri, qui aliam à Pontifice fidem amplectuntur & defendunt. Huic titulo cruciculas coronæ in Melitensium figuram effigiatas adscribit *Sammarth. L'est. de l' Angl.* L.1.c.1.p.270.

Sept. Duc. Eboracens.

§. XIV. Aquilæ Imperiali videmus in orbem adjectas eſſe parmas, indices regnorum & provinciarum, quas hæreditario titulo poſſidet. Ex illis ad dextram prima quæ eſt, *argento & minio octonis ductibus faſciatur.* Ajunt rubeis his tæniis terram mineralibus fertilem, argenteis vero quatuor *Hungariæ* flumina notari *Danubium, Savum, Dravum & Tibiſcum ſ. Teiſſam.* Loco cujus vitioſè *Varenn. R. d' arm.* p. 291. ſcribit *le Niſſ.* Ex hoc ipſo mox intelligitur, *Hungariæ regnum* iſto ſymbolo notari, quod Polonia & Ruſſia, mediante Montibus Carpatiis, Tranſſylvania, Boſnia, Styria, Auſtria & Moravia incluſum eſt. Ob hanc etiam cauſam, quod alibi notavimus *Croji*, ut indicarent gentis ſuæ ex Hungariæ regibus ortum, clypeo candido tres coccineas inſcribunt faſcias. Ita etiam *M. Gilb. de Varenn. R. d' arm.* P. 1. p. 95. refert familiam de *Champelau* in Provincia Andium & Turonum geſtaſſe ſcutum argento & minio faſciatum, ut doceant, deſcendere ſe à *Floro Pannoniæ rege*, S. Martini Patre. Qua fide, ipſi viderint.

Hungariæ faſciæ.

Hungariæ regnum & reges varii.

§. XV. *Hungaria* quod regnum eſt, *Pannoniæ veteris* partem nec non *Daciæ* complectitur, & varias paſſum eſt mutationes ac migrationes invaſioneſque gentium. Inprimis *Hunni* Gothis ejectis ſedem ibi fixerunt, & *Attila duce* armis ſuis majorem Europæ partem vel vaſtarunt vel terruerunt. Inde cum Germanis permixti, qui Attila mortuo remanſerant, *Avarum* ſumſere nomen, inde hoc cum Hunnorum conjuncto nomen Hun-

Digitized by Google

Hungarorum natum eſt. Quamvis ergo poſt Attilæ mortem Oſtrogothi, Gepidæ, & demum Longobardi ditiones has ſibi aſſeruerint, tandem recepere ſedes ſuas oppreſſi Avares, & finitimos etiam vexare ceperunt, inprimis cum ſeculo octavo conſanguineis ſuis Hunnis iterum ex interiori Scythia evocatis jam aucti eſſent. Unde ex Attilæ poſteris *Arpadus* regium nomen aſſumſit. Inde à Carolo M. victi & ſubjecti ſunt, ſed poſteris non deſiere moleſtias faceſſere, donec ab Arnolfo aperte deficerent. Nec jam libertate contenti in finitima regna & provincias excurrentes graviſſimas clades intulerunt Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Orienti. Donec ab Henrico Aucupe prælio ad *Merſpurgum* ſuperati, & dein ab Ottone M. omnino viribus fracti diſcerent, ſe ſuis finibus cohibere. *Gaiza* primus gentem barbaram ab efferis moribus ad manſvetiorem cultum perduxit. Sed filius ejus *Stephanus* ad *Chriſti fidem* ſe & gentis magnam partem convertit. Inde Henricus III. Imperio ſubjecit hoc regnum, reſtituto adverſus Ovonem ſ. Abam *Petro* rege; atque iterum *Salomone*. Sed quicquid ita imperio juris in illud fuerat, tandem expiravit, cum non tantum Gaiza Magnus à Pontifice Gregorio VII. ſ. Hildebrando inſtigatus, jugum excuſſiſſet, ſed & ſucceſſores Henrici jus partum perſequi vel nollent vel non ſatis poſſen: ut poſt *Fridericum I. Imperatorem*, qui armis illud perſequi conſtituerat, nequidem aliquid tentatum ſit (conf. Celeb. *Conring. de Finib. Imp. Germ.* c. 17.) Porro quæ ex Attila derivatur familia regno diu præfuit, uſque ad *Andream*, à matre dictum *Venetum*. Hoc mortuo de regno diſceptabant *Carolus Martellus*, Otto Dux Bavariæ, & Wenceslaus (Ungaris Ladislaus dictus,) Bohemiæ rex, Stephani regis ex filia & ſororibus nepotes: quorum quivis habebat parti ſuæ faventes. Ceſſerunt demum hic & iſte, atque ita regia dignitas penes illum permanſit, ex Andinis Neapolis regibus editum. Habuit is ſucceſſores filium *Carolum Robertum* ſ. *Carobertum*, & nepotem *Ludovicum*, qui etiam Poloniæ rex fuit, & Neapolitanum regnum quoq; ſibi aſſeruit. Inde licet non ſine turbis regno potitus eſt *Sigiſmundus* Lucenburgius, maritus *Mariæ* Ludovici filia: poſt hunc ejus gener *Albertus Auſtriacus*, qui gravidam reliquit uxorem Eliſabetham: cum ergo partum non expectantes proceres Uladislaum Poloniæ regem evocaſſent, Eliſabetha vero enixa eſſet filiolum *Ladislaum*, jam duo reges erant, ſed illo ad Varnam cæſo hic ſolus ſuperfuit. Eo in apparatu nuptiarum extincto, ſuffectus eſt *Matthias Corvinus Hunniades*, huic ſucceſſit *Uladislaus Polonus*, & demum ejus filius *Ludovicus* (ante Dle M natVs.) Ludovico ad Mohazium cæſo, qui ſororem ejus uxorem habebat *Ferdinandus Auſtriacus*, qui dein Imperator fuit, æmulum quidem *Ioannem de Zapolia* Comidem Scepuſium & Tranſſylvaniæ Waivvodam expertus eſt, ab Hungaris lectum & Solymanni auxilio adjutum; ſed prævaluit tamen, & licet Joannis vidua ſe, filiolum & Budam Turcis dediditſet, regnum reliquum retinuit. Poſt eum ad hunc uſque diem ex Auſtriaca domo continua ſucceſſione reges lecti ſunt: & qui nunc *Leopoldus Auguſtus* Imperio præeſt, Hungaricum quoque ſceptrum gerit. De jure ſucceſſionis vel electionis vide controverſ. apud. *Brachel.* l. 2. p. 92. 95. ſeq.

§. XVI. Ad ſiniſtram eſt parmula alia *rubea triplici colliculo viridi inſiſtentem argenteam crucem archiepiſcopalem* ſuſtinens. De hujus crucis forma & antiquitate conſuli poteſt *Cl. Franc. Meneſtr. L'art du blaſ juſtif.* c. 9. p. 222. Cæterum hanc circa 1000. *Stephano Hungariæ regi* dediſſe perhibetur *Pontifex*: ut ob ſtrenuam in Chriſtianiſmo promovendo operam (primi enim Chriſtiani Gaiſæ filius vel nepos, certe ſucceſſor fuerat) crux illa tanquam apoſtolatus inſigne deferretur ante regem. Vid. *Haping. de jur. inſ. cap. 6. P. 3. n. 138. Gilb. Varenn. R. d' arm.* P. 2. p. 290. dicit fuiſſe hanc formam ſumtam à Gayſa Srephani patre, qui Strigonienſem Eccleſiam ceperit. Sed in coloribus etiam variat, nam ſcutum argento, crucem minio tingit. Ex his apparet hoc etiam ſcutulo deſignari Hungariam. Cæterum Hungariæ apex eſt galeæ coronatæ inſiſtens ſtruthiocamelus argenteus.

Altera arcola Hungarica.

§. XVII. Huc ſpectat *Pontificis in Hungariam* prætenſio, de cujus fundamentis aliquando hunc in modum commentatus ſum.

Pontificis prætenſio in Hungariam.

Fundamenta allegantur juris Pontificii in Ungariam.

I *Stephanum regem*, qui primus Chriſtianus fuit, regnum obtuliſſe beato *Petro* cum omni jure & poteſtate ſua, refert in epiſt. ad Geizam regem, *Gregorius VII.* apud Baron. ad ann. 1000. n. 20. & ad ann. 1074. n. 81.

AſtP.

Digitized by Google

Aſt P. Ranzan. Epit. hiſt. Hung. indic. 8. p. 226. (ſed ſcriptor ſuſpectus urp. legatus per triennium apud Matthiam regem.) tantum dicit, veniſſe eum Romam. ut BB. Apoſtolorum aliorumque SS. martyrum reliquias viſeret, & *Maximo Pontifici exhiberet reverentiam & obedientiam, qua jure illi erat obnoxius.*

Verum *Conring. de Finib. Imp. Germ.* c. 17. p. 299. demonſtrat, falſum eſſe, quod de Stephani fertur oblatione, licet benedictionem & coronam Roma ſibi impetriri pro more ejus ſæculi voluerit, atque B. Virgini regnum obtulerit. Ut & ex Bodino 1. de rep. c. 9. addit, Ungaros 1308. legato Pontificio circa hoc argumentum acerrimè obſtitiſſe.

Si quis ex eo, quod Chartuitius Epiſc. apud *Surium in vita S. Steph.* dicit, eum à Pontif. ut ſe ducem regio diademate cohoneſtaret, ac ita à ſede Apoſtolica regni coronam petiiſſe, arguere velit; nihil colligetur. Nam illa devotionis argumenta, non ſubjectionis inſtrumenta eſſe debuere. Unde nullæ conditiones præſcriptæ Stephano, ſed miſſa per legatum corona & crux. In ejus decret. L. 1. c. 3. *honorem Pontificum* (quo nomine omnes intelligit Eccleſiaſticos) commendat, tanquam qui ſint cuſtodes divini generis & ſpeculatores animarum: ſine quibus nec conſtituantur reges nec principentur. Nihil aliud in ſpecie de ſubjectione aliqua temporali, qua regnum Romano Epiſcopo obnoxium eſſet.

2. Idem *Gregor. d. l.* urget, quod Henricus III. Imp. regnum hoc expugnans ad corpus Petri lanceam coronamque tranſmiſerit, & pro gloria triumphi ſui illuc regni direxerit inſignia, quo principatum dignitatis ejus attinere cognoverat Aſt iterum ſatis ad hoc reſpondet *Conr d. l.* p. 300. pietati, non alii intentioni Henrici hoc tribui poſſe. Et contrarium oſtendi eo, cum ipſe regnum ſubegit.

3. Argumentum, quod idem *Gregor. VII.* deducit ab Eccleſia, univerſali hærede Romani Imperii, & Petri univerſali in regna omnia principatu, generale eſt, & alibi à noſtris pariter & Pontificiis profligatum.

4. Addunt ex *Marta de jurisdict.* P. 1. c. 29. n. 49. quod hic viderit in regiſtro Vaticani de anno 1229. *Lancellotum* regem Hungariæ obedientiam Papæ promiſiſſe, Tum quod *Ludovicus II.* ob inobedientiam in legatum Papæ, excommunicatus pro abſolutione 1280. in annos ſingulos 100. marcas argenti pollicitus ſit.

Sed niſi in numeris error credatur, ipſa falſitas ex eo elucet, quia 1229. nullus *Lancellotus* ſed *Andreas II.* regni clavum tenuit. Sic & 1280. *Ladislaus III.* non *Ludovicus II.* præfuit.

An verò reſpicitur *Ladislaus III.* quem apud *P. Ranzan. epit. hiſt. Vng. ind.* 6. Pontifex per legatum ob infamem vitam & libidinem petentibus primariis regni viris excommunicavit, & *privationis regni judicio* (ita Ranzan.) *condemnavit*? Sed brevi poſt ipſe occiſus eſt à Cumanis 1290. Idem memorat *M. Ioh. de Thvvrocz Chron. Hung.* P. 2. c. 80. ſed dicit, legatum nihil in rege proficientem repatriaſſe. De Ludovico I. præfatus *Tvvrocz.* P. 3. c. 22. memorat, eum Romæ magno honore exceptum, cum in expeditione Neapolitana adv. Joannam occuparetur, & *auctoritate Domini Papæ abſolutum ſuper altare S. Petri* 4000. *floren. auri offerri feciſſe ac præſentari.* Hoc vero munus liberale dici potuit.

5. Addi poteſt, quod factio una Hungarorum adv. *Andream Venetum* à *Bonifacio VIII.* petierit, regem ad ſe mittendum *Carolum Robertum* adhuc puerum. apud *Ranzan. indic.* 17. & *Thvvrocz. Chron. Hung.* P. 2. c. 82. 83. 86. Iterum c. 89. Papæ legatus 1309. fulminat diras in regni nobiles Carolo adverſos.

Bz. 1 Qui Wenceslaum Bohemum ad ſceptrum capeſſendum adhortabantur, adv. Pontificis poteſtatem & auxilia ſuas offerunt operas apud *Ranz. d. l.* Sic & apud *Tvvrocz.* d. l. c. 86. quidam presbyteri Budenſes Pontificem, qui interdicto ſubjecerat Hungariam, nec non Archiepiſcopos & Epiſcopos regni excommunicarunt: haud dubie, quod ſe Pontifex rebus regni injuſte ingeſſerit.

Bz. 2. Potuit etiam ſine aliquo in temporalia regni jure, aliorum religionis pontificiæ axiomatum vi, Papa in his turbis pro Carolo legitimo rege partes interponere ſuas. Sed hiſtoria etiam docet, eum proceres minus attendiſſe.

Opponi etiam poteſt his, præter generalia adv. Pontificis poteſtatem, quod à regno illa à Pontificibus ſibi vindicata poteſtas, nunquam agnita, ſed quod à majoribus acceptum ſupremum jus tranſmiſſum ſit ad poſteros. Nec inſolens ſuperioribus etiam ſæculis fuit, ut ſe negotiis ad ſe non ſpectantibus Papæ ingererent, quibus tamen fruſtra aliquis illa allotrio-epiſcopia novum jus natum diceret.

Et for-

Digitized by Google

Et forte ipſe Pontifex eam prætenſionem omiſerit, cujus argumentum eſſe poſſet, quod *Honorius III. in c.33.extr.de jurejur.* atque *Pius IV.* apud *Thuan.L.46.p.781.782.* ejus mentionem non fecerint. Unde hactenus Hungaria aut ſuo arbitratu aut ex regni legibus, non vero Papæo præſcripto, reges accepit ſuos.

§. XVIII. Antequam hinc abeamus: opere pretium eſt vetera δόγματα recenſere, quæ priſcorum Ungarorum vel fuere vel fuiſſe finguntur. Conf. multa ſed valde dubia apud *Theod. Hæping. de jur. inſ. c.6. P.3.p.317.* Ita notant 1. *equum candidum* in ſcuto *rubeo* cum freno & ephippio. 2. *Leonem cum gladio.* 3. *braſſicæ albæ caput cum capra.* 4. *corvum.* 5. *aquilam*, quæ Attilæ genti inprimis datur. *Varenn. d'arm. P.2. p.299.* attribuit *lupum argenteum in parma nigra*; dein ad Gaiſam uſque *viridem aquilam expanſam in argentea.* Qua fide hæc prodant, ipſi viderint. Quod *corvum* attinet, forte ille tantum *Matthiæ Corvino* proprius fuit. Id enim Corvinorum ſymbolon vide apud *Chifflet. Inſ. Eq. A.V. n.265.* De hodiernis inſignibus elegantes ſint verſus, quibus Sigismundus Betulius in Oeſterr. Ehrenſpiegel luſit. Vetera Hungarorum δόγματα

In cruce ſola ſalus: hæc orbis ſchema redemti;
Victor in hoc ſigno, Panno, eris Oſmanidum.
Sub cruce, nunc veſtem ſanguis Tibi purpurat albam:
In cælo Chriſti Te diadema manet.

Unſer heylbrunn iſt das Creutz/ ſinnbild der erlößten erde:
Durch diß Mahomet von dir/ Hungar! überwunden werde:
Ob jetzt rothes blut bepurpert unterm Creutz dein weiſſes kleid/
Chriſti Ehren-krohne wartet auff dich in der ſternen-heid.

§. XIX. Secunda ad dextram parma *rubea* eſt, inſignis *leone argenteo*, cujus *corona lingua & falcula aurata, cauda biſulca.* Hoc notari regnum *Bohemiæ*, Norico, Auſtria, Moravia, Sileſia, Luſatia, Miſnia & Voitlandia concluſum dubio caret. Vetera autem inſignia Bohemorum fuiſſe tradunt *aquilam nigram in ſcuto argenteo*, datam ab Ottone I. Wenceslao duci, quem ab angelis miraculo ductum vidit, vel ab Ottone II. Pretislao filiæ ſuæ raptori. Conf. *Hæping. de jur. inſ. c.6. P.3.p.319.* 320. cum hiſtorica relatione, quæ tamen utraque fabulas olet. Addit ex *Melch. Goldaſto Joh. Limn. jur. publ. 3, 9. fin.* Ottonem I. adjeciſſe *ahenum flammeum* in ſignum archidapiferiæ, quam Boleslaus I. dux in Curia Imperiali ſolenni obierit. Ex eodem notat Leonis ungui dextro calicem aureum impoſitum in ſignum Archipincernatus. In *addit.* T. IV. pag. 361. ex *Hageccio* de aheno idem repetit, ſed datum Boleslao in pœnam ob cæſum fratrem Wenceslaum. Und verordnet/ daß die Hertzogen in Böhmen/ allezeit dem Käyſer das waſſer in einem keſſel in der küchen ſtehend wärmen ſolten. Addit quoque *Matth. Dreſſerum* pœnæ hujus, ſed Boleslao perſonalis, meminiſſe. Bohemica areola. Bohemorum vetus teſſera.

§. XX. Aquilæ ſucceſſit *leo*, quem *Fridericus I.* in expeditione Mediolanenſi ſcitur donaſſe. Ratio *duplicis caudæ* duplex, vel quod notaretur Uladislai virtus præſtantior, vel quod Bohemi leonem, ita pictum ut caudam intra crura ſulcaret, niam arbitrati & averſati fuerint. Leo Bohemicus cauda biſulca.

Pro nigris aquilis genti collatus honeſtæ
eſt rubeo in clypeo candidiorque leo.

. *Hæping. l.2.* p.321. *Cyr.* Spangenb. Adelſp. *P.2. L.12.c.34.* p.316.b. *Limn. Jur. publ.6,* 40. conf. ibidem iocum amicorum Baldi, cui Carolus IV. leonem dederat, ſed cauda ra femora abſconſa. Ita & Bartolus memorat *de inſign. n.3.* ſibi à Carolo IV. leonem eum datum cum duabus caudis in campo aureo.

§. XXI. Quod jus attinet, quo Auſtriacæ familiæ hoc etiam regnum paret: ſcien- Regũ ſucceſſio. Jus Auſtriorum.
n Germanos à *Boji* Gallica gente ejectos; hos iterum pulſos locum feciſſe *Marcomannis*, quos circa 629. *Slavica* gens duce *Zecho* (Lechus ſocius Poloniam invaſit) ſibi ere coegit: ab hoc Zecho duces numerantur: ſucceſſit enim *Crocus* & huic filia *yſſa*, quæ nupſit *Primislao* Pragæ conditori, & eum ſecum ducem fecit; ab his reliſati duces. In quibus *Borſivogius* circa 900. primus *Chriſto* nomen dedit, in qua fide ſtitere filii *Sbitigneus* & *Vladislaus*, hujus vero vidua *Drahomira* pagana Chriſtianos rimum afflixit, & præter ſororem *Ludimillam* alterum filium *Wenceslaum*, cui ſancti nem, ab altero *Boleslao* trucidari curavit. Sed *Boleslai* filius patri συνάνυμος iterum Chriſtianam promovit, & Judæis auxiliaribus, quibus ex eo privilegia & ſynagoga, paganis

Digitized by Google

paganis reſtitit. Ex duce primus regium titulum ab Henrico IV. (nam ex quo à Carolo M. victi, in poteſtate Imperii Romani fuerant, quod probat *Herm. Conring. de Fin. Imp. Germ.* c. 29.) nactus eſt 1087. *Vladislaus* I. *Vratislaus juſtus* (nam quod de Wenceslao Sancto ab Henrico I. Regia dignitate ornato dicitur, certum non eſt.) Sed illud axioma perſonale fuit: nam qui eum in regimine ſecuti Duces iterum nuncupati, uſque ad *Vladislaum*, quem denuò 1158. vel 1159. *Fridericus Barbaroſſa* regem dixit. Sed ne tum quidem perpetuus honor ille eſſe debebat, unde cum filius *Fridericus* ſine Imperatoris autoritate diadema ſumere auſus eſſet, cum uxore & liberis metu Cæſaris ſolum vertere coactus eſt. Sed hujus frater *Premislaus* (ob Ottonis IV. ſtudium à Saxonibus *Ottocarus*, Ottiſchgar dictus) demum à *Philippo Auguſto* Bohemiæ ſuæ jus 1199. conſecutus eſt, ut liceret ſemper Reges habere & ſibi eligere. Ea vero conceſſione in Bohemiam jus Imperio non periiſſe, probat allegatus *Conringius*. Duravit Premislai progenies ad *Wenceslaum III.* qui 1306. à ſicario cæſus eſt. Succeſſit initio ex ſorore Anna affinis *Henrici Carinthiæ Ducis*, cui ab aliis oppoſitus eſt *Rudolphus Auſtriacus* Alberti Imperatoris filius; hunc mors cito rapuit, illi ſua obfuit crudelitas, & quod electio ſine autoritate Imperatoris facta non valida proceribus Imperii videretur. Unde Henricus VII. Imperator *Joannem* filium ſuum, ei data Wenceslai alia filia *Eliſabetha*, Regem Bohemiæ conſtituit: quem filius *Carolus* inter Imperatores IV. & hoc geniti *Wenceslaus* atque *Sigiſmundus* excepere: Hunc gener *Albertus* Auſtriacus & nepos *Ladislaus*. Poſt quem *Georgius Podiebradius* electus eſt; quem ſecutus *Vladislaus Polonus* & ejus filius *Ludovicus*, quo à Turcis cæſo ſororius *Ferdinandus Auſtriacus* regnum obtinuit, & ad poſteros tranſmiſit. Hoc quidem ſeculo electo *Friderico Palatino* mutari videbatur corona, ſed iſto victo jus Auſtriacum amplius confirmatum eſt, eligendi poteſtate, qua Bohemi abuſi eſſent, ſublata. Cæterum hujus regni cauſa *Electoratus* in domus Auſtriacæ poteſtate eſt, & quidem inter ſeculares primus. In ſcutum Bohemicum ita ludit *Sigiſ. Betul.* Oeſterr. Ehrenſpiegel. L. 4. c. 12. p. 496.

Struxerat Europæ hoc Hercynia nymfa theatrum,
Hinc orbi ludos plurima ſcena dedit.
Sunt quæ dorſa tument, animoſi luſtra Leonis,
Hæc Habſpurgiacus ti ſqua cubile legit.

Dieſer ſchauplatz ward Europen von Hercynien gebaut
Und die welt hat auff demſelben manches Helden-ſpiel geſchaut.
Diß gebürg hat ſeine hölen / iſt ein Löwen auffenthalt /
Zu dem Böhmiſchen der von Habſpurg ſich geſelt in dieſem wald.

Apex proprius Bohemiæ regno eſt ex caſſide coronata prominens *jugum expanſum alarum rubearum argenteis corculis conſitarum.*

Bohemicæ provinciæ. Moravia.

§. XXII. Provinciæ Bohemico regno ſubditæ ſunt *Moravia, Sileſia & Luſatia*, unde de harum etiam ſymbolis dicere convenit. *Moravia*, quæ jam Sileſia, Polonia, Hungaria, Auſtria & Bohemia includitur, olim longè amplior fuit, & regio nomine incluta. Cum Arnolfus Imperator *Zventopulcum* ultimum regem proſcripſiſſet, Hungari & Poloni eam occuparunt. Dein ſeculo undecimo eam, quæ Polonorum fuerat, & hodie quoque ſola eo nomine venit, *Vldricus* & *Brzetilaus* Duces faventibus Cæſaribus occuparunt, & tanquam Provinciam Bohemiæ reddiderunt. Unde una cum Bohemia in poteſtatem Auſtriorum venit. Ἄσημα ejus Marchionatus eſt *in ſcuto cæruleo aquila argenteis & rubeis teſſellis* variegata; cui ſimilis galeam coronatam loco apicis premit. Laciniæ vero cocco & argento ſplendent.

Sileſia.

§. XXIII. *Sileſiam* includunt Bohemia, Luſatia, Brandeburgica Marchia, Polonia & Moravia, ampliſſimum & in 17. alios diviſum ducatum. Hæc in Polonorum ditione fuit, donec *Vladislaus* Poloniæ principatu à fratribus pelleretur, & profugus liberis non niſi illam partem quæ nunc Sileſia eſt relinquere poſſet. Cum vero in poſteris ejus multiplici diviſione in plures principatus ditio diſtributa eſſet, omnes tamen demum in *Bohemorum* Regum conceſſere poteſtatem. Initium factum à *ſuperiori Sileſia*, in qua *Oppavienſem* ducatum Wenceslaus R. Bohemiæ ſibi addixiſſe, & notho ſuo tribuiſſe legitur. Inde Caſimirus II. *Teſchinenſium* ſator 1288. Wenceslao R. Bohemiæ ſe ſubmiſit. Iterum Caſimirus III. 1327. à Joanne Rege principatum feudum hereditarium accepit: Quo eodem anno etiam Boleslaus II. Joannem regem agnovit. In *inferiori Sileſia* fratres Uladislaus & Henricus *Lignicium & Vratislavienſem* principatus ſubjecere eidem Joanni: Quod paulatim, in primis 1327. reliqui etiam Duces fecere; ill etian

etiam qui aliquandiu reſtiterant, tandem tamen reliquis accedere neceſſum habuere. Demonſtrat vero adductis monumentis fide dignis *Conring. de Fin. Imper. Germ.* c. 29. licet Sileſiæ Scriptoribus de re illa altum ſit ſilentium, omne illud factum nomine imperii, quod jus illud Bohemiæ regibus conceſſerat: in quo præprimis Fridericus & Rudolphus autoritatem ſuam interpoſuere. Ex eo non ſolum in poteſtate Bohemiæ (licet *Vladislaus Locticus* & *Caſimirus Magnus* initio Poloniæ provinciam ſubtrahi ægre ferrent, & armis vindicare ſtuderent) Sileſia permanſit, ſed paulatim omnes ducatus, extinctis Piaſteis, qui illos obtinebant, ad regnum redierunt, nuper adhuc morte *Georgii Wilhelmi* Piaſteorum ultimi *Lignicio, Briegenſi* & *Wolavienſi* ducatibus eodem reverſis: Solus ducatus *Oelſnenſis*, poſtquam ad regium patrimonium relapſus erat, ſed Georgii Podiebradii regis filiis conceſſus, & ad horum poſteros transmiſſus, hodie in poteſtate Principum ex *Vitenbergica* gente eſt, quorum mater ex Podiebradiis eſt, ſed beneficiario tamen jure à corona Bohemica tenetur.

§. XXIV. Sileſiæ σῆγμα eſt in laterculo *aureo coronata aquila nigra, pectori impreſſa ex argento lunula cornibus ſurſum verſis, impoſita ejusdem metalli crucicula.* Sed & pletique alii principatus Sileſiæ aquilas geſtare ſoliti, diſtinctas tamen non uno diſcerniculo. Galea clypeo imponitur coronata, ſuſtinens *caudam pavoninam inter duo cornua aurea*, ex quibus quina utrinque protenduntur *vexilla* alternatim *aurea & rubea.* Laciniæ pinguntur auro & nigro colore. Ejus teſſera.

§. XXV. *Luſatia*, Bohemia, Sileſia, Brandeburgica Marchia, Saxonia & Miſnia concluſa à Carolo M. unà cum reliquis Slavicis Provinciis ſubacta, atque adeo ibi Marchia adverſus Slavos reliquos conſtituta eſt, quam & alii & inprimis ex Witikindeis Miſniis orti Marchiones rexere. (Conf. *noſtrum Comm. de inſign. Saxon. C. 1. S. 1.* §. 17. 18.) Cæterum (ſi fides *Herm. Conr. de Finib. Imp. Germ.* c. 29. p. 787.) *inferiorem* 1075. Henricus IV. ob navatam fidelem operam Wratislao Poloniæ Regi conceſſerit: cum vero ab aliis iterum occupata eſſet, Ludovicus Imperator *Johanni* Regi reddiderit: Ex quo in jure Bohemorum manſit, ſed ex parte à Brandenburgicis eorum beneficio tenetur. *Superior* quæ Hexapolin & ita Marchiam Budiſſinenſem & Gærlicenſem complectitur, juxta eundem, ad Bohemos ſpectavit, donec Dambrovica Bohema Mieſconi I. Micislao Polono nupta eam adferret marito dotalem 965. A Polonis ad Brandeburgicos delata eſt, ſed Joanne rege iterum autoritate Ludovici Imp. rediit ad corpus Bohemicum. (Apud alios illa etiam legitur Witikindeis prius paruiſſe, ſed 1068. vel 1086. à Bohemis occupata eſſe.) Patrum vero memoria Sereniſſimo Electori *Saxoniæ* Luſatiam conceſſam eſſe, non opus eſt ut hic moneam. Luſatia utraque.

§. XXVI. Luſatia duplici utitur ſymbolo: *Inferior* enim in ſcuto *argenteo pingit bovem rubeum ventre albicante: ſuperior* ſ. *Budiſſinenſis* Marchia in laterculo *cæruleo aureum murum nigro opere cæmentario diſtinctum & in pinnas aſſurgentam oſtentat.* Galeam Luſatiæ *inferioris* ornat, inter panniculos auro & minio pictos mitræ ducali rubeæ, cujus vellere muris pontici fartæ ora reducta candido colore & nigris maculis ornata eſt, impoſitum cum collo caput aquilæ argenteum. *Superior Luſatia* apicem habet, inter phaleras ex auro & cyano, galeæ coronatæ impoſitum jugum alarum complicatum, cyano ſuperius infectarum, inferiori parte auro pictâ, ut pinnæ muri diſtinctioni ſerviant: ſicuti dixi *Comm. de inſign. Saxon.* c. 2. §. 2. 9. Ejus inſignia.

§. XXVII. Leoni Bohemico ex adverſo opponitur, & ad ſiniſtram ſecundum lorum occupat parmula *cærulea inſcriptis tribus coronatis capitibus aureis adverſis leonum et pardorum.* Hoc ſymbolo *Dalmatia* deſignatur: regnum ad oram Adriatici maris & Italiæ finibus in Macedoniam uſque protenſum, & Pannoniis conterminum, verum *Illyricum.* Hoc cum domuiſſent Romani, ſub eorum fuit imperio, donec *avi* illud etiam occuparent. Ex his peculiares fuere reges. Qua ratione autem ad *Ungaros* ſucceſſio delata ſit, ita refert M. Joh. de Thwrocz. Chron. Hung. P. 1. c. 56. g. 64. de *S. Ladislao* qui 1095. obiit. *Ipſe primus Dalmatiam atque Croatiam ſuæ Monarchiæ jure perpetuo ſubjugavit. Cum enim rex Zolomerus ſine liberis deceſſiſſet, uxor ejus, ſoror regis Ladislai ab inimicis viri ſui multis injuriis prægravata, auxilium fratris regis Ladislai, in nomine Jeſu Chriſti imploravit: cujus injurias rex graviter vindicavit, & Dalmatiam atque Croatiam integraliter ſibi reſtituit: quam poſtea prædicta regina ſuo ſubdidit dominio: quod tamen rex non fecit propter cupiditatem, ſed quia quodammodo regalem juſtitiam ſibi competebat hæreditas, quoniam quidem rex Zolomerus* Dalmatia.

in primo gradu affinitatis eidem attinebat, & heredem non habuit. Eadem tradit *Antonius Bonfin. Rer. Vng. Dec. 2.* L. 4. p. 224. Qui diſerte addit, *Zolomerum* uxori regnum legaſſe, & hanc *juſſiſſe deinceps Dalmatiam & Croatiam univerſam Vngariæ ditionis haberi. Ex quo quidem tempore Dalmatis & Croatis Vngari jure imperare cæperunt.* Oportet tamen mediterranea potius quam maritimam oram in poteſtate Ungarorum fuiſſe: Nam idem *Bonfinius* dec. 2. L. 5. p. 238. *Veneti maritima quædam paulo ante in Dalmatia occuparunt, quum cætera & præſertim mediterranea jam diu Vngari poſſiderent, veluti in hunc uſque diem retinent.* P. p. p. 239. recenſet, quomodo *Colomannus* icto de defenſione Dalmatiæ fœdere in Dalmatia liberius diverſari cæperit: *Quem quum illius oræ nobiles tutius adirent, continuo admonebantur, ut priſtinæ libertatis ex Vngaricæ ſocietatis memores eſſent, ſeque quum hi voluerint, omnes à miſera Venetorum ſervitute lubentiſſime vindicaturum. Quare ad unum fere omnes Dalmatæ à Venetis defecere, ad Pannorum ſocietatem rediere, atque inprimis Iadrenſes, qui ejecto Veneto magiſtratu miſſum à rege præſidium admiſere. Horum exemplo cæteri ducti, Venetos undique exegerunt.* Addit Ungarorum annales aliter rem referre: *Colomannum collatis cum Petro ſignis, qui ejus regionis rex erat, in monte Medruſiæ editiſſimo, quem Petergazdium, id eſt, Petri montem nunc appellant, atrociſſimè pugnaſſe, eo rege, Dalmatiam jure belli Vngariæ adjeciſſe. Imo à Petro poſt Ladislai mortem, qui eam Pannonibus addixerat, occupatam potius recuperaſſe videbatur, recuperatam à Nortmannorum claſſe capiſſe vexari &c* Ulterius oſtendit Colomannum, ut diuturniori ſibi beneficio Dalmatas obſtringeret, ultro illos libertate donaſſe: pergit docere quomodo Dalmatiam recuperarint Veneti, ſed à ſuperveniente Colomanno victi, & Dalmatia denuo recuperata ſit. Inde ſub R. Stephano 1166. à Venetis vexati ad Græcos & Emanuelum Imperatorem deficere, quam à Venetis teneri maluere. Demum ſub Sigiſmundo rege Dalmatiæ quæ tenent in poteſtatem ſuam redegere, ap. eund. *Bonfin. Dec. 3.* L. 3. p. 401. Et quidem aliqui ære emtum jus comminiſcuntur, quod idem refellit l. 2. p. 382. Mantit tamen pars Dalmatiæ & jus penes Hungaros, & apud reliquos, qui Venetis & Turcis patent, ut idem non ſemel memorat, memoria Hungarici nominis & amor. Cæterum cum Ungariæ ipſo regno hujus quoque Dalmatiæ iſti inſertæ jus ad Auſtrios delatum eſt, & nunc quoque ſervatur.

Apex. §. XXVIII. Dalmatico ſcuto ſi apex imponatur, ille eſt *coronata* galeæ inter *expanſas duas alas nigras impoſitum caput leoninum coronatum & faſcia redimitum aurea, cujus extrema folioliu ornata volitant.* Phaleræ dependentes auro & cyano pinguntur. Wapenb. P. 2. p. 1.

Croatia. §. XXIX. *Bohemia* ſcutulo ſubjicitur *parmula teſſellis argenteis & miniatis repleta.* Numerum teſſellarum non ſatis determinatum credo, alicubi enim in latum ſex, in longum octo ordines numeravi, alibi aliter. Hoc ſymbolo *Croatia* (*Bonfin. Rer. Vng. Dec* 1. L. 1. p. 21. eam à M. Valerio Meſſala Corvino domitore Dalmatarum & Pannonum *Corvatiam* dictam putat.) Carniola, Dalmatia, Boſnia & Sclavonia incluſa regio, deſignatur. Hæc eodem jure cum Dalmatia in Hungarorum poteſtatem venit, quod §. 27. vidimus. Cæterum hujus etiam titulum ſumſere Colomanno rege Veneti apud *Bonfin.* D. 2. L. 5. p. 240. ſed iterum omittere coacti ſunt Ita hæc etiam cum reliquis Ungariæ coronæ annexis regnis ad Auſtrios devenit, & nunc quoque, quantum ejus à Turcis liberum eſt, eorum imperio gaudet. Apex Croatiæ eſt. Wapenb. 2. p. 1. ex coronata galea jugum alarum ad modum ſcuti teſſellatarum: phaleræ ex argento & cocco.

Sclavonia. §. XXX. Croatico è regione opponitur, ex læva tertium ordine, ſcutum *Sclavoniæ* index, nempe *aureum inſcripto brachio, rubro indumento, acinacem argenteum ſtrictum tenente.* Apud Varenn. p. 322. leguntur etiam Boſniæ reges in parma cærulea geſtaſſe brachium auratum gladio ſtricto, cujus cuſpis ſurſum verteretur, minax. Porro Sclavonia proprie dicitur, quæ olim *Pannonia interamnis, & Valeria* dicta, Dravum & Savum interjacet. (Conf. *Ioann. Sambuc. Rer. Vng. append. ad Bonfin.* p. 760.) Cæterum quod late admodum extenſum fuit Slavorum imperium, in hoc ſolo nominis memoriam reliquit. Eam uti Hungariæ proxima eſt, primam in ejus poteſtatem conceſſiſſe credo. Modum vero quo id factum ſit, vel tempus, exprimere nequeo. Porro cum Dalmatia & Croatia Hungariæ unita, cum hac ad Auſtriacos venit; quantum videlicet ejus hodie à poteſtate Turcarum adhuc libera eſt. Apicem conſti-

Digitized by Google

conſtituit galeæ coronatæ, *inter jugum expanſum alarum nigrarum foliolis vel corculis conſitarum brachium acinace ictum intentans.* Laciniæ ſunt aureæ & coccineæ.

§. XXXI. Hæc ſcuta fuere regnorum teſſeras exprimentia, ſequuntur ea quæ principatus notant. Ita quartum locum ex dextro latere occupat *parmula rubea faſcia transverſa argentea* exarata. Indubium eſt, hoc emblemate *Auſtriam* deſignari, Bavaria, Bohemia, Moravia, Ungaria, Styria & Salisburgenſi Archiepiſcopatu incluſam. Hæc provincia olim *Pannoniæ* pars, aliquandiu ſub *Bavariæ* fuit ducibus. Inde à Cæſaribus ei *Marchiones* præpoſiti, quæ dignitas in uſu fere erat circa illas regiones, quæ limitaneæ fuerant imperii. Inprimis vero claruit *Luitpoldus* ſ. *Leopoldus* primus Marchio, qui dignitatem ad poſteros tranſmiſit, Imperatoris Henrici I. gener, Illuſtris cognomine dictus, qui 988. vivis exceſſit. Eum Otto Friſingenſis ex *Bambergenſibus* comitibus deducit; malim verò cum *Aventino* eum Eberhardi filium, & Arnolfi Ducis *Bavariæ* (à cujus etiam altero filio Arnolfo Comites Schirenſes & per hos Duces Bavariæ hodierni atque Comites Palatini oriuntur) agnoſcere. Ab eo reliqui omnes Marchiones Auſtriæ. Inter eos *Leopoldus V.* Sanctis à Pontifice adſcriptus eſt: filium ejus *Henricum* Fridericus Barbaroſſa Imp. creavit *Ducem*, & plurimis privilegiis donavit, ut videre eſt in diplomate dato 1156. in Oeſterr. Spiegel der ehren. L. 2. c 2. b. 168. Quin imò ex verbis, *Si quibuſvis Imperii publicis curiis Dux Auſtriæ præſens fuerit, unus de Palatinis Archiducibus eſt cenſendus, & nihilominus in conſeſſu ad latus dextrum Imperii poſt Electores principes obtineat primum locum.* p. 186. colligit *Archiducis* tum primum axioma datum, quod dein *Albertus* & poſteri omiſere, dein nec à *Friderico IV.* & *Maximiliano* reſumeretur. Defecit maſcula progenies in *Friderico Bellicoſo*, cui etiam à Friderico II. *regia* dignitas aliquando collata erat. Inde præfuere Auſtriæ *Hermannus M. Badenſis* Gertrudis Auſtriæ maritus, cujus filius *Fridericus* heres Neapoli cum Conradino decollatus eſt, & Margaretæ item Auſtriæ maritus Ottocarus Bohemiæ rex, excluſis Miſniæ marchionibus ex Auſtrio ſanguine, Auſtriam rexere, donec hunc bello vicit & peremit Rudolphus Imperator, & provinciam rectore vacuam 1282. filiis *Alberto* & *Rudolpho* contulit, à quorum illo tota Sereniſſima familia, quæ hodie etiam rerum potitur, deſcendit. Auſtria.

§. XXXII. Quod *faſciam* attinet, aliqui cum *Cuſpiniano*, Danubium repræſentari credunt, qui Auſtriam ſecet: communis traditio, *Leopoldum VII.* Ducem in expeditione Henrici VI. in Palæſtinam 1191. adeo fortiter ſe geſſiſſe, ut primus turrem civitatis Ptolemaidis conſcendens totam veſtem candidam prius cruentam retulerit, excepta parte quæ baltheo tecta erat. vid. *Limn. Iur. publ* 5,6,22 *Blondell. geneal. Franc. plen. aſſert.* T. 2. p. 362. Oeſterr. Spiegel der ehren / L. 2. c. 2. p. 172. Ex *Oliv. de la Marche Ioanni le Labour. orig. des arm.* pag. 8. Dux Auſtriæ *Fridericus* & frater ejus *Iaſpar* vocantur. Idem n. 59. examinat hanc relationem, & collatis aliis fabulam eſſe contendit. Minus probabiliter *Felix Faber* hoc adſcribit alicui Auſtriæ Marchioni, qui ſub Carolo M. in ſeditione contra ſacrilegos id ſpecimen ſuæ ediderit fortitudinis. Conf. *Haping. de jur. inf. c. 6. P. 5.* p. 333. Alii in Boruſſia id contigiſſe perhibent. Faſciæ origo.

§. XXXIII. Ante hanc faſciam quæ fuerit teſſera Auſtriæ, non una eſt autorum ſententia. Conf. *Th. Haping.* c. 6 P. 5. p. 332. Alii dant *album crucem nigro in clypeo*, & in galea duas candidas angeli alas, atque in medio illarum aureum draconem. Alii *aquilam candidam cum alis aureis in ſcuto cæruleo*: in galea vero aquilam itidem argenteam nigris ſurſum porrectis alis. Alii in *rubra areola aquilam ex nigro & albo bipertitam*: ſuper galea vero auream aquilam expanſis alis. Alii *aquilam auream alis expanſis*, dextra nigra, ſiniſtra alba, in parma cærulea: in galea ejusdem potioris metalli aquilam. Alii *tres alaudas*: alii verius, quæ etiam communis fere ſententia eſt, *quinque alaudas* (al. philomelas) *volantes aureas in ſcuto cæruleo*. Le Labour. de l'orig. n. 59. 135. erroris noſtros arguere non dubitat, qui *aquilulas* (alerions) neſcientes *alaudas* dixerint. Sed non patimur, por arbitrio ſuo ut ſtatuere Gallo de noſtris liceat. Potius alaudarum harum originem non abſurde referunt ad LEG. X ALAUDARUM, quod cognomen illius legionis fuit, quam defendendo flumini ad Danubium contra Decebalum hoſtem collocavit Imp. Trajanus. Oeſterr. Spiegel der ehren. L. 2. c. 1. pag. 152. rationem cognomenti illius legionis edit. Von den auffgeſpitzten Sturmhüten / welche den Hauben der Lerchen gleich ſahen / oder weil ſie Lerchen auff dem Panier führete: daher nachmahls die Marggraffen von Oeſterreich fünff güldene Lerchen im Veteres Auſtriæ teſſeræ.

blauen Feld zum Wapen behalten. Ita vero de illo veteri & novo Auſtriæ ſymbolo *Sig. Betul.* Oeſterr. Spiegel der ehren. L.2.c.3.p.173.

Romulidum è belli ſignis volitarat alauda
in ſcutum, bellis Auſtria clara, tuum.
Nunc Mahometana ſignatur ſanguine gentis:
Imperii clypeus ſis maneasque diu.

Die Lerch O Oeſterreich flog von den krieges-fahnen
Der Römer dir in Schild / du krieg-berühmtes Land.
Was dich jetzund bemahlt / iſt blut der Saracenen:
Sey ferner wieder ſie deß Reiches ſchild genannt.

Cæterum apex vetus erat galeæ coronatæ inſiſtens alauda ſcutaria ſed coronata. Recentior cauda pavonina, de qua §. 74. agemus: nec non §. 73. de pileo ducali vel archiducali.

Burgundia §. XXXIV. E regione ei reſpondet parmula *ſexies auro & cyano oblique à dextra faſciata, Margine coccineo.* Hoc notatur *Burgundiæ ducatus*, qui cum prior familia adhuc ſupereſſet, ejus σῆγμα fuerat. De eo verò agere differemus ad inſignia Regis Hiſpaniæ, ubi novam & priſcam teſſeram juxta videre datur.

Styria. §. XXXV. Quintum ad dextram ſcutulum *viride* continet *gryphum absque alis perrepentem argenteum, ſcintillas ex auribus, naribus & ore vibrantem.* (ita *Chifflet. Eq. A.V. inſ.* n.211.) Communiter appellant, feuer-ſpeyende thier. Galli *Stier*, vel *gryphon ſans ailes.* ut Varenn. Felix Malleolus *Pantheram* appellat. De *tauro* conſentit & ob hoc etiam infigura æri inciſa cornua beſtiæ exprimit, pedes tamen gryphinis ſimiles eſſe patitur Oeſterr. Spiegel der ehren. L.2.c.3.pag. 175. Es haben vor zeiten in dieſem Land (Steyermarck) die Tauriſci, auff Teutſch / die Stierer / gewohnet. C. Tacitus nennet in Pannonien / von welchen damals diß Land mit begriffen worden / die Völcker Araviſcos und Oſos: iſt ohne zweiffel von den ſchreibern das wort Tauriſci in Araviſci verkehret worden / wie dann das andere wort gleichſam das erſte erkläret / und iſt Oſi das alt-Teutſche Oſſen / wie noch heut zu tag die Niederteutſchen das Hochteutſche wort Ochſen außſprechen. Alſo haben dieſe Völcker wegen ihrer ſtärcke und tapfferkeit / entweder ſich ſelbſt von einem Stier oder Ochſen genennet / oder von andern dieſen namen bekommen. Es iſt vermuthlich / daß das uralte Wapen dieſes Landes / nemlich das auffrechte weiſſe Panterthier im grünen Feld auß ohren und rachen feuer-flammend vor zeiten ein Stier geweſen ſeye: Wie dann ſolche Wapen-verkehrungen auch bey andern Fürſtlichen Familien nicht ungewöhnlich. Ibidem pag.180. ita inſignia commendantur:

Stiria Alexandri pantheram emblema Monarchæ (Dan.7,6.)
fert clypeo: Stiriæ ſceptra Monarcha tenet.
Arma parit, ferri mater, ſibi cornua Tauri.
Hoſtibus iratis *illa* ſit ira *ſatis.* (*Anagr.* Stiria. iratis. ſit ira.)

Den Monarchen Alexander hat das Panterthier gebild:
Von Monarchen auch bezeptert / Steyer führt diß thier im Schild.
Es gebihret / wie der Stiere hörner treibt / ihm ſelber waffen /
Steyr kan ſteuren ſeinem feind / und den zorn mit zorne ſtraffen.

Ita etiam apud *Haping. de Iur. inſ.* c.6. P.5. m.3. n.644. *Tauriſcis* antiquis incolis Styriæ datur militiæ ſignum taurus. Apex parmæ debitus eſt ex galea coronata σεσομὴ tauri ſcutarii ignivomi.

Ejus veteres Domini. §. XXXVI. *Styriam* notari occupavimus dicere, provinciam Auſtria, Ungaria, Carinthia, Carniola & Salisburgenſi Epiſcopatu terminatam. Ea *Bavaris* paruerat cum *Carinthia.* 1030. Conradus eam à Ducatu Carinthiæ ſeparavit, & *Marchiam* conſtituit, impoſito qui imperii fines tueretur *Ottocaro* ex Styria, Comite in *Muertzthal & Avelenz*, Ducis Carinthiæ Marquardi ex fratre pronepote. Cujus Ottocari majores à *Vinulfo* Styriæ præfecto ſub Alarico R. Gothiæ deducunt, Marchiones Styriæ appellant, & illis etiam Odoacrum Italiæ Regem, qui Auguſtulum imperio dejecit, inſerunt. Conf. *Bucelin. German. P.3.p.219.* Ex eo ſati reliqui *Marchiones*, in quibus *Leopoldus* 1120. ab Henrico V. in hereditario marchionatu confirmatus eſt. Filium ejus *Ottocarum* Fridericus I. Imperator *Ducem Styriæ* creavit. Hic gener Leopoldi VII. Auſtriæ Ducis leproſus

Digitized by Google

leproſus & ſobole carens conſenſu ſtatuum vendidit ſocero ducatum, & reliquam vitam in Carthuſiano cœnobio exegit. Oeſterr. Spiegel der ehren. L.2.c.3. pag.176. Johann Enenckel in ſeinem ſo genandten Fürſtenbuch ſchreibet / diß ſey ein ſo wolfeyler Kauff geweſen / daß ein Ritter umb drey helbling / und ein Bauer umb ein ort kommen. Es iſt zwar ſolches mehr ein geſchencke und vermächnüß als ein verkauff geweſen / wie Megiſerus anzeiget.

§. XXXVII. Manſit deinceps Styria penes hanc familiam ad ejus usque finem. Cum vero illa terminata Ottocarus Auſtriam occupaſſet, ad *Belam Vngariæ regem* reſpicere maluerunt; unde inter hos reges contentio, donec partitione ditionum ſatisfieret. Ottocaro cæſo cum Auſtria Styriam etiam filio *Rudolfus Imp.* conceſſit, quam tamen odio Svevorum, qui potentia abuti videbantur, æque ac Auſtriam non adeo obſequentem Albertus eſt expertus, ut etiam armis ad obſequium multi cogendi eſſent. In Alberti liberis *Otto jucundus Styriam* ſortitus eſt, ſed prole caruit. Frater ejus Albertus ſapiens, cum duos haberet filios *Albertum III.* & *Leopoldum*, illi attributam Styriam hic iterum extorſit, & ſuis transmiſit filiis, in his Erneſtus Styriam tenuit, & novam lineam dedit. Inter filios Ferdinandi I. Imperatoris Carolus minimus natu denuo Styriam poſſedit, & ab eo una cum hereditate reliquarum linearum poſteri accepere. Ad Auſtriacam familiam.

§. XXXVIII. *Feram* Styriæ ſimilem *ignivomam* inſignibus inſcribunt familiæ, quæ ex Styriæ marchionibus aut comitibus ortæ ſunt, ut *auream* in nigro ſcuto *Loſenſteinii* Wap. t. pag. 22. *Stahrenbergii*, quos ex Thuringo; qui Ducis Styrii Ottocari majori patruo Alberto ſ. Alberone III. natus eſt, deducunt: Hi enim *feram dimidiam cæruleam albo parmæ capiti* inſerunt. Wapenb. 1. p. 33. Addit *Haping.* p. 335. *Hohenbergios & Berneccios*, quos equidem *Bucelinus Germ.* P. 3. pag. 219. ex fratre Ottocari march. Styriæ & præfati Alberonis III. Bernardo, ejusque duobus filiis Ottone & Gundaccaro derivat. Verum inſignium figuram convenire nondum vidi. Quod ille p. 87. tribuit ſymbolum *Hohenbergiis*, per errorem aſſignatur, cum Hohbergiis Sileſiis debeatur. *Bernecciorum* autem teſſeram p. 10. leonem conſtituit: *Sibmach.* Wapenb. 2. p. 33. (ſi tamen eadem eſt familia) caprum. Unde quod dicam non habeo. Familiæ ex Styriæ Marchionibus.

§. XXXIX. Quinta ad ſiniſtram parma argentea defert *aquilam cæruleam coronatam, roſtro & cruribus coccineis, quæ pectore repræſentat lunulam crescentem ductu gemino teſſellarum ex argento & minio variegatam.* Hoc ἔνγμα *Carinthiæ* per errorem tribuit *Theod. Haping. de Iur. inſ.* p. 336. debitum *Carniolæ*, provinciæ Cileia, Vinidorum marchia, Croatia, Iſtria, Goritia, Foro Julii, Carinthia & Salisburgenſi Epiſcopatu concluſa, *quæ Carnorum veterum retinet nomen* Hanc ditionem ipſi proceres ſeu ordines, cum eorum princeps ultimus *Marchio Craynburgi*, quem ab Engelberto Marchione derivant, ſine prole deceſſiſſet, *Friderico Bellicoſo* ultimo primæ gentis Auſtriæ Duci, fama virtutis ejus moti, tradidere. In cujus gratiam Fridericus II. Imperator, qui illam traditionem confirmavit, ex Marchionatu *Ducatum* fecit, ſeu ut verba diplomatis (Oeſterr. Spiegel der ehren. L.2.c 3.pag.181.) ſonant, ut faceret permiſit: *Ad decus præterea regni Tui præſentis privilegii autoritate permittimus, ut* de provincia Carniolæ Ducatum facias *immediate tibi ſubjectum, parte* (an per Te?) *nobis & ſucceſſoribus noſtris & imperio reſponſurum*, Inde una cum Auſtria in familiam Habſpurgenſem ſ. modernam Auſtriacam devenit, & ejus regimine nunc quoque gaudet. Apex ſcutulo huic debitus eſt è galeæ corona exurgens *aquila ſcutaria.* Carniola.

§. XL. Infimum locum obtinet ſcutulum *argenteum* continens *aquilam rubeam, cujus corona, roſtrum, crura & ſemicirculi trifoliati alis impreſſi auro fulgent.* Pedes *Malleolus* apud *Haping. de Iur. inſ.* c.6. P.5. n.667. nigro colore tingit. Notatur ita comitatus principalis (Gefürſtete Grafſchafft.) *Tirolis*, quam hinc Italia, iſthinc Forum Julii, Carinthia & Salisburgenſis diœceſis, illinc Svevia & Bavaria includunt. Qui eam texerint, in Oeſterr. Spiegel der ehren. L.3.c.8.p.340. enumerantur. Videlicet quod initio hunc limitem ſuum *Bavari* per Marchiones, qui dicti *Marchiones ad Atheſin*, adminiſtrati fecerint. Dein ex *Andechſina* gente orti, qui regioni præfecti ſunt, & à ſede Merania *Meraniæ Duces* appellati. Inprimis Bertholdus III. Andechſius 1180. *Dux Meraniæ* factus eſt à Friderico I. cum Henricum Leonem proſcripſiſſet, & jam illam etiam Bavariæ partem alteri concederet. Duces defecere in *Ottone II.* 1248. Habuit vero eo moriente Meraniam uxorem Gutham, agnatus *Alberti* Tirolis.

Henrici

Henrici filius, qui Ottoni ſucceſſit, *Comitis* titulo contentus. Hic moriens 1254. Adelheidam reliquit atque Eliſabetham, quarum illa *Mainhardo II. C. Goritiæ* Bertholdi III. Meraniæ Ducis ex filia nepoti, hæc *Gebhardo C. Hirſchbergio* nupſere, unde ad hunc *utraque Ænivallis*, ad iſtum *reliqua Tirolis* delata. Mainhardus 1258. reliquit Mainardum III. & Albertum II. qui 1272. ditiones inter ſe partiti: huic *Goritia* obtigit, & ab eo reliqui comites. Mainardus *Tirolim* retinuit, & ab Hirſpergio materteræ marito 1284. 4000. marcis argenti utramque Æni vallem emit, jam etiam Carinthiæ Dux, atque ex eo totius *Tirolis* Dominus. Ei 1296. morienti præter alios liberos ſuperfuit *Henricus*, qui etiam rex Bohemiæ aliquandiu fuit, & reliquit 1331. *Margaretam* cogn. *Maultaſch*, Tirolis heredem, quæ Joanni Henrico M. Moraviæ, & poſt eum Ludovico Bavaro M. Brandeburgico nupſit, & ex hoc *Mainardum IV.* genuit, ultimum Tirolis comitem, qui 1363. fatis conceſſit. Unde *Margareta* mater (quam plures Genealogi Rudolfo Auſtrio ſecundam conjugem aſſignant, ſed contradicit ille ſcriptor Auſtriacus) conſilio Ordinum Tirolim ſuam ad conſobrinos Rudolfum, Leopoldum & Albertum eodem adhuc anno tranſtulit, & 1366. mortua eſt. Inſignia Tirolis illis diſtichis ornantur Ehrenſp. p. 344.

Rex aquila inter aves: regionum celſa Tirolis
regina eſt, feriens vertice regna poli.
Vina, fera, fontes, ſal, argentique fodina,
aſpera divitias hæc juga ferre probant.

Wie der Adler Vögel-König / alſo Länder Königin
Iſt Tyrol / das Himmel-an mit der Berge ſcheitel rühret.
Gemſen / brunnen / ſaltz und weine / und der ſilber-ertz gewinn
Zeugen / daß auch das gebürg / reichthum zeuget und gebiehret.

Apex Tirolenſis ſcuti eſt *coronatæ caſſidi impoſitus faſciculus 7. ſtruthionicarum auratarum plumarum erectarum, per quem tranſit diagonalis baltheus nubilatus rubeus.* (conf. Wapenb. 2. p. 20.) Laciniæ argento & minio tinguntur.

Ejus ex Auſtriis Domini.

§. XLI. Ubi ſemel in Auſtriacam poteſtatem comitatus hic venit, in ea deinceps permanſit, & anteriorum Auſtriacarum ditionum caput haberi cepit, annumerata ei Alſatia, & Svevicis ditionibus. In partitione hereditaria *Leopoldi* & Alberti, illi Tirolis ceſſit, inter hujus filios *Fridericus* eandem tenuit, & ad filium *Sigismundum* tranſmiſit. Inter Ferdinandi I. filios *Ferdinandus* hanc partem habuit. Iterum eandem à fratre Ferdinando II. habuit *Leopoldus*, & ad filios atque nepotes tranſmiſit. A quibus nuper ſucceſſionem Auguſtus noſter Leopoldus collegit.

Scutulum pectorale.

§. XLII. Hæc ſcutula ſunt, quæ aquilam Imperialem ſtipant: ejus vero pectori aliud imponitur ſcutum bipertitum; quod hinc *faſciam Auſtriacam*, iſthinc *Caſtellum aureum in cocco* pingit, *regni Caſtellani* ſymbolum, de quo alibi ſermo eſt, ubi de Hiſpaniæ inſignibus agetur.

Diſpoſitio ſcutorum.

§. XLIII. Nec vero illa tantum armorum in diverſis ſcutis diſpoſitio Auguſtis placuit, verum ſæpius etiam easdem parmulas in certas unius ſcuti areolas compingere ſolent, quod & in ſigillis & monetis & alibi videre licet. Enumerabimus aliquot diſpoſitiones eorum, qui hoc ſeculo imperarunt.

Rudolphi II. Imp.

§. XLIV. *Rudolfi II.* duas inprimis obſervavi diſpoſitiones. Altera annum 1606. & 1611. præ ſe ferebat, in qua tres perpendiculares lineæ & totidem transverſæ areolas conſtituebant ſedecim. In primo ordine primus laterculus *Hungaricas faſcias* repræſentabat, alter aquilam coronatam referebat, quam *Tirolim* vel *Carniolam* interpreteris, tertius *Alſatiæ Landgraviatum* deſignat, quartus *Bohemiæ regnum:* Secundi ordinis illæ ſunt areæ, *Legionenſis, Auſtriaca, Burgundica* (hæ alicubi tranſpoſitæ) *Caſtellana.* Tertia ſeries continet alveolos *Carinthiæ, Carniolæ vel Tirolis* (aquila enim apparet) *Habſpurgi, Goritiæ.* In pede ſcuti viſuntur illo ordine teſſeræ *Burgovia, Svevica, Wirtenbergia, Pfiretenſis.* Similem diſpoſitionem Hiſtoriographus Cæſareus Celeberr. *P. Lambecius* 1665. Commentarii de Biblioth. Auguſta titulo præfixit, unde Auguſto noſtro etiam illa in uſu eſſe videtur. Rationem autem ordinis areolarum me non capere confiteor.

Alia.

§. XLV. Alia diſpoſitio obſervata in numis 1610. & 1612. cuſis, ut videlicet caput ſcuti in duas areolas diſpeſceretur, *Vngarico* & *Bohemico* ſymbolo inſignes, intermedio peculiari ſcutulo *aquilam ſimplicem* præ ſe ferente, quæ *Tirolenſis* eſſe poteſt, forte quod

Digitized by Google

quod in illo comitatu numi cuſi: Reliqua ſcuti pars duabus transverſis & tribus perpendicularibus lineis in 12. laterculos diſtinguebatur: Primus ordo iterum inter *Legionenſem* leonem & *Caſtellanum* caſtellum intercipiebat *Burgundicam* & *Auſtriacam* teſſeram. Proximus ordo *Carinthiam, Caruiolam, Habſpurgum* & *Goritiam* deſignabat. Laterculi pedis erant inſignia *Burgoviæ, Svevia, Wirtenbergæ, Alſatiæ.* Simili utebatur diſpoſitione *Ferdinandus II.* 1622. niſi quod Auſtriam Burgundiæ præpoſuit.

§. XLVI. Iterum aliam diſpoſitionem *Chifflet. Inſ. Eq.* A. V. producit. 243. Quod nempe uſus ſit ſcuto imperii Germanici, fracto in pectore bicipitis aquilæ ſcutulo quadripertito: 1. Quadrans *Hungaricus.* 2. *Bohemicus.* 3. *Auſtria nova & Burgundia veteri* ab ſummo diviſus. 4. *Celtiberica & Legionenſi* teſſera quadripertitus. Apex corona Imperatoria. Laciniæ aureæ, vellere Pontico reductæ.

§. XLVII. *Matthiam* ſucceſſorem vidi uti ſcuto quadripertito ex *Vngarica* & *Bohemica* teſſera, impoſita parmula bipertita ex *Auſtria & Burgundia.* Ejusdem illud ſcutum recenſet inter Eq. A. V. n. 263. *Chifletius.* Caput ſcutarium *Hungaria* & *Bohemia* ab ſummo bipertitum. Reliquum ſcuti quadratim diſciſſum. I. Quadrans rurſum quadripertitus: 1. Laterculus *Celtibericus*, h. e. *Caſtellanus.* 2. *Legionenſis.* 3. *Wirtenbergicus.* (Ita enim *Chifletius* corrigendus, qui *Nellenburg* interpretatur: cum tamen illius comitatus cornua cervina ſint cærulea in auro, Wapenb. 1. p. 16.) 4. *Svevicus.* II. Etiam quadripertitus: 1. *Aragonicus.* 2. *Siculus.* 3. *Burgovius.* 4 *Alſaticus.* III. In bina ſcuta partitus: 1. *Habſpurgum.* 2. *Tirolenſe*, ambo inſerta alio ſcutulo *Goritiæ.* IV. in ſcuta duo diviſus: *Pfiretanum* & *Kiburgium*; ambo inſerta ſcutulo quadripertito ex ſymbolis *Cilejenſibus.* Scuti majoris imum ab ſummo tripertitum: 1. *Vinidorum Marchia*, (quam ille perperam *Sclavoniam* interpretatur.) 2. *Eneſo* (quod ille vocat) hoc eſt *Provincia ſupra Anaſum.* 3. *Portenavv* ſ. *Portus Naonis.* Omnibus ſymbolis in ſede honoraria impoſitum ſcutulum *Burgundia veteri, Styria, Carinthia* & *Carniola* quadripertitum. Huic rurſus parmula *Nova Auſtriæ* ſuperpoſita. Apex pileus Archiducalis. Pinnæ inumbrantes aureæ & coccineæ. Matthiæ Imp.

§. XLVIII. *Matthiam* in Imperio excepit *Ferdinandus II.* cujus illum typum vidi, antequam Imperium ſuſciperet: ut in ſcuto quadripertito primum laterculum *Vngaria*, ſecundum *Bohemia*, tertium quadrifida diviſione *Caſtilia* & *Legio*, quartum ſimili partitione *Auſtria* & *Burgundia*, toti autem impoſitam parmulam *Tirolis* implerent, *Chifflet. Inſ. Eq.* A. V. n. 264. paternum ei clypeum tribuit exigua mutatione. Ferdinandi II. Imp.

§. XLIX. *Ferdinandus III.* ſucceſſor ante imperium ſuſceptum apud *Chifflet.* Eq. A. V. n. 360. ita diſpoſuit: Caput ſcutarium *Hungarico* & *Bohemico* ſymbolis recta linea bipertitum. Reliquum ſcuti quadripertitum I. quadrans rurſus quadripertitus: 1. Laterculus *Celtibericus.* 2. *Legionenſis.* 3. *Alſaticus. Kiburgenſis.* II. Quadrans etiam quadripertitus: 1. Laterculus *Styrius.* 2. *Carinthiacus.* 3. *Carniolenſis.* 4. *Goritius.* III. In ſcuti formam bipertitus *Ferretenſi* & *Tyrolenſi* ſymbolis, inſerta *Cilejenſi* parmula. IV. Pari modo *Habſpurgiaca* & *Sclavonica* teſſeris, *Auſtria veteri* imo inſerta. Imo ſcuto inſerta parmula bipertita *Portus Naonis* & *Princ. ſupra Anaſum* in longum bipertita. In ſcuti ſede honoraria, ſcutulum *Auſtria recentiori* & *antiqua Burgundia* recta linea diviſum. Apex, pileus Archiducalis. Laciniæ hermionicæ & coccineæ. Ferdinandi III. Imp.

§. L. Modernus Auguſtiſſimus Imperator *Leopoldus* Imperiali bicipiti aquilæ itidem imponit ſcutum, torque aurei velleris circumdatum, quadripertitum: cujus prima areola *Hungariæ*, altera *Bohemiæ* regnum, tertia bipertita *Auſtriam* & *Burgundiam*, ultima quadrifaria ſectione *Caſtellæ* & *Legionis* regna notat. Aliam ei à Lambecio attributam diſpoſitionem §. 44. notavi. Iterum alia in moneta diſpoſitio mihi obſervata eſt, ut ſub cephalo ſcuti ex teſſera *Hungarica* & *Bohemica* conſtante, proxima ſeries laterculorum notarent *Caſtellam, Legionem, Aragoniam, Siciliam*, tertia *Habſpurgum, Auſtriam, Burgundiam, Carniolam, Wirtenbergiam*, inſertis pedi clypei tribus trigonis areolis cum ſymbolis *Vinidorum marchiæ, Principatus ad Anaſum* & *Tirolis.* Hoc ſcutum affixum cernitur aquilæ bicipiti, altero pede enſem altero ſceptrum tenente, circumjecto torque aurei velleris. Leopoldi Imp.

§. LI. Addamus alias adhuc variationes: Tres in *Sibmach.* Wap. P. 1. p. 4. reperiuntur, quarum prima hoc ordine repræſentari poteſt. Scuti caput *Hungarico* & *Bohemico* ſymbolis recta linea bipertitum eſt. Reliquum ſcuti quadripertitum. I. quadrans rurſus quadripertitus: 1. Laterculus *Caſtellanus.* 2. *Legionenſis.* 3. *Wirtenbergicus.* 4. *Svevicus.* II. Quadrans etiam quadripertitus: 1. Laterculus *Aragonius.* 2. *Siculus.* 3. *Burgovius.* Alia diſpoſitio Archiducalis.

Digitized by Google

4. *Habſpurgius.* III. In ſcuti formam bipertitus, *Carniolenſi & Pfiretenſi* ſymbolis, inſerta *Alſatica* parmula. IV. pari modo bipertitus, *Kiburgia*, & *Goritienſi* teſſeris, *Provincia ſupra Anaſum* imo inſerta. Imo ſcuto inſerta parmula tripertita, ut media ſymbola *Cileienſia* quadripertita ſtipent, hinc *Vinidorum Marchia*, illinc *Portus Naonis*. In ſcuti ſede honoraria ſcutulum *Burgundia, Styria, Carinthia & Tiroli* quadripertitim compoſitum eſt, toti denuo incumbente *Auſtriaca faſcia*. Eadem diſpoſitione uſus *Leopoldus Wilhelmus* Archidux, niſi quod ſcutulum toti impoſitum tantum aquilam exhibebat, pectore faſciam Auſtriacam repræſentantem. Tum quod ſcuto ſubjecta eſt crux Teutonici ordinis, ut extrema undique promineant.

Maximiliani M. Ord. Teut.

§. LII. Alter typus eſt *Maximiliani Archiducis*, qui Mag. Ord. Teutonici fuit, dividitur vero cruce mediante nigra, cui alia *aurea liliata* (inſigne ordinis) imponitur, in quatuor quadrantes. Primus transverſim ſecatur: ſuperius conſpiciuntur *Vngarica* faſciæ, inferior pars tribus conſtat laterculis *Caſtiliæ, Legionis, Auſtriæ*. II. Simili diviſione ſuperius exhibet leonem *Bohemicum*, inferius *Burgundiam, Styriam, Carinthiam*. III. Iterum quadripertitus *Alſatiam, Kiburgum, Pfiretum & Tirolim* deſignat, hiſce triangulari parmula inſertis quadripertitis Cileienſibus ſymbolis. IV. Denuo quadripertitus *Carniolam, Goritiam, Habſpurgum, Vinidorum Marchiam* notat, inſerta parmula *Portus Naonis*. Imo ſcuti inſeruntur alaudæ *veteris Auſtriæ*. Cruci liliatæ imponitur ſcutulum aureum nigra aquila inſignitum. Quod lilia Teutonicæ crucis attinet *Haping. de jur. inſign.* c. 6. P. 1. §. 4. n. 84. refert, Ludovicum R. Franciæ lilia illa adjeciſſe. Aquila nigra videtur *Boruſſiam* notare ex Fürſt. Wap. 5. p. 25. ſeq. Ea enim diu Ordinis hujus Teutonici fuit patrimonium, donec ex M. Magiſtro Albertus Dux Boruſſiæ Regis Poloniæ beneficio fieret. Idem Maximilianus alibi contractiori ſcuto uti ſolitus. Ita vidi ſcutum cruce illa Teutonica intermedia, quæ idem ſcutulum cum aquila continebat, quadripertitum pingi, ut laterculi 1. *Vngaricum*. 2. *Bohemicum*. 3. Bipertitus *Auſtriacum & Burgundicum*. 4. Iterum bipertitus *Habſpurgium & Tirolenſe* δίγμαΤα continerent. Alibi ſcuto duæ comites parmulæ adjiciuntur, hinc *Alſatica*, illinc *Pfiretenſis*. §. præced. vidimus crucem ſcuto non inſcriptam ſed ſubjectam, ut extrema prodirent.

Alia apud Sibmacherum.

§. LIII. Tertius typus eadem fere cum primo diſpoſitione repræſentatur, ſed areolarum ſitu diverſo. Caput ſcuti conſtituunt *Vngaria & Bohemia*. Primum quadrantem areolæ *Caſtellana, Legionenſis, Styria & Carinthia* in quadras locatæ. Secundum ſimili diſpoſitione *Aragonia, Sicilia, Carniola, Goritia*. Tertius *Burgaviam & Sveviam* continet, cum inſerta *Pfiretenſi* parmula; Quartus *Alſatiam & Kiburgum*, cum inſerta *Cilejenſi*. Pes ſcuti triangulari laterculo iterum conſtat, tripertito in ſymbola *Provincia Anaſina, Auſtria antiqua & Vinidorum Marchia*. In clypei ſede honoraria nova parma quadripertita *Auſtriam, Burgundiam, Tirolim & Habſpurgum* continet.

Ferdinandi Archid.

§. LIV. *Ferdinandi* Archiducis ſcutum 1574. in moneta illud vidi, ut caput ſcuti repleret *Vngaria & Bohemia*; reliquum ſcutum bipertitum, hinc quadripertitim locata *Caſtellana & Legionenſia*, illinc ſimili ſitu *Auſtriaca & Burgundica* ſymbola repræſentaret: toti impoſito ſcutulo *Tirolenſi*. Aliter apud *Chifflet. Inſ. Eq.* A. V. num. 211. Scutum tranſversè tertiatum: Summum *Hungaria & Bohemia* ad perpendiculum diviſum: medium in partes quatuor à ſummo diſpertitum: quæ ſint 1. *Celtiberica*. 2. *Legionenſis*. 3. *Styria*. 4. *Carinthia*. Pes ſcuti diviſus ad perpendiculum: Pars dextra in ſcutula duo bipertita: 1. *Aragonicum*. 2. *Siculum* cum inſita *Granatenſi* parmula. Pars ſiniſtra rurſus in bina ſcutula diviſa: 1. *Carniolenſe*. 2. *Tirolenſe*, inſita parmula *Habſpurgia*. Imo ſcuti majoris inſertum triangulare ſcutulum, *Auſtriæ veteris*. In ejusdem ſcuti majoris ſede honoraria impreſſum ſcutulum, *Auſtria Nova & Burgundia antiqua* ab ſummo diſpertitum. Apex, pileus archiducalis, pavonina cauda faſtigiatus. Laciniæ dextræ ex auro & cyano, ſiniſtræ ex argento & coccino.

Caroli Archid.

§. LV. Caroli Archiducis ex moneta 1590. illum typum obſervavi: ut caput ſcuti complerent *Vngaria & Bohemia*; faſciam *Auſtria & Burgundia* ſtipantes mediam parmulam *Carinthiæ*; pes bipertitus referret *Habſpurgum & Tirolim*, cum intercepta triangulari parmula *Goritiæ*. *Chifflet. Inſ. Eq.* A. V. n. 250. & 251. illi & *Erneſto* Archiduci idem plane tribuit ſcutum, quod §. 54. Ferdinando ex ipſo dedimus.

Erneſti Archid.

Leopoldi, & Ferdinandi Caroli Archiducum.

§. LVI *Leopoldo* Archiduci *Chifflet. Inſ. Eq.* A. V. n. 361. illud tribuit: ſcutum transverſè tripertitum. Summum *Hungaria & Bohemia* ad perpendiculum bipertitum. Medium, ab ſummo quadripertitum. Laterculus *Burgovius, Svevicus, Styriacus, Carinthiacus*. Pes ſcuti recta linea in quatuor ſcutula diviſus: 1. *Alſaticum*. 2. *Kiburgenſe*, ambo

ambo inſita *Ferretica* parmula, 3. *Carniolenſe*. 4. *Goricium*, inſerta *Sclavonia* ſ. potius *Vinidorum Marchia*. Imo ſcuto inſerta parma ab ſummo tripertita, teſſeris *Anaſina*, *Ciliæ* & *Portus Naonis*. Medio ſcuto majoris appictum ſcutulum quadripertitum: 1. quadrans *Celtibericus*, *Auſtriacus novus*, *antiquâ Burgundiâ* in longum bipertitus. 3. *Auſtriacus antiquus*. 4. *Habſpurgenſis*. Rurſus hujus ſcutuli medio impoſita *Tirolenſis* parmula. Apex pileus Archiducalis, cauda pavonina faſtigiatus. Laciniæ dextræ auro & cyano, ſiniſtræ argento & minio pictæ. In moneta 1623. vero illam diſpoſitionem vidi, ut ſcutum in quatuor quadrantes ſecaretur, in quibus repræſentarentur. I. *Vngaria*. II. *Bohemia*. III. *Auſtria*, *Burgundiâ bipertita*. IV. *Tirolis*, cum *Habſpurgo*: inſerta pedi ſcuti parmula *Pfiretenſi*, toti autem incubante ſcutulo *Alſatico*. Alibi 1620. eadem diſpoſitio, niſi quod locum *Tirolis*, *Habſpurgum*, *Habſpurgi*, *Goritia*, *Pfiretarum vetus Auſtriæ* ſymbolum, *Alſatiæ Tirolis* occupant (quali modo expreſſit ſua δείγματα etiam 1652. *Ferdinandus Carolus*.) Tum ſubjecta ſcuto ſcutula Epiſcopalia *Argentoratenſe* & *Patavinum*: alibi ea lateri adjecta, ſubjecta vero ſcuta abbatiarum *Murbacenſis* & *Luderana*. Anno 1628. cuſam monetam vidi cum priori 1620. plane convenire, niſi quod ubi *Tirolis* medium occupabat locum, hîc *Alſatia* appareat.

§. LVII. Sed tædium forte varietas illa parere poteſt. Viſum tamen neceſſarium, ut plures typos repræſentarem. Nunc ipſas teſſeras, quas tantum nomine dominiorum indicavimus, ordine depingemus. Quod vero attinet *Legionis*, *Caſtellæ*, *Aragoniæ* & *Siciliæ* ſymbola, de illis agetur inferius, cum *Hiſpanicum* ſcutum oculis ſubjicietur. Ibidem *Burgundica* areola explicabitur. De qua hoc ſolum hic notare convenit, eam quoties in Archiducum vel Imperatorum ſcutis occurrit, ſimul complecti omnem *ſucceſſionem Burgundicam*, atque ita *Belgica* quotquot ſeorſim inſerenda eſſent ſymbola. Sicuti quæ ex Hiſpanica ſucceſſione inferuntur, ſimul reliqua includere videntur. Ita *Vngaria* & *Bohemia* teſſeræ non minus regna & provincias inde dependentia ſimul includunt. Unde nec Sileſiæ nec Moraviæ nec Luſatiæ ullibi veſtigium vides. Tum quoties *Auſtriæ veteris* mentio fit, deſignari quinque alaudas aureas in cæruleo ſcuto, ex §. 33. adhuc in recenti eſt memoria. Reliqua δείγματα, quorum explicationem prius nondum dedimus, jam ſubjiciemus, ſed ordine nullo. Areolarū ratio.

§. LVIII. *Sveviam* quod concernit, exprimitur in *parma aurea* (*argenteam Varenn. R. d' Arm.* p. 278. & alii volunt) *tribus leonibus gradientibus* (*pardis nigris lingua & falculis rubeis*. De Sveviæ & Alemanniæ antiquioribus ducibus multa cumulare nolo, niſi quod illud inprimis notari peto, hunc æque ducatum atque alios primùm non fuiſſe hereditaria dominia ſed officia perſonalia. Unde modo ex hac, modo illa gente aſſumti, ut tamen paulatim ratio haberetur filiorum aut propinquorum. Ita Dux Sveviæ fuit *Burchardus*, dein *Burchardus II.* ex Griſonum comite. Tum *Hermannus Franconiæ* comes. Inde *Ludolphus* ejus gener Imperatoris Ottonis filius, poſt hunc *Burchardus III.* ſecundi filius, dein *Otto* Ludolfi filius, inde *Conradus*, poſt hunc *Hermannus II.* quo mortuo filius *Hermannus III.* Inde *Erneſtus*, qui ejus ſororem Gislam uxorem habebat, tum hujus filii *Erneſtus* & *Hermannus*, & Giſalâ ac altero marito Conrado Salico natus *Henricus*, qui dein ſub nomine tertii Auguſtus fuit, tum *Otto C. Palatinus*, cui Henricus jam Imperator ducatum dedit: poſtea *Otto M. Svinfurti*, dein ſororius ejusdem Cæſaris *Rudolphus C. Rinfeldenſis*, qui adverſus Henricum IV. Auguſtum axioma affectavit, & prælio cecidit. Huic ademtum ducatum *Friderico Hohenſtaufio* affini ſuo Henricus Imperator attribuit: ab eo tota *Svevica familia*, in qua ordine ſecuti ſunt duces. Ultimus familiam clauſit *Conradinus*, quem cum regnum Neapolitanum ſibi debitum vindicaturus ſed prælio victus eſſet, captum Carolus Andinus 1269. capite truncavit. Ita Domino vacuum ducatum, tanquam ad imperium relapſum, filio *Rudolfo* Rudolfus Imperator, inprimis quia pridem multa ejus ducatus Habſpurgicæ domui ſubjecta eſſent, comitiis Auguſtanis 1282. conceſſit. Conf. **Oeſterr. Ehrenſp.** L. 1. c. 13. p. 113. 115. Exquo non alius ducatum Sveviæ geſſit, ſed ejus dignitas conſtanter in domo Auſtriaca remanſit. Inde acceſſit 1379. *Imperialis advocatia* (*provincialis præfectura ſuperioris & inf. Svevie* 1379. Leopoldo Auſtrio à Wenceslao Auguſto oppignorata. Obſervat *Joh. Limn. Jur. publ. Tom. IV. Add. ad* 4, 4, 24. p. 403. Carolum V. ſe dicere ſolitum, **des H. Röm. Reichs Fürſt zu Schwaben.** Ferdinandum autem & ſucceſſores ſimpliciter **Fürſt zu Schwaben.** Cæterum fallitur *varenn.* P. 2. p. 272. cum Svevis in uſu fuiſſe ſcribit lectum aureum in parma cærulea, & ità ab Ottone Svevo Burgundiæ comitatui allatum δείγμα. Svevia.

Digitized by Google

Wirtenbergia. §. LIX. Vidimus etiam laterculum *aureum tria cornua cervina nigra* deferentem. Hoc *VVirtenbergicus ducatus* denotatur. Unde de eo ſymbolo ſuo loco agetur. Hic tantum notare neceſſe eſt, quo titulo Auſtriaci principes illam areolam ſcuto inſeruerint. Nempe cum 1519. Ulricus Wirtenbergiæ Dux à Svevico fœdere pulſus & ducatu exutus eſſet, fœderati ducatum Cæſari conceſſerunt. Hic fratri *Ferdinando* eundem in diviſione aſſignavit. Cum autem Ferdinandus eundem poſſediſſet uſque ad annum 1534. fruſtra interea multis pro Ulrico tentatis, conatibus etiam militaribus Ulrici irritis, Philippus Magnanimus Landgravius Haſſiæ amicum ſuum, Ferdinandi copiis ad Laufenam victis, reſtituit. Exin *Cadamica* pactione res ita compoſita, ut retineret Ulricus ducatum, ſed eo nomine domus Auſtriacæ beneficiarius, atque ita utile dominium penes ipſum, penes Ferdinandum directum eſſet. Ea conditioneres permanſit ad annum 1599. quo *Rudolfus II. Imp.* conſentientibus agnatis, bona pecuniæ ſumma accepta, inveſtituram ad primam ac immediatam formam reduxit, moderante ducatum Friderico. Servata tamen ſucceſſio Auſtriacis, ſi maſculi deficerent, quo ipſo caſu nihilominus religioni cautum eſt. Ob hoc vero domui Auſtriacæ reſervatum jus in tituli elogiis & ſcuto Wirtenbergici ducatus ſervatur mentio. Superius §. 47. notavimus eorum errorem, qui in Nelleburgium comitatum Wirtenbergici ducatus teſſeram convertunt.

Burgovia. §. LX. Inter Svevicas ditiones ſpeciatim etiam *Burgovius Marchionatus* legitur. Hujus teſſera eſt ſcutum *ſex obliquis ſiniſtris baltheis argenteis & rubeis* exaratum, *inducto toti palo aureo*. Ita *Chifflet.* n. 263. & Oeſterr. Ehrenſp. L. 3. c. 5. pag. 312. pingunt. Nam *Sebmach.* Wapenb. P. 1. p. 5. *dextras tanias* facit, & *octo* numerat. Quod ipſum attinet *Marchionatum Burgovium*, qui inter Ulmam & Auguſtam ſitus eſt, habuit ille ſuos peculiares olim Marchiones, initio familiæ Comitum de *Abach*, quorum ultimus 1075. mortuus, dein Comitum de *Bibereck*, *Schelklingen* & *Rockenſtein*, ſed poſt mortem ultimi Henrici Rudolphus Imperator Auguſtanis comitiis 1282. eum, uti & Sveviam, filio *Rudolpho* cum conſenſu Electorum & Principum conceſſit. Oeſterr. Spiegel der ehren. p. 293. & c. 40. pag. 1053. ubi tamen dicit, Marchionem *Henricum* ultimum 1304. extinctum, adeo ut ſibi contradicere videatur. Sed *Bavarica* domus ægre ferebat, cui aliquando Burgovia ſubjecta, unde 1324. Ludovicus ex Bavaris Imperator eam vi ſubigere tentavit, aſt infecta re obſidionem ſolvere coactus eſt. Archidux Sigismundus Burgoviam Epiſcopo Auguſtano 32000. aureis oppignoravit, inde pignus illud ſoluto hoc argento à Sigismundo ad ſe tranſtulit Georgius D. Bavariæ. Oeſterr. Ehrenſp. L. 5. c. 33. p. 956. 957. Domum 1492. reluit Marchionatum Maximilianus, obtento à ſubditis ad reluitionem argento multo, hac tamen conditione, ne iterum oppignorari poſſent Bavaris. Oeſt. Ehrenſpiegel. d. l. Domum ſuperiori ſeculo Ferdinandus Archidux *Carolo* ſuo ex Philippina Welſeria legitima ſed impari uxore ſuſcepto filio Marchionatum hunc conceſſit, qui titulo illo etiam uſus eſt, ſed cum nullam ſuſcepiſſet prolem, rediit ad domum. Obſervat Joh. *Limn. Iur. publ. T. IV. add. ad* 4, 4, 24. p. 403. primum Ferdinandum I. cum epitheto ſe indigitaſſe Marggraffen des H. Röm. Reichs zu Burgau. Reichs-Abſch. 1542. &c. cum Carolus Imp. mentionem non adjiceret. An dixerim, conjungi disjungenda, & in titulo Imperiali legi, *Marchionis S. Imperii titulum*, videlicet ratione *Antverpiæ*, inde interſtinctione addita etiam Burgoviæ, Moraviæ, &c.? Ita non tantum video ſine Burgoviæ mentione reges Hiſpaniæ titulum uſurpare *March. S. Imperii*, ſed & vidi, ubi in diplomate Carolus V. dicebatur Marchio *Burgoviæ*, *de Oriſtam*, *Gotiam* (an ſcribentis incuria literas male pinxit?) & *S. Imp. Romani*. Cæterum apex Burgoviæ eſt coronatæ galeæ impoſitum jugum expanſum alarum cum ſcutario typo.

Habſpurgum. §. LXI. *Habſpurgium* ἐτύμως ſæpius expreſſum audivimus: eſt illud, *in ſcuto aureo leo coccineus, corona, lingua & falculis cæruleis*. Horum armorum nobilitatem pro merito commendat *Chifflet. in Lum. prærogat.* p. 330. ſeq. ut *regiam* Habſpurgiorum exin originem deducat. Sed prolixè reſpondet, & nihil præ aliis ſymbolis in hoc peculiare deprehendi arguit *D. Blondell. Geneal. Franc. plen. aſſert.* T. 2. pag. 350. ſeq. quo harum rerum ſtudioſum remitto. Multa etiam in commendationem hujus teſſeræ legere licet in Oeſt. Spiegel der ehren. L. 1. c. 4. pag. 25 26. Id vero non capio, quod ibi refertur, Habſpurgios à conſangvineis Sveviæ ſ. Alemanniæ ducibus leonem, quales tres in horum ſcuto, ſuum aſciviſſe, & ex *Auſtraſia* regio clypeo coronam addidiſſe.

Nam

Digitized by Google

Nam Sveviæ ducum leones atro inficiuntur colore, non rubeo ſ. purpureo. Cæterum non inelegánter poeta ibi canit.

Rex leo quadrupedum notat apto emblemate reges.
Prava domans, parcit nobilis ira bonis.
Hoc decus Habſpurgi priſco de culmine regum:
Signa leonis habent, ſenſa leonis amant.

Iſt der Löw der thiere könig/ iſt er auch ein königsbild/
Edler geiſt brennt wie er ſoll: ſtrafft die böſen/ ſchont die frommen.
Dieſer ruhm die könig rühmt/ die von Habſpurg ſind gekommen.
Löwenmuth ſie ziehrt/ ſie führen billig löwen in dem ſchild.

De proverbio, quod tempore interregni ante electionem Rudolphi in Germania uſitatum: *aquila imperii quieſcit in nido Leonis.* vid. *Theod. Haping. de jur. inſ. c. 13. n. 204.* Cæterum apex Habſpurgicus fuit *πτερωμα leonis coronati, cujus collum ornatur pavoninis pennis.* Am rücken hinauff mit pfaufedern beſtecket) ſed dein loco hujus leonis *duo capita & colla cygnorum* (zwey ſchwahnen hälß.) *roſtris ſingulos annulos aureos deferentia* ſubſtituerunt, & galeæ (juxta Wapenb. P. 2. pag. 20.) coronatæ impoſuerunt. Wann dieſes Hochlöbliche Hauß ihm gleichſam ſelber durch erwählung ſothans kleynods/ geweiſſagt hat/ wie daß es durch abſterben vieler hoher ſtammhäuſer und durch heurath zu hoheit und reichthum gelangen würde Oeſterr. Spiegel der ehren. p. 26.

§. LXII. Teſſera hæc familiæ prima & gentilis fuit, cum *Rudolphus* Imperator Alberti primi Auſtriaci pater ex Habſpurgio comite Auguſtum ſolium conſcenderet. Nomen vero *Habſpurg* duobus caſtris commune fuit. Vetuſtius circa 660. condidit in Briſgoiæ ſylva, quam nigram vocant, non procul Friburgo & Stauffa *Ottbertus* comes, cui à fratribus ducibus Sveviæ diſtrictus ille, in quo Numaga fluvius *Trutpertinum cœnobium* alluit, & dein ſupra Briſacum in Rhenum exoneratur, conceſſus fuerat. E regione hujus caſtri *Habſpurgi* ſ. *Avendica ſtri* ſ. *Habenspurg* vel *Habenthumsburg* condidit alterum dictum *Altenburg*. Hoc caſtrum incoluiſſe dicitur prior familia Habſpurgiorum comitum, quorum ſucceſſio deinceps ad alterum ramum translata eſt. In ea *Guntrami divitis* cognominati nepos *Rapato Habſpurgum in Argovia* non procul ruderibus *Vindoniſſa* vel *Brugæ* condidit, repetito ex Briſgoico *Habſpurgo* nomine. Ut adeo non Helveticum Habſpurgum, quæ communis ſententia hactenus fuit, primum familiæ nomen dederit, ſed, cujus quaſi colonia iſtud fuit, Habſpurgum Briſgoiæ. Verum iſtius celebritas, & quod comites in Helvetia habitare mallent, vetuſtioris memoriam fere obliteravit. De comitibus illud memorandum eſt, non ſimplices fuiſſe comites, ſed *principalis dignitatis* aliquid habuiſſe (Eefürſtenten Graffen) In cujus argumentum allegatur (Oeſterr. Spiegel der ehren. L. 1. c. 5. p. 37.) quod pincernas & dapiferos nobiles, nec non demum 8. comitatus *Habſpurg, Kyburg, Baden, Lenzburg, Thun, Reinfelden, Rapperſchvvyl & Nidovv*, præter *Landgraviatus Alſatiæ, Thurgoiæ & minoris Burgundiæ* in poteſtate habuerint, adeoque ampliſſimas ditiones poſſederint. Ut illantur, qui ex pauperculo comite Rudolfum ad imperiale faſtigium aſcendiſſe perbent. Cæterum Habſpurgum hoc Argoviæ, cum reliquis in Helvetia ſitis bonis, in *elvetiorum* demum poteſtatem delapſum, qui bello in præfectos Auſtriacos ſuſcepto ſæpius variis cauſis repetito alia aliaque ſubegere. Inprimis proſcripto ab Imperatore Sigiſmundo *Friderico Auſtriaco* fere quicquid ſupererat armis Helvetiorum, ad c ab Imperatore excitorum, ſuperatum, & dein in eorum manibus relictum, nunc oque remanet. conf. Oeſterr. Ehrenſpiegel. c. 4. p. 420. ſeq.

Duplex.

Comites principali dignitate.

§. LXIII. *Alſatiæ* quoties mentio facta, intelligendus eſt laterculus *rubeus impreſ. altheo aureo* (aliqui argenteum malunt) *cum ſex ejuſdem metalli coronis ad oram colocis.* Sed & ornamentis ſuis balthei *extrema* afficiuntur. Unde *Aeg. Gelen. de m. Agripp. magn. L. 2. ſ. 15. p. 164.* vocat *inſtitam obliquam reticulatam, veluti mitella eutringis pratextatam.* Baltheus dexter eſſe debet, eſt tamen ubi etiam ſiniſter pinr, in quo ſitus diſcrimine noſtros olim non valde religioſos fuiſſe, ſæpius obſervaeſt. *Coronarum* autem Alſatiæ datarum rationem *Wolfg. Laz.* apud *Th. Hæping. de ſ. p. 367.* ex eo allegat, quod tot principes habuerit palatio regio Francico præfe- majores domus. Apex Alſatiæ eſt, coronatæ galeæ impoſitum *ventilabrum octan-, cujus anguli globulis & pennis pavoninis exornantur, ipſi vero typus ſcutarius in-*

Alſatiæ teſſera.

ſcribitur. vid. Wapenb. 2. p. 6. Alibi in ſigillo diplomatis Friderici III. Imp. 1471. dati vidi, tantum 6 coronas & quidem antiquo more radioſas, intermedio baltheo vel ſcipione tranſverſo galeæ incumbere. Laciniæ ſunt ex auro & cocco.

Ejus Dominii.

§. LXIV. Alſatia veteris *Alemanniæ* pars (unde Oeſterr. Ehrenſpiegel L. 1. c. 3. pag. 19. 40. **Das Allmanngau hat ſich nachmahl zweygetheilet / und iſt das obere theil** Svevia **oder Schwabenland / das eine aber alwo die rechten alten Alemannier ihren ſitz behalten** Alſatia, **Alſaß oder Almanſitz / nicht aber Edelſaß oder Illſaß / weil auch in andern ländern Edle geweſen / und der Illſtrom nicht das gantze Elſaß durch flieſſet / genant worden.** De etymologia tamen me non præſtitero fidejuſſorem, qui ab *Ello* i. Illo, *Elſattum* pagum dictum mallem) ſuos ſub Francorum regibus habuit *Duces* & *Comites*. Ita *Adelricus*, qui circa 720. denatus eſt, *Alſatiæ Dux* nominatur, ut & *Adelbertus* ejus filius. Inde *Landgraviorum* nomen in uſu fuit, atque hæſiſſe videtur in familia Comitum *Egesheimenſium*, ſ. *Hugenesheimenſium*, qui ex *Gerardo* orti ſunt, *Theodorici Ducis Lotharingiæ* ſuperioris minore filio: unde colligere videor, in hujus majoribus eandem dignitatem cum reliquis junctam & *Lotharingiæ ſuperioris* nomine comprehenſam fuiſſe. Gerhardi poſteritas defecit in *Henrico* 2. vel 3. qui 1238. ſine liberis deceſſit. Cum vero duas habuiſſet ſorores, quarum altera Alberto (al. Burchardo) C. *Hohenbergio*, altera Ludovico (ſeu Contrado) C. *Oetingenſi* nupterant, hæ ſucceſſere in Alſatiæ ditionibus. *Oetingenſium* portio dein à poſteris 1358. *Epiſcopo Argentinenſi* vendita eſt. Sed *Hohenbergii* filia *Anna Rudolpho Imperatori* jus ſuum attulit, Sed & ante hæc plurima in Alſatia poſſidebant Rudolphi majores, utpote ex Comitum Alſatiæ ſanguine orti. Unde jam duodecimo ſeculo Albertus dives Habſpurgius *Landgravii Alſatiæ* uſus eſt titulo. vid. *Chifflet. Alſ. vindic.* c. 1. Acceſſit dein in *Egesheimenſium* (quorum nomen ab Egesheim ſ. Egenesheim ſ. Hugenesheim à conditore Hugone, qui ex Alſatico-Habſpurgico ſanguine, appellato caſtro) hereditatem ſucceſſio. Et tandem acceſſit etiam *advocatia* ſ. *præfectura provincialis Alſatiæ* & inprimis ejus Decapoleos, quæ cum aliquandiu *in Palatinorum* fuiſſet manu, ad Auſtriacos tediit. Cæterum pace Monaſterienſi ob commune Imperii bonum Sereniſſima domus Auſtriaca cum Briſaco opido Landgraviatu ſuperioris & inferioris Alſatiæ, Sundgavia & illa præfectura provinciali ceſſit, eaque ad Regem *Galliæ* transferri permiſit.

Venit ad Auſtriacos.

Nunc ad Gallos.

Kyburgum.

§. LXV. *Kyburgi* comitatus deſignatur *ſcutulo coccineo, quod permeat baltheus dexter aureus, utrinque comite leone ejuſdem metalli* (vid Wapenb. 2 p. 14. ubi baltheus ſiniſter eſt, uti noſtris parum intereſſe viſum.) Nomen habet ille à caſtro *Kyburg* in *Turgoia* non procul Winterthurio ſito. Comites creduntur orti ex *Ruthardo Duce Alemanniæ*, Eberhardi fundatoris Murbacenſis filio, Warini qui Carolomani Palatio præfectus fuerat fratre. Defecit ea in duobus *Hartmannis*, quorum junior 1263. patruus ſenior 1264. deceſſere. Hujus ex ſorore nepos, illius amitinus erat *Rudolphus Habſpurgius*. Et quidem hereditatem Hartmannus ſenior fere eripuerat, cum qui antea Rudolphum dilexiſſet, ab eo bello petitus & offenſus eſſet, unde Epiſcopatui *Argentoratenſi* comitatum ſuum donavit, & ab eo iterum feudo accepit. **Oeſterr. Spiegel der ehren/** L. 1. c. 4. pag. 54. Inde donationem impatientia factam revocare quidem conabatur Hartmannus, ſed Epiſcopus Waltherus Geroldseckius, ut cederet, non poterat permoveri. Unde Rudolfus civitatis Argentoratenſis adverſus Epiſcopum partes ſuſcipit, & hunc graviter affligit; cum vero victus 1263. & paulo poſt mœrore mortuus eſſet, Henricus ſucceſſor Rudolpho inſtrumentum donationis Kyburgiæ reſtituit, & pacem fecit. Cum vero uterque Hartmannus mortui eſſent, ſucceſſionem cum *Eberhardo* patrueli ſuo Hartmanni ex Eliſabetha filia genero ita partitus eſt, ut Eberhardus acciperet *minorem Burgundiam*, cum *Burgdorfio, Thunio & Friburgo Vchtlandiæ*, quæ Wernero Kyburgio Anna Bartholdi D. Zeringenſis ſoror attulerat, *Rudolfus* retineret comitatus *Kyburgium, Badenſem & Lenzburgium*. Cæterum Kyburgum cum Turgoia aliquoties oppignoratum, inprimis à Sigiſmundo Imperatore Tigurinis 1424. Iterum Fridericus III. ut tutor Sigiſmundi Ducis recepit; ſed Tigurinis demum Sigiſmundus multo argento accepto reliquit, qui nunc quoque poſſident. Apex eſt ex galea coronata *prorumpens leo rubeus coronatus & pavoninis pennis faſtigiatus, cujus dorſum ſimilibus exornatur pennis*. Laciniæ etiam cocco & auro tinguntur. Porro unde *de la Chieza* (ap. Meneſtr. L'art du blaſon juſtif. p. 63.) ſuum hauſerit ignoro, cum Kyburgii comi-

tibus in Helvetia, hi vero ipſi ſunt noſtri, dat in parma aurea faſciam rubeam, :juſdem metalli duabus tæniis comitibus.

§. LXVI. *Pfiretenſis* ſ. *Ferretenſis*. ſ. *Phyretarum* comitatus in extrema Alſatia ſ. ;oja,cujus majorem partem complectitur,ſitus deſignatur ſcuto *rubeo* in quo *duo nes ſ. trutta ſ. barbati mulli aurei* conſpiciuntur. Comites rexere ditionem illam iares,&quidem ſunt qui Theobaldum Ottberti Habſpurgici fratrem primum co- n deſignant. Alii(conf. *Blondell. geneal. Reg. Franc.* p.2.) *Fridericum* primum Pfire- i comitem faciunt filium *Theodorici C. Barenſis*,& fratrem Reinaldi C. Barenſis, vici C. Monſonis, Theodorici C. Montisbelgardenſis, & Stephani Ep. Metenſis. 'e videtur huic ſententiæ ſcutum, ejuſq; *δῆγμα mulli barbati, Barrenſibus & Mon- ardenſibus* cõmune cum Pfiretenſibus. Quicquid vero ejus ſit, *Theobaldus* comes Comitatum 1000. marcis argenti Epiſcopo Baſileenſi vendidit, atque iterum feudo it. Marium ex ea gente ultimus fuit *Vlricus*, qui cum duas haberet filias *Ioannam* & *m*, ab Epiſcopo Gerhardo pro his ſucceſſionis jus acquiſivit, ſi tamen Pontifex ntiret, quem ipſe Ulricus Avenione adiit,& cum major natu filia Latino ſermone m hanc à Pontifice rogaſſet, obtinuit: unde Vitalis archiepiſcopus Veſontinus ficio nomine confirmavit ſucceſſionem. Joanna 1324. nupſit *Alberto Duci Auſtriæ*, ita ſucceſſionem comitatus, ſed tanquam feudi Baſileenſis, illi attulit, numeratis æ 8000. marcis argenti. Inde in poteſtate Auſtriorum manſit, donec cum a Alſatia in poteſtatem Galliæ concederet. conf. de illis Oeſterr. Spiegel ;ren. L. 1. cap. 5. pag. 47. 3, 4. p. 294. Cæterum 1654. nomine Epiſcopatus *Ba- is* in Comitiis Ratisponenſibus ſcriptum exhibitum de jure, quod Epiſcopus Ba- is in comitatum illum habeat,&quod jus illud in Regem Franciæ per Inſtrumen- acis translatum non ſit: quod inſeruit ſuis *Limn. Iur. publ. add. T. V. ad* 4,7. p. 255. Ex quo plurima memoratu digna obſervari poſſent, inprimis quomodo demum lpho Auſtriaco 1361. certis conditionibus comitatus ille à Baſileenſi Epiſcopo con- ſit. Porro apex hujus comitatus eſt, ex coronata caſſide exurgens *virginea ima- onata, coccoinduta, duobus piſcibus aureis loco brachiorum lateribus aptatis*. Laci- nt aureæ & rubeæ.

Pfiretenſis ſ. Ferretenſis Comitatus.

. LXVII. *Goritienſe* ſymbolum jam exhibeamus, quod eſt parma *oblique* Goritia. *x angulo dextro; priori dextra areola argenteis & coccineis ſiniſtris baltheis exa- ſteriori cærulea impreſſo leone aureo.* (Iterum diverſus pingendi modus eſt, cum leo, uti Wapenb. P. 2. p. 20. & in Oeſterr. Spiegel der ehren. L. 3. c. 8. p. 344. balthei, uti allegavi, priorem locum occupent.) Porro *comitatus* ille *principali te* conſpicuus, *Forum Iulii* ornat, & Carinthia, Carniola, Iſtria & Vinidorum ia concluditur. Meinardus 2. Comes Goritiæ, qui ex *Andechſiis* proſatus creditur, eidim uxorem habuit, Alberti C. Tirolis & Guthæ Meraniæ filiam, unde par- rolenſis comitatus acquiſivit. Eo geniti Meinhardus III. & Albertus II. quo- e Tirolenſem familiam propagavit, donec ad Auſtriacos delaberetur ſucceſſio, idimus §. 40. *Albertus* vero reliquos *Goritiæ* comites proſevit: Ex quibus ulti- *onhardus* 1500. inprolis deceſſit, & ex pacto inter fratres illos de mutua poſte- ſucceſſione ad Maximilianum hæc delata eſt. vid. Oeſterr. Ehrenſpiegel. L. 2. .1129. Apex eſt coronatæ galeæ impoſitus *pileus turbinatus, argenteus, crucieu- trifoliis* (an forte maculis pontici muris;) ornatus,& *erectis plumis ſtruthioni- enteis* faſtigiatus. Laciniæ hinc cæruleæ & aureæ, illinc argenteæ & rubeæ.

LXVIII. *Carinthia* etiam ex præcipuis principatibus eſt Auſtriacis, Salisbur- Carinthia. iæceſi, Styria, Cileia, Carniola, Foro Julii & Tiroli concluſus. Deſignatur clypeo *o*, ut *altera prate areolam rubeam facia dividat argentea* (huic inſcriptum decuſ- oliatum in Oeſterr. Spiegel der ehren. L. 3. c. 5. p. 312. pictoris errori attribuo) *alte- am tres gradientes leones impleant*. Cæterum modo hæc modo illa pars dex- :ationem occupat, unde vix habeo, quod certum aſſeram. Ipſa hæc provin- *iorum veterum* ſedes: inde diu *Bavariæ* paruit. Carolus M. victo Theodone tinthiæ *Ingevonem* Com. ex Francis ducem præpoſuit, qui paulatim etiam no- n, vulgo jam ad Chriſtiana ſacra à Modeſto converſo, ad eadem traduxit. In i gratiam Carolus principatum hunc *Archiducatus* dignitate ornaſſe 791. per-

Inde plures ordine ſucceſſere à Francis aut Bavaris conſtituti Duces. In- 89. ab Ottone III. *Otto* Hermanni Sveviæ ducis frater, qui *tres leones Svevicos* clypeo

clypeo Carinthiæ attuliſſe dicitur, (unde apparet, παράγραμμα eſſe, quando à Sibmach. Wapenb. 1.pag.4. enunciantur *tres aquilæ*, quomodo etiam vitioſe repræſentantur Wapenb. P. 5.p.29. in ſcuto archiducum Maximiliani, Leopoldi & Caroli Joſephi.) cui in tertiam generationem poſteri ſucceſſere. Tum *Welfo Altorfii* comes ducatui præfectus eſt, iterum *Bertholdus D. Zeringiæ*, ſed cito remotus, Inde *Marquardus C. de Muerzthal* 1073. ſuffectus eſt, & poſt eum filii *Leopoldus & Henricus*. Dein 1127. *Erbo C. Palatinus Regensburgius* : tum 1140. *Engelbertus Comes Spanheimius* & Ortenburgius, in cujus poſteris 130. annis permanſit ducatus. Demum *Vlricus III.* ex illis, cum prole careret, frater autem Philippus Eccleſiaſticam vitam ſectaretur Archiepiſcopus Salisburgenſis & patriarcha Aquilegienſis, ab avunculo *Ottocaro Bohemiæ rege* perſvaſus, ei ducatum *vendidit*. Itaque Ulrico 1269. extincto, *Ottocarus* principatum occupat, *Philippum* qui ſucceſſionem ſibi vendicabat capit, qui etiam 1278. in cuſtodia mortuus eſt, ſed Imperatore electo Rudolpho iſte ducatum imperio 1276. reſtituere cogitur. Hic 1282. *Meinardo C. Goritiæ & Tirolis*, marito viduæ Ulrici, Ducatum contulit. Cum vero ejus filius Henricus 1331. extinctus eſſet, ut ægre Joanni Regi Bohemiæ faceret, Ludovicus Imperator Ducatum *Ducibus Auſtriæ* Henrici ex ſorore nepotibus, ob pacta inter Rudolphum Imp. & Meinardum, contulit. Ortum quidem ex eo cum Margareta Maultaſchia dicta, Henrici filia, bellum, ſed demum res compoſita, & ex eo in domus Auſtriacæ poteſtate Ducatus permanſit. Ab *Auſtriacis faſciam illatam* ſcuto exiſtimo. conf. Oeſterr. Spiegel der ehren L.3.c.5. De ſcuto ita canit poëta.

Qui bis centeno tumet auctus flumine Dravus
Et terram & ſcutum principis amne ſecat.
Montes auriferos (riget hic quoque Taurus & Alpes.)
Aureus in clypeo campus & ipſe notat.

Die berühmte Draw man ſiht hier das land und ſchild durchſchneiden
Die als Ströme Princeſſinne/ trinckt zweyhundert waſſer ein.
Taurus hie/ der teutſche Taurus/ und der Alpen ſchweſtern/ ſeyn
Gold beertzet: drumb in gold ſich das wapenſchild wolt kleiden.

Galeæ Carinthiorum coronatæ imponuntur *cornua duo rubea faſcia argentea diſtincta* (in Wapenb. 2.p.20. alterum cornu auro tingitur.) *utrinque prominentibus 4. bacillis, ex quibus terna dependent folia.* Laciniæ hinc aureæ & nigræ, iſthinc argenteæ & rubeæ.

Vinidorum marchia.

§. LXIX. *Vinidorum Marchiæ* non minus in ſcutis mentionem expoſitam vidimus; Ejus ſymbolum eſt *in aurea area pileus Cardinalitius niger, ora minio prætexta, loris concoloribus.* Hanc teſſeram *Chiffletius* interpretatur *Sclavoniam*, ſed regni illius §.30. aliud vidimus σῆμα, nec in imam ſcuti partem rejiceretur nota regni. Sed & *Varenn.* Sclavoniæ Duci tribuit argenteum ſcutum impreſſum pileo aureo, coronato cocco (*d'argent au Chappeau double de toile d' or, couronné de gueules*; Forte legendum, chapeau de ſable doublé de toile d'or) Notari dixi *Vinidorum Marchiam*, quæ Carniolæ juncta cum ea ad Auſtriacos devenit. Apex eſt coronæ impoſitum *ventilabrum typo ſcutario inſigne, octangulum, ſingulis angulis globulis adjectis, & pavoninis pennis.* In Wapenb. 1.p.4. & 2.p. 13. aurum ſcuti in argentum commutatur, quæ & *Varenii* R. d'arm. P.3.p.743 ſententia eſt. Aurum tamen agnoſcit etiam Oeſterr. Ehrenſpiegel. L.1.c.3.p.179. & Chiffletius.

Portus Naonis.

§. LXX. *Portus Naonis* ſ. *Portenavv* dominium deſignatur ſcuto *coccineo argento tranſverſe faſciato, toti ſuperimpoſita porta decumana aurea, triplici crepidine pinnata, & viridi colle tricipiti ſuſtentata, foribus aureis apertis ferro inſtructis.* Uti *Chifflet.* enunciat. Quam hic portam diximus, *altare* vocat Sibmach. Wapenb. 2.p.4. Ita in Oeſterr. Ehrenſpiegel. L.3.c.3.p.235. figura etiam pingitur, ut in medio altaris tabula Chriſtum crucifixum & comites utrinque cruci aſtantes repræſentare videatur. Sed Portæ notio cum nomine magis convenit. Wapenb. 2.p.20. quod medium in porta eſt argento pingitur. Apex eſt ſimilis *portæ impoſitæ coronatæ galeæ.*

Comitatus Cilejenſis.

§. LXXI. *Cilejenſis* comitatus quadripetito laterculo repræſentatur, ut 1. & 4. *areola cærulea ternas ſtellas ſex radiorum aureas* referat. 2. & 3. *argentea duas faſcias rubeas contineat.* Cæterum comitatus in *Styria* ſitus eſt. Primus ejus comes creatus eſt *Fridericus* L. B. de Saaneck. Ex poſteris ejus *Ludovicus* ex adoptione Friderici Comitis comitatum *Ortenburgicum Carinthiæ* obtinuit. Ultimus comes fuit *Vlricus III.* qui ordini

ini *principum* aſcriptus 1456. à Ladislao Corvino cæſus eſt. Ob hoc ſucceſſionem ; ſine maſculis defuncti ſibi aſſeruit *Fridericus III. Imperator, & imperii nomine & Sty-*

Competitores erant *Ladislaus* agnatus Ungariæ rex, & *Ioannes C. Goritienſis*: un- ad bellum res devenit, quod Ladislai morte deſiit. conf. Oeſterr. Ehrenſpiegel. L. 1. . p. 635. Cyr. Spangenb. Adelſp. L. 10. c. 25. p. 280. ita: **Iſt nach abſterben Graf :ich des letzten/ von Käyſer Friederich dem Dritten/ dem Hauß Oeſtereich egen der verwandnuß und etlicher verträge) eingeleibt worden.** Apex comi- is eſt duplex galea coronata, quorum *alteri impoſitum jugum alarum complicatum, ı faſcia*, alteri *faſciculus plumarum ſtruthionicarum candidarum*, quem apicem Cile- ibus etiam aſſignat Wapenb. P. 2. p. 20. Laciniæ ſunt hinc aureæ & cyaneæ, iſthinc enteæ & rubeæ. Henninges apicem caudam pavoninam tribuit. Cæterum comi- is hic Cilejenſis inter vulgatos teſſeraprotos relatus eſt, **deß Reichs Viergrafen :r.** Comitatum *Sternberg in Carinthia*, cujus comites alioquin etiam Com. de Mala- & Treven dicti, ultimus comes *Waltherus* vendidit *Meinardo C. Ortenburgio*, n vero hujus nepos *Fridericus* 1418. moreretur, comitatus teſtamento *ad Cilejenſes*, um hac ſucceſſione ad Auſtrios venit. Cyr. Spangenb. Adelſp. L. 10. c. 15. p. 298. Co- nt peritiores, an ſtellæ hunc comitatum deſignent?

§. LXXII. Supereſt areola bipertita, cujus altera pars *palis argenteis & coccineis* di- guitur, altera *aurea aquilam nigram* refert. Chiffletius, quod §. 47. retuli, interpreta- *Eneſo*. Intelligitur vero *ſuperior Auſtria ſupra Anaſum*, quam vocare ſolent **Land- ob der Enß**. Unde in exequiis Friderici Imperatoris inter vexilla provinciarum pri- m hoc geſtatum lego Oeſterr. Ehrenſpiegel. L. 5. c. 41. pag. 1077. Cæterum diſtin- n geſtamen hujus provinciæ à reliqua Auſtria eſt, quia ſeorſim acquiſita: nam 1156. ı Marchio Auſtriæ Henricus Bavariam Henrico ſuperbo reſtituere juberetur, hanc onem retinuit. In diplomate Friderici Imp. ita verba ſonant. (Oeſterr. Eh- ſpiegel. L. 2. c. 2. pag. 168.) *Litem & controverſiam, quæ inter chariſſimum noſtrum pa- um Henricum Ducem Auſtriæ & inter nepotem noſtrum chariſſimum Henricum D. Sa- æ diu agitata extitit, ſuper Ducatu Bavariæ, & ſuper Marchia à ſuperiori fluminis e Anaſi, terminavimus hoc modo: quod Dux Auſtriæ reſignavit nobis Ducatum Bava- & dictam Marchiam, quos tenebat. Qua reſignatione facta mox eundem Ducatum Ba- æ in beneficium contulimus Duci Saxoniæ. Prædictus vero Dux Saxoniæ ceſſit & re- ciavit omni juri & actioni, quas habebat ad dictam Marchiam, cum omnibus ſuis juri- & beneficiis. Ne autem in hoc facto honor & gloria patrui noſtri chariſſimi aliquate- minuatur, de conſilio & judicio principum, illuſtri Vladislao D. Bohemiæ ſententiam vulgante, quam cæteri principes approbabant, Marchionatum Auſtriæ, & dictam Mar- n ſupra Anaſum commutavimus in Ducatum, &c.*

Superior Auſtria ſ. principatus ſupra Anaſum.

§. LXXIII. Huic ita in variis diſpoſitionibus deſcripto clypeo plerumque imponi- ileus *Archiducalis*, latus nimium rubeus ora reducta pontici muris vellere facta, radi- iata & circulis in ſuperiori parte coeuntibus, crucicula etiam illis impoſita. *Chifflet.* nunciat: *pileus coccineus, vellere pontico, ſeptenis acuminibus cochleatim reductus.* ter. Spiegel der ehren. L. 2. c. 3. p. 183. ſchema exhibetur qua ratione pileus ille cipum Auſtriorum paulatim fuerit immutatus. Primo enim vulgari modo, quo lerumque etiam uti ſolent principes. Inde *radios* adjecit *Fridericus Barbaroſſa* 1156. Henricum ducem creaſſet: **Daß er und ſeine nachkommen hinfüro einen ſtenhut mit güldenen kron ſpitzen/ von den alten** corona roſtrata **genand/ füh- und tragen:** verba diplomatis ita habent: *ſuppoſito pileo ducali circumdato ſerto ito.* Leopoldo glorioſo Duci Henricus Rex Rom. 1228. pileum regali corona au- ita ſonant verba: *Eidem Illuſtriſſimo Principi Leopoldo D. Auſtriæ & Styriæ cunctis ſi- quacibus hanc largiter concedimus dignitatem, ut ſui principatus pileo noſtræ regalis æ diadema ſolenniter ferre poſſit.* Inde cum Fridericum Bellicoſum Fridericus II. rator *regẽ* feciſſet, addidit circulis coronæ clauſæ in ſummitate *cruciculam*: **Er hat : und dem Hauß Oeſterreich nicht allein den von ſeinem Anherren Käyſer ɔrichen l. empfangenen Freyheitsbrieff beſtättiget/ ſondern ihm auch auffs / dieſe beſondere Freyheit ertheilet/ daß er und ſeine nachkommen oder nach- re/ auff dem Fürſtenhut über gedachte ſpitzen und bögen auch zu oberſt/ das en creutzlin tragen und führen ſolten.** Verba diplomatis 1245. dati ita habent: *dimus etiam noſtro Illuſtri Principi Duci Auſtriæ crucem noſtri diadematis ſuo Prin- pileo ſufferendam.* In hunc pileum illa extant diſticha:

Pileus archiducalis.

Digitized by Google

Auſtria regis opes habet, ac Regalia ſerta;
Regia & Auſtriacos mens regit Archiduces.
Quodque aberat, nomen regis, tria regna dedere:
Auſtria, cuncta ſimul regia, dives habet.

Oeſterreich hat Königsreichthum/ es trug einen Kontgshut:
Seiner Ertzhertzogen Hertzen/ waren auch voll Königsmuth:
Fehlte nur der Königsnahm/ den drey Königreiche gaben.
Alſo ſiht man Oeſterreich alle Königs gaben haben.

Apex Auſtriorum. §. LXXIV. Aliquando additur galea (ut in Wapenb. 1. p. 4. n. 2.) coronata, & *cauda pavonina* faſtigiata. Quod inſigne eſt *Auſtriæ*, cum plurimis tamen familiis comune. *G. Horn. orb. polit. c. 4. n. 2. f. 3.* refert ob id Helvetios magno odio proſequi pavones. *Cauſa, quod Duces Auſtriæ in galea ſua habeant caudam pavonis: unde Helvetii illam avem in tota ſua ditione extinxerunt, ac ſi quis pennam pavonis in pileo geſtaſſet, is à proximo Helvetio obviante absque ulteriori interrogatione fuiſſet interfectus. Exemplum judicrum hujus contra pavones odii refertur tale: Quidam Helvetius vitrum vino repletum in menſa ante ſe ſolis radiis expoſitum habebat, cumque ſol, ut naturaliter fieri ſolet, in vitro ſpeciem caudæ pavonis exhibuiſſet, quodam ex adſtantibus dicente: En pulcram caudam pavonis: ſtatim Helvetius inter multas Domus Auſtriacæ execrationes, ſtricto gladio vitrum illud tanquam hoſtem libertatis Helveticæ in minutas partes confregit.* Alibi non intermedia galea, Archiducali *pileo* imponitur cauda pavonina. Ita de Carolo V. Chifflet. Eq. A. V. n. 114. *Apex, pileus archiducalis, pavonina cauda faſtigiatus.* Quod etiam aliis tribuit. In Wapenb. 1. p. 4. num. 2. illud peculiare eſt, quod leo pingitur per galeam proſpiciens anterioribus pedibus ſcutum tenere, poſterioribus infra ſcutum protentis. Maximiliano II. adhuc Bohemiæ regi Chifflet. num. 188. tribuit pro apice *aquilam exorientem argenteam, auro coronatam & roſtratam.*

Lacinia. §. LXXV. Circa *phaleras* etiam variatum vidi. Modo enim pinguntur apud Chifletium, *aureæ & hermionicæ* in Maximiliano I. *aureæ & coccineæ* in Carolo V. qui tamen Imperator etiam *aureas & hermionicas* uſurpavit. *Argenteæ & rubeæ* in Maximiliano II. In Ferdinando archiduce, hinc ex *auro & cyano*, iſthinc *ex argento & cocco*, in Matthia *aureæ & coccineæ*, in Alberto *aureæ & hermionicæ*, in Ferdinando II. Imperatore *hermionicæ & coccineæ*. In Leopoldo archiduce iterum dextro latere *aureæ & caruleæ*, ex lævo *argenteæ & rubeæ*.

Telamones. § LXXVI. *Telamones* Gabriel Bucelinus Geneal. Germ. not. T. 1. p. 3. duos *gryphos* addit, qui etiam conſpiciuntur in ſigillo Maximiliani I. Nec non moderni *Auguſti* in Oeſterr. Spiegel der ehren. L. 6. c. 21. pag. 1399. Ex eo leone qui per galeam proſpicit Wapenb. 1. pag. 4. non improbabile eſt, etiam leones adhiberi. Habſpurgici comites ſolebant duos *accipitres* ſcuto dare comites, forte ob nomen Habich.

Titulus. §. LXXVII. Plures titulos cumulare non ex uſu eſſe reor, ſed contentus ero enumeraſſe Auguſti nunc feliciter regnantis titulos: *Leopoldus Dei Gratia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Vngariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucenburgi, Wirtenbergiæ, utriusque Sileſiæ, Princeps Svevia, Marchio S. R Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, utriusque Luſatiæ, Princeps Comes Habſpurgi, Tirolis Pfiretarum, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alſatiæ, Dn. Vinidorum Marchiæ, Portenaviæ, & Salinarum*, &c. Rationes ex ſuperioribus petere facillimum. Brabantiæ, Lucenburgi Ducatus, Marchionatus S. R. Imperii, dominium Salinarum ex hereditate Burgundica provenientia, illo laterculo ſimul indigitari intelliguntur. Unde de illis agetur in ſcuto Hiſpanico. Sicuti etiam ſub *Vngariæ & Bohemiæ* regnis contenta regna vel provinciæ ob eam cauſam ſcutis ſupra deſcriptis exulant.

Veterum ſcuta. Alberti I. §. LXXVIII. Antequam claudamus hoc caput, exhibebimus ex Oeſterr. Ehrenſp. ſcuta veterum Ducum Auſtriæ ex hac gente P. 248. *Alberti I. Imperatoris* repræſentatur clypeus inſignis aquila Imperiali, quæ pectore defert parmulam *Auſtriaco, Styrio, Carniolenſi & Habſpurgio* ſymbolis conſtantem. Ibid. & p. 304. *Henrici Ducis* repræſentatur clypeus quadripertitus: cujus primâ areolam *faſcia Auſtriaca* ſecundâ ſymbolum *provinciæ ſupra Anaſum*, tertiũ laterem *caruleum* ornant *duo leones aurei gradientes*, ſed quid notent

Henrici.

non

Digitized by Google

ɔn capio: ultimum *argenteum* diſtinguit *palus niger, capite ſcutario adjecto rubeo*: qua
ſſera *Com. Badenſis* in Helvetia notatur, quam *Richenza* Arnoldi ultimi Comitis filia Baden. Com.
Kyburgiam gentem intulit, unde ad Habſpurgios devenit, ſed nunc in Helvetiorum
t poteſtate. P. 304. *Leopoldi Ducis* ſcutum ex ſymbolis *Alſatico, Habſpurgio, Kyburgio &* Leopoldi.
rgovie quadripertitum eſt, toti incubante ſcutulo *Auſtrio*. P. 337. *Alberto II.* datur ſcu- Alberti II.
m quadripertitum ex teſſeris *Styria, Carinthia, Habſpurgia, Carniolenſi, Auſtria* parmu-
medium denuo occupante locum. Ibid. *Rudolphi* clypeus duabus tranſverſis & tri- Rudolphi.
ıs perpendicularibus lineis in laterculos 12, præter medium ſcutulum *Auſtrium* ſeca-
ır. Illorum ordo iſte eſt 1. *Carniola*, 2. *Carinthia*, 3. *Styria*, 4. *Svevia*, 6. *Kyburgum*, 7.
abſpurgum. 8. *Alſatia*. 10. *Burgovia*. Quatuor laterculi alibi nondum occurrerunt.
a quintus *cæruleus caſtro argenteo duarum turrium inſignitur*. Hoc deſignat comita-
ım *Lenzburgium* in Helvetia, qui cum Badenſi junctus ad Kyburgios & dein Rudol- Lenzburg.
hum Imperatorem venit. Nonus alveolus *tranſversâ lineâ ſecatur, ſuperiori parte ru-*
eâ, inferiori argenteâ. Ita *Hohenbergium* notari comitatum exiſtimo, quamvis alii ſi- Hohen-
ım colorum invertant. Illius comitatus ſucceſſio ab *Anna Hohenbergia* eſt, Rudolphi berg.
np. conjuge. Undecima areola *argenteâ roſâ rubeâ petiolo & foliis ſuis ornatâ ſuperbit*.
loc hieroglyphico deſignatur Comitatus *Rapperſchvvyl* in *Helvetia* ad Tigurinum la- Rapper-
ıum, quem ibi ponte 2000. paſſuum Leopoldus Auſtriacus ſtravit. Hic ſuos habuit co- ſchvvyl.
nites, quorum heres *Eliſabetha* eum *Rudolpho C. Habſpurgio* ex Lauffenbergiis attulit.
ed 1458. Helvetii ſubegere. Ultimus laterculus à ſculptore repræſentatur *quaternis*
ureis & rubeis exaratus faſciis. Si non erroris accuſare ſculptorem liceat, quid deſigne-
ur, ignoro. Si vero conjecturis locus, *Rinfeldenſem* comitatum (quem à ſuſceptore *Fri-* Rinfelden.
lerico Imperatore, *Rudolpho* donatum vel aliâ ratione in ejus poteſtatem redactum re-
ertur p. 38.) notari exiſtimo, ſatis olim celebrem ob Rudolphum Comitem, Sveviæ
Ducem & Henrico IV. oppoſitum Anticæſarem. Sed alibi illi comitatui *faſcia totidem*
lantur *argenteæ & rubeæ*. In Wapenb. 2. p. 15. *aureæ & cæruleæ*. Sed p. 378. ubi inſignia Leopol-
Leopoldi III. eodem plane ordine repræſentantur, itidem *argenteæ & rubeæ* faſciæ pin- di III.
guntur, ut ita ſculptorem prioris ſcuti πεζογράφος arguere jure poſſim, & de *Rinfelda*
ertior ſit conjectura. Ibidem *Hohenbergici* ſcuti ſuperiorem partem argento, inferio-
em minio pingit. Quod etiam Wapenb. 2. p. 12. videre eſt.

§. LXXIX. *Erneſti & Alberti VI.* inſignia p. 440. repræſentantur: illius ſcutum ex Erneſti & Alberti.
Styrio, Auſtriaco & Carniolenſi teſſera quadripertitum eſt: hoc quadras habet *Auſtriæ* Alberti III.
ſupra Anaſum, Auſtriæ ipſius, Hohenbergæ & Burgoviæ. P. 508. exhibentur ſcuta Albert- IV. V.
ti, III. & IV, nec non V. qui inter Imperatores ſecundus fuit, ejuſque filii Ladislai poſt- Ladislai.
humi. Priorum duorum clypeos non niſi familiaris faſcia ornat, tertius aquilam impe-
rialem ſed μονοκέφαλον refert, pectore ſuſtinentem ſcutulum ex *Bohemico leone* & *Vngari-*
co faſciis bipertitum, incubante toti parmulâ *Auſtriaâc*. Hujus ſcutum duæ tranſverſæ &
totidem perpendiculares lineæ in novem areolas ſecant, illo ordine. 1. *Vngaria*. 2. *Bohe-*
mia 3. *Dalmatia*. 4. *Croatia*. 5. *Auſtria*. 6. *Lucenburgum*. 7. *Moravia* 8. *Sileſia*. 9. *Luſatia*
inferior. *Lucenburgenſe* ſymbolum, cujus ſolius in ſuperioribus nulla mentio, eſt ex ar-
gento & cyano faſciatæ parmæ inſcriptus leo rubeus coronatus. Ejus jus à matre Eli-
ſabetha Sigiſmundi Imperatoris filia, Lucenburgiæ domus herede: à qua etiam regna
Ungariæ & Bohemiæ allata ſunt, ut ſupra vidimus. P. 562. repræſentatur ſigillum *Fri-* Friderici,
derici IV. Imp. quod *aquilam Imperialem unicipitem* exhibet ſtipatam *Auſtriæ veteris* IV. Al-
& novæ, Styriæ, Habſpurgi, Carinthiæ, Carniolæ, Tirolis, Pfiretarum, Vinidorum Mar- berti.
chiæ, Burgaviæ, Alſatiæ, Kyburgi: & ex lateribus *Portenaviæ & Provinciæ ſupra Ana-*
ſum ſcutis. P. 706. ejuſdem ſigillum exhibet *aquilam bicipitem*, & circa eam ſcutula
Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Habſpurgi. Ibidem *Alberti* ſigillum, in cujus me-
dio hæc ſcutula *veteris & novæ Auſtriæ atq; Styriæ*, in circumferentia vero viſuntur par-
mulæ *Carinthiæ, Carniolæ, Alſatiæ, Habſpurgi, Tirolis, Pfiretarum, Kyburgi, Burgoviæ, Vi-*
nidarum Marchiæ, Portenaviæ, principatus ſupra Anaſum.

§. LXXX. P. 1394. Repræſentatur ſcutum *Andreæ Auſtriaci Cardinalis*, quadriper- Andreæ
titum, in cujus prima quadra teſſera *Burgovia*, in ſecunda *Hohenbergia*, tertiæ aureæ in- Cardin.
ſcribuntur 3. cornua cervina cærulea, quod ſi recte expreſſit ſculptor *Nelleburgum* eſſe Nelleburg.
reor, qui Landgraviatus eſt, alias *Hegovia* dictus, habuitque olim ſuos comites & Land- Veldkirch.
gravios non incelebres, ex quibus 1066. Udo Archiepiſcopus Trevirenſis, & 1398. Fri-
dericus Epiſcopus Conſtantienſis electus eſt, & 1052. Eberhardus Nelleburgius cæno-

Digitized by Google

bium condidit, ex quo initia Scaphuſiæ civitatis. Hunc vero comitatum majori ex parte Auſtriacis parere, teſtis eſt *M. Zeiler. Itin. Germ.* P. 2. p. 343. Caput ejus eſt *Stockheim* ſ. Stockach. Quarta area argentea vexillum Eccleſiaſticum continet nigrum. Hoc *Veldkirchius* comitatus in Nebelgoia deſignatur, quem *Leopoldus* Dux 1376. à Rudolpho C. Montfortio 36000. aureis emit. Ei enim hoc ſymbolum datur **Oeſterr. Spiegel der ehren.** L. 3. c. 9. p. 354. 357. Licet in **Wapenb.** 2. p. 12. figura minio, area auro tingatur. Toti imponitur alia parmula bipertita, ex ſymbolo *Auſtriaco*, & laterculo argenteo, quem leo coronatus rubeus ornat: quid hoc leone notetur, ignoro niſi *Habſpurgium* dicamus: quod tamen ſi ſit, auro laterculus tingendus fuerit. Ita medio hoc ſcutulo origo Habſpurgo-Auſtira denotata fuerit; reliquis laterculis ditiones, quas ſo, las fratres *Carolus* & *Andreas*, quia impari matrimonio Philippinæ Welſetiæ nati, ab agnatis obtinuere potuerunt notantibus: unde principatuum hereditariorum nullum in hoc ſcuto veſtigium apparet.

Caput X.

Bellovillerii. Duc. S. Aniani.

ARGUMENTUM.

1. *Bellovillerii. Dux S. Aniani.*
2. *Sanbriſſon LaFerte Hubert. Eſtouteville.*
3. *Tremonille. Sully. Bourbon.*
4. *Challon. Burgundia. Huſſon.*
5. *Pictavii. Sabaudia. Clerment.*
6. *Beauvilliers.*
7. *Vetus diſpoſitio.*
8. *Apex Telamones.*
9. *Renati Bellovillerii majores.*

§. I.

Bellovillerii. Dux S. Aniani.

IN Carnutibus illuſtrem locum à pluribus ſeculis habuere *Bellovillerii* dynaſtæ (*de Beauvilliers*) ex quibus deſcendit Illuſtriſſimus *Dux Sancti Aniani* (*Duc. de S. Aignan.*) cujus hic ſcutum conſideramus.

Sanbriſſon.

§. II. Hoc quatuor quadras majores continet, quarum ſingulæ in totidem minores diſpeſcuntur. Prima quadra major, areola primâ & quartâ *Sanbriſſonium* σῆγμα, ſecundâ & tertiâ teſſeram familiæ *de la Ferté Hubert* continet, illis vero incumbit parmula media *Tuttavillana* ſ. *Eſtouteville. Sanbriſſonium* inſigne eſt laterculus cyaneus liliis argenteis ſparſus. *La Ferte Hubert* utitur areola cærulea plinthidibus aureis ſtrata, & leopardo ex eodem metallo ornata. *Tuttavillanorum* σῆγμα fuit parmula faſciolis argenteis & rubeis exarata, leone inſcripto nigro. Integer vero hic quadrans aſſumtus eſt ob *Aleidam* Dominam *d' Eſtouteville & de la Ferte Hubert*, quæ *Ioanni Dn. do Beauvilliers* nupta hereditatem genti intulit.

La Ferte Hubert Eſtourcville.

Tremonille. Sully.

§ III. Secundus quadrans iterum quadripertitus; primâ & quartâ areolâ cæruleâ molulis echinatis argenteis ſtratâ leonem aureum exhibet; ſecundâ & tertiâ cyaneâ liliis Francicis conſitâ, ſcipionem rubeum toti inductum ſervat: His incumbit media parmula aurea cum cantherio rubeo, comitibus 3. aquilis cæruleis, quarum crura & roſtra tinguntur minio. Hæc media parmula *Tremolliorum* teſſeram continet ob Antoniam Caroli Huſſonii conjugem, Luiſæ Huſloniæ matrem, filiam Georgii Dn. Tremollii M. cubicularii Francici, qui 1446. deceſſit. Ejus vero Georgii mater fuit *Maria* f. & heres Ludovici Dn. de Sully, ob quam *Sulliaca* teſſera, quæ eſt inter echinatas molulas leo, hic conſpicitur. *Borbonia* vero teſſera, quæ quadram ſecundam & tertiam conſtituit, à Mariæ illius Sulliacæ avia paterna *Margareta* f. Ludovici D. Borbonii, uxore Joannis Dn. Sullii repetenda eſt.

Bourbon.

Challon.

§. IV. Tertius quadrans, quadrifariam ſectus, areolâ primâ & quartâ rubeis, aureum baltheum *Cabillonorum*: ſecundâ & tertiâ limbum rubeum ternis aureis & cæruleis baltheis circumdatum *Burgundicæ* familiæ prioris continet: toti impoſitâ parmulâ cæruleâ cum 6. aureis annulis, quod emblema eſt gentis *Huſſoniæ*. Hujus ſymbolum in ſcuto geſtatur ob *Emerici de Beauvilliers* uxorem, *Luiſam Huſſoniam*, Caroli Huſſonii C. de Tonnerre & Antoniæ Tremolliæ filiam. Caroli autem avus fuit *Oliverius Huſſon*, cubicularius Caroli VII. regis, cui *Margareta Ludovici Cabillonii C. Tonnerenſis* filia nupſit. Ob hanc baltheus *Cabillonenſis* geſtatur. Cabillonia gens originem trahit ab Ottone Guilelmo celeberrimo Comite Burgundiæ, de quo in Epitaphio:

Burgundia. Huſſon.

Qui Ducis ac Comitis gemino ditatus honore.

Hujus

Hujus Ottonis Guilelmi filius Guido Comes Belnenſis, qui ante patrem 1004. deceſſit, uxorem habuit Eliſabetham filiam Lamberti Cabillonenſis, unde filius Theobaldus Comes Cabillonis avunculo Hugoni ſucceſſit, & filium habuit Hugonem, qui 1075. deceſſit, heredibus conſanguineis Vergiacis: ex quibus ei ſucceſſit Savaricus, præfatæ Eliſabethæ ex altero marito Guilielmo Vergiaco nepos. Hic Cabillonenſium novus tutor, pater, avus, proavus Guilelmorum primi, ſecundi, tertii; Quorum hoc nata eſt Beatrix uxor Stephani I. C. Axonæ in Burgundia, quæ 1227. extincta eſt. Porro Stephanus ille ex eodem ſupra memorato Ottone Guilelmo deſcenderat, & comitatum Burgundiæ contra Ottonem Meranium ſibi adſerebat. Idem Stephanus nec non filius Joannes Cabillonenſem comitatum dotalitium & maternum 1237. Hugoni D. Burgundiæ conceſſere, alia accepta compenſatione, ſed ſervato titulo. Joanne, quem filium Stephani dixi, nati ſunt inter alios Hugo Com. Palatinus Burgundiæ uxorio jure, ob quod titulum & inſignia avita ſepoſuit, & reliquorum comitum ſator fuit, Joannes Dn. de Rochefort, & alius Joannes cogn. Bruchemel, Dn. d'Arlay: ex hoc reliqui Arlæi, qui demum principes Arauſionenſes facti, defecere 1530. in *Philiberto Cabillonio Arauſionenſi*, qui ex ſorore nepotem *Renatum Naſſovium* cum conditione nominis & armorum Cabillonenſium, adoptavit. Unde nunc quoque in Arauſionenſium ſcuto Cabillonius baltheus. Joannes Dn. de Rochefort, uxorem habuit Aleidem ſ. Aliſam ſ. Eudis Burgundi C. Nivernenſis, heredem Altiſſiodori ſ. Auxerræ, & *Aniani fani*: ob quam hic etiam *Burgundicæ veteris* ſtirpis viſuntur balthei. His natus parentibus Guilelmus Cabillonius C. Altiſſiodori & Tonnerræ: cujus poſteritas maſcula defecit in Ludovico 1423. ad Vernolium & Joanne 1415. ad Azincurtium cæſis: Eorum ſorores fuere Joanna uxor Joannis de la Baume Domini de Bonrepos, quæ 1440. jus in Tonnerram Ludovico princ. Arauſionenſi vendidit, & *Margaretæ Oliverii Huſſonii* conjux, cujus filius Joannes Huſſonius 1453. Tonnerram à principe Arauſionenſi redemit, proavus Claudii & Ludovici, avus Antoniæ & Luiſæ, quæ cum nepotibus ex fratre Ludovico ſucceſſiſſent, illa Clermontiis Tonnerram, hæc *Aniani fanum* Bellovilleriis intulit.

§. V. Ultimus quadrans ſuis denuo quadris, primâ & quartâ cæruleis ſex (al. quinque) argenteos numos cum capite ſcutario aureo, ſecundâ & tertiâ rubeis crucem argenteam defert, toti impoſitâ parmulâ rubeâ cum 2. clavibus argenteis decuſſatim locatis. Ex his primum δεῦγμα eſt *Pictavienſis* familiæ, alterum *Sabaudicæ*, quod reliquis incumbit *Claromontanæ*. Totus hic quadrans inſeritur ob *Annam Renati de Beauvilliers, C. Aniani fani* conjugem. *Claramontana* hæc familiæ Delfinatium princeps ad Guilelmum Dn. Clarimontis in Viennenſi agro refertur, qui 1180. & 1203. vixit, ex filiis Amedæo Dominorum de Hauterive, de la Baſtie & de Mont S. Jean, ex Siboldo reliquorum Dominorum, Baronum & Vicecomitum Clarimontis ſator. Præter alias autem lineas juxta enatas primogenitorum proſapia vicecomitatum Clarimontis retinuit, & ex ea Bernardus Vicecom. de Tallart, ab uxore *Anna Huſſonia* 1497. ducta comitatum *Tonnerenſem* obtinuit. Hic pater fuit Annæ Renato nuptæ. *Pictavienſe* ſymbolum derivo ab Agatha filia Aymari IV. Pictavienſis, C. de Valentinois, Aymari II. Baronis Claromontani conjuge: *Sabaudicum* vero ab Aymari hujus matre, Godofredi Claromontani conthorali Beatrice Ludovici Sabaudi Dn. de Vaud filia, quæ 1338. extincta eſt. Pictavia. Sabaudia. Clermont.

§. VI. Toti imponitur parmula *Bellovilleria*, alternis faſciis argenteis & viridibus, alibi tribus viridibus in argento, exarata, ita ut in argenteis conſpiciantur ſex (al. octo) merulæ rubeæ (3.2.1.) Hæc propria teſſera eſt familiæ de Beauvilliers, quam à Godofredo & Catharina de Prunelè, quibus Joannes Aleidis Eſtoutevillanæ maritus natus eſt, derivant. Acceſſit dein ex Huſſonia hereditate titulus *S. Aniani* ſ. *Aniani fani*, (*S. Aignan*) 1537. comitatus dignitate. Demum 1663. Francico axioma *Ducis & paris Francia* regis gratia conceſſum eſt, novo gentis ſplendore. Beauvilliers.

§. VII. Antequam illa ſumeretur diſpoſitio, aliam lego placuiſſe, ut clypeum una tranſverſa, & tres perpendiculares ſecarent in octo areolas. Illo teſſeratum ordine: 1. *Eſtoutevillana*. 2. *Huſſonia*. 3. *Tremollia*. 4. *Borbonia vetus*. 5. *Cabillonenſis*. 6. *Burgundica vetus*. 7. *Sabaudica*. 8. *Claromontana*: toti incumbente *Bellovilleria*. Vetus diſpoſitio.

§. VIII. Galeæ coronatæ imponitur leo naſcens aureus, inter laciniias argenteas & praſinas. Telamonum loco aſſiſtunt duo leones aurei Apex. Telamones.

Digitized by Google

Renati Bellovillerii majores.

§. IX. Ut ratio æolarum ὡς ἐν πίνακι evidentius oculis ſubjiciatur, Renati Bellovillerii, qui Franciſci Ducis proavus fuit, videamus majores.

- Renatus de Beauvilliers C. de S. Aignan. Cujus uxor Anna *de Clermont* Tallard. Ob quam quadrans *Claromontanus* aſſumtus.
  - Emericus de Beauvilliers, Bar. de la Ferté Hubert,
    - Michael de Beauvilliers.
      - Joannes de *Beauvilliers*. Alis Dn. *D'Eſtouteville* & de *la Ferte Hubert*. Ob quam primus quadrans.
    - Antonia de Teillay.
  - Luiſa de Huſſon Dn. de S. Aignan.
    - Carolus de Huſſon, C. de Tonnerre.
      - Joannes de Huſſon.
        - Oliverius de *Huſſon*.
        - Margareta *de Challon* C. de Tonnerre, cujus atavia Alis *Burgundica*.
      - Joanna Sanglier.
    - Antonia de la Trimouille.
      - Georgius Dom. de la Trimouille.
        - Guido VI. Dn. de *la Trimouille*.
      - Joanna C. Arvern. & Bonon.
        - Maria Dn. de *Sully*, cujus avia paterna Margareta *Borbonia*.

CAPUT XI.

Com. Bentheimii & Tecklenburgii.

SUMMARIA.

1. *Scutum.*
2. *Bentheimius Comitatus.*
3. *Tecklenburg. Com.*
4. *Alia ejus Com. nota anchora.*
5. *Steinfordius Com.*
6. *Limburg. Com.*
7. *Wevelinghofen Dom.*
8. *Rheda Dom.*
9. *Hoja Com.*
10. *Alpen Dom.*
11. *Helfenſtein Dom.*
12. *Advocatia hæredit. Colonienſis.*
13. *Galer. Bentheimia. Tecklenburgia, Steinfordia. Limburgia.*
14. *Pavo in aliquibus ſcutis.*
15. *Titulus.*

§. I.

Scutum.

BEntheimiorum Comitum inſignia in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 18. ita pinguntur, ut ſcutum transverſe ſectum capitis tres, baſis duas areas contineat, quæ etiam ſcutuli medii ſimilis diſpoſitio eſt. Quâ diſpoſitione nunc quoque Illuſtriſſimos comites uti obſervavi, niſi quod pro quinque ſex laterculi ſunt parmulæ mediæ.

Bentheimius Comitatus.

§. II. Prima majoris ſcuti quadra *rubea globos* ſ. *Byzantinos numos aureos* exhibet 19. (Henninges in Theatr. Genealog. 14. collocat illo ordine 4.4.3.2.1.) iſta ſerie diſpoſitos 4.4.4.4.3. Deſignat hæc area ipſum in Weſtfalia comitatum *Bentheimium*, Monaſterienſi & Oſnabrugio Epiſcopatibus, Drentia, Tranſiſalania & Linga fere concluſum. Porro primum legi comitatus hujus titulo uſum ſub Conrado III. 1140. Ottonem Comitem Palatinum de Rheineck & Bentheimium, qui Ottone Palatino de Rheineck (aliquibus ex Caroli M. proſapia, aliis ex Salmenſibus, aliis ex Lucenburgicis deducto. Alii patrem ei Joannem, avum Ottonem I. Com. Bentheimium, qui 1042. vixerit, aſſignant) & Gertrudi ex Comitibus *Tubantiæ* (proavus Gertrudis Ricfridus Com. Tubantiæ ſecundus filius Luthardi reguli Cliviorum, ipſa Gertrudis cœnobii Witmarſenſis fundatrix fuiſſe perhibetur,) parentibus natus, ipſe quidem ἄγαμος ſororem habuit *Sophiam Theodorico C. Hollandiæ nuptam.* Hæc ex marito præter Florentium Hollandiæ Comitum reliquorum ſatorem & alios filios ſuſcepit, *Ottonem*, à quo Illuſtriſſimi Bentheimii ſuam derivant ſtirpem priorem, quæ in Johannis, à quo Neuhuſii arx condita, filiis vel nepotibus defecit: filia vero *Hedvvigis* ſ. *Mechtildis* Henrici II. comitis filia, Joannis neptis *Eberwino Dn. de Gutersvvyck* nupſit, & comitatum huic intulit genti. Eberwino filios dat Henninges *Bernardum* C. Bentheim. & *Arnoldum* Dn. de Guterswick. Ab aliis vero ſolum Arnoldum video agnoſci, & patrem conſtitui Eberwini, qui Bernardum & Arnoldum genuit (Hos Teſchenmach. deducit

Digitized by Google

icit ex Bernardo Hedwigis Bentheimiæ filio) duarum linearum autores; Bernardi nea defecit in neptibus vel proneptibus, quarum *Maria Arnoldo Steinfordio* (ex altera linea Arnoldi prioris nepoti) nupſit, atque exinde Bentheimius comitatus penes orum poſteros in hunc diem permanſit.

§. III. Altera capitis areola *argentea tria corda* vel *folia marina* ſ. *nymphæa rubra* refert. Notari comitatum *Tecklenburgium* vix dubium eſſe poteſt. Vide etiam Bapenb. II. p. 19. Suſpicatur vero Hamelmann. apud *Heping. de Iur. inſ.* pag. 344. eos ſim partem *Angrivariæ* tenuiſſe, ob hæc inſignia. (De quibus vid. c. 5 §. 6. 7.) Niſi forte etiam ex Sverinenſi fuerint ſucceſſione. Porrò Comitatus *Tecklenburgius* (inter Moaſterienſem & Oſnabrugiam diœceſes ſitus,) diu peculiares ſuos habuit comites. Si Hamelmann. apud Henning. Theatr. Geneal. conſulamus, deducendi ſunt à quoam *Cobbone*, qui Ludovico Pio Auguſto fidelis Goſwinum Epiſcopum Oſnabruenſem, cum filiis patri rebellibus facientem oppugnaverit, & demum 876. vel 880. rælio adverſus Danos ceciderit, Ab hoc continua ſucceſſio comitum enarratur, usq; d *Conradum*, qui bis infelix à Carolo V. Lingâ & ditione reliqua exutus, & 1557. ſine aſcula prole gentis ultimus extinctus eſt. Filia *Anna* comitatum *Tecklenburgium & ominium Rheda*, conjugi Eberwino C. Bentheimio attulit. Horum filius Arnoldus um plures genuiſſet filios, ex illis major natu *Adolphus* comitatum Tecklenburgium ortitus eſt, & ad nepotes tranſmiſit: penes quos nunc quoque eſt. Cæterum lubet huc ansferre, quæ de hoc comitatu L. Hamelmann. L. 3. de famil. emort. pag. 173. Tecklenurg. *Comitatus, cujus arx ejus nominis ſpendida quidem, ſita eſt in monte edito duobus ab Oſnabruga miliaribus. Hujus ultimus maſculus dicitur ab hiſtoricis hæres Conradus natus Ottone patre & Armegarda Comitiſſa in Rutberg, Conradus autem inter fratres ut Nicolaum & Ottonem natu minimus, tamen vivo parente invaſit Comitatum & parentem Ottonem in vincula conjecit anno Dom. 1514. ſed opera ſororis, Brunchorſtiano elocatæ, implorantis auxilio præſulum Monaſterienſis Erici Saxonici Ducis de Levvenborch, Erici Oſnaburgenſis Ducis Brunſvicenſis de Grubenhagen, atque Comitum Aldenbergenſis, Lipſienſis, Ritbergenſis, eripit patrem ex vinculis: pater ut cederet filio arcem Rheden occupat, & filio relinquit Comitatum Tecklenburgicum, interea adhuc vivebat ejus patruus Nicolaus in Dominio & arce Lingen, quam ademit anno D. 1519. iſti Nicolao Epiſcopus Monaſterienſis Ericus Saxo de Levvenborch, & eam cum dominio ſua fecit ditionis videlicet Monaſterienſis, ſed cùm ſe ſubmitteret Com. Nicolaus Duci Geldriæ Carolo Magnanimo & audaci Principi eique Dominium Lingen faceret feudum atque ab eo ut beneficiarius & Vaſallus in feudum hunc Comitatum ſuſciperet, reſtituit eum, ut per aliquot annos & arcem cum urbe & dominio toto Lingenſi pacificè poſſideret, nec Monaſterienſes contra Geldrum potentem hoſtem ne hiſcere quidem auderent, tandem Nicolaus moritur, & nullam ex Eliſabetha Comitiſſa de Morſe uxore prolem reliquit. Illo circa annum Dom. 1524. ut, puto, mortuo, eam arcem Conradus quoque invaſit, & in feudum à Geldro accepit, interea dum alter fratrum nempe Nicolaus ſe in militiam reciperet, & Otto quidem Canonicum Colonienſem ageret, atque opimum beneficium in præpoſitura Collegii ad S. Ioannem Oſnaburgi obtineret, occumbente fratre Nicolao in pugna vel acie regni Daniæ, auff der Ochſenbrück voluit pro more majorum Comitatus dividere cum fratre Conrado Dominus Otto, ideo Eccleſiaſtica beneficia reſignavit, ſed levi de cauſa à fratre Conrado vinculis traditur & amentia accuſatur, & ſic in vinculis vivo fratre haret. Interim Conradus ex Chriſtina Landgravia Haſſiæ genuit unam filiam Annam, quæ elocatur Everwino Com. Bentheimenſi & de Steinfurd: Verùm mortuo jam Geldro Principe Caro-o dum pugnarent de ducatu Geldriæ, Carolus V. Cæſar, & Wilhelmus Dux Iuliacenſis per aliquot annos, atque tandem anno Domin. 1543. victor evaderet Carolus V. Cæſar, & interea jam ſe ad caſtra Principum fœderis Schmalcaldici Conradus Tecklenburgicus recepiſſet, nec ſuum beneficium, hoc eſt, Dominium Lingenſe à Carolo fideliter ſuſcepiſſet, quando rurſum Carolus V. victoriam contra Principes Schmalcaldicos obtineret, eum per Maximilianum Comitem Burenſem eo dominio exuit & ad ſe recepit. Interim mihi conſtantur referunt (quod ex magnis viris audivi) ſi Comes Conradus ſe ſupplicem præbuiſſet Burenſi, certis potuiſſet conditionibus illud dominium retinere: Ita Lingen dominium eſt adhuc Regis Hiſpaniæ Philippi in Weſtphalia præſidium. Interim mira res, Conradus invidebat fratri Dominium, quod alii ut peregrino invitus tradere poſtea coactus fuit: Mortuo Conrado anno Dom. 1556. cùm jam Com. Bentheimenſis Eberwinus hunc Comitatum obtineret, Otto Comes ſenex decrepitus Conradi frater per neptem Annam

Tecklenburg Com.

Aannam Conradi filiam, & Eber vvini conjugem ex vinculis eripitur, honoratur ut patruus, & fovetur atque honestissimo loco habetur, & ei ministri aliquot adjunguntur, & tanquam Comes & ultimus masculus hæres istius nobilissimæ stirpis sustentatur, donec sexennio elapso post mortuum fratrem Conradum & ipse vitam cum morte commutaret anno D. 1562. quando ante ipsum mortuus esset affinis Ebervvinus Bentheimensis.

Alia ejus Com. nota anchora.

§. IV. Tertius latet culus *cæruleus anchoram auream* continet. Hoc quoque symbolum ad comitatum *Tecklenburgium* pertinet. vid. Wapenb. II. p. 19. Sunt qui rationem allegant, quod olim dominium illorum Comitum se ad mare usque extenderit.

Steinfordius Com.

§. V. Baseos prior area *aurea cycnum rubeum rostro & pedibus nigris*, posterior *argentea leonem rubeum cyano coronatū* repræsentat. Illa comitatus *Steinfort* (qui Bentheimio intermedia aliqua Monasterienſis Episcopatus particula vicinus) hieroglyphicon est, & ob hoc, antequam Tecklenburgica accederent, Bentheimiis talentis dispositione quadripertita adjici solebat. vid. apud Henning. d. l. Cæterum *Steinfordia*, quæ olim suos Dominos peculiares habuerat, in quibus Balduinus memoratur 1030. vixisse, obtigit Bentheimiis conjugii jure. Nam *Mechthildis* filia Balduini Bellicosi, cujus patruus magnus Balduinus Episcopus Paderbornensis fuerat, heres Steinfordiæ & Gronoviæ, uxor s. Eberwini (ita documenta aliqua) seu (ut Henning. & alii) ejus filii Arnoldi fuit. Arnoldus Eberwinum genuit, qui *Steinfordiæ* axioma *comitatus* à Maximiliano I. Imp. Wormatiæ meruit, cum adversus Gallos, Flandros & infideles fortitudinis eximia documenta edidisset. Hic Eberwinus pater *Arnoldi* fuit, qui primus *Augustanam Confessionem* secutus, & ab uxore Bentheimium comitatum nactus est. In hujus liberis cum Eberwinus Bentheimium retinuisset, Steinfordiam Arnoldus frater habuit, sed sine prole. In Eberwini nepotibus nova divisione *Guilelmus Henricus* Steinfordiam tenuit: sed ejus orbitate ad fratris Arnoldi Jodoci filium *Philippum Conradum* delapsus est comitatus, & adhuc penes hujus filium Arnoldum Mauritium Wilhelmum manet.

Limburg. Com.

§. VI. *Hic* (nempe leo rubeus) designat Comitatum *Limburg*. Cæterum uti hujus nominis non unum castrum vel dynastia est, notatur hîc illud, quod in rupe ad *Lenam* s. *Laynam* (paulo post in Roram se exonerantem) in Westphalia situm, Theodorico Friderici C. Altenacensis s. Isenburgii & Margaretæ Limburgiæ filio, avunculus *Henricus IV. D. Limburgius* concessit, ea condixione ut nomen & arma *Limburgensia* gestaret. Adjectum deinde Imperatoris gratia comitatus axioma. Cæterum *Theodorici* illius nepos Joannes cum duos haberet filios *Ioannem* & *Theodoricum*, ab illo moderni *Styrumii* derivantur. Hoc natus est alius Theodoricus, pater Wilhelmi, qui Eberhardum, Wilhelmum & Margaretam genuit: hæc autem cum fratres bello pro Joanne D. Cliviæ cecidissent, heres fuit, & Gumberto C. Neuenario *Limburgensem* successionem attulit. Ex Nuenaria vero familia Magdalena filia Humberti s. Gumberti, Com. Nuenarii & Limburgii, marito Arnoldo pridem Bentheimii, Tecklenburgi & Steinfordiæ comiti attulit successionem comitatus Limburgii, consensu Domini feudi, postquam agnata Walpurgis 1600. decessisset. Confer *Teschenmach. annal. Iul. Cliv. & Mont.* p. 2. Plura etiam de his afferenda erunt, cum de Limburgio scuto infra agetur. Ex horum filiis *Conradus Gumbertus* in divisione cum fratribus Limburgum nactus est, sed ämus. Porro ex dictis constare potest, leonem hunc eundem esse, qui ducatus Limburgensis est. Wapenb. P. 3. p. 20. talis datur Comiti de *Lemberg* (cum apice, duobus ramis, quos folia argentea ornant) &, corona tamen demta, *Limberg*. pag. 21. (galeæ imponitur inter duas tabulas cæruleas, nisi ex illis pavoninæ caudæ effigiandæ fuerint, considens leo rubeus) quæ vix differre ab his Limburgiis credo. Pariter eundem leomen *Limburgium* video Wapenb. I. p. 17. sine corona in quadra 1. & 4.

Wevelinghofen Dom.

§. VII. Fuit illa enarratio arearum, quibus scutum majus completur. Quod medio huic incumbit, sex laterculis constat, tribus ejus caput, totidem pedem constituentibus. Prior areola *coccinea duabus fasciis argenteis* exaratur: quo symbolo notatur dominium *VVevelinghofen*, quod sub nomine *VVyfelkoven* notatur Wapenb. II. p. 29. Hoc dominium habuit suos peculiares dynastas, ex quibus principio seculi duodecimi vixit *Christianus* Christiani II. & Alberonis pater. Illius nepos fuit Florentius 1364. Episcopus Monasterienſis & dein Ultrajectinus 1378. Ultimus *Wilhelmus VVevelinghofius Archiepiscopatus Coloniensis Marescallus* filiam reliquit Joanni Dn. à Gehmen & Bredefort nuptam, quibus genitus Henricus pater Cordæ & alterius filiæ, quarum illa

Joanni

Digitized by Google

ni Schauenburgio marito Gehmen dynaſtiam, hæc ſuo conjugi *Eberwino Bento* Wevelinghoſiam attulit. Confer *Teſchenmach. Annal. Iul. Cliv. & Mont.*

§. VIII. Proximus laterculus *argenteus nigrum leonem* continet *impreſſis ejus* Rheda
ri tribus annulis & extremitati caudæ adjectâ roſa. Notatur illo ſymbolo dominium Domin.
a, cujus caput opidum & arx ejus nominis ad Amaſim ſita. Habuit illud ſuos dy-
s, ex quibus Witikindus ultimus fuit. Ejus qui patris Bernardi intimus ſocius
t filiam unicam *Gertrudin, Hermannus Com. Lippiæ* ſibi matrimonio junxit. Inter
Simon Præpoſitus Paderbornenſis, qui dein Epiſcopus fuit, fratri Bernardo Rhe-
extorquet, hic autem armata manu recuperare nititur, cumque auxilio Mona-
enſis Epiſcopi uti neceſſe fuiſſet, conditioni aſſentiri cogitur, ut feudo ab Epiſco-
neret. Ita ex aliquibus refert *Ioh. Piderit. Chron. Lipp.* P. 2. p. 476. 477. Sed etiam
refert ex Hamelmanno cauſam: videlicet cum Bernardus Comes minor eſſet,
klenburgios comites, à Monaſterienſi Epiſcopo collatum feudum perhibentes, &
ſorore Witikindi ultimi conjuge allegantes, dynaſtiam occupaſſe. Inde 1244.
nardus armata manu eam recuperavit. Unde filius ejus Hermannus Rhedæ Do-
us dictus, ſed 1271. ἄπαις mortuus eſt. Poſt hæc Tecklenburgii denuo invaſerunt.
um frater illius Simon bello contra Oſnabrugium moto 1299. captus eſſet, in-er
ditiones 1305. liberationis fuit, ut Rheda etiam deſtrueretur. Inde iterum Teck-
burgii ſibi vindicarunt vid. *Piderit.* p. 516. Cum repoſceret Simon III. bello orto 1373.
pitur. Liti componendæ filia ejus *Elica Ottoni Com. Tecklenburgio* datur uxor cum
te *Rhedæ*, quæ in ſtirpe maneret ſi liberi ex conjugio naſcerentur. *Piderit.* pag 529.
im vero nulli ſuſcepti eſſent, Lippienſes jus ſuum denuo vindicare annis (547.)
nec tandem inter Bernardum VI. & Nicolaum C. Tecklenburgium qui illum ce-
rat transactum, ut certis conditionibus penes Tecklenburgios Rheda maneret. (*Pi-
rit.* p. 586. 587.) Inde per *Annam Tecklenburgiam* cum reliqua ſucceſſione hæc etiam
Bentheimios delata eſt. vid. *Hamelmann. de fam. emort.* L. 3. p. 170.

§. IX. Tertia quadra *aurea duos pedes urſinos nigros* refert *Hojenſem* comitatum Hojæ
otari non eſt dubium, uti infra in ſcuto Brunſvicenſi videbimus. Hæc teſſera familia Comit.
a extincta parmæ inſerta eſt, quod in ditionum partem ſucceſſit Land-
avius Haſſiæ *Wilhelmus*, qui eam *Bentheimiis* conceſſit feudo Confer *Hamelmann. de*
m. emort. L. 2. p. 129.

§. X. Quæ inferiorem ordinem ducit, area *rubea leonem* continet *argenteum*; Alpen
od βῆγμα eſt Dominii *Alpenſis* in Colonienſi inferiori diœceſi ſiti, quod Magdalena Domin.
Iuenaria Arnoldo marito ſuo attulit. Illud inter Arnoldi filios Friderico Ludolpho
a partitione aſſignatum eſt. Gelen, de Col. Agr. magn. L. 2. c. 39. p. 207. *Alpenſibus*
*Alpinis vetuſtiſſimæ originis opinionem habentibus Burggraviis Vbiorum tribuit leo-
em ſcutarium in pellita parmula velleris petaſitis, planè ſicut gerit Macedonia gens Italica
n regno Parthenopæo.* Conf. Nobiles de Alpen Wapenb. 2. p. 119.

§. XI. Alveolus proximus ſuperiori parte, qua rubet leonem continet aureum Helfen-
nferior autem argento fulget, Dominio *Helfenſtein* notando: quod genti obtigit ſteinDom.
erum matrimonio Magdalenæ Nuenariæ: nam *Adelheidis* hujus gentis ultima
aroni de Lennep nupſerat, mater Theodorici, avia Evæ, quæ hæreditatem Friderico
. Nuenariæ attulit: hi vero Magdalenæ proavus & proavia fuerant.

§. XII. Ultima areola rubea quinque faſcias aureas continet, ſymbolum *advoca-* Advocatia
ia hæreditaria vel *archipræfectura Colonienſis* diœceſeos. Quæ cum penes Nuenarios hæredit.
uerit, unde in Wap. II. p. 19. medietas ſcuti Nuenarii apparet (niſi quod pro quinque Coloni-
res tantum notantur,) cum reliqua ſucceſſione à Magdalena Arnoldo allata eſt. ens.

§. XIII. Ita deſcriptam parmam premunt quatuor galeæ coronatæ: Ex quarum Galeæ;
rima *Bentheimia* exurgit herma æthiopis, rubeo veſtitu & pileolo orientali, inſcriptis Bentheimia.
ectori ſcutariis talentis ſ. numis: Laciniæ dependent cocco & auro tinctæ. Proxima Tecklen-
ecklenburgia ſuſtinet pavonem album explicatâ caudâ ſuperbientem: phaleræ ar- burgia.
ento & minio pinguntur. Tertiæ inſiſtit cycnus *Steinfordius*, dependentibus laciniis Steinfor-
ubeis & aureis: extrema ſuſtinet inter duas caudas pavoninas conſidentem leonem dia.
imburgium, circum volitantibus phaleris argenteis & coccineis. Limbur-
gia.

§. XIV. Hæc diſpoſitio inſignium cum communiter à tota gente uſurpetur, vidi Pavo in
n monetis Tecklenburgiis nonnunquam exprimi tantum clypeum quadripertitum aliquibus
exutraque teſſera Tecklenburgia, media parmula nova, quæ *pavonem explicatâ caudâ* ſcutis.

Digitized by Google

continet: ſignificatinem non capio: niſi forte dominium aliquod Tecklenburgium veteri iſto ſymbolo notari conſveverit, quod cum deinceps à comitibus omiſſum & tantum in galeam translatum ſit, (cujus moris in aliis quoque familiis non deſunt exempla) poſtliminio videtur hic in ſcutum reductum.

Titulus. §. XV. Titulus reſpondet illis inſignibus: *Comites in Bentheim, Tecklenburg, Steinfort & Limburg, Dom. in Rheda, Wevelinghofen, Hoja, Alpen & Helfenſtein, Barones in Lennep, advocati ſ. præfecti hereditarii Colonienſis.* (Erbvogt.)

CAPUT XII.

Borgiæ, Duc. Gandiæ.

ARGUMENTUM.

1. *Borgiæ. Lenzolii.*
2. *Duc. Gandiæ ſcutum.*
3. *Aragonii pali.*
4. *Galea.*
5. *Duc. de Villa Hermoſa.*

§. I.

Borgiæ. Lenzolii. *BOrgiarum* gens in Valentino agro floruit, & *Calixtum III.* Pontificem dedit, qui 1458. vita deceſſit: ejus vero ſoror Iſabella Borgia *Iofredo Lenzolio* equiti Hiſpano nupſit, & *Borgium* nomen attulit, mater Roderici Borgiæ, qui Papa factus *Alexandri VI.* nomen ſumpſit: de cujus vita, in quam Hiſtorici communiter tot probra jaciunt, nihil dicere attinet. Eo vero genitus præter alios *Petrus Ludovicus* & *Ioannes* Duces Gandiæ, ex quorum hoc reliqui Gandiæ Duces geniti.

Duc. Gandiæ ſcutum. §. II. Ducum horum ſcutum eſt quadripertitum (apud *Sammarth. L'eſt. de l'Eſp.* p. 50.) In primo & quarto laterculo *aureo telluri viridi inſiſtens paſcitur vacca coccinea, limbo circumducto rubeo, inſcriptis octo aureis mergitibus.* In ſecundo & tertio alveo *Aragoniæ* conſpiciuntur *pali.* Gelhot limbum Borgio alveolo circumdatum viridem eſſe jubet, & inſcribi 8. lacrymas vel flammas aureas.

Aragonii pali. §. III. *Aragoniorum* palorum ratio repetenda videtur à matrimonio Joannis tertii Duci Gandiæ, & *Ioannæ Aragoniæ*, quæ filia Alfonſi Aragonii Archiepiſcopi Cæſar-Auguſtani, neptis vero Ferdinandi Catholici regis Hiſpaniarum fuit. Eo matrimonio natus eſt *Franciſcus Dux Gandiæ*, dein Jeſuitarum generalis 1572. extinctus, & ſanctis deinceps à Pontifice adſcriptus.

Galea. §. IV. Scuto imponitur galea coronata, cum exurgente vacca rubea. Laciniæ autem auro & cocco tinguntur.

Duc. de Villa Hermoſa. §. V. Ex eadem gente ſunt *Duces de Villa Hermoſa*, quibus idem *Sammarth.* tribuit p. 86. Borgiarum vaccam ſolam ſine limbo & Aragonicis quadrantibus.

CAPUT XIII.

Elector & Marchiones Brandeburgici.

ARGUMENTUM.

1. *Scuti diſpoſitio.*
2. *Ducatus Montanus ſ. Bergenſis.*
3. *Juliacenſis.*
4. *Magdeburgicus.*
5. *Pace Oſnabrugenſi domui tranſcriptus.*
6. *Marchia & aquila Brandeburgica.*
7. *Boruſſia.*
8. *Clivia.*
9. *Wilhelmus Dux Clivie & filii. Controverſia de ditionibus Juliaco-Clivias poſt Joh. Wilhelmi mortem.*
10. *Jus Brandeburgicum.*
11. *Succeſſus juris & pacta ſcuta.*
12. *Burggraviatus Norimbergenſis.*
13. *Gryphi. Gryphorum varii colores.*
14. *Inveſtitura Pomeranica.*
15. *Gens Gryphia. Quanam gryphorum origo.*
16. *Caſſubia.*
17. *Duc Stettinenſis.*
18. *Succeſſio Pomeranica. Pacis Oſnabrugiade Pomerania diſpoſitio.*
19. *Pomerania. Vandalia.*
20. *Com. Marcanus.*
21. *Epiſcopatus ſ. princip. Halberſtadium.*
22. *Ducatus Croſna & Jegerndorfi.*
23. *Mindenſis Epiſc. ſeu Principatus.*
24. *Com. Ravenſperg.*
25. *Zollern.*
26. *Guzkovia Com. Stargardia. Barth. Wolgaſt. Uſedom.*
27. *Caminenſis Epiſc. ſ. Principatus.*
28. *Rupinenſis Comitatus.*
29. *Regalia.*
30. *Electoratus. Sceptrum columna viſum.*
31. *Galeæ novem. Caput Moloſſi apex Noricorum.*

32. *Te-*

Digitized by Google

elamones.
Aliæ dispositiones scutorum.
Ex Sibmachero Ioachimi Frideirici.
Moderni Electoris ante pacem Osnabrugiam.
Rugiæ principatus.
Ioachimi I. scutum.
Typi contractiores
oannis Marchionis ex linea Franconica.
40. *Linea Prussica.*
41. *Aliorum marchionum.*
42. *Christiani Wilhelmi administratoris Magdeburgici.*
43. *Alind schema.*
44. *Modernorum Marchionum ex linea Culmbacensi, Payrutina & Onoldina.*
45. *Tituli.* 46. *Carmen Schosseri.*

§. I.

Serenissimæ Electoralis familiæ *Brandeburgica* scutum, ut pleraque alia Principum, successu temporis crevit. Quali nunc utuntur, primùm à nobis explicandum est. Scuti dispositio. xhibetur, unica areola excepta, quam dein notabimus, in *Fürstii* libr. Armor. s. ıpenb. P. III. p. 4. ut nempe quatuor transversæ lineæ in quinque regiones illud inguant, ex quibus infima non iterum distinguitur, prima & tertia septenas areo-, quarta senas apud *Furstium*, vel uti nunc usus est, iterum septenas, ob Caminen- principatum recentius insertum, secunda præter parmulam mediam quatuor :reulos continent, ut universim 26. vel nunc 27. areæ numerentur.

§. II. Primam quadram, quæ in supremo ordine *argento* fulget, *leo* exornat *rubeus*, *ona & falculis aureis*, *lingua cærulea*, (aliqui eam *sanguineam* pingunt) *cauda bifida & decussim trajecta*. (gespaltener schwantz/ creutzweis gelegt.) Notatur hâc imagine Ducatus Montanus s. Bergensis. ıcatus *Montanus* s. *Bergensis*, Westphaliæ non exiguam portionem complectens, & ivià, Monasterienſi atq; Colonienſi diœcesibus cinctus. Dominati sunt huic Provin- *Marcani* vel *Altenacenses* Comites, Cliviæ, ut referunt, riginis. Inter eos lego Adol- um I. secundum Comitem Altenacensem, Theodorico I. (quem Roberti Clivii C. isterbantii filium, Ludovici Teisterbantii & alterius Roberti Dn. Heusdani fratrem nstituunt. W. *Teschenmach. in annal. Iul. Cliv. & Mont.* Adolfi I. majores recensere non det, sed ejus tamen fratrem nominat *Hermannum C. Vbiorum advocatum Tuitii* ex *gid. Gelenio.*) genitum filios habuisse Eberhardum & Adolphum II. illi Comitatum rgensem obtigisse, huic Marcanum, sed, ut dein fratris, qui Monachus decessit, here- :atem cerneret: in hujus ex filio Adolfo III. nepotibus Engelberto & Eberhardo :rtius Fridericus inter Archiepiscopos Colonienses numeratur, quam dignitatem alii iam hujus gentis gessere) iterum eadem divisio 1147. repetita, cùm Engelberto Ber- nsis Comitatus, Eberhardo Marcanus s. Altenacensis concederetur. Engelberti filius dolfus IV. qui 1218. exinctus est, filiam habuit *Margaretam*, quæ patruo *Engelberto* Ar- iiep. Col. & post fratrẽ comiti Mõtano succesſit, & ex Hentico IV. Limburgensi *Adol- IV.* genuit *Montanum* Comitẽ, in cujus posteris comitatus mansit, donec *Adolfi VII.* qui 348. obiit, filia *Margareta*, cum marito *Ottoni Ravenspurgio*, & horum iterum filia *Mar- areta*, utrumque comitatum *Gerhardo C. Iuliacensi* attulit. Hujus filius fuit *Wilhelmus*, ui axioma ducale accessit 1389. Wenceslai Imperatoris beneficio. Inter cujus filios *Adolfus*, cum Reinholdo agnato successisset, *Iuliacum*, *Wilhelmus Bergensem* ducatum btinuit, & ejus filius *Gerhardus* in patris & patrui ditiones successit pater iterum *Wil- elmi*, quo *Maria* genita est, universæ familiæ hæres, & *Ioannis III.* Cliviæ Ducis uxor. Qua ratione vero ex Clivensi familia in Brandeburgicam successio delapsa sit, n. 9. 10. 11. 2. dicemus. Leonem hunc Montano principatui intulisse dicitur ap. *Teschenmach, Adol- fus V.* Comes, matre Montana patre Duce Limburgio natus, præferens ita paternum ἔμφασιν maternæ rosæ, quam parricidio Fridericus Altenanus Isenburgius conspurcasse :redebatur: cum illa alioqui genti *Altenana* communis fuisset.

§. III. Proxima area *aurea leonem nigrum*, qui *linguam rubeam* protendit, atque Juliacensis *lentibus & falculis argenteis* minatur, exhibet. Alii *Falculas* etiam *cocco* tingunt, adduntque *coronam*: quæ tamen, ut ex *Sibmach.* Wapenb. P. 2. pag. 4. patet, huc non spectat. *Iuliacensi* Ducatui, quem Leodienses, Limburgii, Lucenburgii, Trevirenses, Colonienses & Clivii cingunt, notando hic leo servit; & si *Haping. de Iur. Inf.* c. 5. n. 34. fidem adhibere velimus, cum Belgis proceribus expeditionem in Syriam suscipien- tibus leones variorum colorum sumere placuisset, à Juliacensi (eadem origo etiam ab aliis Montano adscritur) adsumtus est. Porro de prima origine familiæ Juliacensis non mihi constat. *VVern. Teschenmach. annal. Iul. Cliv. & Mont.* P. 2. p. 384. seq. eam de- tivat à quodam *Gerhardo C. Iuliati*, qui 933. militaverit Hentico Aucupi contra Hunnos.

Ab hoc deducuntur reliqui comites, qui omnes, uno Walramo excepto, Gerhardi aut Wilhelmi geſſere nomen; illud quinque uſurparunt, hoc ſeptem commune fuit. Ex illis ſeptimus, cujus frater *VValramus* Archiepiſcopus Colonienſis fuit, 1329. *Marchionis* & 1356. *Ducis* axiomate auctus eſt à Ludovico & Carolo IV. Auguſtis. Ex filiis major natu 1360. ante patrem extinctus, hâc cauſâ ei non ſucceſſit, ſed ab uxore *Montanum* & *Ravenſpurgium* comitatus (quod §. 2. vidimus) obtinuit. Succeſſit vero Patri *Wilhelmus*, *Mariæ Geldricæ* maritus, qui 1392. moriens reliquit *Wilhelmum* & *Reinoldum*, qui præter ducatum avitum etiam materno jure *Geldriam* tenuere, cum vero improles deceſſiſſent, ſucceſſit ſoror *Ioanna*, *Ioannis Herculei* ſ. *Arculeji* (ab Arckel) uxor: unde ad illam gentem & poſtea ad *Egmondanos* ſucceſſio. In *Iuliaco* vero ducatu *Reinoldus* ſucceſſorem habuit *Adolfum* agnatum ex Montanis, licet eundem *Geldrenſes* itidem ſibi vindicare conarentur. Adolfo ſucceſſit ex fratre Wilhelmo nepos *Gerhardus*, huic filius *VVilhelmus* pater *Mariæ*, quæ *Ioanni III. Duci Clivio* ducatus ſuos attulit.

§. IV. Tertia area (uti apud *Fürſtium* conſpicitur, nam poſtquam Pruſſiam ſupremo jure Elector obtinuit, illius aquilam hunc in locum collocavit, Magdeburgenſi ſymbolo in quintam areolam translato,) *tranſversè ſecta* eſt, & ſuperiori parte *rubet*, inferiori *argento* fulget (*couppè de gueules ſur argent.*) Notatur illâ areâ *Magdeburgenſis Archiepiſcopatus* ſeu, quo nunc axiomate inſignis eſt, *Ducatus*. *Magdeburgum* notari ex *Sibmach.* Wap. P. 1. p. 9. conſtat. Cæterum Carolus M. cùm devictis Saxonibus 10. inſtituiſſet Epiſcopatus, unus illorum fuit Stydæ in Svalenburgico comitatu, qui dein Walersleviam, & demum ab Ottone I. Imperatore flagitante Editha conjuge Magdeburgum translatus eſt. Ita Eccleſia illa, ut omnium Vandalicarum Metropolitana eſſet, jus impetravit, aliquot vero Epiſcopatus ei ſubjecti ſunt. Primus Archiepiſcopus fuiſſe perhibetur *Adelbertus* 968. Treviris evocatus, & à Moguntino præſule inauguratus. Exin *Nortberti*, qui Lotharium Imperatorem in Italiam ſecutus eſt, meritis id datum perhibetur, ut *Primatis* Germaniæ titulo Archiepiſcopi uterentur. Succeſſores variis etiam ditionibus diœceſin auxêre, ut in eam amplitudinem quâ nunc etiam floret excreſceret. B. Lutheri noſtri tempore præfuit Archiepiſcopatui *Albertus* ex Brandeburgicis Marchionibus, idem Archiepiſcopus & Elector Moguntinus: Hic 1539. ſubditis civitatibus & nobilitati in hoc & Halberſtadienſi Epiſcopatu indulſit liberam religionis profeſſionem, cum Magdeburgi jam 1524. poſt habitam à Megalandro noſtro concionem Eccleſiæ reformatio fuiſſet inſtituta. Alberto ſucceſſit *Ioannes Albertus* agnatus, ſub quo grave inter capitulum & civitatem diſſidium eſt exortum, ut etiam ad ſolicitationem Canonicorum qui urbe exceſſerant civitas proſcriberetur, & à Mauritio Elect. Saxoniæ, cui demandata executio decreti Imperialis, integro anno & amplius obſideretur. Secuti ſunt dein in Archiepiſcopatu ex eadem gente Joachimi II. Electoris filii *Fridericus*, (jam prius Joh. Alberti Coadjutor) ſed non diu ſuperſtes, ut etiam nondum redemto pallio, cujus tum pretium 30000. aureorum, vita & dignitate excederet, atque *Sigismundus*, qui ritus Pontificios antiquavit, & publicatis conſtitutionibus ſalubertimis veram doctrinam atque diſciplinam Chriſtianam pro viribus promovit. Eo mortuo *Ioachimum Fridericum*, Johan. Georgii Electoris Brandeburgici filium, poſtularunt adminiſtratorem, cùm jam Havelbergenſis & Lebuſienſis Epiſcopus fuiſſet. Is templum cathedrale & dein monaſteria ad puriorem cultum traduxit. Cùm vero matrimonium contraxiſſet, Regalia Archiepiſcopatus ei conferre Imperator diſtulit, nec ſemel in Comitiis 1576. 1582. ob hanc cauſam optimo Principi fuit decertandum. Manſit vero in poſſeſſione dignitatis, adverſariis etiam invitis. Ejus bono 1577. Auguſtus Dux Saxoniæ Elector ceſſit omni alio jure, quod in *diœceſin & urbem Magdeburgenſem* prætendebatur, ſervato tantum *Burggraviatu Magdeburgico*, quo etiam nunc Sereniſſimus Elector Saxoniæ gaudet. Confer *Comment. de Saxon. Inſign.* S. 1. §. 23. p. 23. In patris locum dein ſuffectus eſt *Chriſtianus VVilhelmus* M. Brandeburgicus, & Adminiſtratoris titulo tantiſper rexit diœceſin, donec 1628. ob Danicorum armorum communionem à Cæſare proſcriberetur. Canonici ergo Serentiſſimum Principem *Auguſtum* Ducem Saxoniæ Electoris, Cæſari amici principis, filium poſtulant ad capeſſendam hanc dignitatem. Cæſar vero, ut Archiepiſcopatum Romanis partibus denuo vindicaret, interdicit capitularibus, ne ad electionem poſtula-

Magdeburgicus.

Digitized by Google

ationemve novi præſulis convenirent: ſed poſtulatio jam facta, & Auguſtus ejus nomine Parens Elector electionem acceptaverant. Viciſſim Imperator pro *eopoldo Guilelmo* Archiduce Archiepiſcopatum à Pontifice facilè impetrat. Inde ia diſcordiarum, quæ ſubinde aucta crevere. Demum in *Pace Pragenſi* §. Das iſſt Magdeburg. Sereniſſimo Auguſto Archiepiſcopatus hic iterum relictus ace vero *Oſnabrugenſi* expectativa in eum Sereniſſimæ Domui Brandeburgicæ quivalentia ob Pomeraniam citeriorem & Rugiam amore pacis ceſſas tradi-

V. Verba publici Inſtrumenti Pacis huc inſerere operæ pretium eſt: *Similiter* Pace Oſnabrugenſi domui transſcripta. *atur Domino Electori expectantia in Archiepiſcopatum* Magdeburgenſem, *ita quit quandocunque eundem morte aut ſucceſſione in Electoratu, vel quacunque alia con-e, præſentis* Adminiſtratoris Dn. Auguſti Ducis Saxoniæ *vacare contigerit, totus chiepiſcopatus cum omnibus eo pertinentibus territoriis, regalibus & juribus, prout de Epiſcopatu Halberſtadienſi diſpoſitum eſt, Domino Electori, ſuisque poſteris & ſucbus hæredibus & agnatis maſculis, non obſtante ulla electione aut poſtulatione, interearis ſive clam ſive palam facta, tradatur & conferatur, in feudum perpetuum, ſitque vel iſdem jus authoritate propriâ vacantem apprehendendi poſſeſſionem. Interea teneatur Capitulum unâ cum Ordinibus & ſubditis dicti Archiepiſcopatus ſtatim conace prædicto Domino Electori & toti Domui Electorali pro ſe, atque omnibus in eâ oribus, & hæredibus atque agnatis maſculis ſe ſacramento fidelitatis & ſubjectionis in um obſtringere* Civitati *vero* Magdeburgenſi *priſtina ſua* libertas & privilegium is *de 7. Junii Anno noningenteſimo quadrageſimo, etiamſi temporum injuria deperdid preces ejusdem, humiliter porrigendas, à Sac. Caſ. Maj. renovabitur; tum etiam* egium muniendi & fortificandi *ab Imperatore Ferdinando II. conceſſum, quod cum noda juris dictione & proprietate ad quadrantem milliaris Germanici extendatur, ſicreliqua illius Privilegia & jura in Eccleſiaſticis & Politicis ſalva & inviolata ma-, cum inſerta clauſula, quod in præjudicium Civitatis reædificari non debeant ſubur-*

Caterum quod ad quatuor Dynaſtias ſeu Præfecturas Querfurt / Guterbock / & Borck *attinet, cum illa jam Domino Electori Saxoniæ tradita ſint, in ejusdem e ditione permaneant in perpetuum, cùm hac tamen reſervatione, ut qua hactenus te earundem ad collectas Imperii & circuli contributa fuit quota, à dicto Domino Ele-Saxoniæ imposterum exſolvatur, eaque Archiepiſcopatui demátur, & hujus rei ratioreſſa fiat proviſio in matricula Imperii & Circuli. Vt autem inde cauſata imminutio ium Cameralium, & ad menſam Archiepiſcopalem pertinentium aliquatenus reſar-, jam dicto Electori Brandenburgico & ſucceſſoribus ſuis, non ſolum ſtatim poſt con-Pacem* Præfectura Eglen / *quæ alias ad Capitulum ſpectabat, pleno jure poſſidenda & da tradatur, caſſato proceſſu à Comitibus de Barby aliquot abhinc annis deſuper moto, iam facultas ſit, obtenta Archiepiſcopatus poſſeſſione quartam partem Canonica-Cathedralium, illis decedentibus extinguendi, eorumque reditus Cameræ Epiſcopali andi. Quæ vero debita à præſente Domino Adminiſtratore Auguſto Duce Saxoniæ ius contracta ſunt, ex reditibus Archiepiſcopalibus, exiſtente modis ſupra dicti caſu*

* Cum ſæpius Inſtrumentum Pacis Oſnabrugenſis allegandum ſit juvat hue aſcribere Compendium eius otum metricum ex Chriſtoph. Brovveri annal. Trevir. L. 25. n. 112. p. 541.

Articulis ſeptem & denis pax Svecica conſtat:
Primus amicitiæ *conjungit fœdere partes.*
Præteriti immemores *læſos vult eſſe ſecundus.*
Priſtina reſtituit *terrus ſua jura cuique.*
Enumerat quartus ſpeciales reſtituendos.
In ſacris *quintus conflata grævamina ſolvit.*
Helvetiis *ſextus dat libertatis honorem.*
Septimus in fœdus Calvinum *pacis adoptat.*
Jura politiæ *ſtatibus bis quartus adumbrat.*
Flori reſtituit veteri commercia *nonus.*
Bellorum decimus partitur præmia Svecis.
Brandeburgiaco *undecimus Pomerana reſarcit.*
Mecklenburgiacis *bis ſenus adempta rependit.*
Brunſvigum *decimi demulcent munera terni.*
Dat confeſſori *decimus ſolatia quartus.*
Haſſum *ter quinto placant & Clerus & Haſſus,*
Arma bis octonus ſiſtit pacemque *reducit.*
Septimus hanc firmat *decimus reddítque perennem,*
In Gallico. *Nam decimus* Gallum *plumis aquilaribus ornat,*
Vndecimo in partes Galli pax Itala *tranſit.*

vacantia & devolutionis dicti Archiepiſcopatus ad Dominum Electorem Brandenburgicum & ſucceſſores ſuos, neutiquam diſſolvantur, neque integrum ſit, dicto Domino Adminiſtratori poſthac novis debitis, oppignorationibus & alienationibus ſæpe dictum Archiepiſcopatum in præjudicium Domini Electoris ejuſque ſucceſſorum, hæredum atque agnatorum maſculorum quoquo modo onerare. In his vero Domini Electoris Archi- & Epiſcopatibus de cætero ſalva maneant Ordinibus & ſubditis competentia eorum jura & privilegia, cumprimis invariatæ Auguſtanæ Confeſſionis *exercitium, quale nunc ibi viget, nec minus locum habeant ea, quæ in puncto Gravaminum inter utriuſque religionis ſtatus & ordines Imperii tranſacta & conventa ſunt, quatenus ſcilicet non adverſantur illi diſpoſitioni, quæ ſupra in articulo quinto de gravaminibus* §. 8. *continetur incipiente*: Qui Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & aliæ fundationes atque bona Eccleſiaſtica &c. & finiente: ſubjecta manento: *utpote quem æquè hic valere debere, acſi verbotenus inſertus eſſet, & ſupra dictos Archiepiſcopatum & Epiſcopatus hæreditario & immutabili jure apud Dominum Electorem atque Domum Brandenburgicam, omneſque in ea ſucceſſores, hæredes & agnatos in perpetuum, plane, ut de reliquis terris ipſorum hæreditariis juris eſt, permanere oportet. Ratione tituli autem conventum eſt, ut jam dictus Dominus Elector cum tota Domo Brandenburgica, & in ea omnes Marchiones Brandenburgi*, Duces Magdeburgenſes & Principes Halberſtadienſes & Mindenſes *appellentur & ſcribantur*. Ex his facile apparet, quo jure hæc area in clypeo principum horum appareat.

Marchia & aquila Brandeburgica.

§. VI. Quarta jam nos area vocat, *argentea* exhibens *aquilam explicatam rubeam*, cujus *alæ ſemicirculis in trifolia deſinentibus* diſtinguuntur. *Chifflet. Inſign. Eq. Aur. Vell.* n. 128. ita enunciat: *aquila coccinea, roſtro & cruribus aureis, alarum junctur is auro ad pectus colligatis (liépar les ailerons.* Quæ tamen junctura in Electorali ſcuto repræſentari non ſolet.) Aliter deſcribitur ex *Ern. Brotuffo* apud *Th. Heping. de Iur. inſ.* c. 6. P. 5. §. 4. m. 1. n. 732. p. 342. *Henricus Auceps Marchiæ Brandenburgicæ rubeam ſeu ſanguineam aquilam, roſtro inauratam in campo albo, cujus pectori falcata luna inhæret, conceſſiſſe perhibetur. Aquila dicitur notare, quod Marchia ad Romanum Imperium perducta, falcata luna Vinidorum in ſuſcipiendo Chriſtianiſmo inconſtantiam; Aquilæ vero color ſanguineus, quòd multo ſanguine Marchia ad fidem perducta.* Eadem vide apud *Limn. jur. publ.* 5, 7, 127. Ita & Cyr. Spangenb. Adelſp. P. 2. L. 12. c. 29. p. 311. Und als Käyſer Heinrich Gr. Sigfrieden von Ringelheim zum Marckgrafen zu Brandenburg machte/ gab er demſelben zu ſeinem vorigen alten Wapen/ wegen ſeines amts einen rothen Adler mit einem glüden ſchnabel/ klauen und flügel ſehnen/ im weiſſen feld/ dadurch anzuzeigen/ daß er als ein Adler den feind überziehen/ und deſſen blut nicht ſchehnen/ ſondern mit ſeinem ſchnabel weidlich auff ihn hacken/ mit den ſtarcken flügeln zu boden ſchlagen/ und mit den klauen in zaum und gehorſam halten/ und nicht zugeben ſoll/ daß ſie dieſen Sächſiſchen Adler wie den vorigen Fränckiſchen Hahnen überwältigten und zerriſſen.. Quid vero de hujus generis myſteriis credendum ſit, alibi diximus. Cæterum hac ave *Brandenburgicam Marchiam* Saxonia, Anhaltino, Brunſvicenſi, Megapolitano, Pomerano principatibus, tum Polonia, Sileſia & Luſatia circumdatam notari, dubium non eſt: niſi forte de hoc dubium eſſe queat, primùm Marchiæ, an familiæ, quæ huic imperavit, hoc proprium *σῆμα* fuerit? quod non ſemel accidiſſe videmus, ut nempe quod gentis inſigne fuit, dein principatui accreverit. Marchio primus conſtitutus legitur ab Henrico Aucupe *Sigfridus* ex Witikindeis Wethinenſibus vel juxta alios Altenburgenſibus & Mersburgenſibus Comitibus: Hujus poſteri ad abnepotem *Theodoricum* duraruntquem Miſtevoius Obotritorum & Henetorum Rex dejecit. Hunc ſecutus eſt *Sigfridus II.* quem Theodorici iſtius fratrem alii perhibent, alii ex Stadenſibus Marchionibus derivant: huic item ab Henetis pulſo ſucceſſit ex fratre nepos *Vdo*, & eo iterum natus *Vdo*, qui ob conſpirationem adv. Henricum IV. Imp. à Pribislao Henetorum Rege expulſus eſt. Poſt eam familiam *Aſcania gens* principatu aucta, & ex ea *Otto dives*, Marchionatum *Salisquellenſem*, in quem jam prætenſionem habebat, nactus eſt ab Henrico V. *Filio Alberto Vrſo* totam Marchiam Conradus III. vel Fridericus Barbaroſſa conceſſit. Hic perpetuis bellis Slavicam nationem attrivit, & viciſſim *Saxonicas colonias* in Brandenburgicam & vicinas ditiones introduxit, unde iſtæ ipſi primarium ſuum decorem debent. Parer fuit ex filiis Bernhardo veterum Saxoniæ Ducum & Electorum, ex *Ottone* Brandenburgicorum. Duravit in ea ſtirpe dignitas

as Marchionum & Electorum uſque ad *Waldemarum II.* & *Ioannem IV.* fratres extinctos. Itaque *Ludovicus Auguſtus, Dux Bavariæ,* feudum vacuum præteritis is, filio *Ludovico ſeniori* contulit, quem quidam molitor *Iacobus Rebock,* Waldenomen mentitus, diu exercuit: Poſt fratrem præfuere etiam *Ludovicus junior Romanus* & deinceps *Otto.* Hic *Carolo IV.* Imperatori 200000. aureis Ungaricis, ioutique pretio, tantam regionem, vendidit Marchiam. A Patre ergo inveſtitus illa *Wenceslaus*; & cum hic Auguſti ſolium conſcendiſſet, *Sigiſmundus.* Iſte li *Iodoco* Moraviæ Marchioni oppignoravit, iterum Wilhelmo diviti M. Miſniæ. im redemtam denuo Sigiſmundus *Friderico V.* ex Burggraviis Norimbergenſi- ntulit, initio 1411. quidem ut vicarius tantum Cæſaris in Marchia eſſet; demum vigil. Philippi & Jacobi conſenſu reliquorum Electorum Conſtantiæ ab eodem *io & Elector* creatus eſt, ob merita, ſumtus Cæſaris ſervitio factos & Marchiæ eomiſere periclitatæ tranquillitatem. Conditio ad hæc adjecta erat, ut acceptis o. Ungaricis aureis, vel ſi contingeret Fridericum prole maſcula orbum decedere chia ad *Lucenburgios* rediret. Demum 1417. in Concilio Conſtantiæ ſolennis inra peracta. Ex eo tempore aquila plures prius pervagata in nido hoc manſionem ntem ſibi fixit, quam nunquam, ſi quid in rebus humanis perenne, deſertura ſit. b hoc Friderico inter Marchiones primo modernus Sereniſſimus & Potent. ſiector *Fridericus Wilhelmus* decimus eſt, ſucceſſione ſemper à Patre ad filium iſsâ, niſi quòd *Friderico I.* duo filii ſucceſſere *Fridericus II.* & *Albertus*, quorum nos uſque ſtemma produxit. Cæterum uti alii principes in communicatione um ſuorum gratioſos ſe civitatibus ſubditis demonſtrarunt, ita & ex Marchiorum gratia *civitates Marchiæ* aquilam hanc plures geſtant apud *Gyr.* Spanh. c. *ex Chriſt. Enzelio. Angermunda* integram ſine mutatione, *Stendalia* etiam am duobus ſmaragdis inſiſtentem (poſtea data dimidia, cum 4. hordei granis.) is *Soltwvedelia*, cum duabus clavibus, quas unguibus tenet, *Palaeopolis Soltwvedei*midiam cum clave. *Seehuſa*, coronatam, *Oſterburg* monti inſiſtentem, *Werbena* nſiſtentem, quod ex ea urbe potiſſimum oppugnati Vinidi, *Garlebia* dimidiam, perticis lupulo veſtitis.

VII. Proxima atea apud *Furſtium* (nam §. 4. monuimus, ex quo ſupremo impe- Boruſſia.
uſſiam electot tenet, hunc laterculum ordine tertium collocari.) itidem *argenilam* defert *nigram* cujus, *alæ ſimilibus ſemicirculis aureis trifoliatis & pectus litelem aurata, onerata*, tum *collo inſerta corona* ejuſdem *metalli* conſpicitur. Alibi cominio tingi, & literam S. argento ſcribi vidi. Hoc Hieroglyphico *Pruſſia* ſ. *Boruſiam* hinc mare, iſtinc Pomerania, Polonia, Mazovia Lithuania, Samogitia clauenotatur. *Boruſſia* hæc principes proprios habuerat, in quibus memoratur qui*denutus* 12. habuiſſe filios, ob quos in totidem Ducatus diviſa ſit. Cum vero Bohuc pagani Conrado Mazoviæ Duci graves eſſent, hic *Equites Teutonicos* ſ. *Cru*n auxilium eâ conditione advocavit ut ordini cederet, quicquid gentilibus exeſſent. Cum ergo provinciam 1226. ingreſſi eſſent, non ita diuturno tempore erè occuparunt, unde ordinis Magiſter ipſe ſedem *Mariaburgi* fixit. Ex eo Lis aggredi perrexerunt, & Jagelloni etiam, qui dein Uladislai ſumto nomine Poexit, bella aliquoties moverunt, ſed anno 1410. duobus cruentis prœliis ad *Grunem & Dannenburgum* attriti, tandem à *Caſimiro* Rege ad eas conditiones adacti Polonis *ſuperior Boruſſia* cederet, reliqua beneficio Regio Equitum eorumque ri eſſet. Sed Fridericus Saxoniæ Dux ordinis Magiſter fiducia Maximiliani Auramentum fidelitatis Poloniæ Regi præſtare detrectavit, unde ad fratrem ſe recoactus eſt. Poſt hunc *Albertus M. Brandenburgicus* itidem Magiſter Equiim ſimiliter homagio regi obſtringi negaret, bello 1521. petitus eſt, ſed in quaum obtinuit inducias. Hæ cum exſpiraſſent, & ab Imperio auxilia (quibus imlis in Germania tres annos exegit) expectare non poſſet, ordinibus etiam propacem & cum ea Evangelicam Religionem expetentibus, Regis avunculo ſe t, parte Boruſſiæ in feudum, *Ducatus nomine* ad hæredes tranſmittendum, acarte Regi relicta (conf. *Sleidan. L. 5. p. 142. Thuan. l. 1. p. 57. & L. 43. p. 651.*) Unde ordo Magiſtrum *Waltherum de Cronberg* ipſi ſuffecit, qui in pleriſque Comitiis gravi accuſavit, donec tandem Albertus, poſtquam ab Imperatore tranſactio reſciſproſcriberetur ab Imperio (conf. *Sleidan. L. 7. p. 200.*) Polonici autem legati ab-

oliti-

Digitized by Google

olitionem proſcriptionis in pluribus Comitiis urſerunt, in primis anno 1548. (vid. *Sleidan L.20.p.605.* ubi cauſæ momenta utrinque allata.) Manſit tamen, ſententiam tuendam eſſe, ſed executio nunquam ſuſcepta eſt. Patri ſucceſſit Filius *Albertus Fridericus*. Cum vero ille in ipſo nuptiarum apparatu in mentis ægritudinem incidiſſet, quæ nullâ medicinâ tolli potuit, *Georgius Fridericus* patruelis Curator conſtitutus eſt, dein eo mortuo *Ioachimus Fridericus* & poſt patrem *Ioh. Sigiſmundus* curatelam eandem geſſere. Demum, licet initio feudum tantum Alberti poſteris & qui ex fratribus ejus Georgio, Caſimiro, Joanne naſcerentur, deſtinatum fuiſſet, Alberto Friderico Electoralis Domus alio jure ſucceſſit. Cum enim Alb. Fridericus *Sigiſmundo Auguſto* Lublini in conventu regni generali 1569. homagium præſtaret, Elector obtinuit, ut nuncii ſui vexillum attingerent: Impetrata etiam duo Privilegia ab eodem, unum *Petricoviæ* 1556. alterum *Lublini* 1569. quorum vigore *Ioachimus* Elector ad *Ducatum Pruſſiæ* & nuncii illius à contactu vexilli non prohibiti. Quamvis autem ſuper eo nuntii terreſtres proteſtati ſint, nihil illa contradictione effectum eſt. Alberto Friderico mortuo *Ioannes Sigiſmundus* Elector pro ſe & 4. fratribus germanis novum feudum à Sigiſmundo III. impetravit, excluſis reliquis Marchionibus, quibus dein pactis *Bidgoſtienſibus* idem jus impetratum eſt: Cum in illis Rex Poloniæ pro ſe & ſucceſſoribus ſuis officia promiſerit apud regni comitia interponenda, ut caſu caducitatis exiſtente etiam illi Marchiones aliis præferantur, & ad ſucceſſionem ducatus admittantur, ſub iiſdem feudi conditionibus. Cum vero eouſque Boruſſia feudum Poloniæ fuiſſet, ultimis pacificis tractatibus *ſupremum* regionis *Dominium* Elector impetravit. Porro ſicuti litera *S* aquilæ inſcripta (niſi me conjectura fallit) *Sigiſmundum* R. Poloniæ, à quo Ducalis titulus datus, notavit, unde in recentioribus obſervavi loco literæ S, legi JC (literas initiales nominis Joh. Caſimiri Regis) ita poſtquam non dependenti à Poloniæ Regibus jure familia principatum tenet, literæ illæ nunc omittuntur. *Limnei* illa ſunt *Iur. publ. addit. ad.* L.5.c.7.n.127.p.391. *Vtramque literam S & C. vidi, & credo S ſignificare Sigiſmundum, quâ literâ utuntur Marchiones Onoldini & Culmbacenſes, quorum majores à Sigiſmundo rege de Pruſſia Ducali inveſtiti fuerunt. Literam C autem mihi videtur ſignificare Caſimirum, arbitrorque Electorem Brandenburgenſem antehac ſolitum exprimere literam initialem Regis, à quo ipſe inveſtituram ſuſcepiſſet.*

Clivia. § VIII. Hunc excipit laterculus *Clivius*, qui *coccineus 8. ſceptra liliata in crucem & decuſſim* (creutzweiß und übereck) *diſpoſita, aurea* continet, ut aliqui vocare amant, acht gelbe Lilienſtäb (Sceptra hæc quidam vir nobilis apud *Teſchenmach. annal. Iul. Cliv.* P.2.g.184. illis diſtichis excoluit:

Sceptra ſuis ſceptris, adjunctas urbibus urbes,
Arcibus atque arces, cerne pagosque pagis.
Hæc concreſcentis patriæ eſt illuſtris imago,
Hæc ſunt Cliviacæ ſceptrigera arma domus.
Iuſtitia has collegit opes, pietasque regentis,
Diſtractas has vis impietasque dabit.)

Chifflet. inſ. Eq. A. V. num. 47. ita enunciat: *Laterculus coccineus, ſcutulo argenteo in corde impreſſus, carbunculo radiato aureo, nodato, liliato & ſmaragdo in medio inſtructo, in totam aream protenſo.* Vel Gallicè. *De gueules a un écuſſon d' argent en cœur, au rais d'eſcarboucle pommeté & fleuronné d' or, allumé de ſinople, brochant ſur le tout.* Aliis formulis deſcribit Stephanus Pighius: *Clypeus purpurei eſt coloris, inque ejus umbone medio pyropus rotundus (carbunculum appellant feciales nunc temporis.) Solis globum referens, & octo radiis triſulcis fulgens.* Hieroglyphicum id eſſe vult *Aelii Gracilis*, qui ſtirpis, quam *Aeliam* à ſole nuncupatam ajunt, originem ita deſignate conſtituerit. Sed qui meminerit, figuram hanc aliis etiam in ſcutis non inſolentem, ad fabulas recurrere nolet. Hoc emblemate *Cliviæ principatus*, Geldria, Juliacenſi & Montano Ducatibus, Colonienſi Archiepiſcopatu atque Weſtphalia cinctus deſignatur. Habuit ille tractus ſuos Comites peculiares; an tamen æquè veteres uti traditio habet, viderint quibus id curæ eſt. Traditur enim quidam *Elias* ſ. *Helius* ſ. *Aelius*, *Gralius*, *Graius* ſ. *de Grail* incertæ originis (aliqui enim fabuloſe ex paradiſo terreſtri eum accerſunt, *Steph. Prodicius* ab *Aelio Gracili* apud *Tacit. L.13. Annal.* in Gallias miſſo, derivat, *Ioh. Turcus Regiſtr. Clivenſis* ex Helvetiis, ſ. opido *Cleve* hod. *Clavenna*, vel caſtro nunc monaſterio *Paradiſo* in finibus Turgoviæ, advocat, *Petrus à Streithagen Eliam Graium* percuſſorum Juſtiniani Imp. 7II. unum facit, qui è Græcia profugus ad Carolum Martellum venerit. vid *Teſchenm. annal. Iul.*

Digitized by Goog

*v.P.2.p.*104.105.)comitatum hunc obtinuiſſe ab uxore *Beatrice Theodorici* antiqui-
neficio Francorum *Clivia Com.* filia,&732.vivis exceſſiſſe.Ab eo verò reliquos Cli-
Teiſterbantii Comites deducunt. Inprimis celebratur *Balduinus,* qui ſeculi noni
pio floruerit,& *Eberhardum* atq; *Robertum* genuerit,de hoc §.2. vidimus,quod ſa-
datur *Teiſterbantiorum,Heusdanorum & Altenacenſium ſ. Marcanorum.* Ab *Eber-*
eliqui deſcenderunt,qui Clivis præfuere,ad ſæculũ uſq; 14.Hujus principio *Theo-*
Comes tres reliquit filios,*Ottonem,Theodoricum*(quem diversâ numerandi ratio-
ium rectius alii,alii decimum vocant)& *Ioannem.* Hi ordine præfuere Comitatui,
ves quidem antea Canonicus,ultimus 1368. vivis exceſſit,nullâ ex duabus uxoribus
a prole. Majores vero fratres *Otto,Irmgardin,* Joh. Arculeo Dn. Heuſdæ,& *Theo-*
Margaretam ſ. Mariam Adolfo Comiti Marcano nuptas reliquerant. Tum ſoror
manaOttonis&Theodorici Iſabella ſ.*Irmgardis* ex Gerhardo Dn.de Horn& Par-
obolem ſuſceperat.Inde *Arculei, Marcani,& Parvveyſſii* Cliviam ſibi vindicabant;
n hi Marcanis jus vendidiſſent, Arculeis etiam iſti prælatiſunt, & ſententia Caroli
mitatus *Adolfo*(qui prius Epiſcopus Monaſter. & Archiepiſcopus Colonienſis ele-
erat) adſertus. Hic Adolfus &reliqui Marcani à ſupra memorato *Roberto* deſcen-
;atq;adeo *Cliviorum* agnati(ſi traditioni fides)erant.Adolfi filius patri *συνώνυμος* ab
igismundo in Concilio Conſtantienſi 1417. *Dux Cliviæ* inauguratus eſt,& Marcã
um Clivia perpetuo univit. Filius ejus *Ioannes* fuit,nepos *Ioannes II.*Illi à conjuge
thaBurgunda præter hæreditatem *Comitatuum Nivernenſis* & *Retelii,*quos ex ſe-
filio Engelberto prognata linea in Gallia retinuit, prætenſio in *Ducatum Braban-*
atque *Limburgenſem,* & *Marchionatum Antverpienſem* (ſed ob potentiam adver-
hilippi D.Burgundiæ effectum non ſortita.) Huic à Mechtilde Haſſiaca præten-
Comitatum Catzmelibocenſem allata eſt; quam filius *Ioannes III.* Naſſoviis vendidit.
Joannes II. cum Wilhelmo Duce Juliacenſi *unionem & confœderationem* 1496.m.
mbri iuit, conjugio Joannis Clivenſis & Mariæ Juliacenſis utriuſque liberorum
mandam,ſed etiam illo non ſecuto, manſuram principatus utriuſque bono. Hanc
articulis conſtantem ſuis ſigillis munierunt nobilitas & civitates. Eodem die *pa-*
alitia inter Joannem II. & *Mariam* inita ſunt, & ut intra 15. ætatis annum nuptiæ
entur, conventum. Porro Mariam privilegio Spiræ 1508. 29. Apr. dato,abrogatis
ous indultis in gratiam *Saxonicorum* Ducum à Friderico 1483. datis & ab ipſomet
1495. confirmatis, Maximilianus Imp. ex ſingulari gratia ſucceſſionis,ne princi-
divellerentur, capacem fecit,& idem 1509. 4. Maji confirmavit,abolens ſi quæ in
ium data eſſent:Und ob durch weyland unſern liebẽ Herrn und Vatter Käyſer Friederich ℓ. G.
ines lebens/ umb fälligkeit willen vorberührte 2. Hertzogthum und Graf-ſchafft/ auff jemand
ey expectantz. zuſagungen oder verſchreibungen gegeben und außgegangen wäre/ wollen wir
ſelben gantz krafftloß/ unbündig und nichts/ auch vorgemelt unſern lieben Oheim und Für-
ℓ. tochter und ihren männlichẽ leibeserben/ an obberührten freyheiten und gnaden/ unvergrif-
unſchädlich ſeyn: und dem keinen mangel/ abbruch oder verhinderung bringen oder thun ſol-
einem weg/ dañ wir dieſelben expectantzen/ zuſagungen und verſchreibungẽ/ hiemit auß beweg-
rſachen/ jetzo als dann und denn als jetzt/ gäntzlich abthun/ als viel wir zuthun macht haben.

ℓ. *Wilhelmus* Joh.III.& Maria natus novum videbatur principatum avitis adjectu- **Wilhelmus Dux Cliviæ & filii.**
Carolo ex Egmondanis Duce *Geldriæ* hæres ſcriptus & ab ordinibus mox vocatus.
ucceſſionẽ Carolus V. Imp.confirmare detrectaret,amicitia Gallorũ fretus, reti-
men decrevit; etiam cũ Imperator in Africana expeditione ſubmerſus diceretur,
elgis manum inferens. Adverſus Mariam Belgio fraterno nomine præfectam bel-
on omninò improſperum: ſed Caroli vim ſuſtinere non potuit Wilelmus,atq; 1543.
x Cæſari factus, Geldria relicta gratiam & ſua recepit. Ita cũ à Gallicis partibus ſe-
dum fuiſſet,prius ſibi deſponſatam Joannam Reginam Navarræ,conjugẽ obtinere
tuit,itaq;1546.Mariam ducit Ferdinandi I.tum Rom.Regis filiam,& eod.ann.19.
ea à Carolo Imp.*privilegiũ* nanciſcitur, quo,ſi maſculi hæredes deficerẽt,ad ſuc-
em Principatuum Wilelmi & Mariæ filiæ, quas genuiſſent, & ex una vel pluribus
redes horumq; maſculi hæredes vocabantur atq; inveſtiebantur. Nati quidẽ fue-
e matrimonio *Carolus Fridericus* & *Joh.Wilhelmus,* ille(ut *Thuani* L.61.p.148.verbis
rinceps rara indole & virtutibus, quæ brevi ævi curriculo cõcluſæ fructus tanta ex- **Controverſiæ de ditionibus Juliacenſibus Clivensibus poſt Joh. Wilhelmi mortem.**
ne dignos non tulerunt,non niſi 20. annos exegit. Hic à parentis morte ditiones
1609.25. Mart. vivendi finẽ fecit, atq; adeo Cliviorum maſculam gentem clauſit.
ilhelmo mortuo caſus privilegii Mariæ Auſtriacæ à Carolo V. conceſſi extitit, &
Ser. Elector Brandenb. ab uxore *Annâ, Mariæ Eleonoræ Wilelmi* Clivenſis primog.

& *Alberti Friderici* M. Brandenburgici D. Boruſſiæ, filia ſucceſſionem ſibi ut potuit vindicare conatus eſt: ſucceſſioni vel contradicentibus vel ſimul admitti petentibus *Saxonicis, Comitibus Palatinis* lineæ *Neoburgicæ* & *Bipontinæ*, ex Comitibus *Marcanis* lineæ *Bucis, Comitibus Palatinis* lineæ *Neoburgicæ* & *Bipontinæ*, ex Comitibus *Marcanis* lineæ *Bucis, Bulionenſi, Lumayana, Domo Nivernenſi*. Sed aliqui ex his competitoribus litem deſeruere.

Jus Brandeburgicum.

§. X. *Ius Brandenburgicum* illis titulis confirmatur. 1. *ditionum conſuetudine*. Cùm Provinciæ Belgicæ & ditiones controverſæ maximam partem ſint allodiales, reliqua feuda communia & hæreditaria, de quibus poſſeſſores & inter vivos & mortis cauſa diſponere potuerint. 2. *majorũ ordinationibus*, pactis hæreditariis & ſucceſſoriis 3. *Primogenituræ jure*. quia primogeniti filius (atq; adeo etiam filia) excludat patruum (& materteram) jam vero Anna repræſentat matrem, poſtquam ſucceſſio ad ſorores tranſire nequeat, dũ ex ipſa deſcendentes ſuperſint, ad quos jus primogen. ab ipſa nativitate competens tranſierit: cum etiam ex communi jure nõ ſit in ſucceſſione ſecundo locus, dum aliquis ex primo ſupereſt 4. *Imperatoris conceſſione*. Quia antiquum unionis 1496. initæ pactum Ferdinandus I. Imp. confirmarit, atq; ita quoad linea aliqua durat, ditiones inſeparabiliter debeant conjunctæ manere: Quia nomen lineæ fæmellas etiam includat, tanto magis quia unio à fæmella Maria cæperit: & rogans Dux Wilhelmus 1559. quo impetrata unionis confirmatio, unicum tantum habuerit filium, cujus cauſa opus non fuerat iſto privilegio: quia etiam concedens Imper. æquè neptes ac nepotes dilexerit. Tum quia in privilegio Carolino par Imperatoris affectus fuerit in neptes ſuperſtites, ac præmortuas filias, quâ ratione filiarum nomine etiam neptes intelliguntur. Inprimis quoniam Carolinum privilegium non niſi declaratio ſit juris per ſe filiabus Juliacenſibus competentis. 5. *Pactis dotalitiis*, quæ 1573. inter Albertum Fridericum & Mariam Eleonoram concluſa. Nam tu iſſe in poteſtate Wilhelmi impetrantis, privilegio etiam non uti, quod in Boruſſicis illis pactis fecerit: tum reliquiſſe Mariam Eleonoram maſculum nepotem Georgium Wilhelmum: tum pacta conſenſu Cæſaris legati concluſa, & ad ea ab Imp. confirmationem oblatam: in illis vero ſucceſſionem Duci Boruſſiæ & omnibus ejus hæredibus indiſtinctè promiſſam eſſe. 6. *Sororum renunciatione*, quæ à ſcientibus facta, valida ſit.

Succeſſus juris & pacta ſecuta.

§. XI. Hiſce juris titulis nixi Brandenburgici ſucceſſionem ſibi aſſerere conati, ſed cũ alii inprimis *Palatinus Neoburgicus* obniterentur, modo pactis, modo armis actũ eſt. Initio 1609. ultima Maji mediatore Landgravio Mauritio inter Brandeburgicos & Palatinos prima pacta *Tremoniæ* inita, ut amice invicem agerent, & una conſulerent publico bono, ſuo jure utriq; parti ſervato. 1612. ad *arma* res ſpectavit, cũ Palatinis Hiſpani, Batavi Brandenburgico operam navarent. Sed 1614. *Xantenſi* tractatu plurium Principum interventu decreta æqualis ditionum inter duas partes diviſio. Sed poſtea denuo bellis involutæ provinciæ. Demum 1629. 9. Mart. *Düſſeldorffii pacta* nova inita inter Domos Brandeburgicam (cujus nomine agebat Adamus C. Schvvarzenbergius Magiſter ordin. Joann.) & Palatinam. Hæc in 25. ann. niſi interim de tota re conveniretur, inita erant, & de diviſione provinciarum ſtatutum. Cũ vero ob electionem novæ oriterentur difficultates, 1630. mediantibus Batavis ita conventum, ut *Elector* his 25. annis *Ducatum Clivenſem* & *Comitatum Marcanum* totos, *Palatinus Juliacenſem & Bergenſem* Principatus cum Dom. *Ravenſtein* & *Breskeſant* itidem totos poſſiderent, *Ravenſpergius* autem Comitatus cõmunis eſſet. Tum extera præſidia, paucis exceptis, deducta ſunt. 1644. iterum diſſidere cæperunt Domus hæ, cumq; multa ultro citroq; acta eſſent, & ad arma jam deventũ 1648. 8, Apr. novâ tranſactione prius diviſorium pactum confirmatum eſt, ſed ut Brandenburgicorum eſſet totus *Comitatus Ravenſpurgius*. 1648. in Pacificatione *Oſnabrugenſi* §. *Quia vero etiam*. cauſa hęc controverſa ad ordinarium proceſſum vel amicabilem compoſitionẽ ſepoſita eſt. Demum cùm ex eo etiam ſæpius diſſenſiones ortæ eſſent, 1666. plene res compoſita eſt inter Sereniſſimos Electorem *Brandenburgicum* & Com. *Palatinum Neoburgicum*; penes hunc *Juliaco* & *Montibus, Clivia, Marca* & *Ravenſpergo* penes illum manentibus, & *Ravenſteinenſi* cauſa ad arbitros remiſſa, quæ tamen poſtea alio modo eſt compoſita.

Burggraviatus Norimbergenſis.

§ XII. Jam proxima area nos vocat *aurea* deferens *leonem nigrum, rubeis coronâ, linguâ & falculis, margine exminio & argento angularibus compoſito (bordure componée.) Limn. Iur. Publ.* addit. ad L. 5. c. 7. n. 127. p. 391. vocat *rubras & albas ſectiones*. **Roth und weiß abgetheilte rauten.** Solet alias margo ejuſmodi *ſubdiſtinctionis* nota eſſe (briſure) an verò hoc loco talis etiam haberi debeat, alii viderint. Si quando etiam ſine hoc margine aliqui geſſiſſent, conjectura dubia non amplius eſſet. Notatur hoc ſymbolo Burggraviatus *Norimbergenſis*, cui aliqui olim *columnam* attribuere voluerunt, origini *Columnæ* denotandæ. Cæterum hæc quoque dignitas non in una ſemper hæſit fami-

nilia: De antiquis Burgraviis parum mihi conſtat, niſi quod ante Zolleranos
burgiis Marchionibus eos fuiſſe & ultimum nomen *Eberhardi* habuiſſe, lego.
us è Zolleranis fuit *Fridericus*, qui Rudolpho Habſpurgico primus Imperatorii
natis nuncius fuiſſe, & ob olim navatam operam principatum hunc vacantem
uiſſe dicitur. Patre natus fuit *Eitelfriderico* (nonnemo Conradum vocat) matre
phi ſorore, quam *Agnetem* Reineccius, *Eliſabetham* Henninges & Rauſcherus
netheuſer *Clementiam*, Bucelinus *Martham* (vix alibi de ejuſdem perſonæ nomine
aria traduntur) appellant. Communi traditioni *Limneus* ſe opponit *Iur. Publ.* 5.
diplomata Imperatoria allegat, quæ Blaſſenburgi in Archivo Brandenburgico
entur, & longè ante Fridericum familiæ hujus Zolleranæ *Burggraviatum Nori-*
uiſſe doceant. (Ita & *Zimmetheuſer* duorum *Gothofredorum*, qui ex Zolleranis
t Burggravii Norimbergici, meminit, ex quibus filius vixerit 1158. dein *Conradi I.*
rggr. Norimb. fuerit 1168. 1200.) Unde verius eſſe credit *Limneus*, Rudolphum
graviatum Friderico confirmaſſe, quàm primum contuliſſe. Verum ibidem &
equenti, *Fridericum* hunc ex Burggraviis primum, cum alio Friderico IV. iſtius
pote confundit, niſi quædam operarum incuria ibi omiſſa opinari liceat. Nam
rico I. qui ab uxore Eliſabetha Merania etiam *Berythum*, *Cadesburg*, & alia nonnul-
non jus in *Burgundiam* (quod deinceps vendidit) nactus eſt, ſucceſſit filius *Fride-*
II. qui itidem non pauca ab Oetingenſibus, Hohenloicis, Caſtellanis & Heidec-
emit. Hoc natus *Ioannes Culmbacum*, *Blaſſenburgum* & alia ab Orlamundanis
: ſed *Heldburgum*, *Hiperhuſam* & *Eisfeldam* ab uxore Eliſabetha Hennebergica
filiæ *Margaretæ*, cum Balthaſari Landgravio Thuringiæ nuberet, conceſſit. Inde
itur *Fridericus IV.* quinti, qui primus Marchio & Elector Brandenburgicus fuit,
. De hoc §. 6. diximus. Is eſt qui Norimbergenſibus arcem & varia jura vendi-
um ob Marchiam obtentam præſenti æte ei opus eſſet, ſervatis titulo & alliis juri-

Mit vorbehalt deß Tituls / geiſtlicher und weltlicher lehen / des Landge-
s / des Burggrafſthums / der wildbahn / und geleit auſſerhalb der Stadt
anderer Regalien mehr. conf. *Limn. Iur. publ.* 4,8,84. Cauſam Burggraviatus
t. Comm. Rer. Germ. L. 3, *p.* 631. hanc adſcribit: *quòd in Caſtro Norimbergenſi aliquan-*
eptum habuerint, qui prædas in itineribus Hercyniæ agerent: ob quod ab Imperatori-
nradis & Henricis aliquoties Caſtellum cum arce expugnatum & direptum ſit. Vnde
m Imperator ipſe coloniam veteranorum in arcem deduxerit, qui communitâ arce
urgenti præſiderent, & circumjectum nemus à latrociniis purgarent, ſtudioſè id per
ravium curans, ut neque Noricis vis inferretur, neque ipſi aliis vim inferrent. Ita ille.

. XIII. Hæ areolæ ſunt primi ordinis, jam ad ſecundam lineam tranſimus, in qua Gryphi. Gryphorum varii colores.
t medium ſcutulum quatuor quadrati laterculi conſpiciuntur: Primus *aureus gry-*
nigrum, alter *caruleus gryphum coronatum rubeum unguibus aureis*, tertius *argen-*
ryphum coccineum cruribus & roſtro aureis (alas aureas etiam jubet eſſe *Limn.*
bl. addit. ad L. 5. cap. 7. 5. 127. p. 592. quod tamen in uſu non eſt,) quartus *argenteus*
um rubris & praſinis taniis diſtinctum continent. Primum, *Caſſubiæ*, alterum
nenſi principatui, tertium *Pomeraniæ*, quartum *Vandaliæ* tribuunt. Omnes inſigne
gentis *Gryphiorum*, quæ in illo terrarum tractu inter Viſtulam, Megapolenſes,
lenburgicos ac Balthicum mare comprehenſo ſummæ rerum potita eſt, & vel ab
vito ſigno nomen ſumſit, vel illud nomini denotando adſcivit. Unde tot nomina
bisvvaldia, *Gryphenberga*, *Gryphenhagia*, *&c.* Cæterum quod vario colore gry-
pingunt, inde factum arbitror, quia ſubinde plures fratres idem gentile inſigne
ibus variare neceſſe duxerunt, more de quo P. I. c. 8. diximus. Poſtea cum ſingulis
ortiones datæ ſint, ut Genealogiam Ducum Pomeraniæ inſpicienti cuivis in pro-
eſt, quod perſonæ fuerat δῆγμα, paulatim ditionibus dari cæpit. Inde tot gry-
variis dominiis, ſed uni familiæ parentibus, datos vix dubito.

. XIV. Illuſtrandæ huic & ſequentibus areolis facit hiſtoria *inveſtituræ Pome-* Inveſtitura Pomeranica.
, quæ extat apud *Goldaſt. Polit. Imperial. P.* 6. *n.* 3. *p.* 361. 363. qua 1530. in comi-
guſtanis à Carolo V. Duces Pomeraniæ inveſtiti ſunt, prolatis 10. vexillis, quo
rimum dicitur vexillum *ſanguineum ſ. imperii* des Reichs Blutfahn. Alte-
edinenſe, tertium *Pomeranicum*, quartum *Caſſubiæ*, quintum *Vandaliæ*, ſextum
icum, ſeptimum *Rugium*, octavum *VVolgaſtenſe*, nonum *Butzcovianum* (vid. num.
cimum non exprimitur, ſed ex illis quæ deinceps ſequentur, clarum fiet. Ita
anica inſignia totidem areolis conſtant in Wapenb. P. 1. p. 7.

Cent Gryphia. Quatuor gryphorum origo.

§. XV. Porro ipſius familiæ *Gryphiæ*, quæ Pomeraniæ tot ſeculis imperavit, originem alii Svevis antiquis, alii Gothis, alii Polonis tribuerunt: Si quæ ſententia aliis præferri meretur, illam mereri exiſtimo, quæ cum *Vandalica Megapolitanorum* gente eandem credit, ut *Miſtævo* famigeratiſſimus Rex Vandalorum & Saxonum terror, præter *Vdonem* Megapolenſium ſatorem filios habuerit *Ratiborum* & *Bogislaum*. Bogislao natus eſt *Ratiborus*, quem Micislaus Rex Poloniæ victum ad religionem Chriſtianam adegit: ſed qui cum metus ceſſaſſet, in libertatem ſe iterum vindicavit, & cum hoſtibus eundem habere Deum renuit, ad gentilem idololatriam relapſus. Fuere ejus quatuor filii omnes Chriſtiani, quorum *VVartislaus* & *Ratiborus citeriorem* ſeu *occidentalem*, *Suantopulcus* & *Bogislaus ulteriorem* ſeu *orientalem* Pomeraniam ſortiti ſunt. Si quis in hoc argumento conjecturis locus, uti eſſe reor, dixerim ab his 4. fratribus quatuor hos primos gryphos geſtatos. Certè *Bogislaus* Caſſubiam non modo tenuit, verum etiam ad poſteros transmiſit. *Ratiborus* Stetinenſem habuit principatum, & poſt eum filii ac nepos; *VVartislaus* Caſimiri ac Bogislai pater fuit, qui 1182. à Friderico I. Imp. ut Pomeraniæ Duces in fidem accepti ſunt, at, que adeo Pomeraniæ *Regnum* illi potuit aptari; pro *Svantopulco* reſtaret Vandalia, quo nomine dixerim partem eam ulterioris Pomeraniæ dictam, quæ Caſſubiæ adjacet, & *Pomerellia* deinceps appellata eſt. Vidi etiam in titulo loco Vandaliæ *Slavia* nomen alicubi uſurpatum.

Caſſubia.

§. XVI. *Caſſubiam* quod concernit, quam intelligi ordo jubet, ea in poſteris Bogislai diu hæſit, donec 1295. morte *Meſtovini II.* qui tantum filias genuerat, maſcula progenies deficeret. Inde Poloni non morati, quod Meſtovinus agnato Barnimo Barnimi I. Ducis Pomeraniæ filio eam donaſſet, ditionem invaſere, ſed reſiſtentibus Pomeranis. Inde *Bytovium* ſ. *Butau* & *Lauenburgk* in Caſſubia præfecturas, quas à cruciferis Boruſſis Ericus II. armis ſibi aſſerere coactus eſt, hi à Poloniæ Regibus feudo acceperunt, & quidem Georgius ac Barnimus ab avunculo Sigiſmundo rege, perpetuum fœdus cum Polonis pacti. Unde ex eo tempore ſemper inveſtitura conceſſa, quam tamen in perſona petere non obſtricti ſunt. Demum feudum cum extinctum cum maſculâ gente videretur, Elector Brandeburgicus iterum à Polonis obtinuit.

Duc. Stetinenſis.

§. XVII. *Sedinenſis* ſeu *Stettinenſis* principatus nomen à civitate totius Pomeraniæ principe ad Viadrum ſita ſortitus eſt. Fuit in poteſtate *VVartislai II.* qui Bartholomæum filium habuit, dein ex Wartislai I. poſteris Barnimus I. filios habuit, præter Barnimum qui Meſtovino II. in Caſſubia ſuccedere debebat, *Ottonem* atque *Bogislaum IV.* quorum hic *VVolgaſtenſem* principatum, ſeu quæ deinceps ſola *citerior Pomerania* dicta eſt, ille *Stetinenſem* obtinuit. Inde ab *Ottone* nova linea ducum Stetinenſium, in quibus Barnimo Magno Ottonis filio diu bellum fuit adverſus Brandeburgicos Marchiones, demum licet ſæpius victor conſenſit, ut caſu deficientis prolis Brandeburgici in principatum ſuccederent, ſed *Vecariam Marchiam* ſibi ſervavit. Defecit demum linea in Barnimi M. abnepote *Ottone III.* qui peſte 1464. abreptus eſt. Inde materia belli: Agnati Wolgaſtenſis lineæ agnationis jure ſucceſſionem ſibi vindicabant, ſed cum ægre probari poſſet ſeries familiæ & agnationis gradus, in illa rerum genealogicarum, uti ſeculum ferebat, imperitia, hic etiam titulus non æque clare videbatur demonſtratus. Pro Brandeburgicis ſtabat pactum Barnimi M. & Imperatoris Friderici III. qui Friderico II. Electori feudum contulit, auctoritas. Cum Fridericus Elector Pomeraniam à 13. principibus confœderatis adjutas invaſiſſet, non tantum ſua & recentem ſucceſſionem defenderunt ſtrenue *VVartislaus X.* & *Ericus II.* fratres, ſed & Marchiam excurſionibus populati ſunt. Demum Caſimiri Regis Poloniæ interventu de pace convenit, ut Brandeburgicis *communio inſignium & titulorum* concederetur. Poſtea 1471. *Albertus Elector Brandeburgicus* obtinuit à Pomeranis, ut *Stetinenſem Ducatum* à ſe in feudum acciperent, ſervatis inſignibus, titulo & quæ occupaverant locis; quæ transactio à Friderico Imperatore confirmata eſt. Cum dein Alberto *Bogislaus X.* totius regionis heres homagium negaret, denuo ad arma deventum, ut à Marchione Pitizii Bogislaus obſideretur; ſed elapſus collegit copias atque Marchiam vaſtavit. Sed lis deinceps compoſita, cum Dux Margaretam Brandeburgicam uxorem duceret. Deinceps *Georgius Dux* 1528. Grimnizii cum Brandeburgicis ita tranſegit, arbitris Erico D. Brunſvicenſi & Alberto D. Megapolitano, ut Pomerani à Cæſare inveſtirentur, ſed

Marchio-

hionibus *simultanea investitura*, & quoties homagium Ducibus præstaretur, junto successio in casum futurum firmaretur. Unde in allegato §. 14. loco *Goldasti*, videre est, cùm Georgius & Barnimus investituram peterent, qua ratione Brandeburgici sibi caverint. Verba ita habent: *Quo facto Elector Brandenburgicus jurr & ad solium Imperatoriæ Majestatis progressus, oratione ad Imperatorem conversa, ne fere sententiam verba fecit, Celsitudinem suam feudum ac regalia Ducibus Pomeranicis nunc à Cæs. Majest. conferenda, nullo modo probare aut rata habere posse, nisi actio illa à Cæsarea Majest. confirmata locum suum habeat, diserte affirmans, sejus unumquodque vexillum cum ducibus Pomeranicis tangendi, & quæ sui juris essent, area Majestate accipiendi sibi integrum & reservatum velle. Qua Electoris Brandeici oratione finita, de jussu & voluntate Cæs. Majest. Elector & Archiepiscopus Moguntinus per sacrum Romanum imperium Archicancellarius Electori Brandeburgico redit, Cæs. Majestatem protestationem illam accipere, & secundum eam rem omnem actum esse. Qua responsione Elector Brandeburgicus contentus sessionem suam vicissim petavit. Deinde Georgius Brandeburgicus, & cum eo Doctor quidam ex cœtu Principum prodiens & Cæs. Majest. solium accedens, per Doctorem etiam fuit protestatus, ac protestationem illam scripto comprehensam Cæs. Majest. Archigrammateo obtulit. Quæ protestatio, ne Principes regalia & ditionum suarum inaugurationem solennem à Cæs. Majeste petentes impedirentur, ita fuit excepta, ac si publice prælecta, & de scripto recitata fuisset. Contra quod scriptum Elector Brandenburgicus statim protestatus clara & sonora voce dixit, se eam patruelis sui Georgii Brandeburgici protestationem imaginariam earum tantùm accipere, quatenus Cels. sua & Electoratus Brandeburgici jurisdictioni nihil detraheret aut derogaret. Atque ita Electoris Ioachimi & Georgii Brandenburgici bello fuit finita.* Deinceps refertur pag. 363. quod, cum ducibus vexilla ut tangerent tradita essent, Elector Brandeburgicus, ut antea de consensu in feudum à Cæs. Majest. Ducibus Pomeranicis conferendum protestatus erat, sessionem suam relinquens, unumquodque vexillum tetigerit.

§. XVIII. Cum Bogislaus XIV. Dux Pomeraniæ 1637. morte sua totam familiam ex mares clausisset, extitit conditio; atque ita Brandeburgici jure ad successionem vocabantur: sed quod tum flagrabat bello, ut possessionem adire, impediebantur. Demum pace Osnabrugensi, num. 11. illud constitutum: *Regia quoque Majestas Sveciæ restituat Domino Electori pro se & successoribus suis hæreditibus atque agnatis masculis: Primò reliquam* Pomeraniam ulteriorem *cum omnibus pertinentiis, bonis & juribus, secularibus & Ecclesiasticis, pleno jure, tam quoad dominium utile quam directum. Deinde* Colbergam *cum* toto Episcopatu Caminensi, *unique jure, quod ulterioris Pomeraniæ Duces huc usque habuerunt in collatione prælaturarum, & prabendarum capituli Caminensis; ita tamen, ut salva maneant jura Regiæ Majestati Sveciæ supra concessa, atque ordinibus & subditis in restitutis partibus ulterioris Pomeraniæ, Episcopatuque Caminensi competentem eorum libertatem, bona, jura & privilegia, secundum tenorem literarum reversalium, (quibus etiam ordines & subditi dicti Episcopatus gaudere debent, ac si iis directè data essent) cum libero* Augustanæ Confessionis *exercitio, juxta* invariatam Augustanam Confessionem, *absque ulla perturbatione perpetim fruendo circa homagii renovationem & præstationem omni meliori modo confirmet & conservet.* Quod vero ulteriorem Pomeraniam attinet, ea in satisfactionem concessa est Svecicæ coronæ illis verbis: Cæsarea Majestas de consensu Electorum *principum & statuum imperii, cum primis interessatorum vigoreque præsentis transactionis, concedit eidem Serenissimæ Reginæ & futuris ejus hæredibus ac successoribus regibus regnoque Svecia sequentes ditiones pleno jure in perpetuum & immediatum imperii feudum. Primò totam* Pomeraniam citeriorem, *vulgo* vor Pommern *dictam, unâ cum* insula Rugia, *iis finibus contentas, quibus sub ultimis Pomeraniæ Ducibus descriptæ fuerant; Ad hæc à Pomerania ulteriori,* Stetinum, Gartz, Dam, Golnau & insulam Wollin, *una cum inter labente Oderâ & mari vulgò* das frische Haff *vocato, suisque tribus ostiis* Pein/ Schwiene/ & Dievenau *atque adjacente utrinque terrâ ab initio territorii Regii usque in mare Balthicum, eâ latitudine littoris orientalis, de qua inter Regios & Electorales commissarios circa distinctionem finium & cæterorum minutiorum definitionem, amicabiliter convenietur. Hunc Ducatum Pomeraniæ, Rugiæ, principatum una cum ditionibus, locisque annexis omnibusque*

Successio Pomeranica; Pacis Osnabrugiæ de Pomerania dispositio.

Digitized by Google

& ſingulis ad eapertinentibus territoriis, præfecturis, urbibus, caſtellis, oppidis, vicis, pagis, hominibus, feudis, fluminibus, inſulis, lacubus, littoribus, portubus, ſtationibus, antiquis vectigalibus & reditibus, & quibuscunque aliis Eccleſiaſticis, ac ſecularibus bonis, nec non titulis, dignitatibus, præeminentiis, immunitatibus & prærogativis cæterisque omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis & ſecularibus juribus ac privilegiis, quibus anteceſſores Pomeraniæ Duces ea habuerant, incoluerant & rexerant, Regia Majeſtas regnumque Svecia ab hoc die in perpetuum pro hæreditario feudo habeat, poſſideat, iisque libere utatur, & inviolabiliter fruatur. Quicquid etiam juris in collatione prælaturarum & prebendarum capituli Caminenſis antehac habuerunt Duces Pomeraniæ citerioris, habeat in poſterum Regia Majeſtas regnumque Svecia perpetuò, cum poteſtate eas extinguendi, reditusque menſæ ducali poſt modernorum canonicorum & capitularium deceſſum, applicandi; quicquid autem ulterioris Pomeraniæ Ducibus competierat, competat Domino Electori Brandenburgico una cum integro Epiſcopatu Caminenſi, ejusque territoriis, juribus & dignitatibus prout infra pluribus explicatur. Titulis & inſigniis Pomeraniæ, *tam regia domus, quam Brandenburgica promiſcue utantur, more inter priores Pomeraniæ Duces uſitato: regia quidem perpetuo: Brandenburgica verò, quamdiu ullus à maſculina linea ſuperfuerit: Absque tamen Rugiæ Principatu, omniq; alia prætenſione, ullius juris in loca regno Svecia ceſſa: Deficiente verò linea maſculina domus Brandenburgica, omnes præter Sveciam alii titulis & inſignis Pomeranicis abſtinebunt: atq; tunc quoque ulterior Pomerania tota cum citeriore Pomerania, totoque Epiſcopatu & integro Capitulo Caminenſi, adeoque omnibus anteceſſorum juribus & expectantiis conſolidata, ad ſolos reges regnumq; Svecia perpetuò pertinebunt; ſpe interim ſucceſſionis & inveſtitura ſimultanea gaviſuros: ita ut etiam ordinibus ſubditisque dictorum locorum pro homagii præſtatione ſolito more caveant. Dominus Elector Brandenburgicus, cæterique omnes intereſſati, exſolvunt ordines, officiales, & ſubditos, ſingulorum ſupra dictorum locorum, vinculis & ſacramentis, quibus huc uſque ſibi, ſuisque Dominis, obſtricti fuerant, eoſque ad homagium & obſequia Regiæ Majeſtati, Regnoque Svecia more ſolito præſtandum remittunt: Atque ita Sveciam in plena, juſtaque eorum poſſeſſione conſtituunt, renunciantes omnibus in ea prætenſionibus ex nunc in perpetuum: idque pro ſe ſuisque poſteris peculiari diplomate hic confirmabunt.* Viciſſim pro æquivalente compenſatione, quod ad promovendam pacem univerſalem juribus ſuis in Pomeraniam citeriorem & Rugiam una cum ditionibus & locis annexis ceſſerit, Domui Brandenburgicæ Imperium Epiſcopatus Halberſtadenſem & Mindanum, atq; expectativam in Archiepiſcopatum Magdeburgicum conceſſit. De quibus §. 4. 5. 21. 23. Ob iſtam Pomeraniæ partem integra inſignia Pomeranica, uti allegato loco Wapenb. I. p. 7. viſuntur, *Svecicum* regimen in Pomerania uſurpare ſolet, interjectâ inter ſcutum & galeas regiâ coronâ.

Pomerania. Vandalia.

§. XIX. Tertium gryphum *Pomeraniæ* dedimus, quartum *Vandaliæ*. *Pomeraniæ* nomine crediderim quicquid citerioris Pomeraniæ eſt intelligi, *Vandaliæ*, quod inter Stetinenſem principatum & Caſſubiam medium eſt. Qua ratione ad Brandenburgicam domum iſta ſucceſſio delapſa ſit, ex prioribus, quæ de Stetinenſi Ducatu dicta ſunt, liquet, neque eſt ut alia addamus.

Com. Marçanus.

§. XX. Nunc nos tertia ſeries vocat, ſeptem iterum areolis inſignis. Prima eſt *aurea, faſciâ tranſversâ argenti & cocci ductu triplici teſſellata*, exarata. (Eine Binde querdurch / mit drey reigen weiß und rothen würffeln abgetheilt.) Notatur comitatus *Marcanus*, in Weſtphalia, Monaſterienſi diæceſi, Clivia, Montibus & Weſtphaliæ Ducatu fere concluſus, plurimisque egregiis urbibus illuſtris. Olim comitatui nomen fuit à caſtro *Altena*, & primus ex Altenacenſibus dicitur nomen Marcani Comitis ob emtum Caſtrum *Marck* à *Rabodone* comite, geſtaſſe *Adolphus*, qui in his quintus numerabatur, & 1249. fatis conceſſit. Ex §. 2. conſtat de illis, quæ de comitibus Marcanis dicenda fuiſſent. Utpote qui deſcenderunt ex *Adolpho III.* C. Montium & Altenæ, cum enim duos reliquiſſet filios *Engelbertus* Montanos ſevit, *Eberhardus* Altenacenſes. Et quidem cum initio familia ab Adolfo I. filiis datæ *purpureæ roſæ* uſa eſſet ſymbolo, ob facinus *Friderici Iſenburgii*, qui gentilem Colonienſem Archiepiſcopum *Engelbertum* trucidaverat, & ob hoc ſupplicio rotæ ſubjectus eſt, hæc conſpurcata viſa, itaque cum nomine Marcano ut dixi Altenanum, & roſa cum moderna faſcia permu-

Digitized by Google

utatum. (Apud *Teſchenmach. annal. Iul. Cliv. & Mont.* P. 2. pag. 235. vir quidam is, de Adolpho V. Comite:

Altena qui quondam mavis nunc Marca vocari,
& qua cauſa fuit nominis æqua patet.
Præſulis occiſi meruit ſcelus Engelberti.
& ſecum extinctus totum abolere nepos.)

re Sereniſſimæ familiæ in hunc comitatum, quem totum ea nunc etiam tenet, m patet ex §. 8. Hoc unum tantum moneo. In comitatum hunc peculiari ratio- ætenſionem aliquam ſibi arrogaſſe, Johanne Wilhelmo Duce Juliaci, Cliviæ & tium mortuo, agnatos ex Eberhardo Adolphi, quo Adolphus primus ex his Cliviæ es natus eſt, fratre deſcendentes. Lineæ vero ex hoc tres inprimis fuere, *Arenber- Bullionea* & *Lumea*. Prior jam ſuperiori ſeculo defecit, & ſucceſſionem tranſ- ad *Ligneſios*, Margareta herede Joanni Ligneſio Barbanſonio nupta. Unde illa lia nunc quoque Marcanum *ζῆγμα* inſignibus ſuis inſerit: ut videre eſt Wapenb. .8. tit. *Arenberg.* & ſupra c. 4. n. 2. pag. 23. Ex altera deſcendit Carol. Robertus canus *Malleporii* (*Mauleurier*) Comes & titularis *Dux Bullionei*, qui ſibi comita- vindicare conatus eſt apud *Gramond. H. Gall. L.* 1. *p.* 14. (Qui ſuum etiam judicium ponere auſus: *arguebant ex maſculis ortos ſe, eoque potiores, rem haud vero procul, luiſſent ut jure ita & armis.*) Ex tertia jus aliquod ſibi in Marcanum Comitatum garunt *Philippus* & ejus filius *Erneſtus*, qui *Comitum Marcanorum* inde ſumpſere um. Sed objectum omnibus his, quod linearum harum in ulla inveſtitura facta ſit mentio, neque vero illarum formulæ prius unquam ab his agnatis falſitatis aut ris poſtulata.

§. XXI. Sequitur areola quæ ad perpendiculum ſecta hinc argento, iſthinc mi- tingitur. Hæc *Halberſtadienſem* Epiſcopatum notat: ut videre etiam eſt Wa- lib. 1. pag. 10. Cæterum Carolus M. qui ad debellandos domandosque Saxones vim ul externam & pietatis ſtudia conjunxit, ut non tam ſibi populos, quam Chriſto er paganos Eccleſiam colligere crederetur, 780. *Oſterwvici* condidit templum ma- ficum, atque locum boni ominis causâ *Selingſtadt* appellavit, præfecto etiam Epi- po *Hildegrino* Catalaunenſi Gallo. Inde cum locus minus placeret, translata eſt es Epiſcopalis *Halberſtadium*. Hic multi ſucceſſive præfuere præſules. Donec *mundo* ex Marchionibus Brandenburgicis, ex quibus quatuor ordine dignitatem c geſſere, extincto 1566. *Henricus Iulius* Julii Ducis Brunſvicenſis filius nonniſi bi- lus à canonicis, magno ſe æris alieni à prioribus Epiſcopis contracti onere leva- s, eligeretur: hâc conditione, ut gubernatio duodecim annos perpetuò eſſet pe- capitulum: deſignato autem præſuli quotannis mille Joachimici perſolverentur, quis reditibus ad æs alienum diſſolvendum ſepoſitis. Hic *religioni Evangelicæ* eſſit, ac dein effecit, ut filii ordine eundem Epiſcopatum gererent, *Henricus Caro- Rudolphus* in adoleſcentia extincti, & *Chriſtianus*, multis Germaniæ motibus ce- is. Hoc 1616. mortuo Imperator Ferdinandus obtinuit, ut à Canonicis filius *Leo- lus Wilhelmus* Epiſcopus eligeretut. Dehinc *pace Oſnabrugenſi* hic etiam Epiſco- us domui Brandeburgicæ conceſſus eſt æquivalentiæ nomine, ob ceſſam ut paulò e audivimus Pomeraniæ partem. Audire juvat verba inſtrumenti: *Pro æquiva- e compenſatione Electori Brandenburgico Domino Friderico Wilhelmo, quod ad pro- vendam pacem univerſalem juribus ſuis in Pomeraniam citeriorem & Rugiam, una ditionibus locisque ſupra annexis ceſſerit, præſtanda, eidem, ejusdemque poſteris & ceſſoribus haredibus atque agnatis maſculis, cum primis D. D. Marchionibus Chriſtiano lhelmo, olim adminiſtratori Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, itemque Chriſtiano nbacenſi & Alberto Onolzbacenſi eorundemque ſucceſſoribus & haredibus maſculis, m acpax cum utroque regno & ſtatibus Imperii compoſita & ratificata fuerit, à Sa- Cæſarea Majeſtate de conſenſu ſtatuum Imperii & præcipuè intereſſatorum, tradatur copatus* Halberſtadienſis, *cum omnibus juribus, privilegiis, regalibus, territoriis & ſecularibus & Eccleſiaſticis, quocunque nomine vocatis, nullo excepto, in perpe- & immediatum feudum: Conſtituatur item Dominus Elector ſtatim in poſſeſſione dem quieta & reali, eoque nomine ſeſſionem & votum in comitiis Imperii & circulo in- ris Saxonia habeat: Religionem autem & bona Eccleſiaſtica in eo ſtatu relinquat, admodum per Dominum Archi-Ducem Leopoldum Guilielmum inita cum capitulo cathedrali*

Epiſcopatus ſ. Princip. Halberſtadius.

cathedrali pactione ordinata fuerant. Ita tamen, ut nihilominus Episcopatus Domino Electori, totique suæ domui & agnatis masculis, supra nominatis, cum eorum successoribus & hæredibus masculis, ordine, quo sibi invicem succedent, hæreditarius maneat, atque capitulo nullum jus in eligendo & postulando, vel etiam regimine Episcopatus, & iis quæ eò pertinent, reliquum sit, sed modo dictus Dominus Elector, & juxta ordinem successorium reliqui supra nominati, ea potestate in hoc Episcopatu utantur, qua reliqui principes imperii in suis territoriis utuntur. Liceat q; quartam partem Canonicatuum (exceptâ præpositura in hanc computationem non numerandâ) decedentibus successu temporis modernis eorum possessoribus, Augustanæ Confessioni addictis, extinguere, eorumque reditus mensæ Episcopali incorporare. Quod si tot Canonici Augustanæ Confessionis non sint, qui quartam partem totius corporis Canonicorum, dempto Præposito, conficiant, numerus suppleatur ex Catholicorum decedentium beneficiis. Cum etiam comitatus Hohensteinensis, *pro ea parte qua feudum est Episcopatus Halberstadiensis, consistens in duabus dynastiis sive præfecturis* Lora & Klettenberg *& quibusdam oppidis, unà cum eo pertinentibus bonis & juribus, post ultimò defunctum Comitem hujus familiæ, eidem Episcopatui applicatus, atque à Domino Archiduce Leopoldo Guilielmo, tanquam Episcopo Halberstadiensi hactenus possessus fuerit, hunc eundem comitatum porrò quoque penes istum Episcopatum irrevocabiliter permanere placuit, adeò ut Domino Electori tanquam hæreditario possessori jam dicti Episcopatus Halberstadiensis de memorato comitatu disponendi libera facultas esse debeat, non obstante, nec vigorem habente ulla contradictione, quæ à quoquam in contrarium moveri possit. Teneatur idem Dominus Elector Comitem à* Tattenbach *in possessione comitatus* Rhenistein *conservare, eidemq; in vestituram à Domino Archiduce de consensu capituli concessam, renovare.*

Ducatus Crosnæ & Jegerndorfi.

§. XXII. Quæ porxima est area non *aurea* sed uti Sereniſſimæ familiæ credimus, *argentea aquilam nigram* defert, hujus pectori autem *lunam crescentem* & *cruciculam argenteam* inscriptas videre est. Hanc *Crosnensis* principatus interpretor notam: quamvis obstare videatur *Sibmacher.* Wapenbuch p. 2. pag. 5. qui Crosnensi aquilæ solum assignat aureum, quod hic pingitur argenteum. Porro *Crosnensis* Ducatus ea ratione ad domum hanc Celsissimam delapsus est. *Henricus Glogovienſium* Dux ultimus conjugi suæ *Barbaræ*, Joannis Electoris Brandeburgici sorori 1476. legaverat ducatum: Ea cum desponsaretur Uladislao R. Bohemiæ, qui tamen sponsam dein deseruit, jam 1479. subditi homagium ipsi præstiterant: sed multi inde motus, cum & Rex Bohemiæ petitiones suas misceret, & Johannes Dux Saganensis defuncti agnatus hæreditatem poscceret. Post bellum hoc nomine gestum, Crosna cum quibusdam aliis à reliquo ducatu avulsa ac Barbaræ Brandeburgicæ dotalitio nomine data sunt. Demum 1538. *Ioachimus II.* Elector ab Imperatore Ferdinando ducatûs, quem hactenus hypothecarium tantum ob dotem Barbaræ Marchiaca domus tenuerat, titulum transactione accepit. Noluit vero Elector misceri ob hunc ducatum reliquis Silesiæ principibus, neque illorum dietis licet sæpius requisitus interesse: Sed Custrinensi provinciæ hæc accessio inserta est. Crosnensi aquilæ addamus aliam, quæ, unum si laterculum excipias, proxima est, *nigra pectori* ascriptum *cornu venatorium argenteum* (non uti hic Fürstius pingit *lunulam*) gestans in *argentea area*, hujus seriei quinta. Hac *Iegerndorfensis* ducatus designatur. vid. Wapenb. 2. pag. 5. Ex quo corrigendus est *Limneus*, qui *Iuris Publ. Addit.* ad L. 5. c. 7. n. 127. p. 391. Jegerndorfensem aquilam *nigram* ait in campo *flavo* (aureo) in pectore exhibere cornu venatorium. Sed usus Sereniſſimæ familiæ repugnat. Alibi vidi aquilæ illius pectori in scutulo peculiari tria *cornua venatoria in literam pythagoricam dispositæ* inscribi. Porro hic *Iegerndorfensis* (*Carnovius*) Ducatus in Silesia à Ludovico Rege Ungariæ & Bohemiæ *Georgio M. Brandeburgico* qui eum educaverat ex gratitudine 1524. donatus est. Eum dein successor Ferdinandus reliquit, sed sub conditione feudi. Dein, cum Albertus Georgii Friderici tutor ab Imperio proscriptus esset, ducatum, donec hic adoleviſſet, Ferdinandus sibi addixit, sed 1558. reddidit. Hic Georgius Fridericus eundem ducatum deinde *Ioachimo Friderico* Electori agnato suo donavit, unde eum quoque occupavit: & in filium *Ioh. Georgium* transtulit, qui anno 1607. possessionem sumsit, atque ædem principalem multum ornavit. Cum verò Imperialem proscriptionem hic Joannes Georgius incurriſſet, principatus Jegerndorfensis, Principi Liechtensteinio collatus est: urgente tamen restitutionem

Sereniſſima

Digitized by Google

iſſima domo Brandeburgica, eo quod ducatus iſte fidei commiſſo familiæ obno-
iec niſi uſus fructus jure dicto Domino Marchioni conceſſus, ex perſona ipſius
rſæ familiæ adimi non potuerit.

XXIII. Omiſsâ adhuc, quæ inter duas aquilas intercipitur, gryphe ornatâ areâ, Mindenſis
:o ad ſextam ſeriei tertiæ. Hæc *coccinea duas claves argenteas decuſſatim locatas* Epiſc. ſeu
ıet, notando *Mindenſi* Epiſcopatui (Wapenb. I. p. 10.) vel uti nunc titulus mutatus Principa-
ıncipatui. *Minda* ad Viſurgim ſita (quam alii perperam confundunt cum altera tus.
a, confluentes Viſurgis ſeu Wertæ & Fuldæ ſervante, Brunſvicenſis ditionis) orna-
Epiſcopatus prærogativâ à Carolo M. Cura ejus primum comiſſa *Herimberto*, qui
kindum, celebertimum in hiſtoriis nomen, in religione Chriſtiana inſtituit atque
ſavit. Superiori ſeculo ſucceſſive præfuere diœceſi *Hermannus* & *Antonius*, fratres,
tes Holſato-Schauenburgici, & hoc 1599. mortuo *Chriſtianus* ſenior Dux Brunſvicl
ınæburgi, qui ad annum 1633. ſuperfuit. Inde vel jam anno 1629. titulum Epiſcopi
t *Franciſcus Wilhelmus* ex Bavaris comes Wartenbergicus, Osnabrugenſis etiam,
lenſis & Ratisponenſis Epiſcopus, tandem Cardinalis. Sed dein 1648. hic etiam
ipatus in æquivalentiam pro ceſsâ Pomeraniâ reliquis adjectus eſt. Verba ha-
. *Eidem Domino Electori pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ſupra ſcriptis tradatur Epiſcopatus*
danus cum omnibus juribus & appertinentiis, pari ratione ut antememoratus Epiſco-
is Halberſtadienſis, in feudum perpetuum à Sacra Cæſarea Majeſtate de conſenſu ſtatuum
erit, ſtatimq; poſt concluſam & ratificatam hanc pacificationē Dominus Elector pro ſe &
ſoribus ſuis in poſſeſſione ejusdem quietâ & reali conſtituatur, eoq; nomine ſeſſionem &
um in Comitiis Imperii univerſalibus & ſingularibus, ut & circuli Weſtphalici obtineat.
ıis tamen civitati Mindenſi ſuis regaliis & juribus in ſacris & porphanis cum mero &
to Imperio in criminalibus & civilibus, præſertim jure diſtrictus, ejusq; juris dictionis
rcitio conceſſo, & pro nunc apprehenſo, aliisq; uſibus, immunitatibus & privilegiis circa
linajura ipſis legitimè competentibus, ita tamen ut pagi & villæ domusque ad principem,
itulum, totumq; clerum & equeſtrem ordinem pertinentes, & reſpectivè in diſtrictu
ntra mœnia civitatis ſitæ omnino excipiantur, & de cætero jus Principis & capituli
ıolatum maneat.

§. XXIV. Claudit ſeriem tertiam areola *argentea tres minio infectos cantherios* Com. Ra-
iqui vocant gebogene balcken) deferens: minus ex arte loquitur *Limn. Iur. publ. ad-* venſperg.
ad L. 5. c. 7. 1. p. 127. cum vocat *tres rubeas trabes non planas ſed incurvatas.* Hæc
venſpergium comitatum notat in Weſtfalia ſitū. De nominis ratione ita *VV. Teſchenm.*
nal. Iul. Cliv. & Mont. P. 2. p. 461. *A corvis dictus, quod arx à quo appellationē ſortitur*
n tantum in monte, corvorum habitatione, ad exemplum aliorum caſtrorum primum ab
ıtore ejus condita, ſed etiam avis hæc, mali alioquin ominis, inter ſecantium ſtrepitus,
on ſecus quam quæ à Noacho ex arca emiſſa perfugio ſuo ad dominum conſtructionis ibi-
em faciendæ occaſionem dedit. Aliis comitatum ad imitationem alterius in Bavaria ap-
ellatum eſſe placet. Ludovicus enim pius Caroli M. filius ex altera conjuge Iuditha
Velphi (Ravenſpurgenſis) *filia Carolum Calvum Francorum regem ac demum Impera-*
orem edidit. Ex VVelphi autem poſteris Otto Bavarus fuit, à cujus filia Hermanno de Calvele
rmo Ravenſpurgico *Comiti copulata illuſtris hæc familia deſcendit.* Ex comitibus, qui
b *Hermanno de Calvele* Idæ Bavaricæ Ottonis Bavariæ dein Saxoniæ Ducis filiæ, &
Henrici aucupis ſororis marito, deſcendunt (memoria lapſum *Teſchenmach.* oportet,
ıec enim Ottone Henrici aucupis patre Ida illa nata, ſed Ottone D. Bavariæ, unde
Henrici quem à Northeim agnominat ſoror erat. vid. *Cranz.* L. 5. Sax. c. 15 (ultimus *Otto*
Margaretam filiam habuit, per quam Gerhardo Juliacenſi Wilhelmi I. Ducis filio nu-
ptam, ſeu gratiam Imperialem hujus reſpectu conceſſam dicere quis malit, *Juliacenſes*
hereditatem nacti ſunt, Conf. §. 2. 3. Manſit dein Juliacenſibus reliquis ditionib. juncta,
cum iis in Clivenſem domum delapſa, & ita de ea atq; ejus in Sereniſſ. familiam Bran-
deburgicam translatione, quod §. 10. ſeq. dictum, ſimul intelligendum eſt.

§. XXV. Ordo quartus ſex laterculos (vel nunc ſeptem) continet, quorum Zollern.
primus duabus lineis ſe rectè interſecantibus *quadripertitus* apparet, *argento prima &*
quarta, duabus reliquis quadris nigro colore infectis. Notatur hoc ſigno *Zolleranæ* ſ. *Hohenzollerana* familia; atque ita Sereniſſima gens originem ſuam illo te-
ſtatur. De *Zolleranorum* autem ortu alibi etiam dixi, quam varient ſententiæ. *Columnios* vulgaris traditio, quæ diu obtinuit, in præſidium vocavit; aliqui etiam ne genti tam præluſtri injuria fieret, cum ex alienigenis derivaretur, ipſos Columnios ex Germanis in Italia ſatos perhibuere. Alii ex *Guelfis* arceſſunt, nonnulli

ex *Gallia* aliquo Rege. Quicquid ejus ſit, cum antiquitas ſi non fabulis obnoxia, tenebris tamen involuta deprehendatur, abſtinemus judicio; & ſufficit nobis ſcire, quod à quodam *Danckone* gens derivari amet, quem 829. arcem *Zolleranam* tenuiſſe à certo parum abeſt. Ab ejus frate *Gotbaldo* aliqui comites *Saulgavia, Sigmaringæ, Landenbergæ & Pfullendorfii*, non incelebres & affinitatibus illuſtres, deducere ſolent. In poſteris Danckonis *Eitelfridericus* ex ſorore Rudolphi Habſpurgici pater fuit *Friderici* (quem cum Auguſtæ dignitatis nuncius avunculo fuiſſet, communi ſententiâ primum Norimbergenſem Burggravium deſignatum credi, §. 13. tradidi) & *Eitelfriderici*. A Friderico deſcendit tota Sereniſſima domus, in cujus ſcuto explicando occupamur. Ab *Eitelfriderico* autem derivatur altera gens *Zollerenſium* comitum, quæ principatu dignitate ornata, nunc quoque in ramos *Hechigenſem* & *Sigmaringenſem* divila amplas ditiones in Svevia tenes.

Guzkoviæ Com. §. XXVI. Addamus jam quæ ſequuntur areolas quatuor, quarum prima (in toto ordine ſecunda) in parmæ *tranſversè* ſectæ, cujus *inferior pars quintuplici ordine teſſellarum cærulearum & aurearum repletur, ſuperiori regione coccinea gryphum exorientem argenteum* complectitur: proxima *coccinea gryphum argento tinctum, cujus extrema in piſcis vil draconis caudam deſinunt* (Sibmach. vocat Drach) refert: quæ ſequitur *aurea gryphum* item continet *nigrum, alæ pennis argento pictis*; extrema *aurea duos ramos detruncatos in decuſſim trajectos & minio tinctos, interpoſitis quatuor roſis rubentibus* exhibet. His addamus omiſſam antea tertii ordinis aream quartam *argenteam, in qua gryphus obliquis ductibus viridibus & rubeis variegatus* (*bandé*) apparet. Omnes hæ notæ ad Pomeranicam ſpectant ſucceſſionem, atque adeo, hâc ultimâ exceptâ, in Pomeranico ſcuto (Wapenb. 1. p. 7.) conſpiciuntur. Ex his certiſſima eſt interpretatio decuſſis ramoſi & roſarum: notatur enim comitatus *Guzcovianus* (inde corrigendum φάλμα apud Goldaſtum, qui legit *Butzcovianum*, vide ſupra n. 14.) jam diu titulis Pomeraniæ adſcribi ſolitus. Ille comitatus ab oppido ad Peynam inter Loitiam & Anclamum ſito nomen habet, & olim Gryphiswaldiam, Loitiam ſ. Leutitiam & Abbatiam Eldenau complectebatur. Seriem veterum comitum nullibi vidi, ſed id legi, *Mizlavum* comitem Gutzcovianum in comitiis Uſedomi à D. Pomeraniæ Wartislao de introducenda religione Chriſtiana celebratis comparuiſſe, baptiſmum etiam ſuſcepiſſe, atque ſuis convertendis operam præbuiſſe ſedulam: tum *Johanne* ultimo defuncto Bogislaum X. & Barnimum V. ditionem illam ſuis adjeciſſe. Habuit vero Gutzcoviam ſibi aſſignatam, & ibi habitaſſe videtur *Barnimus VII.* Quatuor au-

Stargardia tem gryphos quod concernit, difficilioris illi videri poſſent interpretationis. Quem hic ultimo loco enumeravi, vel ex priori ſerie huc revocavi, non apparet in ſæpius citatis Pomeranicis inſignibus Wap. I. pag. 7. Niſi dicere quis auſit, errorem etiam à ſculptore commiſſum, quia idem plane, uti hic pingitur, eſſe videri poſſet, cum eo qui in ſecunda ſerie *Vandaliæ* adſcribitur. Verum fruſtra ſculptor accuſaretur, cum revera diſtincta notent duo gryphi, quamvis non aliter ipſi diſcernantur, quam quod tæniarum ordo inverſus eſt, ut hic praſinæ ſint, quæ ibi rubræ, hic rubræ quæ ibi virides. Porro uti ipſa Sereniſſima domus notam explicat, deſignatur hâc areâ *Stargardia*,

Barth. Wolgaſt. in Pomerania ulteriori, quæ Electori nunc quoque paret. Duobus gryphibus aliis non dubito deberi *Barthicum* & *Wolgaſtenſem* principatum, quorum vexilla ſuperius audivimus §. 14. Pomeraniæ Duci prælata. Et quidem monſtroſus ille in draconis caudam exiens, priori principatui reſpondet, alter niger argentatis pennis ornatus *Wolgaſtum* deſignat. Crediderim hæc inſignia prioribus acceſſiſſe, cum inter Wartislai VI. (VII.) filios Barnimus VI. *Wolgaſtum*, Wartislaus VIII *Bartum* cum Rugia ſortiretur; Et quidem inter hujus liberos Svantiborus *Sundiam* cum inſula *Rugia*, Barnimus IX. iterum *Bartum* tenuit. Denuo Wartislai IX. filii Ericus *Wolgaſtum*, *Bartum* Wartislaus X. cum *Rugia* tenuit. In Philippi I. filiis quatuor invenio totidē iis peculiares ſedes, Johanni Friderico *Stetinum*, Bogislao XIII. *Bartum*, Barnimo XI. *Rugenvvald*, Ernesto Ludovico

Uſedom. *VVolgaſtum* aſſignari. Unus adhuc ſupereſt gryphus ex teſſellis exurgens, quo *Vſedomiū* principatum (qui decimum vexillum, cujus Goldaſtus oblitus videtur, inſignire potuit,) notarià peritis edoceor; licet ſi conjecturæ major libertas eſſet, nec ordo vexillorum & ſeries in Pomeranico ſcuto obſtarent, Uſedomio gryphem cum draconis cauda (in quo aſſentientem habeo *Limn. jur. publ. addit. ad* L. 5. c. 7. n. 127. p. 392.) reliquos duos *Barto* & *VVolgaſto* tribuere maluiſſem. De modo quo ad Sereniſſimos Brandeburgicos delata ſint iſta omnia, ſatis dictum videtur §. 17. 18. Nam Pomeraniæ nomine omnia iſta ſimul intelligenda ſunt.

§. XXVII. In

§. XXVII. Inter gryphes memoratos & quidem Barticum atque Wolgaſtenſem unc parmula inſeritur, cujus in *Fürſtii* typo nullum veſtigium, quæ *rubea crucem* noratæ figuram pictores referunt) *argenteam* continet. Hoc emblemate *Cami-* s notatur *Principatus*, pridem *Epiſcopatus*. Porro initio Epiſcopatus fundatus eſt *Julini*, cujus patroni Duces Pomeraniæ fuere, & fundationis & dotationis jure: un- b eorum jurisdictione Epiſcopi Julinenſis, poſtea Caminenſes, ſede Caminum 1176. lata dicti, ad certa ſervitia præſtanda obſtricti fuerunt. Primus in illis fuit *Adelbertus* cus, Ottonis Bambergenſis, à quo ad Chriſtum Pomerania adducta eſt, in ſancto re comes, & continuator. Ex poſteris aliqui non parum negotii ducibus faceſſive- . Primus Epiſcoporum *Evangelium* agnovit *Eraſmus Manteuffel*, primus vero ejus tor fuit *Bartholomeus Svavenius*, Eraſmi ſucceſſor, qui dein uxore ducta Epiſcopa- reſignavit. Succeſſit ei *Mart. Weiher*; huic ſuffectus eſt *Joan. Fridericus Dux Pome- æ*, & poſt hunc ordine alii ex eadem familia Duces. Quo jure ad Sereniſſimam Bran- urgicam familiam demum hic principatus delatus ſit n. 18. percepimus.

Caminenſis Epiſc. ſ. Principatus.

§. XXVIII. Supereſt ultima quarti ordinis quadra *coccinea aquilam argenteam uâ & unguibus auratis* inſcriptam habens. Hoc ſignum eſt comitatus *Rupinenſis Rapinenſis*) ita videre eſt Wapenb. 2. p. 14. nec non P. 3. p. 27. Tum quia Rupinenſes m. etiam *Lindoviorum* titulum geſtare ſolebant, huc refero ſcutum Lindoviorum . p. 14. Neque enim illa aquila ab altera Rupinenſi aliter differt, niſi quod lunam au- m pectori inſcriptam videmus. Forte dixeris inter duos fratres diſcerniculum eſſe ıptum: cui cauſæ etiam tribui poteſt, quod apices variant. Porro hic comitatus in ibus Marchiæ ſitus ad Electorem. *Joachimum I.* ut feudi Dominum pervenit 1524. ›rte ultimi Rupinenſis & Lindavienſis comitis *Wichmanni*.

Rupinenſis Comitatus.

§. XXIX. Cuſpis ſcuti areolam continet, quæ ſine alia figura *minio* tingitur. æc etiam in Pomeranico ſcuto allegato loco conſpicitur: & quod eâ notentur *rega- principatus*, inde clariſſimum eſt, quod in allegata inauguratione imperii vexillum ud dicitur, quod eſt totum ſanguineum. Confer quæ de illa diximus *comment. de ign. Saxon.* c. 1. S. 1. § 30. & ſupra P. 1. c. 5.

Regalia.

§. XXX. Jam ſupereſt parmula, quæ media in ſecundo ordine areolarum loco :em honoris vocant toti ſcuto impoſita Electorale proprium *δᾶγμα* continet: nempe m ipſa *cærulea* ſit, *ſceptrum aureum*. Electori hoc proprium, quia ſolet *ſceptrum* Im- :ratori præferre. Ita in *Aur. B.* c. 22. *Comes Palatinus pomum Imperiale portans à latere xtro, & Marchio Brandeburgenſis ſceptrum deferens, à ſiniſtro latere ipſius Ducis Saxo- a (qui cum Regali enſe Imperatorem immediate præcedit) linealiter gradiantur*. De hoc :eptro confer *Limn. ad A. B.* c. 22. *Obſ.* 7. ubi notat etiam in ſeſſionibus, ex. gr. in Conſtan- ıenſi Concilio hujus officii uſum fuiſſe. Conf. *Hæping. de jur. inſ.* c. 6. p. 4. §. 3. p. 330. ubi et- ım refertur controverſia, quæ Electori interceſſerit hujus officii cauſa in coronatione .aroli IV. cum Juliacenſi Marchione, in cujus clientela Aquisgranum eſt. Cæterum id .eptrum conſpicatus in inſignib. Electoralib. *Mart. V. Papa, Columnius* gente, *columnam* ſſe exiſtimavit, & ob id Electorem diplomate publico *agnatum* dixit. *Spangeb. 1. Chron. nneb.* c. 3. Alii verò putant errorem Columniæ deductionis inde ortum, quod majo- es dynaſtiam *Saulgam* obtinuerint, cujus Domini columnam inſignib. prætulere, velut Wap. 3. p. 27. *Sulgen* attribuit in ſcuto argenteo leonem rubeũ, nigram columnam te- ıentem. Porro quâ ratione delata ſit in hanc domum dignitas Electoralis, § 6. dictũ eſt. Quamvis enim, quis primus Elector fuerit, in tanta de origine Electoralis Collegii opi- ıionum diverſitate arbitrari meum non ſit, ſufficit Marchionatui Brandeburgico anne- ıum eſſe illud axioma, quæ utraque dignitas ſimul ex una in aliam gentem migravit.

Electoratus. Sceptrum columna viſum.

§. XXXI. Hæc deſcriptio ſcuti fuit; huic impoſitæ galeæ novem conſpicuntur, quarum quæ *Brandeburgica* eſt, media coronata ſuſtinet jugum alarum cærulearum, quarum quævis ſceptro aureo inſignis eſt. Laciniæ cyano & auro pinguntur. Ad dex- tram locatur alia coronata, quæ deſignando *Magdeburgenſi* ducatui ornatur Pelicano argenteo pectoris vulnere pullos refocillante. Huic proxima eſt *Juliacenſis*, quæ vel moloſſo aurato, nigris alis inſtructo vel aquila aut grypho exoriente ſuperbit (confer quæ diximus *Commentario de Saxon. inſignib.* c. 2. §. 7.) huic adponitur *Montana* caudam pavoninam oſtentans (vide eund. *Commentarium de Saxoniæ inſignib.* c. 2. §. 8. & quæ à dextris prima eſt *Stetinenſis*, ducali mitra (Fürſten mütze) ornata, cui impoſitus alius orientalis pileolus acuminatus argenteus, in auream ſphærulam deſinens, impoſitas pavoninas pennas virides ſuſtinet. (De his pileolis aliquid dictum P. 1. c. 6.) quæ Brande-

Galeæ novem. Caput Moloſſi apex Noricorum.

burgicæ ad ſiniſtram adponitur, *Boruſſiæ* notandæ aquilam ſcutariam ejusdem latetculi inſiſtentem ſuſtinet. Pone hanc ut *Clivia* notetur, bovinum caput caſſidem premit (de eo etiam diximus *Comm. de Sax. inf.* c. 2. §. 3.) Penultimam tegit mitra ducalis rubea, argentei coloris pelliculis farta, & ſuper illam inter duo cornua (quæ *Chifflet. inſ. Eq.* A. V. p. 128. & poſt eum *Oronc. Finé de Brianv. jeu d'arm.* proboſcides Elephantinas dorſis obverſis oppoſitas credit,) alternis ex argento & minio ſegmentis variegata leo exſurgens cum corona rubea (vel ut audio uſurpari, aureâ) niger. Hic apex Burggraviatum *Norimbergenſem* ſignificat. Cujus nomine olim *caput & collum canis auriti majoris*, Brackenkopff/ uſurpatum, & à ſe in Mauſoleo Burggraviorum, quod Hailspronnæ eſt, conſpectum refert *Limn. jur. publ.* 5. p. 127. Id à temporibus Friderici II. Burggrav. Norimbergenſis repeti volunt, & ajunt illum ornatum hunc inſignium 1317. à *Leopoldo Ratisponenſi* Barone in Epiſcopatu Conſtantienſi (miror à viro doctiſſimo *Ratisponenſem* dici, qui *Regenſpergius* dicendus erat, neque enim niſi ineptiſſime, quia Regenſpurgium ſeu Regina caſtra ſeu Reginoburgum ad Danubium urbs celeberrima Ratispona appellari ſolet, caſtrum Regenſperg & illa dynaſtia tam procul inde diſſita idem nomen geſtat. Porro Regenſpergiis alius apex datur, tiara nempe Epiſcopalis. Wapenb. II. pag. 36. an quia ſæpe apices variari ſoliti, an quia canis imago vendita?) pretio 36. marcarum argenti emiſſe. Sed & illud ferunt, ornatus hujus cauſa diſſidium aliquando inter *Burggravios* & comites *Oetingenſes* ortum, idem vero Principum nonnullorum interventu compoſitum; tandem auriti hujus canis figuram civitati *VVanſidelianæ* pro inſigni attributam. Quæ ultima ad ſiniſtram eſt mitrâ ducali rubeâ, cui corona aurea inſeritur (hæc Wapenb. II. p. 3. omittitur, ſed in apice Caſſubio-Vandalico exprimitur,) iterum tegitur, & pro apice caudam pavoninam habet. *Pomeraniam* notari hoc inſigni conſtat; & quidem ſicut Juliacenſis, Clivenſis & Montanus apices abſorbent reliquos apices debitos ditionibus & comitatibus ſub illis comprehenſos, ita quicquid in pluribus areolis ad Pomeranicam ſpectat ſucceſſionem, Stetinenſi & Pomeranico hoc cimerio ſimul comprehendi intelligitur. Si quis verò ſcire amet aliquorum principatuum in clypeo deſignatorum apices, quos ſpatii tantum causâ omiſſos eſſe reor, ex *Limn. jur. publ.* addit. ad cap. 5. c. 7. n. 127. p. 391. 392. illos noto. *Halberſtadienſi* principatui debetur caſſis coronata, ex qua brachium armatum prominet, tres palmæ ramos manu tenens: *Mindenſi* itidem coronata & ex ea ſurgens leonis ϖϵομμὴ cum duplici cauda, ungue dextero tenens duas claves decuſſatim collocatas. Phaleras, quæ circumfunduntur ſcuto & ex galeis dependent, non una tinctura imbutas videmus, ſed uti diverſi ornatus ſingularum galearum ſunt, ex uno latere notantur *argento, cæruleo, rubeo & nigro* coloribus, ex altero *auro & argento, nigro & rubeo coloribus.*

Telamones. §. XXXII. Scuto ita delineato telamones adſtant *duo viri ſilveſtres*, qui truncos arboris vel clavas manu geſtant, & per extremas proſpectant galeas. Hos ex Pomeranicis inſignibus adſcitos collatio horum oſtendit.

Aliæ diſpoſitiones ſcutorum. §. XXXIII. Uti hæc diſpoſitio allegato armorialis loco reperitur, & à Sereniſſimo & Potentiſſimo, qui nunc eſt, Electore uſurpari ſolet. Ita tamen non ſemper eadem fuit, unde exempla aliquot adducemus, è quibus liquebit, creviſſe, uti plerisque ſolenne eſt, areolis hunc clypeum, viciſſim expuncta etiam nonnunquam eſſe, quæ prius geſtari ſolita, nonnulla *δείγματα*.

Ex Sibmachero Joachimi Friderici. §. XXXIV. In editione libri armorialis (Wapenb.) *Sibmacheri* prima 1605. Electoralia inſignia (quæ ex ratione temporis Joachimo Friderico Electori competunt,) iſta diſpoſitione exhibentur: ut ea duæ lineæ perpendiculares in tres ordines areolarum (hæ 16. numerantur) diſtinguant. In primo ordine ſupremum locum occupat leo *Burggraviatus Norimbergici*, inde gryphus *Pomeraniæ*, gryphus *Caſſubiæ*, aquila *Croſnæ*, gryphus draconis ſpecie *Vſedomiæ*, infimo loco decuſſis & roſæ *Guxcoviæ* indices viſuntur. Media ſeries nonniſi quatuor areolas continet, cum aquila *Brandeburgica*, & peculiari parmulæ inſertum ſceptrum *Electorale*, ſpatio quatuor aliarum coextendantur, infra has quadræ *Zollerana* & rubeus laterculus *regalium* index viſitur. In extrema ſerie ſupremo loco gryphus *Stetinenſis*, dein alius *Vandalicus*, tum denuò gryphus (quem *Barthicum* exiſtimo) mox *Rugius* leo, tum *VVolgaſtenſis* gryphus cum teſſellis, & in infimo angulo aquila *Rupinenſis* conſtituuntur. Si quis aliam malit diviſionem: diceret ſcutum in caput, faſciam & pedem duabus lineis transverſis dividi. Caput quinque

e laterculos continet, quorum medius cum Brandeburgica aquila extenſior eſt, s leone Norimbergenſi & grypho Pomeranico, à ſiniſtris gryphibus Stettinen- ndalico ſtipata. Faſcia præter 4. laterales mediam in peculiari parmula Electo- notam continet; iſti ſunt hinc Caſſubiæ & Croſnæ, iſthinc Barthi & Rugiæ in- Pes ſcuti ſex quadris conſtat, in duplicem ſeriem locatis, ſuperior Uſedomium, num & Wolgaſtenſe, interior Gutzcovianum, regalium & Rupinenſe *διλύμα-* inet. Galeæ imponuntur clypeo tres, media Brandeburgica, cum Electora- ttris, prior Norimbergenſis, poſterior Pomeranica.

xxxv. In altera ed.. me à P. *Furſtio* procurata anno 1655. aliam videre libet ionem, ſed quæ anno quo liber prodiit non conveniat, verum tempori, quod *pa- abrugenſem præceſſit.* In hoc clypeo tres lineæ tranſverſæ areolarum faciunt r ordines. In primo iſto ordine à dextris incipiendo laterculos reperimus. *No- enſem, Clivium, Boruſſicum, Brandeburgicum, Iuliacenſem, Montanum, Pomera-* In ſecundo media parmula *Electoralis*, à dextris habet *Sileſiæ & Rugiæ*, à ſini- *rcæ & Ravenſpergæ* ſymbola. In tertio prima area aurea continet aquilam ni- ronatam inſcripto pectori cornu (quâ *Iegerndorffium* principatum notari n.22. ; niſi quod metallum mutandum: ſolum enim debebat eſſe argenteum) ſecun- hem (utputo *Barthicum*) tertia *Croſnenſem* aquilam, reliquæ gryphes *Vſedo- Vandalicum, Stettinenſem, Caſſubium.* In infimo ordine extant ſymbola *Zollera- utzcovianum, VVolgaſtenſe, Rupinenſe, regalium.* (In hac diſpoſitione non pau- deſideret.) Galeæ inſiſtunt ſcuto, à dextris numerando Norimbergenſis, Cli- ndeburgica, Montana, Juliacenſis, Pomeranica.

Moderni Electoris ante pacem Oſnabrugiam.

xxxvi. In hiſce duobus exemplis reperimus non pauca omiſſa, quæ poſt pa- nabrugenſem nunc videmus in Electoralibus inſignibus. In hoc vero ultimo duo laterculi ſunt, quos in moderno ſcuto non obſervavimus. Alter *Rugiam* (qui in priori exemplo itidem occurrit) non uno modo repræſentatur Wa- p. 3. & 7. ita habet, ut tranſverſa linea ſecetur, in ſuperiori parte *aurea exſurgen- nigro coronato & bifurcatam caudam ſurſum tendente, in inferiore cærulea quin- dris nigris informam ſcalæ, quâ utrinque aſcendatur, diſpoſitis.* Sed Wap. II. p. 6. mus ſcuti niger eſt, & ex eo quinque quadræ in gradus diſpoſitæ & minio tinctæ, m ſupremo in area aurea leo coronatus niger exurgit. Ibidnm apex datur ex coronata prorumpens *leo ſcutarius*. Sed ſi ex nomine idem haberi debeat Com. Wapenb. III. pag. 20. ab utroq; diſcrepat. In illa enim parma argentea ex quin- dibus nigris ſcuti pedem replentibus exſurgit leo coronatus aureus: quæ fi- am in galea repetitur. Verùm vel vitium ſculptoris interceſſit, vel diverſos uno fuiſſe oportet. Ab *Oronc. Fineo Brianvillio in jeu d' arm.* pag. 150. ita enunciatur: *à 5. carreaux de gueules poſez en chevron 1. 2. 2. enjambans l' un ſur l' autre au r, chargé d' un lyon naiſſant de ſable couroné d' argent.* Cæterum quod *Rugiam* ejus principes à *Critone* tyrannide in Chriſtianos exercita famoſo & ejus ſucceſ- *one* numerantur. Razonis filius fuit *Iaromarus*, qui Chriſtianam fidem ample- hujus abnepos *Wizlavus* gentem clauſit 1325. atque ita principatus, multum uctantibus Megapolitanis & Danis, (conf. *Ioh. Iſaac. Pontan. Rer. Dan. Hiſt. L. 7.* ex pacto mutuæ ſucceſſionis pridem facto, ad *VVartislaum IV.* Ducem Pome- elatus eſt. Inde in illa familia manſit ad extremum uſque, & plerumque cum *lenſi* principatu eundem Ducem; aliquando tamen etiam peculiarem habuit, quod in modernis inſignibus Electoralibus ille quadrans omittatur inde eſt, ceſſione Pomeraniæ per pacem Oſnabrugenſem facta, tituli & inſignia Po- æ quidem ad promiſcuum uſum tam domui regiæ Svecicæ quam Brande- e conceſſa, abſque tamen Rugiæ principatu.

Rugiæ principa- tus.

xxxvii. Adhuc contractior typus eſt ſcuti Electoralis, quem *Orontius Fineus ville* ludo ſuo chartarum inſeruit (*jeu d' armoiries*) in eo enim ſcutum bis per- ilariter, ter tranſverſè ſecatur. In prima ſeria *Norimberga, Brandeburgum, Po-* (cæruleus areæ color ab eo in praſinum commutatur, & grypho corona aſſi- aurea.) In ſecunda *Vandalia* (ſed gryphus variegatus tingitur nigro & rubeo co- deſcriptione dicitur eſſe rubeus in argento.) Sceptrum *Electorale, Caſſubia.* In *roſna.* (Explicatio quidem Pruſſiam vult notari, ſed hæc nunquam eum locum

Joachi- mi I. ſcu- tum.

Digitized by Google

in ſcuto obtinuit.) *Stettinum*, *Sileſia*: In ultima *Regalia*, *Rugia*, *Zollern*. Hic typus Joachimo I. Electori ante acceſſionem Pruſſiæ convenire potuit.

Typi contractiores. §. XXXVIII. Porro hoc etiam tempore præter totum illud tot areis plenum ſcutum, nonnunquam paucioribus uti, non eſt inſolens. Ita in nummo aureo illum typum expreſſum vidi: ut in tres ordines tranſverſis lineis laterculi diſtinguerentur, in primo *Brandeburgicam* aquilam hinc aquila *Pruſſica* iſthinc *Iuliacenſis* leo, ſceptrum *Electorale* peculiari inſcriptum ſcutulo, *Clivenſe* δῆγμα & *Montanus* leo ſtiparent: in cuſpide *Norimbergenſis* Burggraviatus & *Zolleria* inſertam triangularem aream puram comprehenderent. Ita in illo Pomeranicæ areæ omiſſæ ſunt. Alibi vidi 10. laterculos, ut eſſent in ſuprema ſerie inter *Magdebungenſem* & *Norimbergenſem* areolas, duæ aquilæ *Brandeburgica* & *Boruſſica*, in ſecunda inter *Clivenſe* ſignum & *Iuliacenſem* leonem ſceptrum *Electorale*, in inferiori vero ordine inter *duos gryphes* aquila *Croſnenſis*. Alia diſpoſitio eſt quæ à priori differt, eo ſolo quod *Norimbergenſis* leonis loco eſt *Halberſtadius* laterculus: Iterum alia, in quâ loco *Norimbergenſis* leonis *Iuliacenſis*, loco hujus *Bergenſis* collocatus conſpicitur, & aquila *Croſnenſis* extremum locum occupat. Alia iterum eſt, in qua in primo ordine quartum locum *Halberſtadenſis* areola occupat, in ſecundo loco ſceptrum *Electorale* ſtipat hinc *Clivia*, inde *Mindenſis* claves, in cuſpide conſpiciuntur *Pomerania*, *Iuliacum*, *Ravenſperga*.

Joannis Marchionis ex linea Franconica. §. XXXIX. Iſta de Electoralibus inſignibus: Videamus nunc quo typo uſi alii ejuſdem Sereniſſimæ familiæ principes. *Chifflet. de inſ. Eq. A.V.* n. 128. Joanni March. Brandenburgico *ex linea Franconica* iſtum clypeum aſſignat, qui quadripertitus primo quadrante aquilam *gentilem*, ſecundo gryphum *Pomeranicum*, tertio leonem *Norimbergenſem*, quarto *Zolleranas* quadras referat. Apicem ait fuiſſe *petaſum demiſſum* (*bonnet plat.*) *coccineum*, *ora hermionica retrorſum reducta*: ſuper petalo *geminas proboſcides elephantinas dorſis obverſis oppoſitas*, *argento & minio in obliquum taniatas*: Lacinias argenteas & coccineas. Hic apex eſt *Norimbergicus*, ſed omiſſo leone, qui nunc inter cornua apparet. Tum in obliquum tænita nollem, ſed ex angularibus, uti margo ſcutarius, compoſita cornua, quæ ille Germanicarum figuratum haud æque gnarus proboſcides credidit.

Lineæ Pruſſicæ. §. XL. *Pruſſica* linea quâ diſpoſitione ſit uſa, videre licet in Wapenb. P. 1. p. 7. nempe eadem quam §. proximo deſcripſimus, niſi quod media parmula quadrantibus incumbit cum aquila *Pruſſica*. Galeæ tres ſunt, media cui inſiſtit aquila *Pruſſica*, poſterior *Pomeranica*, anterior vel dextra coronata, cum expanſo alarum nigrarum, ſed ſemicirculis, trifoliatis aureis ornatarum ejuſdemque metalli circulis ſparſarum jugo. Laciniæ adduntur primæ caſſidi nigræ & aureæ, mediæ argenteæ & nigræ, extremæ argenteæ & coccineæ. De modo in medium ſcutulum referendi provinciam, quam quis præcipuam poſſidet, diximis P. 1. c. 3.

Aliorum marchionum. §. XLI. Alii Marchiones typo utebantur, qualis depictus Wapenb. I. p. 5. apparet: clypeo tribus tranſverſis, & duabus perpendicularibus lineis in 12. quadras diſtincto. Series ſymbolorum illa 1. *Brandenburgenſis* Marchia. 2. *Norimbergius* Burggraviatus. 3. *Stettinenſis* ducatus. 4. *Pruſſia*. 5. *Vandalia*. 6. Gryphus iterum variegatus *Stargardenſis*. 7. *Pomerania*. 8. *Croſna*. 9. *Iegerndorf*. 10. *Rugia*. 11. *Regalia*. 12. *Zollern*. Galeæ tres ſunt, media cum jugo alarum qualis anterior §. 40. dextra Norimbergenſis, qualis §. 30. deſcripta, niſi quod loco προτομῆς leo integer inſidet caſſidi. Siniſtra eſt Pomeranica. Laciniæ mediæ circumfunduntur aureæ & atræ, dextræ rubeæ & argenteæ, extremæ, aureæ, nigræ, cæruleæ, coccineæ.

Chriſtiani Wilhelmi adminiſtratoris Magdeburgici. §. XLII. *Chriſtianus Vilhelmus adminiſtrator Magdeburgicus* anno 1612. illo typo uſus eſt, ut præter mediam parmulam, Magdeburgicâ ſectione notatam, duæ perpendiculares & quinq; tranverſæ lineæ ſecarent in 16. areolas. Ex quibus quæ mediæ erant in duobus ſuperioribus ordinibus *Brandeburgicam* & *Pruſſicam* aquilas continebant; has & *Magdeburgicam* parmulam ſtipabant ſex laterculi gryphibus picti; dein à dextris aquila *Sileſia* ſ. *Croſnenſis*, à ſiniſtris leo *Norimbergenſis* conſpiciebantur, tum *Zollerenſes* quadræ inter gryphum *Vſedomium*, & leonem *Rugium*, in pede ſcuti, mediæ nudæ areæ aſſiſtebant *Gutzcovianum* & *Rupinenſe* δῆγμα. Galeæ imminebant hinc Norimbergenſis, iſthinc Pomeranica: media Stettinenſi pileo orientali (vid. §. 30.) addebat utrinque vexillum.

Aliud ſchema. §. XLIII. Alibi vidi ſcutum binis lineis perpendiculariter & transverſe ſectum, illas

vem areolas continuiſſe. 1. Stettinenſis Ducatus. 2. Pomeraniæ. 3. Pruſſiæ. ſubiæ. 5. Brandenburgiæ. 6. Vandaliæ. 7. Norimb. Burggraviatus. 8. Ru- Zollern, cum tribus galeis Brandenburgica, Norimbergenſi & Pome-

LIV. Poſt Pacem Oſnabrugenſem Sereniſſimis Marchionibus utriuſque li- Moderno-
mbacenſis ſ. *Bairutina* & *Anſpacenſis* illam diſpoſitionem uſurpatam vidi, ut rum Mar-
4. referrent 1. *Magdeburgenſem* Ducatum, in quem expectativa poſt Electo- chionum
ineam reliquis data. 2. *Brandeburgicum* Marchionatum. 3. *Boruſſiam*. 4. *Po-* ex linea
um. 5. *Stettinenſem Ducatum*. 6. *Caſſubiam*. 7. *Croſnam*. 8. *Vandaliam*. 9. *Ie-* Culmba-
ſ. 10. *Halberſtadenſem* principatum. 11. *Norimbergenſem* Burggraviatum. cenſi ſ.
idenſem principatum. 13. *Zollorn*. 14. *Regalia* in areola ſanguinea. Galeæ tres Payrutina
s ſcutum premunt, nempe *Brandeburgica*, *Norimbergenſis* & *Pomeranica*. Ex eo & Onoldi-
quinta addita eſt areola, & pedi ſcuti inter Zolleranum & regalium hierogly- na.
inſerta, ſc. *Caminenſis*. Ut tamen crucis forma non eadem ſit, quæ in Electora-
viſitur, ſed cum ea conveniat, quam exhibet *Sibmacher* P. 1. p. 12. quæ oculis ſa-
bjicitur quam verbis enunciatur, & aurea in cyaneo pingitur latercul. Quâ
iam galeæ clypeo ſeptem impoſitæ ſunt, ut media quidem ſit *Brandeburgica*;
tris proxima *Magdeburgica*, à ſiniſtris *Boruſſica*: Magdeburgicæ adponitur *Po-*
, & niſi fallor huic, ut prima à dextris ſit, *Halberſtadenſis*; Boruſſicam ſequi-
mbergenſis, hanc *Mindenſis*. Nihil in his ulteriori explicatione eget, cum ſu-
omnia ſint explicata.

LV. Claudamus horum inſignium conſiderationem adjectis titulis, qui ma- Tituli.
parte ſcutorum areolas referunt: Electoris titulus ita habet *Marchio Brande-*
R. Imp. Archicamerarius & Elector, Magdeburgi, Pruſſiæ, Iuliaci, Clivia, & Mon-
ettini, Pomeraniæ, Caſſubiæ, Vandaliæ, nec non in Sileſia, Croſnæ & Iegerndorfi Dux,
ivius Norimbergæ, Princeps Halberſtadii, Mindæ, & Camini, Comes Marchæ
nſpurgi, Dn. Ravenſteinii, Leoburgi & Bytovii, &c. Alterius lineæ ita enumera-
rchio Brandeburgi Magdeburgi, Pruſſiæ, Stettini, Pomeraniæ, Caſſubiæ, Vandaliæ,
in Sileſia, Croſnæ & Iegerdorfii Dux, Burggravius Norimbergæ, Princeps Halber-
Mindæ & Camini. Prius verò, quam pace Oſnabrugenſi Svecis cederetur,
ugiæ titulus adſcribi ſolebat.

XLVI. Coronidis loco addere lubet carmen, quo inſignia gentis excoluit Carmen.
ſſerus poëta Laur (Editum Witebergæ 1557. cum præfatione Philippi Me- Schoſſeri.
nis.)

PRotulit Auſoniis primum *Zegarolla* ſub oris
Inſignes meritis ac pietate Duces.
Quos penes ampla fuit cuſtodia *Neridi* urbis,
Et qui Marchiacam nunc moderantur humum.
Quique per Imperii fines præſtantibus actis
Non ceſſaturum Prometuére decus.
Hi ſua non teneris animalibus arma coronant,
Quæ nihil ingenitæ nobilitatis habent.
Non cervos leporeſque gerunt, imbellia quorum
Pectora ſunt clypeo non ſatis apta Ducis.
At fortes *aquilas* & corpora vaſta *leonum*
Et *gryphes* ſcutis inſeruere ſuis.
Cur tamen hos ornet clypeos regina volucrum,
Dicite Pierii numina ſacra chori.
Tempore, quo toti Romana potentia mundo
Regibus innumeris ac dominata fuit:
Infeſtos aciem quoties produxit in hoſtes,
Hanc volucrem turmis prætulit ipſa ſuis.
Hac una voluit legionum ſigna notari.
Hac voluit regni ſignificare decus.
Nam velut exuperat cunctas regina volucres,
Altius & reliquis omnibus una volat:
Sic etiam totum frenarat legibus orbem
Addideratque polo Martia Roma caput.
Manſit in Imperio mos ille, fuitque retentus
Cæſaribus, quotquot ſceptra tulere manu.
Nam conctis clypeo volucrem geſtare Tonantis,
Ceu decus imperii nobile, cura fuit.
Hic proceres, quorum ſtudio reſpublica crevit,
Hoc etiam ſignum nobilitatis habent.
Inprimiſque Duces, quibus eſt conceſſa poteſtas,
Inclyta Cæſaribus tradere ſceptra novis,

Quæ

Quos inter dudum claræ præconia famæ
Marchia culta tui promeruêre Duces,
Illorum virtus multos laudata per annos,
Sive togam ſpectes ſeu ſera bella, fuit.
Ergo nec immeritò ſignat Jovis armiger illa,
Nomine virtutis quæ monumenta gerunt.
Admonet hæc volucris, quam nunquam fulmina tangunt,
Eſſe Dei tutos numine ſæpe Duces.
Nam genus heroum cœleſtibus utitur armis,
Ceu fecit vatum turba veruſtà fidem.
Ægide Palladia munitus prælia Perſeus
Miſcet, & horrendo victor ab hoſte redit,
Cum peteret raptam tellus Argiva Lacænam,
Et Phrygiæ bellis depopularet humum.
Mulciberis fabricata manu Nereia mater
Dicitur Alcidæ ſcuta dediſſe ſuo.
Sæpius his medios vitavit tela per hoſtes,
His docuit validam regibus eſſe manum.
Scilicet à ſuperis heroum diva propago
Tecta, ſubit caſus inviolata graves.
Ceu volucrum regina polo ſe condere gaudet,
Nec tamen ardenti læditur igne Jovis
Marchio Teutonici cognomine dictus *Achillis*,
Cui tulit haud ſimilem Teutonis ora Ducem,
Non toties fauſto feciſſet prælia marte,
Numine ſervatus ni comitante foret,
Ipſeque cum Scythicos *Ioachimus* vinceret hoſtes,
Cognovit ſuperum ſe bonitate regi.
Innumeros etenim, non multo milite cinctus
Vicit, & indomito contudit enſe Getas.
Nunc leo, Tugeneroſe *Ieo*, qui ſidera fulges
Inter, & eximiæ munera laudis habes,
Qua nam voce tibi pangam præconia, quo nam
Carmine virtutes enumerabo tuas?
Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos,
Tu proceres morum nobilitare doces.
Tu ſi fortè ruis medios violentus in hoſtes,
Hos, queîs eſt animus te ſuperare, premis,
Quos, tibi ſubjectos demiſſo poplite cernis,
His tua non unquam nobilis ira nocet.
Dedecus eſſe putas hoſtem calcare jacentem,
Tundere devictas dedecus eſſe putas.
Hoſtibus haud tergo ſed forti pectore ſemper
Notus es, & juſto prælia Marte facis.
Non imbelle genus, non mollia corda laceſſis,
Non in fœmineum concipis arma chorum.
Magna decent magnos, magnum juvat eſſe leonem,
Mollibus ideircò non fera bella paras.
Diſcite, qui geritis præſtantia ſigna leonis,
O magni ſimiles illius eſſe Duces.
Parcite ſubjectis, & debellate feroces,
Officium Juſti Principis illud erit.
Plurima virtutum veſtigia, numina nobis
In non manſuetis exhibuere feris.
Quæ ſapiens oculis ac tota mente frequenter
Aſpicit, & mores corrigit inde ſuos.
Nunquam ſæva gerunt inter ſe bella leones.
Jungit inhumanas gratia tanta feras.
At proceres, rerum quibus eſt commiſſa poteſtas,
Civili tingunt ſæpe cruore manus,
Horreſco repetens animo civilia nuper
Bella, per imperii quæ caluere plagas.
Quam fuerat ſatius tantam convertere flammam
In vacuos omni religione Getas.
Qui dum noſtra jacent civilibus obruta bellis
Regna, ſuas faciunt creſcere ſemper opes.
Ac niſi diſperſas junget Germania vires,
Hei mihi quam magna vulnera clade feret.
Defendit catulos objecta mole leæna
Corporis, & ſoboli non nocet ipſa ſuæ.
Vos ità commiſſam vobis defendite plebem,
Qui cupitis clarum nomen habere, Duces,
Sævit inextincto metuendus Turca furore,
Sævit & aſſiduo bella nefanda parat,
Ut catulos diri diſcerpat faucibus oris,
Protectos vobis quos cupit eſſe Deus.
Huc, ſi bella placent, veſtrum convertite robur,
Hic campus veſtris laudibus aptus erit.

Viſcera

Viſcera civili non lædite propria ferro,
Commoda civilis nulla tumultus habet.
At non Marchiaco proceres de ſtemmate nati
Inteſtina feri ſemina Martis alunt.
Sed pacis cupidi, ſolidæ virtutis amantes,
In patria curam religionis agunt.
Promulgantque pias ceu publica vincula leges,
Accumulant largas atque decenter opes.
Hæc ratio magni ſervat conſortia cœtus,
Hæc ratio patriam viribus auget humum.
Pergite Pierides inſignes dicere *Gryphas*,
Exornant horum qui monumenta Ducum.
Si fas eſt aquilas & ſplendida ſigna leonum
In procerum clypeis obtinuiſſe locum.
Cur non & Gryphes numero ponantur in illo,
Qui pennas aquilæ, terga leonis habent?
Si celerem ſpectes quo findunt aëra curſum,
Non cedent volucri Juppiter alme tuæ,
Si cupias illas adoriri viribus hoſtem,
His dices nullam poſſe nocere feram.
Non equus aut Elephas illi ſe cominus infert,
Non draco, non præſtans unguibus ipſe leo.
Nidificant aliæ per mollia prata volucres,
Conſtruunguntque levi ſpinea tecta luto.
At non ſerpit humi Gryphus, non vilia condit
Atria, ſed mira conficit arte domum.
Quam non è ſtipulis, puro ſed conſtruit auro,
Occupat & celſæ rupis in arce locum.
Deficit haud illi variarum copia rerum,
Quicquid & in viridi, colligit Indus aqua.
Splendida collucent pretioſis atria gemmis,
Vix tibi Cœſe domus tam bene culta fuit.
Quas congeſſit opes ſtudio vigilante tuetur,
Non impunè queas hanc ſpoliare feram.
Attamen interdum de nido labitur aurum,
Accola vicinam quod legit inter humum.
Convenit heroas mundi rerumque potentes
Divitiis plenas incoluiſſe domos.
Nam ducibus tales nervos Deus addidit ipſe,
Grande quibus regni ſuſtineatur onus.
Non viles habitare caſas decet inclyta regum
Pectora, vel claros nobilitate Duces.
Nam dominum ſplendore decet præcellere plebi,
Phœbus ut æthereas eminet ante faces.
Ergo divitias teneant ceu munera divûm,
Conſervent partas & ſapienter opes.
At velut è nido Gryphorum decidit aurum,
Rupe ſub exeſa quod queat arte legi:
Defluat haud aliter procerum de ſedibus altis,
Unde parum felix poſſit egenus ali.
Unde queant pietas & Muſica caſtra foveri,
Divitiis illum convenit eſſe ſcopum.
Hæc ego cantabam ſtagnantis ad Albidis undam,
Dum canis accenſos ureret uſtus agros,
Scribendique ſimul ſtudio defeſſus & æſtu,
His finem clypeis impoſiturus eram.
At celebranda meæ reſtabant plura Camaenæ,
Nec labor ex omni parte peractus erat.
Ergo nec inſignes campos nec ſceptra tacebo,
Et quibus hæc etiam nobilitata domus.
Area lata patet, duplici diſtincta colore,
Diverſas partes ater & albus habent.
Candidus, eſſe Duces pulchra bonitate probatos,
Nec malè fucatum pectus habere, jubet.
At niger oſtendit, clementi pectore tantum
Publica non ſemper frena valere regi:
Sed miſcenda bono, clementia jura ſeveris
Temporis ac rerum pro ratione, Duci.
Aurea ſceptra notant celſæ virtutis honorem,
Qui dominos tollit Marchia clara tuos,
Namque viros inter ſeptem, qui tempora cingunt
Cæſaribus, pulchrum promeruere locum.
Hinc ea nunc monumenta gerit Joachimus, & armis
Et benè laudatæ nobilis arte togæ.
Quem ſtupet & viteis obſervat Svevus in undis,
Ipſeque piſcoſæ rector Havelus aquæ.
At generoſa roſas quare gerat iſta propago,
Hic quoque non tacitus prætereiſſe velim.

Nam roſa Principibus meritò geſtanda videtur,
Incertas rerum quod monet eſſe vices.
Illa velut ſubitò producit in aëra florem,
Qui ſubitò Phœbi læſus ab igne cadat:
Sic fortuna Duces interdum tollit in altum,
Ut rurſus lapſu præcipitante ruant.
Quisquis es, haud fidas opibus rebusque ſecundis,
Hæc etenim dubia ſors levitate rotat.
Perpetuas animi dotes præferre memento,
His fortuna nihil quod dominetur habet.
Appete virtutem, quæ claræ nomina famæ
Comparat, & ſuperis te facit eſſe parem.
Dilige Pierides, fecundas dilige vates,
Qui tua victuro carmine geſta canant.
Talia Marchiaci proceres documenta ſequuntur,
Dum Muſas vera cum pietate colunt.
Et virtute ſibi pariunt præconia laudis,
Quæ non ulla queat comminuiſſe dies.
Hos igitur merito conabor dicere verſu,
Cum fuerint ſtudiis otia juſta meis.
Enumeranſque Duces, cunctis encomia texam,
Iſta voluntatis ſint modo ſigna meæ.
Da Deus, interea traducant molliter ævum,
Qui de Marchiaco ſtemmate nomen habent.

CAPUT XIV.

Budeſii C. Guebriani.

ARGUMENTUM.

1. *Sylveſter Budeſius. Joannes Baptiſta Budes C. Guebriani Mareſc. Franc.*
2. *Duæ lineæ.*
3. *Mareſcalli ſcutum.*
4. *Budeſia familia.*
5. *Franciſca de Couvran.*
6. *Couvran. Buſſon. Chaſteaubriand. Beaumanoir. Vilaines.*
7. *Eſpinay. Montmorency. Vendoſme. Beauvau.*
8. *Corona. Scipiones Mareſcalli.*

§. I.

Silveſter Budeſius.

FAmiliam *Budeſiam* in *Armoricis* illuſtrarunt inprimis geſta fortia *Silveſtri Dn. de Vzel*, qui conſobrini *Bertrandi Gueſelini* celebertimi Franciæ Coneſtabilis in utraque expeditione Hiſpanica comes, nec non poſtea in Britannia (ubi ab Anglis captus eſt) item adverſus Aragonios pro rege Majoricæ, iterum cum Coucio in Germania, multa fortiter deſignavit, infelix tamen ad extremum fuit, quod à *Clemente* Pontifice ingrato, cujus bono caſtrum Angeli Romæ ceperat, & integrum annum defenderat, proditionis poſtulatus, & 1379. injuſte ſupplicio affectus ſit: tum noſtra memoria virtus militaris *Joannis Baptiſtæ C. Guebrianii & Petricorii Mareſcalli Franciæ*, qui 1643. in Germania arma pro rege ſuo gerens & exercitus dux vulnere ad Rotwilam accepto vitam profudit. Hujus vero vitam *Labourerius* deſcripſit, & calamo novam immortalitatem conciliavit.

Joannes Baptiſta Budes C. Guebriani Mareſc.

Franc Duæ lineæ.

§. II. Ea in duas diſpeſcitur lineas, quarum communis pater *Joannes* Silveſtri memorati frater fuit. Altera à *Triſtanio* deſcendit Dominorum *de Tertrejovan*: prior vero Dominorum *du Hirel*, in Mareſcallo terminata eſt, hæreditate ad *Roſmadecios* transmiſſa, ob *Renatam Budeſiam*, Mareſcalli ex fratre neptem, Sebaſtiano Roſmadecio ea conditione nuptam, ut ſecundo genitus nomen Budeſium aſſumat.

Mareſcalli ſcutum.

§. III. *Mareſcalli* ſcutum tribus perpendicularibus & una transverſa lineis in 8. areolas diſpeſcitur: toti incumbente parmula media gentili.

Budeſia familia.

§. IV. Parmula media quæ *Budeſiorum* eſt *argentea pinum viridem* refert, adjunctis ex utroque latere *ſingulis liliiſloribus vel cæruleis*, uti *Cl. Franc. Meneſtr. abbreg. method. p.* 88. deſcribit, *vel rubeis*, quem p. 91. pictura aſſignat colorem, quod etiam *Paillot* p. 9. & 610. probat.

Franciſca de Couvran.

§. V. Reliqui octo ſcuti majoris laterculi videntur omnes referendi ad Mareſcalli aviam paternam (conf. noſtrum *Theatr. progonolog.* P. II. p. 72.) *Beatricem de Romille* ſ. potius ejus matrem *Franciſcam de Couvran, Baroniæ de Sacé* hæredem. Cum enim de plerisque hoc mihi compertum ſit, ad ejus majores referendos eſſe, de reliquis idem mihi perſvadeo.

§. VI. Pri-

Digitized by Google

VI. Primus laterculus *aureus 7. maculas (macles) cæruleas* (3.1.3.) refert: quod um eſt familiæ *Couvraniæ*. Secundus *argenteus* continet *leonem nigrum, coronâ, & linguâ aureis*; quæ teſſera eſt familiæ *Buſſon*: nam Franciſca f. Guidonis Dom. de Gazon Franciſcæ iſtius mater fuit. Tertius *rubeus liliis aureis ſine ſpargitur*, quod *Caſtrobriandium* eſt δᾶγμα. Cæterum in genealogia *Caſtrorum* reperio Jacoben filiam Georgii de Chaſteaubrient Dn. de Roches Baritot ..... *Domino de Sacé*, quæ ex majoribus Franciſcæ fuerit, cum Dominii illius tatem hæc ſit nacta. Quartus laterculus *argenteus 3. leones nigros cum quadrante io, quadripertita poſitione Caſtiliæ & Legionis teſſeras referente* continet. Hoc fam. *Begue Vilaines*, cujus tamen cum Couvrania nexum defectu totius ſtemdicare non valeo.

Couvran. Buſſon. Chaſteaubrient. Begue Vilaines.

VII. Ordo areolarum inferior 4. denuo refert: quarum prima *argentea leo*præſentat *medio ſectum, ut ſuperior pars corporis rubeo, inferior viridicolore* tinapiti impoſita *corona aurea*, qui familiæ eſt *Eſpinaæ ſ. Eſpinacæ*: altera *Montmo*em crucem & aquilas: tertia *Vindocinenſium* antiquam teſſeram: quarta *argenvalliorum* (de *Beauvau*) 4. *leones rubeos, auro coronatos, linguatos & armatos* nt. *Eſpinæi* huc ſpectant vel ob *Annam* f. Roberti II. Dom. d'Eſpinay Joanni Dom. de Gazon nuptam, vel ob *Annam* f. Henrici Domini d'Eſpinay Jacobi vau Dom. de Tingry conjugem. *Momorantiæ* teſſeræ hic locus eſt ob Jacoben Caroli Montmorencii Dom. de Gouſſainville, quæ uxor fuit Guilelmi Domini gné, jam vero Franciſcæ Buſſoniæ mater Joanna Guilelmi alicujus de Sevigné t. Ejusdem Caroli Montmorencii avia fuit *Aiglantina* f. Joannis Vindocini ii de la Chaſtre, quæ ratio eſſe poteſt *Vindocinenſium* leonum. Demum de *lenſium* ſymbolo ratio aperta, cum Franciſcæ Couvraniæ avia paterna fuerit *ita de Beauvau*.

Eſpinay. Montmorency. Vendoſme Beauvau.

VIII. Scuto huic *corona*, qualis comitum eſſe ſolet imponitur: adjectis *Scipionibus* duobus liliatis, Mareſcallatus indicibus. De aliis ſcuti ornamentis hil conſtat.

Corona. Scipiones Mareſcalli.

CAPUT XV.

Cerdani. Duc. Medinæceli.

ARGUMENTUM.

lia Cerdana.
m Ducis Medinæceli.
3. *Caſtellani & Legionenſis ſymboli ratio.*
4. *Francicorum liliorum.*
5. *Apex.*

§. I.

mine *de la Cerda* uſus eſt *Ferdinandus* Alfonſi X. Regis Caſtiliæ primogenitus, d ante patrem mortuus: cum vero ejus poſteritas regno excluderetur à Sancio ndi fratre, nomen *de la Cerda* manſit. In his Ferdinandi nepos *Ludovicus de Cla*filiam habuit *Iſabellam*, nuptam *Bernardo* Gaſtonis Phœbi Foxii Comitis Foxii ini Bearnii filio naturali. Huic Henricus rex conceſſit *Medinamceli* cum digni*tis* 1371. Succeſſit filius *Gaſto*, atque iterum patri *Ludovicus*, qui *Gaſtonem* genuit, *ovicum*, qui primus *Ducis de Medinaceli* & comitis *del Puerto de S. Maria* axiomanitus eſt.

Familia Cerdana.

II. *Ludovici Cerdani D. Medinæceli* ſub Philippo II. rege ſcutum ita repræſentat *Eq. A. V. n.* 249. ut quadripertitum in 1. & 4. *areis* iterum *bipertitis Caſtellanum* & *Legionenſem leonem* juxta poſita, in 2. & 3. *Lilia Francica* exhiberet.

Scutum Ducis Medinæceli.

II. *Caſtellani* & *Legionenſis* ſymboli evidens ratio, quia ex *Caſtiliæ* regibus primi ;, qui nomen geſſere, & regnum ſibi deberi prætenderunt. Nam ab avo *Alfonſo* pos *Alfonſus* initio excluſus fuit, quod alter filius, iſtius patruus, Sancius viveret. mortem avus teſtamento mutato nepotem filio Sancio prætulit, ſed hunc exerunt & regem maluerunt. Alfonſo datum *Murciæ regnum*, ſed adverſus n turbas movere non deſtitit. Nec tamen poſteri ad avitam ſucceſſionem pervaluerunt.

Caſtellani & Legionenſis ſymboli ratio.

IV. *Francica lilia* geſtantur ob *Blancam Ludovici Sancti regis Franciæ* filiam ndo illi Hiſpaniæ infanti nuptam.

Francicorum liliorum.

Apex. §. V. *Galea* coronata exhibet mulierem ſeminudam, reliquo corpore coccino amicto, oculis cyanea tænia obligatis, alis verſicoloribus. Tenet ea dextra manu gubernaculum navale aureum, ſiniſtra cornu Amaltheæ cæruleum, floribus & fructibus nativi coloris plenum. *Laciniæ* dependent ex auro & minio. Forte iſto apice notatur, quod Ludovicus Cerdanus à Clemente VI. Pontifice princeps *inſularum Fortunatarum* creatus eſt.

CAPUT XVI.

Dux de Choiſeul.

ARGUMENTUM.

1. *Choiſeulia familia & linea.*
2. *Ducis Scutum. Aigremont.*
3. *Pleſſis-Pralin.*
4. *Bethune.*
5. *Flandria.*
6. *Choiſeul.*
7. *Apex.*

§. I.

Choiſeulia familia & linea. ILluſtriſſimus *Dux Choiſeulius* originem gentis refert ad *Fulconem Dominum de Choiſeul*, qui 1150. claruit: avus *Renaldi II.* cui *Alis f. Roberti C. Drocenſis* ex regio ſanguine nupſit. Horum pronepos fuit *Guido*, pater *Petri & Guilelmi*, ab hoc *Marchiones de Cleſmont, de Lanques & de Foncieres*, ab illo per duos *Petros*, majorem natu reliqui primogeniti *Domini de Choiſeul*, minorem *Petrum cogn. Gallehaut Dominum de Damonet*, Domini *de Pralin*, fati. Et quidem hujus Petri nepos *Fridericus Carolum* Mareſcallum Franciæ & *Fridericum C.* du Pleſſis genuit. Ille pater eſt *Franciſci* M. de Prâlin, hic *Cæſaris* Mareſcalli Franciæ, qui 1665. inter Duces & Pares Franciæ receptus eſt.

Ducis ſcutum. Aigremont. §. II. Ducis clypeus quadripertitus eſt. Laterculus primus *rubeus leonem coronatum aureum* continet: notandæ familiæ *Aigremont*, ob *Aliſam Dominam d' Aigremont*, conjugem *Joannis Dn. de Choiſeul*, qui Renaldo II. & Aliſa Drocenſi natus fuerat.

Pleſſis Pralin. §. III. Secundus quadrans *alternis faſciis aureis & atris ternus* exaratur: quod *Praliniorum* ſymbolum eſt: ob matrimonium Petri Choiſeulii cogn. Gallehaut & *Catharinæ Pleſſiæ Dn. de Praslin.*

Bethune. §. IV. Tertia area *argentea* continet *faſciam rubeam Bethuniorum*, ob *Annam* filiam & hæredem Georgii de Bethune Domini de Hoſtel, uxorem *Friderici Choiſeulii Dn. de Praslin.*

Flandria. §. V. Quarta area *aurea leone nigro* inſignitur, denotandæ *Flandriæ*, ſi ſcriptoribus plena fides: unde vero ratio hujus laterculi, quod ignorem fateri, quam longius rationes dubias repetere malo.

Choiſeul. §. VI. Toti imponitur parmula *carulea, cruce aurea*, quam *ejuſdem metalli* 18. *plinthides, quina & quaterna angulis inſita*, comitantur, inſignes. Hæc teſſera eſt *Choiſeulia* gentilis.

Apex. §. VII. Scuto inſiſtit caſſis coronata, ex qua oritur leo aureus, inter lacinias aureas & cæruleas. Atlantes ſunt duo leones aurei.

CAPUT XVII.

Fam. Columnia.

ARGUMENTUM.

1. *Columnia familia. Tituli.*
2. *Scutum. Columnæ origo.*
3. *Unde agnatio Brandeburgiorum credita.*
4. *Apex.*
5. *Alius.*

§. I.

Columnia familia. COlumniorum in nobilitate Romana antiquus ſplendor eſt, utrum vero ad *Herculem vel Trajanum* Imperatorem referri eorum familia debeat, aliorum inveſtigationi relinquo, qui antiquitatem fabuloſam pluribus exemplis expertus, ſecula remotiora inquirere non ſoleo. Vid. *Joh. Petr. Creſcent. Coron. della Nobil. d' Italia. P. 1. Narr. 9.* Modeſtior eſt *Paul. Jov. de vit. Pomp. Col. T. 2. Vit. illuſtr. p. 289. Columniæ gentis proceres ante 600. annos in urbe Roma Latioque potentiâ atque opibus ſummum claritatis locum*

Digitized by Google

nuisse ex annalibus constat: arbitranturque eos nonnulli è Germania oriundos, vel ctme argumento, quod Germanis Cæsaribus in omni fortuna semper adhæserint, cum sso Gibellinas secuti partes Cæsareum nomen perenni studio tuerentur, & Guelfis ensi essent, ut plerumque à summis Pontificibus dissiderent. Cæterum quam- os familia hæc, Ursinorum æmula, Cardinales, nec paucos Pontifices numerat, us *Xystus*, *Marcellus*, *Hadrianus III. Stephanus VI. Martinus V.* Præcipua gentis *Neapolitano* regno sita sunt, cujus *hereditarii Conestabiles* vocitantur Inter rum titulos enumerantur *Ducatus Paliani* & *principatus Palestrina* in *Latio*, Titull. zii & *Corvari ducatus* & *principatus Castilionis* & *Sonnini in Neapolitano* agro, tus *Butera* in *Sicilia*, item *Ducatus Bassanelli*, *principatus Carboniani* & *Gallica-* linea prius fuit Ducum *de Zagarolo*.

II. Eorum insignia referunt in scuto *coccineo columnam argenteam capitulo* Scutum. *o & basi aureis.* Ut est apud *Chifflet. Inf. Eq. A. V. n.* 231. Columnæ rationem ex Columnæ origo. (quod à *Columna* opido ducitur, cujus in Antonini Pii Cæsaris itinerario me- llud vero Bonifacius VIII. Pontifex, Cardinales Columnas diro odio prosecu- nani rabie delevit, sed reliquiæ vigente adhuc nomine ultra Algidum Latina via iuntur apud *Paul. Iov.* d. l. p. 290.) repetere malo, quam traditione; De qua *ngenb.* Adelsp. P. 2. L. 12. c. 28. p. 308. b. Es schreiben etliche/ daß die Her- immeser darum die rothe seule (atqui argentea est) in ihrem Wapen füh- ß einer auß ihrem Geschlecht/ mit namen Johannes/ in einem zug wider racenen die seule/ daran der HErr Christus biß auffs blut gegeisselt wor- wonnen und erobert haben soll. Hoc quoque ex Jovio fuerit pag. 291. qui *anne Columna Cardin.* quod auspiciis Honorii Pontif. exercitum Christianum ,& ad Pelusium Nili ostium Damiatam expugnaverit: Demum *Victor ex anci- iculo labore q, honestissimum sacrato viro atque id incomparabile omnique armo- cie splendidius triumphum Romam detulerit: Columnam sc. in qua Christus Ser- lierosolymis alligatus & flagris cæsus fuit, quam in S. Praxedis templo supra Subur- Exquilias hodie veneramur. Coronam* audem idem *Iovius* p. 290. donum perhi- *Ludovici* Imperatoris, concessum *Stephano Columnio*, qui cum Senatoriæ di- fastigium per quinque annos continuo magistratu obtineret, ipsum & ante enricum in Capitolium receperat, ut in Vaticano vel invitis Pontificibus im- io diademate coronarentur.

III. Ob hanc columnam, cum *Martinus Pontifex* in sigillo Brandeburgico Unde agna- eret sceptrum non satis affabre effictum, columnam esse arbitratus, agnatos tio Bran- burgicos dixit, quales nostro etiam tempore *Columnii* eos habere & colere deburgio- t. rum ere- dita.

IV. *Galea* coronata exhibet nudam Sirenen, inferiori parte media in bifidum Apex. desinente, corona & capillis aureis: caudam duplicem in summum reflexam s hinc inde sustinentem: uti est apud *Chifflet.* n. 231. Hæc figura prius in scuto gitur, dein cum columna esset sumta, in galeam translata est cum symbolo: *nit tuta procellas.*

V. Alium apicem *Chifflet.* Eq A. V. n. 316. *Francisco Columnio principi Palestrinæ* Alius; videlicet columnam scutariam boâ cæruleâ in gyrum circum volutam, erum- faucibus infantulo coccineo. Laciniæ tinguntur argento & cocco.

Caput XVIII.

Com. & Baron. Concini.

ARGUMENTUM.

ni Itali.
is Austriaci Barones & Comites.

3. *Malgoldia familia.*
4. *Concinia tessera.*
5. *Rosseck*
6. *Galeæ, Malgoldia, Rosseccia, Concinia.*

§. I.

sciæ nobilitate *Concinorum* insigne nomen est. Ita in *Abb. Camurrini* Concini *enealog. Fam. Tusc. & Umbr.* p. 180. *Leonoræ Concinia* fit mentio, quæ uxor fuit Itali.

Digitized by Google

Horatii, ex Marchionibus del Monte, March. & Com. de Mealla: Alibi p. 426. Equitis *Ioannis Baptiſtæ Concini*, qui palatium Guadagniorum in civitate Aretina emerit. Ex eadem gente fuit *Concinus Concini*, qui ſub *Mareſcalli Ancrei* nomine in Gallia claruit, & Dux ac Par Franciæ creatus, tragico tamen exitu periit.

Ex illis Auſtriaci Barones & Comites

§. II. Ex eadem gente, qui nomen hoc in Auſtria geſtant, oriundos eſſe, facilè nobis perſvademus, & quidem ex Italia eos in Tirolim, dehinc in Auſtriam perveniſſe atque dominia *VVocking*, *VVeinzirl*, *Pervvahrt*, &c. acquiſiviſſe edoctus ſum. *Gabr. Bucel. Germ. Stemmatograph. P. 3. pag.* 21. primum allegat *Nicolaum de Concin* maritum *Luciæ de Droſs heredis*, quibus *Antonius Dn. in Droſs* natus eſt *Chriſtophori* pater, qui *Ehrnricum, Ioannem & Ferdinandum vel Iacobum* genuit, unde tres lineæ. Ehrnricus avus fuit Georgii Friderici, Wolfgangi Adami, Ehrnrici Chriſtophori, Joannis Sigismundi & Caroli Volcardi, qui *Comitum* titulo inſigniti ſunt.

Malgoldia familia.

§. III. Scutum exhibet in armoriali ſuo *Sibmacher*. P. I. pag. 38. quadripertitum. Quadra prima & ultima *rubea argenteum cantherium inverſum* ſeu ex capite areæ in pedem porrectum (untersich gekehrte Sparn oder Winckelmaß/) continet: quod δᾶγμα fuit antiquæ familiæ *Malgoldiæ*, hâc extinctâ ab Imperatore *Maximiliano* I. 1496. Conciniis conceſſum.

Concinia teſſera.

§. IV. Areola ſecunda & tertia *carulea* repræſentat *baltheum diagonalem ſiniſtrum* (weiſſe mittelſtrich nach der ſchräge/) comitibus *ex auro in ſuperiori parte ſtella ſex radiorum, inferiori lunula*, quæ teſſera gentilis eſt, ſed poſteriori loco, quod in aliis etiam exemplis videre licet, collocata.

Roſſeck.

§. V. Toti incumbit media parmula *rubea* inſignis *roſa aurea*, denotandæ familiæ *Roſſeck* in Carinthia, quod ex hereditate eſt Mariæ Salomeæ de Roſſeck in Landskron, quæ Chriſtophori Concinii uxor fuit.

Galeæ.

§. VI. Galeæ ſcuto inſiſtunt tres coronatæ, priori draconis ſeu ignovomæ feræ caput & collum protenditur, viride ſed anteriori parte auro infecta, flammis rubeis ex rictu & auribus prorumpentibus: Laciniæ minio & argento tinguntur pro *Malgoldio* apice: Media *Roſſeccia* ſuſtinet jugum explicatum alarum rubearum cum ſingulis roſis eureis; phaleræ dependentes etiam fulgent auro & cocco. Tertia ornatur ala cum typo areæ *Concinia*, laciniis cyaneis atque argenteis.

Malgoldia, Roſſeccia.

Concinia.

Caput XIX.

Com. Cronbergii.

ARGUMENTUM.

1. *Familia Cronbergia.*
2. *Comitum ſcutum.*
3. *Ferdinandi II diploma.*
4. *Rudolphus è Guelfis Ludovici pii affinis.*
5. *Cronbergia teſſera.*
6. *Familiæ lineæ. Affinitates illuſtres.*
7. *Scutulum medium cum aquila.*
8. *Geroldseccium ſymbolum.*
9. *Galeæ & Apices.*
10. *Ex Imperiali diplomate.*

§. I.

Familia Cronbergia.

INter Equeſtres Rhenanas familias à pluribus ſæculis inter paucas præprimis emicuit *Cronbergia*, à caſtro *Cronberg*, quod non procul Francofurto diſtat, cognomen ſortita: cujus inſignia conſpiciuntur Wapenb. P. I. pag. 124.

Comitum ſcutum.

§. II. Ex eo tempore in ſublimiorem elevati dignitatem alia diſpoſitione *Comites* uti cæpere: quæ illa eſt, ut ſcutum quadripertitum conſpiciatur. Prima & quarta *area rubea faſciam* refert *auream*. Secunda tranſverſe in duas partes ſecatur, ſuperiori *rubea coronam* deferente *auream*, inferiori *vario vellere* farta, ſeu *argentea quatuor cæruleis monticulis campanarum inſtar* diſtincta. Tertia eandem ſectionem patitur, ſed inferiorem locum occupante corona, ſuperiorem monticulis. His laterculis incumbit medium ſcutulum *aureum aquila imperiali nigra* (*ſed ſine corona*) inſigne.

Ferdinandi II. diploma.

§. III. Ut rectius iſta intelligamus, ex re fuerit ex diplomate Auguſti Ferdinandi II. 13. Jan. 1623. familiæ dato nonnulla inferere, quæ gentis originem & inſignia ſpectant. Ita ergo verba ſonant: Wann uns nun der Ehrwürdig Johann Schweickhart/ Ertzbiſchoff zu Mäyntz/ deß Heil. Röm. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzler/ unſer liber Neve und Churfürſt/ untertähnig zu erkennen geben/ welcher-

Digitized by Google

welchermaſſen das uralte Adelich-Rittermäſſig Geſchlecht deren von Cronberg von vielen unfürdencklichen jahren hero/ wie auß vielen Epitaphiis, Monumentis und ſtifftungen/ ſo wol in Kirchen und Gebäuen/ inſonderheit aber noch Anno Chriſti 866. von weyland Rudolffen von Cronberg geheimen Rath und Cantzlern deß Königreichs Franckreich/ vermög nachfolgender glaubwürdiger Formalſchrifft: *Meſſire Rudolphus ou Raoul de Cronemberg oncle de Charles le Chauſve grand Conſeillier & Chancelier de France l' an DCCCLXVI. homme ſage, prudent & de ſaincte vie, qui eſtoit yſſu de la noble maiſon de Cronemberg, & portoit de queules à la couronne d' or, eſcartelé de vair, ſur le tout de l' Empire.* Fuit hic Rudolphus frater Judithæ, quam duxit uxorem Ludovicus pius Imperator Caroli M. filius, pater Rudolphi & Judithæ præfatæ fuit Welpho I. tum temporis Dux Norici ex comitibus de Altorf. Ex hac familia uxorem deinde duxit Luitgardam Ludovicus Rex Franciæ Ludovici pii nepos, &c. zu ſehen/ wie gedachter Rudolff von Cronberg durch das gantze Römiſche Reich titulirt/ gehalten und berühmet worden. Auch diß hernach geſchrieben uralt anererbt Rittermäſſig Wapen und Kleinot gebraucht und geführet haben/ ſo da mit namen iſt ein quartierter Schild/ deſſen hinter unter und vorder obertheil roth oder Rubinfarb/ der hinterſte ober- und vorder untertheil aber weiß oder ſilberfarb iſt: In dem hindern untern und oberen vordern jedwedern erſcheinet eine Königliche goldfarbe Cron. In dem vordern und obern hindern theil aber vier blaue paarweiß neben einander in Glockengeſtalt geſetzte Berg/ in mitte des Schilds ein gelb oder goldfarb Hertzſchiltel/ darinnen ein ſchwartz außgebreiteter doppelter Käyſerlicher Adler/ welches jetzt gemeldte Wapenkleinnot dann nach und nach auff ſie/ die von Cronberg/ verſtammet und gefallen. Und damit nun obgedacht Cronbergiſch uralt Rittermäſſig Wapen und Kleinot mit den jenigen/ welche ſie bißher von viel hundert jahren hero gehabt/ und theils von weyland unſern geliebten Herrn Vettern und Vattern Käyſer Matthiaſen/ Chriſt ſeligſter gedächtnüß/ vermehrt und gebeſſert worden unirt und zuſammen gefügt werden möchte/ ꝛc. Inde eadem ſine mutatione, uæ antecedentibus verbis enunciata, repetuntur inſignia, & dantur *Adamo Philippo aroni in & de Cronberg*, ejusque agnatis *Hermanno, Ioanni Danieli, Ioanni Svicardo, anni Philippo & Harthmudo.*

§. IV. *Rudolphi*, quem diploma memorat, paſſim hiſtoriæ faciunt mentionem, & idem conſtanter eum Welphis aſcribunt: *Cronenbergii* autem cognomen nullibi ei poſitum legi, neque bene magno numero ſtirpium, quas autores ex Welphis derive ſolent, ab ullo Cronenbergios adſcriptos memini. Sed quam ſuo diplomate confirmare Auguſtus voluit traditionem, impugnare nolo. **Rudolphus è Guelfis Ludovici pii affinis.**

§. V. Porro gentilia inſignia *Cronbergia* eſſe areolam iſtam *rubeam cum corona* & *genteam cum cæruleis monticulis* (*varii velleris* figura) vix dubito. Et quidem communiter quadrifida ſectione utramque areolam repetere ſolebant, uti videre eſt in ſig. Wapenb. l. p. 124. Nunc uti vidimus extra quadraturam repetuntur. Coronam ad nomen alludere vix dubium eſſe poteſt: ſed & *monticuli* alterius areolæ alterum nominis partem conſtituunt. Unde ad eam ſpeciem paronomaſticorum inium hæc referre convenit, quæ duabus figuris unius nominis partes exprimunt. cubi tamen legiſſe memini, quod Sigfridi Burggravii de Landscron filia *Lupfardis* mino de Cronenberg nupſerit, à quo his corona acceſſerit. **Cronbergia teſſera.**

§. VI. Gentem ipſam quod concernit, hoc videlicet nomine compellatam, antiſſimam ejus memoriam ſeculo decimo tertio reperio. Eo enim duo vixere dua- **Familiæ lineæ.**
linearum autores: quo vero agnationis inter ſe gradu fuerint, non conſtat. Al-*Franco de Cronberg*, qui 1236. vixit, iſtam lineam ex ſe dedit, quæ caſſidi alarum imit jugum, in ſcuto vero areolam coccineam ſine corona geſtavit: In ejus pronepus Dieterico & Joanne iterum duo rami egreſſi; quorum alter *Ioannis* in Fran-s, qui 1460. extinctus eſt, filia *Eliſabetha*, quæ *Ioanni Com. Solmenſi* marito *Rædelhei* **Affinitates illuſtres.**
z (quod Franconis illius prioris filius Walterus ab uxore ſua obtinuerat) attulit, tertur: alter *Dieterici* diutius floruit, & in ea quendam *Hartmudum* reperio, qui etiam coronam inſeruit. De *Ioannis* progenie ſcire convenit, ejus nepotem *Iterum* loco alarum galeæ coronatæ aures aſinianas nigram & argenteam impo-: quod nonnulli Joanni ipſi tribuunt, & rationem aurium à matre ejus *Reiffen-*

bergia

Digitized by Google

bergia derivant. Alter *Hartmuth de Cronberg* Eq. qui 1266. *Agnetem Hanoviæ Comitiſſam* duxit, hujus lineæ autor eſt, ex qua Illuſtriſſimus Comes & alii qui ſuperſunt agnati deſcendunt, quæ & coronam in clypeo geſtare & apicis loco ſtrobilum (Danzapfen) uſurpare ſolita eſt. In ea *Hartmuth VIII.* excellit, magnus *Beati Lutheri* noſtri tautor, & ei ita familiaris ut non ſolum ejus literas acceperit, verum etiam vel ipſe in ejus cauſa quædam ſcripſerit vel ſuo nomine ab iſto ſcribi paſſus fuerit, quæ nunc quoq; in Magni Doctoris noſtri Tomis leguntur, Tum *Ioannes Svicardus Elector Moguntinus*, qui Archiepiſcopatui ab anno 1604. ad 1626. præfuit. Cæterum familiæ ſplendorem & quo ſuperioribus ſeculis loco habita ſit, inter alia oſtendunt affinitates ex præcipuis comitum ſtirpibus petitæ: Ita ex linea *Franconis Philippo* Equiti Comitilla *Weſterburgia*, & alia *Adelheidis. C. Erpacenſis*, Walthero *Eliſabetha Dn. de Runckel*, Franconi *Catharina Eiſenburgia* ſ. *Iſenburgia*: Ex altera linea *Hartmuto* primo *Agnes C. Hanoviæ*, filio Hartmutho II. *Eliſabetha Dn. de VVeinſperg*, hujus filio Hartmutho juniori *Comtiſſa Naſſovia*, Hartmutho V. *VVilburgis Com. Iſenburgio-Büdingenſis* nuptæ ſunt: Quibus hoc ſæculo acceſſere matrimonia Illuſtriſſimorum Comitum *Adami Philippi* cum *Maria Sidonia C. Falckenſteinia*, (quæ poſt eum Hermanno Fortunato M. Badenſi nupſit,) & qui nunc ſolus illo titulo claret, *Cratonis Adolfi Ottonis* cum *Maria Franciſca Com. Oetingenſi.* Nec minus aliæ Illuſtriſſimæ familiæ ex hac ſibi quæſivere conjugia: Ita *Eliſabetha Rædelheimii hæres Ioanni Solmenſi* comiti, à quo univerſa ſtirps Illuſtriſſimorum Solmenſium, Laubacenſium & Lichenſium deſcendit, & ejus amita *Anna Eberhardo Domino de Eppſtein* elocatæ ſunt.

Scutulum medium cum aquila.

§. VII. Scutulum medium aquila inſigne, videtur *gratiæ imperialis* eſſe ſymbolum. Ex diplomate Ferdinandeo didicimus olim jam illud in uſu fuiſſe. Ex eo vero uſum ejus iterum omiſſum oportet, quod ex armoriali noſtro colligo. Crediderim vero ab Auguſto Matthia donum illud repetitum, & eo deſignari, quod in diplomate mentio ſit, ab hoc Imperatore ſcutum gentilitium amplius exornatum.

Geroldseccium ſymbolum

§. VIII. Supereſt laterculus primus & quartus ejus diſpoſitionis, qua Comes modernus utitur, *aureus rubea faſcia* exaratus: quo ſymbolo *Geroldseccia* dynaſtia notatur, ad Hercyniam ſ. Nigram ſylvam ſita, cujus arx differentiæ à *Geroldsecco ad Vogaſum* in Alſatia *Hohengeroldseck* nuncupari ſolet. Cæterum familia, quæ illâ faſciâ olim uſa, fuit ex vetuſtiſſimis Germaniæ. Originem ejus deducunt ab *Hildebrando D. Svevia, Hildegardis* patre & ex ea Auguſtiſſimi Caroli M. Socero, cujus filius Geroldus ab affine Dux Bavariæ & M. Auſtriæ creatus ſit, & 798. prælio contra Hunnos ceciderit. Duo huic filii dantur Bertholdus Dux Sveviæ & *Geroldus*, cui patet caſtrum *Geroldseck* à ſe conditum & dictum cum dominio adjacente, ἀπόσπασμα Ducatus Sveviæ conceſſerit. Ab hoc reliqua familia Geroldsecciorum derivata, in qua *Ioannes* 935. expeditioni Henrici aucupis adverſus Obotritos & Vinidos interfuit: aliorum qui ludis equeſtribus variis adfuere, in horum indicibus mentio fit. *Conradus* quoque & *VValtherus* Epiſcopi Argentinenſes fuere. Seculo decimo quinto *VValtherus Geroldseccius* ſe etiam *Comitem Veldentinum* dixit; quo jure? hactenus indagare non potui. Ultimus marium familiam hanc clauſit *Iacobus* 1634. 26. Jul. defunctus, unâ relictâ ex Barbara Rappolſteinia filiâ Anna Maria, quæ poſtmodum *Friderico Comiti Solmenſi*, & hoc extincto *Friderico M. Badenſi* nupſit. Cæterum Jacobo vivis exemto id Imperator meritis militaribus *Adami Philippi Cronbergii* dedit, ut feudum *Geroldseccium* ei attribueret. Quotitulo in *Comitum Svevico* ſcamno ipſis locus eſt. Galeas tamen nondum aſſumtas vidi: quæ alias, uti ex Wapenb. I. pag. 19. videre eſt, duæ Geroldsecciis in uſu fuere, altera coronata, impoſitâ columnâ vel potius pileo oblongo orientali coccineo, cujus capitulum vel in ſummitate globulus auro fulget, impoſitis pennis pavoninis, ſui coloris: altera ſuſtinebat alarum ſymbolo ſcutario exaratarum jugum complicatum.

Galeæ & Apices.

§. IX. Deſcripto in hunc modum clypeo duæ imponuntur caſſides: quarum prior coronata in *ſtrobili* figuram conſertas plumas nigras ſuſtinet: quem ex Wap. I. p. 124. *Cronbergiorum* antiquum apicem fuiſſe conſtat: videlicet ejus lineæ, quæ ab Hartmutho aliquoties jam dicto deſcendit: altera jugum refert explicatum alarum, quarum prioris ſuperior alterius inferior pars cocco, reliqua vario vellere vel monticulis cæruleis in argento pinguntur. Alis uſum eſſe linearum alteram, Francone ſatam, jam §. 6. dixmus. Quæ forte diſtincto diſcerniculi vim obtinuit inter lineas: de quo more P. I. c. 8. quædam obſervata ſunt. Unde crediderim duplicem

hunc

hunc apicem aſſumtum, ut colligerentur univerſæ familiæ decora. Quamvis enim tertium apicem notaverimus aures duas aſininas, hunc non receptum autumo, quia & paucis uſurpatus non diu duravit, & ſi conjectura non fallit, ob maternam memoriam aſſumtus fuit: unde ut reſumeretur, parum referre viſum eſt.

§. X. Galeas iſtas non ſemel allegatum diploma ita deſcribit: Auff dem Schild zwey gegen einander geſtellete offene Adeliche Thurniers-helm / beyderſeits mit roth oder rubin- auch weiß und ſilberfarben helm-decken / darob auff dem hindern erſcheinen zwey Adlers-flügel / in welches vordern flügels untertheil und in des hindersten obertheil in jedem auch vier blaue neben einander paarweiß in Glocken-geſtalt geſetzte berge / allerdings wie unten in dem Schild / der vorder-helm aber mit einer Königlichen gold-farben Kron geziehret / darauß ein dicker ſchwartzer federbuſch in geſtalt eines Thanzapffens erſcheinet. Ex imperiali diplomate.

CAPUT XX.

Cruſſolii, Duc. Vticæ.

ARGUMENTUM.

1. *Familia Cruſſolia. Linea.*
2. *Ducis Uticæ ſcutum.*
3. *Cruſſol. Levis.*
4. *Gourdon Genovillac. Galiot.*
5. *Utica.* 6. *Apex.*
7. *Scutum Com. de Cruſſol.*
8. *Tituli.*

§. I.

INter eos qui extra Principum ordinem Ducatus axioma acceperunt, ordine temporis primi ſunt *Cruſſolii:* quorum Illuſtriſſima gens ad *Geraldum Baſtet* refertur, maritum *Berengariæ* heredis *Cruſſolii* circa 1110. Ab hac familiæ cognomen. Ab hoc Geraldo per matrimonia ex familiis *Rouſſillon, Pagan, Poictiers, Monteil, S. Didier, Chaſteauneuf, Clermont, Tournon, Laſtic,* deſcendit *Ludovicus B. Cruſſolius,* Seneſchallus Pictonii, gubernator Delfinatus, Magnus dapifer Franciæ & Ludovici XI. cubicularius. Hic proavus fuit *Antonii* & *Jacobi* primorum *Vticæ Ducum,* quorum hic *Emanuelem* genuit *Franciſci,* Uticæ Ducis, Comitum Cruſſolii & Apcherii, *Jacobum Chriſtophorum,* Marchionum de S. Sulpice, *Ludovicum,* Marchionum de Cruſſol, ..., Marchionum de Monſalais & *Armandum* Marchionum de Cuiſieux ſatores. Familia Cruſſolia. Linea.

§. II. *Ducis Vticæ* ſcutum illud vidi, ut in quadripertito ſcuto quadra prima & quarta *bipertitæ* exhibeant ſymbola familiarum *Cruſſol* & *Levis:* ſecunda & tertia nova quadripertitione miſceant ſymbola ſtirpium de *Gourdon Genouillac* & de *Galiot.* Toti vero imponatur parmula *Vticenſis, d'Vſez.* Ducis Uticæ ſcutum.

§. III. *Cruſſolia* teſſera ipſa eſt laterculus *quaternis aureis & viridibus faſciis* exaratus. Qui vero huic contiguus *Leviam* ſtirpem deſignat *aureus tres cantherios nigros* complectitur. Hunc credo quod addiderit Ludovicus B. Cruſſolius §. 1. dictus, qui *Joannam* duxit *Gilberti de Levis* C. de Ventadour filiam. Cruſſol. Levis.

§. IV. Teſſeras familiarum *Gourdon Genouillac* & *Galiot* attulit Ludovici illius nepoti *Carolo* Magno dapifero Franciæ uxor *Joanna de Gourdon Genouillac* M. Scutarii Franciæ & tormentariæ rei Magiſtri filia. Porro Gordonium δῆγμα eſt area *cærulea inſignis tribus ſtellis aureis in pali formam diſpoſitis. Galiotorum* vero *aurea tribus baltheis dextris rubeis* exornata. Gourdon Genouillac. Galiot.

§. V. *Vtica* teſſera eſt *rubea tribus baltheis aureis* exornata. Hanc modo dicti Caroli pater *Jacobus B. de Cruſſol* Ludovici filius uxori debuit *Simonæ Vicecomiti Vticæ* ſ. *Vſeticæ* ſ. *Vſez.* Unde titulum Vicecomitis Uſeticenſis ejus filius *Carolus* geſſit. Verum qui hoc genitus eſt *Antonius* Uticæ ſuæ (quod opidum eſt ad Gardonium fluvium Epiſcopatu inſigne,) axioma *Ducale* 1565. obtinuit, quod Curia Tholoſana 1566. 26. Mart. confirmavit. Inde 1572. m. Jan. *Pariatus* dignitas acceſſit, menſe Martio Pariſienſis curiæ auctoritate firmata. Utica.

§. VI. Scuto huic incumbit *galea* coronata, cui caput leporarii argenteum impoſitum conſpicitur. *Laciniæ* dependent ex auro & cocco. *Telamones* autem adſtant duo leones. Tum torques ordinum regiorum circa ſcutum viſuntur; quæ quidem dignitas perſonalis eſt. Apex.

§. VII. Filius Ducis *Emanuel C. de Cruſſol & d'Apcher* paternum δῆγμα deſcriptum geſtat in ſcuti bipertiti dextro latere, ſiniſtrum *aureum* implet *caſtro rubeo ſupra* Scutum C. de Cruſſol.

quod conſpiciuntur duæ bipennes cæruleæ; quod ſymbolum eſt gentis *Apcheriæ*, cujus heres *Margareta* Franciſco Duci nupta inter conditiones dotales hanc neceſſitatem inſignium Apcheriorum attulit. Reliquarum linearum diſcernicula nondum vidi.

Tituli. §. VIII. Titulum illum obſervavi: *Franciſcus de Cruſſol, Dux d'Vſez, Princeps de Soyon, Comes de Cruſſol, d' Apcher & de S. Cherly, B. de Levis, de Florenſac, de Bellegarde, de Remoulin, d' Aymargues & de S. Geniés, Dn. d' Acier & de Cadenat.* Rationem ſingulorum reddere nequeo. *Soyon* Vivareſii, Rex principali dignitate ornavit. *Levis* & *Florenſac* à Joanna Levia videntur allata. *Acier* attulit Joanna de Gourdon Genouillac, cujus pater illo titulo uſus.

CAPUT XXI.

Com. Egmondani.

ARGUMENTUM.

1. *Familia Egmondana. Linea.*
2. *Scutum Lamoralli Egmond. Teſſera Egmondana. Arculeja.*
3. *Geldria. Juliacum.*
4. *Lucenburgum. Balcium.*
5. *Alia diſpoſitio.*
6. *Apex.*
7. *Scutum Egmond. Com. de Baer.*
8. *Rami Iſelſteinii.*
9. *Merenſteinii.*
10. *Titulus.*

§. I.

Famil. Egmondana. *EGmonda* Hollandiæ opidum non alio nobilius eſt quam familiæ cauſa, quæ indo nomen aſſumſit, ex vetuſtis *Friſiorum* regum poſteritate. Cum enim *Radbodus* nonus Rex gentis illius à Carolo Magno exutus regno eſſet, *Egmondana* dynaſtiæ titulum aſſumſiſſe eum perhibent, quod factum fuerit vergente ſeculo octavo. Nam 792. in fata conceſſiſſe dicitur. Ab eo quintodecimo gradu deducitur *Gerhardus Dominus Egmondanus*, qui è conjuge Eliſabetha f. Guilelmi Bar. de Strien *Gualterum* & *Joannem* genuit. Hic 1319. mortuus ex *Beatrice Vianenſi* pater fuit *Guidonis* & *Gualtheri*, ex

Linea. quibus *Egmondani de Merenſtein*, in duas lineas, quæ iterum ſurculos alios produxere, diſtincti. Gualtherus autem Gerhardi filius Dominus Egmondæ 1321. extinctus genuit *Joannem* maritum *Guidæ filiæ Giberti Amſtelii Dn. de Iſelſtein.* His geniti præter alios *Arnoldus* & *Wilhelmus*, ex quo Domini *de Zoovermeer, Zevenhuyſen* & *Seegwart*, quorum linea defecit in *Davide* & *Joanne* ἀγάμοις, *Gualtheri*, qui 1519. obiit, liberis. *Arnoldus* filios habuit *Joannem* & *Wilhelmum Iſelſteinii* dynaſtam ſed [illegible]. Joannes uxorem duxit Mariam f. Joannis Arculei, unde nati *Arnoldus Dux Geldriæ* & *Wilhelmus.* Arnoldus filium habuit, ſed in ſe impium expertus eſt, *Adolphum*, hic *Carolum* Ducum Geldriæ ultimum. Guilelmus autem *Joannis* pater fuit & *Friderici:* huic qui *Iſelſteiniam* nactus erat Aleida Culenburgia *Buren* & *Sanmartinsdyck* attulit, unde filius *Florentius* & nepos in hiſtoria Caroli V. celebris *Maximilianus Egmondanus C. Bura*, qui 1548. extinctus eſt, pater *Annæ*, quæ *Buram, Iſelſtein* & *Leerdam* Guilelmo Naſſovio principi Arauſionenſi attulit. *Joannes* Guilelmi filius primus *Egmondæ Comes* fuit, & *Joannem* genuit, Franciſcæ Lucenburgiæ principis *Gaueræ* maritum: his parentibus ortus *Lamorallus*, cui 1568. Albani tyrannis caput abſtulit, auſu Hiſpanicæ potentiæ in Belgiis pene exitiali. Liberi ejus ex Sabina Palatina Friderici III. Electoris ſorore plures: ſed inter eos *Carolus* gentem propagavit, pater *Ludovici*, avus *Philippi Ludovici.*

Scutum Lamoralli Egmond. Teſſera Egmondana. Arculeja. §. II. *Lamoralli Egmondano* Chifflet. Inſ. Eq. A. V. n. 200. parmam attribuit quadripertitam, ut 1. & 4. quadra bipertita, hinc *duodenis cantheriis aureis & miniatis* implea-tur, quorum duo primi ſuperne *biſidi* ſunt. (Hæc ipſa Egmondiorum eſt teſſera.) Iſthinc *argentea duplicem faſciam transverſam coccineam alternis utrinque pinnis aſperatam* repræſentet: quo familia *Arculeja* deſignatur. Quod Dominium Arculeji ſ. Ercklens in Juliacenſi Ducatu eo celebrius redditum eſt, cum Joannes *Joannam* conjugem obtineret Guilelmi & Reinoldi Juliaci atque Geldriæ Ducum ſororem. Eo vero matrimonio præter Guilelmum filium nata eſt *Maria Joannis Egmondani* conjux.

Geldria. Juliacum. §. III. Quadram ſecundam & tertiam bipertitam ornant *leones Geldricus & Juliacenſis.* Horum ratio ex eo, quod Arnoldus Egmondanus Joannæ nepos fuit, ad quam & poſte-

Digitized by Google

ſteritatem Guilelmo & Reinoldo fratre ſine prole mortuis videbatur ſucceſſio
ire: & quidem *Geldriam* obtinuit, Juliacenſis ducatus ad agnatos ex Bergenſi linea
ſus eſt. Ipſa Geldria Arnoldi nepote Carolo ſine liberis extincto (fruſtra eam ſibi
re conante Guilelmo Clivio & Juliacenſi,) in poteſtatem Caroli V. venit. Me-
am tamen tanti decoris, quo familia fulſit, ſervat alter, qui ab Arculeis & Geldris
leſcendit ramus.

§. IV. Huic clypeo aliam parmulam mediam imponebat Lamorallus, quadrifida
ione *Leonem Lucenburgium & Balciorum* (Baux) *ſtellam 16. radiorum* in area *cocci-* Lucenbur-
præſentantem. Hanc parmulam à matre aſſumſit *Franciſcâ Lucenburgiâ* ſorore gium.
ede Jacobi III. Lucenburgii Dn. de Fiennes *C. de Gaure* Eq. A. V. cujus hoc ſcutum Balcium.
bit *Chifflet.* n. 81. Ejus vero & Franciſcæ abavia fuerat *Margareta* f. *Franciſci Balcii*
Andriani, Petri Lucenburgii C. Sanpauli uxor.

. V. Aliam diſpoſitionem tribuit modernis *Sammarth. l'Eſt. de l'Eſp.* p. 110. III. Alia diſpo-
irum teſſeræ Egmondanæ & Arculeæ quadras majoris ſcuti conficiant, cui me- ſitio.
cumbat parma Geldrico-Juliacenſis. Ita etiam diſponit clypeum Guilelmi
gmondani *Chifflet.* n. 78.

. VI. Galea coronata exhibet pileum furvum turbinatum laureis inſtruem or- Apex.
s compoſitum. Laciniæ aureæ ſunt & coccineæ.

. VII. *Joanni Egmondano Comiti, Dn. de Baer,* qui Lamoralli avus & 1491. *Eques* Scutum
ellerie creatus fuit, *Chifflet.* n. 101. eam diſpoſitionem aſſignat, ut 1. & 4. quadram Egmond.
tii cantherii occupent. Tertiam *Arculeiorum* zonæ pinnatæ. Secunda autem C. de Baer.
defert baltheum dextrum coccineum pro dominio *Baer.* Tum apicem tribuit
m pavoninam.

. VIII. Quod attinet ramum *Iſelſteinium, Florentio Egmondano* Maximiliani Rami Iſel-
i patri tribuit *Ghifflet.* n. 120. quadripertitum clypeum, ita ut 1. & 4. laterculus ſit ſteinii.
damus: 2. & 3. coccineus argentea zona alternis utrinque pinnis aſperata impri-
. Hoc *ſῆγμα* eſt *Buranæ* dynaſtiæ vel comitatus, quem Friderico Egmondano
lorentii attulerat *Aleida Culenburgia,* nata matre Eliſabetha f. Joannis de Bura,
Hochſtraten. Demum toti imponitur novum ſcutulum *aureum nigro faſcia-*
m decuſſi argenti & minii ductu duplici alveolato toti ſupercurrente. Quo nota-
ſtein, à Guida Joannis uxore, ut vidimus §. 1. allatum. Hæc vero linea hereditа-
Naſſovios, uti diximus, transmiſit.

IX. *Merenſteinia* lineæ tribui lego *faſciolam trifidam cæruleam*, quam Egmon- Meren-
nbolis induxerint. ſteinii.

X. Titulum Egmondanis modernis dicto loco Sammarthanus tribuit: *Dux* Titulus.
& Juliaci, Com. Egmondæ & Zutphaniæ, Princ. Imperii, Grandis Hiſpaniæ, Prin-
cipis.

CAPUT XXII.

Farneſii, Duc. Parmæ & Placentiæ.

ARGUMENTUM.

eſia familia.
s Parmæ ſcutum. Confalonerii Eccleſiæ.
Farneſia.
4. *Placentiæ & Parmæ Ducatus.*
5. *Auſtriacum & Burgundicum ſymbolum.*
9. *Luſitanicum ſcutulum & prætenſio.*
7. *Apex.*

§. I.

eſia familia, cui à *Farneto* Caſtello Ethruſcorum nomen, plurimum ſuæ digni- Fameſia
Paulo III. Pontifici, qui 1549. fatis conceſſit, debuit, *Parmæ & Placentiæ* duca- familia.
tentis, quos nunc quoque tenet. Cæterum ex ea jam ſub Conrado Imper. me-
aliquem *Petrum Farneſium Dominum Farneti,* qui Eccleſiæ, ut vocant, partes
cia defenderit, & Orvieto Imperatorem Henricum depulerit: alium *Petrum*
hali 2. Pontifice ſupremum narrant fuiſſe armorum Eccleſiæ Ducem, qui Or-
i reſtaurarit, nec non ejus filium *Prudentium* Conſulem Orvieti Capitaneum
n Eccleſiaſticorum adverſus Fridericum I. & alios. *Confer Joh. Petr. Creſcent.*
ella Nobil. d'It. P. 2. c. 1. p. 28. & ſeq.

Digitized by Google

Ducis Parmæ ſcutũ.

§. II. *Parmæ* Duces, qui hujus gentis ſunt, ſcutum perpendiculariter tripertitum gerunt, ſeu quadripertitum dicere malis medio palo interjecto. Medius ille palus *coccineus Pontificis vexillo inſignis, cæruleo conopeo, auro fimbriato, haſta aurea, geminis clavibus, una aurea altera argentea in decuſſim trajectis & auro* (alii *cyano*) *colligatis*, notat dignitatem *Confalonerii Eccleſiæ*, quam hi Parmenſes cum Mutinenſibus & Urbinatibus communem habuere. Conf. §. 1.

Confalonerii Eccleſiæ.

Lilia Farneſia.

§. III. Primus palus transversè ſectus, ſuperiori loco exhibet in area *aurea ſex lilia cyanea*: inferior pars bipertita *Auſtriacam faſciam* & *Burgundicas veteres tæniας atque limbum* refert. Palus extremus eadem ſed ſitu inverſo repetit.

Placentiæ & Parmæ Ducatus.

§. IV. Lilia ipſam *Farneſiam* gentem notant (Confer *Theod. Haping. de Jur. inſ. c.* 8. §. 1. *m.* 5. *n.*124.) ex qua *Petrus Aloyſius* Pauli III. filius à patre duos ducatus 1545. conſecutus eſt: cum vero ob varia facinora à conjuratis eſſet trucidatus, *Placentiam* Ferdinandus Gonzaga pro Carolo V. occupavit: *Parmam* ægre conſervarunt Pontificii; Demum cum Octavius illius filius Imperatoris filiam naturalem *Margaretam* duxiſſet, tandem illis conditionibus ſocero reconciliatus eſt, ut Placentiam iterum haberet, ſed in arces Hiſpanorum præſidio recepto. Demum filius ejus Alexander geſtis in Belgio inclutus pene invito regi Hiſpaniæ Placentiæ plenam poſſeſſionem extorſit: quæ nunc quoque cum Parma in familiæ poteſtate eſt.

Auſtriacũ & Burgundicum ſymbolum.

§. V. *Auſtriaca* & *Burgundica* telleræ memoriam ſervant conjugii inter *Octavium Farneſium* & *Margaretam Caroli V.* filiam naturalem.

Lusitanicum ſcutulum & prætenſio.

§. VI. Alexander hic toti impoſuit ſcutulum *Luſitanicum*, ob conjugem *Mariam Luſitaniæ principem*, Edoardi D. Guiomaranii filiam Emanuelis regis neptem. Quam ob cauſam Parmenſes etiam inter eos comparuere, qui regnum Luſitaniæ Sebaſtiani & Henrici morte viduatum ambiebant, ſibiqũe deberi contendebant. Cum vero tres potiſſimum (ut de aliis non dicamus,) competitores eſſent, Philippus II. Hiſpaniæ Rex, Dux Bragantinus Joannes ob uxorem Catharinam Mariæ ſororem & Antonius: Mariæ jus validis videbatur niti rationibus; cum Antonium excluderet legitima nothum, Catharinam ſororem, utpote major natu minorem, Hiſpanum regem, qui fratris filia ſororis filio præferenda ſit. Sed viciſſim Rainutio filio, & quod extraneus, adeoque regni lege excluſus, & cum Maria præmortua, gradu Catharinâ remotior eſſet, reponebatur. Demum armis Hiſpanus prævaluit, & reliquos ſua depulit prætenſione. De qua re capite de Portugalliæ regno plura videre licet.

Apex.

§. VII. Ex galea coronata erumpit *monoceros argenteus* capite in lævam obverſo, jubâ, barbâ & cornu aureis, cervice argenteo vinculo colligata. *Laciniæ* dependent aureæ & cyaneæ.

CAPUT XXIII.

Barones de Fleckenſtein.

ARGUMENTUM.

1. *Fleckenſteinia familia.*
2. *Linea Dachſtulenſis. Fleckenſteinium ſymbolum.*
3. *Dominium Dachſtul.*
4. *Galea.*
5. *Linea hodierna.*
6. *Fleckenſteinia.*
7. *Windeccia.*
8. *Titulus.*

§. I.

Fleckenſteinia familia.

ILluſtris *Fleckenſteiniorum* in inferiori Alſatia familia ad *Henricum de Fleckenſtein* refertur, qui in ludis Equeſtribus Rotenburgicis 942. à ſocietate ſuperiori Rhenana Rex electus eſt cum teſſera cygni, conf. *Limn. Jur. publ.* 6,5,47. Hujus ex poſteris ludos equeſtres celebrarunt Mersburgios 968. *VValtherus*, Colonienſes 1179. *Henricus*, Trevirenſes 1190. *VVilhelmus* & *Godofredus*. Seculo decimo tertio 1255. fratres lego fuiſſe *Rudolphum, Joannem, VVolframum, Fridericum*, & quod tamen cum temporis ratione vix convenit *Henricum*. Id dubio vacat, à *Rudolfo* deſcendiſſe eam lineam, quæ Baronum *Dachſtulenſium* fuit: *Henrico* eam, quæ nunc etiam ſuperat.

Linea Dachſtulenſis.

§. II. Prioris lineæ ſcutum depingit *Sibmacher*. P. I. pag. 19. Nempe quadripertitum, area prima & extrema *transverſis faſciis argenteis & viridibus* exarata: ſecunda & tertia

Digitized by Google

& tertia *aurea cum decuſſi nigro.* Quod priorem teſſeram attinet, ea *Fleckenſteinia* eſt, & toti genti communis. *Bernh. Herzog. Chron. Alſ.* dicit tres eſſe faſcias virides ſcuto argento inductas, alii ternas faciunt utriuſque coloris. Linea hæc prior, quod maſculos attinet, defecit in *Georgio*, qui circa 1644. Hanoviæ fato ſuo functus eſt, curator Comitum. Ejus mater Rappolſtenia, avia Hanoica, proavia Rhingravia fuit, atq; adeo ex Illuſtriſſimis ſtirpibus ſumta erant matrimonia. Soror ejus *Anna Sibylla* 1661. m. Aug. totam lineam clauſit. Ex ea *Ioannes* Epiſc. Wormat. & dein Baſileenſis fuit 1423. & durante concilio mortuus eſt 1436. *Baronum* dignitatem 1467. Fridericus III. diplomate contulit, quæ ad extremum ſervata eſt.

§. III. Decuſſis areolæ ſecundæ & tertiæ notat dominium *Dachſtul*, quod matrimonio ad familiam devenit. In MS. genealogia à prædicta *Anna Sibylla* communicata Henrico Dn. Fleckenſteinio uxor datur *Elſaſ. Boemundi Dn. de Dachſtul* ex Anna C. Daunia. *Bernh. Herzog. Chron. Alſ.* L. 5. p. 132. ei Henrico 1389. dicit nuptam filiam *Ioannis de Raldingen* (an Rollingen?) *Dn. Dachſtulii*, ex Anna C. Daunia. Hanc dynaſtiam ultimus *Georgius* vendidit Electori Trevirenſi *Philippo Chriſtophoro*, à quo ad *Sateranos* dicitur translata. Dominium Dachſtul.

§. IV. Galeæ inſiſtunt ſcuto duæ, prior exhibet imaginem virginis coronatæ, cornibus duobus loco brachiorum enatis: quæ omnia tranſverſis viridibus & argenteis faſciis diſtinguuntur. Quæ etiam laciniarum tinctura eſt. Alteri coronatæ, dependentibus laciniis aureis & nigris plumæ ſtruthionicæ aureæ & nigræ imponuntur, pro Dachſtulia dynaſtia. Galeæ.

§. V. Altera linea *ab Henrico Fleckenſteinio* & ejus uxore *Agnete f. Friderici C. Marſenſis* profata. Equeſtrem dignitatem diu ſervavit: ut tamen ob hæreditariam unionem, quæ 1363. inita & ab aliquot imperatoribus confirmata eſt, regalia, bona, privilegia & dignitates reales pro conſervatione familiæ utrique lineæ communia eſſent, & ſimultaneæ inveſtituræ concederentur. Unde etiam in *pacificatione Monaſterienſi* inter eos recenſentur ordines immediate Imperio ſubjectos, quos Rex Galliæ in ea libertate & poſſeſſione immedietatis, qua gaviſi eſſent, poſthac relinquere jubetur. Et nunc quoque in ſcamno Wetteravico locus eis conceditur. Linea hodierna.

§. VI. Huic lineæ itidem in uſu eſt clypeus quadripertitus, primâ & quartâ areâ faſcias *Fleckenſteinias* complectente, *tres* nimirum *argenteas in viridi ſolo*, cui reſpondet galea prior coronata virgineam imaginem auro in (Wapenb. viridi colore) amicta, crinibus paſſis, & loco brachiorum enatis cornibus duobus, quæ faſcias ſcutatas referunt. Fleckenſteinia areola.

§. VII. Secundam & tertiam aream *cæruleam* percurrit *baltheus dexter aureus*, ad to *quadrante argenteo in angulo ſiniſtro*: quæ teſſera eſt *Windecciorum* Wapenb. II. 134. Sed ut quadrans in dextro angulo appareat: quod etiam *Bernh. Herzog. Chron. Alſ.* L. 6. p. 216. refert. Ex ea gente legitur *Wilhelmus* Herbipolenſibus interfuiſſe ludis ueſtribus 1235. *Georgius* de Windeck filium genuit, & duas filias *Eliſabetham* & *Vrſulam*: ille Herzogio teſte 1592. in Italia moriens maſculos clauſit: *Vrſula Friderico Fleckenſtenio* nupta, avia moderni Perilluſtris B. *Henrici Iacobi Fleckenſteinii* fuit. Unde 1647. cum Windeccia ſymbola Fleckenſteiniis jungi cæpere. Reſpondet galea, repræſentans item virgineam iconem ſed coronatam crinibus colligatis, amictu teſſerariis ſymbolis diſtincto, & loco brachiorum additis cornibus hinc argenteo iſthinc aureo. Alia ea apud Herzogium uſa dicitur pulvinari cæruleo, extremis coccineis, impoſito corvenatorio aureo rubeis ligamentis. *Laciniæ* quæ dependent ſunt cæruleæ & aureæ. Windeccia.

§. VIII. Titulus eſt: *Barones de Fleckenſtein*, &c. Titulus.

CAPUT XXIV.

Domus Francica, Rex & Principes Sanguinis Regii.

ARGUMENTUM.

ſignia veterum Francorum.
olim uſitati bufones vel ranæ?
de erroris origo?
, quei aquilam ſtringeret.
5. *Tres corona.*
6. *Navis. Pariſienſis urbis inſignia.*
7. *Tres luna argentea.*
8. *Crux.*
9. *Notæ perſonales.*

Digitized by Google

10. *Alauda Gallorum veterum insigne.*
11. *Scutum modernum liliatum. An sub prima & secunda Regum linea? Ioannis Ferrandi argumenta pro ejus antiquitate. Sceptra liliata.*
12. *Origo liliorum An cœlitus Clodoveo missa?*
13. *An è Galli gallinacei cerebro? ex bufonum specie? ex convolvuli flore?*
14. *An ex spiculis Francicarum hastarum?*
15. *An spei symbolum?*
16. *An ex paronomasia nominis Lois s. Louis.*
17. *An ex paludibus Sicambrorum?*
18. *An olim apes fuerint, ex quibus efficta lilia? An ex Flori cognomine flores?*
19. *An pavillea vel tridis flores?*
20. *An verum lilium?*
21. *Numerus. Singula Innumera. Terna Ternarii mysteria.*
22. *Liliorum hieroglyphica & mysteria.*
23. *Caruleus scuti color.*
24. *Corona clausa. Unde?*
25. *Galea. Lacinia. Papilio regius.*
26. *Telamones angeli.*
27. *Tessera militaris. Monjoye S. Denis.*
28. *Symbola. Lilia non laborant neque nent.*
29. *Discernicula principum sanguinis.*
30. *Delfini scutum Unde Delfini nomen? Delfini Arvernia. Unde Delfinatus ad regem?*
31. *Ducis Aurelianensis discernicula. Longavillei. Engolismensis.*
32. *Ducis Andini. Andinorum veterum. Bituricensis. Alensonii.*
33. *Linea Eburovicensis. Artesia.*
34. *Borbonia. Condei. Contii. Svessionum. Montpenseriorum. Bellijocensium, Marcanorum, Vindocinorum, Carenciorum, Aubigniorum, Duysantiorum, Russilionensium*
35. *Burgundica linea, prioris, posterioris. Drocensis.*
36. *Naturalium. Ducis Veromandui Vernolii. Vindocinorum.*
37. *Linea in scuto Anglico. Communicat Archiepiscopo Rhemensi. Episcopis Lingonensi. Laudunensi. Noviodunensi. Catalaunensi. Tornacensi.*
38. *Virgini Aurelianensi. Fam. du Lys d'Estain. Gentian. Arcoliers. Budes. Hospital. Faverot. Bertrand Portail. Stuart.*
39. *Fam. Albretana.*
40. *Argenton. C. de Vexin. Bethune. Tournon. Montchal. Rivoires. Chalenco. Acigne. Beaumont. Antichamp. Precontal. Chasteaubriend. S. Gilles. Apchon. Fay en Beauvoisis. S. Leger. Alleman Candie.*
41. *Communicata lilia exteris, ut Cuevis.*
42. *Aliis principibus.*
43 *Amicitiæ causa sumta.*
44. *Navarrenum scutum conglutinatum.*
45. *Scutum ipsum. Figura an catenas referat?*
46. *An carbunculum radiatum?*
47. *An monogramma veterum regum?*
48. *Antiqua Navarrenorum symbola.*
49. *Regum successio. Scutum regum ex Foxia & Albretanis.*
50. *Navarra à Ferdin. Catholico occupata.*
51. *Fundamenta Hispanorum in regnum. 1. negatus transitus. Responsio Gallorum. 2. Joannes rex Schismaticus declaratus l. Responsio. 3. Blanca Navarrena Henrico IV Regi Castiliæ nupta. Responsio. 4 Germana Foxia nata Ferdinandi. Responsio. 5. Præscriptio. Responsio. 6. Securitas Hispaniæ Responsio. 7. Francisci I. promissum. Responsio. 8. Arragoniarum & Navarræ idem olim regnum. Responsio.*
52. *Fundamenta pretensionis Gallicæ.*
53. *Quæ ex eo acta.*
54. *Angelus cum Navarreno vexillo.*
55. *Torques ordinum.*
56. *Titulus. Tituli aliquorum veterum regum.*
57. *Pretensio in Genuam Historia.*
58. *Fundamenta Francica.*
59. *Jura quibus libertatem tuentur Genuenses.*
60. *Quæ ex eo acta.*

§. I.

Insignia veterum Francorum.

CHristianissimi *Francorum regis* insignia, plurium nobilium ingeniorum studio eo magis exculta, quia armorum scientiam non alii quam Franci majori industria tractarunt, lustraturi, antequam ad lilia moderna veniamus, operæ pretium ducimus, de illis symbolis quædam congerere, quæ vel veterum Francorum fuere vel fuisse perhibentur.

An olim usitati bufones vel ranæ?

§. II. Communior diu sententia fuit *Bufones* vel *ranas* olim à Francis gestas esse. Ita *Rob. Gaguin. in Clodov. Nullo certo autore, sed perseverante ad hanc meam ætatem fama accepi, fuisse Regibus Francis bufones tres, nobilitatis quidem insigni.* Ita & *Papir. Masson. L. 3. annal.* id ut incertum tradit. Assensum etiam præbet *Loiseau Mem. du pais de Beauv.* apud *Limn. Not. Fr. L. 1. c. 10. p. 259.* conf. alios allegatos apud *Haping. de jur. insign. c. 6. P. 3. cl. 1. §. 2. p. 285.* Inde illud dicterium Flandrorum in Francos: *Crapaux Francois. Ranas* ex *Hunibaldo* vocat *Bouchet* apud eund. *Limn. l. c. p. 258.* Et quidem alii *tres aureos bufones* ajunt inscriptos *areæ nigræ*, alii *tres nigros* vel *virides aureæ.* Aliqui aream faciunt *argenteam.* Ita *Balt. de Vias* apud *Limn. l. c.* p. 260. Hieroglyphicæ hujus symboli rationes allegantur vel allegari possunt. 1. *Bonitas soli* (ita *Chassan.* apud *Limn.*) quia bufones solum pinguissimum habitare solent. 2. juxta *Gorop. Becan.* quia Franci αὐτόχθονες, cum bufones terrigenæ sint. 3. Ut ita notaretur habitatio Francorum prima in locis palustribus. Ita *Favin. Hist. Nav.* dicit Francos egressos ex Westfaliæ paludibus,

Digitized by Google

dibus, quod raucam vocem habuerint, notante *Marcellino* & *Sidonio Apollinari*, ab exteris ex invidia bufones dictos esse. Vel & respici potuit provincia *Transjurana*, ipsa quoque paludibus vel lacubus abundans. vid. *Haping. l.c.p.*286. 4. Refert *P. Greg. Tholos. pralud. Opt. ICti L.I.c.*11.*n.*2. & *Blas. Vignier in NN. ad Cas. Comm.* quod in capite Galli gallinacei cerebrum sine fractura exossatum exhibeat alterâ facie bufonem, alterâ lilium. 5. Alii credunt ita servatam memoriam apparitionis, quam fingunt factam Meroveo vel Marcomiro, imaginis tricipitis. vid. *Haping. l.c.p.*286. Cæterum Clodoveus dicitur bufones primum in leonem, dein lilia commutasse.

§. III. Quamvis ergo pervulgata & à pluribus repetita illa traditio sit de Francorum *bufonibus* vel *ranis*, nullo tamen idoneo antiquo autore probata in fabulis merito connumeratur: aut ex errore nata est. Ita *Favin.* apud *Limn. l.c.* existimat sculptorum imperitia, cum lilia rudius effingerent, bufones hos natos. Conf. *Chifflet. Anastas. Child. Reg.c.*12.*p.*178 & ibi *Fauchet.* nec non *Ioann. Ferrand. Epinic. pro lil.p.*103. Aliam sententiam, unde error ille natus sit, legere licet apud *Steph. Forcatulum de Gall. imp. & Philos. L.*6.*p.*781. & seq. *Caterum Galli bovem publico regni clypeo præ cæteris animalium figuris assignarunt, quia præ cæteris quoque nationibus, religionibus dediti fuere, ut Cæsar asserit. Itaque bove faciebant, ut lautissima deorum placatione, & bellicosis viris maximè congrua, propter animalis ingenium dimicationem amplectens, sparsa in altum arena: eoque stimulo ardescens de imperio certat, cornibus in procinctu manentibus, dum adversarius accingitur duello. Proinde antiquissimum Gallorum insigne habuitaram, cum duobus tauris candidis sacrificio paratis, ac eorundem rutilis auro cornibus, & querna fronde ac vario flore revinctis, non sine convolvulo per æstatem liliis simili, ut rudimento quodam naturæ lilium facere addiscentis, idque jam Gallorum decori præparantis. Non est omittenda, inquit Plinius, Galliarum admiratio: nihil habent Druides magis quercu & viscо saratius. Roborum eligunt lucos, nullum sacrum sine ea fronde faciunt. Inde suam appellationem* traxerunt. Viscum arbori innatum è cælo missum putant, & magna religine etunt sexta luna, quæ principia mensium annorumque his facit, sacrificio epulisque rite sub rbore paratis. Duos, inquit, admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc prium vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit, falce aurea demetit: ndido id excipit sago. Tunc demum immolant victimas, precantes ut suum donum Deus osperum faciat. Sterilitatem & venena arceri eo remedio arbitrantur. Sanè quia ejusdi sacrum Græca voce & vulgari vocarent Buphonia, à bobus mactatis, factum est, ut stea inoleverit error existimantium insignia Gallica Bufones continuisse. Ælianus merat Atticis in more fuisse, ut cæso bove omnia reliqua à cæde libera pronuntiarent, & sem velut cadis reum ac autorem condemnarent, & diem festum appellarent διπόλια καὶ Φόνια. Et Pausanias: In Polici, inquit, Iovis ara hordeum tritico permistum apponunt, s ad sacrum comparatus, dum ad aram accedit, eas fruges attingit ex sacerdotibus is, em Buphonum, idest, bovis percussorem nuncupant: securim jaculatus fugiens abit: quæ in judicium peragitur, ac absolvitur annuo more, instituto cum Erechtheus Athenis naret.* Illa nova sententia est de ara cum duobus tauris candidis sacrificio paratis. quis Forcatulo sine teste de prisco illo deigmate credat?

Unde ceteris origo?

Lib. 6. de bell. civili.

Lib. 16. c. 44.

* δρῦς enim quercus est. Alibi dictum est de Gallis Græcâ loquutis, lib. 1.

lib. varia hist. 8. c. 3.

In Atticis sive lib. 1.

§. IV. Inde bufones in *leonem* mutatos ajunt, quo visio *Merovei* alludat (apud *Hap. l. alleg.*) Voluntque hoc factum cum reges Franciæ cum Romanis bellum geret, & quidem speciatim ab ipso *Chlodoveo*. Eadem vero pagina *Haping.* annum 224. at: qui duobus seculis & amplius Chlodovei tempus anticipat. Describunt autem iem, quod fuerit *aureus* (al. *cæruleus*) atque *aquilam subjectam unguibus visus sit dipere.* Vel quod in *serpentem cauda desierit, qua aquila caput comprimeret & suffoca-* Conf. autores apud *Limn.* & *Haping.* Sic & Nodeberto Palatii majori tribuit *M. Varenn. R. d' arm. P. II. p.*276. insolo cæruleo leonem in draconis figuram desinenrubeum, cauda aquilam nigram constringentem. Sed nugas puto. Nisi *Favinus* conjecit, quod hieroglyphicum particulare fuerit regis, victoriam à Romanis retam referens. *Devise, non pas armes.* Ajunt vero leonem cum serpentina cauda im Francis orientalibus relictum, quem rursus accedente Rom. Imperii dignitan aquila commutaverint. Tum etiam à Francis propagatas gentes & familias s gestasse, ut Belgæ fecere Conf. *Iun.* & *Freher.* apud *Haping.*

Leo qui aquilam fingeret.

V. Alia sententia, cujus autor *Paulus Æmilius* (in *Chlod.*) fuit, *tria diademata aurea argentea* inscripta fuisse, quibus Clodoveus tria lilia substituerit: Verum qui

Tres coronæ.

fino

ſine antiquiorum teſtimonio illud prodidit, ægre fidem inveniet: niſi *Minois* & *Paſquieri* conjectura valeat, exiſtimantium hanc & alias forte figuras ſymbola particularia unius alteriuſve regum hieroglyphicâ ſententiâ expreſſiſſe.

Navis. Pariſienſis urbis inſignia.

§. VI. *Navem* etiam à Francis uſurpatam, ex *Cl. Minoë Theod. Hæping. d. l. p.* 288. 412. allegat: additque rationem, quod Franci olim gens navali arte & practicâ exercitatiſſima fuerit, teſtibus *Sidonio Apollinari* & *Latino Pacato*. Unde forte originem traxerit σῆγμα *Pariſienſi urbi* à Philippo II. Rege datum, nimirum in *parma rubea navis argentea cum capite ſcutario cæruleo liliis aureis conſito*. vid. *Limn. Not. Franc.* 6, 20, *p.* 602.

Tres lunæ argenteæ.

§. VII. Alii *tres monoides* ſ. *lunæ bicornis argenteas* figuras in pelta *rubea* Francis tribuunt. Uti *Steph. Paſquier*, qui tamen eò inclinat, fuiſſe ſymbolum particulare Sic & *Favinus* illas tribuit Pharamundo & ſucceſſoribus, dicitque pro emplemate poſtea retentam eſſe figuram etiam à *Chlodoveo*. conf. *Limn. jur. publ.* 6, 6, 32. Sed de his etiam cum antiquitas taceat, ægre fidem recentioribus adhibuerimus. Refutat commentum *Steph. Forcatul. de imp. & Philoſ. Gall. L.* 6. *Princip.*

Crux.

§. VIII. Addi poteſt etiam *Ioh. Iac. Chiffletii* ſententia, qui *Anaſt. R. Childer. c.* 12. *p.* 177. Chlodoveum regem poſt baptiſmum non uſum alio ſymbolo prodit quam *crucis*, quo Chriſtiani reges à gentilibus diſtingui amaverint Quod etiam *Chlotarium* feciſſe ex annulo conſtet: idem etiam factitaſſe reges ſecundæ ſtirpis monumentis & ſigillis perhibet.

Notæ personales.

§. IX. Vidimus de pleriſque vel certi nihil proditum, vel alius uſus fuiſſe, quam qui nunc eſt inſignium gentilium: unde huc ſpectaverint verba eruditiſſimi *Henr. Spelmanni aſpilog.* p. 39, *Quæ ſingula ſingulorum principum geſtamina fuiſſe videntur, dum inſignium habitus perſonalis adhuc eſſet, non gentilis, non perpetuus. Forte eodem modo quo hodie ſolent emblemata.*

Alauda Gallorum veterum inſigne.

§. X. Antequam illa finiam, quæ de veteribus σήγμασι obſervanda dixi, illud etiam ex *Thuano* obſervare convenit, quod priſcorum Gallorum inſigne fuerit *alauda*. Ita enim ille autor L. 56. pag. 1240. *A curioſis obſervatum, dum verba faceret Monlucius, toto eo tempore*, alaudam, veterum Gallorum inſigne, *in ſummo malo, cui tentorium innitebatur, immotam conſtitiſſe, & modulato cantu Monlucii orationem veluti proſecutam fuiſſe, tum eo perorante evolaſſe.*

Scutum modernum liliatum, An ſub prima & ſecunda Regum linea?

§. XI. Quod ergo modernum, quo rex utitur, ſcutum attinet, *cæruleum* illud *aureos tres liliorum flores* exhibet. De hoc ſymbolo in genere diſputatur, prima & ſecunda familia ea agnoverit, nec ne? vid. *Theod. Haping. de jur. inſign. cap.* 6. *P.* 3. *cl.* 1. §. 3. *pag.* 290. Doctiores aliqui è recentioribus non in uſu lilia fuiſſe ante *Philippum Auguſtum* credunt, quod *Andr. du Cheſne in lit. ad Chifflet.* prodidit & *P. Gaſſendus in vita Peireskii* inde falſi convicit Chlodoveo & Chilperico exſtructa monumenta. Ante *Ludovicum VII.* non fuiſſe, *Dav. Blondelli* eſt ſententia. Paulo altius aſcendit *Fauchetus*, ſed ante *Pipinum* ea itidem non agnoſcit. Recentius vero lilia ſatis prolixe *Merovingiis* & *Carolovingiis* vindicare annixus eſt *Ioh. Ferrand. Epinic. pro lil.* 1. *p.* 5. creditque Merovingiis jam uſurpata De *Chilperico* allegat autoritatem *Ioannis Couſin hiſt. Tornac. cap.* 66. *pag.* 324. quod ille dicatur, vel credatur dediſſe Tornacenſi Epiſcopatui liliatum ſcutum. Quod & prodit *Guilh. Gazetus Hiſtor. Eccleſ. Belg. tr. de Epiſc. Tornac.* Apud *Typotium* eſt numiſma ex *Oct. Stradæ* muſeo, ubi manus duæ numum aureum bifariam partiuntur, cui tria lilia inciſa, cum inſcriptione: *Chilpericus Francorum Rex.* Allegat etiam *Childebertum*. à quo Cabillonenſis Eccleſia acceperit ſcutum cæruleum liliis ſparſum, ſceptro adjecto 515. Præterea provocat ad ſtatuam *Chlodovei* ſuper ejus Maúſoleo, quæ Lutetiæ ſceptrum liliatum præferat, ad *Clotharii* liliis ſparſos calceos Sveſſione, in fano S. Germani *Chilperici* coronam & ſceptrum liliis faſtigiata; *Theodorici* diploma apud *Iodoc. Coccium in Dagob.* c. 2. p. 58. ſigillum lilio impreſſum, alia ſigilla *Dagoberti*, *Caroli Simplicis* & aliorum apud *P. Miraumont. de la Chancellerie de France*, qui ipſe viderit Dagoberti, Sigisberti, Mariæ Francicæ, Caroli Simplicis apud *Roſierium*, *Childerici III.* numiſma, ubi gladius cum duobus liliis, *Carolomanni* & *Pipini* ſepulchra Fuldæ apud *Brov.*

Joannis Ferrandi argumenta Pro ejus antiquitate.

Digitized by Google

pud *Brovv. L. 2. de antiq. Fuld. c.* 15. Ulterius idem n. 2. probat uſum liliorum
olinos, illis teſtibus & indicibus. *Roſierum* exhibere diploma Pipini, cujus ſigil-
o aureo liliis conſito impreſſum ſit: nec non *Caroli M.* qui aquilam adjecerit,
i pii, Lotharii, Arnolfi, Luentebaldi (an Sventebaldi) hujus filii. Sic & *ſceptrum*
t. quod in *fano Dionyſii* ſervatur, conſpici liliatum, ut & coronam. Addit effi-
roli M. inter cimelia Petavii; item allegat occaſionem inſignium *Scoticorum*,
rorum: nec non *Aribertum Nemauſenſem*, qui ſub Ludovico pio ſcripſerit *hiſto-*
itaniæ, & in inſignibus *Caroli Martelli* meminerit liliorum. Apud *Taraut* extare
Caroli M. cum liliis in ſigillo: Nec non Ludovici pii imaginem apud *Gerlan-*
gi. *Caroli Calvi* ſtatuam liliis ornatam in fano Dionyſii. Ita & in Mauſoleis
mplicis, *Ludovici IV. & Lotharii* eundem florem conſpici. Sic *P. de Mirau-*
ovocare ad diplomata, quæ viderit liliis obſignata, contra *Fauchetum*. *Jacobum*
n Odoni R. Franciæ dare lilia innumera. Impreſſione tertia deſcendit ad ante-
petinos, & his etiam liliorum uſum aſſerit. *Capeto* ipſi tribuentem citat *Villa-*
toricum Florentinum & majoribus ejus *Favinum*. Provocat porro ad *Roberti*
coronam in ſigillo, ut & aliud ſigillum liliatum, *Henrici* ſigillum liliatam coro-
lores referens: nec non *Philippi* & *Ludovici Craſſi* diplomata in cœnobio
ano: ut & *Miraumontium*, qui viderit lilia in ſigillo *Ludovici junioris*, tum nu-
Triſtanum de S. Amant, & chlamydem regiam in inauguratione liliis aſper-
remonjali Francico. Demum è Gallia & exteris ſententiæ ſuæ plures ſuffraga-
lucit. Noſtrum non eſt illam dirimere litem, licet nec tam antiquam origi-
us ſymboli profiteri auſim, nec Ferrandi argumenta vacet examinare. Argu-
autem à *ſceptris liliatis* ſatis quod puto refellit *Henr. Spelman. aſpilog.* p. 37. Sceptra li-
: quaſi nativus ſit cultus & ipſis Aſſyriis apud *Herodotum*, atque Romanis (nu- liata.
teſtimonio) familiaris. Cætera quoque documenta, paludamentum liliatum
M. & quas *Tilius* icones regum Francicorum liliis ſparſas exhibeat, con-
gmenti aut recentioris artis. Inprimis quia legatur Divus *Ludovicus* ma-
iorum tumulos inſtauraſſe & ornaſſe, quod & alios aliàs feciſſe, exiſtimare

XII. De *origine* floris etiam acris eſt diſceptatio. Communior traditio habet, Origo lilio-
eo (unde cum *Nic. Vptonus de milit. offic. p.* 109. Carolum M. dicat, vel *σφάλμα* rum.
em mnemonicum eſſe oportet,) baptiſato *allatum operâ angeli ſcutum caru-*
is aureis ſparſum. In ipſis autem fabellæ circumſtantiis non concordant. Alii An cœlitus
i *Chlodoveo* ab *angelo* exhibitum, alii allatum *eremitæ*, qui *Clothildi* Chlodovei Chlodo-
portaverit, traditum referunt. Vid. apud *Limn. l. c.* p. 262. Abblanditus veo miſſa?
teph. Forcatulus, non ſine nominis labe. Recentius fabulam tuendam ſuſcepit
tus *Ferrandus Epinic. pro lil. 1. pag.* 11. cum fabulatur, donum eſſe Chlodoveo
miſſum à *Beata Virgine*, quæ inprimis delectata ſit lilio, non ſolum ob floris
adinem, ſed ob ſponſum, quem noverit *paſcere inter lilia*, hinc eam acu pinge-
olitam, quo ornamento adhuc Olyſſipone in Collegio Jeſuitarum ſervetur
in qua primum Chriſtus confecerit, elaboratam Mariæ manu & acu pictam
rtis. Hoc autem ſuſcipit peculiari opere exſequi, cui titulus *Regnum Galliæ re-*
riæ. Verum refutarunt commenta Clariſſimi Viri *Joannes Tilius* ejusque fra-
opus Meldenſis, *Bern. Girardus Haillanus*, *Cl. Fauchetus*, *Scipio du Pleix*, *Guilh.*
s; & nuper *Dav. Blondell. Geneal. Franc. Tom.* 1. *LXVI.* * 1. *b.* & antea *XLV.* * 1. *b.*
: *Quis viros gravitatem profeſſos ad fabulas, quarum vel ipſam plebis fecem pu-*
lut ad ſacram anchoram confugere, &c. Oſtendit etiam cœnobium *Joyenval* ſ.
udii prope Poiſſy, quod putent in memoriam miraculi fundatum, conditum
à *Barthol. de Roya* 1120. & ita 609. annis poſt Chlodovei mortem, neque ita
b cœlitus demiſſum ſcutum aliquod, ſed ob felicem in media lacrymarum
rituali gaudio perfuſorum fratrum ſtatum. *Paſquier Recherch. de Fr.* L. 2. c. 15.
uit de eremita, ſed ſubſtitutum ad hoc à Clodoveo, ut miraculo inſignibus
et autoritatem. Alia explicatio *Gorop. Becani* apud *Haping. de Jur. inſign. c.* 6.
3. *p.* 290. cœlitus advenisſe Gallis inſignia inde, quia *Japetus* vaticinio cœleſti
itatis nobilitate edoctus, nomen *Franci* ſibi ſumſerit, ac *ſpei* ſymbolum, lilio
triplici, ut notaretur ſpes omnibus numeris abſoluta. *Limn. Jur. publ. 6, 6, 33.*
ludere virum dicas.

An è Galli gallinacei cerebro? ex bufonū ſpecie? ex convolvuli flore?

§. XIII. Poſſent aliqui ad *galli gallinacei* provocare *cerebrum*, quod, ut ſupra §. 2. ex *Tholoſano* vidimus, cum ſpecie bufonis lilium exhibeat: qui *bufones* defenderent, ex illis minus affabre ſculptis lilia orta crederent, uti ex liliis alii ſupra bufones allegarunt. §. 3. Forcatulum audivimus, dicentem tauris ad ſacrificium paratis (quos cum aravult fuiſſe in inſignibus antiquorum Gallorum) adjectum *convolvulum*, qui per æſtatem liliis ſimilis ſit, ut rudimento quodam naturæ lilium facere addiſcentis, idque jam Gallorum decori præparantis.

An ex ſpiculis Francicarum haſtarum.

§. XIV. *Renat. Ceriſerius præfat. ad Tac. Franc.* apud *Joh. Jac. Chifflet. Anaſt. Child. cap.* 12. *pag.* 171. arbitratur, *ſpicula Francicarum haſtarum* (quas *Angones* vocitatas ita deſcribit *Agathias*, quod ad extremitatem ſpiculi quidam adunci mucrones utrinque promineant, ex ipſo ſpiculo inſtar hamulorum reflexi & deorſum vergentes) ſcuto militari impreſſa, quod δῆγμα poſtea propter ſimilitudinem pro flore lilii acceptum. Dictæ etiam illæ haſtæ *Franciſcæ* (Franziſen) apud *Gregorium Turon.* Sed hæc etiam ſententia ægrè fidem inveniet, antiquioribus teſtibus deſtituta.

An ſpei ſymbolum.

§. XV. Alii *ſpei* ſymbola putant herbam tribus foliis conſtantem, cum qua *ſpei numen* exprimi ſoleat. Vid. *Chifflet. Anaſt. Child. cap.* 12. *pag.* 168. *ſequent.* Hoc titulo allegatur ſcripſiſſe *Triſtanus de Sainct Amand* de lilio divino ſpei ſymbolo.

An ex paronomaſia nominis Lois ſ. Louis.

§. XVI. Ab iſtis omnibus ſecedit *David Blondell.* qui credit (*Geneal. Franc. Tom.* 1. *LXVI.* * 2. *& Tom.* 2. *pag.* 163. 164.) *Ludovicum VII.* alluſione ad nomen *Lois* vel *Louis* facta florem hunc ſibi ſumſiſſe, cum & alii reges & principes talia æquivoca ex nominis derivatione erroneâ adſciſcere non verecundati ſint.

An ex paludibus Sicambrorum?

XVII. *Fauchetus* eo reſpici arbitratus eſt: quod delineatores primi indicarint originem Francorum à Sicambris, qui Friſiæ paludes incolebant; unde dederint regibus *pavillea* florem, (parvum lilium flavi coloris, quod naſcitur in paludoſis locis, floretque Majo menſe & Junio,) in campo cæruleo imitante aquam, quæ ubi quieſcit cœli acquirit colorem.

An olim apes fuerint, ex quibus ef. fecta lilia?

§. XVIII. Hanc *Faucheti* ſententiam prius etiam *Joannes Jacobus Chiffletius* ſecutus erat: Verum deinceps in *Anaſt. Reg. Child.* cap. 12. novellam protulit conjecturam, quæ lilia nunc ſint, fuiſſe *apes aureas* ſcuto Francico impreſſas, unde levi mutatione lilia effecta ſint, cum corpus & alæ apiculæ tria ſuperna folia, caput cum pedibus utrinque inferiora foliola ſubminiſtrare potuerint: Conjecturæ occaſio quod in Childerici regis Tornaci effoſſo ſepulchro præter caput bubali aureum, quod idolum fuerit regis, inventas ait ultra trecentas apes aureas gemmatas, quibus equi inſtructus ornatus erat: hieroglyphico ad *Apim* Deum ſatis commodè referendo, præſertim quod etiam ex cadavere bovino generentur apes. Memorat etiam à *Ludovico XII* & *Henrico IV.* nonnunquam uſurpatas apes, veluti teſſeræ veteri revocandæ. Confirmandæ ſententiæ oſtendere laborat, pulchrè in apes convenire quicquid Galli ſuis tribuant liliis. 1. Inventas has apes in Childericiano monumento *innumeras*, ita etiam ſcutum liliatum ferri, floribus fuiſſe temere ſparſum. 2. Apes *aureas* Childericianas, prout etiam à Virgil. 4. Georg. dicantur: ita & lilia. 3. Lilia vulgo à Francis perhiberi *cæleſtia*: apes etiam à priſcis habitas cœleſtis & divinæ originis. 4. In *area cærulea* pingi lilia, ita apum campum apud veteres æthera ipſum. 5. Mel opificium apum cœleſte appellari atque aureum. 6. Lilium *regium* florem dici recentioribus, apes priſcis creditas regias & regum nutritias. Arbitratur autem tempore *Ludovici Craſſi*, cum conſvetudo inciperet, hereditaria inſignia effingendi, indoctos feciales apes rudi manu & forſan ex aliquo exeſo lapide deſumtas regibus obtuliſſe bufonum imagine. Demum *Philippum Auguſtum* primum uſurpaſſe lilia. Hanc conjecturam *Chiffletii* latè refellit 1663. *Joan. Ferrandus Epinic. pro lil. 6. pag.* 84. *ſeq.* & quem citat *Triſtanus de S. Amand.* Poſtea idem *Chifflet. in lil. Franc. all. cap.* 9. *pag.* 66. certum eſſe putavit, *Ludovicum VII.* primum fuiſſe, qui florem lilii geſſerit, quod cognomento ipſe *Florus* appellaretur: quæ nova floris eſſet ratio.

An ex Flori cognominis flores?

An pavillea vel iridis flores?

§. XIX. Nec de ratione ſolum diſputatur, verum de ipſa quoque floris *ſpecie*.

De

Faucheto §. 18. vidimus, quod credat esse *pavilleas* (*la fleur de pavillee*, Jaſſer-lilien/) quam plantam alias etiam *acorum falſum* ſ. *pſeudoacorum* no-
Cum his convenire reor, qui *iridem* putant, ut *Gorop. Becan. de reb. Franc.* apud *Ferrand.* 2. pag. 24. *Rouſſeletus* refutaſſe dicitur,) nam illa pavillea ecies. Unde Faucheti & Goropii ſententiam *Ferrandus* conjungit. Ita ſemper vocat *gladioli flores*, quod *iridis* etiam nomen: & inde L. 4. pag. 210. Datum esse *in ſignum perpetuæ vindictæ, & quod ipſe & ſui ſucceſſores ſemper gladiis punirentur.* Pro hoc pavilleæ vel iridis flore allegari poteſt color s auro vicinior, cum lilia candida ſint: tum floris figura, quæ à lilio naturali m diſtet.

XX. Alii in *lilio* acquieſcere malunt, ſeu alia ſint ſeu quæ vulgo *convallium* itur. Hi rationes oppoſitas diluunt: nihil esse inſolitum, rem in ſcuto chiberi, quam natura eam tinxerit: unde enim alias nobis leones cæ-gentei? Tum figuram quoque in inſignibus non ſemper eam ſervari, quæ s eſt. Obſervat etiam *Ferrand. d. l. 2. pag. 24.* in Caroli M. ſceptro im- lilium aureum albo encauſto illitum, unde probetur, non esse iridem. ero *figuram lilii* attinet, vix riſum cohibeat, qui à *Favino* proditum legat *imn. Not. Franc.* 1, 10. pag. 261. *Lilium Francicum pingi non poſſe, niſi à pi-ccellenti, & natione ac animo Franco, reliquas nationes omnes in pingendo* An verum lilium?

XXI. Quod *numerum* attinet: à *Ludovico VII. Philippo II.* & *Ludovi-unum* lilium geſtatum exiſtimat *Tilius* & deinceps *Blondell. geneal. Franc. LXVI.* * 2. Inde *innumera* lilia ſumta (non olim ab *Ottone Andino*, ut *Tilius Meldenſis*, ſed) à *Ludovico IIX.* putat *Blondell. l. allegat.* ſed *Chifflet. anaſt. . cap.* 12. *pag.* 171. patri ejus *Philippo Auguſto* illud tribuit. Ex *Ariberto Ne-i*, qui ſub Ludovico pio vixerit, refert ſæpe allegatus *Ferrandus Epin. pro* . 28. tot victorias reportaſſe reges, quot in inſignibus floruerint lilia. De ium non eſt, aliquot ſeculis ſcutum non certo liliorum numero ſparſum uiſſe. Demum *Carolus VI.* qui 1422. mortuus, ad ternarium numerum . Aliqui exprimunt annum, quo id factum ſit, 1412. vel 1414. ſed citra linem. Rationem aliquam exprimit *Sylv. Petraſancta. Teſſer. gentil.* cap. 60. 5. *Lilia ſata eo numero, quo nimirum DEVS ut dixi & præterea proximi DEO opemodum ex æquo gaudent, aurata quidem in parmula gemmata ſapphirina e, ſunt ſtemma regum Galliæ: poſtquam Carolus VI. baſilicos hoſce flores nu-es adamavit potius quam conſitos, uti antea fuerant, manu liberaliore. Hâc ɔiâ picti, erant teſſera communis aliorum conſanguineorum principum ac regum :ternorum: debueruntque ideo ſacro iſtiusmodi numero arctari ad ſolam re-lia ſupremam Majeſtatem eique ſingulariter d dicari.* Hæc ratio quadret, aliis diſcutiendum relinquo. Hieroglyphicum nonnulli hunc numerum ut notentur tria *cæleſtia Francorum dona*, quæ ſint ſcutum liliatum, auri- & ampulla Rhemenſis. Sed cui hoc perſvaſerint? Sunt qui hanc mu-n non laudant, & auguſtiorem ſpeciem fuiſſe plurium florum exiſtimant. :o primæ regum familiæ etiam lilia adſcribunt, volunt *ternario* definitum), & *Pipinum* primum clypeum liliis ſeviſſe. Vide *Limn. Not. Franc.* 1, 10. 264. Eodem ternario numero *Ferrand. pag.* 78. 95. putat *Chlodovei* lilia efinita, poſtea autem varium regum circa numerum fuiſſe morem, uſque *olum Sextum.* In ternario autem autor idem myſterium *Trinitatis* quæ-illa mutatione indefinitorum florum in tres, ortum eſt, quod lineæ ex regia ante Carolum VI. egreſſæ numerum incertum ſervarunt: uti infra ius.

Numerus. Singula. Innumera. Terna. Ternarii myſteria.

XXII. Significationem horum florum & *myſteria* varia comminiſcuntur omines, ratione coloris, foliorum, &c. vid. *Limn. Jur. publ.* 6, 6, 34. *& in om. IV. pag.* 98. ubi comparatio cum CHRISTO, qui Rex regum pro ſcuto ſidereum habeat, miro aſtrorum fulgore decoratum. Idem *Limn. Not. Franc. pag.* 266. *ſeq.* Apud *Haping. de jur. inſign. d. l.* §. 5. pag. 292. Hieroglyla liliorum recenſentur: ut notentur 1. *Spes.* 2. *Fides, ſapientia & militia.* Liliorum hieroglyphica & myſtetia.

Digitized by Google

(ita *Guilh. de Nangiaco in S. R. Ludovico.*) 3. *Pulchritudo.* 4. *Concordia.* 5. *Virginitas & pudicitia.* 6. *Felicitas.* Ex *Franc. de Fovers Joannes de Bado aureo.* pag. 35. illa notat: *Cum DEVS ipſa arma miſit per angelum deferrens, per ea inconſtantiam & inſtabilitatem in Francia illis temporibus eſſe monſtravit.* Quod *ſpei* ſymbolum attinet, inprimis multi illud urgent. Sed *Chifflet. in Anaſt. Child. c. 12. p. 170.* arbitratur perperam typum ſpei ad lilia transferri, queis *vita brevis totusque parumper Floret honos (Valer. Flacc.)* nec ab illis ſpes ulla, ullus expectatur fructus, ſed fluxa pulchritudo duntaxat placet. Potius pag. 179. *mortalitatis* ſymbolon haberi vult *flores. Ferrand. Epinic. pro lil. præl. p. 3.* vult videri potius Chriſti & Mariæ cauſam quam Galliæ agere in argumento de liliis: *Cum Chriſtus ejusque parens Auguſtiſſima Maria ex omnibus floribus lilium unum in pulcherrimum & nimium quantum ſui Natique ſymbolum atque in ſcutarium (ut ita dicam) inſigne abs ſe jam pridem electum Galliæ noſtræ, imo verius tot nominibus ſuæ, ingentilitiam teſſeram deſuper dederunt.*

Cæruleus ſcuti color.

§. XXIII. Quod *cæruleum colorem ſcuti* attinet, de hoc quoque philoſophantur: Ita *Sieulus fecialis le blaſ. de coul. Tr. 1. f. 10. Le tres chreſtien Roy de France eſt entremoyen paranymphe de l'egliſe épouſe de Jeſus Chriſt, du quel l'office eſt amplifier l'honneur divin à la gloire de la religion Chreſtienne, extoller & magnifier, il a eſté decent & convenable, que les enſeignes de ſa Majeſté fuſſent à la ſimilitude du ciel clair & ſerain.* Hoc eſt, Rex Franciæ Chriſtianiſſimus eſt medius paranymphus Eccleſiæ, ſponſæ Jeſu Chriſti, cujus officium eſt amplificare honorem divinum in gloriam religionis Chriſtianæ, extollere & magnificare, indedecebat & conveniens erat, ut inſignia Majeſtatis ejus referrent imaginem cœli clari & ſereni.

Corona clauſa. Unde?

§. XXIV. Huic clypeo liliato imponitur *corona clauſa.* Olim quidem Franciæ æque ac alii reges *apertis* uſi ſunt coronis. Primus qui clauſit memoratur *Carolus III.* forte ideo, quia *Imperator Orientis* creatus fuerat. Inde *Ludovicus XII.* & *Franciſcus I.* (ſed hic quoque à Leone X. vel Clemente VII. *Orientis Imperator* proclamatus,) aliquando eadem figura delectati ſunt, nec vero ſemper. Unde primus ordinarie videtur illo coronæ genere uſus *Henricus II.* in moneta communi. Forte quia à Germanis *Protector Imperii* creatus. Confer *Meneſtr. verit. art du blaſ. c. 13. p. 153.* Jus vero Franciæ circa geſtationem coronæ hujus generis tuetur *Blondell. Geneal. Franc.* Conſtat autem corona *floribus liliatis* octo, quos quatuor ſemicirculi impoſiti jungunt, & ſuperius florem *lilii* ſuſtentant. Differt ea regia corona à corona Delfini, quam duo tantum ſemicirculi connectunt. Vetuſtiorem uſum coronæ clauſæ *Dagoberto* ita adſcribit *Jac. Maſenius NN. & add ad Chriſtoph. Brouver. annal. Trevir. p. 613.* illis verbis: *Obſervandum vero hoc loco eſt (quod etiam hos annos diplomatum à Monarchia principio ducendos eſſe arguit.)* Dagobertum *inter reges Francorum reperiri primum, qui poſt uſitatum priſcis regibus capitis* diadema, *hoc eſt, vinculum gemmis margaritisque diſtinctum,* coronam decuſſato ſupra verticem circulo aſſurgentem, & parvo orbe in apice clauſam, *velut Monarchici regiminis inſigne ſumſerit. Talis enim in ſigilli regii effigie, ut ſupra liquet, diverſis certæque notæ diplomatis expreſſus eſt. Quod poſterioribus regni annis factum apparet, cum in aureis priſcorum numis,* Valeſio *teſte, ſpectetur ſimplici linea margaritarum per frontem temporaque capitis redimitus: unde & tali illum ſpecie principio libri proponere malui, ne cum Imperatorum poſtea uſurpatis coronis illius ætatis mores confunderem. Priſcos quidem Imperatores, vel laureo redimitos ſerto, vel duplici triplicique margaritarum circulo caput vinctos, vel corona etiam dentata (quali &* Dagobertum *& alios Franciæ reges* Metzeray *in ſua profert hiſtoria, & Romanis Antonius in numis viſitur,) accinctos ſpectamus, ſed nunc illa qua* Caroli M. *eſt corona, hactenus Romanis Imperatoribus in publica coronatione uſurpata, lamellis aureis, pretioſiſſimis gemmis varie diſtincta, angulari rectaque figura aſſurgit, cruce ex ſemicirculo ſuperne eminente. Ab hac tamen forma diverſam, propiusque ad illam* Dagoberti *regis accedentem, qua circulis ſupra caput coëuntibus, & orbe cruce ſignato clauditur, extra coronationis ſolennitatem uſurpant.*

Galea.

§. XXV. Aliquando *galea* imponi ſolet, ſed rarius, cum corona, regium axioma, magis ſit in uſu. Si vero imponatur, *auratam & directam* atque *ſine clathris apertam* eſſe neceſſe eſt. *Laciniæ* inde dependentes ſcuti colores imitantur *cæruleæ, auro* reflexæ. Omnia hæc tegit *papilio regius (pavillon royal)* cæruleus liliis ſcuti pictus, & pontici muris

Laciniæ. Papilio regius.

Digitized by Google

iutis pellibus fartus, impoſita faſtigio corona liliata, & vexillo itidem liliato ex dependente. Hæc vero recentioris ſunt inventionis.

XXVI. *Telamones* quod attinet, Franciæ reges ei uſui adhibent *duos angelos*, tu, ecialium cum typo ſcutario indutos, vexilla quoque armis Francicis ornata te s. Hoc innuendo patrocinio angelico factum conjicit *D. Blondell. Geneal. Frare. p.* LXVI.* 2. quem vide. Quod aliqui *armatos* repræſentent, conf. *Meneſtr. abnethod. p.* 111. Alias tamen variatum. *Carolus VI.* ob cervum in Silvane ctenſi agro m, qui torquem collo inſertum geſtabat cum lemmate: *Cæſar hoc mihi donavit, ervos alatos* in ſymboli gratiam aliquando uſurpavit, quod filius eſt imitatus: *Lu- XII.* eadem cauſa *hyſtrice* uſus, *Franciſcus I. Salamandris*. Cæterum hos ange- os nonnullis familiis reges in teſtimonium gratiæ conceſſere, ut *Montmorencia, nſi*, &c. Cum non alii liceat illos aſſumere ſine regis permiſſu. Telamones Angeli.

XXVII. *Teſſera militaris* (*clamor bellicus* Franciæ regum eſt *Montjoye* ſ. *Mon joye is*. Hujus originem *du Cheſne Antiq. de vill. de Fr. pag.* 202. refert ad regem *Chlo- m*, qui prælio ad Tolbiacum in gravi diſcrimine vitæ invocaverit S. Dionyſium, : *S. Denys mon Iove* ſeu *mont-joye*, tanquam Jovem ſuum, ſi aſtitiſſet, aliquando unde cum victoriam reportaſſet, illum ſumſiſſe patronum, & ex eo hanc teſſe- equentem fuiſſe in regum ore: conditam etiam in monte turrim *Mont-joye* od allegat *Rud. de Presles*. conf. *Limn. Not. Franc.* 1, 13 *pag.* 293. in primis *Monet ig. des armoir. p.* 29.30.68. Teſſera militaris. Montjoye S. Denis.

XXVIII. *Symbola* quod concernit (*diviſes*) varia ea variorum regum fuere em- tibus ſuis repræſentata. Forte univerſalis ſymboli loco haberi poſſet, quod rancico frequenter adjicere ſolent: *Lilia non laborant neque nent*. Quo ad Salicam alludunt, ex quo illius dicti, (Matth. 6, 28.) cum id Epiſcopus *Bello- ſis* adpopulum habita concione eò detorſiſſet non parvum fuiſſet momentum, lippus Valeſius Edoardo Anglo in petitione regni eſſet ſuperior. Symbola. Lilia non laborant neq; nent.

XXIX. Regis hoc ſcutum & ornamenta fuere. Eadem vero in parma cærulea el olim ſine numero) lilia aurea geſtant, quotquot ex regio ſanguine orti ſunt pes: indicio communis ſanguinis. Quod vero familiis omnibus in regno illo ire eſt, cum certis diſcerniculis, quæ jam enumerare operæ eſt pretium. Diſcerniculæ principum ſanguinis.

XXX. Regis primogenitus & regni heres *Delfinus* appellari ſolet. Hujus qua- itum eſt ſcutum, 1. & 4. *area lilia regia.* 2. & 3. *aurea Delfinum cæruleum rubeis au-* eferentre. *Corona* incumbit ſcuto *liliata, duobus ſemicirculis clauſa, & duplicem rem* ſuſtinente. Hoc *Delfinatus* inſigne eſt. Cæterum unde comitibus *Albonen- Viennenſibus Delfinorum* cognomen natum ſit, inter autores non plane conve- Quod enim *Scipio du Pleix* apud *Limn.* 2, 21. *p.* 909. *Guidonem II. C. Gabalitanum vaudam* aſſumſiſſe ſoceri Comitis Albonenſis, qui à majoribus *Delfinus* cogno- is ſit, cognomen & hereditatem creviſſe dicit, fallitur. Continua enim ſucceſ- erie à primo *Guidone* ſ. *Wigone C. Albonenſi & Gratianopolitano* circa 940. octo *Guidones* deſcenderunt, è quibus ultimus aut penultimus cognomen illud pri- ürpavit. (Confer *Sam. Guichenon, Chriſt. Iuſtell. Andream du Cheſne.*) Æque fal- iod *Arverni* illum *Delfinatum Arvernia* habuerint ex *familia Albonenſi*. Sed ob *Guidonis Delfini Viennenſis* à *Roberto IV. Com. Arvernia* ductam, aliqua in Delfi- .rvernis bona obtigiſſe oportet: unde *Delfinus* Roberti nepos Delfino Vien- 225. *Voreppe* & *Veraceu* in Delfinatu vendidit. Cæterum præfatus *Delfinus* (hoc baptiſmo nomen) Roberti nepos, cum Arverniæ amiſiſſet comitatum, utpote patri ejus *Guilelmo V.* iſtius patruus *Guilelmus VI.* eripuerat, pro apennagio ali- Arverniæ partem tantum accepit, quæ dicta *Delfinatus Arvernia* ſ. *terra Del-* de & poſteri nomen retinuere, ita ut filiæ cognomentum *Delfina* adjicerent, & ter titulum *C. Clarimontis* identidem ſe *Delfinos Arvernia* dicerent. Heredita- ea titulus Delfinorum Arverniæ in familiam *Borboniam* delapſus, ex qua eum *urelianenſis* hodie geſtat. (confer *Iuſtell. Hiſt. Geneal. Dom. Arver.* L. 4.) Sed *tum* quod concernit, cui Delfini nomen ἐξοχικὸν ante Arverniam, qua ratione egem Franciæ devenerit; ſciendum, primi Guidonis poſteritate maſcula fi- njugio *Beatricis* & *Hugonis III. Ducis Burgundiæ* tranſiiſſe ſucceſſionem in do- urgundicam: ex hac nuptiis *Annæ Delfinæ* & *Humberti Turrii* tranſiit in fami- rriam (*la Tour du Pin.*) licet Robertus II. Dux Burgundiæ controverſiam moveret, Delfini Arverniæ. Unde Delfinatus ad regem?

moveret, contrà quem pro fœminarum ſucceſſione pronunciavit Philippus IV. 1285. Nepos Annæ fuit *Humbertus*, à quo Rex Franciæ principatum ea conditione obtinuit, ut primogenitus filius, coronæ dein ſucceſſor, *Delfini* nomen geſtaret. (De diverſis ſententiis circa titulum translationis confer *Limn.* 1, 4. *p.* 101. *&* 2, 21. *p.* 901.) Primus autem Delfini nomen in regia familia geſſit *Carolus V.* Rex, tum Normanniæ Dux. Errat vero *Vinc. Lupanus* apud *Limn.* 2. 21. *p.* 910. omnem regis ſucceſſorem proximum, etiamſi non ſit filius, Delfinum dicendum: ſed nec ipſe *Limneus* ex vero aſſerit, primogenito mortuo ſecundogenito titulum non dari. Cum contrarium evidenter pateat exemplis. Nam *Caroli VI.* quinq; ex ordine filii *Delfini* fuere, omnes maturius extincti, usque ad ultimum *Carolum VII.* Sic & *Ioachimo* primogenito Ludovici XI. mortuo *Carolus IIX.* ſecundogenitus titulum geſſit, qui dein ipſe etiam duos ordine Delfinos habuit, ut & ſucceſſor *Ludovicus XII.* ſed omnes fato præmaturo raptos. Quæ videri poſſunt in *Sammarth. Hiſt. Geneal. Dom. Franc.* Sic & *Henricus II.* majori fratre Franciſco mortuo Delfini nomen geſſit. *Thuan. L.* 1. *p.* 44. 2. *p.* 123. Delfinatus autem an mox à nativitate ejus ſit, an expectanda peculiaris regis traditio, differunt ſententiæ apud *Limn. p.* 911. Porro 1391. *Ludovicus Pictavienſis* regi *Carolo VI.* Comitatus *Valentinum* & *Dienſem* tradidit, qui inde Delfinatui annexi.

Ducis Aurelianenſis diſcerniculum. Longavillei.

§. XXXI. Regum fratres frequenter *Aurelianenſes* Duces ſalutati ſunt, ab Aureliano, quæ olim regni unius metropolis: inde Ducatus titulus inditus, quo nunc etiam cluit. Dux vero Aurelianus tribus liliis imponit *faſciolam trifidam argenteam.* Ex Aurelianenſi ramo ſeculo decimoquarto prodiit familia *Ducum Longavilleorum:* quæ Aurelianenſi ſcuto addit *bacillum argenteum inter lilia:* Hunc, cum natando vitio natalium ex ſiniſtro latere in dextrum inclinaretur, ex dextra in lævam convertere *Carolus VII.* permiſit *Ioanni Com. Dunenſi*, cujus virtute coronam fere ſervaſſe videbatur. In

Engoliſmenſis.

eadem Aurelianenſi domo ſubdiſtinctio fuit *Ducis Engoliſmenſis*, qui trifidæ faſciolæ *tres lunulas rubeas* inſcribebat: quas *Favinus* ex fabuloſo veterum Gallorum ſymbolo, de quo §. 7. deducit. Quod vero D. Engoliſmenſem concernit, ex naturalibus ortum, imprimebat ſcuto ſcipionem aureum ſed ſitu lævo.

Ducis Andini. Andinorum veterum.

§. XXXII. *Andinus Dux* qui vocitatur, regio ſcuto *circumdat limbum rubeum.* (quod & *Valeſiorum* ac *Bleſenſium* fuerat.) Priori autem Andinæ lineæ erat, pro ſeculorum illorum modo, ſcutum liliis conſitum, addita *lambella* ſ. *faſciola* 3. *aut* 5. *ſegmentorum:* quod δᾶγμα nunc etiam *Neapolitanum* notat regnum ab Andinis regibus. Andinæ diſtinctioni ſubdiſtinctionem addebant *Carolus Dux Calabriæ limbum argenteum, Philippus Princ. Tarentinus* Andinum δᾶγμα quadripertito ſcuto bis repetebat, duabus reliquis quadris *rubeis, impreſſa cruce aurea*, quam circumſtabant *quatuor numi Byzantini argentei*, ſinguli *cruce viridi impreſſi, diagonali ſcipione argenteo toti inducto.* Dux autem *Dyrrachius* Andino ſcuto imprimebat *decuſſim coccineum.*

Bituricenſis. Alenſonii.

Bituricenſis Dux ſtriatum ſ. *dentatum limbum rubeum* clypeo circumdabat. Dux *Alenſonius* item *limbum rubeum*, inſcriptis *octo numis byzantinis argenteis.*

Linea Eburovicenſis.

§. XXXIII. Quod veruſtiores ex regia arbore ramos attinet: Principes *Eburovicenſes*, è quibus Reges *Navarræ*, ſcuto liliis conſito inducebant *baltheum dextrum minio & argento per quadras diſtinctum.* Comites *Arteſiæ* ſimili ſcuto *faſciolam trifidam*

Arteſiæ.

rubeam, ut in ſingulis ſegmentis *terna argentea Caſtella* exprimantur: Rationem aliqui ex eo ducunt, quod in Arteſia totidem Caſtellaniæ. Sed *le Laboureur n.* 60. fabulam de Caſtellaniis eſſe putat: aitque eſſe debere quatuor ſegmenta, tum Caſtella non argentea ſed aurea: & ex *Sammarthano* credit, Caſtellis notari memoriam *matris Caſtellanæ.* Uti *Carolus C. Andinus* prioris lineæ autor, Roberti Arteſii frater, *limbum Caſtellano ſymbolo* ornarit. *Varennius* putat 12. pingenda eſſe Caſtella ob totidem Caſtellanias.

Borboniæ.

§. XXXIV. Quod domum *Borboniam* attinet, commune ei diſcerniculum olim, cum liliis conſitum eſſet ſcutum, *baltheus anguſtior ſeu ſcipio diagonalis* extrema ſcuti tangens *ex minio.* Cum vero ad ternarium reductus eſſet numerus florum, inter illos *anguſtior bacillus* ejusdem coloris locatus eſt. Eadem hodie principis *Condei* eſt

Condei. Contii. Sveſſionſi. Montpenſeriorum. Bellijocenſium.

parma: cui *Contius* princeps *limbum* addit *rubeum.* Quod & *Sveſſiones* factitabant. Ex Borboniis ſubdiſtinctiones adjecere iſti. *Montpenſerii* ſcipionis diagonalis ſummitati aurum impreſſo Delfino cæruleo, ob *delfinatum Arvernia:* reliqui ejus lineæ ſcipionis ſuperiori extremitati lunulam argenteam: Philippus Borbonius *Dn. Bellijoci* (Beaujeu)

Digitized by Google

(Beaujeu) tres Delfinos aureos: Comites *Marcæ* & *Vindotini* tres leones argenteos, impreſſos diagonali baculo: Ex his *Carenci* porro addiderunt limbum coccineum, *Aubigniі* eum compoſuere ex quadris aureis & rubeis, *Duſſantii* limbum circumdedere vel rubeum denticulatum, vel teſſellatum auro & cocco. Ex nothis Borbonii de *Rouſſillon* inducebant bartam ſiniſtram rubeam. Marcanorum. Vindocinorum. Carenciorum. Aubigniorum. Duſſantiorum. Ruſſilionenſium.

§. XXXV. *Burgundiæ Duces* ex regia familia bis orti: *Poſteriores* ſcuto liliato circumdabant *limbum ex quadris argenteis & rubeis:* prior linea non utebatur ſcuto liliato: forte ex eo, quia ex plurium opinione (de quo ſuperius) liliorum uſus in regia gente eo tempore nondum fuit, cum illa prodiret: vel quod omnino arma familiis totis nondum fuerint communia. Utebantur ergo illi Duces ſcuto *baltheis dextris aureis & cæruleis* exarato. Ita & familia regia *Drocenſium* non uſa eſt ſcuto liliato (licet *Geliot.* dicat, Robertum ejus autorem uxoris ſuæ *Agneti Brainenſis* parmam, quæ erat *teſſellata cyano & auro*, cum *limbo rubeo ſcuto liliis conſito* adjeciſſe in angulo ſuperiori dextro,) ſed *Drocenſi* l. *Brainenſi*. Quod ſcutum poſtea minores natu novis affecêre diſtinctionibus. Domini de *Beu* & Vicecomites de *Chaſteaudun* peribolum dentibus aſperabant: *Beauſſartii* ſcipionem rubeum diagonalem inducebant toti, *Morainvillii* peribolo inſcribebant roſas decem aureas. Burgundicæ lineæ. Prioris. Poſterioris Drocenſis.

§. XXXVI. Quod *naturales* vel ex naturalibus ortos concernit: Regis filius *D. Veromanduorum* in regii paterni ſcuti medio addit *bacillum rubeum* ex læva in dextram converſum: quod etiam Dux *Vernolius* Henrici IV. filius ſervat. *Vindocinenſis* ex Henrico IV. linea Vindocinenſibus inſignibus utitur, quæ ſunt Borbonia inſcriptis *ſcipioni tribus leunculis argenteis*. Naturalium. Ducis Veromandui. Vernolii. Vindocinorum.

§. XXXVII. Hi ſunt qui ex regia ſtirpe orti cum diſtinctione participant regio ſcuto. Quod *Rex Angliæ* ex prætenſione, quam olim in regnum habebat eodem ſymbolo utatur, *c.3.§ 5.* vidimus. Aliæ quædam familiæ ex regia gratia hoc impetravere, ut lilia inſererent gentili parmæ: (conf. *Vulſon de la Columb. Science Her. c.9. p.67.*) quarum nunc enumerabimus ſine ordine exempla. *Pares Franciæ Eccleſiaſtici* (Epiſcopo *Bellovacenſi* excepto, cujus crucem rubeam in ſcuto aureo, ejusdem coloris quatuor claves ſtipant) omnes liliorum regiorum dono ſuperbiunt. *Rhemenſis Archiepiſcopus* utitur ſcuto liliis Francicis conſito, impreſſa *cruce coccinea*: *Lingonenſis Epiſcopus* loco crucis utitur *decuſſi* itidem ex *minio*: *Laudunenſis pedum rubeum* ſcuto liliis ſparſo inſerit: *Noviodunenſis* ſimili clypeo imponit *duo peda argentea obverſa*: *Catalaunenſis* parmæ *cæruleæ* imprimit *crucem argenteam* ſtipantibus eam *quatuor liliis aureis*. Præter Pares Eccleſiaſticos, etiam Epiſcopus *Tornacenſis* ex dono Francico *lilia* habet. Ita *Ioh. Couſin. Hiſt. Tornac. c.66. pag.* 324. allegante *Ferrando*: *Aucuns ont opinion, que le ſusdit Roy* (de Chilperico ſermo fuit) *honora l'egliſe de Tournay des fleurs de lys d'or, comme il les portoit luy méme, les adjoutant aux armoiries de l'eveſché, qui eſtoient d'azur à la tour d'argent à 2. croſſes de gueules.* Citatur etiam *Guilh. Gazetus hiſt. Eccl. Belg.* qui dicat fuiſſe cephalum ſcuti ex cyano liliis aureis conſperſum, ſed dein antiqua reſumta. *Ferrand.* etiam civitatum meminit: quarum tamen aliqua parum à fabulis abeſſe videntur. *Cyr. Spangenb.* Adelſp. P. 2. L. 12. c. 31. p. 313 b. refert *Ludovicum R. Franciæ* circa 1250. *Ordini Teutonico* 4. lilia donaſſe, quibus ſcutum ſuum augerent. Communicata Archiepiſc. Rhemenſi. Epiſcopis Lingonenſi, Laudunenſi. Noviodunenſi, Catalaunenſi. Tornacenſi.

§. XXXVIII. *Virgini Aurlianenſi Carolus VII.* Rex ob fortitudinem *bina lilia aurea intermedio enſe argenteo* in *cærulea* parma conceſſit: galeæ autem *pommum* & *crucem auream* cum *corona* ejusdem metalli impoſuit. Hæc cum 1431. veneficii damnaretur ab Anglis ipſacum combuſta ſunt. Vide *Th. Hæping. de Iur. inſign. c.16. §.2. n.39. Sauſſay. Annal. Eccl. Aurel.* (apud *Ferrand. Epinic. pro lil.*) addit, ejus conſanguineis etiam datum hoc ſcutum cum nomine *du Lys*, quo adhuc inſignes diu ſuperfuerint *Pariſiis* & *Valicolori*, prognati Joannæ fratre. Familia *Deſtain* ſeu *d'Eſtain* in Arvernia geſtat inſignia Francica cum *capite ſcutario aureo*: quia quidam ex illa oriundus regi in prælio *Bovinenſi* vitam ſervaverit. *Varenn. R. d'arm.* P. I. p. 142. Famil. *Gentian* l. *Gentiens* (Pariſiis) *rubeo ſcuto tres argenteas faſcias tortuoſas* inſcribit inducto *baltheo Francicis liliis* conſito: Hunc unius obtinuit virtus, qui de Philippo Valeſio in prælio ad *Mons en Peule* optime meritus. Fam. *Arcoliers* in Sabaud. utitur clypeo *cæruleo* impreſſo *gladio argenteo*, cui ad dextram appoſitum *lilium aureum*, ſeu uti *Compainius* obſervavit, rubeo cum enſe argenteo adjectis 2. liliis aureis. Hoc donum *Franciſci I.* regis fuit, quem Virgini Aurelianenſi. Fam. du Lys. d'Eſtain. Gentian. Arcoliers.

quem in prælio *Papienſi* ſemel hoſtibus eripuerat quidam ex hac gente. Unde Rex ei dixiſſe fertur: *Ie porte trois fleurs de lys, je veux que vous en portiez deux.* Redux ex Hiſpania eidem annuum ſtipendium 500. ſcutatorum conceſſit. (*Geliot*) *Carolus V.* Rex ob virtutem *Sylveſtri Budeſii* domui de *Budes* dedit *duos lilii flores rubeos* adjiciendos patriis inſignibus, quæ ſunt pinus viridis in ſcuto argenteo (*le Laboureur*, vide ſupra c. 14. n. 4.) *Henricus IV.* Rex *Nicolao Hoſpitalio Vitrio* conceſſit ſcutulum *cæruleum* cum *lilio aureo*, quod *Gallus gallinaceus tenet. Franciſcus I.* familiæ *Faverot* in Borboniis dedit in *argentea* parma *tres dimidios flores lilii nigros*, quod à nobili hujus gentis, cum in venatione occuparetur, licet eum non noſſet, honeſte eſſet habitus. *Bertrandi* (in Vivareſiis) utuntur clypeo *aureo* cum *capreolo caruleo*, impreſſis tribus *liliis aureis*, comitibus *tribus roſis rubeis*: Ex hac gente uni lilia conceſſa ob defenſa 1329. præſente Philippo Valeſio jura Gallicanæ Eccleſiæ adverſus *Petrum du Coignet* advocatum Parlamenti. *Varenn. R. d' arm. P. 3. p. 363. Carolus IX.* familiæ *Portail* dedit ſex *lilia aurea*, quæ adderent *bovi gradienti aureo* in ſcuto *caruleo*. *Stuartius* Coneſtabilis Franciæ geſtabat *ſcutum Francicum* cum *limbo rubeo impreſſis fibulis aureis.*

Buder. Hoſpital. Faverot. Bertrand. Portail. Stuart.

§. XXXIX. Inprimis celebre eſt exemplum familiæ *Albretanæ*, in qua Carolo Coneſtabili *Carolus VI.* Rex dedit *Francica tria lilia*, quæ bis quadræ 1. & 4. *cæruleæ* inſereret: reliquis duabus quadris *minio* tinctis. vid. §. 49. Unde quæ dein in ſtirpe hac diſcernicula ſumta, ſecundæ & tertiæ quadris inſcripta ſunt: Uti linea *d' Orval* illis circumdabat limbum ſtriatum argenteum: *Eſparre* addebat ſtellam octo radiorum auream angulo dextro capitis.

Famil. Albretanæ.

§. XL. *Argenton* geſſit *auream parmam*, inque ea *quinque orbes coccineos* cum *ſcutulo Francico mediæ* parmæ impreſſo. *Varenn. R. d' arm. P. 1. pag. 152. Drugel* clypeo utitur *cæruleo* cum *liliis tribus aureis*, addito *limbo coccineo* cum *octo fibulis aureis.* Comites *Vexinii* utebantur Francico ſcuto cum *faſciola hermionica*: Eo quod hereditarii *vexilliferi* auriflammæ fuerint. (*Varenn.*) *Bethunii* galeæ impoſuere pavonem conſitum floribus lilii aureis, (vocant *gorge de France*) cum jugo alarum Bethuniarum. Putat *Varenn. R. d' arm. p. 532.* id datum Guilelmo II. Dn. Bethunæ, cum Arteſiis hereditate ad Gallos delatis, tanquam primus ejus provinciæ baro in obſequium Francicum veniret. *Tournonii* (in Vivaref.) utuntur *areâ Francicis liliis ſparsâ*, cui adjacet alia *rubea* cum *leone aureo. Montchal* 1650. accepit illud donum, ut clypeo *rubeo* cum *capite ſcutario aureo*, impreſſis *tribus moluli s echinatis caruleis, circumdaret limbū Francicum. Rivoires* geſtant parmam *faſciis ternis argenteis & rubeis* exaratam, cum *baltheo Francicis liliis* conſito. *Chalencon* geſtat ſcutum quadripertitum *ex auro & cocco*, cum *limbo nigro octo liliis aureis* ornato. *Acigne* (Britann.) ſcutum *hermionicum cum faſcia rubea* impreſſis *tribus liliis aureis. Beaumont d' Antichamp* (Delfinat.) *rubeum* uſurpat clypeum inducta *faſcia argentea*, inſcriptis *tribus liliis caruleis. Precontal* (Delfin.) *aureum* cum *cephalo cæruleo* impreſſis *tribus liliis aureis. Chaſteaubriend rubeum* conſitum *liliis Francicis aureis. S. Gilles caruleum* conſitum *argenteis*: *Apchon aureum* conſitum *caruleis*; *Fay en Beauvoiſis argenteum nigris*, *S. Leger purpureum* conſitum *aureis*, inducto *baltheo coccineo*: *Allemann* (Delfin.) rubeum conſitum *aureis*, inducto *baltheo argenteo*: *Candie* (Burgund.) *rubeum* conſitum *aureis*, adjecto *baltheo cæruleo.* Quæ omnia vix erravero, ſi gratiæ regiæ documenta credam.

Argenton. C. de Vexin. Bethune. Tournon. Montchal. Rivoires. Chalencon. Acigne. Beaumont Antichamp. Precontal. Chaſteaubriend. S. Gilles. Apchon. Fay en Beauvoiſis. S. Leger. Allemann. Candie.

§. XLI. Etiam apud exteros extant hujus doni exempla: Quo aliquot familiarum in Hiſpania lilia refert *Ferrand. epinic. pro lil. c. 5. p. 80. 81.* Inprimis *Cuevæ* in dextra ſcuti diviſi area *cærulea tria lilia aurea* ferunt ab Hugone è Comitibus Tholoſanis oriundo, qui in memorabili prælio ad Salado contra Mauros cruciatum vexillum à Pontifice benedictum prætulit 1340. Ex *Iulio Chifflet. Biſſa. NN. ad Vpton. p. 71.*

Communicata lilia exteris, ut Cuevis.

§. XLII. *Silv. Petraſanct. teſſ. gentilit.* c. 60. p. 468. ita ſcribit: *Externi principes etiam Chriſtianiſſimorum regum lilia inſeri in ſuas icones teſſerarias peroptarunt. Ideoque vernant ea in parmulis gentilitiis regum Scotiæ, Magnorum Duc. Hetruriæ, Ducum Aeſtinorum* ſ. *Eſtenſium, Ducum Antiochiæ & procerum aliorum.*

Aliis principibus.

§. XLIII. Sumta etiam legas in *amicitiæ* ſignum. Ita de *Ioanne Galeacio D. Mediolanenſi*, qui filiam Valentinam collocaverit Duci Aureliano, refert *Caſſan. recherch. des Dr. L. 1. c. 7. p. 367. Galeas pour monſtrer la ſincerité avec laquelle il procedoit, fit incontinent ecarteler par toutes ſes places les armes de France parmy les ſiennes.* Monſtrandæ ſinceritati ſuæ ubique ſuis inſignibus Francica quadripertitim miſcuit.

Amicitiæ cauſa ſumpta.

§. XLIV. Sa-

Digitized by Google

§. XLIV. Satis diu nos tenuere lilia, Franciæ δείγμα: Huic ſcuto reges agglutinant aliud ſcutulum *Navarrenum*, quod ab *Henrico IV.* cæpit, niſi quod is aliquando utrumque ſymbolum uni diviſo ſcuto inſeruit. Olim qui Franciæ & Navarræ ſimul reges fuerant *Ludovicus X. Philippus IV. & Carolus IV.* ſcuto *Francico Navarrenum ſepties repetitum ſubjicere* ſolebant. Agglutinatione tamen Francico ſuo Polonicum cum Lithvanico bipertitum ſcutum jungere ſolitus etiam erat Henricus III. Rex.



Navarrenum ſcutum conglutinatum.

§. XLV. Navarrena parmula *coccinea* eſt, figura autem in ea *auro fulget*: quæ vero ſit ea figura, nondum inter peritos rei fecialis convenit. Aliqui dicunt eſſe *catenas in crucem, decuſſim & peribolum diſpoſitas cohærentes, ſmaragdum medium continentes: Chaines d'or poſées en croix, en ſautoir & en double orle, enfermans une eſmeraude en cœur.* Ita *Brianvill. jeu d'arm.* Et quidem has catenas ſumtas exiſtimant in memoriam catenatum, quibus 1212. Maurus Rex *Miramolinus* caſtra ſua, quæ tamen Rex Sancius expugnarit, clauſerat & munierat. *Limn. Not. Franc.* 1, 10. *pag.* 271. *& in Jur. publ. Tom. IV. addit. ad* 6, 6. *pag.* 98. ubi refert prius Navarrenum ſcutum fuiſſe *rubrum* ante inſertas has catenas. Confer *Varenn. R. d'arm. P.* 3. *pag.* 338. Aliqui credunt eo reſpici, quod milites cingulis ſuis alter alteri alligati, ut firmior eſſet acies, extremitate catenarum in medio aciei alligata ſmaragdo pretioſo. Itaque victori Sancio Navarreno, qui primus perruperit, ante Alfonſum Caſtellanum & Petrum Aragonium reges, hæc inſignia adjudicaſſe *Didacum Lupum de Haro.* Autor eſt *Texera* apud *Hæping. de Jur. inſign. c.* 6. *P.* 3. §. 8. *n.* 481. Hoc commentum refellit *le Labour. de l'origin. p.* 73. recentius etiam *Meneſtr. in verit. art du blaſ. c.* 5. *p.* 45. Verum poſtea idem hic in *L'art du blaſ. juſtif. c.* 13. *p.* 324. ſe *Joſephi Moreti hiſtorici Navarræi*, qui *Othenartum* etiam, ut à ſua ſententia diſcederet, vicerit, argumentis ceſſiſſe profitetur.

Scutum ipſum. Figura an catenas referat?

§. XLVI. Communior vero ſententia figuram hanc eſſe putat *carbunculum teſſerarium*: Ita *Joh. Jac. Chifflet. Eq. A. V. n.* 57. cui laterculus Navarrenus eſt *coccineus carbunculo lineari clauſo & ſphærulis diſcreto, aureo, impreſſus.* Vel phraſi *Petraſanctæ Teſſ. gentil.* c. 46. p. 246. *Carbunculus aureus ſolis nodulis & nullis floribus conſpicuus in parmula conchyliata eſt gentilitium ſtemma regum Cantabrorum.* Gallis: *rais d'eſcarboucle accollé & pommeté d'or.* Ita & *Blondell. Geneal. Franc. plen. aſſert.* T. 2. pag. 363. Navarros antiquæ cruci demum prætuliſſe *carbunculum radiatum* perhibet. *Fourn. Geogr. orb. not.* L. 7. c. 4. pag. 341. iſta habet de Sancii Regis victoria 1242. *Interfecta* 200000. *Maurorum, ipſeque eorum Rex Smaragdus Miramolinus: & quod de manubiis ſmaragdus inſignis pulchritudinis ad Sanctium perveniſſet, in locum antiquæ teſſeræ ſubſtituit coccineam aream, in eaque carbunculum aureum (ſmaragdum vult Muretus) bullatum, lineis orthogoniis clauſum.*

An carbunculum radiatum?

§. XLVII. Si poſt viros doctos aliquid opinari licet, figuræ origo videtur latere in *monogrammate*, quod diplomata regum in Commentariis Aragonicis *Hieron. Blancæ* ſæpe præferunt, quod junctas crucem erectam & decuſſatam vel literam X (ex Græco χ, cum ſæpe ſummitati P & imo pedi Σ addantur) exprimit. Si enim extrema jungas, ipſam habebis ſimpliciorem Navarrenam figuram;

An monogramma veterum regum?

§. XLVIII. Quod *veteres* regni teſſeras attinet, volunt primum ſcutum fuiſſe purum *Garſiæ Ximenez Baigorræ* Comiti, qui 716. *Soprarbiæ* fuerit *Rex* creatus, ſed ex viſione aſſumſerit ſcutum *aureum cum quercu viridi*, & imminente *cruce rubea*, cujus extremitates ſingula *poma* exornarent. Hæc arma continuata à poſteris ajunt. De *Enecone S. Inicone* cogn. *Ariſta* ajunt, eum 13. *ariſtas aureas* inſcripſiſſe clypeo rubeo ob cognominis rationem. Cum tamen cognomen non à latina voce Ariſta verum ab *Hartzeta* vico *Baigorriæ* primario tractum videatur. Ab eodem rege volunt deinceps ob viſionem angeli aſſumtam in parma *cæleſtina crucem argenteam*, cujus extrema totidem *poma* ejusdem metalli exornent. Hic fuit, qui animo ſumto Mauros aggreſſus eſt, & Pompelonem illis eripuit. Crux illa manſit ad Sancii ætatem, à quo aliud genus ſymboli genus uſurpatum diximus §. 45. Conf. de hiſce *Limn. Jur. publ.* 6, 6, 36. & in *Not. Franc.* 1, 10. pag. 271. (videntur vero confundi *Tholoſana* & *Navarrena* crux.) Tum *Hæping. de Jur. inſign.* c. 6. P. 3. §. 8. n. 497.

Antiqua Navarrenorũ ſymbola.

Regum succeſſio.

§. XLIX. Manſit in deſcendentibus antiquorum regum regnum usque ad *cium VII. f. fortem* vel *incluſum*, qui Ferdinandum filium legitimum amiſerat, & c 1234. extingueretur, non niſi nothum reliquit *Guilelmum*, qui de invadendo quid regno 1239. cogitabat: ſed prævaluit jus *Blancæ*, quæ Sancii ſoror *Theobaldo V. C. Pal no Campaniæ Theobaldum* genuerat: qui ob hoc avunculo ſucceſſit, & regnum reli filiis *Theobaldo III.* atque *Henrico*, qui ordine illud geſſere. Henrico nata *Joanna*, qu adhuc infantem filio ſuo Philippo ſponſam vindicavit & educavit *Philippum III. R. Fr cie*, regno occupato. *Philippus* dein ordine inter Franciæ reges IV. *pulcher* cogno ne, *Ludovici X. Philippi V.* & *Caroli IV.* regum ex *Joanna* pater fuit: Ludovico nata *Joanna* iterum heres Navarræ, quod regnum marito attulit *Philippo C. Eburovic* agnato: licet Caroli IV. filiæ ſucceſſionem dubiam redderent: quæ lis compoſita 1328. Philippus heredes & ſucceſſores habuit filium *Carolum II.* nepotem *Carolum* ſ. *nobilem*. Qui omnes *Eburovicenſem* areolam, de qua §. 33. Navarrenæ teſſeræ in ma quadripertita ſecundo & tertio loco componebant. Carolo III. 1425. mortuo ceſſit filia *Blanca*, uxor *Joannis infantis Aragonii D. de Pegnafiel*: Ex eo mater *Caroli Viana*, principis doctiſſimi, quem novercæ odia exercuerunt, ut pater eum cuſto mandaret, unde pro eo Navarreni & Catalani arma ſumſerunt, ſed 1461. ante patr extinctus eſt: Ob hanc cauſam patri ſucceſſit filia, Caroli ſoror, *Leonora*, uxor *Gaſt C. Foxii Princ. Bearnenſis*: ſed ſceptrum brevi tempore tenuit: & ad nepotem ex Gaſtone VI. præmortuo *Franciſcum Phœbum* tranſmiſit, qui 1483. cœlebs vita fun heredem habuit *Catharinam*, quæ *Joanni* ex *Albretanis* proceribus nupſit, cumqu regnum rexit, ſed à Ferdinando expulſa amiſit: jus inde de latum ad filium *Henric* patrem *Joannæ* celebertimæ reginæ, quæ ex *Antonio Borbonio Vindocino*, cui ex eo *varreni regis* nomen, genuit *Henricum IV. Franciæ & Navarræ* primum iterum poſt quot ſecula regem. *Foxia* gens cum regno potiretur in ſcuto bipertito hinc *Navar num* δᾶγμα geſtabat, iſthinc *quadripertitum Foxiorum tres rubeos palos in ſolo au*

Scutum regnum ex Foxiis & Albretanis.

(creditur familia ex Aragonii ſ. Barcinonenſibus, numero palorum tantum minor *Bearnenſium* in laterculo *aureo duas vaccas rubeas, cornibus, & tintinnabulis cæru Albretanorum* illam diſpoſitionem exhibet *Varenn. R. d' arm. p.* 137. Ut tranſverſa li ſcutum ſecaret, caput iterum duabus perpendicularibus in tres regiones, pes in quat alias divideretur: totique imponeretur parmula nova. Prima capitis area contine *Navarrenam* teſſeram, ſecunda gentile ſymbolum *Albretanum*, quod eſt quadripe tum ex areolis duabus Francicis lilius ſparſis, & duabus rubeis (*Rubea* vetus perhibe teſſera familiæ, quæ puro minio ſcutum tingebat ad morem avorum; ex quibus ip cum Navarrenis, vide §. 48. oriri perhibebant; laterculi Francici donum ſunt *Ca VI.* in favorem matrimonii, quod *Armandus Amanieus Albretanus* cum *Margareta B bonia* 1368. contraxerat. vid. §. 39.) Tertia *Aragonicum* emblema continebat: ob *Joan Aragonium*, qui ex Blanca Navarrena poſteros genuit. Quarta ſeu inferioris ordi prima area quadrifida *Foxenſia* & *Bearnenſia* geſtamina continebat. Quinta ite quadripertita exhibet in 1. & 4. areola *aurea leonem coccineum*, ſecunda & tertia *re leopardum erectum aureum* vel juxta alios *argenteum, falculis & lingua caruleis*, quod geſtamen *Armeniacenſium* Comitum. Sexta *Eburovicenſem* teſſeram refert. Septi vel ultima in decuſſim ſecta ſuperiori & inferiori parte *Aragonios palos*, lateribus *ca lum Caſtiliæ* & *leonem Legionis* repræſentabat: ob majores credo Joannis. Parmula impoſita *Bigerronum* ſymbolum erat, nimirum *aurea* impreſſis 2. *leonibus gradient rubeis*, quorum *falculæ & linguæ caruleæ*.

Navarra à Ferdinand. Catholico occupata.

§. L. Navarra ab anno 1512. regi Hiſpaniæ paret. Eo enim *Ferdinandus Catholi R. Hiſpaniæ*, ut regem Galliæ Pontificis Julii II. hoſtem in Aquitaniâ conjunctis cum nero *Henrico VIII. R. Angliæ* viribus adoriretur, per Navarram tranſiturus, tranſitu gato, occaſionem arripuit invadendi regni, cui jampridem homo alieni cupidus in bat; quod tanto facilius fuit, Joanne ab omnibus imparato, & Gallica auxilia fru præſtolato. Exortis tandem *Grammontanorum* & *Bellomontanorum* factionibus diſpoſito ad rebellionem à *Lerinenſi* populo conjuges reges omnino cedere gno, & in Benearnum ſe recipere coacti ſunt, & præter *exiguam portionem varræ*, non niſi jus in reliqua ſuis, filio *Henrico*, nepti *Joannæ*, cujus filius H ricus IV. Rex Galliæ prætentionem regiæ domui intulit, tranſmittere pot re. Confer hiſtoriam apud *Thuan. L. 1. pag. 22. Arn. Ferron. L. 4. pag. 81. M*

Be

Digitized by Google

Bellaj. L. 1. *à pr.* Et ex Hiſpanis *Æl. Anton. Nebriſſ.* hiſtoricus regius peculiari opere in duos diſtincto libros.

§. LI. Fundamenta *Hiſpanorum*, quibus Navarræ regnum jure à ſe teneri probare volunt, illa ſunt (Confer *Æl. Anton. Nebriſſ. hiſtor. bell. Navarr. L.* 1. inprimis *c.* 1. ubi capita juris contracta, & *Joh. Lupus de Palacios Rubeos tract. de obtentionis retentionisque regni Navarræ juſtitia.* Allegatur & *Pineda de regn. Nav.*) Fundamenta Hiſpanorum in regnum.

1. *Negatus tranſitus:* cum via ex jure gentium ſit cunctis mortalibus communis. Conf. exempla *Num.* 21, 23. 1. *Macc.* 5, 46. 49. Conf. etiam §. 1. *Inſtit. de ſerv. Grot. I. B. & P.* 2, 2, 13. Negatus tranſitus.

Addunt alterum, quod validius ſtringat rationem: quod fœdus inter Ferdinandum & Catharinam ictum, ut hæc non poſſet in regno recipere præſidia Francica, niſi excidere jure regni vellet. Conf. *Arn. Ferron. L.* 4. *p.* 81. Adde aliud fœderis exemplum apud *Blondell. Geneal. Franc. P.* 1. *p.* 18. 1. *a.* Reſponſio Gallorum.

Sed reſpondent ad hæc Franci: 1. ut fœdus fecerint cum Hiſpanis Navarrei, quod non conceſſuri ſint Gallis invadendæ Hiſpaniæ tranſitum, ita nec obligari, ut darent Hiſpanis, alio fœdere. Vide *Arn. Ferron. d. l.* Interim in fœdere Blæſenſi 17. Jul. 1512. pacto ſunt proteſtati, nihil in Hiſpania movere, & priora fœdera Hiſpaniæ in vigore relicta, ſed ut ad partis neutrius injuriam Navarra pateret. Et quidem hoc fœdus cum fieret, neque adhuc ratihibitum eſſet, Albani exercitus jam in finibus Vaſconum erat. Certe de fœdere illo Ferdinando nondum poterat conſtare. Vide *Blondell.*

2. Nullum de non recipiendis Gallorum præſidiis fœdus factum; ſed nec adfuere illa præſidia.

3. Ferdinando brevior via in Galliam patebat. Sed & iniquæ conditiones, quod tranſituri loca aliqua pignori petebant, viamque ingreſſi ſunt nec expectato reſponſo.

4. Exempla ſacra, adverſus infideles quæ facta ſint, docent.

5. Joannes aliorum ratione vaſallus Galliæ ſine felonia tranſitum concedere non poterat.

6. Tranſitus qui debetur gentium jure multas conditiones appoſitas habet, vid. *Grot. d. l.* ad quas ſe non obtulere Hiſpani. Potius hi tranſitu conceſſo petiere obſides, & ne iter interciperetur, ad reditum loca quædam tradenda. *Fr. Maced. propugn. Luſ. Gall. P.* 2. *q.* 4. *c.* 3.

7. Alterius fœderis ſcheda conficta. Vide *Blond. d. l.*

2. *Joannes Rex cum rege Galliæ à Pontifice declaratus ſchiſmaticus, & ſchiſmaticorum fautor, ac proinde hæreticus.* Joannes Rex Schiſmaticus declaratus.

Hoc *Albanus* erga Pompelonenſes apud *Nebriſſ.* 1. *c.* 6. & Ferdinand. apud *Olhag. hiſt. C. Fox. L.* 2. utſit adverſus legatos Joannis. Sic & Papa apud *Thuan. L.* 46. p. 782.

Huic fundamento ita reſpondent Galli: 1. Periculoſa hæc hypotheſis omnium regum ſecuritati. Nec concedenda Pontifici in regum, qui non vaſalli ſunt, temporalia poteſtas. Reſpoſio.

2. Alias Hiſpani contemſere fulgura Pontificia.

3. Excommunicatum Joannem & regno ſpoliatum, ne quidem probari poteſt ab Hiſpanis. Vid. *Blondell. d. l.*

4. Invaſio Navarræ facta ante fulminationem Pontificis adverſus Gallos ipſos: ut ſubducit calculum idem *Blondell. aſſert. plen. geneal. Franc. P.* 1. *p. XVII.* 4. *ſeq.*

5. Papa pars & judex ita fuerit.

6. Regnum non Joannis ſed Catharinæ proptium.

7. Capræ auditori Rotæ à Pontifice ad ſe 1511. miſſo, reges Navarræ reſponderant, ſe in unione Eccleſiæ vivere & mori paratos. Nec Piſano concilio adhæſere.

8. Teneretur vero Papa, ſi etiam excommunicatio juſta foret, concedere legitimis hæredibus regnum ademtum transgreſſori.

9. Cauſa odii Papæ Ravennenſi clade efferati, & ob Gaſtonis nomen Foxiis infeſti, in Ludovicum, cujus quaſi appendix quædam lis Navarrena injuſta fuit.

10. Ferdinandi arte obtenta (ſi quæ fuit,) hæc excommunicatio adverſus eum, qui non læſerat Pontificem. *Mariana ad* 1512. *L.* 30. *Suſpecta Ferdinandi regis fraus erat, & paulatim in plures capit manare rumor, eo annitente ſeverum decretum & grave prodiiſſe; conjectura probabilis, quoniam diu penes ſe in arcanoid diploma Pontificium occultavit.*

11. Sed & bulla adverſus R. Franciæ nullius vigoris eſt, quia reges hi nequeunt excommunicari, nec regnum ſubjici interdicto: quod & ſæpe declararunt Pontifices ipſi. Conf. *Limn. Not. regn. Franc. 2, 6. lit. kk. ll.*

12. Concilium Piſanum à Ludovico adverſus Pontificem, non ex promiſſo convocantem concilium, convocatum diras Julii II. generoſa obnunciatione revicit. *Thuan. L. 1. p. 31.*

Blanca Navarrena Henr. IV. Regi Caſtiliæ nupta. Reſponſio.

3. *Blancam Henrico IV. R. Caſtiliæ nuptam & dein repudiatam, veneno ſuſtulit Leonora ſoror, ut ad regnum ipſa veniret.*

Hoc quoque fundamentum ita elidunt Franci. 1. Blanca improlis nec ab ea jus Hiſpanis.

2. Non venefica Leonora, ſed criminis hujus accuſatur ab aliis Joanna Ferdinandi mater, quæ Carolo privigno ſublato, Blancæ divortium procurarit.

3. Ferdinandus Leonoram, Franciſcum Phœbum nepotem & Catharinam reges agnovit, & inaugurationibus interfuit.

4. Sed nec ob hoc factum poſteri jure excluderent.

Germana Foxia uxor Ferdinand. Reſponſio.

4. *Germanæ uxoris nomine ad Ferdinandi regnum hoc ſpectare.*

Franci reſpondent: 1. Saltem Germana improli mortua jus hoc ceſſaret: & ea ſecundo marito idem quoque adferre debuerat.

2. Joh. Narbonenſis pater Germanæ, agnovit Catharinam reginam, eique tantum litem intendit ob Foxium Comitatum, Bigerrones, & alia in Gallia, quod eſſent maſcula feuda; De quibus tranſactum 1497. Cum Gaſto filius renovaſſet litem, iterum tranſactum, ut & à Germana ſorore ejus.

Præſcriptio. Reſponſio.

5. *Præſcriptio.*

Huic obvertunt Franci. 1. Hæc interrupta 1516. tractatu *Noviodunenſi*, quo promiſſa reſtitutio.

2. Bella continua Gallo-Hiſpanica impedivere Albretanos à perſecutione juris.

3. 1545. per legatum Carolo V. demonſtratum jus Catharinæ.

4. Alii ſubinde actus editi, quo Albretani & Borbonii jus ſuum non dimittere teſtati. Conf. *Thuan. L. 23. p. 1063.*

5. Accedit quod vulnus conſcientiæ teſtati Hiſpani ipſi, in *teſtamento Caroli V.* apud *Thuan. L. 21. p. 947.* & *Philippi II.* apud *Thuan. L. 120. p. 509.*

6. Oblata aliquando ſatisfactio, apud *Thuan. L. 28. p. 38. 39.* Conſer *Blondell. gen. Franc. T. 1. p. **. 2. b.*

Securitas Hiſpaniæ. Reſponſio.

6. Si addatur *ſecuritas regnorum Hiſpaniæ.* Unde *Nebriſſ. in præf.* fatetur de *Iſabella Hiſpan.* ei ſemper curam inſediſſe, quomodo angulus à toto ſuo corpore divulſus vel permutatione vel dotis nomine vel alia quacunque ratione honeſta in formam priſtinam redigeretur.

Habet huic etiam quod regerat Gallia. Hæc enim ſi vera, non tamen juſta eſt ratio. Conſtat certè Ferdinandum diu inhiaſſe, unde jam prius 1482. auxilio Bellomontiorum ſub prætextu petendæ pro filio Joanne heredis Catharinæ fines regni occupaverat. Sed regina ob ætatem liberorum imparem, & quod regnum viro opus haberet, excuſavit ſe. De eo *Jovii L. 11. à pr.* judicium: *Cunctas belli rationes fœderumque jura vel cum pudenda mutata fidei labe & gravi ſociorum injuria ad commodum ſuum referre erat ſolitus.* Ubi refert, quod ob ipſam hanc expeditionem adverſus Navarrum Henricus R. Angliæ ſolus diſcrimini belli Gallici objectus, ſocero ſuccenſuerit.

Franciſci I. promiſſum. Reſponſio.

Poſſet addi quod 7. *Rex Franciſcus pactis Madrit.* §. 20. & *Creſpiac.* §. 47. promiſit, proprio jure ſi quod haberet abdicato, Albretanum quantum in ſeſe ſit ad cedendum prætenſione ſua inducere: nec adverſus Hiſpanos juvare.

Verum enim vero ut de valore Madritenſium pactorum nihil dicamus, Albretanos Franciſcus non potuit ſuo privare jure.

Aragonicorum &

8. Alius juris etiam mentionem facit *L. Marin. Sic. de reb. Hiſp. L. 8. in Ramir. 2. R. Arag.*

Digitized by Google

...g. & provocat ad illud *L. 21. in R. Ferd. Cathol.* Quod videlicet Navarri, qui cum Aragoniis regem Alfonsum habuerint, hoc extincto & electo ab Aragoniis fratre Ramiro, peculiarem sibi regem Garsiam Ramirum sumserint. Unde ortum bellum; sed delectos tandem arbitros sex, ex utroque regno ternos, pro *Ra*... pronunciasse, ut ille rex esset, & Garsias magister equitum. Navarræ idem olim regnum.

... Sed reponunt Galli; post hæc tempora semper peculiare regnum Navarrenum ... & agnitum est ab Aragoniis ipsis. Confer *instrum. matrimon. Ramiri filiæ & Raim.* ...*simon. ap. eund. Marineum.* Responsio.

... LII. Vicissim fundamenta Gallorum, quibus regni hujus sibi jus arrogant, il... (Pro his videndi *Cassan. recherch. L. 1. c. 4. p. 181. & seq. Servin. T. 1. des actes no...les & plaidoyés. p. 333. seq. Blondell. Geneal. Franc. T. 1. p. 17. 3. b. & seq.* Hispanis po...rum autoribus utens. *Fr. Maced. Propug. Lus. Gall. c. P. 2. q. 4. p. 386. seq.*) Fundamenta prætensionis Gallicæ

... *Successio hæreditaria Henrici IV. in maternum regnum.*

... *Injustitia invasionis Hispanicæ*, quam objectiones prius enarratæ evincere co... Conf. *Thuan.* L. 84. p. 172. ubi *Doctorus Navarri* judicium.

... *Juris perpetua conservatio*, non tantum generalis pace *Vervin.* §. 22. & altera in ...*de Faisans.* §. 89. 90. sed & specialis, cum præter titulum *insignia* semper retenta, ...is postea juncta.

... Quin cum 1625. *Urbani VIII.* Papæ breve regi titulum R. Navarræ non adderet, ...ctius illud ratihibitum à curia, quam defectus suppleretur. *Minist. Card. Richel.* ... Sic. & 1662.

... 4. Addi potest tractatus *Noviodunensis* 1516. Quo promissam restitutionem pro... *Blond. assert. Geneal. Franc.* T. 1. p. IV. 4. b.

... § LIII. Quicquid vero de utriusque partis juribus sit, occupatam ita Navarram ...dinandis retinet, & factione *Bellomontana* res suas amplius firmat. Ut redderet ...compellatus, eas conditiones præscribit, ut quædam quæ restabant loca etiam trade...rentur, & vadis loco filius Henricus: ad hæc quando restitueret, suo arbitrio permitti ...peret. Carolus V. tractatu *Noviodunensi* pollicetur restitutionem, hac non secuta per ...*drianum Florium Sparrensem* Galli 1521. regnum recuperant, sed brevi post denuo ejici...tur. vide *Bellaj.* L. 1. pag. 18. Inde *Bonnivetus Fontarabiam* capit, sed operæ aliud ...rium non obtinet. id. p. 28. seq. Ex eo mansere in pollessine Hispani, armis non ...bati ob Albretanorum, (quibus & insidiæ structæ. vid. *Thuan. L. 36. p. 329.*) debili... Regnum vero *Burgensibus comitiis* 1515. cum *corona Castiliæ conjunctum*, (quam ...unctionem Ferdinandus *testamento* 1516. & 1518. Carolus Pinciæ confirmavit, ani...nunquam restituendi hâc ratione testati,) atque munitiones magna ex par... Quæ ex eo acta.

... LIV. Hujus regni causa *telamonum*, angelorum, alter vexillum *Navarrenum*, ...ex dextris *Francicum* gestante, manibus tenet. *Laciniæ* etiam, quæ huic scuto ...untur, auro & cocco pingendæ sunt Angelus cum Navarreno vexillo.

... LV. Scuto regio circumdari solent duo *torques ordinum duorum regiorum ...bacliæ & S. Spiritus.* De quibus P. 1. c. 7. egimus. Torques ordinum.

... LVI. Titulo non alio Rex utitur quam *Franciæ & Navarræ:* quod multi mi...sipote præter aliorum magnatum morem. Est tamen videre, ubi aliqui reges ...addidere. *Ludovicus XI.* apud *Limn. Not. Franc. 2, 6.* pag. 446. illo usus est: ...*de Fronte, Dausin de Viennois, C. de Valentinois & Diois, Provence, Forcalquier & ter...adjacentes.* *Carolus IIX.* in moneta illo usus est apud *Menestr. verit. art du blas. c. 13.* ...CAROL. D.G. IMP. ORIENT. FRANC. REG. Q. NEAP. REX. *Ludovi...XII.* in illa moneta, cujus adversa pars memorabilem epigraphen continet: *Per...Babyloniæ nomen* (cujus numi mentionem facit *Thuan. L. 1. p. 31.* & exhibet *Luck. ...missus. p. 23.* sed cum *Thuanus* insignia *Neap.* & *Sicil.* impressa dicat, Luckiana ...ra *Francica* tantum exprimit,) hoc utitur elogio: LUDO. FRANC. REGNIQ. ...P. R. In alio numo (ibid. ap. *Luck.*) LUDOVICUS D. G. FRANCORUM ... Parte aversa: MLNI DUX, ASTENISQ. DNUS. Prius 1506. (*Luck. p. 12.*) ... XII. FRANC. REX. IANUEQ. DOM. Iterum apud *Limn. l. c. Roy de Naples ...Jerusalem, C. de Provence, Forcalquier & terres adjacentes. Franciscus I.* se *Regem ...ia & Dn. Genua* (quod modo etiam in Ludovici XII. titulo observavimus,) dixit. Titulus. Tituli aliquorum veterum reges.

Henricus III. Regem *Franciæ* & *Poloniæ*. Ab Henrico IV. constans usus tituli: *Franciæ & Navarræ.*

Prætensio in Genuâ. Historia.

§. LVII. Cum mentio *Genuæ* in titulis regis occurrerit: operæ pretium est, illius controversiæ historiam & partium fundamenta audire. Historia illa est: Genua præpua Ligurum civitas (in quam jura Imperii salva vult durare *Celeb. Conring. de fin. Imp. Germ. c. 23. p. 540. seq.* Conf. *Thuan. L. 61. p. 169.* ubi imperiales legati cavent præjudicium,) à multo tempore (neque tamen altius, quam ab anno 1100. suæ reipublicæ originem repetunt) intestinis dissidiis atque factionibus discerpta fuerat, ut tandem, quæ jugum domesticum ferre amplius nequiret, ad exterorum dominationem confugere cogeretur, sub quibus tamen non multo melius habita. Anno 1444. *Simonis Buccanigri* virtute pristina libertas, excusso jugo *Vicecomitum*, recuperata, & populares muneribus publicis gerendis admoti. Sed nec ita omnibus motibus aut factionibus præcludi potuit via, neque effici, ut civitas non egeret exterorum imperio vel protectione. Ita qui *Carolo VI.* se submiserant, ut & postea *Carolo VII.* deinde *Duces Mediolanenses*, conf. *Bzov. Tom. 14. ad ann. 1353. n. 8. 9.* experiti principes coacti sunt. Tandem *Ludovicus XII.* dejecto *Ludovico Sfortia*, ac postea *Paulo Novio* per rebellionem creato duce, qui capite luit, urbem iterum coronæ vindicavit, arcemque freni loco imposuit. Post hunc *Oct. Fulgosius* nomine *Francisci Regis* rempublicam gubernavit. Iterum Genua Francis erepta est, cum 1522. *Prosper Columna* nomine Caroli V. à factione *Adornia* ac *Flisca* advocatus ad deditionem eos coëgisset. Hoc in statu ad annum 1528. res permansit, donec à *Fulgosio* copiis à Lautreco attributis ad obsequium cogeretur. Sed paulo post *Andreæ Auriæ* defectione ad Cæsareas partes respublica pertracta est, & libertati restituta. Vid. *Thuan. L. 12. p. 568. seq. L. 61. p. 151. Natal. Com. L. 25. p. 554.*

§. LVIII. Prætensionem regis Galliæ edisserit *Thuan. L. 12. p. 568. Cassan. recherch. L. 2. c. 4. p. 591.* Fundamenta *Gallorum* sunt, præter *Caroli M.* jus, qui Lombardico regno everso, Liguriæ etiam imperavit, in reges Franciæ ex *Cassani* mente translatum.

Fundamenta Francica.

1. Quod se ultro 1390. missis legatis *Carolo VI. subjecere.* Conf. *Thuan. L. 12. p. 568. P. Æmil. L. 10. pag. 320.* Missus tum *Bucicaudius* prætor, qui cum præsidio receptus est.

Huic rationi firmandæ probat Cassanus, eos nemini, nec imperio, subjectos fuisse (sed *Thuan. L. 12. p. 568.* imperio salvum jus servasse, cum Carolum VI. patronum adsciscerent, asserit) & ob hoc licitum illis, sui potestatem majoris boni causa aliis committere, pari jure quo quis semetipsum vendere potest.

2. Cum interim in fide Ducis *Mediolanensis* fuissent, ægerrimeque ferrent, suo periculo & sudore parta ad Ducis solius commodum & decus referri, à Duce iterum desciscunt, & in libertatem se vindicant 1437. sed dein 1458. obsessus ab Aragonio *Petrus Fulgosius*, quem defendere non poterat principatum, iterum regi Galliæ tradidit, cujus nomine præfuit urbi *Ioannes Andegavensis. Paul. Æmil. L. 10. pag. 330. 331. 337.*

3. Cum iterum Mediolanenses ad se pertraxissent Genuam, ejus tamen nomine præstiterunt homagium regi Franciæ, ut *Ioh. Galeacius* solutis 50000. ducatis *Ludovici XI.* nomine, qui eos ob perfidiam & animi levitatem detestabatur, *Comineo*, hoc ipso teste *L. 6. c. 5. & L. 7. c. 2.* præstiterit. Conf. etiam de *Ludovico Sfortia*, apud eundem *Comin. d. l. 7. c. 2.* Apud eundem *L. 8. c. 4. & L. 8. c. 15.* quædam de conatibus pro recuperanda Genua.

4. *Ludovico XII.* regi 1499. Genua iterum *Baptistini Fulgosii* operâ adducitur, ac *Philippus Ravensteinius* iis imponitur, Fulgosii consilio res eorum moderaturus. *Ferronius L. 3. p. 38. 2502.* Rex urbem ingressus est, & iterum ea in clientelam ipsius se dat, ut dies, quo intrasset Rex, annuo festo celebraretur, decernens pag. 61. 62. Inde 1507. Genua deficit, quodam *Paulo Novio* Duce, sed paulo post recipitur, & hic ex fuga retractus luit capite. *L. 4. p. 66.* Urbs etiam adversus Venetos atque Julium Pontificem, p. 70.

5. Francisco rege *Octavianus Fulgosius* denuò se ducatu abdicans, ejus nomine rempubl. administrandam suscipit. Iterum 1528. urbs deditionem facit, acceptogubernatore *Trivultio*, paulo ante quam *Andreas Auria* ad Cæsarem deficeret. (Confer *Bellaj. L. 3. p. 94.*)

§. LIX. Ve-

Digitized by Google

LIX. Verum *libertatem* ſuam Sereniſſima *Reſpublica* illis fundamentis & juri- Jura quibus libertatem tuentur Genuenſes.
is tuetur, quæ tantum tangam. Sunt autem iſta.

Carolo VI. & VII. ſe ſubmiſiſſe, nulla ad poſteros obligatione.

In protectionem ſe dediſſe, non imperium obtuliſſe: quod cum Galli invade-
tiam illius jus merito perdidiſſe. (Excipiunt Galli, aliud loqui formulas pacto-
& ob protectionis jura toties ingratitudine & rebellione temerata, merito ipſum
ium ad eos translatum, quos læſerant.) Conf. *Zyp.* 3, 14. p. 300.

Renunciatum juri à R. Galliæ pace *Madrit.* §. 8. & quamvis induciis *Nicaenſibus*
a iterum §. 7. jura integra: poſtea tamen pace *Caſtell. Camerac.* § 24 Rex eos in
tiam recipiens abdicaſſe videtur prætenſionem. Similiter 1575. Rex Galliæ rebus
æ turbatis legationem eò miſit, & de republica vicina & amica, cujus libertatem
paratus ſit, ſolicitum ſe oſtendit. *Thuan. L.* 61. *p.* 161 *ſeq.*

4. Præſcriptio.

LX. Tentavit quidem 1547. ſtatum iterum turbare *Ioh. Ludovicus Fliſcus*, ut Quæ ex eo acta.
m. L. 3. *p.* 127. & *Natal. Com. L.* 3. *p.* 53. memorant, à Gallis inſtigatus. Sed & hic ſuo
ine principatum invadere malebat, & in ipſo conatu oppreſſus eſt. Succeſſit alia
ratio *Ciboana*, non felicior; nec non motus periculoſiſſimus 1575. De arcano
rici IV. conſilio, & quæ inter Ludovicum XIII. ac Ducem Sabaudiæ agitata ſint,
Capriat. L. 1. *p.* 49. L. 8. inprimis p. 638. 645. Ex eo tempore nec tentatam quidem
uæ libertatem legiſſe memini.

CAPUT XXV.

Com. Fuggeri.

ARGUMENTUM.

Origo familiæ.
Lilia gentilia.
Com. Kirchberg & Weiſſenhorn.

4. *Quando ad Fuggerios.*
5. *Galea.*
6. *Linea Severini Fuggeri. Helfenſtein. Gundelfingen.*
7. *Unde prætenſio.*

§. I.

NUlli bonæ literæ, ſtudioſi & pauperes plurimum debent, familia Illuſtriſſima Co- Origo familiæ.
mitum & Dominorum *Fuggerorum*, à *Ioanne Fuggero* originem trahit, qui Au-
ſtanus civis 1370. factus eſt, & *Jacobum* genuit, qui ex Mercatore Conſiliarius Impe-
toris factus *Ulricum* & *Georgium* genuit, quos primos *Maximilianus Auguſtus* 1504.
ones creavit. Ab hoc ampliſſima progenies ad noſtra usque tempora durat, in
arias diſtincta lineas. Ex eo *Comitum* quoque acceſſit axioma & plurimæ cum Illu-
triſſimis Germaniæ familiis affinitates. In Sveviæ circulo poſſeſſiones eorum ſunt
on contemnendæ, & ob eas inter proceres locus. Alias etiam in Auſtriacis ditio-
ibus poſſident.

§. II. Scutum quo utuntur quadrifidum eſt, ut videre licet in Wapenb. I. p. 19. Lilia gentilia.
rimam & quartam quadram occupant ſymbola ſtirpi propria, nempe areola *per-*
endiculariter ſecta caruleo & aureo colore, impreſſa *duobus liliis* iisdem coloribus *al-*
ernatis. *Chifflet. Inſign. Eq. A. V. n.* 377. Hoc δῶρον *Fridericus III. Imperator* dona-
it 1473. cum Trevitos iturus Augſtæ moraretur. *Theod. Haping. de Iur. inſign.* c. 6. P.
5. p. 370. Ubi *Ioannis Sambuci* addit carmen:

Lilia Fuggeris *donans certiſſimus autor,*
hæc, ait, æternum non modo vere tuli.
Quicquid & addiderit virtus tempusque ſerenum,
compoſitis ſit idem jus ſit honorque, volo.
Spes fuit, hanc cumulant virtus & fama perennis,
arma domus propria hæc nobilitatis habent.
Divitias virgo dedit, haud temerarius error
fortunæ, idque docet largior uſus opum.
Nam quibus hæc cauſis veniunt, commercia digna
orſibus, & laudis nomen habere ſolet.

De fa-

De familiæ origine & incrementis hinc inde *Martinus Cruſius annal. Svev.* P. 3. L. 5. c. 9. p. 279. L. 8. c. 19. p. 470. L. 9. c. 8. p. 508. c. 14. p. 527. L. 10. c. 2. pag. 547. L. 11. c. 13. p. 638. 639.

C Kirchberg & Weiſſenhorn.

§. III. Secundus quadrans *argenteus Æthiopiſſam nigras indutam veſtes, coronatam, crinibus ſparſis, manibus tiaram Epiſcopalem geſtantem*, & tertius *rubeus tria cornua venatoria argentea* continent. Hiſce Comitatum *Kirchbergium* & *Weiſſenhorn* notari ex Wapenb. P. 2. pag. 21. liquet. Comitatus ille non procul Ulmâ ſitus feudum eſt Auſtriacum, & ſuos olim Comites peculiares habuit. Ex ea mentio fit *Ottonis* & *Hermanni* fratrum, qui cœnobium Benedictinum in *Wiblingen* non procul Ulma ad Ilarum amnem fundarunt, & liberaliſſime dotarunt 1099. Ex ea gente *Eberhardus* Epiſcopus Auguſtanus electus eſt 1404. Ultimus demum marium vita exceſſit 1510. *Philippus*, ſingulari animi fortitudine præditus & tanto membrorum corporis robore, ut unico digito clavum ferreum infigeret parieti: ut eſt apud *Henning. Theatr. geneal. IV. Monarch.* P. 1. p. 377.

Quando ad Fuggerios.

§. IV. Qua ratione ad Fuggeros devenerint hi Comitatus ex *Martino Cruſio* audiamus, qui annal. Svevic. P. 3. L. 9. c. 13. pag. 526. *Eodem anno* (1504.) *Maximilianus idem* Vianam ſ. Weiſſenhornam, Kirchbergenſemque *Comitatum, ad ſe jure fiſcali translatum (vivo adhuc, ſed ſine liberis, ultimo ibi Comite* Philippo, *certa ei per vitæ tempus penſione aſſignata) triennio poſt, anno ſc.* 1507. Ulrico, Georgio & Jacobo Fuggeris *pro* 70. *florenis millibus ad annos* 10. *oppignoravit. Ad quam oppignorationem cum amplior ſors acceſſiſſet: tandem illa pignora ad Georgii filios* Raimundum & Antonium *devoluta ſunt: & iisdem una cum* inſignibus & titulo Baronum *privilegioque cudendi auri & argenti hereditario* 14. *Nov.* 1530. *in comitiis confirmata.* Celeberrimus V. *Petrus Lambecius* perhibet, ex *Fuggeris* primum cum fratre *Georgio Vlricum* Baronem & Dominum in Kirchberg & Weiſſenhorn à *Maximiliano* creatum. Facit vero eorum mentionem occaſione *bibliothecæ Fuggerianæ*, quam *Raymundus* Caroli V. & Ferdinandi Conſiliarius cœpit, *Philippus Edoardus* inprimis auxit, & *Albertus* 1655. Imperatori vendidit.

Galeæ.

§. V. Galeæ ſcuto huic incumbunt duæ; quarum prior *Fuggeria* coronata inter *cornua cæruleum & aureum lilium iisdem coloribus ſectum* ſuſtinet: Altera *Kirchbergia hermam æthiopiſſæ nigro indutum, & mitra epiſcopali argentea redimitum, crine tortili aurea*, oſtentat. Laciniæ iſthinc auro & cæruleo colore, hinc argento & atro tinguntur.

Linea Severini Fuggeri Helfenſtein. Gundelfingen.

§. VI. Uti lineæ plures ſunt, ita quæ à *Severino*, qui primo ſeculi hujus anno deceſſit, deſcendit, auctiori ſcuto utitur, cujus typum Fürſt. Wapenb. P. 3. p. 9. exhibet ſub titulo **Graf von Severin.** Illud quadripertitum præter parmulam mediam *Fuggeriam* gentilem, in ſecunda area *Kirchbergiam*, in tertia *Weiſſenhorniam* teſſeram exhibet. In primo vero latereculo *Elephas Helfenſteiniorum*, & in extremo *baltheus ſiniſter abſciſſis ramis aſperatus Gundelfingia* dynaſtiæ repræſentatur. Ita etiam prioribus galeis Fuggeriæ & Kirchbergiæ potiori loco dextra additur *Helfenſteinia*, cui elephantis caput & collum imponuntur. De illis Helfenſteiniis ſymbolis eo capite agetur, quod Comitum iſtorum ſcutum continet.

Unde prætenſio.

§. VII. Jus horum laterculorum eſt à *Catharina Helfenſteinia* Severini B. Fuggeri conjuge, Ulrici C. Helfenſteinii filia, Rudolphi ſorore, cujus nepos Henricus 1626. familiam clauſit. Unde cum fœmellarum jam videretur jus valere, præter alias etiam hi Fuggeri, quod ſibi deberi credebant, eo ſymbolo teſtari voluere.

Caput XXVI.

Bar. Gaymannii.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*

§. I.

Familiæ origo.

PErilluſtris ſtirps *Baronum Gaymanniorum* in Auſtria à multo tempore floret: inprimis in provincia *ſupra Anaſum*, ubi *Gallſpach* & *Trateneck* poſſederunt: in inferiori autem *Roſſiz* & alia obtinuerunt. *Bucelin. Germ. ſtemmatograph.* P. 3. pag. 51. à *Ioanne Gaymanno*

Digitized by Google

Gaymanno orditur, *Stephani* patre, *Ortolphi avo*, qui 1490. claruerit. Verum ante hos 1373. vixit *Henricus Gayman*, maritus *Erntrudis Nuſtdorferin*, quæ dein *Andreæ Polheimio* nupſit. 1451. vixit *Gothardus* & 1463. *Stephanus*, qui cum aliis teſte *Gerh. de Roo Hiſt. Auſtr.* L.7. f.274. inter legatos Alberti VI. Archiducis Tulnam miſſos fuit.

§. II. Scutum eorum repræſentatur Wapenb. P. 1. p. 36. transversè ſectum, ſuperiori parte *argenteâ* inferiori *nigrâ:* ita tamen ut *pinna* in corde clypei *argentea* in nigram regionem ſcuti protendatur: Superiorem verò regionem argenteam ornat *aureum folium quercinum.* (Ein gelb Eichenblat / ſo im halben obern weiſſen theil des Feldes / auß dem halben untern zinnenweiß außgebogenen ſchwartzen theil entſpringt.) Olim verò viri imagine, qui folium quercinum geſtaret, uſi dicuntur. Scutum.

§. III. Galea incumbit coronata, ex qua protenduntur *duo cornua ex nigro & argento* juxta ſcuti pinnatam ſectionem, ſingulis verò cornibus exterius *terna quercina* adhærent folia. Laciniæ ſunt utrinque nigræ, hinc auro, iſthinc argento reductæ. Apex.

Caput XXVII.

Com. de Geyerſperg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia Geyerorum de Oſterberg.*
2. *Scutum.*
3. *Galea.*

§. I.

Illuſtriſſimi Comites à *Geyerſperg*, prius *Barones Geyer de Oſterberg* dicti, ex *Franconia* derivantur, in qua nunc etiam ſupereſt equeſtris familia *Geyerorum*, quæ tamen alio planè ſcuto utitur (vid. Wapenb. I. pag. 103.) *cæruleo* videlicet *cum capite & collo hirci ex argento, cornibus auratis.* Venêre verò aliqui in *Auſtriam* ſub Maximiliano I. alii ſub Ferdinando I. & dynaſtiam *Oſterberg* (cujus omnibus communis eſt titulus) inde *Hauſs, Hart, Arburg, Heimdorf, Mollenburg, Sitzenthall, Wolfſtein, Grellendorf, Gleiſs* in inferiori Auſtria acquiſiverunt. Primum *Bucelin. Germ. Stemmatogr.* P. 2. lit. H. 6. nominat *Vitum Geyr de Zeiſperg* ex Franconia, qui 1370. claruerit, pater (vel frater) *Joannis*, tum *Oſwaldi*, quo natus *Bartholomeus* intimus Conſiliarius Friderici III. Imper. circa 1430. Hoc nati *Joannes* 1502. Auſtriæ immigravit; *Adamus* autem Maximiliani in ſuperiori Auſtria fuit vicarius. (Anwald ob der Ens.) Familia Geyerorũ de Oſterberg.

§. II. Scuto apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 34. quadripertito utuntur, cujus areola prima & quarta *aurea vulturem nigrum expanſis alis volaturientem*, ſecunda & tertia *cærulea auream ſtellam, inſiſtentem tricipiti* (vel bicipiti) *colliculo rubeo* continet. Prior teſſera gentilis eſt, ipſo indice nomine. Stella vel ex gratia conceſſa, vel dynaſtiam *Oſterberg* notat. Scutum.

§. III. Galeæ imponuntur duæ, quæ primæ areæ reſpondet tegitur corona, cui pileolus ducalis rubeus inſeritur, orâ reductâ argentatâ, & ſemicirculis aureis in modum coronæ clauſæ conſtrictus. Ei inſiſtit vultur ſcutarius. Altera galea tegitur diademate tortili ex auro & cyano, & ſuſtinet inter duo cornua, quorum prioris ſuperior pars, poſterioris inferior cæruleo colore tingitur: reliqua cornuum & quæ inter ea apparet ſtella ſcutaria auro ornantur. Laciniæ dependent ex priori aureæ & nigræ, ex hac aureæ & cyaneæ. Galea.

Caput XXVIII.

Girones Duc. Oſſunæ.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ ortus & linea.*
2. *Ducis Oſſunii ſcutum.*
3. *Caſtiliæ & Legionis teſſera.*
4. *Ciſnero. Portugal.*
5. *Apex.*

§. I.

Gironum familia ex vetuſtiſſimis Hiſpaniæ recenſetur, utpote cui *Rodericus Conſalvi*, qui 991. vixit, attribuatur. Demum gens defecit in *Tereſia Girona*, quæ *Martino Vaſquez de Acunnia* nupſit, ex eo mater *Alfonſi*, cui *Gironis* datum nomen, quod filius *Petrus*, à quo Duces de Oſſuna, & ex alio filio *Joanne*, cui à matre *Pacheci* Familiæ ortus & lineæ.

Digitized by Google

agnomen, nepos *Alfonſus Telles* autor Dominorum & Comitum *de la Puebla in Montalvan*, ſervarunt atque ad poſteros transmiſerunt.

Ducis Oſſunii ſcutum.

§. II. *Ducis Oſſunii*, qui gentis caput, inſignia ita deſcribit in gratiam *Petri Telles Gironis* Chiffletius Eq.A.V.n.313. Scutum transversè diviſum. Pars ſuperior *Celtiberico* & *Legionenſi* ſymbolis ab ſummo bipertita. Inferior *quaternis manicis ſupra & infra mutilis ex auro & minio* impreſſa (manche & aliſe en chef & en poincte de quatre pieces. vel apud Sammarth. mantelée alizee en chef & en pointe de quatre pieces, d'or & de gueules, vel apud Paillot p.672. emmenché de deux pieces & deux demies d'or ſur azur.) Scuto circumductus *limbus* triplici teſſellarum ductu auri & minii vermiculatus cum impreſſis quinque *ſcutulis Luſitanicis*.

Caſtiliæ & Legionis teſſeræ.

§. III. *Caſtellanum* & *Legionenſe* ſymbolum, niſi pro mera gratia habeatur, tribui poteſt matrimonio *Roderici Conſalvi* ex Gironibus Comitis Toleti & Aſturiæ circa 1100. atque *Sanctiæ* filiæ Alfonſi VI. Regis Aſturiæ & Legionis. Iterum *Rodericus* major domus Regis Ferdinandi, qui 1256. vita functus eſt, ſecundam uxorem habuit *Berengariam* f. *Lupi Diaz de Haro, Domini Biſcaiæ* ex *Vrraca* f. Alfonſi IX. R. *Legionis*. Porrò Petro Girone etiam, qui 1466. vivis exceſſit, ſponſa fuerat *Iſabella* f. *Joanna infantis Caſtiliæ*, quæ dein Ferdinando Catholico regi nupſit.

Ciſnero. Portugal.

§. IV. *Limbum* ex familia *Ciſnero* aſſumtum perhibent: rationem vero non ſatis capio. *Portugallica* ſcutula exiſtimatim ſervare memoriam matrimonii inter *Martinum Vaſquezium de Acunnia*, ex priori uxore Tereſia Girona Gironum ſatore, & alteram conjugem *Mariam filiam Joannis infantis Luſitaniæ* ex Conſtantia Caſtellana.

Apex.

§. V. Galea incumbit coronata, ex qua erumpit equus argenteus, & laciniæ circumvolitant ex auro atque minio.

CAPUT XXIX.

Domus Gonzagea, Duc. Mantuæ, &c.

ARGUMENTUM.

1. *Ducis Mantuani ſcutum.*
2. *Gonzagarum ortus. Variæ linea.*
3. *Mantua. Ejus Domini. Controverſia de Ducatu poſt Vincentii Ducis mortem.*
4. *Gonzagea teſſera. Lombardica.*
5. *Montisferratum. Marchionum ſeries.*
6. *Cauſa Montisferratenſis.*
7. *Merita, fundamenta & hiſtoria ejus à Capriata deſcripta.*
8. *Nova controverſia à Ducis Franciſci morte ob filiam Mariam.*
9. *Controverſia poſt mortem Vincentii Ducis. Bellum. Pax Ratiſpona. Tractatus Cleraſcenſis.*
10. *Familia Palæologa, vel Imperium Orientis.*
11. *Imperium Conſtantinopoleos.*
12. *Aragonii pali.*
13. *Montisferratum. Saxonica teſſera.*
14. *Barrum.*
15. *Hieroſolyma.*
16. *Vincentii Ducis diſpoſitio.*
17. *Nivernenſis rami ſcutum. Nivernenſis ſucceſſio.*
18. *Henrica Clivia Nivernenſis.*
19. *Clivia. Pretenſio in Cliviam.*
20. *Marcanus Com.*
21. *Arteſia. Hujus ſucceſſio.*
22. *Brabantia. Pretenſio in eam Gonzagarum.*
23. *Burgundica teſſera.*
24. *Retelia. Ejus ſucceſſio.*
25. *Albretana domus. Succeſſio Nivernenſis in ea.*
26. *Alenſonium.* 27. *Apex.*
28. *Telamones. Torques ordinis S. Sacramenti.*
29. *Alia diſpoſitio ex Varennio.*
30. *Ex Geliote.*
31. *Aliarum linearum ſcuta.*
32. *Veſpaſiani Gonzaga Columna.*

§. I.

Duc. Mantuani ſcutum.

SEreniſſimus *Mantuanus* Dux familiæ *Gonzagea* caput eſt: & teſte *Sammarth. L'eſt. de l'Italie. T.IV.c* 6.p.630.631. ſcuti utitur diſpoſitione quadripertita. Prima quadra & quarta (*Mantuana*) *argentea* eſt inſignis *rubea cruce pedata, comitibus quatuor aquilis nigris*, quarum *roſtra & crura cocco rubent*. Crucis medio incumbit alia *parmula*, duabus perpendicularibus & totidem transverſis lineis in *ter ternos laterculos* diſtincta: Primus *rubeus aquilam expanſam coronatam auream, orientalis imperii ſigna*, refert: Secundus rubeus *Lombardiæ leonem aureum, lingua & falculis nigris* continet: tertius *Gonzagius aureis & nigris faſciis* exaratur. In ſecunda ſerie quartus *Conſtantinopolitanus rubeus crucem auream* comitibus quatuor *igniariis* vel B. *Gracis* ejusdem metalli repræſentat, proximus aureus *Aragoniorum* quatuor palos rubeos oſtentat: ſextus *argenteus cephalo rubeo Montisferratum* denotat. In extrema ſerie ſeptimus *Saxonum trabes & ſertum rutaceum* exhibet: octavus *Barrenſis caruleis cruciculis aureis brachiatis & in imo ſpiculatis incerto numero ſparſis, mullos barbatulos aureos duos tergis obverſis, dentibus & oculis argenteis.*

Digitized by Google

argenteis, continet. Ultimus *argenteus Hierosolymitanus cruce patibulata* inprimitur *aurea*, quatuor junctis *cruciculis ejusdem metalli.* Secunda & tertia *quadra* secatur linea transversa. *Superiorem* quadrę partem tres lineę perpendiculares in quatuor areolas distinguunt. *Prima coccinea scutulo argenteo in corde impressa carbunculum radiatũ aureum, nodatum, liliatum & smaragdo in medio instructum & in totam aream protensum* exhibet, *Clivia* notandæ: proxima *aurea Marcanam fasciam terno ductu ex argento & minio tessellatam* ostentat; tertia *liliis Francicis* imponit *lambellam quadrifidam rubeam, Artesiæ* designandæ: ultima hujus ordinis *nigra Brabantiæ leonem aureum* gestat. Quadrarum harum duarum inferior pars in tres areolas dispescitur. Prima denotandæ *Burgundiæ liliis Francicis circumdat limbum cocco & argento segmentatum.* Secunda *Retelana rubea tria rastella dentata sexies aurea* complectitur. Tertia *Albretano Orvallium* δᾶγμα complectitur, videlicet duas quadras *cæruleas liliis Francicis* insignes & duas *rubeas limbo striato argenteo* cinctas. Toti incumbit *Francica* parmula *liliata limbo rubeo*, cui *impressi octo numi Byzantini argentei*, circumdata, quod *Alensonium* symbolum est.

§. II. Ipsam familiam quod concernit, deduci amat ab *Hugone* quodam, qui uxorem ex *Corradorum* s. *Gonzingorum* Longobardicæ prosapiæ habuerit, unde filio *Gerardo* *Gonzingi* nomen s. *Gonzagæ*, qui investituram ab Adelberto propinquo 1009. tanquam immediatè subjectus Imperio acceperit. Ipsum Hugonem verò filium constituunt *Hugonis C. Provinciæ & Italiæ* regis, qui *Lotharii III.* filius, *Lotharii II.* regis nepos, Lotharii Imperatoris pronepos fuerit, & 946. vita excesserit. Quâ ratione ex *Caroli M.* prosapia ortum hi traherent. Eidem Hugoni fratrem assignant, *Sigfridum Ottobertum* M. Tusciæ, à cujus nepote *Azone IV. Atestino*, marito *Chunizæ Guelficæ* heredis, Brunsvicenses & Atestinam totam gentem derivant. A *Gerardo Gonzingo* undecimo gradu distat *Aloysius* s. *Ludovicus Gonzaga*, qui sub *Carolo IV.* 1329. *Capitaneus Mantuæ* factus est. Hôc geniti præter alios *Guido, Feltrinus, Conradus, Joannes* novarum linearum satores. Posteriorum descendentes peculiaribus titulis insignitos non vidi. A *Feltrino* Comites *Nuvolariæ* s. *Nubilariæ* descendunt. *Guidone* autem, qui item *Capitaneus Mantuæ* fuit, natus *Ludovicus*, hôc *Franciscus* item *Capitanei Mantuæ*. Hujus filius *Joannes Franciscus* primus *Marchio Mantuæ* à *Sigismundo* creatus est 22. Sept. 1433. pater *Ludovici:* hic tres iterum ramos ex se dedit, genitis *Friderico, Joanne Francisco, Rudolpho.* Huic ortum debent i primis principes *Castilionei*, isti Principes *Bozoli*, Duces *Sabioneta*, Dom. *Gazoli.* Illo iterum natus est *Franciscus Marchio* & *Joannes* sator *Marchionum Gonzagarum*, Dom. de *Vescovato.* Franciscus pater est *Friderici II.* & *Ferdinandi*; A *Ferdinando* descendunt Duces *Guastaldæ: Fridericus* à Carolo V. 1530. 8. Apr. ad *Ducale* fastigium evectus, & primus *Mantuæ Dux* fuit. Inter hujus filios *Franciscus II.* prole caruit, *Ludovicus* ab uxore *Nivernii* in Francia (ubi fortunarum sedem collocaverat) *Dux* fuit, medius *Vvilh. Dux Vincentium* iterum Ducem genuit, *Eleonoræ* Ferdinandi II. Augusti uxoris, tum *Francisci II. Ferdinandi* (prius Cardinalis) & *Vincentii* ducum patrem. Ex his non nisi primus filiam reliquit. Qui nunc rerum potitur *Carolus IV.* ex *Ludovici Nivernii* posteritate ejusque abnepos est, & amitam *Eleonoram* Ferdinandi III. Imp. viduam, proamitam *Aloysiam Mariam* duorum Poloniæ regum Uladislai & Joh. Casimiri conjugem habuit.

Gonzagarum ortus.

§. III. Scutum propositum quod concernit, prima & quarta quadra *Gonzagia, Mantuana* & *Montisferratensia* symbola, reliquæ duæ *Nivernia* continet. Primarium δᾶγμα est *crux cum aquilis, Mantuæ* genuinum decus, quod *Geliot. indic. arm.* p. 56. à Joanne Francisco primo Marchione loco veteris gentilis scuti *nigri tribus arietibus argenteis, cornibus & tintinnabulis appensis aureis* insigniti, assumtum perhibet. Porro *Mantua* celebris Lombardiæ urbs *Bonacolsis* aliquamdiu paruerat, donec *Rinaldus Passarinus Bonacolsius*, qui *Mutinam* etiam imperio suo adjecerat, & *Mirandulam* solo æquaverat, ab *Aloysii Gonzagæ* militibus medio in foro 1329. interficeretur: cum Aloysius ille summa cum populi voluntate gubernationem Reip. Mantuanæ susceperit, *Imperii* in ea *Vicarius.* Quâ dignitate deinceps filius & nepos functi. Johanni Francisco *Marchionis* ἄξιωμα ab Imperatore *Sigismundo* concessum jam diximus. Ejus etiam donum *aquilas cum cruce* perhibent. Joannes Franciscus inter quatuor filios Ludovicum, Carolum, Alexandrũ, Joannem Lucidum ditiones divisit. Sed solus Ludovicus liberos suscepit, atque ita ad hujus posteros rediere omnia. Circa *Ducatum* hoc seculo conrroversia fuit, *Vincentio* Duce 1627. sine liberis extincto. *Carolus N. vernensis* agnatus, cujus filius Carolus Franciscũ quoque gener erat, & in cujus verba Mantuanos jurare Dux moriturus jusserat, mox possessionem ducatus sumserat. Itaque *Sabaudus* & neptis causam agere videbatur

Mantua.

Ejus Domini.

Controversia de Ducatu post Vincentii Ducis mortem. vid. infra §. 9.

& propriam prætenſionem circa Monferratum repetebat: *Hiſpani* principem Galliæ clientelarem in vicinia Mediolani ægrè admittebant: *Ferdinandus* Dux *Guaſtallæ* agnatus ad ſe ſpectare ſucceſſionem poſtulabat, quod Nivernenſes armis adverſus imperium geſtis eâ ſe indignos reddidiſſent: *Imperator* quod ad ſe cognitio ſpectaret, & ſe neglecto Nivernenſis poſſeſſionem adiiſſet, miſſo Joanne Comite Naſſoviæ, ut ditiones in ſuas manus reſignaret & judicis ſententiam expectaret, poſtulabat. Vide *Capriat. hiſtor. Ital. L. X. p.* 857. *ſeq. Gramond. hiſt. L.* 18. *p.* 782. *ſeq.* Inde bellum, Sabaudia occupata, Caſalis obſidione fruſtranea & Mantua aſtu intercepta clarum. Demum 1630. Ratiſponæ *pax concluſa*, ut *Carolus Dux Nivernia* veniam à Cæſare precatus *Ducatum Mantuanum ac Montisferratenſem* reciperet, Duci Sabaudiæ redderentur ſua & inde Rex Galliæ præſidia deduceret. *Brachel. hiſt. L.* 4. *p.* 161.

Gonzagea teſſera.

§. IV. Scutulum crucis medio impoſitum duorum generum areolas continet, ex quibus reliquæ Montisferrati ſucceſſionem reſpiciunt, duæ autem Mantuanis ante hanc fuere conſvetæ, atque adeo illis etiam lineis uſurpantur, ad quas Montisferrati non eſt delapſa ſucceſſio. Hæ ſunt ſecunda *Lombardica*, & tertia *Gonzagea*. Hæc familiaris eſt. Illa *Lombardica*, forte ex eo, quia Mantuanus principatus non ignobilis Lombardiæ pars eſt.

Lombardica.

Montisferrarum. Marchionum ſeries

§. V. Cum reliqui laterculi ad ſucceſſionem *Montisferrati* referendæ ſint, de ejus jure aliquid dicendum. Alibi diximus de origine Montisferratenſium Marchionum ex *Alramo Saxone*, quorum hæreditas ab *Iolanta* ſ. *Violanta Guilelmi VII.* filia ad *Andronicum Palæologum* Conſtantinopolitanum Imperatorem delapſa eſt. Hoc nati *Michaël* reliquos ex ſe Imperatores orienti dedit, usque ad Conſtantinum XV. ſub quo Conſtantinopolis in poteſtatem Turcarum venit, *Theodorus* autem ex materna hereditate *Marchio Montisferrati* fuit, & 1338. deceſſit. Hoc geniti *Violanta* Aymonis C. Sabaudiæ uxor, cum promiſſo ſi maſcula progenies deficeret ſucceſſionis, & *Ioannes II.* pater *Ottonis*, *Ioannis III.* & *Theodori II.* Hic genuit *Ioannem Jacobum*, cujus filii *Ioannes IV.* à Comite Sabaudiæ captus ab eo inveſtituram accepit, *Wilhelmus* filiam habuit *Blancam Mariam* Caroli I. D. Sabaudiæ conjugem, ob cujus dotem nova controverſia, & *Bonifacius* pater fuit *Guilelmi* atque *Ioannis Georgii*. Ille filium & ſucceſſorem habuit *Bonifacium*, qui 1530. equo lapſus ſucceſſionem reliquit patruo *Ioanni Georgio*, qui 1533. extinctus iſtam *Palæologorum* lineam clauſit, herede nepte, Bonifacii germana *Margareta*, *Friderico Gonzagæ* Duci Mantuæ 1531. nupta.

Cauſa Montisferratenſis.

§. VI. Joannis Georgii morte *Sabaudiæ* Dux non uno titulo (de quo argumento in cap. de Sabaudis) ſucceſſionem quæſivit: verum controverſia ad judicium Imperatoris delata: Carolus V. Imp. in cujus ut ſequeſtri poteſtatem ditio conceſſerat, contra Carolum, de ſe quidem bene meritum, pro *Mantuano* Genuæ 1536. 3. Novembr. pronunciavit. Inde 1559. in pace ad *Caſtellum Cameracenſe* concluſa *Mantuano* denuo Marchionatus reſtitutus eſt: Ita ſonant verba §. 21. *Et ſe reſtituera au Duc de Mantoue entierement le Marquiſat de Monferrat ſans rien reſerverny detenir d' iceluy de ce que lesdits Seigneurs Roys Catholique & Treſchreſtien ou quique ce ſoit de leur coſté en occupent preſentement; demeurant en ſon entier audit Duc le droit & action qu'el a ſus iceluy, ſes appartenances & dependances: ſans prejudice toutes fois des exceptions ou actions qu'autres y peuvent avoir: leſquelles par qui ce ſoit ne ſe pourront pourſvivre que parvoye de juſtice & non par la force.* Quod ita reddo: Reſtituatur etiam Duci Mantuano Marchionatus Montisferrati integer, ſine ullla reſervatione vel detentione cujusquam, quod in illo reges Catholicus & Chriſtianiſſimus vel quicunque ille ſit ipſorum nomine in præſentiarum poſſident: ut Duci plene permaneat jus & actio, quæ habet ſuper eum ejus appertinentias & dependentias: quo tamen nihil præjudicetur exceptionibus & actionibus, quæ aliis competerent; ſed ut eas nemini quicunque ſit aliter quam via juſtitiæ non autem vi perſequi liceat.

Merita, fundamenta & hiſtoria ejus à Capriata deſcripta.

§. VII. Cæterum quæ tam hiſtoriam illius judicii quam ſequentia concernunt, vix æque explicare noſſem, quam à *Ioh. Baptiſta Capriata* explicata ſunt, deductis etiam utriusque partis juribus. Unde univerſam illam πεοχὴν ex L. 1. huc transferre ſed in latinum idioma converſam operæ pretium fuerit. In hunc ergo ſenſum ille: *Monferratum à Dominis Gonzageis Ducibus Mantuanis hodie poſſeſſum, cum jam tunc ad S. Imperium ſpectaret, ab Ottone I. Imperatore genero* Alramo *& deſcendentibus ejus utriusque ſexus feudo conceſſum eſt. Cum maſcula linea diu duraſſet, tandem terminata*

minata eſt in Violanta *filia* Guilelmi V. cognomento magni *& ſorore* Joannis *ultimi Alramidarum. Hæc nupta* Andronico Palæologo Imperatori Conſtantinopolitano, *ſucceſſorem huic principatui dedit* Theodorum, *ſuum & Andronici ſecundogenitum, & hujus poſteros. Poſt aliquod tempus* Theodorus *filiam* Violantam *nomine elocavit* Aimoni *tum* Sabaudiæ *Comiti, dotì adjiciens (uti prætenderunt deinceps poſteri) diſertam conditionem, quocunque tempore maſcula progenies deficeret, ut ſucceſſio* Monferrati *delaberetur ad* Violantam *hâcque extinctâ ex ea genitos. Cum ergo* 1533. *in* Joanne Georgio Palæologo *maſculi ex Theodoro oriundi defeciſſent,* Carolus III. *tum* Sabaudiæ Dux *ex Violanta ortum trahens ſucceſſionem hujus ditionis ſibi tribuere cæpit, excluſurus etiam* Margaritam Friderici D. Mantuani conjugem, *quæ* Guilelmo II. *fratre majore* Joh. Georgii *nata patruì morte in poſſeſſione Monferrati manſit, & tanquam ſibi proprium & paternum contra Carolum Sabaudum tutata eſt. Allegabat* Carolus primam *prætenſionis rationem, cumipſe & Margarita æque à Theodoro ortum traherent, Monferratum autem ex maſculina in fœmininam tranſire debeat lineam, ſe* ſexus prærogativa *Margaritæ præferendum, licet gradu cognationis & ſucceſſionis ultimo poſſeſſori Iohan. Georgii propiori. Ita dicebat, omnibus legibus ſucceſſionem ſimilium feudorum Marchionalium & primogenituræ in ſimilibus caſibus definitam.* Alterum *fundamentum allegabat prædictum* nuptiale pactum, *cujus vigore ipſe, utpote deſcendens ex Violanta, vel alii fœminæ vel per lineam fœmininam ad Theodorum genus referenti antehaberi mereatur. Præſidium etiam quærebat in* teſtamento Blancæ *filiæ & hæredis Guilelmi I. Palæologi Marchionis Montisferrati ſine maſculis defuncti, quæ Carolo I. D. Sabaud. æ conjunctæ, cum demum moreretur, teſtamento hunc Carolum III. Ducem* univerſalem heredem *nominaverit. Vnde tanquam ei Patris ſine maſculis morte ſucceſſio in hanc ditionem debita fuiſſet, inferebat, in ſe hac inſtitutione univerſali tranſmiſſa eſſe eadem ſucceſſionis jura. His tribus rationibus Carolus ad univerſalem ſucceſſionem Montisferrati aſpirabat.* His *aliam junxit* particularem prætenſionem *in bene magnam partem ejusdem regionis, quæ anno* 1435. *à* Joh. Jacobo Palæologo & Joanne *filio donata* Amedeo I. Duci Sabaudiæ, *eodem die ab hoc iisdem qui dederant* feudo *iterum conceſſa ſit, quo ipſi & poſteri agnati fruerentur, quibus in Ioh. Georgio omnino extinctis, contendebat iſtam partem ad ſe tanquam ſurpemum principem ſine dubio ullo relapſum eſſe. Econtra* Margarita *allegabat ad ſe tanquam* proximam hæredem patrui *ultimi Domini pertingere ſucceſſionem* Montisferrati: *negnas ſexum virilem ulla diſpoſitione legali præferendum eſſe proximitati gradus: etiam quando ſucceſſio feudi ex deſcendentibus maſculinis aliò tranſit. Multis etiam rationibus in dubium revocabat veritatem* pacti matrimonialis, *& quod exhibebatur inſtrumenti ab adverſario producti. Et quicquid de eo eſſet aſſerebat, quod pactum hujusmodi maxime ſine conſenſu Imperatoris non valeat in præjuditium hujus ſucceſſionis, quæ per aliam quam Theodorum ad ſe delata eſſet. Dominæ* Blancæ teſtamentum *nullo loco contendebat habendum, cum nunquam jus in ditionem hanc habuerit, à ſuperſtitibus maſculis agnatis Palæologis excluſa; eo minus ergo cum ſine ſobole moreretur, teſtamento excludi feudo potuiſſe agnatos, quæ ipſa teſtatrice potius jus habebant.* Donationem *præterea* Joh. Jacobi & Joannis Palæologorum *dicebat ſua natura nullam eſſe & contra feudorum indolem: præterquam quod etiam vi extorta fuerit ab Amedæo eo tempore, quo Ioannes primogenitus Ioannis Jacobi ad feſtum invitatus in Pedemontium, ibi dein captivus detentus fuit: unde Ioannes Iacobus obtinendæ libertati filii, Ioannes autem propriæ, coacti fuerint concedere voluntati eorum, in quorum manus Ioannes imprudens inciderat. Sed & eandem donationem poſt* 30. *annos amplo & ſolenni decreto à Friderico Imperatore revocatam eſſe. Quibus rationibus cum cauſa* Margaritæ *prævaleret, Imperator* Carolus V. *qui tanquam ſupremus Dominus & judex feudi poſt mortem Ioh. Georgii poſſeſſionem ſequeſtri nomine ſuſceperat, ordinavit, ut liberè ei tanquam legitimæ heredi reſtitueretur: rejectis nominatim tribus Ducis actionibus in univerſalem ſucceſſorem: probata autem illa, quæ ex* teſtamento Dominæ Blancæ *poſtulabat* dotem 80000. ducatorum: *quorum ſolvendorum gratia jus dabat in meliorationes regionis, quas attuliſſet Marchio Guilelmus pater ejus. Quod vero attinebat* donationem *olim factam in favorem Amedæi Sabaudi, ſine alia definitione reſervavit utrique parti jus ſuum, quod poſtero tempore deduci poſſet. Tali ſententia nec animis nec prætenſionibus omnino ſatisfecit Imperator: Carolo Duce exiſtimante, hunc pro Margarita & Friderico pronunciaſſe ex ſtatus ratione, & ut principes Itali in æquilibrio potentiæ inter ſe retinerentur,*

ſuâ ſinguli inferiores: atque ita ne Carolus Pedemontio & Monferrato junctis Mediolanenſem Ducatum viribus æquaret: quod de Margareta & Friderico timeri non poterat, quos poſſeſſione ditionum inter ſe non cohærentium poſthâc ſimpliciter à Mediolanenſi dependere neceſſe foret. Econtra Fridericus, quique huic ſtudebant tacitè conquerebantur, tanquam non aliâ ratione cauſa donationis in lite producta indeciſa relicta ſit, quam ut prætenſionibus inter partes nondum extinctis, in Italia ſervarentur vivaciora & tutiora ſtudia atque affectus prætendentium erga negotia & commoda judicis ſui communis. Nihiloſecius cum acquieſcerent illi ſententiæ Margaritæ & Fridericus, provocavit *ab ea tanquam temporis rationi accommodatiori quam meritis & juſtitiæ cauſæ intentiori, ut ferebat, Dux Carolus. Vnde cum gravatum ſe opinaretur*, ad ipſum Imperatorem appellavit, *quæ appellatio etiam admiſſa eſt: cum vero res in longum protraheretur, à Cæſare obtinuit* reſcriptam, *ut tempus præſcriptione rationes ejus non extingueret, nec terminus proſequendæ appellationis exſpiraret. Cumque fortè videretur tempus tali molimini non idoneum, contentus tali decreto ſuperſedit proſecutioni litis in judicio: maximè quia paulo ante à Franciſco omni Sabaudiâ & ferè Pedemontio exutus, ipſe, & filius Emanuel Philibertus magis cogitabant de recuperatione amiſſorum bellica, quam de judicilai perſecutione eorum, dequibus cum Friderico jure experiebantur. Interim hæ contentiones duos hos principes & ſucceſſores in perpetua tenuerunt diffidentia, ut & deinceps Carolus Emanuel Dux, cum obtinuiſſet* 1587. *à Rudolpho Imperatore aliud decretum, quo non modo prætenſiones adverſus lapſum temporis muniebantur, verum etiam quantum opus erat confirmabantur, conjunctus præterea arctæ affinitate Philippo II. Regi Hiſpaniæ, cujus ſecundogenitam Catharinam duxerat, Duci Vincentio Margaritæ nepoti non exiguam moverit ſuſpicionem, ne occaſione ſimilium decretorum & præſidiorum aliquo modo ſuſcitare vellet antiquas prætenſiones, ejusque infeſtare ditiones. Vnde ſecuritatis gratia ex fundamentis extruxit caſtrum* Caſali *urbi vicinum & fere contiguum.* Hic ſtatus erat cauſæ, cum 1612. Franciſcus Dux moreretur, à *Capriata* deſcriptus.

Nova controverſia à Ducis Franciſci morte ob filiam Mariam.

§. VIII. Mors illa Franciſci novam controverſiam peperit, cum *Mariam* filiolam reliquiſſet, ſucceſſorem autem haberet fratrem *Ferdinandum* Cardinalem. Nam Mariæ cauſam ſuſcipiebat avus *Carolus Emanuel D. Sabaudiæ*, eam *Montiſferrati heredem* ferens, qualis etiam in *aula Hiſpanica* declarabatur, quod principatus per fœminam Gonzagis apportatus non alio jure ex ea domo iterum abire poſſet; & cum ſucceſſio liberis primo debeatur loco, ſine diſtinctione ſexus alios ab his propinquos excludi: quod aliis, etiam regnorum, inprimis Hiſpanicorum, exemplis doceatur. Verum Mantuani merito opponebant, quod fœminis, niſi totâ maſculâ progenie extinctâ non ſit locus, quod etiam exemplis in ipſo hoc principatu monſtrabatur. Quamvis autem initio videretur à Sabaudis non niſi jus Mariæ, & ut hujus tutela ac cuſtodia penes avum aut tertium aliquem, non verò patruum eſſet, intendi: nihiloſecius ipſiusmet Ducis ſimul renovabatur prætenſio, præter *Blancæ dotum* & uſuras ejus ad 800000. ducatos numeratas, repetitis rationibus antiquis. Demum ad *arma* ventum, & Dux Sabaudiæ Ducatum Montferratenſem aggreſſus eſt. Cum verò & Cæſaris autoritas & reges Franciæ ac Hiſpaniæ æque deſideriis Sabaudi obſtarent, coactus eſt occupata Cæſari & Hiſpaniæ regi reſtituere, à quibus Mantuanus recepit.

Controverſia poſt mortem Vincentii Ducis, vid ſupra §. 3.

§. IX. Iterum 1627. morte *Vincentii Gonzagæ Ducis* nova contentio exorta, cum ſuccederet agnatus *Carolus Nivernenſis Dux*, in cujus filii fidem ante mortem ille ſubditos adegerat, nec non eidem *Mariam* ex fratre Franciſco neptem deſponderat: cum avus Dux filio Cardinali illam deſtinaret. *Imperator* etiam Nivernenſis ſucceſſioni non favebat, ſed in ſuas ut ſupremi judicis manus ditiones controverſas conſignatas malebat, ut liberè de illis quomodo juſtum foret diſponeret. Mariæ quoque & Nivernenſi hereditatem dubiam reddebant Vincentii ſoror *Margarita Lotharingica* vidua, quæ fratri propinquior majori jure ad ſe quam Mariam ſucceſſionem ſpectare contendebat. Sed & Mantuanum Ducatum ſibi deberi poſtulabat *Ferdinandus Gonzaga D. Guaſtallæ* agnatus, excluſo Nivernenſi, quod adverſus imperium militaſſet conf. n. 3. Sed & veteres repetebat rationes *Sabaudus*. Cum hoc fœdus *Hiſpani* percuſſerant, ut ille *Trino*, *Albâ*, *Sandamiano* & aliis Pedemontio vicinis acceptis, reliqua ab his occupari pateretur. Inde *bellum* apertum, quo Monferratum ab Hiſpanis & Sabaudo expugnatum, *Caſalio* ſolo ob virtutem *Toiraſſii*, fruſtra à *Spinola* obſeſſo. Altera parte

Bellum.

exercitu

exercitu in Italiam miſſo ipſe Imperator *Mantuanum Ducatum* invadebat, ut demum à Gallaſſio ipſa urbe *Mantuana* capta *Nivernenſis* Placentiam ſecedere cogeretur. Interim hujus defenſioni *Rex Franciæ Sabaudum* magna ditionum parte exuerat. Demum *Ratiſpona* 1630. indignè ferentibus Hiſpanis concluſa *pax*, qua Nivernenſi principatus conceditur, *Sabaudiæ* autem Duci *Trinum* & tantum terrarum Monferrati, quod ſufficeret reditibus 18000. ſcutorũ annuis: *Guaſtaldio* in Mantuano principatũ, ut 6000. ſcutatorum reditus haberet: *Lotharingæ*, quod arbitri pronunciarent. Inde 1631. ſecutus conventus *Cleraſcenſis* ſ. *Queraſcenſis* in Pedemontio, ad executionem pacis deſtinatus. Ubi *Pancirollo* nuncio Pontificio & *Iulio Mazarinio* officia interponentibus 18000. ſcut. cum de valore ſcutatorum inter partes non conveniſſet, ad 15000. reducuntur. Ita verba ſonant: *Vt Dux Sabaudiæ, ſucceſſores ipſius, principes & principiſſæ familiares, pro omnibus juribus & rationibus, priſcis aut novis, quæ poſſent aut poterunt habere, in ducatus aut terras* Mantuæ *aut* Montisferrati (*quibus ſeſe abdicant, per quascunque ampliſſimas formas, in commodum Ducis Mantuani & ipſius ſucceſſorum*) *acquieſcent* 15000. *ſcutatis aureis, qui ſolvantur diſtrictibus æquivalentibus, quemadmodum patet in tranſactione particulari & à legatis ampliſſimis ſubſcripta.* (Pact. Gall. pag. 230.) Pax Ratiſponæ. Tractatus Cleraſcenſis.

Alias conditiones minutiores huc transferre operæ pretium non eſt: ſed nec enumerare loca conficiendæ illi ſummæ aſſignata, niſi quod in illis *Trinum* & *Alba* erant. Inde 1648. in *Monaſterienſi pacis* tractatu de novo *Cleraſcenſis tractatus* confirmatus, & debitum 490000. aureorum, quos Sabaudus Mantuano ſolvere debebat, à Rege Franciæ in ſe receptum eſt. Additur: *Cæſarea Majeſtas decenter requiſita concedet Domino Duci* Sabaudiæ *unà cum inveſtitura antiquorum feudorum & ſtatuum, qualem inclyta memoria Ferdinandus II. Duci Sabaudiæ Victori Amedæo conceſſerat, inveſtituram quoque locorum, ditionum, ſtatuum, omniumque jurium* Montisferrati, *cum appertinentiis, quæ illi vigore prædicti* Tractatus Cleraſcenſis, *nec non executionis inde ſubſecutæ decreta & remiſſa fuerunt, ſicuti quoque feudorum* novelli Monfortis, Sinii, Moncherii, & Caſtelletti *cum appertinentiis, juxta tenorem inſtrumenti acquiſitionis ab eodem Duce Victore Amedæo facta ſub* 13. *Oct. Anno* 1634. *& congruenter conceſſionibus ſeu permiſſionibus, nec non approbationibus Cæſareæ Majeſtatis, cum confirmatione quoque omnium & quorumcunque privilegiorum, quæ Sabaudiæ Ducibus hactenus indulta fuerunt, quotiescunque à Domino Duce Sabaudiæ requirentur & poſtulabuntur.* Eodem tractatu jubetur *Dux Guaſtaldæ* caſtrorum *Reggioli* & *Luzzaræ* cum ſuis territoriis & dependentiis poſſeſſionem Duci Mantuæ reſtituere, reſervatis tamen eidem juribus pro 6000. ſcutorum annuorum, quæ prætendat: de quibus agere & judicio experiri coram ſua Cæſarea Majeſt. valeat adverſus Ducem Mantuæ. Ita terminata eſt controverſia illa, tot motuum origo, cujus hiſtoriam hâc causâ prolixius enarrare viſum fuit. Cæterum an tantum utile dominium, an aliquid amplius Imperator conceſſerit? vide tractantem *Conring. de finib. Imp. Germ. c. 23. p.* 508. 509. Ex his verò patet, quam longè illi aberrent, qui tradunt, in inſtrumento pacis Galliæ omnia loca, actiones & jura *Montisferrati* cum omnibus pertinentiis *Sabaudiæ Duci* conceſſa eſſe, cum tamen pleraque in poteſtate *Mantuani* relicta ſint. Allegat *Limn. Iur. publ. V*, 14, 15. qui pro Sabaudi jure ſcripſerint *Antonium Fabrum*, in conſultatione de Montisferrati Ducatu, *Menoch.* conſil. 1. vol. 1. Pro *poſſeſſoribus* autem *Socin. jun.* conſil. 77. vol. 1. *Paris.* conſil. 22. & 23. vol. 1. *Gozadin.* conſil. 8. *Grat.* conſ. 9. L. I. *Alciat.* reſp. 199. *Rol. à Valle* conſ. 3. vol. 1.

§. X. Cum ita viderimus, quo jure *Montisferratenſe* ſcutum ſuo inſerant Gonzagæ, nunc laterculos eò ſpectantes conſiderare oportet. (Conf. clypeum *Margaritæ Palæologæ* uſitatum in *Brianvill. jeu d'arm. pag.* 89.) Primus cum *aquila aurea* notat vel, quod *Brianvill jeu d'arm. pag.* 82. cui ſi alii accedant lubens cederem. *Palæologorum* familiam, vel ut communiter explicant, *Imperium Orientis*. Nam quod vidimus poſteriores Montisferrati principes ab *Andronico Palæologo* deſcendebant *Imperatore Orientis*: quæ familia ultima ex Chriſtianis Conſtantinopolim tenuit usque ad Conſtantinum XV. qui imperium 1453. cum vita perdidit. Ejus verò ex fratre Thoma nepos *Andreas* deſpota *imperium Orientis Carolo IIX.* 1494. donavit. Deinde dicitur 1502. teſtamento heredes ſcripſiſſe *Ferdinandum & Iſabellam Reges Hiſpaniarum.* Familia Palæologæ, vel Imperium Orientis.

§. XI. Eodem ſpectat *crux igniariis* 4. *vel literis B.* ſtipata: quam *Conſtantinopolitano Imperio* itidem tribuunt. *Varenn. R. d'arm. P. I. pag* 148. *civitati Conſtantinopolitanæ* aſcribit hanc notam. Interpretatio literarum illarum iſtam dant (*Hæping. de jur. inſign.* Imperium Conſtantinopolitanum.

insign. c. 6. n. 1195.) Βασιλεὺς βασιλεύων βασιλευόντων βασιλεύων. vel quod concinnius videtur apud *Brianvill. jeu d' arm. p.* 90. Βασιλεὺς βασιλέων βασιλεύων βασιλεύσι. *Rex regum regnans super reges.* Addit: *Quelques uns attribuent ces titres à la vanité de ces Empereurs. I'aymerois mieux croire, que c'estoit à la croix de Ieſus Chriſt, qu'ils rendoient cet honneur, le reconnoiſſant par elle le ſouverain de tous les prince de la terre.* Hoc eſt: Quidam titulos hos tribuunt vanitati iſtorum Imperatorum. Mallem ego credere, quod honorem hunc habuerint cruci Jeſu Chriſti, quem ea agnoſcebant ſupremum omnium terræ principum. Certè titulus hic jure ſoli Salvatori noſtro debetur. 1. Tim. 6, 15. Apocal. 17, 14. 19, 16.

Aragonii pali.

§. XII. Sequitur ordine quinta areol *Aragoniis* palis inſignis. Jus exinde repeto, quod *Ioannes II. Montisferrati Marchio* uxorem habuit *Eliſabetham* cogn. *Eſclarmondam Iacobi III. ex Aragonis Balearium regis* ex *Conſtantia Alfonſi Regis Aragoniæ* filiam: quam pridem Carolo V. R. Franciæ deſtinatam 1358. Joannes duxit cum juris in *Baleares* acquiſitione.

Montiſferratum. Saxonicæ teſſeræ.

§. XIII. Proxima areola ipſum ſymbolum *Montisferratenſe* continet, de quo plura ut addam non eſt opus. Septima quadra *Saxonicum δῆγμα* exhibet, ob originem ex Saxonibus *Alrami* primi Marchionis, Ottonis Imp. agnati.

Barrum.

§. XIV. Qui ſequitur *Barrenſia δήγματα* continet laterculus. Hic debetur matrimonio *Theodori II.* ex Palæologis Montisferratenſis Marchionis & *Ioannæ Roberti I. Ducis Barrenſis*, natæ 1393. vel 1400. contracto. Cum enim hæc ultimorum Ducum fuerit ſoror, res digna viſa, ut memoria in clypeo conſervaretur.

Hieroſolyma.

§. XV. Ultima hujus ordinis areola *Hieroſolymitanas cruces* continet. Hujus ea ratio eſt, quia *Guilelmus Marchio* cognom. *Longaſpata Sibyllam filiam Almerici Andini R. Hieroſolymitani* uxorem habuit, pater *Balduini V.* poſtmodum regis, qui à vitrico *Guidone Luſiniano* 1185. ſublatus eſt, regno ea ad Luſinianos delato. Guilelmi etiam frater *Conradus Marchio Iſabellam Almerici Regis filiam Sibyllæ* ſororem uxorem habebat, cujus nomine *Guidoni* obſtitit, & *Tyri* regni fixit ſedem: demum filiam reliquit *Mariam*, quam heredem titulorum & jurium Hieroſolymitanorum *Ioannes Brennenſis* duxit, & eâ causâ armis Palæſtinam invaſit.

Vincentii Ducis. diſpoſitio.

§. XVI. Fuit ſcutulum cruci Mantuanæ impreſſum: & quidem illis ſymbolis ſolis contenti erant, qui ante Nivernenſem Mantuæ imperarunt: ut tamen videas nonnunquam ordinem laterculorum paulo alium fuiſſe: ita apud *Ioh. Iac. Chifflet. Inſign. Eq. A. V. n.* 260. *Vincentii Gonzagæ* Ducis illa legitur diſpoſitio, ut parmula media complecteretur hâc ſerie ſymbola, Imperii Orientalis, Lombardiæ, Gonzagarum, Hieroſolymorum, Aragoniæ, Montisferrati, Saxoniæ, Barri, Conſtantinopoleos.

Nivernenſis rami ſcutum.

§. XVII. Ad quadram ſcuti majoris ſecundam & tertiam accedamus, quæ à *Nivernenſi* ramo aſſumta eſt, ob aliquot matrimonia. Cum verò *Nivernenſis* principatus (cui *comitatus* & *pariatus* dignitas 1459. conceſſa eſt, & confirmata 1464. 1505. Sed *Ducale* axioma à *Franciſco I.* 1538.) poſt alias poſſeſſiones ferè primatium in Galiis patrimonium fuerit, juvat hic exhibere *Nivernenſium* ſucceſſionem, quæ præ aliis ferè ſæpius ex una in alteram gentem per matrimonia tranſivit: Quod verò Nivernenſis nulla areola in ſcuto conſpiciatur, argumento eſt, vel nullum Nivernenſibus peculiare fuiſſe *δῆγμα*, vel vetuſtate ejus memoriam exoleviſſe. Nam quod apud *Geliot. indic. armor. in addit.* p. 660. *Niverniis* datur in area cærulea plinthidibus aureis conſita leo ejusdem metalli, *Burgundiæ Comitum* potius eſt ſyubolum.

Nivernenſis ſucceſſio.

Landericus Comes Nivernenſis ab uxore
Mathilde filia Ottonis Guilelmi Com. Burgundiæ.

Rainaldus Com. Nivernenſis.

Guilelmus Com. Nivernenſis.

Reinaldus Com. Altiſſiodoræ ſ. Auxerræ.

Guilelmus Com. Nivernenſis.

Guilelmus Com. Nivernenſis.

Guido Com. Nivernenſis.

A |

Agnes heres Nivernenſis.
Uxor Petri Curteniaci, qui dein Imperator Conſtantinopoleos.

Mathildis Curteniacenſis Com. Nivernenſis & Tonnerenſis.
Uxor Hervei III. Dn. de Donzy.

Agnes de Donz y C. Nivernenſis.
Uxor Philippi de Francia.
II. Guidonis Caſtilionii C. Sanpauli.

II. Jolanda Caſtilionia C. Nivernenſis, &c.
Uxor Arcibaldi Junioris Dn. de Bourbon.

Mathildis Borbonia Com. Nivernenſis, &c.
Uxor Eudis Burgundi.

Jolanda Burgunda Com. Nivernenſis.
Uxor Joannis Triſtani de Francia
II. Roberti III. Com. Flandriæ.

Ludovicus de Flandria C. Nivernenſis & Retelanus.
Uxor Joanna f. Hugonis V. Com. Retelani.

Ludovicus Com. Flandriæ, Nivernenſis, &c.
Uxor Margareta f. Philippi longi R. Franciæ Com. Arteſiæ & Burgundiæ.

Ludovicus Malanus C. Flandriæ, &c.
Uxor Margareta f. Joannis III. D. Brabantiæ.

Margateta Comes Flandriæ, Burgundiæ, Arteſiæ, Nivernii.
Uxor Philippi D. Burgundiæ.
II. Philippi de Francia Duc. Burgundiæ.

Philippus de Burgundia, Com. Nivernii & Retelii.
Uxor Bona f. Philippi Arteſii Com. d'Eu.

Joannes de Burgund, titulo Dux Brabant. &c.
Uxor Jacobe d'Ailly.

Eliſabetha Burgunda, heres Nivernii, Euſii, Retelii.
Uxor Joannis Ducis Cliviæ, Com. Marcæ.

Engelbertus Clivius, Com. Nivernii.
Uxor Carola f. Joann. Borbonii Com. Vindocini.

Carolus Clivius, Com. Nivernii.
Uxor Maria, filia Joannis Albretani, Dn. d'Orval.

Franciſcus Clivius Dux Nivernii.
Uxor Margareta f. Caroli Borbonii Ducis Vindocini.

Henricia Clivia Nivernenſis.
Uxor Ludovici Gonzagæ.

§. XVIII. Ex hoc ſchemate multa patebunt ad areolarum explicationem facientia: quas jam ſingulas examinabimus. Si quis verò *Henrica* atavos ataviasque uno conſpectu videre geſtiat, quærat in noſtri *Theatri Nobil. Europ. progonolog. Auctar.* ſeu *P.* 3. ubi *pag.* 5. plenè exhibentur. **Henrica Clivia Nivernenſis.**

§. XIX. Primus ex his laterculis eſt *Clivius*. Nam Henrica Ludovici Gonzagæ uxor ex *Cliviis* proſata fuit. Cæterum de Cliviis alibi c. 13. n. 8. diximus. *Ioannes Cliviæ Dux*, à quo Henricam deſcendiſſe modo vidimus, filius erat *Adolfi I. Cliviorum* Ducis: cujus pater *Adolfus* Cliviæ comitatum ob matrem *Margaretam Civiam*, pluribus eandem ſucceſſionem ſibi arrogantibus, Caroli IV. Imperatoris gratia nactus erat. In **Clivia. Præteniio in Cliviam.**

S ejus

ejus posteris ille ducatus hęsit ad principium usque hujus seculi, quo 1609. *Ioannes Guilelmus* masculorum ultimus extinctus hereditatem dubiam reliquit. Cujus controversiæ passim, inprimis in scuto Brandeburgico, Palatino & Saxonico, mentionem fecimus & faciemus. Cæterum *Carolus Gonzaga* Henrici filius, qui eo tempore vivebat, inter alios prætendentes suum quoque nomen professus est. Rationes erant, quod *Engelberto Clivio abavo* à fratre non alia fuerit attributa hereditas, quam pauca in Belgio loca. Unde ut satisfiat, omnia jura postulare. Neque *præscriptione* petitionem hanc excluſam dici posse, quia semper contradictum fuerit. His rationibus respondebant *Iohannis Guilelmi sorores* & earum mariti ac liberi, se privilegio Caroli V. Imperatoris ad successionem habiles redditas & munitas: unde non teneantur ad discussionem, justè necne illud concessum sit: sed eum qui in dubium hoc vocet, perpetuò indicto silentio repelli. Sed & reponebant, Engelbertum non omni hereditate excluſum, utpote cui *Comitatus Nivernenſis*, *Retelanus* & alia in Francia à matre bona concessa sint, iis conditionibus, quibus necdum sit satisfactum. Tum fore intolerabile, si Engelberti bona ad descendentes ex filia potuerint transferri, non idem verò jus Joannis posteritati relinquatur. Demum ipse Carolus litem deseruit, & talis judicialiter declaratus est.

Marcanus Com.

§. XX. Proxima areola *Marcanum βᾶγμα* est. Ex *Marcanis* enim Clivii orti sunt, cum quibus etiam eandem originem habuisse creduntur. Porro Marcanus comitatus nunc in potestate est Electoris Brandeburgici.

Artesia. Hujus successio.

§. XXI. *Artesia* sequitur quadra. Artesia Belgii provincia, Picardia, Flandria, Hannonia & Cameracensi ditione concluta, inde originem habere dicitur, quod *Isabella filia Balduini Hannoniæ & Flandriæ comitis* eam marito *Philippo II. Regi Franciæ* attulerit: unde *Ludovicus*, qui dein inter reges octavus eo nomine numeratus est, *primus Comes Artesiæ* dicitur: hinc ejus filius *Ludovicus IX.* fratri *Roberto* Comitatum concessit, à quo peculiaris *Artesiorum* linea: Eo genitus *Robertus* cognomento *bonus* 1302. moriens reliquit filiam *Mathildam Othelini* I. *Othonis Com. Burgundiæ* uxorem, & ex filio Philippo præmortuo nepotem *Robertum*. Cum inter hos contentio esset, pro *Mathilde* judicatum est, quod in Artesia *jus repræsentationis* locum non haberet. Restitit quantum potuit *Robertus*, sed causa cecidit 1309. 1318. Ab eo verò, cum ad Anglos se recepisset, & contra patriam illos incitasset, gravia regno illata damna. Cæterum Mathildis & Othonis conjugio nota est *Ioanna* heres comitatuum, uxor *Philippi V.* cogn. Longi R. Franciæ. His genitæ *Ioanna* uxor *Eudis IV. D. Burgundiæ*, unde filius & nepos, quorum utrique *Philippi* nomen, Artesiæ comitatum tenuere, & *Margareta*, *Ludovici C. Flandriæ* uxor, ad quam Joannæ posteritate extinctâ hereditas delapsa est. E Flandrica familia cum aliis hic quoque comitatus ad *Burgundos* delatus est. Cæterum *Clivii* jus hujus laterculi gestandi, & ob illam *Margaretam Flandricam* Artesiæ Comitem, *Philippi Burgundi C. Nivernii* matrem, & ob hujus conjugem *Bonam* f. *Philippi Artesii*, *Com. Eusiani*, Conestabilis Franciæ, Caroli Artesii gentis ultimi sororem obtigit.

Brabantia. Prætensio in eam Gonzagarum.

§. XXII. *Brabanticus leo* proximum locum obtinet: In hunc *Ludovicus Gonzaga* uxoris nomine adhuc 1581. jus suum scripto, quod *Ioannes Chandonus Matisconensis* composuit, publicavit: cujus rationes ita in compendium contrahit *Thuanus* L. 74. p. 707. 708. *Philippum audacem vulgo dictum Ioannis regis, qui in Anglia decessit, quartum numero filium patris beneficio Burgundiæ, quæ Philippi Burgundionis morte regi obvenerat, anno* CIↃ CCCLXI. *ducem creatum; postea Caroli V. fratris favore subnixum etiam Margaritam Ludovici III. Flandriæ Comitis & Margaritæ Brabantinæ, quæ Ioanna amita principatuum Brabantiæ, Limburgi, & Antverpiæ Domina unica heres erat, filiam, ac proinde ferè universi Belgii heredem in uxorem duxisse, nuptiis summa magnificentia ac lætitia Gandavi anno octavo post,* XIII. *Kal. Quintil. celebratis; quo ex conjugio tres filii nati sint, Ioannes, Antonius, & Philippus. Sic autem amplissimam eam hæreditatem postea inter filios ex utriusque parentis voluntate divisam esse, ut Ioannes grandior natu ditiones omnes à Ludovico III. avo profectas cum paternis principatibus acciperet; Brabantiæ, Limburgi, Lothericii & Antverpiæ principatus Antonio alteri filio cederent, ita ut si sine liberis masculis decederet, fidecommissi jure ad Philippum fratrem devolverentur, ea de re Bruxellis instrumentum publicum confectum fuisse* III. *Kal.*

Kal. Octobr. anni CIↃ CCCCI. *poſtea auctoritate Ordinum accedente roboratum. Ab Ioanne autem illo Burgundiæ duces propagatos; dein Mariam Caroli ultimi Burgundiaducis F. Maximiliano Auſtrio nupſiſſe, ex quo Philippus natus ſit, Caroli V. & Ferdinandi Cæſarum parens, & Philippi, qui nunc rerum potitur, avus. At Antonio poſtea & Ioanne ac Philippo ejus filiis ſine maſcula prole defunctis, Philippum Antonii fratrem ex utriusque parentis voluntate ſucceſſiſſe, & Carolum ac Ioannem filios reliquiſſe; Carolo autem ſine liberis mortuo, rem omnem ad Ioannem deveniſſe, eique jus in controverſis illis principatibus regio decreto adjudicatum fuiſſe. Sed poſtea bello à Carolo Burgundiæ duce gentili ſuo captum juri illi, ut libertatem reciperaret, renunciaſſe, facta prius* XI. *Kal. April. anni* CIↃ CCCCLXV. *à Ioanne Bertoldo regii ſigilli cuſtode & ipſi Ioanni ab epiſtolis proteſtatione, quam & auctoritate ſua Ludovicus XI. biennio poſt confirmavit, confecto ea de re Lutetiæ & ad Senatum Pariſienſem miſſo diplomate* XVII. *Kal. Iunias. Ioannem poſtremo illum duas filias reliquiſſe, Eliſabetham, quæ Ioanni Clivio, Carlotam, quæ Ioanni Labretano Orvallo nupſerunt, inde ortas eſſe graviſſimas inter ſorores earumque liberos controverſias, quæ tandem felici matrimonio compoſitæ ſunt, Maria Carlotæ filia cum Carolo Clivio Engelberti filio, & Ioannis Clivii & Eliſabethæ Burgundæ nepote matrimonio conjuncta; ex quo Franciſcus, & ex Franciſco & Margarita Borbonia Antonii regis Navarræ ſorore, Franciſcus Nivernius, Iacobus, Henrieta Ludovici Gonzagæ uxor, Catharina, quæ Henrico Lotaringo Guiſiæ duci, & Maria, quæ Henrico Borbonio Condæo nupſerunt, natæ ſint. Franciſco demum & Iacobo ſine liberis defunctis, jus omne ad Henrietam grandiorem natu filiam deveniſſe, cui quamquam Ioannes captivus renunciaverit, proteſtatione tamen à* Bertoldo facta integra omnia manſiſſe; nec Madritiana pacificatione, cum Franciſcus I. ſupremo Flandriæ dominio renunciavit, quidquam in præjudicium tertii decerni potuiſſe. *Curaſſe quidem Carolum V. ut acta litis, quæ in Senatu Pariſienſi erant, Mechliniam, ubi ſupremum Flandriæ tribunal inſtituerat, deferrentur. Sed exempla prudenti Senatus auctoritate confecta, & in archivis Curiæ ad faciendam poſteris fidem cautè depoſita fuiſſe.* Hujus juris perſecutionem poſt illa tempora non legi: memoria autem in clypeo illa reſtat.

§. XXIII. Jam *Burgundicum* Βεῖγμα ſequitur: cujus jus & ab *Eliſabetha herede Nivernii*, uxore Joannis D. Cliviæ, & à *Maria* ejusdem Joannis matre, repeti poteſt, quarum utraque Burgundicæ proſapiæ fuit, illa etiam lineæ unius heres. Burgundica ceſſeta.

§. XXIV. *Retelana* raſtella penultimum occupant locum, cæterum Comites *Retelenſes* l. *Regiſtetenſes* (à Retelio Campaniæ) ex *Ercibaldo* Comite 920. cæſo deducuntur. In hujus poſteris *Balduinus de Burgo* dictus regnum *Hieroſolymitanum* tenuit, & per filiam *Meliſendim Fulconis Andini* conjugem ad illam tranſmiſit ſtirpem: ejus autem (*Balduini*) ſoror *Mathildis* heres *Retelii Odoni Caſtellano Vitriaci* nupſit (quem *Andr. du Cheſne* luculentus gentis Caſtilionæ ad Matronam ſcriptor, ex ea deſcendiſſe autumat) & *Iterii* ſ. *Guiterii Comitis Retelii* mater fuit: à quo deinceps Comites reliqui deſcenderunt: quorum ulrimus *Hugo V.* filiam genuit *Ioannam Ludovici Flandri C. Nivernenſis*, uti §. 17. diximus, conjugem. Ab hac gente ad *Burgundos* & *Clivios* ac demum *Gonzagas* delatus eſt comitatus, cui 1464. 30. Jul. *Pariatus* dignitatem Ludovicus XI. conceſſit, quæ 1573. confirmata eſt. Dein verò Henricus III. 1581. *Ducatus* & *Pariatus* axioma adjecit. Reteliæ. Ejus ſucceſſio.

§. XXV. Extrema areolarum ordinem claudit *Albretana*, & quidem cum ſubdiſtinctione *Orvallenſi*. De qua iſta. *Carolus II. Albretanus* filios inter alios habuit *Ioannem* reliquorum ſatorem, & *Arnaldum Amanieum Dn. Orvallenſem*, quo genitus eſt *Ioannes*. Huic nupſit *Carola Ioannis Burgundi Nivernenſis* filia, *Eliſabetha* quæ uxor *Ioannis Clivia* Ducis fuit ſoror. Quamvis ergò Eliſabetha natu major eſſet, & filius ejus Engelbertus, ut ſucceſſionis capax fieret, naturaliſatus eſſet 1486. *Carola* tamen hunc utpote peregrinum adeoque hereditatis in Francia non capacem, excludere conata eſt. Inde longæ lites: quæ demum matrimoniis terminatæ, cum *Helena* & *Maria Ioannis* atque *Carola* filiæ *Ludovico* & *Carolo Clivio* deſponſarentur, quarum tamen illa ante nuptias deceſſit, hæc Franciſci Clivii Nivernenſis Ducis mater fuit, Henricæ avia. Albretana domus. Succeſſio Nivernenſis in ea.

§. XXVI. Toti huic quadræ quod imponitur ſcutulum medium *Alenſonium* eſt, cujus rationem ab Henricæ avia materna *Franciſca Alenſonia* repeto, quæ Renati Alenſonium.

Ducis Alenſonii filia, Caroli ultimi Ducis ſoror fuit. Si Monferratenſi quadræ impoſita fuiſſet hæc parmula, notari potuiſſet Franciſcæ ſoror *Anna* uxor *Guilelmi March. Montiſerrati*, Margaretæ heredis, quæ Friderico Gonzagæ nupſit, mater. Porro gens hæc Alenſonia ex *Carolo* Philippi VI. Regis germano deſcendit; unde regia ſed cum diſcerniculo lilia.

Apex. §. XXVII. Huic ſcuto imponitur galea coronata, cum apice *aquilæ exorientis nigræ*. Ita & *Chifflet. Inſign. Eq. A. V. n.* 174. talem aquilam exorientem furvam, *auro roſtratam* exhibet. Alii (ut *Meneſtr. verit. art du blaſ. c.* 16. *p.* 207. *Brianvill. jeu d'arm. p.* 82. 83.) apicem aſſignant *montem Olympum*, ſuper quo *altare* cum verbo FIDES, & ad pedem montis Græcis literis vox ΟΛΥΜΠΟΣ. Priori ſententiæ favent figuræ ſcuti, huic ſtudium Gonzagarum in montem Olympum, ut ad Carolovillam (Charleville) excitatam munitionem *Montolympe* appellarent.

Telamones. §. XXVIII. Telamones adduntur hinc *aquila nigra Mantuana*, hinc *Cliviorum cygnus candidus* collo inſertam auream coronam geſtans. Tum torques ordinis *S. Sacramenti* (de quo P. I. c. 7. § 87.) circumdatur ſcuto.

Torques ordinis S. Sacramenti.

Alia diſpoſitio ex Varennio. §. XXIX. Vidimus clypeum à *Sammarthano* deſcriptum: paulo alia eſt diſpoſitio apud *Varren. R. d'arm. p.* 147. Ubi incumbente toti parmula *Alenſonia* quadripertiti ſcuti primam quadram *Mantuana* διγμασι, alteram *Clivium*, *Marcanum*, *Arteſium* & *Brabantinum* diſpoſitione quadripertitâ, tertiam *Burgundicam*, *Retelenſe* & *Albreto Orvallium*, quartum illa occupant quæ ex Monferratenſi ſucceſſione aſſumta ſunt, videlicet *Palæologo*, *Hieroſolymitano*, *Aragonio*, *Saxonico*, *Barrenſi*, *Conſtantinopolitano*, laterculis impoſitum ipſum *Monferratenſe* ſignum.

Ex Gelioto. §. XXX. *Louv. Gelot. indic. armor. p.* 306. 307. illam *Ludovico Gonzagæ Nivernio* aſſignat diſpoſitionem, ut toti incumbente ſcutulo *Alenſonio* quadra ſecunda & tertia planè cum iſta eadem ſit, quam expoſuimus: In primam autem reponit *Mantuanam* crucem cum aquilis & ſcutulo *Lombardicum* & *Gonzageum* ſymbola complectente: in ultimam demum rejicit, quicquid ad *Montiſerratenſem* ſucceſſionem ſpectat ea ſerie, quam § *præced.* expreſſimus. Idem *p.* 332. *Franciſci Clivii Nivernenſis* ſcutum quadrifariam ſecat: ut in primo & quarto quadrante quadratim diſpoſitæ areolæ *Clivia*, *Marcana*, *Arteſia* & *Brabantina* conſpiciantur, in ſecundo & tertio tranſverſim ſectis ſuperius *Burgundo-Nivernium*, inferius *Albreto-Orvallium* ſymbolum jungantur. Burgundo-Nivernium dicimus quadripertitum ex Burgundico & Retelio διγμασι.

Aliarum linearum ſcuta. §. XXXI. Quod *alias lineas* familiæ attinet, omnes differentias ſcutorum enarrare vix auſim: Plerisque tamen illud uſuvenire credo, quod *Johan. Jac. Chifletius* tribuit *Ferdinando Gonzagæ Duci Ariani*, *principi Molfetæ*, iterum alii ejus nepoti, nec non *Franciſco Gonzagæ principi Caſtilionis. Inſign. Eq. A. V. n.* 174 283. 318. quod cruci aquilas comites habenti, *Mantuano* ſymbolo, imponit parmulam *Lombardiam* & *Gonzageam* gentem quadripartitim notantem. Imponit etiam ſcuto apicem cum *aquila exorente nigra*, *auro roſtrata*: item faſciam tortilem atque lacinias auro & nigro pictas.

Veſpaſiani Gonzagæ Columnę. §. XXXII. Alibi n. 256. *Veſpaſiano Gonzagæ Columnæ Duci Sabionettæ & Trajecti* attribuit clypeum in quadras diviſum, quarum prima & quarta *Mantuana* eſt, ſcutulo *Lombardiæ* & *Gonzagæ* ſymbolis quadripertito in corde impreſſa. Secunda & tertia *Columnia* ſ. *Colonnenſis*, hoc eſt, *coccinea columnâ argenteâ capitulo coronato & baſi aureis* ornata. Symbolis omnibus impoſita parmula cærulea voce LIBERTAS in obliquæ tæniæ dextræ modum literis aureis inſcripta: capite *Romani Imperii*. Apicem imponit pileum ducalem hermionicum, aurea corona radiata redimitum: & *laciniis* circumfundit ex *auro* & *cyano*. *Columnicum* διγμα Veſpaſianus geſtavit matre *Iſabellâ Veſpaſiani Columnæ* filia. Quod imponitur toti ſcutulum, nec Chiffletius expoſuit, nec ego conjecturâ aſſequi auſim.

CAPUT XXX.

Dux Gramontii.

ARGUMENTUM.

1. *Convenarum* ſ. *Comingii Comites. Eorum ſucceſſio.*
2. *Ex illis Domini Aura & Viceecomites Aſteria. Grammontani.*
3. *Scutum Mareſcalli, Grammontium ſymbolum.*
4. *Aſte-*

Digitized by Google

4. *Aſteria.*
5. *Aura Domini.*
6. *Thonlongeon. S. Cheron.*
7. *Comingia.*
8. *Apices.*
9. *Tituli.*

§. I.

Convenarum ſ. *Comingii Comites* in Aquitania Clariſſimi à *Bernardo* derivantur, quem 1130. vixiſſe conſtat; eo nati ſunt *Bernardus II.* Comes & *Guido*, illo *Bernardus III.* & *Rogerius* Comes *Palearum*, à quo *Conſarannorum* Vicecomitum proſapia, *Bernardo III.* uxor *Stephania* etiam *Bigerronum* comitatum attulerat, ſed non niſi *Petronellæ* filiæ mater, quæ heres quinquies nupſit, ex tertio marito *Guidone Montfortio Ælidis* parens, quâ *Eſquibatus ultimus Comes* & *Laura Raimundi VI. Vicecom. Turenniæ* uxor à fratre heres inſtituta, ſed comitatum reginæ adjudicatum videre coacta, geniti ſunt. *Bernardi III.* tertia uxor *Bernardum IV.* genuit comitem, hic *quintum.* Bernardo V. nati iterum *Bernardus VI.* & *Petrus Raymundus* Vicecomes *Serreriæ*, qui dein fratris filiabus comitatum eripere & ſibi arrogare laboravit: Demum earum una *Joannæ* finiendæ controverſiæ ipſius filio *Petro Raymundo II.* nupſit. Eo genitæ *Eleonoræ* & *Margaritæ* gentis heres, quæ à *Matthæo C. Foxio* tertio marito carceri incluſa à *Carolo VII.* rege liberata eſt, unde ei *Comitatum* donavit: quâ causâ etiam regi adjudicatus circa 1442. primi Tholoſani ſenatus ſententia. Convenarum ſ. Comingii Comites. Eorum ſucceſſio.

§. II. Bernardi I. filius *Guido Dominus Auræ* ſ. *d' Auſan* fuit à *Bertranda* conjuge. A quibus deſcendunt duæ lineæ; altera *Dominorum Auræ*, cognomine *de la Batte*, quorum hereditas à *Bruniſenda* allatâ eſt marito *Bertrando Fumello*, cujus pronepos Joannes iſtam etiam gentem clauſit, heredemque *Armeniacenſem* Comitem habuit: Ex altera *Sancius Garſiæ* ab uxore *Agnete Vicecomitatum Aſteriæ* nactus eſt, & reliquos proſevit Vicecomites. Ex his *Menaldus Claram* ſororem & heredem *Joannis*, Domini *Acrimontani* ſ. *Grammontani* duxit, & novum cognomen ſtirpi attulit, nam ex eo prioris *d' Aure* locum *Grammontanum* occupavit. Fuit enim *Grammontanorum* tam celebre nomen & in regno Navarreno autoritas; ut hoc in duas factiones diviſo, altera *Bellomontiorum*, quibus à Ludovici Navarreni ſ. Eburovicenſis Comitis Bellomontii poſteris appellatio indita, altera *Grammontiorum* eſſet. Menaldo *Antonius*, hoc *Philibertus*, Philiberto iterum *Antonius* natus eſt, parens *Antonii*, hâc ætate celebertimi bellicis expeditionibus & legationibus Galliæ *Mareſcalli*, cujus nunc ſcutum conſiderabimus. Ex illis Dn. Auræ & Vicecomites Aſteriæ. Grammontani.

§. III. Scutum quadripertitum primâ areâ *aureâ cæruleum* defert *leonem*, *linguâ & falculis aureis*: quod geſtamen eſt *Grammontanorum* ipſorum; quorum jus & nomen 1534. matrimonio *Claræ* ad Aſterios delapſa. Scutum Mareſcalli Grammontium ſymbolum

§. IV. Secundus & tertius latereulus *rubei tres palorum ſitu deorſum verſas ſagittas aureas ſpiculis & pennis argenteis* continet. Hæc teſſera eſt ipſius *Aſteriæ* familiæ, ex qua per mares moderni deſcendunt ad *Agnetem* usque, quæ Vicecomitatum attulerat *Auranæ* genti. Aſteria.

§. V. Quadra ultima *aurea* imprimitur *cane venatico rubeo, nigrâ armillâ* ornato, *margine ſcutario ejusdem coloris, octo byzantinis numis aureis* inſtructo. Hoc δτ[illegible]γμα eſt *Aura* ſ. *Auſan* dynaſtiæ, cujus ex hac gente hereditatem ad *Fumellos*, inde ad *Armeniacenſes* translatam dixi. Auræ Domini. Thoulongeon S.

§. VI. Toti imponitur alia parmula quadripertita, cujus 1. & 4. latereulus *rubei ternas faſciας undoſas argenteas*, 2. & 3. *rubei tres gemellas argenteas* deferunt. Illo *Thoulongeon*, hoc *S. Cheron* notatur. Quod illud attinet, *Joanna de Thoulongeon* filia *Claudii E. A. V.* uxor fuit *Renati Domini de Clermont*, & inter alios filium habuit *Claudium*, cui maternum additum eſt cognomen, & filia fuit *Carola de Clermont & Thoulongeon*, ter uxor ſed ſterilis. Hæc heredem habuit patruelem *Helenam* filiam *Franciſci de Clermont, Dn. de Traves*, conjugem *Antonii Aurani Dn. de Grammont*, quem eâ lege obſtrinxit, ut arma Thoulongeonia adderentur reliquis.

§. VII. Alibi (*in Nic. Beſogn. Eſt. de Fr. ann.* 1661. *p.* 269.) vidi loco iſtius parmulæ mediæ, aliam ſubſtitutam nimirum *Comingiam*: quæ eſt *argentea rubea cruce pedata impreſſa*: vel (ut alii figuram enunciare amant) *rubea quatuor vulnerum cicatricibus* (*otelles* Galli vocant, Græce ὀπταλ,) *argenteis* impreſſa; quam ſententiam confirmat *Cl. Franc. Meneſtr. L'art du blaſ. juſtif. c.* 6 *p.* 130. *ſeq.* Ratio hujus parmulæ evidens eſt, quia Auranam familiam ex *Comingia* deſcendiſſe ſupra patuit. Comingia.

Digitized by Google

Apices. §. VIII. Galeæ imponuntur ſcuto tres, è quarum media *leo* proſilit *aureus*: dextra ſuſtinet *canem venaticum* prodeuntem *nigrum*, lævæ imponuntur *tres ſcutariæ ſagittæ*. Laciniæ autem dependent aureæ & cyaneæ.

Tituli. §. IX. Titulus ille eſt: *Dux Grammontii, Par & Mareſcallus Franciæ, Supremus Dominus Bidaſſoæ,* (Bidache) *Comes Guichiæ, & Louvigneri, Baro de Hagemeau*, &c. *Ducalis* dignitas Grammontio comitatui collata eſt amore Antonii, qui moderni parens fuit, à Ludovico XIII. ſub regni finem, in curia tamen illa erectio nondum rathibita fuerat. Unde Rex præſens de novo contulit eandem dignitatem. *Mareſcalli* nota peculiaris ſunt ſcipiones liliati, quos adjicit ſcuto. *Bidaſſa* ad Vidoſum amnem infra Pelagii fanum in Vaſconia citeriori ſ. Baſcis (Baſque) ſita ſupremo jure ab hac familia tenetur. Comitatum *Louvigner* Philiberto Mareſcalli avo attulit uxor *Diana* ſ. *Coriſanda* filia *Pauli d'Andoins*,, quam ei ob merita in ſe Joanna Regina Navarræ deſpondit. Alia officia & munia tranſeo. Titulus *C. de Thoulongeon* eſt penes filium Antonii ex ſecunda conjuge, *Henricum*, qui conſanguineus frater Mareſcalli eſt.

Caput XXXI.

Guevaræ, Com. de Onnate.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Comitatus Ognate.*
2. *Guevara.*
3. *Mendoza.*
4. *Apex.*

§. I.

Familia. Comitatus Ognate. Guevara. *Guevaria* gentis in Hiſpania variæ poſſeſſiones ſunt, primaria verò *Comitatus d'Ognate* ſ. *Onnate* in *Guipuſcoa*, cujus nomine *Grandibus Hiſpaniæ* accenſentur beneficio Henrici IV. regis, quo 1469. *Inicum Velez de Guevara Ladron* ornavit.

§. II. Scutum hujus Comitis apud *Chifflet. Eq. A.V. n.* 48. videre eſt quadripertitum, ut 1. & 4. quadrans *aureus ternas obliquas dextras furvas tanias totidem* aliis *argenteis tribus pontici muris maculis nigris impreſſis* exaratas referat. *Alfonſ. Lopez de Haro* L. 5. *nobil. d'Eſpagn. c.* 16, aliter enunciat: *Campo de oro tres bandas de plata con viroles roxas yen cada dellas arminnos negros.* Iſta teſſera eſt *Guevaria* gentilis.

Mendoza. §. III. Secunda & tertia area *coccineæ* 5. *folia populnea argentea in decuſſim collocata* refert ob affinitatem *Mendoziam.*

Apex. §. IV. Galea torque ſpirali è pavoninis pennis ornatur, & ex ea eminet *pes leoninus aureus cocco falcatus in auro miniata flamma* conſtitutus. *Lacinia* ex auro ſunt & cocco. Quod ſi ſit, *Haro* rubeos, quam *Ghiffletius* nigros, baltheos rectius dixerit. *Sammarth.* autem lacinias aureas, nigras, argenteas & rubeas facit.

Caput XXXII.

Domus Guzmannia.

ARGUMENTUM.

1. *Guzmanni.*
2. *Ducis Medinæ Sidoniæ ſcutum.*
3. *Apex.*
4. *Dux de Medina de las Torres.*
5. *Princeps de Stiliano.*
6. *Aliæ lineæ.*

§. I.

Guzmanni. *Guzmanniorum* in Hiſpania celeberrimum nomen eſt, & tot convenit lineis, ut communem non repererim patrem. Princeps verò familiæ eſt Dux *Medinæ Sidoniæ* in Bætica.

Ducis Medinæ Sidoniæ ſcutum. §. II. Hujus ſcutum *Chifflet. Eq. A.V. num.* 245. ita deſcribit: *In ſcuto caruleo binæ olle in palum diſpoſitæ, ſeptem transverſis taniolis incurvis impreſſæ, quatuor duplici ductu auri & minii teſſellatis, tribus aliis argenteis: anſis, limbis & ſerperaſtris quinque pari modo teſſellatis, duobus introrſum, tribus extrorſum ad anſarum aures erumpentibus*, quod *Guſmanniorum* proprium geſtamen eſt. Scuti vero limbus *Caſtellano* & *Legionenſi* ſymbolis 14. repetitis compoſitus & angulatus viſitur. Rationem hujus limbi repeto à *Beatrice Henrici II.* per naturam filia, quæ marito *Ioanni Alfonſo* comitatum *Niebla* attulit,

Digitized by Google

attulit, & alterius *Ioannis*, Ducatus *Medinæ Sidoniæ* ab Henrico IV. dignitate ornati, avia fuit.

§. III. Scuto incumbit galea coronata, ex hac verò eminet *turris aurea valvis cæruleis*; in cujus cacumine *dimidiatus homo, galea & lorica aureis, manicis coccineis, strictum pugionem auro instructum cuspide tenens & inclinato corpore deorsum vibrans.* Laciniæ dependent ex auro & minio. Apex.

§. IV. Dux de *Medina de las Torres* apud *Sammarth. l' Eſt. de l' Eſp.* p. 64. ſcutum duabus lineis diagonalibus diſtinguit, in ſummo & imo *Guzmannios lebetes* locans, lateribus verò argenteis *quinas maculas hermionicas* inſcribens. Apicem quoque & lacinias easdem ſervat. Dux de Medina de las Torres.

§. V. Ex his eſt *Nicolaus Maria* Princeps de *Stigliano*. *Dux de Sablonetta & de Medina de las Torres*, cui *Sammrth.* pag. 141. ſcutum attribuit bipertitum, cujus latus dextrum *Guzmannium* geſtamen, quale n. 2. pingitur continet; ſiniſtrum tranſversâ lineâ in duas partes ſecatur, ſuperiori parte denuo bipertitâ, ut hinc in minio *tres argenteæ faſciæ*, iſthinc *alterna faſciæ aureæ & nigræ* compareant: quorum illud *Carafarum*, hoc *Gonzagarum* eſt ſymbolum: Inferior autem pars in quatuor ſecta palos, illis *Caſtellanum*, ſubjecto *Legionenſi*, *Aragonium*, *Aragonio-Siculum*, & *Columnium* ſymbola repræſentat. Toti impoſito ſcutulo *Aldobrandino*, quod eſt *cæruleum* inſcripto *baltheo ſiniſtro aureo alternis utrinque pinnis aſperato*, comitibus ex utroque latere *ternis ejusdem metalli ſtellis*. *Carafarum* & *Gonzagarum* faſciæ aſſumtæ ſunt ab *Anna Caraſa* matre *Nicolai Mariæ* Ducis, filia *Ludovici Caraſæ princ. Stiliani*, & *Iſabellæ Gonzagæ*, *Veſpaſiano Gonzaga Duce Sablonetæ natæ*. *Aragonia* quoque geſtamina videntur ab hujus Veſpaſiani uxore *Anna Aragonia* repetenda. *Columnius* laterculus certo aſcitus eſt ob *Iſabellam Columniam* Veſpaſiani matrem, cujus mater fuit *Beatrix Aragonia Apiana*. *Aldobrandina* parmulæ cauſam non capio. Princeps de Stilianno.

§. VI. *Comites de Orgaz* & *M. de Algava limbum* ſcuto Guſmannio circumdant ex *argento, octo maculis muris Pontici* notatum. Comites de *Teba* cum Duce Medinæ Sidoniæ conveniunt, niſi quod *limbum* non adjiciunt. Marchiones de *Ayamonte* omiſſis maculis hermionicis ahena & limbum Caſtaello Legionenſem ſervant, & *Zunigenſe* geſtamen adjiciunt: ſed illi potius ex *Sotomajoria & Zunigenſi* gente derivantur, Guſmannio tantum connubii jure aſcito nomine. Aliæ lineæ.

CAPUT XXXIII.

Harlæi de Chanvalon.

ARGUMENTUM.

1. *Gens Harlæa. Lineæ.*
2. *Chanvalonii. Pariſienſis Archiepiſcopus. Majores Catharina Marcanæ.*
3. *Symbola Harlæum. Marcanum, Brezeum. Crojum Francicum. Sarapontanum. Amboſium Palatio-Bavaricum. Pictavienſ.*
4. *Ornamenta ſcuti.*

§. I.

GEns *Harlæa* inter Illuſtres togatas in Galliis ex præcipuis eſt. Originem ſuam refert ad *Stephanum Dominum de Harlay*, cujus ſub annum 1250. memoria eſt. Ejus pronepoti *Philiberto Baroniam* ſuam in Burgundia ademit Joannes Dux, quod regi Franciæ contra ipſum adſtitiſſet. Philiberti abnepos fuit *Ludovicus*, qui 1544. vivis exceſſit, ex tribus filiis totidem linearum autor. Ex *Chriſtophoro* Comites *Bellomontii* (de Beaumont) ex *Roberto* Domini *Sancæi* & *Barones Montglatenſes*, ex *Ludovico* præter *Ceſios Chanvalonii* ſati ſunt, qui cum *Bellomontiis* ſuperant. Gens Harlæa. Lineæ.

§. II. Quæ *Bellomontiorum* ſcuti diſpoſitio ſit, an fortè modo Harlæo ſymbolo contenti ſint, ignoro. Ex *Chanvalonius* moderni *Pariſienſis Archiepiſcopi Franciſci Harlæi* ſcutum refert *Sammarthan. L'eſt de la Franc. L. 2. cap. 1. pag. 69. 70.* Quod tamen vix rectè intellexerimus, niſi majores aviæ paternæ Franciſci *Catharinæ Marcanæ*, *Iacobi Harlæi Chanvalonii uxoris* ante oculos habeamus. Fuerunt ergo illi. Chanvalonii. Pariſienſis Archiep. Majores Catharinæ Marcanæ.

Catharina

- Catharina Mercan, uxor Jacobi Harlæi
  - Robertus de Marca D. Bullionii.
    - Robertus de Marca D. Bullionii.
      - Robertus de Marca, D. Bullionii.
        - Robertus de Marca Dux Bullionii.
        - Joanna de Marlay, Dom. de Florengis.
      - Catharina de Croy.
        - Philippus de Croy, Bar. de Quieuvrain.
        - Walpurgis Mærſia ex Anna Bavaro-Palatina.
    - Guilelma Saræpontana.
      - Robertus Saræpont. C. de Braine.
        - Amedæus de Sarbruck Com. de Braine.
        - Guilelma Lucenburgica.
      - Maria Amboſia.
        - Carolus d'Amboiſe, Dn. de Chaumont.
        - Catharina de Chauvigny.
  - Franciſca de Brezé
    - Ludov. Dn. de Breze C. de Mauleuvrier.
      - Jacobus, Dom. de Breze, Com. de Mauleuvrier.
      - Carola f. naturalis Caroli VII. R. Franciæ.
    - Diana Pictavienſis.
      - Joannes de Poictiers, Dn. de S. Valier.
      - Franciſca, f. Imberti de Baſtarnay C. du Bouchage.

§. III. Prænotatis his illam clypei diſpoſitionem noveris, ut una tranſversa linea, & tres perpendiculares eum in octo areolas diſtinguant, quibus nona vel ſi ita velis prima in peculiari parmula ſectionibus incubante accedit. Hanc parmulam quod concernit, *argentea eſt duplici palo nigro* diſtincta. Hæc *Harlæorum* teſſera communis & gentilitia eſt. Quod reliquas attinet, primi ordinis prima *aurea* eſt & *faſciam* continet *teſſellatam, teſſellarum argentearum & coccinearum triplici ſerie:* quo emblemate familia *Marcana* deſignatur, quæ Catharinæ aviæ Harlæi fuit Secunda area *cærulea intra peribolum auream ſcutulum argenteum, comitibus extra peribolum octo aureis cruciculis* refert: quod ſymbolum eſt *Brezæa* gentis, ex qua Catharinæ matrem vidimus. Tertia *argentea tribus faſciis coccineis* exaratur, *Crojæ* familiæ geſignandæ: uti alibi docemus. Extrema ſupremi ordinis *Francica* lilia ſed inducta *tænia coccinea* repræſentat. Sammarthanus dicto loco *Borboniam* ſtirpem notari credit: verum deſignatio progonologica aliud docet, nimirum ob *Carolum*, quæ per naturam *Caroli VII.* Regis filia & Catharinæ proavia materna fuit, hoc inſertum eſſe. Laterculorum inferiorem ordinem quod concernit: Primus ordine *cæruleus cruciculis recruciatis & in imo ſpiculatus aureis conſitus leonem argenteum auro coronatum* refert. Hoc δῆγμα eſt gentis *Saræpontanæ*, ut in Naſſovio ſcuto apparebit, Sammarthanus explicat *Sarebruche Comercy*. Et quidem avia Catharina fuit ex Commercio Saræpontanorum ramo, qui à *Simone* deſcendit, *Ioannis Comitis*, cujus filia Naſſoviis dotalem comitatum avitum attulit, fratre. Non tamen illi ramo hoc ſymbolum peculiare fuit, ſed univerſæ familiæ, quod ex eo apparet, cum non aliud δῆγμα *Ioannæ Saræpontanæ* heres Naſſoviæ familiæ intulerit. Si in eo diſcrimen quæras, quod figura cruciculorum in Naſſoviâ parmâ alia appareat, ſcias & Germanos in figura illa repræſentanda minus fuiſſe ſolicitos, & *brachiatas* atque *ſpiculatas* alibi etiam noſtris eas pingi: quod ſuo loco monebimus. In eo ſolo diſcrimen agnoſco, quod Naſſovii cruciculas *argento*, Galli meliori metallo tingunt, quod ſi diſcerniculi cauſa factum probetur, non repugnabo. Proximus *alternis aureis & coccineis palis* exaratur, deſignandæ familiæ *Amboſiæ*, ex qua ſatis Illuſtri Guilelmæ Saræpontanæ mater oriunda fuit. Proximus quadripertitus *leonem aureum in nigro ſolo, & virgatas argento & cæruleo quadras*, ſymbola *Palatinum* & *Bavaricum* exhibet. Hæc in gratiam aſſumta Annæ Palatinæ, quæ Stephani Com. Palatini & Bavariæ Ducis filia, *Vincentii C. Mærſii* uxor atque *Walpurgis*, quæ Catharinæ abavia numeratur, mater fuit. Extremus laterculus *cæruleus ſex (3. 2. 1.) numos Byzantinos argenteos* exhibet, *capite ſcutario ex altero metallo ſuprapoſito*. Nota eſt familiæ *Pictavienſis*, *Dominorum S. Valerii* in Delfinatu. Unde quod in Sammarthano de *Melodunia* familia (Melun) additur, expungendum fuerit. Geſtatur hæc quadra ob *Dianam Pictavienſem* Catharinæ aviam maternam.

Symbola Harlæum.

Marcanum. Brezæum.

Crojum. Franciſcum.

Saræpontanum.

Amboſium

Palatino-Bavaricum.

Pictavienſe.

Digitized by Google

maternam. Ex his intelligas modum Gallorum, ſcuta affinitatum concinnandi, qui noſtris inſolens eſt.

§. IV. Ille clypeus fuit. Ornamenta adduntur ob *Archiepiſcopalem* dignitatem, præter tæniam cæruleam, ex qua ordinis S. Spiritus cimelion pendet, cum ex *equitum* numero hic Archiepiſcopus ſit, *pileus viridis*, dependentibus utrinque nodatis funiculis, & poſt clypeum collocata crux trifoliata vel liliata. Ornamenta ſcuti.

CAPUT XXXIV.
Com. ab Harrach.

ARGUMENTUM.

1 *Familia Linea.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*

§. I.

ILluſtriſſimorum Comitum ab *Harrach* origo eſt ex Bohemia, dictorum à veteri caſtro, cujus rudera prope Crumaviam Bohemiæ ſuperant, *Harrach.* Inde tranſiêre in ſuperiorem, demum interiorem Auſtriam, ſuntque *Auſtriæ hereditarii Archippocomi* ſ. ſtabulo præfecti. (apud Chifflet. *Mareſcallus* vocatur, quod erroneum autumo) Primus qui Auſtriæ immigravit, fuit teſte *Bucelino Germ. Stemmatogr. P.2. K.2. Prybislaus*, qui 1289. vita exceſſit. Pronepos ejus *Bernardus* ex *Leonardo*, *Alberto*, *Ioanne*, *Oſwaldo* filiis novas dedit lineas, quarum hæ de *Goggitſch* cognominatæ, & quidem quæ à *Ioanne* orta, in quartam generationem duravit. A *Leonardo* deſcendit linea, quæ nunc etiam ſuperat, in qua ſex Leonardi ſucceſſione à parente in filium ſe excepere. In quibus quartus *Baronis* exornatus eſt titulo, & inter *aurei velleris equites* allectus (vid. *Chifflet.* n. 268.) Leonardi VI. frater Carolus comitis axioma obtinuit, pater plurium liberorum, ex quibus Erneſtus Adelbertus Archiepiſcopus Pragenſis & Cardinalis fuit. Familia. Lineæ.

§ II. Scuto utitur familia ſimplici ex antiquitatis more. *Chifflet. l. c.* ita enunciat. *In ſcuto miniato tres pennæ Struthio incameli argenteæ in literam Pythagoricã diſpoſitæ, tubulis coëuntes, in corde ſcuti aureo byzantio numiſmate impreſſo.* Germ. Drey weiſſe Straußfedern in einem gelben apffel oder kugel / die angelweiſe von einander ſtehen / im rothen feld. conf. Wapenb. 1. p. 20. Scutum.

§. III. Parmæ inſiſtunt duæ galeæ cotonatæ: ex priori expanditur alarubea cum typo ſcuti, altera duo cornua bubalina (aliis vocantur proboſcides elephanti, Elephanten-ſchnautzen/) cum ſenis utrinque Struthionicis plumis candidis. Priori circumfunduntur laciniæ ex argento & cocco, alteri nigræ & aureæ. Olim non niſi unius galeæ uſus erat, nempe prioris. Sed 1501. Leonardus duabus uſus reperitur. Apex.

CAPUT XXXV.
Com. ab Helfenſtein.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Comites ad Vilſam. Ex comitibus Dilingenſibus.*
2. *Lineæ Meſkirchia. Wieſenſteigia.*
3. *Scutum.*
4. *Helfenſtein. Comitatus Ulmenſibus venditus.*
5. 6 *Gundelfingia dynaſtia.*
7. *Wildenſtein Dominium, Cimbrici ſ. Zimmerenſes Comites.*
8. *Gomegnies.*
9. *Apex.*
10. *Titulus.*
11. *Succeſſio Helfenſteiniarum ditionum.*

§. I.

QUI à caſtro *Helfenſtein* cognomen noſtro adhuc tempore geſſere, Illuſtriſſimi comites *Helfenſteinii*, à nonnullis vetuſto tempore *Comites ad Vilſam*, Grafen an der Vilß / dicti perhibentur. Et aliquorum ſententia ex vetuſtis *Dilingæ* comitibus orti ſunt. Nam *Burchardus* Hugobaldi Com. Dilingenſis filius, *Vldarici Epiſcopi Auguſtani* frater, *Helfenſtein* caſtrum extruxiſſe memoratur. Illos verò Dilingenſes comites ex *Kyburgis* deduxit *Codex MS. veteris Bibliothecæ S. Vdalrici Auguſtæ.* Apud *Goldaſt. ſcript. rer. Alemann. Tom. I. ſub. finem.* Udalrici enim avus conſtituitur Familia. Comites ad Vilſam. Ex Comitibus Dilingenſibus.

Digitized by Google

Hartmannus I. Comes Kiburgius. Ita ea verò genealogia *Burchardus*, quem *Heringes* Helfensteiniorum fatorem facit, non comparet. *Gabr. Bucelinus* ad *Agilolfingos* Etchinoaldinos hos etiam refert, & dicit ortos esse ex *Ethicone* Warini filio, Isenbardi & 12. Welforum patruo.

Lineæ Meiskirchia. Wisensteigia.

§. II. Deductio gentis, quantum mihi constat, plena non extat, certum tamen est, eam semper Illustri splendore fulsisse, & affinitatibus dignis eundem illibatum conservasse. In *Vlrici*, qui *Catharinam Sonnebergiam* uxorem habuit, filiis superiori seculo in duas lineas divisa est familia. Nam à *Georgio Meßkirchia*, ab *Vlrico* Wiesensteigia est. Illa in nepote *Georgio Wilhelmo* 1626. hæc quod masculos sequenti anno etiam in nepote Ulrici *Rudolfo* defecit.

Scutum.

§. III. Scutum, quo usa fuit superiori seculo familia, extat in Wapenb. I. pag. 16. ut 1. & 4. quadra *Helfensteiniam*, 2. & 3. *Gundelfingensem* tesseram repeterent. Postea verò auctius scutum fuit, quod post parentem ab Illustrissima Maria Joanna Helfensteinia, vidua Palatina, usurpatum vidi, cujus hic typum exhibemus. In quo prima areola & ultima Helfensteiniam, tesseram continet, secunda & tertia novâ partitione Gundelfingiam & Wildensteiniam, novâ tandem parmulâ toti clypeo impositâ.

Helfenstein Comitatus.

§. IV *Helfensteinium* proptium gestamen fuit in area *coccinea linea aurea* (perperam monticulus à Sibmachero pingitur) insistens *argenteus elephas*: nigro colore dentes & pedes ejus tingit, sed fortè per errorem, quo & monticulum tribuit, *Cyr. Spangenb.* Adelsp. *P. II. L.* 12. *c.* 35. *p.* 318. *b.* Alludi videtur hoc symbolo ad nomen *Helfenstein* quasi *Helfantenstein*. Iniquus verò est Jesuita in *B. Lutherum* nostrum, cum eum, quod *Gloss. marg. ad* 1. *Sam.* 4, 1. *Ebenezer* ex vi vocis interpretatur *Helfenstein*, tanquam adulari comitibus studuerit, incusat, à qua vanitate longissimè beatus ille abfuit. Porro Elephantum *lineæ insistentem* pingere non ea absurditas est, quam aliqui credant, nam antiquitas *elephantos* etiam *funambulos* memorat. De quo ita *Voss. Theol. gent.* L. 3. c. 50. p. 993. *Disciplinæ est, quod iis tribuit* Plinius L. 8. c. 3. *per auras arma jacere non auferentibus ventis, inter se gladiatorios congressus edere, aut lasciviente pyrriche collidere, per funes incedere.* Ubi ut idem ait L. 8. cap. 4. *mirum maximè adversis quidem funibus subire; sed regredi magis utique pronis. In dubium hæc vocat* Cæs. Scalig. Comm. in Arist. Hist. Anim. c. 2. p. 133. Mihi, *inquit*, incredibile fit, per funes incessisse, ut à Plinio scriptum. Quæ enim contentio, aut qui demum funis tam bello funambulo satis esse videatur: *Sed non est nostræ modestiæ, ea insicias ire, quæ gesta sunt totâ spectante Româ. Hujusmodi autem est de Elephantis, funambulorum more per catadromum incedentibus: ut cognoscimus non ex* Plinio *solum, sed etiam Senec. Ep.* 86. *Svet. in Ner. c.* 11. *Galb. c.* 6. *item Dione vel potius Xiphilino in Ner.* Cæterum comitatus ille 1369. à comitibus *Vlmanæ* civitati venditus est. Conf. *Mart. Cruf. annal. Svev.* 1, 3, 11. *p.* 36. 6, 3, 5. *p.* 321. *Hoc* 1396. *anno* Ulmenses *comitatum* Helfensteinensem *emerunt. Decrescente namque Helfensteinensium re: Opidum* Geislinga *& universum dominium illud* (*cum villis, prædiis, castris, teloniis*) *in potestatem Vlmensium venit, sed ingenti auro. Ter autem comitatus eis astu ereptus, ter restitutus fuit, sed infirmè; donec contractus per Papam, Imperatorem & Electores patriaque nobiles sigillis corroboratus est. P. p. p.* 322, *Venditione porro* Helfensteinia *factâ: comitissa Helfensteinensis* (*quam* F. F. F. Reginam Ungariæ *fuisse dicit*) *Vlmenses appellare solebat filios suos. Quare? quia ipsi* (inquit illa) *nostri heredes erunt.* De injustitia contractus dein conquesti comites, & jure prætensionem suam repetere conati sunt, sed frustra fuere.

Ulmensib. venditus.

Gundelfingia dynastia.

§. V. Secunda & tertia area bipertitæ visuntur, ut alterum latus *aureum sinister baltheus coccineus acuminibus vel abscissorum ramorum vestigiis asperatus* percurrat, alterum *argenteum rubeus leo* exornet. Et quidem in superiori regione vidi præpositum dextro loco leonem, in inferiori baltheum.

§. VI. Balthei significatio est dynastia *Gundelfingensis* (conf. Wapenb. P. 2. p. 32.) Lego verò *Georgii* ultimi *Domini de Gundelfingen* filiam *Georgio Helfensteinio Comiti* nupsisse, patriarum ditionum heredem Cæterum Gundelfingensium dynastarum vetus inter proceres Sveviæ memoria est, inprimis verò inclaruit ab *Henrico*, qui 122. *Augustanum Episcopatum* gessit usque ad 1252. quo se eo ultrò abdicavit, & monasterium ingressus est. Alius *Andreas Herbipolensium Episcopus* fuit 1302. & 1315. decessit. Duo quoque Abbates *Elvvangenses*, & unus *Henricus Abbas S. Galli* fuit.

Wildensteinium dominium.

§. VII. Leo rubeus *Wildensteinium* dominium notare videtur, atque ita pars esse

Cimbricæ

Cimbricæ ſucceſſionis. Conf. Wapenb. I. pag. 17. Unde de illa etiam familia aliquid dicendum. Eam verò deducere amant ab *Adelberto* ſ. *Alberto Barone Cimbrico* ſ. *de Zimmern*, circa 912. Cujus poſteri continuâ ſerie enumerati leguntur apud *Henning. Theatr. Geneal. T. 3. P. 1. p. 437.* & quidem quod Baronum & Comitum promiſcuè titulis olim uſi ſint. Scutum verò gentile familiæ hujus *caruleum argenteum leonem* refert, qui *bipennem* ſ. *ſecurim Amazonicam nativo colore pictam* tenet. Alibi eam manubrio recto, nonnunquam curvato repræſentari vidi. Cæterum ex nomine *Cimbriæ* & hoc leone, qui cum *Norvegico*, mutatis coloribus, convenit, confirmare nituntur ſuſpicionem vel etiam traditionem veterem, quòd familiæ hujus ſator ex regia *Cimbrorum* vel *Norvegorum* gente fuerit: Cum hoc leone aliquandiu ſolo uſi fuerint Cimbrici Comites, inde in ſcuti quadrifida ſectione alter leo, qui 2. & 3. aream occuparet, adjectus eſt, quem *Wildenſteinium* eſſe conjicio, & deinceps in Helfenſteinium clypeum translatum dixi. Impoſita eſt etiam parmula media aquilâ inſignis, quam §. 8. itidem in Helfenſteiniis conſiderabimus. Porrò gentem hanc clauſit *Wilhelmus Comes in Cimbern*, Archiducalis aulæ Ferdinandi I. præfectus. De hereditate ejus nihil certi aſſerere poſſum; plures enim ſorores illuſtribus elocatas matrimoniis habuit, quæ verò inter eas hereditatem ipſius creverint, non diſcerno. Cum verò inter eas fuerit *Apollonia, Georgii Com. Helfenſteinii* uxor, & hic deinceps *Wildenſtein* & *Meſskirch* ex titulis Cimbricis proprüis adjecerit, eam heredem vel ſolam vel cum aliis fuiſſe colligo. Cimbrici Comites Zimmerenſes.

§. VIII. Toti ſcuto majori aliud medium ſcutulum imponitur *bipertitum ex argento & minio*, in eo expanditur *aquila biceps auro coronata, & ſcutulum limbo circumdatur*; aquila verò & limbus eâdem partitione afficiuntur, alternatis tincturæ coloribus. Titulorum ſi reſpiceretur ordo, *Meſskirchium* dominium notari videri poſſet, ſed aliunde accepi, deſignari *Gomegnies* dominium in Belgio: quod quo jure ad Cimbricos delatum ſit, non perſpicio, ab illis verò ad Helfenſteinios tranſiit. Gomegnies.

§. IX. Scuto inſiſtunt tres galeæ, ex quarum prima naſcitur *Helfenſteinius elephas argenteus*, laciniis dependentibus coccineis & argenteis: extrema ad ſiniſtram *caput & collum cygni candidi* ſuſtinet: collo verò illius immiſſum conſpicitur *lignum*, in extremitatum utraque alium *bacillum* ſuſtinens, cujus ſummitati *pennæ pavoninæ* induntur: qui apex *Gundelfingenſium* eſt, & lacinias circa ſe habet aureas atque rubras. Media galea, quæ medio reſpondet ſcutulo, coronata eſt, & ex ea exſurgit *aquila coronata & pennis pavoninis faſtigiata, minio & argento diſtincta, alas expandens*, quæ alternationi colorum in aquila reſpondent, ut lateri argenteo rubea, rubeo argentea apponatur. Aliquando ſcutulum ſingulis alis impreſſum vidi. Apex.

§. X. Titulo ultimus Rudolphus uſus eſt: *Comes in Helfenſtein, Baro in Gundelfingen, Dn. in Gomegnies, Wildenſtein, Meſskirch & Wieſenſteig in Welheim.* (auff Welheim.) Titulus.

§. XI. Hoc mortuo de ſucceſſione lites ortæ ſunt, & nondum quod ſciam omnino terminatæ. *Wieſenſteigam* verò Dux Bavariæ recepit, & ejus nomine Svevicorum comitum aſſidet ſcamno: *Meſskirchiam* occuparunt Fürſtenbergii, aliis heredibus contradicentibus. Succeſſio Helfenſteiniarum dictionum.

CAPUT XXXVI.

Fam. Henriquezia.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Linea.*
2. *Scutum ducis Medinæ de Rioſecco.*
3. *Henriquezia teſſera.*
4. *Cabrera, Aragonia & Andina teſſera.*
5. *Thalaſſiarchia* ſ. *Admiralatus Caſtiliæ.*
6. *Apex.*
7. *Scutum Ducis Alcalæ. Riberarum ſymbolum.*
8. *Comitum Albæ de Liſta Guzmannia teſſera.*
9. *Henriquezii de Almanza, March. de Alcannizar & de Oropeſa.*

§. I.

EX regia familia *Caſtellana* deſcendit ſtirps *Henriqueziorum* in Hiſpania percelebris. Cum enim *Fridericus M. Magiſter Ordinis Jacobi*, Henrici regis frater, vel *ipſe Rex Henricus* genuiſſet *Alfonſum*, ei *Henriquezii* cognomen inditum, & *Thalaſſiarchia Caſtiliæ* commendata eſt. Quod axioma ad poſteros duravit. Ab altero hujus Alfonſi filio *Henrico* Comites *Albæ de Liſte* ſ. *de Aliſte* profati ſunt. Major *Fridericus Admiralis* Familiæ origo. Linea.

Digitized by Google

Caſtiliæ, Comes de Melgar & Rueda per filium *Alfonſum Duces Medinæ de Rio ſecco*, per alterum *Petrum* comites *de los Molares, Marchiones Tarifæ & Duces Alcalæ* genuit.

Scutum Ducis Medinæ de Rio ſecco. Henriquezia teſſera.

§. II. Ex priori linea Ducum *Medina* eſt *Ioannes Thomas Henriquez de Cabrera, admirans Caſtiliæ & Dux de Medina de Rio ſecco*, cujus ſcutum deſcribit *Sammarth. l' Eſt. de l' Eſp.* p. 60. ſed quod apparet ex *Chifflet. Eq. A.V.* n. 158.

§. III. Scutum illud quadripertitum eſt, & 1. & 4. aream *Henriquezium* gen... ϑέγμα repetit. Eſt illud *area in ſummo ad perpendiculum bipertita, utroque later...* ſtello Caſtellano *ornato, in imo rotundatim lacernata* Legionenſi *teſſera leonis*. R... hujus geſtaminis ex §. 1. intelligitur.

§. IV. Secundus & tertius alveolus in longum *bipertitus* conſpicitur, dexterâ par... te *aureâ cum capra inſiliente nigra, margine ſeptem pinnis furvis pratexto*, ſiniſtra... *cuſſata Aragonicis palis* & in lateribus *Andegavenſibus liliis* picta. Capra illa ipſo nomi-

Cabrera.

ne indice notat *Cabreram* gentem, cujus agnomen gens aſſumſit, cum *Anna de Cabrera & Modica* Ludovico Henriquezio Duci de Medina admirali Caſtiliæ nupſi...

Aragonia & Andina teſſera.

cujus majoribus, qui ad manus non ſunt, rationem *Aragonici & Andini* ſy... quærendam non dubito. Interim dubitari poteſt, an Friderico illi, cui Chifflet. Ca... brerium geſtamen tribuit, illud convenire potuerit, ſerius genti allatum.

Thalaſſiarchia ſ. Admiralatus Caſtiliæ.

§. V. Limbus clypeo circumdatur quadripertitus: in 1. & 4. *argentea quatuor an... chora caruleæ tranſverſario ſtipite aureo* conſpiciuntur. In 2. & 3. aurea *quatuor equi... tes haſtati coccinei currunt*. Anchoræ *Thalaſſiarchiam* ſ. *Admiralatum Caſtiliæ* deſig... nant: Equitum rationem non intelligo.

Apex.

§. VI. Apex eſt, *aquila nigra pyrrica inſidens praſinæ, & in volatum aſſurgens, ro... ſtro & cruribus aureis, collo circumdato coronâ aureâ, anchora limbi ſcutarii à cor... pendente*. Falcia tortilis & laciniæ ex auro & minio.

Scutum ducis Alcalæ.

§. VII. Altera linea eſt Ducum *Alcalæ* cognomine *de Ribera*, ex quibus... *Maria Luiſa Portocarrera* ducatum attulit marito *Antonio Ioanni Ludovico Cer... Medinaceli Duci*. Cui Sammarth. d. l. p. 35. illud tribuit ſcutum, quod quadriperti... 1. & 4. quadra *Henriquezium* ſymbolon repetit, 2. & 3. quadram autem *auro* ping... *ſcriptis ternis praſinis faſciis*, quo geſtamine familia *Riberana* notatur. Jus autem

Riberanum ſymbolum.

jus ϑέγματος ex eo, quia *Petrus* lineæ autor uxores habuit germanas duas ſorores... *tricem* & *Catharinam* filias *Perafani de Ribera* ſupremi judicis Andaluziæ. A qui... nomen & arma genti illata. *Apex* cum priori idem eſt, niſi quod galeam co... tam dicit Sammarthanus.

Comitum Albæ de Liſta.

§. VIII. Tertia linea comitum *de Alva de Aliſte*, teſte *Chifflet. Eq. A.V.* n. 29... pertito utitur clypeo, cujus prima pars *Henriquezium* telleram ſervat, ſiniſtra *o... dextrorſus & ſiniſtrorſus ſecatur*; in ſummo & imo *cæruleo binus* ahenis *in palum a... tis, auro & minio alveolatis, ternis hinc inde ad anſarum aures erumpentibus ſerper... aureis, uno introrſum, duobus extrorſum: lateribus argenteis, quinque muris Ponti...*

Guzmannia teſſera.

culis nigris in decuſſim locatis impreſſis. Quod *Guzmanniorum de Niebla* ſymbolon... flet. explicat. Galeam autem auro coronat, & apicem eundem dicit, quem n. 6. e... cavimus. *Guzmannius* laterculus aſſumi potuit ob *Thereſiam* ſ. *Henrici de Guzm... C. de Niebla*, Henrici Henriquezii conjugem.

Henriquezii de Almanza, March. de Alcannizar.

§. IX. Alia item linea eſt *Henriquezziorum de Almanza, Marchionum de Alc... zar & de Oropeſa*: cui Sammarth. pag. 95. Henriquezium ſcutum attribuit, limbo... cumdatum *argenteo, impreſſis novem maculis muris Pontici*. Apicem autem eum... cum Duce Medinæ facit.

CAPUT XXXVII.

Com. de Herberſtein.

ARGUMENTUM.

1. *Herberſteiniorum ſcutum ex armoriali Sibmacheri.*
2. *Quæ in eo corrigenda ex B. Sigismundi libro.*
3. *Herberſteinium ſymbolum cantherius. Sigismundus Baro de Nobilitate. Laus agriculturæ.*
4. *Similia Germanico idiomate.*
5. *Petri Pagani elogia.*
6. *Oratio.*
7. *Rudolphi Agricolæ jun. conjectura.*
8. *Valentini Ecksi.*
9. *Modeſtia Sigismundi Baronis.*
10. *Gentis origo.*
11. *Lineæ duodecim hujus ſtirpis. Herbe... nia. Sileſia. Mazenſis. Neupergenſis. P... ...ronia.*

Digitized by Google

Waldia. Sierendorfia. Lantcovvizia. Wurmbergia. Gutenhagia. Auſtriaca. Windtania. Wildhanſia.
12. *Gratioſa ſymbola Caſtiliæ & Auſtriæ. Camerarii & Dapiferi Carinthiæ.*
13. *Neuperg.*
14. *Haag I. Gutenhaag.*
15. *Apex. Elogia B. Sigismundi Iob. Ludovici Braſſicani carmen.*
16. *Ferdinandi Imp. diploma gratioſum.*
17. *Imperator in galea altera. Regis imago. Quatuor ſceptra legationum ad quatuor reges nota.*
18. *Moſci imago in galea.*
19. *Sigismundi monumenta ab Ottone Friderico Com. communicata. Sigismundus Baccalaureus.*
20. *Modernus typus.*
21. *Alia diſpoſitio.*
22. *Tituli.*

§. I.

ILluſtriſſimæ *Herberſteiniorum* ex Styriæ nobilitate in ſublimiorem dignitatem evectæ familiæ gentilitia inſignia videre eſt in Sibmacheri & Fürſtii armor. P. I. pag. 23. iſtâ ſerie: Clypeus principalis quadrifariam ſecatur. Prima & quarta area coccinea *cantherium* defert *argenteum*; Secunda & quarta lineâ perpendiculari denuo in *duas arcolas* diſpeſcitur, utramque iterum *cocco* infectam, quarum tamen prior *turrim auream*, poſterior *faſciam ejusdem metalli* defert. Huic ſcuto imponuntur tres galeæ coronatæ, è quarum mediâ *vir* exſurgit *atversâ fronte*, redimitus *corona imperiali*, qualis etiam *veſtis & palla* eſt: *dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ pomum* quod vocant *imperiale* oſtentans. Laciniæ quæ dependent, coccineæ & argenteæ ſunt. Prior galea ſuſtinet *imaginem regis umbilicotenus extantis coronati, & thorace, loricâ, atque brachialibus ferreis armati*; dextram ejus *gladius nudus* ſiniſtram *tria ſceptra aurea* implent. Laciniæ eandem cum prioribus agnoſcunt tincturam. Ex poſteriori caſſide exurgit *Moſcus rubeo habitu, pileo oblongo cæruleo, pellibus martis in ora reducta apparentibus*: Hic dextrâ *tres ſagittas* ſiniſtrâ *arcum* tenet. Circumvoliantes autem phaleræ cocco & auro tinguntur. Clypeo huic majori duæ parmulæ minores adſitæ: ad dextram *nigra corculis inverſis aureis* ſtrata, *vulpem deferens argenteam*: cujus anteriora iterum ex galea coronata inter alas corculis conſitas erumpunt: Laciniæ nigræ & argenteæ. Siniſtram quod occupat ſcutulum, *rubeum pileolum aureum* continet: qui etiam galeæ incumbit, ſed *coronatus & pennis argenteis faſtigiatus.* Herberſteiniorum ſcutum ex armoriali Sibmach.

§. II. Ea deſcriptio eſt ex dicto armoriali deſumta: in qua tamen non unum deſideres, ſi conferas cum typo genuino, quem primarium decus hujus ſtirpis & dignitatis in ea autor Baro *Sigismundus Herberſteinius* (qui 1486. natus 1566. deceſſit, & quatuor ordine Auguſtorum Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. & Maximiliani II. conſiliarius & miniſter fidelisſimus fuit,) monumentis *de vita ſua* inſetuit, quæ proprio & alieno ſtylo Latino & Germanico idiomate edidit. Ego illa inprimis obſervavi: 1. Faſcia quadrantis ſecundi & tertii, non *auro* ſed *argento* tingenda eſt. 2. Primæ parmulæ lateralis fera non *vulpes* ſed *lupus* habetur, & lingua notatur *cruenta*. 3. Alterius ad lævam figura non *pileus* (Pilgramshut/ quæ aliquorum ſententia,) ſed *equeſtre jugum* ſ. *helcia* (Roſſthumet) agnoſcenda eſt: cujus veritas ex §. 3. 14. clarebit: quod item de galea iſta intelligendum eſt. Eandem figuram galeæ ſuæ impoſitam atque coronatam in typo, curâ Illuſtris illius Baronis coloribus picto, ornant *pennæ aquilinæ* non *argenteæ* ſed *nigræ* & quidem *curvatæ*. Galeas tres principis ſcuti quod concernit, prior regia imago *quatuor ſceptra aurea* manu lævâ tenet: armatura autem ferrea *argento* etiam exornatur: Media Imperialis tiaram ſuſtinet illi dignitati ſolitam, *auro, purpura* & *gemmis* inſignem: *veſtis interior argento* fulget, *palla exterior ſuper humeros reducta*, & *faſciæ dependentes, cruciculis in iis acu pictis, purpurâ vel cocco ſplendent*, oræ autem extremæ *auro*: *Moſcus* pileum & habitum gerit argentatum, utriusque ora reducta pellibus farta: cingulum autem & quibus toga colligatur nodi laxiores (die ſchleuffe) rubent. *Arcus* in læva *auro* ſplendet, *nervo nigro*: Dextra verò *tria ſpicula aureum, argenteum, rubeum* tenet, dependente ex pollice è *rubeo loro acinace in vagina nigra, capulo argentato*: ex *minimo autem digito flagello argentato*. Huic verò typo majorem fidem adhibendam credo, cum in eo exſtet libro, quem autor ipſe ſuâ dignatus eſt manu. Quæ in eo corrigenda ex B. Sigismundi libro.

§. III. Hanc διατύπωσιν explicaturis primò *cantherius* occurrit *argenteus in area rubea*. Hic vetus familiæ δᾶγμα fuit. Quis de eo ſenſus fuerit cum honore præfati *Sigismundi Baronis*, illa verba, quæ gratæ poſteritati 1560. conſignavit, docere poſſunt, quæ Sigismun- Herberſteinium ſymbolum cantherius.

quæ fusius huc inserenda credidi: *Est hoc commune non modo populorum omnium, verum etiam familiarum plerarumque, ut sibi de origine & vetustate generis majorumque suorum gratulentur, gloria & laudi id sibi fore putantes. Quo circa me quoque cupido ista incessit, ut progenitorum atavorumque meorum nomina & generationis seriem inquirerem, eamque descriptam publicarem, sed justò serius id mihi in mentem venit, qui rectius rem omnem vivo adhuc patre meo Leonhardo Herberstainio perdiscere potuissem. Quantum tamen ejus rei ex quarundam literarum monumentis collegi, inscriptum hoc mihi referre visum est, non eo consilio, quod vel ipse de majorum meorum virtute tantum & virtutis præmiis nobilitatisque insignibus partis gloriari atque eis contentus esse velim, vel agnati gentilesque mei causam & occasionem habeant, ut ex vetusta familia & nobilitatis origine superbos concipiant animos, eamque solam jactantes existiment, nihil sese amplius ad laudem & gloriam requirere debere, ut generis antiquitas & nobilitas ipsa egregiis quoq; ipsorum virtutis factis confirmetur, sed ut potius domestica vera generositatis exempla ob oculos proposita habentes omnes actiones nostras ad majorum imitationem componamus, & unumquemque illorum tacite auribus cujuslibet nostrûm illud Virgilianum insusurrare putemus:*

Disce puer virtutem ex me verumque laborem.

Neq; frustra etiam illa ejusdem Poeta verba de nobis pro se quisque ferri audiamus:

Et quid in antiquam virtutem animosque viriles
Et pater Æneas, & avunculus excitat Hector.

Itaq; omnes qui nomine meo censentur gentiles atque agnatos admonitos rogatosque esse volo, Genealogiam istam nostram lecturos, ut in eam cogitationem mecum incumbant, majores nostros non per ocium & desidiam aut malas artes præclarum nomen nobilitatis, prærogativam & virtutis monumenta consequutos esse. Et cum generosa stirpis atque arboris surculi sint & fructus ad spem bonam editi, ut à stipite suo polulante rami soboleſcentes non degenerent. Proinde grandiorum natu fuerit, adoleſcentulos à teneris statim cum cura & fide instituere, & præcepta virtutis atque pietatis illis instillare, ac deinceps vel eruditis in omni genere liberalioris doctrinæ excolendos præceptoribus tradere, vel inspectatam seu politicarum seu militarum artium disciplinam exercendos mittere. Qua in re parentes liberorum suorum honestam debebunt habere rationem, sumptibus legitimis minimè parcentes, ut modo filii eorum commodo aut in Academiis aut in Principum cohortibus sint loco, ubi extra languorem & ignaviam omnem, à pravorum sibi hominum consuetudine assiduè caventes, in labore & virtutis exercitio juvenilem exigant ætatem. Non enim satis est homini, ut præclaro loco generosè sit prognatus, nisi natalium splendorem virtutis studiis amplificet atque cohonestet, & ad veram gloriam plerumque bona institutio plus affert momenti quam nativitas spectabilis & ΕΥΓΕΝΕΙΑ, *quod ex* Platonis *Philosophia sumptum,* Horatius *hisce expressit versibus:*

Fortes creantur fortibus & bonis,
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina sed vim promovet insitam
Rectique cultus pectora roborant.
Utcumque defecere mores.
Dedecorant bene nata culpæ.

Tum autem satis constat, jam inde ab ipso primo omnium hominum parente Adamo neque illustri quemquam, neque obscuro esse loco genitum, sed æquali sorte omnes à genarcha editos. Qui verò ætatibus omnibus industriâ, beneficentiâ & virtute alios mortales superarunt, præ cæteris semper honesti habiti, atque Norinbergæ in conspicuo ejus urbis loco elogium tale lingua vernacula scriptum esse audio:

Quo nobilis tum quispiam loco fuit,
Cum foderet Adam & Eva fila duceret.
Wo was da der Edelman
Da Adam hackt und Eva span.

Cui sententiæ eâdem linguâ Symbolum suum subscribi jussisse fertur Fridericus Imperator Romanorum Tertius:

duis Baro de Nobilitate.

Alius

Alius ego quam quilibet non ſum homo niſi
Quod me ampliore honore dignatur Deus.
Ich bin nicht mehr dann ein ander Man
Allein daß mir GOTT der ehre gan.

Et præclarè ab alio Poëta eſt dictum:

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice, longo ſanguine cenſeri? &
Nobilitas ſola eſt atque unica virtus

Res tota eugenia cum ſic habeat, dubium non eſt, quin progenitoribus majoribus noſtris ſumm etiam fuerit gentis ordinis nobilitatisque primordium. Cujusmodi autem id fuerit, & quomodo illi antiquitus vitam tolerarint, evidens documentum capere licet, ex hæreditariis noſtris inſignibus, in quibus illi habuere, & nos hodiè quoque habemus vehiam candidam, *ſuper qua aratrum ſuſpenſum ex prædio urbano in agrum & ex agro in idem prædium duci ſolet, unde liquet majores noſtros* agricolas *fuiſſe, atque opinionem conjecturamque hanc meam amplius etiam illud confirmat, quod Dominus* Guntherus Herberſteinius *materni avi ſui Domini* Guntheri ab Haag, *in quo nomen id & genus defecit, inſigne,* equeſtre *videlicet* jugum grocei coloris in rubea areâ *depictum, anno à nato Domino & Salvatore noſtro* 1409. *jure feudali à principe accepit. Sententia iſta mea non eſt, quod cuipiam agnatorum meorum gravis & moleſta accidat, quod ſi namque vel parens meus vel ego ipſe agriculturam exercuiſſem, minimè id celarem; quin laudi quoque mihi eam rem ducerem, quippe qui familiæ poſteritatique meæ virtute atque virtutis præmio præluceret, quam à majorum claritate & nobilitate degenerare malim. Nam juxta ſententiam Divi Gregorii Theologi:*

Probrum eſt malum vocare non ignobilem
Genus eſt eorum, qui diu ſunt mortui.
Generi præire, non nocere convenit,
Melius bonum eſſe quam crearier bonis.

Ætatibus omnibus à viris ſapientibus judicatum eſt artibus aliis omnibus, quarum eſt aliquis in vita hominum uſus, agriculturam, cujus præcipuum inſtrumentum aratrum cum partibus ſuis eſt, præſtabiliorem eſſe, tum propter oblectamenta rerum ruſticarum, tum propter utilitatem, quam generi humano affert plurimam. Ciceronis verba ſunt: omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius: Laus agriculturæ.

Beatus ille qui procul negotiis,
Ut priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore, &c.

Cecinit ſapiens Poëta Horatius, *& Virgilius ipſe de agricultura luculentiſſimè ſcribens, tandem exclamat:* O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,
Agricolas, &c.

Quapropter apud veteres Romanos illa in magno fuit honore, qui cum virum bonum laudare & titulo ſuo ornare vellent, agricolam bonum eum eſſe dixerunt. Neque aliam etiam juventutem ad militiam commodiorem illi eſſe cenſuerunt, quam quæ ruri agris colendis ad duros belli labores perferendos eſſet exercitata. In hoc vitæ genere M. Curius, *cum de Samnitibus & Sabinis & de Pyrrho Epirotarum rege triumphaſſet, ſummum ætatis tempus conſumpſit. Et in agris tum erant Senatores, id eſt, ſenes. Siquidem* L. Quinto Cincinnato *in agro aranti nunciatum eſt, eum* Dictatorem *eſſe factum, qui omnium ſummus Romæ magiſtratus fuit:* Mea quidem ſententia, *ait* Cato major *apud Ciceronem*, haud ſcio, an ulla beatior eſſe poſſit vita, neque ſolum officio, quod hominum generi univerſo cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed & delectatione, &c. *Legimus* Davidem *maximum & Regem & Prophetam à paternarum ovium paſcuatione (quæ non poſtrema ruſticationis pars eſt.) ad Samuelem Prophetam evocatum veniſſe, ut in medio fratrum ejus ab illo rex ungeretur ſuper Iſrael. Eumque à regia iſtiusmodi inauguratione ad easdem oves paſcendas rediiſſe, nec longe poſt, cum debellandus eſſet vir ille ſpurius & incircumciſus, gigantæa magnitudinis homo de caſtris Philiſtinorum nomine Goliath, ipſum Davidem ſcimus agreges paterni paſtu rurſum non ſine numine & providentia Dei in caſtra Iſraelitica venisſe, & ab eo Philiſteum iſtum proſtratum eſſe in funda & lapide in nomine Domini. Primum quoque Bojemiæ gentis Ducem* Premislaum *ferunt, ubi Princeps ab eo populo commu-*

communibus ſuffragiis lectus eſſet, ab aratro, *in quo tanquam menſa cibum ſuum capiebat, vocatum & in ducalem ſedem ductum eſſe. Qui ad tam inexpectatam ſortis ſuæ mutationem valde quidem obſtupuit, in tanta tamen fortuna ſparteos calceos ſuos (qui lingua Slavinorum Kurpic dicuntur) rejicere noluit, cauſamque ejus rei rogatus, illam attulit, velle ſe calceos hujusmodi in* Viſchegrado, *hoc eſt ſublimiore arce, quæ ad Pragam ſita diu etiam regum Bojemorum regia fuit, perpetuum eſſe monumentum ad poſteritatem omnem, primum Bojemiæ Ducem ab aratro ex agro ad imperium ducale eſſe evectum. Cum igitur intelligamus, tantos & tam præclaros viros ante & poſt inſignes res geſtas agriculturæ operam navaſſe, & à prudentibus hominibus nunquam non metuenda ſit fortunæ converſio & mutabilitas, his præcipuè extremis periculoſisque tempeſtatibus, conſiderare meritò in animis noſtris nobiscum debemus, ſi quid præter ſpem divina permiſſione nobis eveniat, ita ut res noſtræ ad aratrum redeant, quomodo fortunam præſentem excelſo & conſtanti pectore feramus. Neſcimus enim, quid ſerus veſper ferat. Quapropter hoc tempore cum nobis res ſunt ſecundæ, ita moderatè nos erga cujusvis præſertim verò inferioris ordinis homines gerere debemus, ut illi, ſi quid hujusmodi, ut dixi & res humanæ ferunt, accidat, cauſam nobis obtrectandi arrogantiamq; ſuperbam ridendi non habeant. id quod aſſequemur, ſi ad eam moderationem animi tanquam ad amuſſim quandam vitam & mores compoſuerimus, ut neque à ſuperioribus deſpiciamur, neq; ab inferioribus metuamur. Atque hac in parte* Agathoclem *regem Siciliæ imitabimur, qui cum figuli eſſet filius, ad regium tamen pervenit faſtigium, & fortunâ tali non elatus humaniter geſſit imperium. Nunquam nobis excidere ex animis noſtris verba iſta debent, verſiculis hiſce ab Auſonio Gallico Poëta de rege iſto expreſſa.*

Fortunam reverenter habe, quicunque repentè
Dives ab exili progrediere loco.

Labor & exercitatio corpora firmiora atq; robuſtiora efficit, & animos quoque viriles reddit, at otium & ignavia incitamentum & fomes eſt pravitatis & vitiorum omnium, Minimè verò dubitandum eſt, quin majores noſtri egregii mortales labore, induſtriâ, præclaris virtutis actionibus, ab agricultura & ruſticatione ad generis prærogativam & nobilitatem ipſam ſint evecti, quorum veſtigiis inſiſtentes exempla illorum nos ſedulò imitari decet, ut non eorum tantum gloriâ ſed propriâ etiam virtute noſtrâ clari ſimus & nobiles. Sic ſcilicet futurum eſt, ut cum bonarum arborum ſimus propagines, bonos etiam & progenitoribus noſtris dignos fructus feramus, per veritatis ſtudium animorumque fortitudinem & conſtantiam rebus militiæ ſtrenuè, domi juſtè & æquabiliter gerendis, fidem & omne officium in ſervitiis & adminiſtrationibus nobis commiſſis Principibus noſtris quovis loco & tempore probantes, minimeq; omnium committentes, ut per animos degeneres malis artibus aut deſidia vecordi virtutem obfuſcemus & contaminemus. Ita videmus, quod capreolum ſ. cantherium faciales appellant, ab hoc Illuſtri viro vehiam creditam, quâ aratrum veheretur.

Similia Germanico idiomate.

§. IV. Vernacula lingua eadem fere agnatis ſuis reliquit: Sed non niſi partem huc transferam, ex qua de terminis, quibus noſtro idiomate figuras illas appellari vult, conſtet: Weil dann dem alſo / und meine Verältern auch einen anfang ihres Adels gehabt / weß ſie ſich aber zuvor betragen / gehalten und beholffen haben / muß ich einen glaubwürdigen verſtand auß unſerm erblichen Wapen abnehmen / in demſelben ſie geführet / und wir noch führen / eine weiße Schleiffen / daran man den Pflug auff den Acker und wieder davon führet / daß ſie Ackers- und Bauleute geweſen ſeyn. So beſtatt auch dieſe meine meynung / weil Herr Günther von Herberſtein ſeines Anherrn Mutter halben Herrn Günthers deß letzten dieſes Namens von Haag Wapen / einen gelben Roßkhummet im rothen Feld / im 1409. Jahr zu Lehen empfangen / der Khummet gehöret auch zum Ackerbau. Solcher meiner außlegung darff ſich keiner beſchwehren / dann wo mein Vatter oder auch ich mit dem Ackerbau und Pflug gearbeitet / oder genehret hätten / wolte daſſelbe in warhet auch nicht verhalten / ich auch viel lieber der erſt edel gemach ſeyn wolt / dann daß ich meinen Eltern ungleich befunden werden ſolte.

Petri Pagani elogia.

§. V. Ex ipſius conjectura crediderim alios etiam ſua hauſiſſe: Huc *Petrum Paganum* Poëtam Laureatum refero, ejusque integram elegiam huc transferendam judico:

Herber-

Herberſteiniaca cernens inſignia gentis,
Virtutis ſummum mente revolve decus.
Una fuit quondam, quarum nunc quinque videntur,
Caſſis, & *agreſti* parma notata *trabe*:
Helcia quæque vides criſtatæ junctа coronæ
Indictum priſcæ ſimplicitatis habent:
At nova præclaris ſurgens virtutibus ætas,
Indomitis junxit corda animoſa *lupis*,
Altera *Caſtilia* turres duplicemque colorem
Addidit, & pictos vitit honore lupos.
Quin etiam ſummi facies habitusque *Monarchæ*,
Imperii ſignis ſunt veneranda ſacri.
Quid referam *regem ſceptris ferroque* potentem,
Impoſitum cultis quid diadema comis?
Aſpicis ut curvo pharetratus acinace *Moſchus*
Torqueat in fractas lumina glauca duos.
Spicula dextra gerit, digito prendente flagellum,
Armata eſt arcu læva Boryſthenio.
Adde coronatas galeas, gemmasque coronis
Inſertas, magnum ſingula pondus habent.
Scilicet ex humili ſtirps inclyta ſæpe parente
Naſcitur, & ſpretum tollit ad aſtra caput.
Quis neget arvorum genus à cultoribus ortum,
Cui *trabs* principium nobilitatis erat?
Quis neget hoc ipſum, ductu virtutis, avitis
Splendidius ſignis emeruiſſe decus?
Omnia cura poteſt, labor improbus omnia vincit,
Munera ſollicito parta labore vigent.
Sola valet duros virtus ſuperare labores,
Principibusque ſuos conciliare viris.
Illius auſpiciis ſolidum venatus honorem
Libera *Sigismundus* jura *Baronis* habet.
Nam quia conſiliis promovit Cæſaris acta,
Munera Cæſareo digna cliente tulit.
Nec minus *Auguſti* donum memorabile *Regis*,
Teſtatur ſalvam tempus in omne fidem.
Arma ſed adverſi bellum minitantia *Moſchi*
Significant longæ dura pericla vitæ.
Quæ Scythicas olim miſſus legatus ad oras
Pertulit, irati dum movet ora Ducis.
Tantæ molis erat, virtutis ſcandere callem,
Tantæ fortunam vincere molis erat.
Fruſtra igitur titulos & ſummos quæris honores,
Quisquis es, & curas Sardanapale fugis.
Conſiliis opus eſt, quæ rerum longior uſus
Comprobat, heroæ eſt vi quoque mentis opus.
Hâc via virtutis tendentis ad ardua clave
Panditur, hæc titulis janua monſtrat iter.
Quam quisquis fuerit virtutis amore ſecutus,
Herberſteiniadum jure beandus erit.

VI. Idem Paganus in brevi enarratione vitæ ac rerum geſtarum Sigismundi Oratio.
tur: *Inſatiabili indagandæ ſuæ ſtirpis exordii cupiditate adductus, ex ipſis tandem eſſimis inſignibus conjecturam fecit, primos nobilis Herberſteiniorum generis au-colas fuiſſe, cum enim plerumque ad altiorem dignitatis locum evecti aut nomini tioni conſentanea eligere ſoleant inſignia: trabam, quâ aratrum ad agrum de-& ab agro reducitur, agriculturæ ſignum eſſe certis argumentis collegit.*

VII. Eandem conjecturam non dedignatur, ut tamen aliam addat, *Rudolphus* Rudolphi
junior Poëta Laur. in congratulatione ad *Sigismundum legatum Cæſaris ad Si-* Agricolæ
Pol. & M. Moſc. Ducem. In qua inter alia iſta: jun. con-
jecturæ.

- - - Cæſar quem Maximilianus abunde
Militiæ claris inſignibus extulit & Te
Cæſar, quo majus nil ingens ſuſtinet orbis
nec melius - - - -
Inde gravem galeam, Cæſar, clypeumque coruſcum,
quæ ſint virtutum non pignora vana tuarum,
contulit, hæc *Cincinnatus* voluiſſet habere,
Nec ſibi *Piſones*, *Fabii* mage grata tuliſſent,
nec Lacedæmonius ſprevit *Lyſander* arattrum.
Ad *tecti* ſi *culmen* amas ſublime referre,
aurea magnanimis virtus altiſſima ſvadet,

hactenus invicto quæ animo perſæpe ſubiſti,
indiget hæc galea, quâ cum ſis fortiter uſus
in Venetos & ſæpe alias, inſigne coronæ
addidit, atque avium, quâ toto nulla ſub orbe
nobilior vivat, volitetque per æthera nulla
altius, expanſes latus ille ad utrumque coronæ
impoſuit pennas nullo violabilis ævo,
omnibus ut tua ſit notiſſima fama ſub oris.

Agnoſces hic digitum intendi in eorum ſententiam, qui cantherios faſtigia ædificiorum referre arbitrantur. Vide P. I. c. 5. ſ. 1. m. 1 n. 76. 77.

Valentini Eckii. §. VIII. *Trabæ* etiam mentionem facit in epitaphio Sigismundi *Valentinus Eckius* cum recenſitis geſtis ejus illa ſubjungit:

Sic rebus ſemper gravibus præfectus agendis
omnia cum ſumma conficit uſque fide.
Hoc libertatem ſtudio nomenque perenne
nunquam caſurum promeruitque decus.
Ecce vides triplicem galeam triplicemque coronam,
enſem, tela, arcum, ſceptra quaterna, *trabam*.
Omnia virtutis quæ ſunt monumenta beatæ
pignora & æternos non moritura dies.

Modeſtia Sigismundi Baronis. §. IX. Ex his intelligimus laude digniſſimam Herois tot virtutibus & meritis præclari modeſtiam, qui familiæ ortum ex tenui fortuna tam non averſatus eſt, ut etiam debili illi fundamento de *trabæ* ſcuti ſymbolo eum inædificare non dubitaverit. Fortè tamen dixeris, ut de re ipſa loquamur, conjecturam validam non eſſe. Alia enim origo d. l. P. I. c. 5. n. 77. ubi de figuris honorabilibus (pieces honorables) & nominatim de cantherio (cheuvron) agitur, hujus figuræ oſtenſa eſt.

Gentis origo. §. X. De cætero originarium hoc δεῖγμα cum *Herberſteiniis* fuerit, huc meritò retulerim, quæ prætatus Baro de gentis ſuæ origine memorat: Herberſtein das Schloß/ hat Herr Otto von Harperg von Ulrichen Roßeger/ im tauſend zwey hundert und neuntzigſten Jahr erkaufft/ und man findet nicht/ wie daſſelbe Schloß auß und wieder an die von Herberſtein kommen wäre. Auß dem etliche deuten wollen/ als ob wir zuvor den Namen von Harperg gehabt hätten/ daß ich aber dermaſſen nicht erachten kan/ urſach/ daß hie vor dieſes kauffs deren von Herberſtein namen geweſt iſt. Dann Probſt Johannes zu Pölan hat mir mit ſeiner Hand zugeſchrieben am 27. Junii/ des 1519. Jahrs/ und mir das Regiſter zugeſtellet hat/ zu erſehen/ daß Herr Hans von Herberſtein/ als Pfarrherr daſelbſten zu Pölan/ daß der zeit noch keine Probſtey war/ im tauſend/ zwey hundert und neundten Jahr hat ſchreiben laſſen. Von wem aber derſelbe Herr Hans gebohren/ wer auch ſeine Geſchwiſtere geweſen/ habe ich noch nicht erinnert. Das möchte ich wohl zugeben/ als die von Herberſtein von ihrer Behauſung (als vielen Geſchlechten geſchehen iſt/und noch geſchicht/) und zu Harperg kommen/ ſich deſſelben namen/ wie in Franckreich und Niederland gemeiniglich geſchiehet/ von ihren inhabenden Güter gebraucht/ weil ſie aber ihr Schloß wieder bekommen/ und Harperg verlaſſen/ möchten ſie bey ihrem alten Namen blieben ſeyn. Hier iſt auch fürbracht worden/ als ſolte das Schloß hievor Erulſtein von den Völckern Eruli/ welche hievor der Orten gewohnet/ genennet worden ſeyn. Gleichermaſſen wie die gegend nahe darbey jetzo Ruebland genennet wird/ ſolle Ruegland geheiſſen haben/ nach den Völckern Rugy/ die auch daſelbſt gewohnet haben/ wie dann am Kulmperg viel ſpuhr alter Gebäue gefunden und geſehen werden/ das mich wenig bekümmert/ gibt doch eine anzeige. Von meinen Eltern habe ich auch vernommen/ die gleichwol nur von hören-ſagen geredet/ daß ſieben Ritter zu einer zeit da Herberſtein gewohnet ſolt haben/ darunter nur einer Hoſen getragen: gleichermaſſen auch vernommen/ daß neun Herberſteinerin auß einem Mantel verheyrathet wären. So iſt mir zu meinen Tagen einer zukommen/ der geſagt hat/ er wäre deren einer von den Neunen/ die auß einem Mantel verheyrathet ſeyen. Das ſetze ich auch für keine gewißheit/ ſo es aber alſo wahr/ als möglich iſt/ ſo findet man darauß/ wie

ſich

Digitized by Google

s weltliche Weſen verändert nach der zeit / jetzo will keiner an ſieben paar / auch keine an neun Mäntel zu frieden oder begnügig ſeyn / ſo wird unſer ;weſen auch nicht ewig beſtehen. Alii putant initio Heroldſtein, tum Her-:in, demum Herberſtein dictum.

XI. Tota autem genealogia inprimis ab *Ottone* aliquo *Herberſteinio*, qui 1260. (Ante quem tamen etiam legitur 1165. quidam Anſelmus de Herbergſtein itoldo Auſtriaco in ludis equeſtribus Welphi D. Bavatiæ comparuiſſe,) con-:rie ad nos de duci poteſt. *Equeſtris* prima ejus dignitas fuerat: donec poſt ;ismundi meritis daretur, ut *Barones* crearentur. Iſto noſtro autem ſeculo *n* acceſſit novum ἀξίωμα. Lineæ in diverſum eunt in *Ottonis* & Eliſabethæ :ciæ 1389. ductæ filiis *Andrea* & *Georgio*. *Georgio* ſatæ ſunt duæ lineæ, nam os ejus alius *Georgius* Cæſareus Conſiliarius & Capitaneus Styriæ, *Bernar-* & *Georgium Andream* genuit, à quorum illo *Herberſteinius* ramus (quem *Joannes Maximilianus*, gentis Senior, Conſiliarius Cæſareus intimus & ca-s Styriæ, pater *Joannis Maximiliani* junioris nunc capitanei Styriæ, *Joannis* Cæſarei Campi mareſcalli Vicarii & Generalis Croaticorum finium in Carol-*annis Franciſci* Colonelli & aliorum,) ab hoc *Sileſius* deſcendit, ita dictus, *annis Georgii* Epiſcopi Ratiſponenſis (qui 1663. deceſſit) frater *Joannes Ber-*Comes in Sileſiam fortunas ſuas tranſtulit, & ad annum uſque 1665. quo in ceſſit, Imperatori atque Archiducibus inſerviit fideliſſimè, genitor comi-*nnis Friderici*, qui in C. Glazenſi bona poſſidet, *Joannis Bernardi* Cæſarei intimi & capitanei principatus Glogovii (cujus gratiæ non pauca debeo, quæ hic referuntur,) *Joannis Franciſci* Can. Ratiſponenſis & Patavini. Me-dignum eſt, omnibus ex his duabus lineis ab aliquo tempore *Joannis* eſſe præ-Quod *Andream* attinet, eo *Leonardus* genitus eſt, pater non ſolum *Sigismundi* emorati ſed ἀπαιδ@, verum etiam *Georgii*, *Joannis* & *Vilhelmi*: ab hoc *Ma-*nea oritur, quam nunc ornat *Ferdinandus Erneſtus* Cæſareus Conſiliarius & chiliarcha; ab iſto (Joanne) *Neupergia* derivatur, quam illuſtravit *Joannes* *us* de Hiſpania & Styria meritus. Ille (Georgius) plures denuo filios habuit, ex *Georgius* per Leopoldum & Georgium Rupertum *Puſtervvaldiam* & *Sirendor-*am ſevit, in quarum illa eminet *Georgius Sigismundus* cameratius Cæſareus & s interioris conſiliarius, in hac *Ferdinandus* conſiliarius imperialis aulicus: *Sigismundus* Georgii filius, cum iterum genuiſſet *Sigismundum Fridericum*, *dericum*, *Jac. Franciſcum*, *Vvolfgang. Vilhelmum*, *Georg. Chriſtophorum*, ex his rimus ſator eſt *Lanckovvizii* rami, cujus decus *Otto Fridericus* plurimum me a gentis ſuæ juvit; ſecundus *Vvurmbergii* & *Gutenhagii*, ille in *Joanne Chriſto-Georgio Achatio* denuo, diſtinctus hic in *Georgio Gunthero* & *Eraſmo Friderico* camerariis conſiſtens; tertius *Auſtriacam* dedit lineam, ex qua vivit *Franciſcus* Cæſareus camerarius; Ex quarto ſata linea *Vvindtauia*, quam decorarunt *anus* bellicus Dux Venetorum, & *Gundaccarus* Cæſareus vicecolonellus; , deſcendit linea *Vvildhauſia*, quam ornavit *Erneſtus Fridericus*, Cæſareus con-ntimus, Camerarius & Styriæ cancellarius aulicus. Alia etiam linea orta ex *Andrea*, Georgii filio, cujus nomen mihi non innotuit. Ex hoc verò apparet, a ita late diffuſam, ut linearum amplitudine vix ulla Auſtriacarum eam æquet, tiam affinitate ipſi junctæ.

XII. Quadra ſecunda & tertia ſymbola videntur continere gratioſa: *Caſtella-*rum, & *Auſtriacum*. De hoc ſymbolorum genere aliqua diximus P.I. c.2. a ea vel à *Carolo V. Imperatore*, ad quem mortuo *Maximiliano I. Imperatore* Sigismundus à Styriæ ordinibus legatus in Hiſpaniam miſſus eſt, & de quo iam bene meruit, vel à *Ferdinando* ejus fratre data crediderim: & quidem i conjecturæ lubentius inſiſtam, cum non aquila imperialis ſed ex ditionum, erdinando jus hereditarium, inſignibus detractæ figuræ conceſſæ ſunt: præ-quod in Ferdinandi ſervitiis majorem ille partem ætatis conſumſit. Didici ſignium incrementa à Carolo V. & Ferdinando 1522. & 1542. conceſſa eſſe. ò toties memoratus Baro etiam *Camerarii* & *Dapiferi Carinthiæ hereditarium* rincipis gratia impetraverit, hæc quoque non omnino improbabilis con-erit, ex Carinthiæ ſcuto (vide cap. 9. num. 68.) alteram partem, argenteam

Lineæ duo decim hujus ſtirpis.

Herberſteinia.

Sileſia.

Mazenſis.

Neupergenſis.

Puſterwaldia.

Sirendorfia.

Lanckowwizia.

Wurmbergia.

Gutenhagia.

Auſtriaca.

Windtauia.

Wildhauſia.

Gratioſa ſymbola Caſtiliæ & Auſtriæ.

Camerarii & Dapiferi Carinthiæ

Digitized by Google

videlicet faſciam minio inductam, ducatus officiali primario conceſſam eſſe. De qua conjectura penes alios eſto arbitrium.

Neuperg. §. XIII. Quod ſcutulum dextrum attinet, quod nigrum conſitum corculis aureis lupum argenteum repræſentat, fuit familiæ *Neipergiæ, Neubergiæ* ſ. *Neidpergiæ* (ſcriptio enim variat,) teſſera: eâ autem extinctâ Sigismundus toties memoratus titulum, insignia & facultates ejus feudo accepit.

Haag ſ. Gutenhaag. §. XIV. Scutuli ad lævam & figuram & jus §. 2. 3. 4. intelleximus. Nimirum 1409. Guntherum Herberſteinium avi ſui materni Guntheri ab Haag à principe obtinuiſſe inſignia. Illius Guntheri filia Anna Henrico Guntheri patri nupſerat 1379. quo anno die Ulrici literæ pactorum matrimonialium datæ ſunt. Cæterum Haag, alio nomine *Gutenhaag* appellatur. *Aquilinas* tamen ejus caſſidi *additas pennas* donum *Maximiliani* reor, ex carmine *Rud. Agricolæ* §. 7. Fortè tum conceſſum, cum 1514. 26. Sept. ob res præclarè Veneto bello geſtas in *equitum auratorum ordinem* Imperator cum torque donatum Oeniponte referret. Et id ſolum inſignium augmentum ab iſto Cæſare profectum exiſtimarim: deque eo intelligendum illud carmen. Certè caſtellum & faſciam non facilè eidem tribuerim.

Apex. Elogia B. Sigismundi. §. XV. Quod galeas tres principes concernit, in illis præcipuorum meritorum *Sigismundi* ſervatur memoria. Antea enim alâ uſi videntur, cum typo ſcutario; qui apex tribus his galeis locum fecit. Vix autem rationes ut oportet capiemus, niſi vitæ & geſtorum viri inferatur aliqua epitome: præterquam quod virtuti quovis loco, quæ digna eſt, honor adhiberi debet, & vel hâc causâ non ſine operæ pretio futurum eſt, ut quæ in chartis ante ſeculum impreſſis adeoque à paucis leguntur, in plurium denuo conſpectum producantur, atque ita dignum laude virum literarum cultores vetent mori. Adducam ergò duo quæ huc faciunt: Alterum ſit carmen *Joh. Ludovici Braſſicani:*

Joh. Ludov. Braſſicani carmen.

Non moror hanc Chriſto repetenti reddere vitam,
Et vixiſſe mihi ſatis, & vidiſſe ſuperque eſt,
Tot maria, & montes, tot flumina totque paludes,
Tot Reges, dominoſque orbis, tot regna, tot urbes,
Nam mare conſcendi, ſupra, quodque alluit infra
Italiam, remis hinc prætervectus & illinc,
Baltheaque emenſus freta, mox *Balearica* ſolvens
Sardinia ingredior, gelidique *Boriſthenis* oras,
Rhaque cavas tacito ſtringentem flumine ripas
Trajeci, *Tanaiquæ* ſupra caput uſque nivoſi,
Nusquam *Riphæos* didici conſiſtere montes,
Jamque *Album* & *Rhenum*, fluviumque binominis *Iſtri*
Navigiis ſuperans, Legati munus obivi.
Atque *Sigismundum* moderantem jure *Polonos*,
Lithvaniæque Ducem mos eſt quem dicere Magnum
Sæpe ſalutavi verbis & nomine Regis
Ferdnandi, & toto diviſos orbe *Moſcos*
Non ſemel atque iterum magnis de rebus adivi,
Moſcoviaque Ducem magnum ſum affatus in urbe
Baſilium; hinc *Danis*, *Norvegis*, atque *Svedis*
Imperitantem adii *Chriſternum*, non ſatis æquo
Diſſidio ſancti turbantem fœdera lecti,
Liberius monui infami deſiſtere cepto,
Hæc mandata ferens à Cæſare *Maximiliano*.
Ipſum etiam *Hungaria* regem, Dominumque *Bohemiæ*,
Ludvicum acceſſi regno, & florentibus annis.
Jam verò multis locuples *Hiſpania* regnis
Cognita, & Hiſpanis non cedens *Belgica* regnis,
Carolo ubi, Auſtriacam regionem, nomine Quinto,
Ceu patris orbatam interitu commendo pupillam,
Præterea decimum *Romano* in ſede *Leonem*
Conſpexi, *Veneti* Dux *Lauredane* ſenatus,
Cognite porro mihi es, notique fuere dynaſtæ
Imperii plures, quos hic numerare moleſtum eſt.
Ecce autem Hungaricis ubi rurſus imminet oris
Et noſtros miſera *Solymannus* clade peremit,
Nequicquam longâ Budam obſidione prementes,
Ipſius horrificâ ſubnixi ſede Tyranni,
Altius erectæ fixi ſtans oſcula dextræ,
Quam prona in terram melior pars orbis adorat,
Principis inde mei *Gnatam* deduco Polonos
Regnum in *regis thalamos*, bellique togæque
Expertus caſus varios hæc inter, & olim

Militis

Militiæ emeritus veterana ſtipendia, juvi
Conſilio interea innocui compendia fiſci,
Linguarumque potens, in jura ac fœdera fidum
Præſto miniſterium ſtudioque ſeneſco laborum,
Publica privatis præponens commoda lucris,
Reſpondente tamen fidei ſorte, atque favore
Auſtriadum regum, domui rem linquo, decusque
Et priſci generis ſtemma haud inglorius orno.
Vita igitur plenus, quam ſum mihi conſcius, actam
Gnaviter in vitæ officiis, ſine labe notaque,
E magno veluti ſatur expletusque theatro,
Cedo lubens, & noſtra do lampada geſta ſequenti.

VI. Majoris autoritatis eſſe poteſt diploma, quo ei quietem aliquam ab iti- indulſit R. Rom. Ferdinandus, & ejus ipſe merita commendavit: Wir und / von GOttes Gnaden Römiſcher König / ꝛc. bekennen offentlich ſem Brieff / und thun kundt aliermänniglich / daß wir genädiglich an- / wahrgenommen und betracht haben die ehrliche / anſehnliche / nützli- reue und fleiſſige Dienſte / ſo der Edle / unſer lieber getreuer Sigmund berſtein / Freyherr / unſer Rath / weyland unſerm lieben Herrn und An- äyſer Maximilian / löblicher gedächtnüß: Dergleichen der jetzigen Rö- Käyſerl. Majeſtät / unſerm lieben Bruder und Herrn / uns und unſerm uß Oeſterreich gehorſamlich und mit beſten Treuen erzeiget und bewie- d fürnemlich / daß er erſtlich bey ermeltem Käyſer Maximilian in den en / ſo Ihr Käyſerl. Majeſtät in Ungarn / dergleichen auch gegen den nern gethan / jederzeit ehrlich / ritterlich und wol gehalten / auch ſich rer Käyſerl. Majeſt. als derſelben Hofrath und Diener / in anſehnlichen nen und Bottſchafften / zu den Königen von Ungarn / Dennemarck / auch dem Großfürſten in der Moßkau / dergleichen auch zu anderen rſten und Fürſten deß H. Röm. Reichs / und in die Eydgenoßſchafft / nderer ort / und folgends nach abſterben unſers lieben Anherrns Käy- ximiliani / neben andern unſerer Nieder-Oeſterreichiſchen Geſandten er ehrſamen Landſchafft unſers Fürſtenthums Steyer / zu obgemeltem lieben Brudern und Herrn Käyſer Carln in legation-weiß auch gutwil- hicken und gebrauchen laſſen / damahlen er dann neben andern ſeine uff Venedig / Rom / Neapolis / und folgends über Meer / da er dann mit iner gefährlichkeit leibes und lebens / durch ungeſtümmigkeit deß Meers rdinia / Majorica und Ibitza geworffen / und von dannen in Hiſpa- ommen: Nachmahls / wie wir uns unſerer Oeſterreichiſchen Lande ng unterfangen und angenommen / ſich in unſern Dienſt / und an unſe- begeben / und mit uns viel anſehnliche reiſen in die Niederland / Bra- d Flandern / zu hochgemelter Käyſerl. Majeſtät und ſonſt vollbracht nachgehends ſich uns zu unterthänigem gefallen in unſeren Nieder- ichiſchen Landen / als unſer Rath / bey unſerer Regierung und Cam- lbſt / in unſern hochwichtigen und trefflichen Sachen gehorſamlich ge- laſſen / auch hiezwiſchen anſehnliche reiſen und legationen zu den Kön- ngarn / Böheim / Polen / Littauen / Moßkau / auch Churfürſten und deß Reichs / und fürnemlich jüngſthin im nechſtvergangenen ein und en Jahr zu dem Türckiſchen Käyſer Solymann / nach dem leidigen nſers Chriſtlichen Kriegesvolcks / wie der Türck den Königlichen Schloß und Statt Ofen eingenommen / ohne allen ſcheu vorſtehender hkeit / gehorſamlich und gutwillich vollzogen und vollbracht hat / und ich thut / und derohalben in betrachtung ſolcher langwürigen / ſtäten euen Dienſte / ſo gemelter von Herberſtein obangeregter maſſen / unſerem lieben Anherrn Käyſer Maximilian / dergleichen der jetzigen äyſerl. Maj. uns und unſerem Hauß Oeſterreich von jugend auff an- nützlich / und mit getreuen embſigen fleiß gethan / und in ſolchen unſern rs Hauß Oeſterreichs Dienſten / zu ſeinen erlebeten tagen kommen / naſſen darinnen eraltet / daß er von wegen ſeiner mühe / arbeit und reiſen dermaſſen müde worden / daß er ſich ſeiner Gedächtnüß / Ge- d Gehörs zu mehrmahlen vor uns beklagt. Haben wir gemelten

Ferdinandi Imp. diploma gratioſum.

Sigmund von Herberſtein / Freyherrn / als unſern wolverdienten alten Rath und Diener / genädiglich gewilliget / zugeſagt und verſprochen / daß wir ihn nun hinfüro zu keinem Feldzug noch einigen weiten und ſchwehren Reiſen gebrauchen ſollen noch wollen / auch ihme daneben dieſe beſondere gnade gethan / und Freyheit gegeben / thun auch ſolches hiemit wiſſentlich in krafft dieſes Brieffs / daß er nun hinfüro weder von uns noch jemand andern mit einigen beſchwehrlichen ämtern / als vollziehung der geſchäfft und letzten willen / gehabſchafften / und der gleichen ſachen beſchwehret noch betranget werden ſoll / ſondern von ſolchen beſchwerden gäntzlichen enthebt und exempt ſeyn / und wir ſollen und wollen uns nun hinfüro an ſeinen dienſten / daß er uns / als unſer Rath / bey unſerer Nieder-Oeſterreichiſchen Cammer diene / genädiglich benügen laſſen: und gebieten darauff allen und jeden unſern Unterthanen und Getreuen / Geiſtlichen und Weltlichen / in was würden / ſtandt oder weſen die ſeyn / ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brieff / und wollen / daß ſie gemelten von Herberſtein bey dieſer unſerer begnadigung und exemption beruhlich bleiben laſſen / ihne darwider nicht tringen noch beſchwehren / noch das jemands anders zu thun geſtatten / in keine weiß / als lieb einem jeden ſey unſere ſchwehre ungnad und ſtraff zu vermeiden. Das meynen wir ernſtlich / mit urkundt dieſes Brieffs / beſiegelt mit unſerm Königlichen anhangenden Inſigel / der geben iſt in unſerer Stadt Wien / den ſechzehenden deß Monats Junii / nach Chriſti unſers lieben HErrn geburt / tauſend / fünffhundert / und im zwey und viertzigſten / unſerer Reiche / deß Römiſchen im zwölfften / und der andern im ſechzehenden / Jahren.

Imperator in galea altera. Regis imago.

§. XVII. His præſcriptis *Imperialem imaginem* gratiæ ſingularis & Imperatoribus præſtitorum officiorum interpretor documentum. Regia ſceptra una in manu *quatuor*, ſi conjicere licet, memoriam ſervare poſſunt legationum, quas ad quatuor reges non ſimplici vice obivit. Nam 1516. (ejus verba refero) *Chriſtiernum Daniæ regem, cui Eliſabetha Cæſaris ex filia neptis nupta erat, Cæſaris orator, magna Germaniæ parte lustrata, adiit, & violati conjugalis fœderis admonuit, atque ad reſipiſcendum cohortatus eſt.* Alibi iis verbis utitur, quæ retuli *Syllog. Geneal.* pag. 122. ed. ſec. Alter regum quot legatus adiit, fuit *Sigismundus Poloniæ Rex*, cujus matrimonium cum Bona Mediolanenſi legatus *Maximiliani* Imp. 1517. curavit. 1526. iterum ad eundem miſſus eſt *Ferdinandi* nomine; quod deinceps ſæpius 1527. 1528. 1529. 1530. 1531. 1539. 1540. 1542. factitatum: inprimis ob negotia Ungarica & Joannem Zapolianum Scepuſium. Tertium numero *Ludovicum Vngariæ & Bohemiæ* regem, ad quem 1518. à Cæſare, 1520. à Caroli V. in Hiſpania adhuc abſentis gubernatoribus, & ſæpius 1522. 1523. 4. 5. 6. à Ferdinando miſſus eſt, & magni momenti negotia perfecit. Quartum credo notari *Sigismundum Auguſtum Poloniæ Regem.* Cui non tantum vivo patre 1543. pronubus & aulæ magiſter *Eeliſabetham* Auſtriacam ſponſam adduxit: verum etiam poſtquam patri ſucceſſiſſet 1550. amicitiam inter ipſum & ſocerum interruptam legatus reſarſit, & motus in Polonia oriri viſos ſedavit. 1552. denuo miſſus ut ad communionem belli Turcici regnum invitaret. Ubi memorat: *Frequenter antea apud eam gentem orator fueram, neque injucundè mihi profectiones acciderant. Sed tum non modo homines ſed etiam faciem hominum mutatam reperi.* Demum 1553. alteram ex Auſtriacis ſponſam *Catharinam* aulæ magiſter Regi adduxit, cujus etiam conjugii prima jecerat fundamenta. Ita videmus quatuor reges, quos legatus adierit, ut opinor quatuor ſceptris notatos. Quintus addi poterat *Carolus* Hiſpaniarum Rex, ad quem 1519. *Maximiliano* avo mortuo à Styriæ ordinibus miſſus erat, ſed à ſubditis ad principem ſuum: Unde hujus legationis non factum indicium reor: quemadmodum nec illius, quâ 1541. ad *Solymannum Imperatorem Turcicum* miſſus, barbaro perſvaſit, ne longius hoſtiliter progrederetur, cum jam Budâ potitus eſſet.

Quatuor ſceptra legationum ad quatuor reges nota.

Moſci imago in galea.

§. XVIII. *Moſci* imaginem in galea ſiniſtra credo memoriam conſervare legationis in *Moſcoviam*, quâ bis, primum 1517. *Maximiliani Imperatoris* auſpiciis, deinceps 1526. *Ferdinandi Archiducis* (cujus frater Carolus V. ſuum quoque oratorem Leonardum Com. de Nugarolis junxit,) nomine ad *Baſilium magnum Ducem* miſſus eſt. Altera vice ut quinquagennales inducias cum Polonis paciſceretur effecit. Porrò priori iſtâ legatione à quibusdam Polonis præter meritum malam retulit gratiam, tanquam in præ-

dicium eorum à Cæſare ipſo internuncio Principi Ruthenorum regis titulus us & miſſus eſſet. Quam ille calumniam ſcripto ad *Henr. Loritum Glareanum* univerſam rem & legationis cauſas exponit, ſolide refutavit, & ſinceritatem corum in negotiis quæ cum Polonis acta demonſtravit. Porrò quod dextra ræter ſpicula, flagro etiam & acinace oneratur, genti non infrequens: Ita ties dictus Sigismundus Comm. Rer. Moſcov. p. 49. *Loro pariter freni longo & mitatè perforato utuntur, quod digito ſiniſtro annectunt, ut arcum apprehendere tento uti poſſint. Porrò quanquam ſimul & eodem tempore manibus teneant freum, frameam, telum & flagellum, iſtis tamen ſcite & ſine ullo impedimento no-*

IX. Hæc de inſignibus, qualibus ſuperiori ſeculo gens uſa eſt: antequam ad umtypum accedam gratitudo exigit, ut lectori memorem, librum incluti il- *mundi*, quo res ad ipſius vitam & gentem ſpectantia, commentariis Moſcovi- ıncta continebantur, debere me gratiæ Illuſtriſſimi Herberſteini Comitis *Ottonis Friderici*, qui Sigismundi fratrem pirmogenitum Georgium abavum ab hoc enim uſus ejus mihi conceſſus eſt, & alia ad familiæ notitiam ſubmini- Eo gratior autem exemplaris lectio fuit, quod chirographo autoris hinc inde ı. Ita tabulæ, quâ promotio ejus in Baccalaureum repræſentabatur, ſua adſcri- ıu: *Sunt qui abhorrent & verecundantur nomine Baccalaureatos appellari. Ego deo & glorior. Promotus ſum Viennæ* 1502. In excuſo Germanico in eundem leguntur: Im Jahr 1502. Baccalaureus artium worden / deß ſich viel ſchä- mich aber erfreut. O wie getreuer Maiſter und unterweiſer ich da ge- GOtt gebe denen allen die ewige freude zu lohn / Amen. Quam optanet, multis illuſtribus eundem de ſtudiis & in Doctores ſuos ſenſum eſſe eo ıı forte melius cum publicis commodis ſæpe aperetur.

Sigismundi monumenta ab Ottone Friderico communicata.

Sigismundus Baccalaureus.

ponderetur Marchioni. *Surit. ad ill. ann.* 3. Vide etiam prætenſ. *R. Franc.* in Baleares &
in Arag. 4. Venditiones aut donationes alibi *Caſſanus* non admittit. *Zyp.* 1, 4. *p.* 26. 27.
nnes rex Aragoniæ comitatum pro 300000. ſcutatis & 700. equitum & peditatus ne- Oppignoratio Joannis R. Aragoniæ.
ctu (quo beneficio etiam rebellio regni ſedata) *oppignoravit comitatum Ludovico XI.*
ſt. Aquitan. omnino venditum ait; ita & *Favin.* quod cum rex nuda oppignoratione
ille noluiſſet, Aragonius plane ceſſerit. Unde in realem poſſeſſionem rex venit. (*Paul.*
. dicit, *attributo ac velut oppignorato*. Sed apud *Ferron. L.* 1. *p.* 2. vocatur *juſta venditio.*

Reſponſio. Sed p.3. *Ferdinandus* non niſi *oppignorationem* agnoſcit.) Id verò pretium nunquam ſolutum. Sed & Ferdinandus poſt patris mortem contractum oppignorationis confirmavit.

Reſp. Hiſp. 1. A Carolo VIII. quem religione ad hoc *Fr. de Paula* permoverat ap. *Surit.* debitum 1493. remiſſum eſt, cum in Italiam iturus eſſet. Exc. (1) Rex non potuit remittere debitum, quod ad coronam ſpectabat. Saltem ſucceſſores eâ liberalitate non obligantur. (2) Fraude corrupti *Olivi, Maillardi Franciſcani* ſeductus eſt. *vid. Ferron. L. 1 p. 2.* vel *Epiſcopi Albienſis* corruptione: ut *Surita* fatetur, eum ob hoc male audiviſſe. (3) Ferdinandus nec illis pactis ſtetit, quibus jubebatur filias non ſine conſenſu regis Franciæ elocare, & conatus Neapolitanos non turbare. 2. Pignus cum remiſſo debito redditum eſt. Exc. Etiamſi pignora reddantur, debitor tamen liber non eſt. 3. Saltem ipſum comitatum petere nequeunt Galli, ſi pecuniam poſcere poſſint. Nam & *Ludovicus XI.* motus *Franc. de Paula* perſvaſione, teſtamento cavit, quod pignus relui poſſit. Quod *Surita* perhibet, ſed *Comineus* non meminit. 4. In pace *Ludov. XII.* & *Ferdinandi* ac *Iſabellæ* confirmata *Granatæ* 1500. *Ludovicus Arragoniis* ceſſit jus ſuum in comitatus *Ruſcin.* & *Cerdanum*, cum viciſſim cederet Ferdinandus jus, quod in *Monpelium* & alia Franciæ ſibi deberi prætendebat. vid. *Memoir. & negot. pour la negot. de paix concer. les droicts du R. de Fr. p.* 114. Addit *Caſſan.* argumentum, quod Eccleſiæ Epiſcopalis Perpinianiportæ & aliis ædificiis ſint culpta *lilia Francica*, adducit. *l. 1. §. non alii autem. 45. ff. de vi & vi arm. l. decernimus. C. aqueduct. L.* 11. Addit etiam quod in archiv. *Biterr.* extet indicium jurium, quæ Rex & civitas Biterrenſis *Perpiniani* habeant: ut & quod regii præfecti apud *Bacquet de dr. de juſt. c.* 3. Ruſcinonenſibus jus dixerint.

Fundamenta Hiſpanorum. Fundamenta contraria Hiſpanica ſunt: I. *Teſtamentum Gerhardi ultimi Comitis*, quo is ſub Ludovico jun. R. Franciæ comitatum *Alfonſo regi Arag* donavit 1178. Unde cæpit in publicis tabulis *Alfonſus Aragon. R. Barcinonis & Ruſcinonis Comes, Provinciæ Marchio* vocari. *Marian. L.* 11. *c.* 14.

Teſtamentum Gerhardi ult. Comitis. *Reſp. Gall.* 1. Aragonii authenticum teſtamenti exemplum diligenter occultavere, extractum habet *Puteanus*. Suſpicionem autem de alia quoque clauſula inſerta, quâ ſubditis, ſub Gallo an Hiſpano eſſe mallent, *optionem* dederit, aut amplius quid diſpoſuerit, quædam injiciunt, quæ *Paulus in prætenſ. Com. Ruſcin.* habet. 2. Diſpoſitio vaſalli de feudo præjudicare nequit coronæ. Inpimis cum diſerte Gerardus dicat, ſe hoc ex magno amore facere, *quando meum honorem qui ad jus illius non pertinebat, illi dono.* II. *Perpetua poſſeſſio* plurium ſeculorum & ex hac *præſcriptio.*

Reſponſio Gall. Præſcriptio. *Reſp. Gall.* 1. Adverſus reges præſcriptio non proficit. 2. Sæpe in manu Francorum fuit Perpinianum. 3. Ferdinando Catholico Franci præter oppignorationem alios titulos, quibus intimitatum inſtructi eſſent, oſtendere, unde 1479. ut per arbitros res decideretur, conventum eſt. 4. *Carolus VIII.* de injuſtitia *Ferdinandi* conqueſtus ipſe poſt reditum comitatum iterum adortus eſt, ut *Franciſcus I.* ac *Henricus IV.* illi arma intulere. Atque ita jus Galli ſuum integrum ſervarunt.

Reſponſio. Abdicatio. III. Abdicatio in pactis *Corbolienſibus* 1258. vid. *Surit. ad ill. ann. Madrit. n.* 7. *Creſpiac. §.* 12.

Eventus. Hæc cum utriusq; partis fundamenta fuerint, non tantum bello adv. Aragonios favore Balearici regis *Perpinianum* tenuere *Galli* 1285. Sed & poſtea *oppignoratum* comitatum 1462. ipſe *Johannes* Rex tradidit *Ludovico XI.* regi. Ab hoc 1473. deſciſcunt incolæ, ab Aragoniis excitati, & Francicum præſidium in arcem ſe recipere cogunt. At ſeq. anno armis iterum ad deditionem coacti inque fidem Francicam recepti ſunt. Novæ etiam ſcriptæ conditiones. Cum verò per *Lud. Amboſium* reſtituiſſet *Carolus VIII.* comitatum, poſt bellum Neapolitanum eum iterum adortus *Salſulas* cepit. Expeditio alia *Franciſci I* 1542. Perpiniano fruſtra obſeſſo in irritum cecidit. Eodem poſtea *Henric. IV.* Mareſcallum Ornanum cum exercitu miſit. In ult. hoc bello 1642. captis *Perpiniano, Salſulis* & *Colibra* tota ditio in poteſtatem redacta, atque pace 1659. art. 42. 43. unita *coronæ Francicæ*, atque ita controverſia terminata eſt.

Prætenſio Pontificis in Aragoniam. §. XV. Nec verò ſolus Galliarum Rex eſt, qui in Aragoniam aliquod jus ſibi arrogat, ſed etiam ipſe *Pontifex ſuperioritatem* in eam prætendere auſus eſt. Cujus fundamenta illa ſunt:

Ramiri ſubjectio. 1. *Ramirus Rex* I. quod Pontifex Aragoniæ honorem regium diplomate confirmaſſet, ſe *vaſallum* conſtituit Eccleſiæ. Marian. L. 9. c. 7. *Sedi Apoſtolicæ inprimis & maxime deditus fuit: præſtat regnum ſeq; & liberos Pontificibus obnoxios vectigales q; fore, lege in æternum latâ voluerit & ſanxerit.* Ita & *Surit. ind. rer. Arag. ad ann.* 1063. *Caſſan. Rech. des dr. du R. de Fr. L.* 1. *c.* 2. *p.* 82. 109. cauſam in eo quærit, quia conſenſu Regis Franciæ ſperare non potuerit, qui hactenus Dominus Aragoniæ.

Petri II. oblatio. 2. *Petrus II. R. Aragoniæ* diplomate dato Romæ 1204. ap. *Baron. T.* 11. *annal.* obtulit Pontifici *Innocentio*, ſucceſſoribus & ſedi Romanæ, regnum ſuum, & ad ſolvendum quotannis cenſum 250. *maſſimitenarum* ſe obligavit. Agnoſcit etiam *Blancarer. Arag. in R. Petro. p.* 650. eum Eccleſiæ Rom. regnum *ſubditititium* feciſſe, & ob hoc *Catholici* nomine donatū. Notat autē, diademate panis azymi, ne pedibus illud Pontifex pro more imponeret, cohoneſtari voluiſſe. Poſtea *Jacob. I.* Regi recuſavit coronam imponere Pontifex, niſi vectigali ſoluto, quod pater promiſerat, ſed indignat° Jacobus diſceſſit. ap. *Marian. L.* 13. *c.* 22. Sed poſtea 1219. cum *Honorius* Papa regnum Aragoniæ in protectionē ſuā accipit, mentionē nullā facit *feudalis tituli.* Diploma refert. *Sur. ind. rer. Arag. ad ill. ann.*

Petri III. inveſtitura 3. Allegat etiam *Caſſan. rech des dr. du R. de Fr.* 1, 2. *p.* 113. inveſtituram, quâ *Petrus* III. quoq; ob regnum *Aragoniæ & Sardiniæ* præſtare juſſus eſt *homagium ligium, vaſallagium & fidelitatis juramentum*, & 100. equites armatos, & 500. pedites defenſioni Eccleſiæ. Iraq; Petrum, cū Sicilia occupatâ Pontificis autoritatē inſuper habuiſſet, regno privavit *Martinus Papa. Surit. ind. Arag. ad ann.* 1283. 1284. ſed ibid. Rex *appellat* à Pontifice ad alium minimè ſuſpectum, & ſe Eccleſiæ ſubmittit.

Alfonſi promiſſum. 4. Cum reſcinderetur donatio Aragoniæ à *Martino Papa Carolo Valeſio* facta, 1291. *Alfonſus* pactis *Taraſconenſibus* promittit quotannis 30. uncias auri Eccleſiæ pendere. *Surit. ind. rer. Arag. ad ann.* 1291. Huc trahi poteſt, quod *Surit. ind. Arag. ad ann. Chr.* 1353. de

rege

ro IV. dicit, quod hic legatis Romam miſſis, ſe Pontifici atque ſedi Apoſtolicæ m & obedientem fore, juramenti fide ſanxerit. Petri IV. legatio.

Cum poſt Martini R. mortem interregnum eſſet, & in eo alius Rex eligendus, *ius* Papa etiam partes interpoſuit ſuas. Benedicti Pontif. auctoritas.

m opponi poteſt his fundamentis à parte Hiſpanorum: 1. *Cenſum* non inducere itatem, nec enim ſemper debetur collecta jure ſuperioritatis, ſed aliis quoq; ti- *Spreng. prat. ill. p.* 162. 163. ubi ex *JCtis*. Speciatim verò Eccleſiæ ſæpe pietatis ergo promiſſum, antiquæ hiſtoriæ docent. conf. *Fr. Maced. propugn. Luſ. Gall. P.* 1. *p.* 89. Hiſpanorum jura.

Regis factum regni jura imminuere nequit, ſi proceres non conſentiant. Apud *l. rer. Arag. ad an. Chr.* 1276. Petrus III Rex cavet poſteris ſuis, & ante impoſitum a obteſtatur, ſe ab Archiepiſcopo Tarraconenſi eâ conditione coronã non ſu- im, ut Eccleſiæ adeſſe cogatur, aut ut illi obſit: ne ſe tanquam Eccleſiæ dediticiũ ndiarium ultro profiteatur, quod à Petro rege avo uſurpatum & inductum re- eres conqueſti fuerant. In eundem ſenſum *Blanc. in h. rege*. Sic & ante ipſum Ja- ronatione Pontificis carere, quam vectigal ſolvere maluit ap. *Marian. L.* 13. *c.* 22. multo tempore non agnitum jus eo ipſo exſpiraſſe dicendum eſt.

veram doctrinam in ſubſidium cauſæ vocare lubeat, addendum fuerit: Incom- m eſſe in eadem perſona poteſtatis Eccleſiaſticæ & ſecularis conjunctionem. olog. noſtros ad *Luc.* 22, 25. 26. *Dn. D. Dannh. Hodoſoph. Ph.* 2. *p.* 99. *id. in Chriſteid. theor. Phan.* 9 *p.* 81. *Id. in Hodomor. Pontif. Ph.* 2. *p.* 692. *ſeqq*. Quod omnibus Pon- ætenſionibus generatim objici poteſt. Cum autem in univerſam Hiſpan. jus ſibi etiam Pontifices arrogarent, unde *Gregorius VII.* Hiſpaniam *patrimonium* erit, apud *Thuan. L.* 46. *p.* 782. nihilominus ſervarunt Hiſpani libertatem, apud *L.* 9. *c.* 5.

VI. Satis diu nos Aragonia detinuit. Pergamus ad ſequentem laterculum, qui extrorſus & ſiniſtrorſus *ſectus*, in *ſummo & imo aureo palum quatergeminum mi-* in lateribus *argenteis aquilam nigram auro coronatam cruribus coccineis* defert. Utraque Sicilia. ita regnum *utriusq; Siciliæ*, h. e. non inſulæ tantum ſed & *Neapolitani* quod vo- ni, ſeu *cis & trans pharum Siciliæ*. *Palorum* ratio evidens eſt, cum ex *Aragonio* ſint mutuo ſumti, nam Aragoniæ regesdiu illo regno potiti erant. *Aquilarum* rederico II. repetenda eſt. Autorem conſtituit horum inſignium *Fridericum Blanca Arag. rer. comm. p.* 665. illis verbis: *Hoc breve dicam, hæc quæ cernuntur, ni militaria inſignia, ab eodem Federico rege conſtituta fuiſſe ex Aragonum Regem orum inſignibus imperatorum, à quibus maternus avus Manfredus rex originem compacta*. Conf. *Haping. de Jur. inſ. p.* 275. Cæterum apud eund. c. 6. P. 3. p. 301. mmenta de Siciliæ *veteribus teſſeris* videre licet. 1. *Albam crucem* in *area rubra*, Veteres teſſeræ vel commentitiæ. *culis* ab Imperatore *Arcadio ſ.* potius urbi *Meſſanæ*, cum ea à Gothis obſeſſa ac auxilium à cruce obtinuiſſet. 2. *Crucem* fuiſſe, cum *quatuor cruciculis ad latus* Hæc verò inſignia *Hieroſolymitana* ſunt, prorſus ut ex *Chaſſanæo* repræſentan- a à Siculis regibus quidem, non ob Siciliam, geſtatum ſymbolum. 3. Idem judi- endum de reliquis *Renati Siculi* armis, ex *Chaſſanæo*, quorum alia *Neapolim* no- *cutum liliatum cum faſciola vel ponticulo*, (raſtrum appellat Hæping.) vel *Hun-* faſciæ rubeæ & argenteæ ſ. campus feſſatus. 4. Quid de *cruce, cujus lateribus quilæ adjectæ*, dicere debeam, non habeo, niſi illud, quod haud credam ullum Siciliæ regem. *Mantuano* autem duci illa inſignia debentur.

VII. Ut jam etiam luſtremus; quâ ratione Sicilia ad Auſtriacos delata ſit, ſcien- Succeſſio regum in regno Siciliæ; demum ad Auſtrios. *cos* eam tenuiſſe, ſed dein à *Saracenis* occupatam ſæpius tentaſſe, neq; potuiſſe re. Inde ex *Normannia* ducum familia *Tancredus*, duodecim filiis dives, in Ita- orem ſuis ſedem quæſivit. Ejus filius *Guilelm. Ferrebrachius* initio Georgio Ma- peratoris Græci Michaelis auſpiciis Saracenos in Sicilia oppugnanti, operam avit, cum verò virtutis præmio fraudaretur, 1004. *Apuliam* occupavit & *Cala-* mq; ut & fratres, *Comitis* titulo poſſedit. Poſt quinquennium ex his unus *Rober- rdus Ducem* ſe *Apuliæ & Calabriæ* dixit, & partem *Siciliæ* ſubegit, ſeque pri- ncipi fidelitatis ſacramento obſtrinxit. Succeſſit *Rogerius*, cujus filium *Guiliel- erii Boſſi*, qui *Roberti Guiſcardi* etiam frater & Siciliæ com. fuerat, filius, *Apuliâ* exuit, inde *Neapoli* etiam Græcis extorta, ab *Anacleto* Pontifice *utriusque Si-* 1130. dictus eſt, & regnum ad poſteros tranſmilit. *Conſtantia Guilelmi Henrico VI.* ex Svevis Imperatori nupta, ad eum regni jus attulit:

unde idem poſtea habuit *Fridericus II.* itidem Imperator, & demum hujus filius *Conradus.* Hunc frater, ſed ex pellice natus, *Manfredus* veneno ſuſtulit, & regem ſe ſalutari fecit. Cum hic moleſtus eſſe pergeret, *Vrbanus VI.* (cujus judicium mox *Clemens IV.* probavit) *Carolum Andinum* Ducem evocavit & regem conſtituit: (conſer *indic. rer. Aragon. ad ann.* 1205.) qui Manfredum prælio, *Conradinum* Svevici ſanguinis ultimum, qui patrium regnum repetebat, captum carnificis manu ſuſtulit. Inde Sicilia à *Carolo* defecit *veſperus Siculis*, quæ in hiſtoriis celebres, cæſis Gallis per inſulam omnibus, & Manfredi genetum *Petrum Aragoniæ regem* ſibi præfecit. Ita *Neapolitanum* à *Siculo* diviſum eſt regnum, ut tamen graviſſima inter utrumq; bella gererentur, & certis pactis nonnunquam dirimerentur. Quæ hîc recenſere longum foret. Demum *Joanna II.* initio Aragoniæ regem *Alfonſum* adoptavit, ſed cum ab hoc in ordinem redigeretur, *Ludovicum III.* ex altera *Andina* familia principem, cujus avum *Ludovicum I. Joanna I.* adoptaverat, adoptavit, priori adoptione revocatâ. Ludovico mortuo ejus fratrem *Renatum* ſubſtituit. Ille (Alfonſus) multis colluctatus difficultatibus Renatum tamen expulit, & regnum Neapolitanum vi retinuit: in quo heredem ſcripſit *Ferdinandum* filium nothum. Huic ſucceſſit filius *Alfonſus*, quem *Carolus IIX. Galliæ rex* expulit; inde ſed brevis regiminis *Ferdinandus II.* Huic ſucceſſit ultimus *Fridericus patruus*, quem junctis armis *Ludovicus XII. R. Franciæ* & *Ferdinandus Catholicus rex Hiſpaniæ*, cujus ſumtibus pridem Alfonſus illud occupaverat, exuerunt: demum hic etiam *Gallos* ortâ contentione victoriarum ſocios ejecit, totumque utriusque Siciliæ regnum ſibi aſſeruit. Ab eo per filiam *Ioannam Philippo Auſtriaco* nuptam ad eam gentem devenit, quæ nunc quoque rerum ibi potitur.

Prætenſio Gallorum in Siciliam.

§. XVIII. In regnum hoc Siciliæ cum jus ſibi non ex uno titulo tribuant Galli, operæ pretium eſt, eorum argumenta, & quæ ad illa pro cauſa Hiſpanica reponantur, cum horum etiam fundamenta & exceptiones ad ea, recenſere.

Fundamenta.

Fundamenta Gallorum: Quæ tractant ex profeſſo *Caſſanus recherch. L.1. c. 5. p. 23. ſeq. Fr. Maced. propugn. Luſit. Gall. P. 2. q. 2. pag.* 354. *ſeq. Caſſanus* argumenta omnia ad 9. capita revocat, quæ enumerabimus. (Quæ verò in Caſſano circa hoc argumentum deſideret *Zypeus*, legantur apud hunc 1, 4. p. 20. 21. 22. 28. 35. 36.)

Acquiſitio per arma & defenſio Eccleſiæ.

I. *Legitima acquiſitio per arma & defenſio Eccleſiæ ab hoſtibus.* Ita 1. *Normanni* Saracenis hoſtibus Eccleſiæ ditiones autoritate Pontificis eripuere. 2. *Carolus Andinus* victor Manfredi & iterum Conradini regnum ſibi ſubjecit. 3. *Ludovicus I. Andinus* autoritate Clementis iterum armatâ manu adverſus Dyrrhachium ſibi regnum vindicare conatus eſt: Eadem arma dein vario ſucceſſu geſſere reliqui Andinæ hujus poſterioris familiæ principes. 4. Accedit expeditio *Caroli IIX.* & dein bella *Ludovici XII.* ob eandem cauſam, quæ ſimiliter *Franciſcus I.* continuavit, non pari omnes ſucceſſu.

Reſponſio

Reſp. Hiſp. Arma contraria his expeditionibus viciſſim obſtitere, illorumque ſucceſſus irritos fecere.

Inveſtituræ Paparum.

II. *Inveſtituræ Paparum*, à quibus regnum dependet, ſæpius repetitæ. Ita inveſtiti & quidem de utraque Sicilia Carolus Andinus à *Clemente IV.* (expreſſa cum conditione, ut deficiente Caroli ſtirpe reges Franciæ ſuccederent.) Carolus Claudus à *Nicolao IV.* Robertus à *Clemente V.* & *Benedicto XII.* Joanna à *Clemente VI.* & *Gregorio XI.* Ludovicus I. à *Clemente VII.* & *Alexandro V.* ac *Ioanne XXII.* ut & à *Martino V.* Ludovicus II. cujus confirmata à *Concilio Conſtantienſi* inveſtitura. Renatus ab *Eugenio IV.* Carolus IIX. ab *Alexandro VI.* Huc pertinet quæſtio de *Svevis jure à Pontifice exautoratis*: *Friderico II.* objiciuntur varia crimina, & in *concilio Lugdunenſi* à Pontifice in eum vibratum fulmen: *Manfredo* præter natalium vitium & alia maleficia in ſedem admiſſa, idem omne jus ad regnum præcluſiſſe dicitur.

Reſponſio

Reſp. Hiſp. 1. Viciſſim alias aliorum Pontificium inveſtituras Hiſpani poſſunt producere: ſed & aliqui è *Pontificum Avenionenſium* numero à reliqua Eccleſia non agnoſcuntur. 2. Ob vetuſtiores hos titulos non par eſt Chriſtiani orbis quietem turbare. *Zyp.* 1, 15. *p.* 84. 3. *Bzovius* diploma *regni Neapolitani* conceſſum *Carolo VIII.* non vult. *Zyp.* 3, 24. *p.* 360.

Renunciationes Aragoniorum.

III. *Renunciationes Aragoniorum* in cauſæ Francicæ favorem factæ. Ita 1291. *pace Taraſconenſi Jacobus* jus ſuum in Siciliam cedit. Conf. *Marian. L.* 14. *c.* 17. *indic. rer. Arag. ad ann.* 1291. & 1295. *Blanca Comm. rer. Aragon. in R. Jacobo I. Marin. Sicul. L.* 11.

Poſtea

(*Fridericum* frater, qui eandem occuparet, 1302. iterum ſe illo jure abdicat, ad dies amen ſibi pactus ſub *Trinacriæ* titulo *regnum. Indic. rer. Arag. ad ann.* 1302. Nec nactis poſtea ſtetit.

eſp. Hiſpan. Galli quoque *pactis Madritenſibus* renunciarunt juri ſuo. Reſponſio.

I. Fridericus III. poſt multa bella cum *Joanna* regina pacem facit *Gregor. XI.* Frider. III. mante, ut *Siciliam* feudo à *Joanna* teneret, ſub conditione cenſus annui 3000. pactum. um argenti & ut maſculis deficientibus Joanna ſuccederet. Conditio extitit, iſi filia, quæ ipſa quoque improlis, relicta.

eſp. Hiſpan. Friderici filia *Maria* ab ipſo Pontifice ſucceſſionis capax declarata. Reſponſio :ſtamento *Martinum maritum heredem* fecit, qui ita ſuo jure & patris regis man- ubernacula ſuſcepit. (vid. *Indic. rer. Aragon. ad ann.* 1400. confer eund. *ad ann. aur. Vall. de reb. geſt. Ferd. Aragon. L.* 2.) Conf. *Zyp.* 1, 4. *p.* 31.

Joanna prior Ludovicum I. Andinum adoptavit, & *poſterior Ludovicum III.* Joanna- ibſtitutione fratris *Renati*, quod Pontifex confirmat. rum duæ adoptio- nes.

eſp. Hiſpan. Joanna mariti cæde infamis & ab *Vrbano Pontifice* excommunica- Reſponſio :gni amiſerat, nec in Ludovicum transferre potuit. Altera *Joanna Alfonſum Ara-* adoptavit, quod judicium revocare non potuit. Conf. *Zyp.* 1, 4. *p.* 24.

I. *Jacobum Borbonium* maritum *Joanna regina* ſibi in regno aſſociavit, & ſi ſine Joannæ ipſa decederet, 1415. duo regna irrevocabili *donatione* ei donavit. In diplomate donatio n regio tabulario ſervatur, inter alia legere illa licet: *Itaque omne jus dicta regi-* Jacobo *petens in regnis & comitatibus ſupradictis per obitum dicta regina ſine liberis ad* Borbonio facta. *n. regem*, &c. Unde *Jacobi* & filiæ *Eleonoræ*, quæ aperte jus ſuum profeſſa, po- *udovici XII.* tempore omnino extinctis, jus relapſum ad proximos Borbonios, è Rex.

eſp. Hiſpan. 1. Hæc non ſucceſſio ad regem eſſet delata, nam cum *Eleonora* Ja- Reſponſio. ia *Armeniaco* nupta ſit, ex Armeniacis ultima prætenſionem intuliſſet *Roha- nſi* domui, & ex hac Franciſci filiæ *Rohaneo Mombaſonio ramo*, & Balſacæ at- rris Landrianæ familiis. 2. Donationes ſtante matrimonio nullæ. Quam ta- gem excipiunt, in regibus non valere. Confer *Zyp.* 1, 4. *p.* 42. 3. Papæ volun- iplomate excipitur. Quam tamen exceptionem alii honoris tantum eſſe vo- ſedem tum vacaſſe addunt. 4. Aliqui ex autorum ſilentio in dubium revo- ploma. 5. Sed & an donationes valeant ex Caſſanianis hypotheſibus dubi uit apud *Zyp.* 1, 4. *p.* 26.

II. Teſtamentum *Renati*, qui non à Pontifice tantum inveſtitus, ſed & in re- Teſtamen- ceptus fuerat, nepotem *Carolum Meduanium* 1480. Huius (qui à Pontifice qui- tum Rena- n inveſtituram ſed hoc reſponſum tulerat, *curaturum Pontificem*, *ne Andini* ti regis. *i poſſent.*) teſtamentum 1481. *heredem regem* dixit.

b. Hiſpan. 1. Quod non habebant jus, regno apud Aragonios exiſtente, non Reſponſio. Andini aliis dare. 2. Succeſſio Andina potius ad *Lotharingos* ſpectaret, edi- ati filia. Unde illi nunc quoque inſignibus memoriam ſervant. 5. Teſtamen- *aſſanus* rejicet. *Zyp. p.* 19. 20. *ſeq.*

VIII. Pactum inter *Ludovicum XII.* & *Ferdinandum Catholicum* non futurum Pactum ieralem, niſi jus Gallicum agnoviſſet. Cujus impletioni ille regnum occupa- inter Lu- :mque ſeu ut vult *Maced.* 2, 2, 2. *p.* 367. 368. tantum aliquas appendices, *Ferdi-* dov. XII. & Ferdi- uæ à ſe teneret, tradidit: Ab hoc non ſine ſumma injuria poſtmodum exclu- nandum *m. L.* 1. p. 20. 21. Cathol.

b. Hiſpan. 1. Ludovico ademtam partem regni, ob violatas fœderis leges, cum Reſponſio. :egnum ſibi vindicare vellet. *Fr. Maced.* 2, 2, 2. *pag.* 367. 2. Ferdinando jus in Pacta ma- integrum *hereditate Alfonſi*, ab ejus nothis hactenus detenta. trimonii Ferdinandi

Subſtitutio regum Franciæ, ſi *Germana Foxia*, quæ *Ferdinando Catholico* nu- Catholici eum ſine liberis decederet. Hæc pactis matrimonialibus ſancita & juramen- & Foxiæ. mata, quales contractus ſumma religione ſervandi. Sed mox Ferdinandus bulas proprio jure regnum integrum ſibi vindicat. *Thuan.* I. *p.* 21.

b. Hiſpan. 1. Caſſanus rejicit talia pacta *Zyp.* 1, 4. *p.* 22. 2. Quod jure proprio Reſponſio. Ferdinandus, ut à conjuge allegaret, neceſſarium non fuit. Argumentis his *l.* 2, 2, 2. p. 360. addit antiquius, quod *Pipinus & Carolus* M. aſſertores & autores llud *Pontifici* addixerint, unde ex gratitudinis officio hic iterum Gallis ob-

ſtrictus. Tum in eo eſt, ut *Carolum Andinum* à Pontifice vocatum Manfredo & Petro, Ludovicum Alfonſo & Joanna, Andinos iterum Aragoniis nothis potiores fuiſſe oſtendat. Caroli VIII jus abipſis vult *Aragoniis* probatum, quod hi obtulerint dimidium regni, & dein Fridericus Gallis quam Hiſpanis ſe committere maluerit, ſic & à Ferdinando Catholico ex fœdere cum Ludovico, nec minus ob pactum Noviodunenſe.

Alii tituli ex Fr. Macedo. Caſſano.

Addit *Caſſanus* teſtes, qui Franciæ jura in Neapolim agnoverint. *Baldum in l. cum antiquioribus. C. de Iur. delib. Bartach. de Fir. in tr. de Epiſc. in 2. Part. l. 4. q. 16. Gloſſ. in Clement. prim. de rel. & venerab. ſanct. in ver. Vrbano. Petrum Jacobum verſ. item quæſt. de ſucceſſ. Nic. Boer. in Comment. cenſ. Biturig. tit. de teſt. §. 2. Car. de Garaſſal. Carcaſſ. de regal. Franc. Baron. Annal. T. II.* ubi ita: *Aragonii contra jus Siciliam occuparunt, non ut Friderici ſed ut Petri primi tyranni heredes, & ſine inveſtitura regnarunt: Sicque exterata tyrannide parta eſt monarchia, ut Petri primi invaſoris hæredes, utpote quos neceſſario fateri oporteat tyrannicæ invaſionis, cum in hæredes vitia tranſeant hereditatus, quos ſequatur & pœna excommunicationis, his non juribus ſed injuriis intenti, ut maledictionem hereditate poſſideant.* (Ob quæ Tomus ille Baronii prohibitus.) Ipſe *Neapolitanus Senatus* agnovit, ut qui Caroli IIX. miniſtris ſolviſſent regia jura, ab iterata ſolutione liberi eſſent, quia regi ſolviſſent. Sic & ait, *Alfonſum* dolore mortuum, quod Andinis fidem fefelliſſet.

Fundamenta Hiſpanorum pro juſtitia poſſeſſionis ſuæ:

Hiſp. fundamenta.

1. *Succeſſio Svevicæ familiæ*, non jure regno pulſæ, ad *Aragonios*, & *Conradini* voluntate ultima (*Zyp.* 1, 4. *p.* 22. 40.) & per *Conſtantiam Manfredi* à *Papa Innocentio* 1254. agniti (vide *Bzov. annal. T.* 13. *ad illum ann. n.* 1.) filiam delata. Unde Petro ad ſucceſſionem jus; cui novus acceſſit titulus, quia ut oppreſſis auxilio eſſet invocatus (*Blanca Comm. rer. Arag. in R. Petr. III. Zyp.* 1, 4. *pag.* 40.) & quod victricibus armis ſibi debita vindicavit.

Succeſſio Svevicæ familiæ.

Reſponſio Gallorum.

Reſp. Gallorum: 1. Ad *Conradinum* nullum regni jus, quod Fridericus II. amiſerat, & Pontifex in Carolum Andinum tranſtulerat. 2. *Conradinus* non Aragonios ſed *Caſtellenſes* dixit heredes. *Blondell. genal. Fr. aſſert. T.* 1. *p.* XVI. * 2. *a.* 3. A *Manfredo* tyranno & uſurpatore minus poteſt aliquod jus arceſſi. Confer *Marian L.* 13. *c.* 13. 4. *Petri invaſio* Siciliæ dolo malo facta, & à Pontifice ac totâ fere Europâ improbata. Unde poſtea Pontifices ſemper Andinos inveſtivere de utroque regno. Ita *Bonifac. VII.* in bulla 1302. apud *Baron. T.* 12. protervæ rebellionis inſultum vocat. Confer *Marian L.* 14. *c.* 6. *Indic. Rer. Aragon. ad ann. Chr.* 1381. *Luc. Marin. de reb. Hiſp. L.* 11. *Bzov. T.* 13. *ad ann.* 1284. *n.* 3. 5. Unde ſemper à Pontificibus hi Petri ſucceſſores improbati.

Inveſtitura aliquot Pontificum.

II. *Inveſtitura* ab aliquot *Pontificibus* collata *Aragoniis*, ut ab *Eugenio IV.* Alphonſo, à *Pio II.* Ferdinando ab *Innocentio II.* & *Alexandro VI.* Alphonſo. Sic & poſtea jus Gallis *Iulius II.* adimire potuit (*Zyprus* 1, 4. *p.* 39.) Poſt hæc *Carolus V.* inveſtitus. Deinceps etiam reliqui: & hodie à *curia Romana* agnoſcitur Rex.

Reſponſio.

Reſponſ. Gallorum: 1. Non cenſendum, Pontifices aliis jura ſua imminuere voluiſſe, & hoc ſemper ſubintelligendum in diplomatibus magnatum. 2. Non poſſunt vaſalli, ſine ſuo maleficio privari feudo, inprimis cum hoc ob beneficium datum. *Fr. Maced. prop. Luſ. Gall. P.* 2. *q.* 2. *cap.* 2. *p.* 360. 3. *Proteſtati* Franci adverſus inveſtituras Aragoniorum: ita 1459. in *concilio Mantuano* contra *Pium II.* ob hoc conqueſti Galli, conf. *Zyp. adverſus Caſſan.* 1, 4. *p.* 37. 4. Inveſtituræ Gallicæ antiquiores. 5. *Inveſtitura Caroli V* peculiari vitio laborat, quia ille Imperator. Quod ne fiat jam Carolus Andinus 1299. promittere coactus fuerat. Conf. verò *Zyp.* 1, 4. *p.* 37.

Adoptatio Alfonſi.

III. *Adoptatus à Ioanna Alfonſus.* Nec hic in eam ingratus, cum non aliam quam quæ maritum decet authoritatem ſibi vindicare conaretur, quod ipſa ingratitudinem interpretata eſt. conf. *Zyp.* 1, 4. *p.* 24.

Reſponſio.

Reſp. Gallorum. 1. *Ingratitudine* ſe beneficio indignum præſtitit, cum regnum ad ſe trahere, Joanna monaſterio incluſa, conatus ſit. Et revocationem ac adoptionem Ludovici probavit *Martinus V.* qui tamen poſtea ab Alfonſo preſſus, metu belli & ſchiſmatis ei addixit regnum. Quæ addictio vitioſa apud *Fr. Maced.* 2, 2, 2. *p.* 364. 365. 2. Ipſius hujus Joannæ jus dubium eſt, cum *Dyrrhachium*, à quo ei ſucceſſio, Pontifex *filium iniquitatis & perditionis* dexerit. Conf. *Fr. Maced.* 2, 2, 2. *p.* 362. 363. Tum & quia à *Martino* in *concilio Conſtantienſi.* privata regno. p. 363. 3. Sed nec Alfonſus *extraneus*

præterito

rito agnato potuit inſtitui heres. *Maced.d.l.p.*364. 4. Saltem ad filium nothum *nandum Alfonſus* non potuit tranſmittere ſceptrum: ut & ob hoc *Calixtus III.* fi-ſulmine percuſſit *Maced.pag.*365. 5. Siciliam non primum hac adoptione adiit ſus, ſed jam pater in Aragoniæ regem electus tenebat, poſt Martini mortem, ad ipſum non niſi Petri invaſoris ſucceſſione pervenerat, occupatum. 6. *Fr. Maced. Luſ. Gall. P.*2. *p.*343. 345. inſtantia ab Alfonſo Caſto cauſam Hiſpanicam premit.

V. Renunciationes à Gallis factæ pactis, *Noviodunenſi* 1515. *Madritano* 1526. *Ca-enſi* 1529. *Creſpiacenſi* 1544. Renunciationes Gallicæ.

eſponſ. Gallorum. Noviodunenſe pactum conditionatum, nec ſervatæ ab Hiſpanis Reſponſio.
tiones. Id verò potius oſtendit jus Gallicum. *Fr. Maced.*2,2,2. *p.*368. *ex Jovio.*

Madritani validitate multa dubia ſunt. *Cameracenſe* & *Creſpiacenſe* Madritano ur, nec potuit Franciſcus liberorum, quod à matre habebant, juri præjudicare.

Addi poſſet promiſſum olim *Caroli Claudi*, qui in captivitate pollicitus, curare, ut Caroli Claudi promiſſum.
icià excommunicatione abolità, *Jacobus* de Sicilia inveſtiretur, datis obſidibus
bilibus. vide *Indic. rer. Arag. ad ann.*1285. Conf. *Zyp.*1,4. *p.*30.

ſp. Gallorum. Extortum in captivitate, de re quæ non in Caroli poteſtate fuerat. Reſponſio Præſcriptio.
V. Addit his pro Hiſpana parte allegationem *Præſcriptionis*, ſed ſimul eandem re conatur *Fr. Maced.*2,2,2. *p.*369.

XIX. Ex quo *Ferdinandus* potitus eſt regno, non iterum Hiſpania eo excidit. Quæ facta poſt Ferdinandi occupationem.
vis *Franciſcus I.* ſpe ſibi à Pontifice 1521. factâ (*Bellaj. L.*1. *p.*21.) primum 1525. per *m Albanum*, niſi Ticinenſis clades incidiſſet, rem tentaturus erat, ſed 1527. de-xpeditione *Lautrecii* regnum aggreſſus eſt, cum verò *Genua* partes deſeruiſſet, cepto deſiſtere coactus eſt. Interim parum aberat, *Marchio Piſcarius* à Pontifice inauguratus eſſet. Quæ 1556. & 1557. auſpiciis Henrici II. & Pontificis, qui Phi-i II. regno ſententiâ ſua privabat, acta, apud *Thuan. L.*17. & 18. videre eſt. Ex iquam aperto marte adorti Galli Neapolitanum regnum. Fuere tamen qui de *i IV.* ultimis conſiliis ſuſpicarentur.

XX. Inter duos ſuperiores ſcuti quadrantes parmula triangularis inſeritur *ar-* Granatæ regnum.
cum *praſino malo punico, ramulo & foliolis viridibus* ſuſtentato, *hiante cortice, is coccineis. Novem* refert mala punica geſtari, qua fide ipſe viderit, *Hæping. de cap.*6. *pag.*306. Notari regnum *Granatæ* in Bœtica Hiſpania, ipſum nomen in-ſt; quamvis alii Granati nomen non à puniceis malis ſed *Bedis Abenhabudi* ni, qui Corduba huc regiam tranſtulit, uxore *Nahata* & voce *Garb*, quæ occa-nificat, inditum velint, unde ex alliterationis errore illud *βάγμα* ortum fuerit. *uan. L.*48. *p.*846. Cæterum regnum ab urbe principe, 60000. domibus Ara- Quomodo ortum.
ſtimonio frequenti, dictum, ultimum fuit, quod Saraceni in Hiſpania tenue-olim quidem Cordubenſis regni partem, ſed ut *Rod. Santius hiſtor. Hiſpan. P.*1. uitur, *magis Saracenorum ſiniſtris quam proſperis eventibus in regni dignitatem ,cum Corduba, Hiſpali & aliis amiſſis ille ſolus reſtaret angulus regni nomine inſigni-* liquanto aliter *Ioh. Mariana de reb. Hiſp. L.*13. *c.*1. quem vide) donec occaſione nter patruum & nepotem reges. 1492. *Ferdinandus* & *Iſabella* urbem occupa- A Saracenis vindicatum.
que ita Hiſpaniam integram à jugo Saracenico, quod illa fere 770. annos ge-, plane liberarent & ſuis victoriis hoc nomen, inſignibus *granatum malum* in-. Expugnationem regni deſcripſit in dialogi forma *Carolus Verardus Ca-*, Quod ſcriptum extat *Hiſp. illuſtr. Tomo II.* De *Mauriſcorum*, qui ex illorum po-ſpeciem Chriſtiana ſacra colebant, periculoſis motibus, & conatu regnum il-io ſibi aſſerendi, qui 1570. erupit, legere licet *Thuan. L.*48. Apud eundem p. tur, quod *Mahumetes Abenhumeia* Granatæ & Cordubæ Rex à ſuis per rebellio-ctus regium ſignum aſſumſerit. Ita verba habent: *Ipſe principale vexillum colore exemplo ultimorum regum ſibi ſumſit, cum inſignibus Caſtellæ, & duobus m capitibus, quod à S. Ferdinando fluxit, qui Mahometem Alhamarem expedi-ntra Hiſpalim ſuſcepta comitem, capta Hiſpali, & equitem creavit, & vexillo cum rbus donavit, quæ Granatæ reges deinceps ſervarunt. Nam antea claves cya-geneo ſcuto reges Andaluziæ, pro inſignibus geſtabant, eaque re ſignificabant, & tractus maritimi potentes, quaſi claves propagandi per occaſum imperii in habere. Itaque montem Tarteſſum in ea inſuli clavium montem lingua Ara-bant, & hujusmodi inſignia adhuc hodie pro Alhambra porta conſpiciuntur.*

§. XXI. Quæ

Austriâ. §. XXI. Quæ proxima area est, *rubea fasciâ argenteâ* exaratur. Hoc gentile *Austriorum* symbolum esse, c. 9. n. 31. 32. ostendimus. Tum verò Hispanico scuto cæpit inseri, cum Philippo elocata Joanna successionem regnorum familiæ inferret.

Burgundica tessera. vetus & nova. §. XXII. Quæ Austriacæ areolæ subjacet, *Burgundiæ vetus symbolum*, quæ ex latere opponitur *novum* continet. Illa *sexies auro & cyano oblique à dextro fasciata margine coccineo circumdatur*: hæc *cærulea Francicis liliis sparsa limbo cingitur ex rubro & argento angularibus distincto (componnée) Burgundiæ* nomen cum auditur, non una regio intelligitur. Burgundiæ *regnum*, quod *Arelatense* etiam audit, latissimè protensum est ad mediterraneum usque mare: Burgundiæ *comitatum* nunc quoque nomine eo venit, Helvetia, Lotharingia, Campania & cognomine ducatu comprehensus: Burgundia *minor* occidentalem Helvetiæ partem complectebatur. Hic vero de *ducatu* sermo est, qui Campania, Gastinensibus, Nivernensibus, Borbonnis, Lugdunensibus, Bressia & Burgundia comitatu s. Sequanis includitur.

Burgundiæ varia notio. Regnum. Comitatus. Minor. Ducatus.

Vetera symbola. §. XXIII. Burgundis *vetera symbola* quæ assignantur, varia sunt forte tamen pleraque fabulosa. Ita porro *Theod. Haping. de jur. inf. p.* 334. 335. Primo illis gestatum *serpentem spiris sinuosum & hiantem ore*. 2. *Tres vettes rubeos*. 3 *Tres aureas trabes* in scuto *cæruleo*, quas *Carolus M.* dederit *Samsoni R. Burgundiæ*. 4. Alii dant *cælestinas coronas in aureo clypeo*: Quibus 5. adjecerit *leonem Clodomiri R. Franciæ*, quem à Burgundis acceperint Habspurgii. Confer etiam *Ren. Franc. Esf. des merveill. c.* 42. *p.* 369. *Geliot. la vr. & parf. science des arm. p.* 39. 40. ita recensetur, cum in Gallias venissent, usos *angue sinuoso viridi*, ore cruento hiante in vexillo argenteo, expulsis Gallis, qui ditionem quam occuparunt tenuerant, & usi fuerint *leone aureo* in *scuto cæruleo*, usos dein esse avito *angue exuvias illius leonis ore* ferente. *Clotildi* Burgundæ *Paradinus* tribuit in *parma aurea felem nigrum* ore tenentem murem ejusdem coloris. *Sigismundo Regi Burgundiæ* tribuitur *corona cæruleain capite scuti aurei*. Inde Burgundia regno Francico unita, dicitur *Clotarius II. Rex* dedisse ducatum seu præfecturam Burgundiæ *Wernario* duci, qui sumserit scutum *obliquis tantis dextris rubeis & aureis* tasciatum, ex cujus posteris *Samson Dux Burgundiæ* creatus sit. Hujus filius *Guilelmus* dictus *devotus* Samsonis secundus filius addidisse perhibetur *limbum rubeum*. Cum *Robertus* Rex Hugonis Capeti filius ducatum iterum asseruisset, filius Henricus Rex eum fratri *Roberto* concessit, qui tinctura Francica assumta, servato *limbo rubeo*, *minium baltheorum* in *cyaneum* colorem commutasse dicitur. Quod jam vocatur symbolum *vetus Burgundiæ*. Cum deinceps *Philippus audax* filius Joannis regis, extincta in Philippo Roboretano 1361. priorum ducum familia novam ordiretur, sua insignia, quæ erant *Francicum* ejus temporis, hoc est, cæruleum liliis sine numero sparsum (conferc. 24. n. 35.) scutum, *limbo* ex *minio & argento angularibus composito* (quod pro more Gallico erat minoris natu filii discerniculum, *Brisure*) cinctum ducatui attulit: Idque *δᾶγμα novum Burgundiæ symbolum* vocatur, & cum priori conjungi cæpit, & ita junctum à posteris etiam Philippi retentum est, qui Flandriæ deinceps & Brabantiæ adjecere insignia.

δᾶγμα Burgundiæ vetus. Novum.

Maria heres Burgundica. Burgundiam accipat Ludovicus XI. §. XXIV. Burgundiæ jus oritur ex conjugio *Mariæ Burgundicæ* heredis *Caroli Audacis*, qui masculos secundæ familiæ 1477. morte sua clausit, & *Maximiliani Austriaci* Archiducis, qui ex eo Imperator fuit. Hanc vero Mariam *Ludovicus XI.* Rex Franciæ à successione ducatus aviti exclusit, ea autem *prætensionem* posteris attulit, qua ratione nunc quoque laterculos illos gestant. Conf. *Andr. du Chesn. Burg. Lud. Gollut. Mem. de la Fr. Comte. Ph. Comin. L. 6. c. 1. & seq.*

Prætensio Hispanor. in Burgundiam. §. XXV. Videamus juris *Austriaci* fundamenta, de quibus agunt *Gollut. de la Fr. Comté. Fr. Zypeus* 1, 16. *p.* 166. ubi citat *Fajum*, qui ex professo ea descripserit. *Ioh Iac. Chifflet. vind. Hisp. c.* 8. *p.* 71. & in *Lum. Salic.* 12. *p.* 288. 13. *p.* 298. Sunt verò illa, una cum Gallorum exceptionibus,

Ducatus fœminiæ succ ssionis capax. I. Natura *Ducatus* ad *fœminas* transire soliti. Nam (quæ pleraque ex *Chesneo* probari possunt) cum *Richardum C. Augustodunensem* à sororio suo *Carolo Calvo* constitutum, *Odo* Rex & *Carolus Simplex* creassent *Ducem Burgundiæ*, ejus filii quidem *Rudolfus*, postea Rex, & *Hugo niger* ducatum gessere, sed his extinctis affinis *Giselbertus C. Augustodunensis*, filius Manassis, qui ipse etiam ducatui aliquandiu præfuerat, jure uxoris 950. successit. Simili ratione Giselberti filia *Ledgardis* ducatum attulit marito *Othoni* Hugonis Capeti regis fratri. Othonem fratres *Eudes* & *Henricus* excepere, sed improles omnes; unde sibi legatam (ita *Chifflet. vind. Hispan. c.* 8. *pag.* 71.) *Robertus rex* vindicavit,

Digitized by Google

it, & contra *Landricum Com. Nivernenſem* æmulum defendit. Inter Ro-
is liberos ducatus minori *Roberto* aſſignatus eſt, ac ab eo diuturna poſteritas
t: quæ 1361. in *Philippo* defecit. Cum hujus hereditatem poſtularent *Carolus*
arræ, Ioannes Rex Franciæ, Philippus Dux Aurelianenſis, Robertus Dux Barri;
œmineo jure nixi, vicit *Rex Franciæ*. Confer *Chifflet. Vind. Hiſpan. c.* 8. *&*
c. 13. Sed & ſuperatent Philippo Roboretano moriente *agnati* ex Burgundi-
linea *Sombernonia & Colchetenſis*, ad quos deferri poterat ducatus, ſi jure tan-
ationis ſuccederetur: apud *Chifflet. vind. Hiſp.*

:ept. Gall. Non omnia fœmineo jure tenentur ab illis, qui deceſſorum filias Reſponſio
es duxere, ſed alio titulo certiori niti poſſunt. 2. Facta hæc, antequam unio Gallorum.
1. quâ in aliam naturam commutata Burgundia.

ıncеſſio à Iohan. rege facta *Philippo filio* iis terminis, qui *apennagium* non ſapiunt. Conceſſio
ım ex *Miræo* adducit partem *Zyp. d. l.* & integras *Chiffl. Lum. Sal.* 12. ubi ad cauſæ Joannis
otem faciunt: 1. Allegatio Burgundiæ ex *materna hereditate*. 2. Cauſa impulſi- Regis.
ıris amor in filium, & ejus merita *præmio* digna. 3. Æquiparatio cum *comita-*
ıdiæ, qui haud dubiè non appennagialis. (conf. ex ea unione argumentantes
Spreng. p. 191.) 4. Abſoluta denominatio *heredum* in legitimo matrimonio na-
ne ſexus diſcrimine, quod & fit in Caroli V. verboſa confirmatione. 5. *Donatio*
ı omni jure & libertate, quâ *priores Duces* eum tenuerant. Quibus apenna-
ıditio non adjecta. 6. *Reverſio ad coronam* eò reſtricta, ſi *heredes* ex legitimo
nio & corpore proprio procreati *deficerent*.

ot. Gall. 1. Sunt & alia apennagii conſtituti veſtigia. 2. Verba *hæredes* in legitimo Reſponſio.
nio procreati explicari debent ex veriſimili contrahentium intentione de
Chaſſan. ad conſvet. Burg. ap. Zyp. 1, 12 *p.* 77. quem etiam vide. 3. Nec potuit Rex
quam apennagialititulo, concedere *Domanii* regii partem: confitetur enim
rte, quod ſeparet demũ Burgundiam ad hunc finẽ à Domanio, cui eam duxe-
gendã. Hoc verò non eſt in regis poteſtate. conf. *Lim. Not reg Fr.* 2, 8. *p.* 590. 598.
ıſus conceſſionis à *poſteris* non aliter intellectus. Cum *Phil. Bonus* inſtitueret Senſus
Eq. A.V. conſtituit ducem Burg. perpetuum ejus caput, & ſi contingat decedere conceſſio-
ulo, ut ſit *gener*, uti *Dux Burgundiæ*. Sic & aliæ fundationes apud *Zyp. p.* 173. al- nis apud
ıcent, hanc opinionem omnibus ſediſſe usque ad Caroli audacis mortem. poſteros.

ept. Gall. Non mirum eſt in ſuum compendium interpretatos Burgundos ver- Reſponſio.
ncunque interpretationem admittentia.

eſſio in pactis *Madritenſibus* n. 3. quibus omninò à corona ducatus hic ſepara- Ceſſio in
ıil ſuperioritatis in illum reſervatur regi. Contra hæc varia excipiunt Galli. pactis Ma-
petua *juris conſervatio* in pact. *Camerac.* §. 2. *Creſpiac.* §. 34. *Vervin.* 21. 22. *Nupe-* dritenſib.
ıo. Sic & in *titulis* & *inſignibus* animus retinendi clarè demonſtratus. Juris per-
ı poteſt jus Imperii in ducatum ex *Limn. jur. publ.* 1, 9, 22. *Conring. Imp. Germ fin.* petua con-
ı *ſeq.* Sed quæ pro jure imperii in Burg. Duc. adducit *Spreng. p.* 189. ex Burgundi- ſervatio.
anslatione ad Germanos, nullius ſunt ponderis, ſi conſideres regni illius fines, Jus impe-
n. *Conringio* allegatos. *c.* 12. *p.* 169. 175. 177. *Exc. Gall.* 1. Invito Domino Carolus V. rii in du-
ırgund. in tranſactione illa Burgund. non potuit ſubjicere imperio. 2. Verũ nec catum.
tione illa 1548. facta mẽtio ducat. Burg. fit §. 15. quo enumerantur principatus. Reſponſio.

XVI. Viciſſim *Galli* illa venditant argumenta, quibus juſtitiam cauſæ ob re- Gallorum
ıcatum tueri conantur, quæ in illos titulos partiri licet, quos in pactis *Madrit.* funda-
ræcaveri & abdicari voluere. I. *Vnio & incorporatio*. Incorporatus eſt menta in
ıatus 1361. Iterum occupatione Ludovici XI. Suffragatur *lex regni*, regi quæ Burgun-
ı, quocunque titulo bona Domanio jungens. *Limn. jur. publ.* 1, 8. *p.* 173. 216. 221. diam.
ı. Unio 1361. *inſciis ordinibus* facta, & ab ipſo duce *revocata*. *Zyp. d. l. p.* 167. 170. Unio & in-
. & 1, 12 *p.* 72. 77. 2. Alia unio doceri nequit eſſe facta. *Zyp.* 1, 11. *p.* 71. 3. Lex civilis corporatio
ı præjudicare poteſt. II. *Conſtitutio apennagialis*. Quam ex ſuperius adducta Reſponſio
ne probare licet, 1. Ex *adducta ratione*, quare hunc principatum concedat, ſc. Hiſpan.
ım juxta ſuæ proſapiæ perſpicuitatem honorifice continent. Quæ eſt ratio Conſtitu-
alis. 2. Ob id retractus principatus *Turonius*, qui haud dubie apeñagialis, adeo- tio apen-
ıam ejusdem naturæ cum eo pro quo ſubſtituitur. *Reſp. Hiſp.* conſiſtit ſuperius nagialis.
ımento. III. *Lex Salica* fœminas à ſucceſſione regiorum feudorum arcens. Reſponſio
ıemplis oſtendi poſſit, dignitates Franciæ etiam ad fœminas delatas, excipiun- Lex Salica.
ı regnum ipſum, ducatus Aurelianenſis, Bituricenſis & Burgund. *Chaſſan. ad*

consv. Burg. Et hæc de omnibus feudis est præsumtio, nisi contrarium probetur. vid. *Spreng. in hac prat. p.* 188. *Resp. Hisp.* Contrarium patet ex I. fundamento. IV. Jure ob *feloniam Caroli*, conf. *Cassan. recherch. 2, 5. p.* 659. & debito modo, quia consensu ordinum facta *occupatio* à *Ludovico XI. Resp. Hisp.* 1. Feloniæ convinci non potuit Carolus. 2. Nec in vivum illuc rex ausus est. 3. Consensere ordines, sed seducti. *Gollut. mem. de la Fr. Comt. L.* II. *c.* 1. Adderet quis V. *Cameracensia pacta.* §. 2. & *Crespiacensia.* §. 18. *Resp. Hispan.* Nihil illa Gallis dant, cum conditionata sint & restricta. VI. *Præscriptionem* alii forte adjungent. *Resp. Hispan.* Hanc excluserе pridem Camerac. pacta n. & alibi.

Respondio. Pacta Cameracensia & Crespiacensia. Respondio. Præscriptio. Respondio.

Galli in possessione Burgundiæ.

§. XXVII. Hæc utriusque partis argumenta sunt: quamvis autem ab Hispanis non sit missus *prætensioni* nuncius, sed potius tradente *Jul. Chifflet. Brev. hist. Eq. A. V. cap. 6. pag.* 19. autores fuerint *equites aurei velleris* in comitiis *Vltrajectensibus* 1546. ne ullo pacto juri suo in Burgundiam Rex unquam renunciaret: Quieta tamen à multo tempore Gallis provinciæ possessio mansit, nisi quod belli ex omni parte inter utramque nationem gesti, sæpius aliqua etiam sed non sibi propria sensit vulnera. Cæterum veteri illâ tesserâ Burgundicâ Austriacos omnes rami Germanici non jus solum sibi servare in Burgundiam, sed simul omnes partes reliquas Burgundicæ successionis designare. c. 9. §. 34. 57. observavimus.

Austriaci jus servant.

Brabantia.

§. XXVIII. *Brabantinus* laterculus *niger leonem aureum linguâ & falculis cincteis* minantem ostentat. *Brabantia*, quæ illo symbolo notatur, Geldria, Hollandia, Zeelandia, Flandria, Hannonia, Namurco & Leodiensi Episcopatu terminatur. Vetus fuit *Tungrorum* sedes, quibus Duces ex familia *Hasbania* dant, inque ea *Salvium Brabonem* Julii Cæsaris ex nepte affinem numerant, nescio quâ fide. Demum *Pipini Hasbanii* filia *Begga* mater *Pipini Crassi* hæreditatem *Carolinæ domui* intulisse perhibetur. Sub Caroli Magni posteris fuit ea portio regni *Lotharingici*, quæ *Lotharingiæ Ducatûs*, quin ipsa fuit *Lotharingia inferior.* Paulatim verò in ea cæterum poriri familia *Ardennatium* ex *Giselberto* comite & *Ermengardâ Lotharii Imperatoris filiâ.* In his *Lambertus* Comes fuit *Lovanienſis, Caroli D. Lotharingiæ* posteris Magni gener ab uxore *Gerberga.* Filii *Henricus* pro ducatu Lotharingiæ bellum gessit, & *Lambertus II. Comes Lovanii* fuit, pater *Henrici II.* qui primus *Brabantiæ patriæ* se dixit *Comitem:* sed frater *Godofredus*, cui *barbato* nomen, quod barbam non ponere jurasset, donec recuperasset hereditatem majorum, *ducalem dignitatem* obtinuit *Lotharingiæ*, sc. *inferioris*, seu quod servatum dein nomen, *Brabantiæ*, beneficio Henrici V. 1108. Ab eo reliqui duces ad *Ioannem III.* quo 1355. filiis quos habuerat ante ipsum mortuis extincto, Ducatus, præteritis agnatis, qui Serenissimi *Hassiæ Landgravii* nunc quoque superant, delatus est ad generum ejus ex *Ioanne Wenceslaum Luxenburgium*, quem Carolus IV. Imperator ducem creavit. Inde jus delatum ad *Margaretæ Ioannæ sororis*, *Ludovico Malano Comiti Flandriæ* nepti posteros. Nam ejus filia *Margareta Philippo audaci D. Burgundiæ* hunc etiam ducatum attulit. Hic eum reliquit secundo filio *Antonio*, & is suis *Ioanni* & *Philippo.* Hoc sine liberis legitimis extincto 1430. ob *Ioannæ* proamitæ judicium videbantur præferendi patrueles ex tertio filio Philippi *Philippo C. Nivernensi*, *Carolus* & *Ioannes*: sed eos excluſit Joannis Ducis Burgundi filius *Philippus bonus*: à quo hunc etiam ducatum habuit filius, eumque cum reliquis *Maria* marito *Maximiliano* attulit. Servare tamen voluere prætensionem *Nivernenses*, & quamvis *Ioannes* à Carolo genti captus juri suo renunciare coactus sit, protestatione tamen factâ jus integrum sibi manere credidit, & à Ludovico XI. confirmationem nactus est. Ab ejus filiabus descendens *Ludovicus Gonzaga Nivernius* 1581. publico per Joannem Chandonum scripto jus illud suum propugnare ausus est. vide *Thuan. L.* 74. *p.* 706. 707. vid. supra *c.* 29. *n.* 22.

Successio.

Ad Austrios.

Prætensio in eam Nivernens.

Lusitaniæ regnum.

§. XXIX. Scutulum in scuti sede honoraria *Lusitanici regni*, quod *Philippus II.* mortuo *Henrico* ultimo regum per ducem Albanum, æmulis reliquis frustra obnitentibus, occupavit, insignia defert: quæ sunt in *solo argenteo, quina scutula cærulea in crucis modum collocata; quodlibet quinque nummis Byzantiis argenteis, puncto nigro impressis & in decussim dispositis* inustum: *limbus* scuti *coccineus, septem castellis aureis* inscriptus visitur. De jure Philippi in regnum illud, nec non aliorum competitorum agetur capite de Reg. Portugalliæ. Cæterum nostrâ memoriâ *Ioannes D. Braganzinus* hanc coronam sibi asseruit, eamque filiis transmisit.

§. XXX. In

XXX. In ſcuti umbilico quod cernitur ſcutulum, bipertitum eſt, dextrâ parte ſcripto *leone nigro, linguâ & falculis rubeis:* ſiniſtrâ *argenteâ* impreſsâ *aquilâ ru-sâ, roſtro & cruribus aureis,* deterente pectori inſcriptam *lunulam foliatam au-* Priori teſſerâ notatur comitatus *Flandriæ*, quem Arteſia, Hannonia, Brabantiæ claudunt. In Leone *griſeo* aliquid obſervant nonnulli. Ita ex *Oliv. de la e le Laboureur de l' orig. des arm. n.* 133. & *Meneſtr. l' art. du blaſ. juſtif.* c. 13. p. 336. *de gris.* Confer etiam de hoc leone *Ioan. Ferrand. Epiſtr. pro lil. p.* 48. Vidi quoſcio an errore chalcoglyptæ, alicubi leonem pictum, ut ramum *Olivæ* geſtaret, eam opinionem pene devenisſem, *Indias* aut aliquid noviter repertarum notari, ſed conſtantes ſunt autores in ſignificatione Flandriæ. Flandriæ leo.

XXXI. Quod veterum *Flandriæ* comitum concernit ſcutum: Priſcis *Foreuos* vocant, Flandriæ tribuunt ſcutum *quinque lineis ex omni parte in decem co-o & cyano pictos* ſectum, *ſcutulo medio rubeo.* Hanc parmam ferunt à *Liderico* quem *foreſtarium* ſ. *ſaltuarium* conſtituerit *Dagobertus* Rex, aſcitam, vel po-*nardo Dn. de Buc*, quem propriâ manu occiderit, ademtam. Vide *M. Gilb. de R. d' arm. P.* 1. *pag.* 110. Quando aſcitus hic leo, non ſatis videtur conſtare. ntiquiſſimum, quod ullibi in ſigillo inventum, exemplum leo eſt, quem *Vredius* in ſigillo *Roberti Friſonis Com. Flandriæ* anno 1072. Unde falſam oportet ntentam vulgarem (quæ *Corn. Martin. in geneal. Flandr. Gilb. de Varenn. R. P.* 1. *pag.* 110. & plerisque placuit) *Philippum Com. Flandriæ*, qui Roberto illo pene ſeculo poſterior fuit, *leonem* hunc domum retuliſſe ex ſpolio *Turcæ Noe R. Albaniæ*, quem cæciderit 1160. De *Balduino Hannonio* refert *Jacob. de Guiſ. Hann. Vol.* 3. *c.* 78. quod cum Hannoniæ arma primo ſcuti loco geſtaſſet & Flanequiori, coactus ſit leonem ſolum, aut tamen priori geſtare loco. Fratri comi*ippo Com. Namurcenſi* datus eſt leo Flandricus cum *ſcipione injecto rubeo.* Aliud niculum in *Alſatica* linea, *limbo* adjecto, qui *angularibus rubeis & argenteis* t. Ejus veteris teſſeræ.

XXXII. Flandriæ *comitatus* plures ſucceſſive Dominos habuit. Ex familia *triorum* primorum, in quibus *Balduinus Brachiferreus Juditham* Caroli Calvi rapuerat, demum ſocero reconciliatus *comitiis* titulum aſſecutus eſt, *Balduinus* heredem ſcripſit, præteritis agnatis, *Carolum* Daniæ regis Canuti filium amitium: hujus filio *Guilelmo* repudiato alter Balduini amitinus electus eſt *Theodo-ſatius*, qui filium & ſucceſſorem habuit *Philippum* cognomento & meritis *ma-*huic ſucceſſit gener ex filia *Margarita Balduinus IIX.* Hannoniæ comes, ex anFlandriæ comitibus ipſe quoque ortus. Is pater fuit *Balduini IX.* & *Henrici*, qui *tores* fuere *Conſtantinopolitani.* Illi ſucceſſere in Flandria generi ex *Joanna* filia *andus Luſitaniæ* princeps, & *Thomas Sabaudus.* Cum ex utroque non ſuſcepta roles, ad ſororem Joannæ *Margaretam* comitatus delapſus, quæ ex *Burchardo enſi* habuit *Ioannem Hannoniæ comitum* ſatorem, ex *Guilelmo Dampetreo* è Bor-Arcibaldis *Guilelmum* & *Guidonem Flandriæ* comites, quorum hic reliquos ex ſe Ejus enim abnepos fuit *Ludovicus*, à loco nativitatis *Malanus* dictus, *Margaretæ* quæ ſucceſſionem marito *Philippo audaci Burgundiæ* duci attulit, ex qua gente ad *ros* quomodo delapſa ſit ea, ſupra vidimus. conf. *Thuan. L.* 40. *p.* 482. 483. Comitum ſucceſſio.

XXXIII. In Flandriam hanc, *pretenſionem* etiam Regi ſuo *Galliæ* tribuit *Iacob. u rechereh. L.* 2. *cap.* 9. & alii. Videamus pro more argumenta Francica cum iſis Hiſpanorum. I. *Homagia à Comitibus Regi præſtari ſolita*, quod ab *Arnolfo*, Hugoni Capeto illud præſtare recuſaret, armis extortum. Ita inveſtiti etiam s, qui ex Hannonia, inde Dampetræa, & poſtea Burgundica ſtirpe principaeſſere. Ita in tractatu *Atrebatenſi* homagium reſervatum regibus Galliæ. Præidem *Philippus* & *Carolus V. Auſtriaci.* Imò inter *Pares* regni comes hic recenConfer *L. Guicciard. deſcr. Flandr. p.* 371. 404. 415. Cum verò conventu *Cali-*521. jus illud diſputari inciperet, repugnantibus Gallis nihil obtentum. *Bellaj. g.* 24. *Reſp. Hiſpan.* Licet *homagio* obſtricti fuerint Comites Flandriæ antiqui, tamen majori libertate quam ulli alii proceres Galliæ gaudebant. *Zyp. hiſt. Caſſ. L.* 1, *c.* 16. *p.* 111. *ſeq.* 2. Arnolfi exemplum oſtendit fidem quam, legitimo Domino o Lotharingo præſtitit, poſtquam contra illum Hugo Capetus regnum occu- In Flandriam prætenſio Gallorum. Homagia regibus præſtari ſolita. Reſpon. Hiſp.

Datæ comitibus leges. II. *A regibus datæ comitibus leges*, & controversiæ, quæ inter ipsos ortæ, ab iis dijudicatæ. Ita judicatum inter Robertum & nepotes. *Resp. Hispan.* judicatum de comitibus, Responsio. sed in conventu *Parium*; quale judicium potius arbitrium est quam publica autoritas. Pacis arbitrium. III. *Pax sancita in Flandria invitis comitibus.* Ita Carolum VII. motum Gandavensium precibus, Philippum ducem 1452. bello eos castigaturum suâ autoritate continuisse. Responsio. *Resp. Hispan.* Flandrici annales aliud loquuntur, nec domestica testimonia Gallos juvare possunt. IV. *A regibus pro arbitrio gratia facta & pœna indicta.* Ita *Theodericus* & *Guido* ad mortem condemnati, & in gratiam iterum recepti. *Resp. Hispan.* Gratiæ & pœnarum jus. literas nunquam recepere Flandri, & Guido injustè à rege vexatus. Responsio. V. *Provocatio ultima ad curiam Parisiensem & curiam Parium solita.* Quod jus etiam in *Atrebatensi* Provocatio ad curiam Parisiensem. tractatu reservatum, & adhuc 1505. à Philippo Duce agnitum. *Resp. Hispan.* Provocationi huic se semper opposuere Flandri. 2. Philippus Austriacus in Hispaniis Responsio. iturus, ne bellum sibi impedimento futurum oriretur, regis schedæ subscribi jussit, secreta facta super vi protestatione. *Zyp. l. c. p.* 122. 123. VI. *Reges ad defensionem comitum obligati.* Exemplum in Philippo rege Ludovicum adversus suos protegente. Defensio comitum. Responsio. *Resp. Hispan.* Non minus regibus laborantibus auxilio fuere comites. *Zyp. l. c. pag.* 124. Judicia regum in comites; inprimis Carol. V. VII. *Comites à regibus judicati, condemnati, comitatus confiscatus.* Exempla in *Ferdinando* & *Guidone.* Sic & morte Caroli Burgundi ob legem Salicam, quæ fœminas nec in toto regno nec in parte ejus admittit, ac ob feloniam vasalli, comitatus ad coronam jure relapsus (vid. *Philip. Comin. L.* 5. *c.* 11.) sed nihilominus Austriacis sub feudi conditione iterum permissus. Carolus V. autem adversus Dominum bellum gerens ob hoc feudô excidit, & sententia curiæ, cum non comparuisset, ob feloniam condemnatus est. Responsio. *Resp. Hispan.* Ferdinandus & Guido non jure damnati. Nec Carolus reus fuit. 2. Salicam legem ad Flandriam nihil attinere, exempla docent, cum exul in alteram gentem non semel transiit fæmellarum jure. 3. Dominus imperitans vasallum vexans, æque suo jure excidit, acita obligationes vasalli & Domini sunt reciprocæ. 4. Fœdere *Confluentino* & *Peronensi* convenit, ut si falleret Ludovicus XI. feudo excideret jure, quod dein factum *Zyp.* p. 128. 5. Carolo V. licuit bellum gerere, quod vasallo male habito liceat etiam Dominum deprædari, nec bellum inter Carolum & Hispanorum fundamenta & prætensionis abdicatio. Franciscum aliquid commune habuit cum causa hâc feudali. Ex *Hispanorum* parte conceditur, olim Regibus Franciæ aliquam superioritatem & majestatem in comitatum competiisse, sed omne illud renunciatione *Francisci I.* in pactis *Madritensibus* (art. 9. & 10.) quæ *Cameracensibus* (art. 6. 7. 16.) & *Crespiacensibus* (art. 13.) confirmata, abolitum ad regem suum rediisse. Unde hucusque quieta juris possessio est. Imò cum pace 1659. conclusâ (art. 35. 36.) tota Artesia paucis exceptis & aliqua Flandriæ pars Regi Galliæ cedantur, & Hispani omni suo juri renuncient, disertè autem art. 34. dicatur, quod *hac dispositio regum controversias terminet*, videri etiam potest Rex Galliæ reliquis in Belgio sitis se abdicasse, cum reliqua restituat. De iis quæ circa summum imperium Flandriæ inter Imperatores & Reges acta, vid. Celebert. *Herm. Conring. de Rep. Imp. Germ. c.* 6. *p.* 45. 46.

Belgarum leones. Regnum leonum. §. XXXIV. Brabantinus & Flandricus, qui in scuto Hispanico visuntur, *leones* in memoriam revocant, quod cum his duobus reliquæ Belgicæ provinciæ, quarum successio fere ad illas delapsa, pleræque *leonibus* in scutis utantur. Unde *Carolum V. Belgium universum* in regni fastigium sub nomine regni *Leonum* evehere cogitasse, tradit *Mich. Aitzinger de Leone Belg.* Ex quo repetit *Limn. Jur. publ.* II, 6, 24. & *T. IV. add. ad.* 2, 9. *p.* 245. Quo forte facit, quod ipsarum *provinciarum tabulam in figura leonis* repræsentare solent.

Tirolis. §. XXXV. *Aquila*, quam lævam scutuli bipetriti ornare §. 30. monui, *Tirolim* notat. De qua & ratione successionis Austriacæ in illum comitatum supra c. 9. n. 40. egimus, nec est quod dictis addamus. Nisi hoc quod Galli hinc inde areolam *auro*, *aquilam* Antverpiæ Marchionatus S. Imperii. *nigro* colore tingunt, & *Marchionatum S. Imperii s. Antverpiæ* interpretantur. Verum domesticis testibus *Chifletio* & aliis credere malim, circa colores laterculi & interpretationem: quamvis *Paillot sciene. des arm. p.* 660. illi Marchionatui similem *Tirolensi aquilam rubeam rostro & membris aureis in solo argenteo* tribuat. In Oesterr. Spiegel der Ehren L. 5. c. 27. p. 874. *Marchionatus* scutum constituitur transversè sectum superiori parte *aureâ* cum *aquila bicipiti Imperiali* scutulum Austriacum pectore deferente: inferiori *rubea castrum argenteum tribus turribus quas muro conjunguns* continente,

additis

duabus abſciſſis manibus. Quibus fabulam antiquam deſignari credo ab *Hant-*
Quam recte verò hoc ſcutum aſſignatum ſit, non diſcerno. *Brianville* parmu-
uto & turres ſ caſtrum *argento* pingit. Cum tamen Marchionatus facta eſt
, eumque in *titulis* ſolennibus deinceps etiam numeraturi ſimus, hic de illo
gere, non præter rem erit. Ferunt *Vtilonem* Theodoris I. Ducis *Bavariæ* filium, Origo.
is II. ſeu *Magni* fratrem, quod cum Theodoberto Theodorici Auſtraſiæ regis
ntra *Cochelaricum* Damæ regem Belgicam oram infeſtantem, 516. fortiter ſe
, eumque profligaſſet, interemiſſet & prædam reduxiſſet, ob hoc *Marchionem*
pienſem creatum eſſe, & finitimæ oræ inter *Scaldim Moſam Rhenumque* amnes
oceanum rectorem datum, adverſus impetus Danorum piraticam exercen-
cceptâ uxore *Clothilde* Theodeberti illius ſorore. Vide *Hier. Hanning. Theatr.*
T. 3. P. 1. p. 166. Ejusdem filiam *Hugobertum* vel *Sigobertum* dein ab Imperatore
Marchionis S. Imperii in illis partibus obtinuiſſe. Oeſterr. Spiegel der Ehren.
7. p. 861. Ab eo familiam *Caroli M.* deducunt, contradicentibus aliis, qui eo-
iginem in *Moſellanicus principibus* quærere præferunt. Unde hi inter Caroli
s *Ansbertum* nominant, qui ab Imperatore *Zenone Iſaurico Imperii Marchiam*
dim acceperit, & ad poſteros tranſmiſerit. *Henning. p.* 18. Iidem perhibent *Ca-*
Hasbanium Brabantiæ Ducem, ut adverſus Childebertum & Clotharium Reges
æ auxilio eſſet, legatione ad *Juſtinianum Auguſtum* nomine Theodeberti Auſtra-
is functum, qui hâc cauſa *Marchiam ad Scaldim* Ansberto committi conceſſerit.
ig. p. 120. Ejusdem Caroli proneptis *Begga Anſegiſo* Ansberti pronepoti nupſit,
um *Brabantia* iterum unitus *Marchionatus.* Verum pleraque illa non adeò
fundamentis niti, aut ita idoneis autoribus probari videntur, ut non plurimum
ſuperſit. Id certius eſt, hunc Marchionatum in *Carolina familia Lotharico regno*
rehenſum fuiſſe, & dein ducatui *Lotharingiæ* accenſitum. Inde eum cum comi- Succeſſio.
nnexo *Ryen Gerberga* Caroli ex Carolidis Lotharingiæ Ducis filia marito *Lamber-* Ad Au-
bato C. Lovanienſi attulit. Hujus nepoti *Godofredo Barbato* Walramus D. Lim- ſtrios.
us (cujus parenti Henrico eundem Henricus IV. conceſſerat) *Marchionatum*
: Lotharii II. obtentum 1126, ademiſſe, ſed cum Conradum III. adverſum habe-
rſus 1137. à Godofredo eo exutus ſcribitur. Ex eo tempore eum penes *Brabantinos*
ſſe non dubio; unde cum reliqua Brabantia ad *Burgundos* & *Auſtriacos* delapſus
& nunc quoque nomine *Marchionatus S. Imperii* cluit, & præter caput *Antver-*
Antorff) celeberrimum ex decremento *Brugarum* emporium quæ vicina ſunt Ampli-
rehendit. Olim à *Valenciena* ad *Scaldis* usque exitum protenſus fuiſſe, & Nivel- tudo.
Lovanium, Bruxellam, Antverpiam continuiſſe perhibetur. Certe urbi *Antverpiæ*
ixus non eſt, ut ſoli inhæreret. Unde cum Ludovicus Flandriæ comes urbem
erpiam à Wenceslao Brabantiæ Duce teneret, *Marchionatus* tamen titulo caruit,
s 1403. ad Brabantinos Duces reverſa eſt. Confer *Zypeum* hiat. Chaſſan. obſtr.
. ſeq.

§. XXXVI. Fuit hæc diſpoſitio, quâ ad nos usque Rex Hiſpaniarum uſus eſt: non Scutum
n autem ab ea differt iſta, quæ in *Sibmacheri* Wapenb. P. 1. p. 2. viſitur, quam huc Hiſpani-
n transferam, non quod ab ullo rege uſurpatam fuiſſe credam, ſed ut laterculo- cum apud
aliquorum, qui in priori non occurrunt, teſſeras explicandi ſit occaſio. Cæterum Sibmach.
itur ſcutum in quatuor majores quadrantes; quorum primus ſymbola *Caſtellæ*
& *Legionenſe* quadripertitim repetit. Secundus iterum bipertitus conſpicitur,
rioti areola *Siciliam* notante (in Wapenb. vitiosè pali argento & minio tingun-
priori tranſversè ſecta, ut ſuperior pars juxta poſitas teſſeras *Aragoniam* & *Hunga-*
æ referat, inferior ſolam *Navarrenam.* *Hungaricas* faſcias vix alio titulo Rex Hi-
iæ clypeo inſeruerit ſuo, niſi quod ex Regibus Neapolis aliqui etiam Hungariæ
s, illis verò Hiſpani ſucceſſere. *Navarrenum* autem *δεῖγμα* quod concernit, ex eo Navarræ
tum fuerit, quia *Ferdinandus Catholicus* 1512. repentina irruptione regnum occu- regnum.
it, cujus tamen prætenſionem nunc quoq; ſervant Franciæ reges & ſcuto inſerunt.
e cap. 14. n. 45. & ſeq. inprimis n. 50. 51. 52. ubi utriusque partis in cauſa illius regni
damenta. Tertius quadrans exhibet quatuor iterum areolas, *Auſtriacam, Burgun-*
recentiorem & veterem, & aliam quæ *leonem* refert, quem ex aliis ſchematibus
llem eſſe *Brabantinum*, ſed Sibmacherus eum *cocco* & areolam *auro* tingit, unde
rit *Hollandicus* vel *Habſpurgius*, niſi quod corona deeſt. Quarti quadrantis denuo

quadripertiti prima quadra *Portugallicum διάγμα* refert, cujus tamen quæ pictor exhibet caſtella numerum ſeptenarium excedunt, quod erroneum eſt. Secunda *cærulea aureum craterem* continet, tertia iterum *cærulea coronam imperialem auream*, quarta *aurea nigram ter repetitam figuram* literæ *Iota* majuſculi, ventre diſtento. *Crateris* ſ. *calicis tecti* ſignificatio eſt *Gallicia*, aliquâ nominis alluſioue, quamvis Gallicia non à calice ſed *Gallacis* ſ. *Callacis* aut *Callaicis* dicta ſit. Solum autem *cruciculis brachiatis & ſpiculatis* (juxta alios trifoliatis) *aureis* conſeri debet, quod peregrinationi ſacræ ad *Compoſtellam* ſ. S. Jacobi ſepulcrum tribuunt. Cæterum *Gallicia* Legionis, Aſturiæ & Luſitaniæ regnis atque Oceano clauditur, & pars olim fuit regni Aſturum; ſed honori Garſiæ minoris filii à Ferdinando M. 1060. regali axiomate ornata: dein coronæ Legionenſi iterum unita eſt ſub Alfonſo VII. Coronæ imperialis nota *Toletum* deſignat. Hæc Caſtiliæ novæ metropolis regio tamen titulo etiam inſignita eſt. Eam Mauris eripuit 1085. *Alfonſus VI.* Inde cum Alfonſus VII. *Imperatorem ſe Hiſpaniarum* dici curaſſet in hac urbe, ei *imperialis coronæ* teſſeram attribuit, nec non nomen *Imperialis civitatis. Lud. de Mayerne Turquet apud Limn. Iur. publ. T. IV. add. 2. 1. p. 198.* ait, urbi datum regem toga aurea veſtitum, throno inſidentem, & ſiniſtrâ pomum imperiale, dextrâ gladium tenentem. Occaſionem hujus opinionis oſtendit *Bernard. Gomeſius* de Jacobo I. R. Arag. L. 19. p. 555. *Poſtquam Toletum ingreſſus eſt Alfonſus, iisdem quibus antea imperii ſeu Regia Romanorum inſignibus & ſigillis fuit uſus; atque eodem titulo ſcita, decreta ac edicta omnia edi atque divulgari mandavit. Indeque à nonnullis putatum fuit, Toletanam civitatem ac regnum, tanquam regnorum caput, pro inſigni habuiſſe Imperatorem, in ſolio ſedentem, ſceptroque & diademate decoratum.* Literæ *Iota* ſignificationem non capio, niſi forte regnum *Iaen* ſ. *Gienne* ab urbe Andaluſiæ cognomine dictum notari conjiciamus. Inter hos inferiores duos quadrantes intercipitur *Granatenſis* triangularis parmula, toti autem imponitur parmula bipertita ex teſſeris *Flandriæ & Tirolis*.

Gallicia.

Toletum.

Urbs Imperialis.

Jaen ſ. Gienna.

§. XXXVII. Ab utraque diſpoſitione differt illa, quam in *Caroli V.* ſigillo 1524. expreſſo obſervavi, & æri inciſam exhibeo: Nam aquilæ Imperialis pectori impoſitum erat ſcutum quadripertitum. Primus quadrans laterculos repetebat quadripertitâ diviſione *Caſtellanum* & *Legionenſem*. Secundus quatuor numerabat alveolos *Aragonium, Siculum, Hieroſolymitanum, Navarrenum*. Inter hos duos quadrantes intercipitur triangularis parmula *Granatenſis*. Tertius quadrans oblique ſectus *Auſtriam & Burgundiam novam*; quartus ſimili ſectione *Burgundiam veterem* & leonem (ut puto *Brabanticum*) repræſentat. Hiſce quadrantibus duobus incumbit parmula bipertita, & leonem atque aquilam continet; quorum illo *Flandriam*, hâc *Tirolim* notari credo.

Scutum Caroli V.

§. XXXVIII. *Familiæ* ex regum *naturalibus* deductæ inſignium partem ſolitæ ſunt ſervare. *Iacobus I.* ex Thereſia Ægidii Vidaure genuit *Iacobum ac Petrum*, quorum illum *Exericæ*, hunc *Ayervii* dominio donavit, unde familiæ *Exericarum* & *Ayerviorum*. Illi utebantur palis Aragoniis limbo circumdato, quem ornabant octo ſcutula ſingulis faſciis exarata, quod ſignum *Vidauriorum* fuit. *Ayerviorum* autem clypeus Aragoniis palis inducebat crucem ſex Vidauriis parmulis ornatam. Alius *Iacobi* filius ex Berengaria Ferdinandi fuit *Petrus*, quem opido *Ixaris* donavit, autorem Comitum *Belchenſium*; hic uſus eſt ſcuto quadripertito ex Aragoniis & Navarreno ſymbolis. Tum eodem ſuſceptus & Sanctii Antilionis filia *Ferdinandus* Dominus *Baroniæ Caſtri*: cujus διάγμα ſcutum quadrifidum ex Aragoniæ palis, & ſtellâ caudatâ. Ex *Ferdinando I. Aragoniæ* regis filiis *Henricus* militiæ Jacobiticæ Magiſter *Aragonios Segorbia Duces* propagavit, qui tripertito ſcuto *Aragoniæ* palos, *Caſtellanum* caſtrum ſubjecto *Legionenſi* leone, & *Sicula διάγματα* geſtarunt. *Joannes II. Rex* ex Maria de Eſcobar genuit *Alfonſum* Calatravæ magiſtrum, quo natus eſt *Joannes Aragonius Lunæ Dux* & *Ripacurtii comes*, à quo *Aragonii* Duces *Villahermoſæ* & *Ripacutii* comites: hi uſi ſcuto quadripertito, cujus 1. & 4. area *Aragonios* palos, 2. *Caſtellum*, 3. *Leonem* referunt. Impoſita toti parmula, cum 2. gradientibus lupis, ſ. quæ feræ illa figura eſt. vide *Hier. Blanc. Comm. Rer. Arag.* p. 653. 700. 704. *Henriquezziorum* alibi c. 36. vidimus ſcutum.

Scuta familiarum ex regum naturalibus.

§. XXXIX. *Diſtinctionis* cauſa in regia familia video uſui eſſe *faſciolas trifidas*. Ita apud *Chifflet. inf. Eq. A. V. n.* 246. & 322. *Philippus III. & IV.* inſigne paternum frangunt *ſegmento trifido argenteo*. Ita 350. *Carolus* infans Auſtriæ addit ſegmentum *tripes coccineum*.

Diſcriminicula in regia domo.

§. XL. Per

§. XL. Per naturam Caroli V. filius erat *Ioannes Auſtriacus*, geſtis celebris prin- Joannis Auſtriaci ſcutum.
, cujus ille clypeus fuit apud *Chifflet. Eq. A. V.* n. 241. Ut perpendiculari lineâ ſectus
ri parte linea tranſverſa ſecta ſuperius *Caſtellam*, inferius *Legionem* notaret, poſte-
parte iterum bipertitâ hinc *Aragoniam* iſthinc *Siciliam* referret: Scutulo medio
ymbolis *Auſtriæ* & *Burgundiæ* bipertito. Ei clypeo imponitur galea coronata
cauda pavonina.

XLI. Huic ſcuto regio imponitur *corona regia*, quam adhuc *Philippus II.* ſeculi iſti- Corona clauſa.
ore *apertam* initio geſtaverat, ſed dein *Henrici II. R. Franciæ* exemplo eam *clauſit*,
d hactenus reliqui etiam reges fecere. Confer *Meneſtr. verit. art. du blaſ. cap.* 13.

. Si verò *galea* imponenda ſit, eam regiam eſſe oportet. *Chifflet. Philippo II.* dat Galea.
natam, & ſuper illam Caſtellum Celtibericum, Leone Legionenſi, dextrâ enſem
um auro inſtructum, ſiniſtrâ mundi globum aureum tenente faſtigiatum. Plu-
um ornatum dat aureum & hermionicum *Philippi III.* leo ſiniſtrâ clypeum au-
n geſtat, quod crediderim eſſe diſcerniculi grat[illegible] Cæterum cum hic apex ſit Apices.
orum Caſtellani & Legionenſis, addamus aliqua de apicibus aliis regnorum illo
comprehenſorum. Rex *Aragoniæ Alfonſus* apud *Chifflet. inſign. Eq. A. V. n.* 41.
rit draconem emergentem aureum, linguâ trifidâ exertâ, & oculis miniatis, ſini-
falculis pinnatum tenens vexillulum argenteum, cruce coccinea inſigne, haſtâ
latâ aureâ. *Luſitanicus* apex deſcribitur capite de Portugallia.

§. XLII. Quod aliorum etiam principatuum attinet apicem. *Auſtriacus* c. 9. n. 74. Apices Auſtriæ,
ideratus eſt. *Burgundiæ* Duci *Chiffl. Eq. A. V. p.* 2. tribuit galeam diademate tortili Burgundiæ.
nteo & coccineo ornatam, quod antiquorum regum inſigne: incumbente lilio
o quadrilatero (*double fleur de lis*) Florem illum neſcio in quam monſtroſam fi-
m transformavit *Sibmacherus* Wapenb. 2. pag. 2. *Brabantiæ* apex (Wapenb. 2. Brabantiæ.
) eſt [illegible] aurea leonis nigri alati, coronati, & pennis pavoninis faſtigiati.

§. XLIII. *Telamones* adduntur *duo Leones*. Ferdinandus Catholicus autem & Iſa- Telamones.
a *unicâ aquilâ* utebantur, cum inſcriptione: *Sub umbra alarum tuarum prot. Nea-*
ano autem ſcuto telamones dari *Sirenes*, forte ob memoriam Parthenopes Sirenis,
aliquando Neapoli clara ibi etiam ſepulcrum habet, teſtatur *Limn. Iur publ. 6, 6,*
Sirenibus *Brianvill. jeu d'arm. p.* 61. dat duo vexilla, alteri veterum Regum *Nor-*
vorum, nempe rubeum, inſignitum baltheo teſſellato ex argento & cyano, alte-
Sveverum, nempe aureum tribus leopardis aureis inſigne.

§. XLIV. *Symbolum* ſ. *lemma epigraphicum* quod concernit, nullum vidi regibus Symbolum.
mune: nam quod Chifflet. addit Philippo II. *Dieu eſt mon aide*, & Philippo III.
s deux, his propria fu[illegible]re. Sed nec teſſeram militarem legi Hiſpanorum regum.
undorum vrò erat *Montjoye S. Andrieu.*

§. XLV. Ordines equeſtres plures in Hiſpania ſunt, de quibus P. 1. c. 7. pluribus Ordines Equeſtres. Ordo aurei velleris.
m eſt, præcipuus verò eſt, cujus etiam torques ſcuto circumdari ſolet, qui ab *au-*
vellere cognominatur, inſtitutione tamen *Burgundicus*, non *Hiſpanicus*. 1429. 10.
à Philippo D. Burgundiæ inſtitutus eſt. Equitum ejus ordinis omnia inſignia gen-
i edidit 1632. ſæpe jam citatus *Chiffletius*, annalibus ejus concinnandis etiam de-
tus. Vide annexum tractatui encomium aurei velleris autore *Godofredo Wen-*
o. Breviarium autem hiſtoriæ ordinis edidit 1652. Antverpiæ *Iulius Chifflet.*

§. XLVI. Supereſt ut titulum conſideremus, reliqua ſubminiſtraturum, de quibus Tituli. Ferdinandi & Iſabellæ.
idum eſt. Initium tituli prolixioris factum à *Ferdinando Catholico* & *Iſabella*. Au-
ius *Luc. Marin. Sic. de reb. Hiſp. L.* 19. *p.* 479. *Ioanne Aragoniæ rege Ferdinando patre*
uo, & illius regni omniumque ſuorum principatuum poſſeſſionibus acceptis, quibus ti-
& quo ordine uti deberent in literarum & privilegiorum expeditionibus, ad proce-
conſiliariosque ſuos retulerunt. Quorum cum plures eos Hiſpaniæ, cujus majorem
mi poſſidebant, principes appellandos cenſuiſſent, hoc ambitionis & arrogantiæ nomen
xiſtimantes, ne Portugalliæ Navarræque regibus injuriam facerent, admittere nolue-
, ſibique titulos, quibus honeſtius uterentur, hoc modo ſtatuere, ut ſc. Caſtellæ nomen
omi præponeretur, Legionis Aragoniæ, Aragoniæ Siciliæ, & Siciliæ reliquis, hoc modo
linandus & Iſabella Dei benignitate rex & regina Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ,
iæ, Toleti, Valentiæ, Galleciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Cor-
, Murſiæ Jaënis, Algarbiorum, Algeziræ, Gibraltaris, Comites Barcinonæ, Domi-
izcaiæ & Molinæ, Duces Athenarum & Neupatriæ Comites Ruſſinonis & Cer-

daniæ,

daniæ, Duces Oriſtani & Gotiani. *Sigilla autem quibus litera privilegiaq; ſignantur & imprimuntur, item clypeos, ſtratoria, pannosque cateros, quibus magna palatia regiæque domus exornari ſolent, caſtellis, leonibus, aquilis & baculis inſigniri juſſerunt*, in Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ & Siciliæ *memoriam & honorem.* Ex quo etiam forma & diſpoſitio ſcuti regum clara eſt. *Alfonſi R. Caſtiliæ* veruſtiorem titulum anno 1282. in diplomate illum legi: *Alfonſus Dei gratia Caſtellæ, Legionis, Toleti, Siciliæ, Corduba, Murciæ, Gienii atque Algarbii Rex.* Surit. in ind. rer. Aragon. ad ill. ann. Noſtro tempore illum *Philippo IV.* tribuit Chifflet. *Philippus IV. D.G. Rex Caſtiliæ, Legionis, Aragoniæ, Siciliarum, Hieroſolymorum, Portugalliæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricæ, Sevilliæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Iaen, Algarbiarum, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariarum, Indiarum Orientalis & Occidentalis, inſularum & continentis Oceani: Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Lucenburgii, Geldriæ & Mediolani, Comes Habſpurgi, Flandriæ, Arteſiæ, Burgundiæ Palatinus, Tirolis, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Namurci & Zutfaniæ, Princeps Sveviæ, M. S. Imperii Romani, Dominus Friſiæ, Salinarum & Mechliniæ, civitatis, urbium & provinciarum Vltrajecti, Tranſiſalaniæ & Græningæ, & Dominator in Aſia & Africa, &c.* Similem fere tribuit *Carolo II.* moderno Regi *Sammarth. l' Eſt. de l' Europe. P. 3 p. 34.* Nil quod *Portugalliam & Algarbiam* expungat, quod pace factâ Luſitania ſibi permiſſa ſit; Majoricæ nomini *Minoricam* addat: *Mediolani* titulum inter Brabantiam & Limburgum interjiciat; *Barcinonenſem* comitatum interponat Tiroli & Hannoniæ: loco *Dominatoris in Aſia & Africa* ſubſtituat, *Dominus Biſcaja & Molinæ, Dux Athenarum & Neopatriæ, Marchio Oriſtani & Gotiani.*

Alfonſi.

Philippi IV.

Caroli II.

§. XLVIII. Adhuc prolixior titulus datur noſtra lingua *Carolo V.* in diplomate, quo *Simoni Engelhard* Cameræ advocato & procuratori 1524. 15. Octobr. concedi ſunt inſignia. *Carolus V. D. Gr. Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtiliæ, Aragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hieroſolymorum, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Corduba, Corſicæ, Murciæ, Giennis (ſeu Iaen) Algeron, Algeziræ, Gibraltaris, inſularum Canariarum, nec non inſularum Indiarum & terræ continentis, atque Oceani: Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Lucenburgi, Geldriæ, Wirtenbergiæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcellonæ, Arteſiæ, Burgundiæ Palatinus, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Pfiretarum, Kiburgi, Namurci, Ruſcinonis, Territaniæ & Zutphaniæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Burgoviæ, Oriſtani, Gotiani & S. Rom. Imperii, Princeps Sveviæ, Cataloniæ, Auſtriæ, &c. Dominus Friſiæ, Vinidorum Marchiæ, Portenaviæ, Biſcajæ, Moniæ* (an Molinæ) *Salinarum, Tripolis & Mechliniæ.*

Caroli V. Imperat.

Regna & provinciæ, de quibus actum.

§. XLVIII. Videamus ſingula. De *Caſtella* actum §. 5. de *Legione* §. 6. de *Aragonia* §. 10. de *Sicilia* §. 16. de *Portugallia* §. 28. de *Navarra* §. 35. de *Granata* §. 20. de *Toleto, Gallicia* & *Iaen* §. 35. de *Auſtria* §. 21. de *Brabantia* §. 28. de *Flandria* §. 30. de *Tirolo* §. 34. Nunc de reliquis. Cum *Siciliarum* ſ. *utriusque Sicilia* fit mentio, intelligenda eſt *ea Pharum & trans Pharum*, ſ. *inſula Sicilia* vel *Trinacria*, & extima Italiæ ora, *regnum Neapolitanum.* Huic ſpeciatim datur teſſera, parmula *cærulea conſita lilius Francicis, contrigmento quinque partium rubeo.* Quæ teſſera diſcerniculum fuit *Andinæ* primæ familiæ, ſed dein regno data eſt. De veruſtis inſignibus vide fabuloſa apud *Haping. de jur. inſign. c. 6. P. 3. §. 6. n. 472.* *Hieroſolymorum* titulus unde ſit, alibi vidimus.

Valentiæ regnum.

§. XLIX. *Valentiæ regnum*, Catalonia, Aragonia, Murcia & Mari mediterraneo concluſum deſignatur ſcuto *rubeo, in quo civitas argentea, opere cæmentario nigro.* Hoc regnum 1085. celebris *Cid Ruiſius Diazius Abeniaſio Mauro* eripuit, ſed illo mortuo hic recuperavit. Iterum 1238. *Jacobus rex Aragoniæ* regnum occupavit, *Abenzaeto Mauro* extortum, inque civitatem colonias Catalanorum & Aragonum introduxit; dein *Jacobus II.* rex regnum hoc *Aragoniæ* in perpetuum *univit*, unde cum hoc ad Auſtriacos devenit.

Baleares, Majorica & Minorica.

§. L. Aragoniæ etiam regno accenſentur *Baleares inſulæ* ſ. *Majorica & Minorica*, quæ mari vicino, quod circumfunditur & Iberici pars eſt, nomen dant. Hæ olim *Carthaginienſibus* paruerant, dein à *Romanis* ſubactæ ſunt. Quibus ad extremum *Saraceni* eripuerunt, cumque ex illis piraticam commodiſſime facerent, ſæpe quidem à Barcinonenſibus, Piſanis, Genuenſibus & Normannis infeſtati ſunt, non verò eſci potuere.

ge. Tandem *Jacobus I. R. Aragoniæ* 1228. expeditione ſuſceptâ inſulâ majori po- & regem *Abohithen* cum filio capit. Confer *Marian.* L. 12. c. 14. Inde 1231. regnum rcum accepto comitatu *Vrgelitano* cum *Petro Luſitano* commutat. Sequenti quæ rebellis fuerat, *Majoricam* recuperaret Jacobus, & cum eâ *minorem* alteram. n verò regnum hoc, cujus ad vitam tantum conceſſi jura ad hæredes non erat niſſurus, Aragonio *Petrus* 1236. permittit. Unde patre mortuo 1276. filius ſe- s *Jacobus* in inſulare regnum ſuccedit (ob quod regni ſymbolum ſunt pali *Ara- inductâ rubeâ tæniâ*, diſcerniculo fratris minoris.) Hic 1279. ſupremum ejus jus concedere, ſeque & poſteros *Aragoniæ regibus* ſubjicere cogitur. Sed ob hoc lo 1285. *Gallis* ſe jungit. Unde expeditio *Alfonſi regis* eo anno in inſulam, quâ ubegit, & in ea ſe *Regem Aragonium, Majoricenſem ex inſulæ nomine & Valentiæ comitemque Barcinonenſem* nominavit. Verum 1295. pace iterum reſtituitur *Ja-* Tandem 1343. fictâ causâ *Petrus IV. R. Aragoniæ* agnatum *Jacobum R. Balearicum* o privat, & anno ſeq. armis illud ſubigit: qui quicquid etiam pro illius recupera- tentavit, fruſtra fuit. conf. *Surit. indic. Arag. ad annos notatos. Marian.* L. 12. c. 14. L. 15. c. 12. *Bernard. Gomeſ. de Jacobo I.* L. 5. 6. & 7.

Harum Domini.

In hoc regnum regi ſuo jus vindicat *Caſſan. rech. des dr. de Fr.* L. 1. c. 6. p. 341.

Fundamenta allegat 1. *Jus regis in Magalonenſem vel Monpelienſem Epiſcopatum.* ita refert: *Jacobus I. rex Aragoniæ*, cum in cuſtodia eſſet detentus poſt patris cæ- à *Simone Montisfortis Com.* ex qua autoritate Papæ in regnum inductus eſt, dicitur m feciſſe inſtituendi ordinem pro redemtione captivorum, & ultra marinam ſuſci- di expeditionem. Inſtituit poſt hæc ordinem, cui nomen dedit de *N. Dame de la ede.* Inde cum regnum Balearium expugnaſſet, Epiſcopatui *Magalonæ*, qui dein *pelium* translatus eſt, ejusque patrono *S. Petro*, illud obtulit, quod ipſe & poſteri ab nerent feudo. Cauſæ donationis, regis in patriam amor, pietas in locum, in quo & manet Maria præcipua exercitia devotionis peregerant, nec minus quia aliqua rifici à *Petro Com. de Mauquel* in comitatum jura. Porro 1285. capitulum & Epi- us ſuperioritatem regni, quæ eccleſiaſticis ob regum, qui debita præſtare ſæpius igebant, potentiam honorabilior quam utilor fuerat, regi Galliæ conceſſere (alle- *Caſſanus Petrum Jacobi*, qui vixit 1290. *in practic. de ſucceſſ. reg. Fr.* ubi hæc verba: *non advertunt bene conſiliarii, qualiter à pauco tempore rex acquiſivit ab Eccleſia alonenſi jus vaſalli, quòd habebat in regem Majorcitarum, quod jus ipſa Eccleſia tene- nullo.* Allegat etiam *Car. de Graſallio* (*Graſaille Carcaſſon. de regal. Franc.* qui di- dicat, regem Hiſpaniæ ſubeſſe regi Franciæ, ratione feudorum, quale ſit regnum rcitarum, quod feudum Eccleſiæ *Magalonenſis* rex Franciæ ab ea acquiſiverit in m Hiſpan.) Inde cum 1347. *Jacobus Balearicus* vendidiſſet *Monpelium* Philippo regi oc. ſcut. Rex cum Eccleſia commutavit rectoratum Monpelienſem pro feudis de *lint* & de *Freſcalin.* Verum etiam præter hanc acquiſitionem Rex Galliæ tan- n patronus Eccleſiarum regni & Dominus temporalium bonorum ad illas perti- ium prætendere poteſt, ſibi deberi, quæ Eccleſiarum ſunt. Inprimis cum ipſe Epi- atus Magalonam feudo Galliæ teneat.

Prætenſiõ in eas regis Franciæ.

Jus regis in Magalonenſ. Epiſcopatum.

Reſp. Hiſp. 1. Votum in *captivitate* edere Jacobus non potuit, cum enim quadrimus patre 1213. moriente *Marian. L.* 12. *c.* 3. ſequenti anno 1214. in regnum adductus eſt ato Pontifico. Quod ergo votum infantis? *Ordo* verò inſtitui potuit, uti ab eo etiam utum, ſine cauſæ hujus mentione memorat *Hier. Blanca in R. Iacobo. p.* 654. abs- voto. 2. Regnum Balearicum Jacobus primi acquiſitoris filius apud *Surit. ind. rer.* *ad ann.* 1279. immune & nullius imperio poteſtative addictum ſuſcepiſſe perhibet. erò cogitur ſubmittere ſceptrum *coronæ Aragoniæ.* (Quæ ibi *Melgorienſis* Epiſcopi excipiuntur, reſpiciunt *Monpelium.*) Unde jus Magalonenſium nullum; ſaltem ita itum. 3. Quæ Balearici à Magalonæ Epiſcopis tenuere, & hi regibus cedere potuere, n *Monpelium* reſpiciunt. vid *Marian. L.* 15. *c.* 12. Ubi hanc quoq; Epiſcopi prætenſio- , cum ſuo urbem beneficio teneri vellet, Balearicus non agnoſcit, quod non exo- vetuſtate annalium tabulis & exemplis imperia conſtent, ſed recentiſſimæ conſve- nis uſu. Itaq; ne hoc quidem jus liquidum ea tempeſtate fuit. Conf. ap. *Surit. ind. rer.* *L.* 2. *ad ann.* 1280. quod Rex Galliæ promittit regi Balearium, quod Monpelerii ninatus jura integra ei reſervare, neque permutationis causâ cum Magalonenſi copo factæ, jus aliquod in eam ditionem quærere velit. (Sic & *Mariana L.* 14. 4.) Ex quo colligere licet, cujus permutatio aut ceſſio facta inter regem &

Reſponſio Hiſpan.

Magalonenſis: nempe *Monpelerii.* Quin & quod emit Monpelerium à Jacobo Gallus, ut ipſe eo pretio reliqua bona ab Aragonio recuperaret, ex quibus potiſſimum *regnum Balearicum*, argumento eſt, in hoc jus ſibi non arrogaſſe Gallos. Inprimis quia, ut eſt apud *Surit. ad ann.* 1349. Jacobus ille ultimus, ſi inſulam recuperaſſet ei expeditione quâ cecidit, ipſam auxiliariis *Genuenſibus* addixerat. 4. In controverſia de Epiſcopo *Majorica* imponendo inter regem & Barcinonenſes, non legitur interveniſſe *Magalonenſis* Epiſcopus, quod futurum erat, ſi totum regnum ab hoc dependeret. Confer *Bern. Gomeſ. hiſtor. Jacobi I. Reg. L. 7. f.* 5. Si feudum ſit Magalonenſis Eccleſiæ Balearicum regnum, potuit illud (loquendo ex hypotheſibus Pontificiis) *ſpirituale feudum* eſſe, quale deſcribit *Ioh. Caram. Lobcovviz in Phil. prud. Inſt. R. demonſtr. L. 5. Diſp. 1. q. 1. art. 3. & ſeq.* quod ſit *rex ſpiritualis*, cum quis Eccleſiaſtici gratiâ donatur, ut fruatur indulgentiis & ſpiritualibus privilegiis, quibus alii reges perfrui conſvevere. Quale ſpirituale feudum etiam ab Epiſcopis aut Abbatibus dari poſſe ibidem credit. Confer eundem de *regemonaſtico, vel regno in feudum monaſteriis oblato diſp. 2. q. unica.*

Andinorum jus ex ceſſione Joannæ Balearicæ March. Montiſer.

2. Alius titulus à *Ioanna* Montiſerratenſi vidua, Jacobi ultimi Balearici ſorore, quæ fratris extincti 1375. heres *Balearicum regnum & ditiones omnes regno attributas Ludovico Andegavenſi* eâ lege, ut Aragonios bello aggrederetur, detulit. Conf. *Mariam. L. 17. c. 18. Surit. indic. rer. Arag. ad ann.* 1375. Qui ob hoc *Cataloniam* invaſit, ſed tandem ob Italiæ negotia omittere coactus eſt. Jus verò *Andinum* teſtamento Caroli Mainii ad regem Galliæ venit.

Reſponſio.

Reſp. Hiſpan. 1. Quam frater ſorori non tranſmiſit hereditatem, ea aliis relinquere non potuit. 2. Ipſa prius, cum nuberet Montferratenſi, jure ſuo in gratiam regis Aragonii ceſſit. apud *Surit. indic. rer. Aragon. ann.* 1358. 3. Andina ſucceſſio ad Lotharingos, non ad regem Franciæ delata eſſet. 4. Extincto Jacobo agnatorum ultimo ad agnatos Aragonios delabi debuit regnorum lege Balearicum regnum. Cum illi æque ac Balearici à Jacobo primo acquirente deſcendant. 5. Alibi *Caſſanus* negat donatione regna transferri poſſe. vid. *Zyp. 1, 4. p. 26.*

Fundamenta juris Hiſpan.

Ptæterea in genere quæ his fundamentis opponant *Hiſpani* habent 1. *præſcriptionem.* Nam nunquam poſſeſſionem Hiſpanorum hactenus turbarunt Franci, ſed ex quo occupavit Petrus IV. regnum, ſucceſſores ſemper retinuere. 2. Renunciationem regis Franciſci in pactis *Madritenſ. §. 7. & 22. Creſpiac. §. 12.*

Cum ſuperius *διάγμα* Majoricæ aſſignaverimus ex Aragoniis palis inductatenis: *Virgilius Solis Norimb.* p. 34. tribuit ei *tres argenteas faſcias ſcuto rubeo inductas: Minoricæ* autem idem ſcutum, ſed *inducto baltheo dextro aureo.* Quâ fide ipſe videris.

Sevilia ſ. Hiſpalis.

§. LI. *Sevilia* ſ. *Hiſpalis* ad Bœtim celeberrima civitas metropolis *Andaluſiæ* eſt, & alterius in ea Maurorum regni caput fuit, ſub nomine *Sibiliæ* (apud *Rod. Sanct. hiſt. Hiſpan. P. 1. c. 17.*) unde regia illi dignitas. Nunc etiam ob mercaturam & claſſes, quarum merces in eam transferuntur, famoſa eſt, & Oceani Regina nuncupatur. Decet proverbium Hiſpanis eſt, *Cui Deus favet, ei dat domum Hiſpali:* nec non *Quien no ha viſto Sevilla, no ha viſto maravilla.* Portæ urbis inſcriptum:

Condidit Alcides, renovavit Julius urbem,
Reſtituit Chriſto Fernandus tertius Heros.

Factum hoc 1248. Atque ita regnum hoc *unitum Caſtiliæ*, cum eâ ad *Auſtriacos* devenit.

Andaluſiæ teſſera.

Peculiarem ejus teſſeram non vidi, unde huc ſpectare credo *Andaluſiæ* totius hieroglyphicon, quod eſt in *aurea parma conſidens in throno rex auratis veſtibus.* Olim Andaluſiæ reges geſtaſſe 2. *claves argenteas* in ſcuto *cyaneo*, indicio quod *claves Hiſpaniæ Gades* in manu haberent, ex *Thuan. L. 48. p. 867.* videmus. *Corduba* alterum in Andaluſia regnum Maurorum fuit: Cui datur teſſera ſcutum *aureum tribus faſciis rubeis exornatum.* Hoc regnum idem Ferdinandus R. Caſtiliæ 1236. occupavit. *Joh. Mariæ. de reb. Hiſpan.* L. 12. c. 18. ubi addit: *Rex ex eo tempore ad veteres titulos* Biatiæ & Cordubæ *ſe regem dixit, ut ejus ætatis tabulæ indicio ſunt.* Porro teſſera illa *faſciata* communis eſt familiæ in Hiſpanis illuſtri, quæ *Cordubenſi* cognomine utitur. Unde *Virgilio Solis* fides non adhibenda, qui Cordubæ regno tribuit ſcutum *argento & cyano faſciatum.* p. 32.

Corduba.

Sardinia.

§. LII. Jam Sardinia ſequitur, Inſula *maris inferi* Italiæ objecta, quæ poſt *Carthaginenſes Romanis* paruit, dein à *Saracenis* (incolis aliquibus alibi ſedes quærere coactis *Baron. T. 10. ad ann. 852. n. 8.*) infeſta eſt, ſed iterum à Chriſtianis recuperata. *Pontificiæ*

Ejus Domini.

authori-

ritate eam *Piſani*, qui cum *Genuenſibus* de ejus imperio contenderant, poſt
x dono Pontificis *Bonifacii* (vid. *ind. rer. Arag. ann.* 1297.) *Aragonis*, qui tamen
rna & graviſſima ob inſulam cum illis & ipſis incolis factioſis bella gerere coacti,
imis *Alfonſus Benignus* Jacobi Regis filius rebellantes & ad Piſanos deficientes
ti expeditione & magna fortitudine patri iterum ſubjecit. vid. *Luc. Marin. Sic. de
liſpan. L.* 11. *p.* 395. *Indic. rer. Arag. ad ann.* 1311. 1321. 1331. 1369. 1370. 1393 &c.) tenue-
n horum verò poteſtate nunc quoque cum Sicilia & Neapolitano regno ea per-
at. Suo tamen regi (dubium an conſenſu publico.) *Caſſanus rech. des dr. de Fr.*
9. p. 471. jus in eam vindicat.

Sunt autem fundamenta Francica apud *Caſſanum* illa

Prætenſio in eam regis Franciæ ex C. Iſan. Caroli Andini jus à Pontifice.

1. Non Franci ſolum fuere *Normanni*, qui præter Neapolitanum regnum inſulam eripuere Saracenis: ſed & cum *Petrus R. Aragoniæ* fieret hoſtis ſedis ficiæ, hæc feudis eum omnibus, in quibus hæc inſula, privavit, atque 1282. in *m Andinum* contulit.

Reſponſio Hiſpanor.

Reſp. Hiſpan. 1. Normannorum facto nihil lucri Francis accedere potuit. Sed & lis verum Piſanis & Genuenſibus debetur gloria inſulæ Saracenis ereptæ. endae ſt *διαφορία* Caſſani, *Jacobum* 1. *&* 2. reges Aragonios confundentis. Huic Sardiniam demum 1295. conceſſit Papa, quomodo ergo Petro hujus patri re feudum & Gallis conferre potuit ſedes Pontificia, quæ feudum nondum at?

Venditio Jacobi R. Majoricæ.

. *Jacobus Rex Majoricæ*, à fratre ditionibus injuſtè exutus 1349. eas, in quibus *Sardinia*, pretio 120000. ſcutatorum regi Franciæ *Philippo* addixit. *Venditio* tam habuit dein frater *Petrus R. Aragoniæ*, cumque nonniſi tertia pars pretii fuiſſet Jacobo, per legatum *Petr. Fenouillet* reſiduum ſibi ſolvi curavit. Hoc fa- ceſſores tenentur.

Reſponſio.

Reſp. Hiſpan. 1. Vendidit tantum *Monpelii* jura & dominatum apud *Surit. in- agon. L.* 3. *ad ann.* 1349. Nulla mentio aliarum ditionum. Ipſe *Caſſan. L.* 1. *cap.* 6. le hac venditione loquens tantum meminit præter *Monpelium* baronatuum & *Homelas*. confer *Marian. L.* 16. *c.* 12. Sed & huic fini illam ditionem vende-

reliqua ab Aragonio erepta recuperaret. Hinc etiam *Petrus*, qui non frater iatus Jacobi, non amplius quid rathibuit, quam de quo prius convenerat inter ens, ubi tantum exprimitur ultra Monpelium *Omeladeſia* & *Carladeſia* ditio. *rit. ad d. ann.* 1350. Ubi utique inter ea, quæ ceſſit regi Galliæ, non eſt *Sar-* in qua tanquam ſua ipſo adhuc anno & ſeqq. bona gratia Francorum geſſit

2. Nec ſi Balearici omnia vendiderint, Sardinia unquam in regum Balea- i poteſtate fuit, quæ demum *Jacobo II.* erat à Pontifice data, cujus patruus I. Rex Balearium, quæ aliunde nepoti conceſſa, ad ſuos tranſmittere nequi- e *Surit. indic. rer. Aragon. ad ann.* 1279. ubi enumerantur, quæ Balearicæ fa- ona fuere.

Joannæ Balearicæ conceſſio.

Ioanna March. Montiſferrati hæres fratris Jacobi, omnia jura ſua in hanc in- : alia ſua bona 1373. *Ludovico Andino* donavit. Confer *Surit. indic. rer. Arag.* 1375.

Reſponſio.

ſp. Hiſpan. Joanna Balearica Montisferratenſis Marchioniſſa nulla fuit, ſed & ea demum 1375. fratri defuncto ſucceſſit. Cæterum non potuit illa alii do- iod nec ad ſe nec fratrem nec ullum è majoribus ſpectavit.

Oppignoratio facta Ludov. XI.

Sardinia una cum Comitatu *Ruſcinonenſi oppignorata Ludovico XI. regi Franc.*)00. ſcurat. 1462. quæ nunquam reddita, licet in utilitatem regni motibus tum i evidenter fuerint.

Reſponſio.

ſp. Hiſpan. 1. Remiſit debitum *Carolus IIX.* & oppignorata reddidit. Except. ditiones à Ferdinando Catholico non impletæ. (2) Non potuit remittere , quia ſumma ex Domanio accepta, quod inalienabile. 2. *Ruſcinonem* op- am dicit *Comin. L.* 6. *cap.* 10. non *Sardiniam.* Ut & *Luc. Marin. Sicul. de n. L.* 18. qui dicit oppidum *Perpignanum* totamque provinciam *Ruſcinonis*, &c. l. *Anton. Nebriſſ. rer. Hiſpan. Dec.* 1. *L.* 3. *c.* 2. *&* 10. Nec aliter *P. Æmil. L.* 10. *ic. XI. pr.* & *Arn. Ferron. L.* 1. *in Carol. VIII.* Quid ergo juris Galliæ in inſulam ontractu, qui nullo modo inſulam attinebat?

Hæc fundamenta ſunt à Caſſano adducta, quibus etiam, ſi ullus Franciæ Rex illis uſus foret, opponi poſſet *Franciſci I.* renunciatio in pactis *Madrit.* §. 7. & 22. *Creſpiac.* §. 12. Unde manſere in perpetua poſſeſſione *Hiſpani*, nec eis lis de inſula à R. Galliæ eſt mota. Eam verò 1561. *Antonio Borbonio* loco compenſationis pro regno *Navarreno* ſerio aut ſimulate deſtinabant apud *Thuan. L. 28. p. 39.*

Prætenſio in Sardiniam Pontificis.

§. LIII. Sed & *Pontifex* aliquod ſibi in *Inſulam* jus attribuere, & nomen ejus in *Cancellariæ Romanæ* regiſtris inter ea legi refertur, quæ Eccleſiæ debent homagium. Pro more videamus argumenta.

Donum Imperatoris.

Fundamenta allegari poſſunt. (aliqua extant apud *Caſſan. rech. des dr. de Fr. l. c 9.*) 1. *Donum Imperatorum*, quod largitur, ſervato tamen ſupremo Imperii jure, *Conring. de fin. Imp. Germ. c. 11. p. 140.* Sed & *Fridericus II.* filium *Enzium* regem Sardiniæ conſtituit. *Bzov. T. 13. ad ann. 1238. n. 1.*

Occupatio Genuenſium & Piſanorum ex Pontif. autoritate.

2. Pontificis autoritate factum dicitur, ut *Genuenſes* & *Piſani* inſulam occuparent, & hi *inveſtituram* ejus nanciſcerentur. Sed addo ex *Conring. l. c. p. 140. 141. Friderici I.* legatos, quos inſulæ adminiſtrandæ miſerat, à *Genuenſibus* & *Piſanis*, qui inſulam occupaverint, excluſos. *Piſanis* iterum Pontifex eam ademiſſe dicitur, quod *Friderico II.* aſtitiſſent. Sed ex *Bzov. T. XIII. ad ann. 1217. n. 11.* diſcas, *Honorium III.* per legatum Piſanos ab invaſione inſulæ, quæ juris Rom. Eccleſiæ eſſet, dehortatum, antequam eos *Innocentius IV.* anno 1246. (vide ejus n. 16.) ob aſſiſtentiam Friderici II. excommunicaret.

Pontificum aliorum aſſerta.

3. *Gregorius VII.* apud *Baron. T. 11. ad ann. 1073. n. 68.* literis monuit judices Sardiniæ, ut *ſanctam Rom. Eccleſiam recognoſcerent.* Idem *Baron. n. 69.* alia innumera ait extare vetera monumenta, quibus inſula ſub Eccleſiæ Dominio eſſe probari poſſit. Poſtea *Bzov. T. 13. ad ann. 1203. n. 25.* memorat, quod *Innocentius III. Pontifex* per legatum *juramentum* iterum & cenſum ab inſula exegerit, ut quæ in temporalibus & ſpiritualibus, tanquam *patrimonium Petri*, ſubjecta eſſe debeat ſedi Romanæ. In excommunicatione *Friderici II. 1239. Gregorius IX.* eum etiam accuſat, quod terras Eccleſiæ, in quibus *Sardinia*, occuparit. vide *Bzov. add. ann. n. 2.*

Conceſſio Bonif. III. Jacobo II. R. Arag. facta.

4. *Bonifacius IIX.* Papa regnum *Jacobo II. R. Aragoniæ* concedit *Eccleſiæ nomine. Bzov. T. 13. ad 1295. n. 3. Surit. Ind. rer. Arag. ad ann. Chr. 1295. Blanca rer. Arag. in reg. Jacob. II.* qui tamen ob hoc, quod multo ſanguine inſula occupanda Jacobo & ſucceſſoribus conſtiterit, non gratis datum dicere vult. Conf. *Luc. Marian. Sic. L. 11 in Alfonſ. IV. Bzov. T. XIV. ad ann. 1323.* narrat, expeditionem in inſulam adverſus Piſanos ſuſceptam contra conſilium Cardinalium, qui eum jure adverſus *Piſanos* quam armis experiri malebant, ſed addit, ſubactâ fere inſulâ, lue peſtifera exercitum afflictum & inſulam deſerere coactam. Sic & 1353. *Petrus IV.* Rex per legatos jura Sardiniæ ſuprema addicit Eccleſiæ apud *Surit. ind. rer. Arag. ad ann. Chr. 1353. Bzov. T. 14. ad 1353. n. 10.* dicit aureo ſigillo munitas literas regias Valentiæ ſcriptas pro ejus *ligii homagii fide* allatas Papæ, nec non *cenſum* ex illis regnis ſolutum. conf. *Bodin. 1. de rep. 9.* Verba diplomatis: *Tu & ſucceſſores tui præſtabitis homagium ligium, vaſallagium plenum & fidelitatis juramentum & 100. equites armatos & inſuper cenſum 2000. marcarum argenti, bonorum & legalium ſterlingorum*, &c. Niſi poſt tertium terminum ſolvatur tributum, rex regni jure excidere decernitur. Sic apud *Surit. indic. rer. Arag. ad ann. 1378.* regem regno Sardiniæ ab Eccleſia multarum Papa dicit. Anno 1393. apud eundem petit remitti *Sardorum tributum* Eccleſiæ debitum ob regna exhauſta. Verum his omnibus, cum non mihi plane liqueat, quid ad ſingula argumenta pro ſuo jure Hiſpani reſpondeant, opponi poſſunt generalia fundamenta Pontificiis teliquis prætenſionibus etiam idonea. Symbolum Sardiniæ refertur parma *aurea cruce rubea* inſignita, *angulos occupantibus quatuor Maurorum capitibus nigris*, quæ diadematæ *tortilia argentea* circumdant. Quod olim *δεῖγμα* Aragonicum (vid. §. 11. niſi quod ibi ſolum argenteum) Rex inſulæ conceſſiſſe dicitur.

Petri IV. confeſſio.

Reſponſio.

Corſica Genuenſium dominium.

§. LIV. Supra Sardiniam *Corſica* eſt in mari *Tyrrheno*, quam etiam Romanis *Saraceni* eripuere, ab his vindicarunt ſibi duce Adæmaro *Genuenſes*: & adhuc eam ſuo imperio tenent; Unde illius atque ſupremi in Liguria ſua poteſtatis cauſa regiam dignitatem Reſpublica ſumit, & inter capita coronata numeratur. Ratio autem cur Hiſpaniæ reges titulo utantur, eſt ex *dono Pontificis*, de quo *Indic. rer. Arag. ad ann. 1297. A. D. II. Non. Apr. Pontificatus anno III. Romæ apud S. Petrum Bonifacius P. M. Jacobo*

Jus Hiſpanicum.

Rege

*Sardiniæ & Corſicæ regnum, & ejus heredibus utriusque ſexus legitimis perpetuo con-
it, atque attribuit. Præſenti regi donationem eam, craterâ aureâ pignore, fœdere ac
ſancit: ſupremumque fidelitatis jus & vim ſummæ poteſtatis ſibi & futuris Pontifici-
recipit. Quibus temporibus & quo militari, ſive terreſtri ſive navali, auxilio ſub-
iendum Eccleſiæ ſit, ejus donationis cauſa decernitur: caveturque II. marcharum ar-
i ſterlingorum cenſus atque tributum imponitur.* Quâ teſſerâ hæc utatur inſula,
dum vidiſſe memini. De bello in illam Francorum 1553. vide *Thuan. L.* 12.
8. *ſeq.*

§. LV. *Murcia* regnum Hiſpaniæ eſt ad mare mediterraneum, conterminum Murcia.
ntiæ, Granatæ & Caſtiliæ novæ, à metropoli Murcia ita dictum. Cum reliqua Hi-
ia in Maurorum fuit poteſtate, donec *Alfonſus IX. Rex Caſtiliæ* eam vindicaret.
ignatur *ſex coronis aureis in cæruleo ſcuto.* Eas *Brianvill. jeu d'arm. p.* 89. è victoriis
tra Mauros obtentis ſumtas eſſe credit. Aliam rationem allegat ex *Ritio Theod.* Unde ejus
ing. de jur. inſign. c. 5. *n.* 33. quod hæc ſola fuerit Alfonſo regi fida, cum reducem coronæ?
Germania, cujus Imperator electus fuerat, reliqua regna, quæ ad *Sancium* filium
:cerant, eum excluderent, ſed Murcia ſuſciperet. Ita & *Fr. Taraph. de regib. Hiſp.*
*Alfonſo X. Murciam recepit ab Arabibus, quæ in ejus fide perſtitit, unde privilegio com-
ta eſt, ut ſeptem* (an ita?) *coronas inſignibus ſuis imponeret. Algarbia* (Rationem Algarbia.
ralis *Algarbiorum* ſeu *des Algarbes* non ſatis capio) in titulo ſequitur. Hujus ratio,
a pars Luſitanici regni fuerit, videri poteſt eo capite, quo de Portugalliæ ſcuto
tur.

§. LVI. *Algezira* nomen quod in titulo legitur, opido debetur, quod *Fournie-* Algezira.
:ſt (*Geogr. orbis not. P.* 2. *L.* 8. *c.* 2. *p.* 374.) *Algariza.* De qua ita: *Urbs ſita in intimo
Calpes, ubi ex faucibus anguſtis panditur mare, in quo muricis olim & purpuræ libra-
i* 10. *à piſcatoribus repertæ, quin & Polybio* 700. *librarum. Carteiam ad Oceanum* Quæ olim
at Livius: putatur condita ab Arganthonio rege, quem vixiſſe 150. *annis tradit Ana-
m.* De ea *Io. Gerund. Paralip. Hiſp.* 1. p. 28. *Poſt Bellonem urbem ſequitur urbs Mel-
a ante fretum* (*quæ nunc* Alzezira *nuncupatur*) *ut placet Plinio L.* 3. *Ptolomæus v. L.* 2.
, quod Alzezira *fuerit Carteia. Carteia primo à Græcis dicta, ſub Calpe monte in
mo Atlantico locata ante fretum.* Apud *Surit. indic. rer. Arag. ad ann.* 1309. vocatur
zira Albadra in ipſo freto ſita. Nam alia *Algezira* in Valentino agro. (De qua conf.
v. Gomez. de reb. geſt. Iac. R. Arag. L. 9. *p.* 462.) De *Carteia* tamen non conſentiunt au-
s, cum alii illam in *Conilio* quærant, alii alibi. Conf. *Rochart Chanaan. L.* 1. *c.* 34. *p.*
682. Cæterum regni nomen ſub imperio Maurorum illi tributum, cum *Abomeli-*
Regis Marocenſis filius eam 1333. occupaſſet, ejusque regem ſe dixiſſet. Oeſterr.
ctuſp. 6, 10. p. 1210. Unde cum Hiſpani recuperaſſent, titulis inſertum hoc quo-
vocabulum: cum alioquin obſcurus locus noſtro ſit tempore. Cæterum occupa-
lgezira à Rege *Alfonſo XI.* Hic enim, cum ſocio *Alfonſo R. Portugalliæ Almohaze-* Alfonſ. IX.
i Mahometum R. Maroci & Granatenſem regem Tarifam obſidentes prælio acri ſu acquiſivit.
iſſet, *Alcala la real* & alia cepiſſet, tandem etiam *Algeziram* 22. menſibus obſeſſam
tinaci conſtantia ad deditionem 1344. coegit. *Rod. Sant. hiſt. Hiſp. P.* 4. *c.* 12. *Civita-
de las Algeziras*, unde iisdem manibus comprehenſas duas vel plures civitates
rret, vel diverſas urbis partes civitatum nomine nuncupatas, quod & alias non in-
quens eſt. Quo utatur vel uſum ſit hoc regnum ſymbolo nullibi vidi, niſi quod
ilius Solis Norimb. p. 34. tribuit ſcutum quadripertitum, in cujus 1. & 4. laterculo
ulo apparet *caput fœmineum coronatum:* in ſecundo autem & tertio argenteo *tri-
i capita Maurorum nigra diadematibus tortilibus* ornata. Succedit *Gibraltar*; quod Gibraltar.
ien opidi eſt, quod *Fournier* olim *Heracleam* ad radices montis Calpes fuiſſe opi-
at. Quod aliis ſynonymon *Carteiæ.* Cæterum urbs ea portu nobilis freto ſuam ap- Quo olim
ationem indidit, ut quod *Herculeum Gibraltar* etiam dicatur, voce ex Arabica *Ge-* nomine.
Tarik inflexa. Ita *Ioh. Gerund. Paral. Hiſp. L.* 1. *p.* 26. Gibel *Arabica lingua montem
ificat, tanquam* mons Tarich. *Hic itaque* Tarich *primus Dux Arabum fuit, qui claſſe
ructa Arabibus de Africa trajecit in Hiſpaniam.* Alii Tarif vocant. *Rod. Sanct. h ſtor.* Unde ho-
i. P. 1. *c.* 15. de *Miramolino* Africæ principe, qui evocante Juliano Hiſpanias inva- diernum.
*ille Muzam præſidem ſuum & Tarif virum bellicoſum, cum innumera Arabum multi-
ine, in Hiſpaniam transfretare juſſit.* Iterum *Ioh. Vaſæus Chron. Hiſp. ad ann.* 713. *Mons
e & locus à Duce Saracenorum nomen mutuatus ac dictus Gebel Tarif, hoc eſt mons*

Tarif, hodie corrupto vocabulo, Gibraltar *dicitur. Idem & Tarifæ urbi à se captæ nomen dedit, quam alii Carteiam, alii Mellariam prius dictam contendunt.* Ei etiam à *Mauris* additum regium axioma, quo jure in titulo locum servat. *Virgilius Solis* ei tribuit partam *rubeam* inscriptis superius *leone*, inferius *Elephanto*, utroque ex *argento*. Sed quam ei fidem adhibeam, ignoro. Obsedit post Algeziram hanc urbem *Alfonsus XI.* ast in ea obsidione peste interiit: *Henricus IV.* demum subegit, virtute inprimis *Ioannis Guzmanni Ducis Medinæ Sidoniæ*, cujus parens quondam in ejus obsidione interierat. *Rod. Sant. hist. Hispan. P. 4. c. 38.*

Canariæ insulæ s. Fortunatæ.

§. LXXIII. *Vltrajectum* Mechliniam excipit, & quæ Belgicarum provinciarum titulos claudunt *Tranſiſalania* atque *Græninga*. *Vltrajectum* Epiſcopatus titulo incluta fuit à *Caroli Martelli* ætate. Primus numeratur *Willebrodus* Batavorum, Friſiorum, Saxonum, & Slavorum Apoſtolus habitus. Inde Epiſcoporum opes & potentia multorum Imperatorum aliorumque principum liberalitate, & regionum, unde barbaros & tyrannos expulerant, acceſſione eo usque excrevit, ut *Dominatum Trajectenſem Bochius* (hyperbolicè, judice *Zypeo*, niſi ad veteres regulos reſpicitur) *regni* haud exigui amplitudinem exæquare crederet: inprimis verò *Tranſiſalania* & *Græninga* in poteſtate Epiſcoporum fuere. Demum *Henricus Palatinus* ſ. Bavarus Philippi Electoris filius, cum adverſus Carolum Geldrum ſui tuendi impos eſſet *Carolo V. Imperatori* ditiones conceſſit. Verba diplomatis ex *Zypeo* pag. 158. ita habent: *Quoniam Carolus Geldriæ Dux nullo jure nullaque legitima de causa urbem Vltrajectinam occupavit, ac ex ea bellum antistiti Henrico Bavaro intulit, occupatoque oppido Rhena, arce Horstia, ac Ema universam Vltrajectinam ad gravissimarum exactionum solutionem coëgit, nullo in recusantes, sive profani, sive sacri Ordinis, homines sævitia nec calamitatis genere omisso, adeò ut universam tandem provinciam subegisset, nisi Caroli V. Cæsaris Duces obstetissent, ac pedite equiteque abducto, Geldrum repressissent: ne rursum in easdem recideremus calamitates ac aliqua ratione Cæsari de factis hujus belli causa sumptibus satisfieret, communi consilio liberaque voluntate consensimus, ac tenore præsentium consentimus, Henricus Bavarus Antistes noster Cæsari Carolo tanquam Brabantiæ Duci, & Hollandiæ Comiti, pro se suisque successoribus utriusque sexus legitimis liberis cedat, inque perpetuam possessionem tradat urbem Vltrajectum, Amersfortium, Rhenam, VVicam, reliquaque oppida, arces, costella ac munitiones, provinciæ, agrique Vltrajectini, cum omni apparatu bellico, pagis, villis, proventibus, cum jurisdictione summa, media, infima, mixta, ac denique universum absolutumque profanæ jurisdictionis Imperium, ea ratione ac modo, quo id præcedentes Antistites supra nongentos possedere, rexereque annos, ac ut absolutum decet Dominum Principemque cum universo* Nederſticht (*nempe* Overſtichtii, *id eſt, Trans-Iſalani dudum ante in Ianuario se tradiderant*) *nihil inde excipientes, præter sacram jurisdictionem, ac annuos ejus proventus, qui Antistiti ejusque successoribus in sempiternum sarti tecti manebunt: quemadmodum Curia Episcopalis, quæ est in urbe Vltrajecto, ac altera Antistite digna in hac provincia quam elegit. Adhæc Cæsar Carolus Antistiti Henrico Bavaro singulis numerabit ad vitam annis* duo millia *florenorum, donec tot ei sacerdotia procurarit, quæ dictam in singulos annos summam conficiant, eaq; in perpetuum Episcopatus reditibus adjungi curarit. Supplicantes & orantes Romanũ Pontificem, hæc omnia sua auctoritate approbare, confirmare, rataq; habere dignetur. Hæc primũ à quinq; Canonicorum collegiis, deinde ab Abbatibus, tum ab urbis Senatu, ac nobilibus fuere subsignata, sigillisq; munita, ac tandem anno sequenti à Papa Clemente VII. 13. Kal. Septemb. confirmata. Antistes ergò,* inquit Haræus, *sua renunciationis literas 12. Octob. hujus anni consignavit, & Cæsaris legato Antonio Lalaino Comiti Hochstratano die 13. Kal. Novembr. solemniter tradidit, ac postero die populus Vltrajectinus Cæsari sacramentum dixit, hinc 3. Nonas Novemb. Amersfortii, & non multo post etiam*

VVicani,

Digitized by Google

ni & Rhenani. Ante hos ſeorſim *Tranſiſalani* à Carolo V. ſtipulati ſunt, ut iis pri- Traditur
aac immunitates veteres ſartæ tectæ manerent, judiciis conſvetis uterentur, Carolo V.
n illis à quocunque illatum Cæſar ejusque ſucceſſores ſuis ſumtibus propulſa- Tranſiſa-
Græningam cum Friſia *Alberto Saxoni Maximilianus* regendam conceſſerat, in- lania.
s quia factionibus *Schieringerorum & Vercooperorum* ſcindi cæpiſſet: Verum Græninga
re Alberto, & licet aliquoties fracti jugum ſubire detrectarunt. Demum ma- ad Saxones
Ezardo Friſiæ Orientalis ſeu *Embdanæ Comiti* 1506. imperium urbis committere, Emdanos.
axonum poteſtatem non delabi pateretur. Ezardus ob hoc proſcriptus & ar-
ctitus, urbis patrocinium deſerere coactus eſt. Itaque cum conditiones de-
is probare nollent Saxones, Græningenſes alium patronum ſumſere *Carolum* Carolum
danum Geldriæ Ducem ſatis potentem, à quo in fidem coronæ *Francicæ* im- Gelricum.
unt. Demum 1521. cum creſcentem viderent potentiam Auſtriorum, ad
V. obſequium redierunt. (confer *Thuan. L.* 109. *p.* 1393.) Cæterum omnes hæ Carol. V.
ovinciæ noſtro tempore Rempublicam Batavicam cum reliquis conſtituunt,
ctæ poteſtati Hiſpanicæ. Quod teſſeras ſcutarias attinet, *Brianville jeu d'arm.*
cto tribuit clypeum diagonaliter ſectum ex *minio & argento. Sibmach.* P. I. p. 10.
ulius clypeum *tranſverſe* ſecat *auro & cocco*, atque inſcribit *crucem variatis* Earum
n ſectionem coloribus. Sed rectius Oeſterr. Ehrenſp. cui numiſmata conve- ſymbola.
parmam *quadripertitam* conſtituit, cujus areola prima & quarta *cruce*, duæ
e ſingulis *leonibus* inſigniuntur. Galeæ autem diadema tortile & ex theca cruce
ta cauda pavonina imponitur. *Tranſiſalania* autem *leoni rubeo* in parma *aurea*
: aut ſupponit *faſciam undoſam cyaneam*; quod *diſcerniculum* putant leoni
idico adjectum. *Græninga* ſcutum *imperiale aquilæ*, *pectori parmula Auſtriaca*
a, geſtat.

. LXXIV. Titulos claudit ille, qui *Dominatorem in Aſia & Africa* regem nomi- Domina-
qui ex Luſitanico adſcitus videtur, unde de eo agetur in capite de Portugallia. toris Aſiæ
eos concernit, quos à Sammarthano in præſentis regis elogio additos notavi- & Africæ
Barcinonis comitatus notari meretur. De hoc jam occupavimus dicere §. 10. tulus.
on niſi pauca addimus: Videlicet comites Barcinonis (quæ Cataloniæ me- Barcinonis
s eſt) derivari à *Godofredo* ſ. *Guiffredo piloſo* Balduini Flandri genero, qui pri- Com.
ulatim præfecturam in proprietatem mutavit, & 914. obiit: ſucceſſere poſteri
x *Mirone* ſ. *Guiffredo*, dein ex altero filio *Seniofredo* ſ. *Suierio Com. Vrgelitano*
filio, nam hoc natus *Borellus*, Mironis filio *Seniofredo* 967. extincto, in *Bar-*
comitatu ſucceſſit, excluſo iſtius fratre *Oliva* cogn. *Capreta C. Beſaluni & Cerita-*
od in horum comitatuum gubernatione male ſe geſſiſſet. *Borrellus* tranſmiſit Succeſſio
onem ad poſteros, in quibus quod audivimus *Raymundus Berengarius* ab comitum.
etronella regnum Aragoniæ familiæ intulit, palos autem ſuos clypeo regio in-
Quod à rege recentius reliquis inſertus hic titulus, forte ex eo eſt, quia Catalo- Titulus.
rancos reſpiciente jus in dubium vocari ceperat, cui aſſerendo titulis ſolenni-
itui videbatur, nam §. 46. & 47. vidimus, Ferdinando Catholico & Carolo V.
ixiori formula uti lubuit, vocabulum illud etiam ſolenne fuiſſe. De prætenſi-
icorum in Barcinonem & Cataloniam §. 13. actum eſt.

. XXV. *Biſcaia* ſ. *Vizcaia* ſuccedit nomen, quod etiam in *Ferdinandi Catho-* Biſcaia.
iis legitur. Hæc *Cantabrorum* veterum ſedes fuit, qui bellicoſiſſimi habiti, &
ab Auguſto Agrippæ ope ſubacti ſunt. Unde nunc quoque præ aliis Hiſpanis
audent *libertate* & immunitate. Conf. *Hub. Thom. Leod. vit. Frid. II. Pal. L. 2.*
m ab anno circiter 870. rexere peculiares Domini, *Lupi* ſ. *Lopezii de Haro*, do- Lupi ſ. Lo-
1298. *Didaco Lupi* filio Haro extincto *Biſcaia*, eo usque magnis motibus jactata, pezii de
um Regem devoluta. *Marian. L.* 14. *c.* 12. Sed iterum principio ſeculi decimi Haro.
ntroverſia nata de illo principatu inter *Didacum Harum* & *Ioannem* regis, qui
bat, Ferdinandi IV. patruum, cui rex iſtum promiſerat. Valliſoleti pro Joan-
nciatum, ſed executio in aliud dilata tempus. Demum ita tranſactum, ut
dacum Harum eſſet principatus dum viveret, inde Joanni redderetur. Dida-
lo Granatenſi extinctus eſt, atque ita ad *Mariam* Joannis uxorem ſucceſſio
d. *Marian. L.* 15. *cap.* 7. 8. 9 Ea natus *Joannes Curvus* ſ. *Cocles Biſcaiæ Comes*
riæ, quæ *Ioanni Munioni* ſ. *Nugnez de Lara* agnato ex Cerdanis nupſit, & filiam

atque heredem habuit *Joannam*, Tello Alfonſi XI. filio nuptam. *Tellus* 1370. Idib. Octobr. vita exceſſit. Unde defuncti principatus *Lara* atque *Biſcaiæ* Joanni Regis filio à patre Henrico datus, in regum ditione ſtabili poſſeſſione hucusque manſit. *Marian. L.17.c.15.* Scuto *Biſcaja* utitur *argenteo*, inſignito *arbore viridi*, quam tranſeunt *duo lupi gradientes rubei. Luporum* figura alludere videtur ad dynaſtas *Lupos* ſ. *Lopezios*: arbor forte ſaltuoſam provinciam deſignat. Biſcaiæ aliqui annumerant *Guipuſcoam* ſ. Ipuſcoam provinciam, cujus teſſera eſt ſcutum *cæruleum* 12. *machinis bellicis aureis* inſigne, ob Engoliſmenſem Ducem obſidione Pompelonenſi depulſum. vide *Lima. Jur. publ. 6,6.19.*

Guipuſcoa.

Molina.

§. LXXVI. Sequitur *Molina* mentio. Hujus (quæ civitas eſt Caſtiliæ verſus Aragoniam, unde tractui montano nomen *Sierra Molina*) titulum lego attributum *Alfonſi IX. R. Legionis* & Berengâriæ reginæ Caſtiliæ filio *Alfonſo*, inde dicto *Infante Molina*. Hujus filia *Maria Sancio IV. Regi Caſtiliæ* nupſit 1282. Inde Iſabella Joannis Laræ junioris uxore defuncta *Molinæ* principatus jure propinquitatis ad regem rediit, ob quod tamen *Joannes Lara* tumultuari cæpit. Confer *Marian. L.14. cap.16.* Poſthæc Molina cum *Soria* celebertimo Franciæ Conſtabili *Bertrando Gueſclino* ab *Henrico II.* Rege 1371. ſub nomine *Ducatus*, loco comitatuum *Triſtamaræ* & *Sarriæ*, 1368. conceſſorum, præmio virtutis & meritorum in Henricum bello adverſus fratrem Petrum crudelem præſtitorum, conceſſa eſt: Sed cum in Franciam Bertrandus rediret, vendidit iterum Molinam eidem regi 150000. ſcutatorum. Inde *Joannes I. Caſtiliæ* Rex *Molinam* filio *Henrico III.* conceſſit, qui cum patri in regno ſucceſſiſſet, hic ducatus ſub nomine dominii ad regnum rediit. Confer *Sammarth. l'Eſt. de l'Eſp. pag. 224. 225.*

Quomodo ad regem aliquoties rediit.

Athenarum & Neopatriæ ducatus.

§. LXXVII. Videamus jam titulum Ducum *Athenarum* & *Neopatriæ*. Hunc principatum lego primum in familia *Villeharduina*, ex qua *Guilhelmus* mareſcallus Campaniæ expeditionis Conſtantinopolitanæ hiſtoriam ſcripſit, ejusque ex fratre Joanne nepos *Godofredus Moreæ & Achajæ princeps* fuit. Inde *Hugo Comites Brennæ*, qui Joannem regem Hieroſolymorum patruum habuit, uxorem duxit *Helenam Guilelmi Villeharduini Ducis Athenarum* & *princ Achajæ* filiam, unde natus *Gualtherus Dux Athenarum*, pater *Gualtheri* Ducis & *Iſabellæ*, ille 1356. ſine prole Pictavienſi prælio periit. Hæc heres fratris *Gualtherio Dn. Engiano* nupſit, & titulum *Ducis* attulit, unde natus *Sigerus* Dux, qui 1368. deceſſit: Fratre ejus *Ludovico* nata *Margareta Joanni Lucemburgio* nupta, prætenſiones illius domus attulit. Sed jam à ſeculo fere non niſi in titulo & prætenſione jus conſtabat illorum, qui *Athenarum Duces* vocari amabant. Nam 1282. veſperis Siculis ſub Aragoniorum poteſtatem ille etiam principatus delapſus erat. Cæterum primus è *Siculis* regibus *Fridericus III.* Rex *titulum* uſurpavit, atque poſteris tradidit; Eo autem donatus erat 1335. à Ludovico Rege fratre, poſtquam *Fridericus* Dux Joannis Ducis filius eo anno vivis exceſſiſſet. Joannes autem à fratre Wilhelmo ducatus obtinuerat, qui 1338. vivis exceſſit, & fratrem ſucceſſorem habuit. Confer *indic. rer. Aragon. ad ann.* 1338. 1348. 1355. Inde 1377. cum Fridericus Rex filiam *Mariam* reliquiſſet heredem, *præfecti arcium Athenarum & Neopatriæ ducesque, aliique earum ditionum procuratores militaresque manus Friderico Siciliæ R. vita functo & femina vacua regni poſſeſſionis herede, cum de principatu inter Mariam & Aragoniæ regem ejus avum controverſia orta eſſet, à Maria & ejus regni Procuratoribus deficiunt, & regi ſe addicunt: vexilla inſigniaque regia Aragonum principum Athenarum arce extolluntur.* Uti *Surit. indic. R. Arag. ann.* 1377. In *Iournal des Scav. de 25. Febr.* 1675. ex *Guilletierii Athen.* refertur *Comitiſſa Stampenſis*, quæ 1489. Senis mortua hunc titulum geſſerit. Credo aut errorem aut παρέραμα typographi ſubeſſe: & intelligi *Ioannam* ſ. Rudolphi Com. Euſii & Guineſii, uxorem primam *Gualtheri Brennenſis*, & dein *Ludovici Ebroicensis Comitis Stampenſis*, quæ 1389. mortua eſt, & à priori marito titulo illo uti potuit. Cæterum *Athenarum* urbs 1455. à Mahomete II. ſubacta & in Turcicam ſervitutem redacta eſt, ſub qua nunc etiam gemit.

Penes Villehardouinos.

Brennenſes.

Enghianos.

Lucemburgicos.

Siculos reges.

Oriſtani & Gothiani Marchion.

§. LXXVIII. Jam *Oriſtani* & *Gotiani* in *Sardinia Marchionatus* luſtrandi. Memorant verò *indices R. Arag. ad ann.* 1338. à Rege Aragoniæ *Petri Arborenſis judicis* fratrem *Gothiani* comitatus titulo cohoneſtatum. 1377. Cum *Valor Ligius* Arborenſi propinquitate conjunctus regi ſe addixiſſet, *Gothianum* & alia opida Arborenſis ditionis illi attribuuntur. *Indic. R. Arag. illo anno.* Inde 1410. Petrus Torrellias *Oriſtanum* urbem

:m & ejus urbis ditionem *Marchionatus* cognomine, & *Gothiani* comitatum *Leo-*
lo Cubello poſterisque ejus regio mandato ingenti pretio addixit (*indic. rer. Arag.*)
ium cum Leonardus Alagona M. *Oriſtani* 1478. res turbaſſet in Sardinia, *Ferdinan-*
iunc principatum & *Gothianum* ei ademit, atque regiis titulis inſeruit. Oeſterr.
iegel der Ehren. 6, 10. p. 1220.

§. LXXIX. In titulis Ferdinandi & Iſabellæ nihil reperitur, cujus non in priori- Ruſcino ſ.
:ſſent veſtigia, præter *Ruſcinonem* & *Cerdaniam*. Sed de *Ruſcinonenſi* comitatu Rouſſillon
Rouſſillon jam ſupra §. 14. egimus, tanquam Aragoniæ coronæ membro. Quod *Cer-*
am attinet, (unde adhuc *Puigcerdæ* nomen,) à *Ceritanis* veteribus nomen habet. Cerdania ſ.
ium legi, qui titulo Comitis *Beſaluni* & *Ceritaniæ* uſus eſt, *Olivam* cogn. *Capretam* Ceritania.
onis Comitis Barcinonenſis filium, quo nati *Bernardus Taliaferreus* Comes Beſa-
& *Guifredus* Comes Ceritaniæ, ſator reliquorum, in quibus *Wilhelmus Jordanus*
rnhardus VVilhelmus Comites, cum ille ad Tripolim 1103. cecidiſſet, hic 1117. ſine
is defeciſſet, *Raymundum Barcinonenſem* agnatum habuere heredem. Confer
int. Nebriſſ. rer. Hiſpan. Dec. 2. L. 3. c. 1. 2.

§. LXXX. Supereſt ut, quos prolixior illa titulorum *Caroli V.* farrago prioribus In Caroli
:, examinemus. *Imperatoris Romani* & *Germaniæ* regis elogium perſonale fuit, V. titulis
dignitate electitia. *Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ* regna frater Caroli Quinti Hungariæ,
inandus uxorio titulo tenuit, & ad poſteros tranſmiſit: Carolus verò non Dalmatiæ,
ure illis titulis uſus eſt, quam ob ſucceſſionem *Siculam*. Ex quo enim à *Ma-* Croatiæ
xore, Stephani Regis Ungariæ filia, Carolus II. Andinus Rex Siciliæ regni regna.
jus familiæ intulerat, licet illud in alias dein migraverit familias electio-
ſuffragiis, à Neapolitanis tamen regibus, atque adeo etiam à *Joanna II.* à
idoptatus Alfonſus Aragonius, tituli retenti ſunt. *Algeron* vitiosè ſcriptum Algeron.
o pro *Algarbia*; cum non ſolum locus nullus iſto nomine mihi ſit notus, ve-
:tiam ordo titulorum pro illa faciat. Ita & quæ infra legitur *Territania*, Ce- Territania
ia videtur legenda: & Molina pro *Monia. Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, VVir-* Monia.
rgiæ Ducatus, Comitatus Pfiretarum & Kyburgi, Landgraviatus Alſatiæ, Marchio-
Burgoviæ, Dominia Vindorum Marchiæ & Portenaviæ ex Auſtriaca ſunt vitioſe vi-
ſſione: ſed quia Ferdinando & ejus poſteris conceſſi, à Caroli poſteris jam dentur
:untur; ſeu malis ea *Auſtriæ, Habſpurgi, Tirolis & Sveviæ* nominibus ſimul com- ſcripta.
:ndi.

:. LXXXI. *Calabriæ, Cataloniæ, Auſtriæ, Tripolis* nomina reſtant. Secundum Catalonia.
ronis nomine poterat comprehenſum videri: de quo §. 10. & 74. Primum deſi- Calabria.
›rovinciam extremam Italiæ atque ita Neapolitani regni, quam Carolus Andi- Ejus Do-
ım reliquo regno occupavit, cumque dein ea cum Apulia & Sicilia pro Con- mini.
› ſe declaraſſet, hoc capto & ſupplicio affecto in poteſtate retinuit. Inde eam Auſtria.
t *Robertus* filius, & vivo patre filius *Carolus* pater *Joannæ*, quæ ex primo marito
:a Ungaro *Carolum Robertum* Ducem Calabriæ genuit, ſed brevis ævi. Inde cum
vicum Andinum adoptaſſet, ad hunc *Calabriæ titulus* delapſus eſt, & ad poſteros
›iſſus. Unde *Renati* regis filius *Joannes* & nepotes *Joannes* atque *Nicolaus* illo
ılo. Viciſſim ex Aragoniis Friderici regis regno pulſi filius *Ferdinandus* eodem
uſus eſt. *Ferdinandus* autem Catholicus univerſum regnum in poteſtatem re-

Calabriæ ipſi δείγματα aſſignant in *argentea* parma *crucem patibulatam nigram.*
ı Hiſpaniæ provincia eſt ad mare ſita. Gallæcia, Biſcaia & Caſtilia incluſa, in
ram & Santillanenſem diſtincta. Hæc verò reliqua Hiſpania fere à Mauris
ıta receptaculum reliquiarum fuit, & ibi primum regnum *Ovetanum*
um eſt, unde dein Legionenſe & ex hoc Caſtellanum orta ſunt. Verum
n ſplendor matrem pene obſcuravit, ut ne nomine quidem regiam dignita-
ıeatur.

LXXXII. *Tripolis* ſola ſupereſt, quæ titulum claudit. Ea *Barbarica* ad diſtin- Tripolis.
n alterius Syriacæ (*di Soria*) appellari ſolet. Qua ratione ad *Hiſpanos* delata ſit Quomodo ad Hiſpanos.
: verbis exprimere malo. *L. 7. p. 356. Ab eo tempore, quo videlicet veteri urbe di-*
ſi aliam condidere, Tripolis ſub Tunetanis regibus ſemper fuit, aut eorum præfe-
quando, ut fit, rebellantibus; donec Petrus Navarrus, qui poſtea ſigna noſtra ſecutus
ta capta anno hujus ſeculi X. peſtilentia in urbe graſſante, ut ſuorum ſaluti conſu-

leret, Didacum Valentinum Neapolim misit cum duobus navigiis, quibus IↃCCC. *milites portabantur; ipse cum exercitu, qui erat* XVCIↃ. *hominum Cosyram venit, & ibi acceptis à Valentino commeatu ac munitionibus in Africam transmittit, atque auctore Vitello Veneto, qui quod frequens Venetis cum Tripolitanis commercium intercedebat, situs ac loci valde peritus erat, urbem aggreditur, repulsisque oppidanis ac milite in terram exposito, eam tandem expugnat, occisis* VI CIↃ. *Maurorum & captis amplius* XV CIↃ. *in iisque urbis regulo cum conjugibus & liberis, qui in Siciliam sub custodia ablegatus est, ac postea Cæsaris beneficio libertati restitutus. Capta urbe ac magna ex parte destructa castellum vetus servatum est, & aliud novum juxta portum institutum, utrumque à Cæsare præsidio impositio eo usque custoditum, donec Rhodo Solimanno ante* XXVIII. *annos capta, & inde Hierosolymitanis equitibus ejectis, Cæsar eis Melitam attribuit, & Tripolim, quæ ab ea haut amplius* CCLV. *passuum millibus abest, una tuendam commisit.* Ibidem recenset, qua ratione à Turcis recepta sit 1551.

Prætensio Hispanica in Britanniam.

§. LXXXIII. Satis diu nos tenuere tituli, & quidem hic subsistere possemus, nisi unicum nos remoraretur, quod videlicet *Britanniæ Aremoricæ* etiam *prætensionem* Hispania sibi asseruerit, licet nec insignibus nec titulis solennibus addere lubuerit. De ea verò, quæ lectori scitu jucunda credimus, age exponamus. Necessarium autem est, ut quibus semper rectoribus paruerit paucis repetamus. Eam ergo olim *regibus* propriis paruisse fama est. Eandem in potestatem regum *Franciæ* venisse victoria *Clodovæi* traditur, quamvis post hæc etiam alii regum faciant mentionem, quos, nisi quod aliqui rebelles titulum hunc rapuere, rectius *Comites* dicas, autoritate regum sua regentes. Inter comites *Redonenses* & *Namnetenses* de principatu diu fuit contentio armis etiam acta, donec tandem *Bertha Namnetensis Alano nigro* ex *Redonensibus* Richmondiæ Comiti eum adferret: horum neptis fuit *Constantia Godofredo Comitino, Ranulfo Cestrio,* ac demum *Guidoni Thoarsio.* nupta. Primus ex primo matrimonio successit *Arturus Andinus*: sed huic patrui fraude extincto, soror uterina *Alienor Thoarsia Petri Comitis Drocensis*, ex regio sanguine, uxor. Ita in regia domo per Petri posteros, cum primum promiscue *Comitum* & *Ducum* titulus adhiberetur, ex quibus posterior tandem mansit, continuata est successio; non tamen sine controversia inter *Carolum Blesensem* Guidonis Britanni Pentheurii generum favore regis Galliæ subnixum, & *Ioannem Britannum Montfortium* Guidonis fratrem ejusque filium, ab Anglis adjutos. Vicere *Montfortii*, & ducatum retinuere, donec ultimus *Franciscus II.* morte suâ 1488. masculam totam progeniem terminaret. Hæres fuit filia *Anna*, quæ *Carolo IIX.* & dein *Ludovico XII.* hujus verò filia *Claudia Francisco I.* nuptæ iterum regnatrici lineæ regiæ principatum dori intulerunt, in qua hucusque ille hæsit. Confer *August. du Pas hist. Britann. Argentré. Sammarth. hist. geneal. Dom. reg. L.* 35. Prætendit verò Ducatum sibi debeti Rex Hispaniæ, apud *Chifflet. Vindic. Hispan. c.* 8. *p.* 74. 75. *Zypeum hist. Cass. obstr. L.* 1. *c.* 17. *p.* 175. & *L.* 2. *c.* 11. *p.* 215. (qui tamen Isabellæ morte ad *Sabaudum* jus relapsum fatetur.)

Fundamenta Hispanorum. Anna Britannica. Maximiliani I. sponsa per injuriam erepta à Car. VIII. Responsio Gallorum.

Allegari possent fundamenta: 1. *Anna heres Francisci II.* Maximiliano I. Imper. legitime *desponsata*, per *Joh. Cabillonium princ. Arausionis* & *Wolfg. Polheimium*, sed per injuriam dein à *Carolo IIX.* qui eam duxit, erepta. Conf. *Comin. L.* 7. *c.* 3. *Ferron. L.* 1. ubi qua ratione puellæ, ut à data fide resiliret, persvasum, nec minus de procerum, certum Ducem desiderantium, fremitu legi potest.

Resp. Galli. 1. Saltem jus ex matrimonio non completo, nullum nanciscipotuere Austriaci. 2. Matrimonium contra leges regni, quæ regium consensum requirunt, factum, non subsistere potuit. Confer. *Limn. Not. Fr.* 1, 8. *pag.* 224. *seq.* 3. Pace facta, quicquid ratione Annæ prætendi poterat juris, extinctum est. 4. Si etiam prius matrimonium cum Carolo VIII. illegitimum fuisset, Ludovico XII. deinceps nupta, jus principatus integrum attulit, & ad posteros transmisit.

Jus Isabellæ Claræ Eugeniæ, à matre Isabella Francica.

2. A *Claudia* matre jus principatus ad filium *Henricum II.* devenit, ab hoc ad liberos iterum transmissum, in quibus, cum masculi extincti, saltem post *Margaretæ* mortem, quæ Britanniam tenuit (*Zyp.* 1, 10. *pag.* 70.) major filia *Isabella* regis Hispaniæ *Philippo II.* nupta, aut ejus liberi, jus merito sibi vindicarunt: inprimis *Isabella Clara Eugenia*, Isabellæ filia, & repræsentationis jure in Britannia recepto ejus vices sustinens, quæ ob hoc cum marito *Alberto* in curia Parisiensi litem movit *Ludovico XIII.* Sed hæc quoque

Digitized by Google

ue ſine liberis mortua, heredem vel ex teſtamento *Philippum IV.* vel ab inte- *Sabaudos* habere debuit. Sic jam 1596. per *Mercurianam* factionem infanti prin- us deſtinabatur apud *Thuan.* L. 117. *p.* 353. Refutatur in Anonymi *Memoires & in- ions pour ſervir dans les negotiat. concernans les droits du Roy de Fr. p.* 105. *ſeq.*

Huic iterum obvertitur 1. *Vnio Britanniæ* facta 1532. à *Franciſco I.* tanquam tu- conſenſu ſtatuum, ut nunquam poſtea à corona alienaretur *Thuan.* L. 16. *p.* 754. er de ea *Argentré hiſt. Britann.* L. 12. *c.* 70. Eandem unionem multis actibus con- ivit *Henricus II.* erecto Parlamento & officialibus Ducalibus ſuppreſſis, unde Hen- II. & ſucceſſores nunquam uſi titulo *Ducem Britanniæ* etiam in literis provinciam cientibus. Adeò Henricus nunquam poſſedit Britanniam ut privatum, ſed ut iæ Domanium. 2. *Eliſabetha* (*Iſabella* omni ſucceſſioni paternæ *renunciavit* ce *Caſtell. Camerac.* 1559. *n.* 29. Sed & filia tanquam extranea ſucceſſionis inca- t, lege (albinagii) regni eam excludente. vide *Limn. Not. Franc.* 2, 7. *p.* 463, 3. *Margareta* ſola Henrico III. ſuperſtes ſoror non tenuit principatum: cum n obvitium peregrinitatis excluſa Hiſpanica infante, ſi ſucceſſio in Britannia ul- habuiſſet locum, Margareta ducatum obtinere debuiſſet. Ab ea verò lapſurus *regem* ex teſtamento.

Reſponſio

4. Ex lege regni, quæ regi obtingunt, regno uniuntur. *Limn. Not. Franc.* 1, 8. 3. 216. 221. Et ſaltem *Henricus II* quod jure materno habebat, tenebatur regno re.

Excipitur ad hæc. 1. Legibus his præjudicium tertio creari nequit. 2. Sunt ex- contraria, Navarræ, Burgundiæ comitatus, & alia. Certe eam legem ne reges m ſemper agnoſcere voluere.

Exceptio.

3. Domus Pentheuriæ jura, nixa Philippi Valeſſii ſententia 1341. Confluentibus eſenſibus contra Montfortios data, à Joh. Broſſio Pentheurio, *Ludovico XI.* regi, s timeret, ne Anna Britanna extero nuberet, ceſſa ſunt 1479. Eadem nunc quo- alide militant.

Status præſens.

Exc. Tranſactum de illis juribus matrimonio Annæ Britannæ & Caroli VIII. ubi ne liberis præmoreretur, alteri parti ſuas prætenſiones cedebat.

bellæ morte cum jus ad *Sabaudos* de lapſu eſſet, hi prætenſionem non perſecuti. Hæc fundamenta partium: manſit verò hactenus in poſſeſſione *rex Galliæ*; men videtur Rex Hiſpaniæ abdicaſſe prætenſionem; unde §. 31. in pace *Vervin.* ifanti *Iſabellæ* ſervatur *jus ſuum*, inprimis *Britanniam* reſpici exiſtimo. Eadem tio ultima illa pace 1659. repetita eſt § 89. 90.

CAPUT XXXIX.

Comites de Hofkirch.

ARGUMENTUM.

lia. Linea.
um.

3. *Galea.*
4. *Titulus.*

§. I.

riſſimi *Hofkirchii* Comites & Barones teſte *Bucel. Germ. ſtemmatogr.* P. 3. p. 85. ntur ad *Vdalricum ab Hofkirchen*, qui claruerit anno 1380. Quo eodem etiam *docus* (*Ioſtl Hofkircher.* 1411. *Ioſtl* der Hofkircher à Duce Auſtriæ *Leopoldo* mu- n *Colmiz* emit. 1454. *Joannes Hofkircher* Regis Ladislai conſiliarius annuo ſti- 200. aureorum fuit. Qui primus 1464. ob merita in *Dominorum* claſſem à o IV. Imp. relatus eſt. In *Wilhelmi I.* qui ſuperiori ſeculo ſenatus bellici præſes iliis *Wolfgango* & *Georgio Andreæ* duæ lineæ ortæ. Ille iterum ex *Wilhelmo* & *io* poſtero habet. Iſto enim *Wenceslaus Wilhelmus Epiſcopus Seccavienſis* & *Ludovicus* vigiliarum ſupremus magiſter, hoc generali campi mareſcalli lo- ente *Wolfgangus Laurentius* & *Georgius Laurentius* nati ſunt, omnes *Comitum* dignitate.

Familia.

Linea.

II. Vetus teſſera familiæ fuit *herma virilis cæruleo amictu aurea crine & barba, rubente.* Cum verò illos nova dignitate ornaret *Fridericus IV. Auguſtus*, addidit *auream & volitantes faſciolas aureas atq; coccineas.* Cum autem *ſpharulæ*, quibus

Scutum.

connectitur veſtis nec non *ora* ſuperius *reducta* auro ſimiliter pingatur: Non ſatis novi, utrum decus antiquum, vel pariter Auguſti donum fuerit.

Galea. §. III. Scuto inſiſtit corona aurea, ex qua herma ſcutarius coronatus exſurgit. Laciniæ dependent ex auto & cocco.

Titulus. §. IV. Titulus eſt: *Comites in Hofkirch, Barones in Colmiz & Treſiedel*, &c.

CAPUT XL.

Barones Hofmanni.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*

§. I.

Familiæ. PEr illuſtres *Hofmannii* Barones incrementa ſua *Friderico IV.* Imp. debent, & in *Styria* inprimis floruere, cujus ſunt *hæreditarii curiæ provincialis magiſtri & hereditarii mareſcalli*, Erblandhofmeiſter und Erbmarſchallen. Sub *Ferdinando I.* in *Auſtriam* conceſſere, & *Senffienberg, Oberwallſee, Steyer, Wels, Franckeburg* & alia acquiſivere. Familiam *Bucelinus Stemmatogr. Germ. p. 3. p. 86.* refert ad *Fridericum Hofmann, Dominum in Grienpühel & Strechau in Styria, Joannis* avum qui Ferdinandi I. conſiliarius intimus fuit.

Scutum. §. II. Eorum arma exhibet Sibmah. Armor. P. I. p. 22. quod ſint quadripertita. Prima & quarta *area aurea* continet *hircum nigrum auro coronatum*: ſecunda & tertia *rubea mergites ſingulas aureas*: toti quæ incumbit parmula *cærulea leonem* referentem *natum aureum. Caper* gentile ſymbolum eſt, cæteri laterculi ex gratia ob varia merita conceſſa. Exiſtimo tamen aliarum prius ſtirpium σήγμα & fuiſſe, quibus forte extinctis donum hoc Hofmannii obtinuere ab Imperatore.

Apex. §. III. Caſſides clypeo apud Sibmacherum tres inſiſtunt coronatæ, ex quarum tertia exſurgit πτολεμαὶς *ſcutarii capri coronati*, ex media *adverſus leo coronatus* aſſurgit, *utrinque ternis pennis pavoninis* ornatus. Priori autem inſiſtit *merges aurea*. Laciniæ omnes auro tinguntur, reflexæ autem ſunt ad primam nigro colore, ad ſecundam cæruleo, ad ultimam rubeo. Quod conjecturam mihi facit, galearum ordinem tranſpoſitum, & quæ caprum refert primum locum debere occupare, huic enim autem & nigræ convenire poſſunt phaleræ: aureæ autem & rubeæ illam decent, quæ mergite ornatur.

CAPUT XLI.

Com. & Baron. ab Hohenfeld.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Linea.*
2. *Scutum. Hohenfeld. Simoning.*
3. *Apex.*

§. I.

Familia. INter vetuſtas Auſtriæ ſuperioris familias illuſtris fuit *Hohenfeldia*, ex qua *Otto* vixit 1394. Hujus filius *Rudolphus* fuit, pater *Georgii* & *Joannis*. Ille aliquot exſe lineas

Lineæ. dedit, & ejus nepos *Chriſtophorus* à Friderico IV. Imp. *Baronum* ordini aſcriptus eſt. Hujus verò poſteri ſub Ferdinando I. denuo defecere. Qui à *Joanne* deſcenderunt, *Equitum* conditione vixere, usque ad *V Wolfgangum*, qui cum fratribus *Baro* dictus eſt, pater *Achatii*, qui reſtaurator familiæ fuit, præter *V Wolfgangum*, genitis *Ludovico, Ottone, Marco & Chriſtophoro*, à quibus lineæ novæ exortæ ſunt, *Comitum & Baronum*, qui nunc etiam ſuperant.

Scutum. §. II. Antiquum gentis ſymbolum creditur fuiſſe parmula *cærulea* cum *faſcia argenteâ, roſa rubeâ* impreſſa. Hujus loco olim quidam uſi parmula *nigra* impreſſis *duobus cornibus venatoriis argenteis, cocco* (vel *auro*) *ligatis & armillatis* adverſo ſitu locatis, quæ creditur teſſera fuiſſe familiæ de *Simoning*, neſcio quo titulo ad hanc gentem translata. Sed hujus loco iterum aſcita areola cum faſcia & roſa à poſteris, qui uſus fuit *Baronum*

Hohenfeld, priorum. Quod lineas, quæ nunc ſuperſunt, attinet, utrumque σῆγμα *Hohenfeldium & Simo-*

Digitized by Google

noningiam quadripertito inſeruere ſcuto. vide *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 34. Sed Simoning.
o hoc modo illud priori ſede locantes.

§. III. Apex duas galeas continet *coronatas*, quarum prior duo *cornua venato-* Apex.
utaria ſuſtinet, laciniis nigris & aureis: poſteriorem ornat *jugum alarum compli-*
n impreſſo ſutario faſciæ & roſæ typo, dependentibus laciniis argenteis & cæleſti-
Et quidem iſta priori galea ſola utebantur nonnunquam illi, in quorum ſcuto apparuere venatoria cornua.

CAPUT XLII.

Com. de Hohenlohe.

ARGUMENTUM.

milia Rami Langenburg. Waldenburg.
itum.
m. Hohenlohe. Ortus. Linea Weickers-
eimia Com. Italici de alta flamma Linea
Brauneck Uffenheim. Pratenſio in Zie-
enhain. Linea in Weickersheim, Neuen-
ſtein. Langenburg. Pfædelbach. Waldenburg. Schillingsfurſt.
4. *Dominium Langenburg.*
5. *Galea. Hohenloica, Langenburgia.*
6. *Leo Gleichius linea Langenburgia.*
7. *Gleichii Comites.*
8. *Apex Gleichius.*
9. *Tituli.*

§. I.

Franconiæ Comitibus Illuſtriſſimi *Hohenloici* nulli alii familiæ cedunt. Hodie Familiæ Rami. Langenburg. Waldenburg. Scutum.
ò in duos capitales ramos ſtrips diſpeſcitur, in *Georgii*, qui 1551. deceſſit, filiis *Lu-*
o Caſimiro & Eberhardo facto divergio, quorum ille *Langenburgium*, hic *Wal-*
rgium ramum ex ſe dedit.

§. II. Inſignia, quæ *Sibmachri* Wapenb. P. 1. p. 14. repræſentat, lineæ *Walden-*
ca, quæque ex hac ortæ ſunt *Pfædelbacenſi* atque *Schillingsfurſtiæ* conveniunt, iori autem tempore, univerſæ genti fuere communia: & in ſcuto quadripertito *loicam* cum *Langenburgia* telleras quadris diſponunt.

§. III. Hohenloicum σῆγμα gentile eſt laterculus *argenteus, duobus leopardis* C. Hohenlohe.
Sibmacherus vocat, *Leones* Spangenb. Adelsp. P. 2. L. 12. c. 35. p. 322. qui oculos
guam rubeo colore tingit) *nigris* exornatus. Cæterum Hohenloicus hic comi-
in familia à pluribus jam ſeculis hæſit. Nam 897. *Crato* aliquis ſ. *Crafft*, Comes Ortus.
nloicus legitur, & ex ejus filiis in Magdeburgió ludo equeſtri *Erneſtus* & *Wolf-*
s, in ſecundo *Adolphus* recenſentur: frater verò horum *Crato* appellatur, qui
ro adverſus Vandalos bellanti adfuit, & familiam propagavit. Ejus ex *Conrado*
Hermannus Adelheidem uxorem habuit, matrem ex *Henrico* priori marito *Con-*
. Imperatoris & *Gebhardi Epiſcopi Ratiſponenſis*, fundatorum Eccleſiæ *Oeringen-*
Hoc *Hermanno*, qui illo matrimonio ſplendorem familiæ auxit, ea genuit *Crato-*
: (qui aliis hujus Cratonis nepos eſt) *Sigfridum*; *hoc Weickersheimia* linea ſata Linea Weickersheimia.
am terminavit *Godfridus Epiſcopus Herbipolenſis* 1198. vel ejus ex fratre nepotes
us & *Conradus*. *Ille* (Sigfridus) cum Henrico IV. in Italiam profectus eſt: Unde
ldo ſ. *Otto* de *alta flamma* dictus, comes Italiæ fuit; ita & poſteri *Marchionum Ita-* C. Italiæ de alta flamma.
Romanolæ nomen geſſere. Rediit in majorum patriam pronepos Ottonis *Goto-*
, quem 1180. Italiâ odio Pontificis pulſum *Fridericus I. Imperator*, cujus proavia
loica fuerat, ditione aliqua iterum donauit, ipſe autem pecuniâ Italicâ reliqua ad
arum ſibi comparavit. Filius *Godofredus* junior, inter executores teſtamenti ab
VI. Imperatore nuncupatus eſt: & præter alios *Godofredum* atque *Conradum* fi-
ſuit, qui avitum nomen *Hohenloicum* reſumſiſſe dicuntur. *Conradus* lineam Linea à Brauneck.
it, quæ à *Brauneck* dicta eſt, & 1390. in fratribus *Conrado* & *Godofredo* defecit, *Go-*
s reliquorum ſator fuit. Hujus pronepos *Crato* Ludovici D. Bavariæ Imperato-
eſcallus, & frater *Godfredi* Magiſtri Ord. Teutoniæ in Boruſſia atque pater *Cra-*
que *Vlrici* fuit: Ab illo *Vffenheimia* linea fuit, quæ *Brauneciæ* ſucceſſit, & in Uffenheim, e
Domino *Speckfeldiæ* 1412. defecit, Speckfeldia ad Limpurgium ſororium
iſſa. *Vlricus Cratonem* genuit, patrem *Friderici Bambergenſis*, *Alberti Herbipo-*
piſcoporum, & *Cratonis*, quo iterum plures nati, *Georgius Epiſcopus Patavienſis*,
piſcopus Strigonienſis atque *Sigismundi Auguſti* Cancellarius, *Crato* Henricæ

Mompe-

Mompelicardenſis viduæ Ducis Wirtenbergici, *Vlricus* Eliſabethæ Friderico R. Siciliæ natæ, *Ioannes* Eliſabethæ Leuchtenbergicæ, & *Albertus* Eliſabethæ Hanoicæ mariti. Cum omnes caruiſſent prole, *Albertus* ex Eliſabetha genuit, & illis prætenſionem in *Ziegenhainenſem* comitatum, unde diuturna contentio, tranſmiſit. Eo natus *Crato* genuit *Godfridum*, cujus poſteritas 1546. in *Wolfgango* nepote defecit, & *Cratonem*, quo natus *Georgius* communis omnium qui hodie vivunt pater: nam ex eo *Ludovicus Caſimirus* & *Eberhardus* nati: Ille præter *Albertum*, *Philippum* celebrem Batavorum Ducem & Principis Arauſionenſis generem, nec non *Fridericum* Eliſabethæ Brunſvicenſis conjugem, *Wolfgangum* genuit, patrem *Georgii Friderici*, *Cratonis* & *Philippi Erneſti*; primus in *Weickersheim* habitavit, magna autoritate & rebus geſtis patrum memoria clarus, ſed non niſi filiam habuit, à ſecundo *Neuenſteinii*, à tertio *Langenburgii* moderni deſcendunt. *Eberhardus Georgium Fridericum* habuit filium, & ex hoc nepotes *Ludovicum Eberhardum, Philippum Henricum atque Georgium Fridericum*, à quibus totidem lineæ *Pfædelbacenſis, Waldeburgica* & *Schillingsfurſtenſis*.

Prætenſio in Ziegenhain.

Lineæ in Weickersheim, Neuenſtein, Langenburg, Pfœdelbach, Waldenburg, Schillingsfurſt.

§. IV. Secunda & tertia area tranſverſim ſecatur. Ita ut ſuperior pars nigra aureo gradiente leone coronato inſigniatur: infetior aurea octo nigris rhombis impleatur. Hoc ſymbolo dynaſtia *Langenburg* notatur. Conf. Wapenb. 2. p. 36.

Dominiũ Langenburg.

§. V. Huic ſcuto imponuntur galeæ duæ. Ex quarum priori inter *flammas* rubentes expanſis alis argentea aquila, ſeu potius phœnix, uti Sibmacherus enunciat, proſpicit. Alludi illis flammis ad nomen *Hohenlohe* vix dubium eſſe poteſt. Confer P. 1. c. 9. Laciniæ, niſi fallit chalcographus, argento & minio tinguntur. Altera galea *Langenburgia* coronata inter duo cornua nigra ſuſtinet exorientem leonem ſcutarium cotonatum. Phaleræ circum volitant nigræ & aureæ.

Galeæ.

Hohenloica. Langenburgia.

§. VI. Huic avito ſcuto ſuo, quod alteri lineæ adhuc ſervari diximus, *Langenburgia* & *Neuenſteinia* linea ſcutulum imponit medium *cæruleum*, inſigne *leone argenteo*, cujus *corona auro* fulget. Deſignari *Gleichium* comitatum (conf. Wapenb. 1. p. 17.) in Thuringia dubium non eſt. Cum enim *Ioannes Ludovicus* comitum illorum ultimus 1629. vel 1630. extinctus eſſet, *Hohenloica* familia aliquam partem comitatus acquiſivit, unde nunc quoque *Ordorf* & alia penes eandem ſunt.

Leo Gleichius lineæ Langenburgiæ.

§. VII. Fuit ille leo vetus δεῖγμα *Gleichenſium*, quos à *Walperto* vel *Ludovico* fratre Witikindi, ſatoris Schwarzburgicorum comitum, deducere ſolent. Unde eadem fuerit utrorumque comitum familia. Sicuti nec differunt teſſeræ, niſi leonis metallo. Ab illo Walperto deſcendere reliqui Gleichenſes, non ſemel in lineas diſtincti. Inprimis circa decimiquinti ſeculi initium in *Erneſti* filiis *Henrico* & *Erneſto* duo rami exiere. Prior *Blanckenheimius*, iterum in duos diviſus eſt, cum Henrici filius *Erneſtus* genuiſſet *Erneſtum* & *Ludovicum*; ab illo orta linea Dominorum de *Rhembda, de Krakendorf & de Schonenfürſt*, quæ 1596. defecit in *Georgio Rudolpho*: Ab hoc Domini de *Blanckenheim* & *Cranichfeld* ſati ſunt, qui in *Valrabo* ſ. *Volratho*, Dorotheæ Hanoicæ marito, hoc ſeculo ineunte videntur defeciſſe. Alter ramus Dominorum de *Thonna* ad præfatum *Ioannem Ludovicum* usque duravit. De ſucceſſione Waldeciorum in Dominium Thonna infra agetur.

Gleichii Comites.

§. VIII. Ob medium hoc ſcutulum nova etiam galea prioribus interponitur coronata, ex qua prorumpit πτῶσις *leonis argentei coronata*, capite ferens *plumas erectas cæruleas*. Laciniæ dependent argenteæ & cyaneæ.

Apex Gleichius.

§. IX. Tituli ſunt, lineæ *Langenburgicæ: Comites in Hohenlohe & Gleichen, Domini in Langenburg & Cranichfeld:* Lineæ *Waldenburgicæ, Comites in Hohenlohe, Domini in Langenburg*, &c.

Tituli.

Caput XLIII.

Comites ab Hoyos.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Parmula media gentilis.*
4. *Apex.*

§. I.

Familia.

Hiſpanicæ originis ſunt Illuſtriſſimi *Comites ab Hoyos*, qui ſub Ferdinando I. in Auſtriam venere, & dynaſtias *Stüchſenſtein*, *Rotengrub*, *Böſenpeug* & alia bona acquiſive-

ſiverunt. Primus in Germania ſubſtitit *Ioannes ſenior*, *Ioannis Martini de Hoyos* : Agnetis ſ. Ineſæ de las Huelgas filius, cujus major filius *Antonius Epiſcopus Gur-is* fuit, *Ioannes junior* verò gentem propagavit; Ab ejus filiis *Ludovico Gomezio* *dinando Alberto* duæ ortæ lineæ, quarum hanc extinctam ſuſpicor.

§. II. Scutum eorum videre eſt in *Sibmach.* Wapenb. P. I. p. 23. in Baronum ordi- Scutum.
æ prior eorum dignitas fuit. Quadripertitum illud eſt, prima & quarta area *ru-alo cæruleo* diſtincta: Palo inſcribitur ſupra *undam argenteam anchoræ ex eodem lo*, eidemque ex utroque latere comites adduntur *catenæ argenteæ fragmina* ad ongitudinem pendentia. Secunda & tertia area *rubea binos gradientes leones ar-s* repræſentat. Horum laterculorum priores forte ex Hiſpanica aliqua cogna- poſteriores ex dynaſtia aliqua ad illos ſpectante *Ferdinandus Auguſtus*, cum ob a fidelia inſignia 1555. ornaret, aſcivit.

§. III. Toti imponitur *cærulea* parma, in qua *baltheum diagonalem argenteum ca-* Parmula media gentilis.
rea draconum, quæ ex angulis ſuperiori & inferiori prodeunt, mordent vel emit- *limbo* parmulæ *argenteo, novem maculis hermionicis* ornato (weiſſe Kirſch mit ſchwartzen Hermelin ſchwäntzen.) Hæc gentilis parmula fuit, antequam Im- gratia iſtæ acceſſiones fierent.

§. IV. Scuto inſiſtunt duæ galeæ coronatæ, è quarum prima caput aquilinum, Apex.
æ avis ſpecies eſt, protenditur, ex cæruleo & argento bipertitum: Poſterior ſuſtinet leonis argentei. Laciniæ argenteæ hinc cyaneo colore, iſthinc rubeo untur.

CAPUT XLIV.

Com. & Bar. de Kühnburg.

ARGUMENTUM.

ilia. Linea.

2. *Scutum. Kühnburg. Steyersberg.*
3. *Apex.*

§. I.

triſſimorum Comitum & Baronum à *Kühnburg* familia ex *Carinthia* ortum tra- Familia.
n qua arx hujus nominis adhuc 1600. in gentis fuit patrimonio. Inde per Styriam *riam* penetrarunt, ubi ſub *Friderico IV. Kottigenbrunn* acquiſiverunt à *Creuzeriis*, trimonium; forte Urſulæ Creuzerin & Gundolphi Kühnburgii. Gentem *Gabr. Germ. Stemmatogr.* P. 2. deducit ad *Fridericum à Kühnburg*, qui claruerit 1400. is N. *Keyerbergia* ſ. *Heirſpergia*. A *Gandolpho* ſupra memorato & fratre ejus *phoro* diverſæ ortæ lineæ. Hoc natus *Michaël Archiepiſcopus Saliſburgenſis*, cui ibus *Georgio* atque *Ioanni Iacobo Baronum* axioma obtigit, & ab his novi emiſſi Linea.
Alia *Kühnburgiorum* linea à Friderici ſupra memorati nepote *Chriſtophoro* orta us fratrem *Gandolphum* reliqui, quod dixi, ſatorem habent.

. II. Scutum ferunt quadripertitum, cujus prima & extrema quadra iterum bi- Scutum.
eſt ex *argento & minio*, inſcripto *orbe ſ. globulo, pari ſectione affecto & alterna-e coloribus tincto.* (weiß und roth in der mitten/abwerts oder nach längs von Kühnberg
er getheilte Kugel in ungewechſeltem Feld.) Quod *ſ. gentile* eſt. Secun- & tertia quadra *tranſverſim ſecatur & nigro colore atque argento* inficitur. Ei cribitur figura *ferramentum oſtii* (Thorband oder Thürangel) repræſentat, inſcriptum ſcuto, & *oppoſitos ejus colores recipiens.* Figuram hanc *Sibmach.* ib. P. I. p. 81. in Equitibus Bavar. aliter pingit, vocat tamen ſimile nomine band. periorem ferramenti partem *auro*, non argento tingit, inferiorem verò plane igram permittit. In *Fürſt.* Wapenb. P. V. append. p. 8. figura ferramenti re- æſentatur, ſed primo & extremo quadranti inſeritur, quod nollem, cum gentile m potiori ſede dignum ſit. Ferramentum hoc eſt ex familia *Steyersberg* Steyers-
, cujus teſſeram Kühnburgii nacti ob conjugem ex ea aſciram. Quam ipſam berg.
ito, quam §. 1. Bucelinus an *Keyerbergiam* vel *Heirſpergiam* diceret, dubitaverat. ctius Steyerbergia dicetur.

Premunt clypeum duæ galeæ coronatæ, quarum priori inſiſtit globus ſcutarius Apex.
us & nigris ſex pennis faſtigiatus: ex altera expanditur jugum alarum cum typo

Steyersbergio. Laciniæ isthinc sunt argenteæ & coccineæ, hinc nigræ & argenteæ vel aureæ: hoc vult Pars I. armorialis, illud ratio mallet, & confirmat appendix partis quintæ.

CAPUT XLV.

Com. & Bar. Khuonii de Belasy.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Lineæ de Avvr & de Belasy.*
2. *Scutum. Khuniorum symbolum.*
3. *Fam Niderthor.*
4. *Galeæ.*

§. I.

Familia. KHuniorum *de Belasy* Illustrissimorum Comitum & Baronum gentem *Gabr. Bucelin. Germ. Stemmatogr. P.* 2. deducit à quodam *Egone* dicto der kühne Ritter/ (*Eques animosus: le Chevalier hardy*) qui Habspurgiorum Comitum vasallus 1250. floruerit. Ejus filio *Henrico* idem nomen, & uxor *Pascallina de Trammyn*, gentis suæ heres, tribuitur. His nati *Arnolfus* & *Ego Khuonii*: Ab hoc linea *Khuoniorum ab Avvr.*

Lineæ de Avvr & de Belasy. *Arnolfus Elisabetha de Belasy* maritus alterum ramum ex se dedit *Khuniorum de Belasy.* In his fratres *Jacobus* & *Matthias*, filii *Pancratii*, ille Cæsaris & Archid. Maximiliani atque Ferdinandi consiliarius Cameræque præfectus, hic Cæsareus præfectus superioris Austriæ fuit: Istius filius fuit *Jacobus Baro de Neuen-Lembach.* Quæ dignitas dein etiam continuata, & Comitum *in Liechtenberg* & *Neuen-Lembach* axiomate aucta est.

Scutum. Khuniorum symbolum. §. II. Scuto utuntur quadripertito apud *Sibmacher.* Wapenb. 1. p. 26. Prima quadra *transverse secatur argento & minio, inscripto leone, quem eadem sectio afficit, & alterni colores tingunt.* Hoc symbolum est gentile.

Familia Niderthor § III. Quadra secunda & tertia *cocco* tingitur, & *portam bipatentem* vel potius *castrum pinnatum porta aperta & valvis patentibus* ex *argento* continet. Quæ tessera est familiæ *Niderthor*, ad nomen alludens. Jus hujus laterculi est à *Dorothea de Niderthor, Matthiæ Khuonii de Belasy* uxore, quibus *Pancratius* natus est, *Jacobi, Matthiæ*, aliorumque fratrum pater.

Galeæ. § IV. Galeæ premunt clypeum tres. Primam tegit culcitra rubea, oris argenteis, cui insidet leo *Khuoniorum*, cujus superior pars cum cauda rubet, inferior corpori candet: Media coronam sustinet auream, pinnis argenteis ornatam, super quam conspicitur ala rubea castro bipatenti scutario exarata; Tertia iterum corona pinnata ornatur, & sustinet hermam, rubeo amictu, pileo Orientali ex cocco & argento, pinnis argenteis exculto. Quæ duæ galeæ sunt ex familia *Niderthor.* Laciniæ omnes argenteæ & rubeæ circumvolitant.

CAPUT XLVI.

Burggravii de Kirchberg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Lineæ.*
2. *An ex Nassoviis.*
3. *Scutum.*
4. *Kirchberga. Burggraviatus Thuringiæ.*
5. *Galeæ.*
6. *Titulus. Kirchberga. Farnroda.*
7. *Kranichfelda.*
8. *Jura Saynensia.*
9. *Kirchbergenses in Svevia Comites. Item in Bavaria. Domini in Austria.*

§. I.

Familia. ILlustrissimorum *Burggraviorum Kirchbergiorum* familiam Celeb. *Gabr. Bucel. Germ. Topo-Chrono-Stemmatograph.* P. 2. orditur ab aliquo anonymo Burggravio de Kirchberg, arcis & dominii ad Salam Thuringiæ fluvium domino circa 1118. Eique filios duos dat, *Emiconem* Burggravium hereditarium Dom. Kirchbergæ & *Conradum* stemmatis propagatorem. Hujus nepos *Theodoricus II.* Burggrav. monasteriū virginum in *Cappendorf* fundavit 1203. Hujus etiam filii alter *Theodoricus IV.* lineæ *Altenbergicæ* lator fuit, ex qua nepos ejus *Theodoricus V. Magnus Borussiæ Magister* fuit 1333. alter *Ottosen.* dictus à *Paul. Langio* in *Chron. Citizensi* ad ann. 1292. *eximius & devotissimus benefactor cœnobii Pozaviensis* appellatur. Ejus nepos fuit *Albertus* Burggravius, cui à *Margarera Kranichfeldia* Dominium illud obtigit. Eo nati *Theodoricus* & *Hartmannus*, illius

Lineæ. linea 1528. defecit in *Hartmanno* nepote, Abbate *Fuldensi* & administratore Hirschfeldiensi,

ſi, ab hoc deſcendit modernus Illuſtriſſimus Comes *Georgius Ludovicus Burggra-* *Kirchbergia*, cujus gratioſæ communicationi quædam eorum quæ hic ſcribo de- Cæterum illis, quos tabula Buceliniana recenſet, addendi etiam *Fridericus* Burg- ius, qui *Halberſtadienſis* Epiſcopus electus eſt 1209. & 1231. mortuus: nec non 1373. *adus* Epiſcopus *Miſniæ*. Ex *Cyr. Spangenb.* Adelſp. P. I. L. 10. c. 20. p. 320. Addit alium *Albertum Archiepiſcopum Magdeburgium* 1206. Sed ipſe ſuſpicatur corro- eſſe pro comite *Kevernburg*.

§. II. Quod originem gentis altiorem attinet, ſtudiorum horum peritioribus æſti- dum relinquo, an non ea ex *Naſſovio*? Nam *Textor* & ex eo *Alſtedius* Philippo òviæ Comiti ex Imagina Comite Hanoviæ filium dant *Philippum Burggravium* *iberga*, quam utrum de *Kirchberga* Thuringiæ interpretari liceat, non ſatis diſcer- Philippum eum circa ſeculum decimum vixiſſe oportet. An ex Naſſoviis.

§. III. Inſignia quod concernit gentis, quæ nunc in uſu, conſtant ea non *decuſſi* m figuram neſcio unde *Bucelinus* habeat) ſed ſcuto quadripertito; cujus area pri- quarta *argentea leonem* continent *nigrum, corona aurea* ornatum: ſecunda vero tia itidem *argentea palos* refert *ternos* (non cæruleos, uti *Sibmach.* Wapenb. .18. ſed) *nigros*. Scutum.

§. IV. Quæ utriusque areolæ ſignificatio ſit, vix bene diſcreverim: Apparet enim non uſos eſſe ſemper eodem deigmate. Ex Nobiliſſ. & Magnif. Dn. *Zach. Prue-* *kio de Lindenhofen* edoctus ſum, *Ottonem ſen.* cujus §. 1. mentio, tantum uſum *ibus palis*, quod ſigilla doceant literarum cœnob. Jenenſis & Capellendorfii. In nonumento, quod Capellendorfii viſitur, Ottonis nepos *Albertus* circa 1427. ſolo uſus eſt *cauda multipliciter contorta*. Ejus iterum filii *palis* 1435. uſi. Unde con- a eſt Viri Magni, quod *pali* propria *Kirchbergenſis* ſint teſſera, *leo* autem forte ob *raviatum Thuringiæ* aſſumtus fuerit. Porrò ſi *Theodoricus*, qui Magiſter Ord. onici in Boruſſia fuit, de quo §. 1. omnino ex hac gente deſcendit, & non fallit , quod ei ſub nomine *Theodorici Burggravii Altenburgici* in Wapenb. P. 5. pag. 26. tur, familiæ huic, ſaltem lineæ illi *Altenburgicæ*, uſitatas etiam fuiſſe oportet in *ubea argenteas duas faſcias*. Kirchbergia. Burggraviatus Thuringiæ.

§. V. Scuto duæ imponuntur galeæ: quarum priori imponitur *ſpeculum* ſuo : fulgens, *pennis pavoninis* circumdatum: illi imponitur *circulus aureus*, cujus *is orbis argenteus, quinque pennis pavoninis, radiorum inſtar circulo conjungitur*. inſiſtit *theecula palis* (*argenteis* & *cæruleis* uti *Sibmach.* ſed videntur eſſe debere) diſtincta eique *inſertæ pennæ pavoninæ*. Laciniæ utrinque videntur pingendæ *o & nigro* colore, Sibmach. verò altero latere cæruleum pro nigro mavult. Galeæ.

§. VI. Titulus eſt: *Burggravius Kirchbergæ, Dominus Farnrodæ. Kirchbergam* : *Spangeb.* l. c. cum Greiffenberga, Windberga & Leiſtena bello ab *Erfurtenſibus* 1304. amiſiſſe dicuntur. *Farnrodam* cum illis, quæ inde dependent, patrimo- olim ſtirpis nobilis, quæ inde nomen geſſit, à *Kerſtano de Keidel* equite Haſſo 1462. annus Kirchbergius emit. Titulus Kirchbergæ.

§. VII. Aliquandiu *Kranichfeldam* poſſedere Burggravii, *Alberto* à conjuge *Mar-* allatam: & quidem *ſuperiorem* illo nomine dynaſtiam prius propriam ſibi *Al-* idem & uxor 1398. *Baltaſari Landgravio*, feudo obtulere. *Inferius* autem Do- n 1469. *Theodoricus Burggravius Ruthenis* vendidit. Nunquam tamen hujus iæ δεῖγμα inſeruere Burggravii ſuis ſcutis. Kranichfelda.

VIII. Secundis nuptiis ſupra memoratus Illuſtriſſimus Burggravius *Georgius* *icus* ſibi copulavit *Magdalenam Chriſtinam Manderſcheidiam* Erneſtina *Saynenſi* e natam, unde fratre illius Maximiliano Joanne Ferdinando 1675. extincto, ſuis quos ex ea gigneret liberis partem ſucceſſionis Saynenſis vindicavit. Jura Saynenſia.

IX. Nomen *Kirchbergæ* aliarum me commonefacit familiarum; quarum ea- pellatio eſt. Ita *Kirchbergenſes* comites in *Svevia* celebres fuere: ex quibus *Otto* *anus* fratres 1099. Benedictinum cœnobium in *Wiblingen* non procul ab Ulma im amnem ſitum fundarunt & liberaliſſimè dotarunt. Ultimus verò extinctus *Philippus*. Hodie *Fuggerii* comitatus illius & δεῖγμα & titulum ſervant. vid. *Fürſt.* P. 2. p. 21. Vide c. 25. n. 3. 4. Alios *Kirchbergenſes* comites in *Bavaria* alleg. *Henning.* *Geneal. Tom* 3. *P.* 1. *p.* 516. ex quibus *Erneſtus* cum patre *Henrico* 1109 cœnobium *rſtorf* condidit. Ultimum allegat *Chalhochum* 1207. 1224. Ad eam forte fami- ctat ſcutum, quod ſub nomine *Kirchberg* Wapenb. P. 2. p. 8. videre eſt, *vario* Kirchbergenſes in Svevia Comites. Item in Bavaria.

Domini in Auſtria. *vellere ex argento & caruleo, & capite ſcutario rubeo* inſigne. Auſtriaci etiam Barones ſunt *Kirchbergii*, quorum teſſeram gentilitiam exhibet Wapenb. P. 1. p. 35. *duas clavas decuſſatim locatas* (Fauſtkolben) *aureas in clypeo rubeo*: & cum augmento, P. 4. p. 15. Sed præter ſolum nomen omnes iſti cum his Burggraviis nihil, quod ſciam, habuere commune. De eo non æque diſceptaverim, an hi *Kirchbergii* cum *Bavarica* familia conveniant, cum l. c. P. 4. p. 15. areola ſecunda & tertia ſcuti, inſcite quidem, videatur repræſentare vellus illud varium, priori ſtirpi gentile.

CAPUT XLVII.

Com. de Kollonitſch.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*

§. I.

Familia. ILluſtriſſimi *Comites de Chollonitſch* ſ. *Kollonitſch* ex Croatia per Styriam in Auſtriam penetrarunt, & in utraque bona comparaverunt, inprimis ſub Ferdinando I. variſque muneribus, præſertim bellicis, Auſtriacæ domus ſervitio inclaruere. *Baronum* dignitatem deinceps *Comitum* axioma auxit. *Gabr. Bucel. Germ. Stemmatogr.* P. 2. tabulam genealogicam orditur ab *Ibano* vel *Stephano de Kollonitſch*, *Georgii* patre, à cujus filiis *Seiffrido* & *Martino* duæ lineæ, illius filii *Georgius Seiffridus*, *Gabriel* & *Ferdinandus* totidem ex ſe ramos dedere, in alios denuo ſucceſſu temporis diſtinctos.

Scutum. §. II. Horum vetus clypeus tranſverſe ſectus in ſuperiori parte *argentea* [illegible] *lupi naturali colore repræſentati*, in inferiori *rubea rotam ſex radiorum auream* repræſentavit. Inde aucta hæc inſignium decora, & ſcutum attributum eſt quadrifidum. In cujus prima & extrema *area argentea lupus integer* ad prædam pedes divaricat, ſuo colore tinctus: in ſecunda & tertia *rubra rota aurea* conſpicitur. Ut videre eſt in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 21. Quod *Bucelinus* d. l. lupum in equum ferocientem commutat, errori chalcoglyptæ tribuere licet.

Apex. §. III. Scuto inſiſtunt duæ galeæ coronatæ: prior *jugum alarum complicatum* & *ſcutaria rota* inſignitum ſuſtinet: ex altera inter *alas*, quarum altera ſuperius auro, inferius cocco tingitur, altera ſuperius argento candet, inferius minio rubet, proſilit *lupus ſcutarius*. Laciniæ hinc rubeæ & aureæ, iſthinc argenteæ & rubeæ dependent.

CAPUT XLVIII.

Com. de Kuofſtein.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*

§. I.

Familia. ILluſtriſſimi Comites de *Kuofſtein*, ex vetuſta Auſtriaca nobilitate apud *Bucelinum Germ. Stemmatogr.* P. 3. referuntur ad *Jacobum Kuofſteiner de Fainfeld*, Wilhelmi patrem, Georgii avum, Laurentii proavum: cujus filius Joannes Georgius Baronis nomine ornatus è filiis *Ioanne Iacobo*, *Ioanne Laurentio*, & *Ioanne Ludovico* totidem lineas dedit. Inde Comitum dignitas priori acceſſit. Cum ſub Maximiliano I. Fainfeld vel obtinuerint, vel prius jam poſſederint, dein ſub *Ferdinando Greillenſtein* nacti ſunt, inde *Spiz*, *Zaſſung*, *Hartheim*, *Weidenholz*, & alia bona prioribus adjecere.

Scutum. §. II. Vetus eorum teſſera eſt in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 33. in ſcuto rubeo Æthiops nudus coronatus dextra nudum enſem gerens, & colliculo tricipiti aureo inſiſtens.

Apex. §. III. Scuto imponitur caſſis coronata, cui inſiſtit ſcutarius æthiops inter alas duas expenſas, quarum alterius ſuperior pars minio, inferior argento tingitur, alterius tinctura oppoſitum ordinem ſervat. Laciniæ verò argento & cocco ornantur.

CAPUT

CAPUT XLIX.

Com. & Baron. de Lamberg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Lazius de ea.*
2. *Bucelini deductio. Linea de Gutenberg, Schneeberg, Rothenpuhel.*
3. *Scutum. Lamberg.*
4. *Podvvein* l. *Pottvvein.*
5. *Kranichberg.*
6. *Joh. Maximiliani Comitis media parmula Scaligeri* l. *de Scala.*
7. *Apex linea Sauenſteinia.*
8. *Comitis Joh. Maximiliani galea.*
9. *Tituli.*

§. I.

ILluſtriſſimam familiam *Lambergiam Wolfg. Laz. de migr. gent.* L. 6. p. 209. ex Auſtria in Carnos tranſgreſſam exiſtimat, & allegat *Volradum* ac *Waltherum* ex privilegio fundationis cœnobii S. Andreæ ad flumen Draſamam in Auſtria à Walthero advocato Ratiſponenſi, ejus monaſterii fundatore 1161. Nec non *Berengerum* & *Rudolphum*, qui ut Auſtriæ reguli citentur in exordiis Academiæ *Viennenſis* 1322. Primum verò reperit *Wilhelmum*, qui in *Carnia Waldenburg* caſtrum tenuerit 1397. Tum notat *Joannem* cum fratre ſub Maximiliano *Baronis* accepiſſe titulum, & in *Auſtriam* iterum tranſgreſſum, ibidem *Garſium*, *Idunſpurgam* (credo eſſe *Idungspeug* vel *Idolzberg*, quorum utrumque ad familiam ſpectavit) comparaſſe, fratri *Schauenſtein* Dominio in *Carniola* relicto. Familia. Lazius de ea.

§. II. *Bucelinus Germ Stemmatograph. P. 3. p. 114. ſeq.* ab eodem *Volcardo*, quem Volradum Lazius nominaverat 1261. gentem deducit, & aliquibus de *Ritterſperg* dictam notat. Tum *Hermannum* nominat heroem ſumma apud ſummos principes auctoritate & gratia clarum à 1260. ad 1300. & ulterius Rudolphi & Alberti I. Impp. ſupremum aulæ mareſcallum; qui ab Alberto Rudolfi filii Archiducis boni regiminis arbiter & primarius director 1296. principes & provincias omnes optimis conſiliis immortaliter demeruerit. A *Wilhelmo* verò, quem ſeniorem Toparcham *de Lamberg & Heels* & heroem magnæ inter Auſtriacas familias dignitatis nuncupat 1330. juſtam gentis deductionem operi inſerit. Eo enim natus eſt *Wilhelmus junior*, qui claruit circa 1350. hocque præter *Diethmudum* Alberti II. Regis Ungariæ & Bohemiæ aulæ præfectum, nati ſunt *Georgius*, *Balthaſar*, *Jacobus*. Ab his tres lineæ, ab illo *Gutenbergia*, ab iſto *Schneebergia*, ab hoc *Rothenpühelana*. A Georgio, qui *Gutenberg* emerat, præter alios, quibus *Sigismundus* primus *Labacenſis* Epiſcopus fuit & 1488. obiit, nati ſunt trium deinceps linearum autores *Henricus*, *Georgius*, *Joannes*. Ab *Henrico*, qui *Pottendorf* (al. Popendorf ſ. Paxendorf) emit, deſcendit linea, quæ in ejus pronepote *Gaſparo* defecit. *Georgius* arcem *Stein* (al. Steyer) emit, & ab eo deſcendunt *Barones* in *Stein* & *Gutenberg*. *Joannes* autor eſt rami de *Sauenſtein*. Altera linea capitalis *Schneebergia* à *Balthaſare* orta eſt, patre *Andrea* & *Georgii*, ab iſto Domini de *Williegrein*, qui etiam Domini *Sauenſtein* facti, ab hoc *Barones de Orteneck & Ottenſtein*, in quibus *Joannes Maximianus Eques A. V.* Cæſareæ Majeſtatis conſiliarius intimus & ſupremus cubiculi præfectus *Comes* creari meruit. Tertia linea *Rothenpühelana*, Jacobo autore orta, majori parte in *Styria* atque *Carniola* ſubſtitit. Jacobi nepos *Sigismundus* junior genuit inter alios *Andream*, *Georgium*, *Ioannem*, qui condidere arces *Habach*, *Steinpühel*, à quibus item lineæ. Bucelini deductio. Linea de Gutenberg. Schneeberg. Rothenpühel.

§. III. Scutum aſſignat *Sibmach.* Wapenb. 1. p. 22. & *Fürſt.* P. 3. p. 19. quadriperti- Quadra prima & quarta *bipertita* iterum eſt, latere ſiniſtro *rubeo*, dextro verò *faſciis cæruleis & argenteis* exarato, quæ teſſera gentilis eſt Lambergiorum. Scutum. Lamberg.

§. IV. Secunda & tertia areola *aurea* continet *canem nigrum divaricatis pedibus, aureo*. In *Sibmach.* Wapenb. *d. l.* canis pingitur *argento*: in explicatione ſcripta *rubei* & *mitlus* aſſignantur *rubei* coloris. Hoc cane deſignatur familia *Podvvein* ſ. *Pottvvein*, à Demutha f. Nicolai de Pottwein, quæ Wilhelmi junioris Dn. à Lamberg & communis parens Lambergiorum fuit. Pod Wein ſ. Pottwein.

§. V. Toti impoſuit linea *Sauenſteinia rubeam* parmulam, in qua ad volatum ſe parantes *argenteæ auro coronatæ*, quæ teſſera fuit Dominorum de *Kranichberg*, extincto-rum ſuccеſſionis titulo ſ. jure mihi non conſtat. Kranichberg.

Joh. Maximiliani Comitis media parmula. Scaligeri s. de Scala.

§. VI. Illustrissimo Comiti Lambergio Equiti Aurei Velleris *Sammarth. l'esl. de l'Esp.* p. 151. tribuit scutulum toti impositum *caruleum* cum *scala argentea inter duos leones obversos argenteos*, quos δῆγμα sit familiæ *Scaligeræ s. Scalanæ.* Simile in *Fürst. Wappenb.* P. 5. pag 4. scutulum toti imponitur clypeo, sed non *caruleum* verum *rubeum.* Hoc ascitum oportet à Comitis matre *Joanna de Scala* tertia *Georgii Sigismundi* B. Lambergii uxore, ex antiquissima & celebertrima *Scaligerorum* gente. Cum enim *Cane Facinius* cogn. *Signorius*, filius *Martini Scaligeri* principis Veronæ, & frater *Beatricis*, quæ Barnabæ Vicecomiti principi Mediolani nupsit, atq; decem filias genuit Illustrissimis in Europa familiis elocatas, ex *Elisabetha Brandeburgica*, genuisset *Bartholomeum, Antonium, Brunorium, Philippum.* Ab hoc *Huniade* descenderunt, in quibus *Matthias* Ungaris Rex imperavit; à *Bertholomæo Scaligeri*, qui literis claruere, derivari amarunt; *Brunorius Bavarus* cognominatus in Germaniam fortunas transtulit: cujus posteritatem in *Joanna* hac *Joanis Waremundi Scaligeri* filia desiisse credo. *Scaligerorum* verò horum sub nomine von der Leiter zu Behrn / (*Bern*, hoc est, Dietrichsbern / *Verona.*) scutum *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 31. *minio* tingit, *scalam argento*, eique ascendentium situ addit *duos canes argenteos flavis maculis* interstinctos, *millis aculeatis nigris.* Apicem etiam imponit ex coronata galea inter *duas alas aureas* emergens *caput molossi scutarii coronatum.* An vero à Fürstio & Sammarthano per errorem canes in leones, aut à Sibmachero leones in canes mutati sint, an variaverint ipsi Scaligeri δήγματα, non definire possum. Pro canibus faceret frequens in majoribus Canis nomen.

Apex lineæ Sauensteiniæ.

§. VII. Huic scuto in Wapenb. imponuntur tres galeæ coronatæ, prima *Lambergia*, sustinens caudam pavoninam, inter cornua laterum fasciis cæruleis & argenteis interstinctum, alterum rubeum: secunda *Kranichpergia* insistentem gruem scutriam coronatam, ad volatum expansis alis, ostentat. Quo apice usa est linea Sauensteinia. Tertiæ insidet canis *Pottvveiniorum.* Laciniæ tinguntur circa cassidem medam argento & cocco, circa priorem sunt argenteæ cyaneæ, circa posteriorem aureæ & nigræ.

Comitis Joh. Maximiliani galeæ.

§. VIII. Comitis Joannis Maximiliani scuto Fürstius l. alleg. itidem imponit tres galeas coronatas, quarum prior ipsa Lambergia vetus est, nisi quod cornu utrumque quinis pavoninis pennis exornatur; ex ultima canis scutarius emergit. Media sustinet inter alas expansas aureas adversam faciem coronati argentei nescio an canis an leonis: illi favet sculptura & analogia §. 6. adducta, huic leonum in scuto ratio: unde nihil definio.

Titulus.

§. IX. *Joanis Maximiliani* titulum l. c. ita *Sammarthanus* enumerat: *Comes de Lamberg, Dn. de Orteneck & Ottenstein, Burggravius Styriæ, Consiliarius intimus & primus cubicularius Cæsareæ Majestatis, nec non Augustæ s. Imperatricis aulæ magister.* Nec est quod in eo mutare sciam. In eo labitur, quod parentes ipsi assignat *Guilhelmum Lambergium* Baronem de Rostenpuhel & Habac atque *Sabinam Auerspergiam*, qui Guilelmus ex alia omnino linea ortus est. vide §. 6.

Caput L.

Landgravii de Leuchtenberg

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Lineæ.*
2. *Henning. confundit cum Liechtenbergicis.*
3. *Scutum. Leuchtenberg.*
4. *Com. Hals.*
5. *Apex.*
6. *Successio ad famil. Bavaricam.*

§. I.

Familia.

Landgraviorum *Leuchtenbergensium* familia in superioris Palatinatus & Bohemiæ confiniis à pluribus seculis floruit, sed nostra memoria 1646. in *Maximiliano Adamo* defecit. Primum, à quo certa successio, memorati vidi *Gebhardum*, qui anno 1223. defunctus esse perhibetur. Ea in duos ramos divisa est, quod *Ulricus*, qui 1334. mortuus, *Ulricum* & *Joannem* genuisset, quorum hic Carolo IV. inprimis charus & à consiliis fuit, qui ei etiam Bohemicas fodinas metallicas contulit & confirmavit; Sed

Lineæ.

ejus

ſteritas in nepotibus defecit. Ab *Vlrico* reliqui proſati, qui hoc ſeculo quod dixi
i ſunt.

II. *Hier. Henning. Theatr. Geneal. T. 3. P. 1. p.* 347. cum Leuchtenbergios enu- Henin. confundit cum Lichtenbergic.
lures per errorem inſerit, qui non *Leuchtenbergicæ* proſapiæ ſed *Liechtenbergi-*
ſatia gentis fuere, quales inprimis tres *Argentoratenſes Epiſcopi, Conradus, Fri-*
& Joannes emtor Langraviatus Alſatiæ, quem alio errore *Henninges Friderici*
ppellat. Unde in reliquis etiam non ſatis diſcerno, qui verè ad Leuchtenber-
familiam ſpectent, vel Liechtenbergicæ debeantur.

III. Scutum Leuchtenbergenſe ſimplex *argenteum* fuit inſcripta *faſcia cæru-* Scutum. Leuchtenberg.
quando verò additum eſt ſymbolum comitatus *Hals* in bipertiti clypei parte
ori; quod eſt area *cæruleæ* inducta *faſcia argentea*, atque ita oppoſitus Leuch-
gicis tincturarum ſitus. Ità in Wapenb. P. 1. p. 8. Unde etiam *Chifflet. Eq. A. V.*
ita ſcutum deſcribit, ab ſummo bipertitum, & argento & cyano alternis tranſ-
rtiatum. Quod nempe non poſſet diſtinguere in eundem ſcutum compa-
is teſſeras.

IV. Cæterum quod dixi argentea ſolo cæruleo inducta faſcia comitatum *Hals* C. Hals.
in Wapenb. P. 2. p. 13. Qui comites peculiares habuit, ex quibus jam 1124. & 1146.
enning. p. 514.) fratres numerantur *Palderamus* & *Theodoricus*. Duravit verò ſtirps
oldum qui 1375. ἄπαις deceſſit, & heredem avunculum *Joannem Landgravium*
enbergium habuit, cui *Wenceslaus* Imperator comitatum in feudum contulit.
tiam alias plurimum Joanni illi familia debet, qui bona à majoribus oppignora-
im diſtracta atque ditiones omnes recuperavit & auxit.

V. Galeæ ſcutum premunt duæ coronatæ. Prioris apex eſt *herma virilis veſte* Apex.
a, globulis aureis adſtricta, collari cæruleo, pileo teſtudinato argenteo, cyanea ora
reducta, coronula in cacumine aurea, & pennis tribus, media cærulea, aliis duabus
de argenteis. (enunciante Chiffletio.) Altera ſuſtinet *jugum alarum cærulearum*
catum, inducta *faſcia ſcutaria*. Laciniæ utrinque ſunt ex argento & cyano.

XI. Familia extincta 1646. *Albertus Bavariæ Dux*, qui conjugem habebat Succeſſio ad famil. Bavaricam
ldem Landgraviam, Maximiliani Adami ultimi amitam, ſucceſſionem impe-
ed acceptis aliis in Bavaria bonis Electori eam iterum ceſſit: à quo patre Land-
um tenet filius *Maximilianus Philippus*.

CAPUT LI.

Dom. Levia. Duc. Ventadurii.

ARGUMENTUM.

lia. Linea. Domini de Mirepoix. Ma-
ſcalli fidei.
m. Thoire-Villars. Pratenſio.

4. *Anduſe. la Voute.*
5. *Ventadour. Ducatus.*
6. *Apex.*
7. *Linea Mirapicenſis.*
8. *Titulus Ducis.*

§. I.

riſſimus Dux *Ventadurius* ex antiquiſſima familia *de Levis* (unde etiam Domini Familia.
an.) deſcendit. Inter majores illius celebertimus fuit *Guido de Levis, Dn. de Mi-*
nareſcallus fidei dictus, qui ſub Simone Montfortio meruit adverſus *Albigenſes*, Lineæ. Dn. de Mirepoix Mareſcalli fidei.
li ſuperſtitione in miſeros hos armatus. Hoc & *Iſabella Montmorancia* (lineæ
y) geniti *Joannes de Levis*, à quo Domini & Marchiones de *Mirepoix*, qui *Ma-*
um fidei retinuere cognomen, & *Euſtachius Dom. de Florenſac*, à quo Duces
lunt.

II. Ducis ſcutum quadripertitum eſt: Prima quadra *aurea tres baltheos rubeos* Scutum. Thoire-Villars.
t: ſymbolum familiæ de *Thoire-Villars*. Ratio verò geſtaminis illa eſt, quod
Euſtachii nepoti, Domino de Roche en Renier & Vicecom. de Lautrec nu-
mora Humberti VI. Dn. de Thoire & Villars filia, ſeptimi ſoror, octavi qui 1400.
nita. His parentibus natus *Philippus II.* Baroniam de *Villars* à Sabaudo feudo
t, & ſæpe *Comitis* uſus eſt titulo, & 1439. teſtatus. Eo geniti *Antonius* & *Bernar-*
minus de la Voute, ille *Comes Villarii* & *Lautreci Vicecomes* filios habuit *Joannem*
& Anto-

& *Antonium II.* Ille *Villarſium* vendidit 1469. Duci, hic poſt fratrem eundem titulum *comitatus* uſurpavit, aſt demum Joanni Borbonio jus ſuum vendidit. Hoc verò mortuo patruelis Bernardi filius *Ludovicus Villarium* ſibi arrogavit, tanquam Leviorum primus, ſed à Sabaudiæ Duce, licet in ipſius gratiam Carolus IIX. Rex ſcripſerit, nihil obtinere potuit. Poſteri tamen prætenſionem non ſemel urſere.

Prætenſio.

Levis. §. III. Secunda quadra *aurea tres cantherios nigros* continet, quod gentile *Leviorum* δᾶγμα eſt.

§. IV. Tertia *rubea tres ſtellas aureas*: & extrema iterum *coccinea leonem argenteum* repræſentat. Illud *Anduſiæ* genti notandæ, hoc *Voltee* (*la Voute.*) Quæ acceſſio à Philippi II. Comitis de Villars uxore *Antonia d'Anduſe, Dn. de la Voute* oritur.

Anduſe la Vouta.

Venta-dour. §. V. Toti imponitur ſcutulum *ex auro & cocco teſſellatum.* Ita *Ventadurium* deſignatur in Lemovicibus. Hoc in familia *Combornia* fuit, ex qua Archenbaldus Vicecomes de Comborn *Sulpitiam* duxit *Vicecomitatus Turennii* heredem. Unde *Ebalus* Vicecomes Turennæ, pater *Archenbaldi* & *Guilelmi*, quorum hic Vicecomitatum Turennium, ille *Combornium* & *Ventadurium* retinuit, in filiis *Ebalo* & *Bernardo* iterum continuati ſunt, per hunc *Combornii*, per iſtum *Ventadurii.* Hi duravere in ſeculum decimum quintum, quo 1445. Catharina Bellofortia *Carolo Ventadurio* nupſit, mater *Ludovici* ſed ἄπαιδος & *Blancæ*, quæ *Ludovico de Levis* Dn. de la Voute nupſit, & *Gilbertum* atque *Joannem* genuit, hunc ſatorem Comitum de *Charlus*, illum *Ventadiorum* cæterorum. Cæterum Ventadurio ab Henrico III. dignitatem *Ducalem* obtinuit Gilbertus 1578. Cui acceſſit axioma *Pariatus* 1589. confirmatio 1609.

Ducatus.

Apex. §. VI. Apicem huic ſcuto debitum nondum videre licuit: laciniæ verò galeæ *auro* & *nigro colore* tingendæ ſint. Et telamones forte iidem ſunt, quod M. Mirapicenſi tribuit *Sammarthanus*, videlicet inde à dextra *Draco* ſuo nativo colore, hinc à læva *leo aureus.*

Linea Mirapicenſis. §. VII. Quod *Mirapicenſem* attinet lineam, illa diſpoſitio apud laudatum autorem (*l'Eſt. de la Fr.* p. 251.) legitur: ut areolarum ſeries ſit 1. *Levis.* 2. *Villars* in Breſſia. 3. *Anduſa.* 4. *Volta* (*la Voute*; Toti impoſito ſcutulo *Ventadurio*; Quod ſi ita ſit, ex aliquo familiæ pacto areolas has uſurpari neceſſe eſſet, neque enim à quibus illæ areolæ in Mirapicenſi linea reperiuntur, ſed in altero Euſtachii ramo.

Titulus. Ducis. §. VIII. Ducis ille titulus legitur: *Ludovicus Carolus de Levis, Dux de Ventadour, Par. Franciæ, M. d'Annonay, Com. de la Voute, de Tournon & de Rouſſillon, B. de Douan, de Donzenac, de Meſſilac & de Montagne.*

Caput LII.

Barones Leyſſeri.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Bona.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*
4. *Nova acceſſio.*

§. I.

Familiæ origo. Illuſtris *Leyſſeria* familia à *Gabr. Bucelino Germ. Stemmatograph. P. 3. p. 122.* refertur ad aliquem *Joannem Leyſſer*, qui claruerit 1340. Cæterum gens hæc ex *Styria* & *Carinthia* in *Auſtriam* venit; ſed & aliquando in *Cilejenſi* comitatu commorata eſt. Cum verò à tribus ſeculis nomen in Auſtria reperiatur, non improbabilis conjectura eſt, eos à Leiſs (*Leyſs* in hac regione id accepiſſe, & inde in interiores ditiones penetraſſe. Sub Ferdinando I. *Neunzen*, *Cammer*, *Idolzberg*, dein etiam *Schiltern*, *Kranſegg*, *Pyrha*, *Michelbach*, *Donnerskirchen* & alia bona acquiſivere. In celebri obſidione, qua *Viennam* Solimannus 1529. afflixit, quinque hujus gentis virtutis edidere ſpecimina, tres centuriones, chiliarcha (*Sigismundus*) & rei tormentariæ præfectus Udalricus. Linearum diſtinctio mihi non ſatis nota eſt.

Bona.

Scutum. §. II. Scuto utuntur *nigro*, in quo *duæ lunæ falcatæ* dorſis obverſis, latera reſpicientes ex *auro* fulgent. Conf. *Sbmach.* Wapenb. P. 1. p. 48.

Apex. §. III. Galea coronata ſuſtinet *tres* erectas *ſtruthionicas plumas nigras* inſcriptis duabus lunis falcatis ſcutariis. Laciniæ ſunt atræ & aureæ.

§. IV. In

. In *Fürſt.* armor. P. 4. p.15. *Leiſſerorum de & in Kranſegg* ſcutum deſcribitur, Nova acceſſio.
i familiæ commune, an uni lineæ proprium ſit, ignoro. In eo primam & aream *Leiſſeria* lunæ occupant: in ſecunda & tertia areola *cærulea*, *aureo iti* inſiſtit (ſi bene figuram diſcerno) *vitis ex eodem metallo*, palmitibus duocuſſim trajectis cum ſingulis uvis. Hujus laterculi ſignificationem & ratiocapio. Apex ei debitus eſt, ex galea coronata protenſa ala cum ſcutario tyeræ autem ſunt ex auro & cyano.

CAPUT LIII.

Domini & Pincernæ de Limpurg.

ARGUMENTUM.

milia ejusdem aut affinis nominis.
ae de Limpurg. An ex Ducibus Limia. Potius ex Ducibus Franconiæ. Lipeck feld & Gaildorf.
ning. attributa insignia erronea. A Limpurg nomen gerant.
. Cuſſides Franconici. Clavæ Tro-
5. *Crater. Pincernatus imperii hereditarius.*
6. *Caſſides.*
7. *Titulus.*
8. *Domini de Limpurg ad Lanum.*
9. *Trevirenſibus ſe addicunt.*
10. *Ad hos tandem plena ſucceſſio.*
11. *Gerhardi Kirbergenſis arma.*
12. *Limpurgiorum ad Lanum inſignia.*

§. I.

uribus ſeculis quatuor in Imperio noſtro floruere familiæ ejusdem vel pene Variæ famidem nominis, in eo nempe unica litera variata, & quidem cum alia ejusliæ ejusdem rumenti commutata. Fuere hæ, *Limburgenſium* Comitum dein Ducum, aut affinis à *Limburgo ad Veſam* in Ardenna, *Limburgenſium*, qui vulgò Styrumii nominis. ut, *Comitum* à *Limburgo ad Lainam Weſtfaliæ*, *Limpurgenſium* Domiquibus appellatio à *Limpurgo ad Lanum* fluvium, & quorum nunc inrimis conſideraturi ſumus *Limpurgenſium* illorum, qui in Franconico cirnes & inter illos proceres locum cum dignitate obtinent. Ut jam nihil de *Briſgovia* dicam, à qua arce Hermannus I. Zeringenſis Marchionum Baſator, antequam uxorio nomine Badenſem ditionem nanciſceretur, *Marchio* Pincernæ de Limpurg. *g* vocitari ſolebat.

. Quod ergo Illuſtriſſimorum *Limpurgiorum* in Franconia gentem concerejus origine non eadem ſentiunt omnes. *Chriſtoph. Fræſchlinus* Secretarius *us*, qui magna induſtria totam ſtirpem delineare aggreſſus eſt, à *Walra*- An ex duo *Limburgio* Duce derivare eam tentavit. Quinimo altius aſcendit, ad tem- cibus Limburgiis. ntiniani Imperatoris, & gentem hanc inveniſſe credit eo tempore, quo 372. in Nemetibus cum Germanis acri decertarunt prælio. *Joannem* Duterfuiſſe 933. vel 935. celeberrimo ad Mersburgum adverſus Hunnos prælio, *ardo Guidone* illos verſus allegat:

Duxerat illuſtri quondam de ſtirpe creatus,
qui vehemens ipſum Martis amabat opus.
Quem Limpurga ſuo genuit de ſtemmate proles,
Cujus in Hunnorum cognita ſtrage manus.
Talis enim miles, qualem neque viderat unquam
Francia, qui patriæ finibus eſſet honor.

l verò de reliquis ſit, quo minus ei circa deductionem ex familia Ducum *Lim-* in Ardenna ſylva calculum absque dubitatione adjiciam, non unum me Cum enim *Franconicæ* origini familiam traditio communis (cui ab inſignid robur) alias transſcribat, huic cum Limburgica non convenit: conſtat *Salmenſibus* ſ. aliis *Ardennatibus* Limburgios Duces derivemus, ſaltem Frangentem non fuiſſe. Accedit quod anno 1180. jam mentio fiat *Godofredi Domini Limpurgici*, & *Sacri Rom. Imperii hereditarii pincernæ*, non diu poſt mortem *Walrami I. Ducis Limburgici*, qui 1139. vel 1140.

perhibetur fatis conceſſiſſe. Oporteret ergo *Godofredum* hunc vel filium vel nepotem *Walrami* fuiſſe, cum autem filios pariter & nepotes reliquos diligenter ſatis notatos nominet *Limburgenſis* hiſtoria, *Wabrandi* cujusquam non meminit, quem (cum *Henrici* duo filius & nepos *Walramo* in ducatu ſucceſſerint, nec alij locum relinquant) *Fræſchlinus* & qui ſequuntur *Ducem Limpurgenſem* vocant, & *Ioannis Dom. Limpurgici* patrem conſtituunt, nec alium deſignant, cui vel per conjecturam hic Godofredus dari poſſet filius. Unde non dubito, eodem tempore, vel forte prius etiam, quam Limburgenſes Duces inclaruerunt, hoſce *Limpurgios Dominos* inter illuſtres numeratos fuiſſe. Neque ipſi egent, ut quem à ſe habent, ab illis mutuo petant ſplendorem. Unde ſi quid ex conjectura dicendum ſit, & meliora ex Illuſtriſſimorum horum procerum tabulario non edoceamur, fidem potius adhibendam crediderim communi traditioni, qua ex veterum *Franconiæ Ducum* proſapia arceſſuntur. Quamvis enim, ex quo Franconiæ Duce ortum ſuum trahant, definire difficile fuerit, inſignia tamen traditioni fidem faciunt: & ipſe *Fræſchlinus*, alterius de Limburgenſi deductione ſententiæ autor, *Conradum II. Imperatorem*, qui Franconiæ Dux fuit, huic ſtirpi aſſerit, ignarus, quod eo ipſo priorem ſuam opinionem convellat. Unde ex agnatis Conradi II. illos qui deduxerit, mea ſententia non errabit: Licet injuria temporis graduum, per quos Auguſtis illis conjungantur hi dynaſtæ, numerum obtexerit. Porro à præfato *Ioanne Limpurgenſi Godofredi* (cujus loco alii *Wabrandum* nominant) filio familia ſatis exactè ad noſtra usque tempora deducta repetitur. Dividitur verò in duas lineas *Gaildorfiam* & *Speckfeldiam*; illius qui ſunt dynaſtæ *Gaildorfii* & *Schmidelfelda* ſedem habent, hæc linea autem *Suntheimium* & *Speckfeld* poſſidet. Utriusque tamen lineæ idem eſt ſcutum & inſignia.

Potiùs ex Ducibus Franconiæ

Lineæ Speckfeld & Gaildorf.

§. III. Quod ergo inſignia concernit, non illa ſunt, quæ mox n. 13. Domino Limpurgenſibus ad Lanum tribuemus: quamvis *Henning. Theatr. Geneal. in W. Mag. R. Germ. P. 1. p.* 434. illa noſtris adſcribat: quod forte ex illa conjectura factum, quia fuere qui crederent hos Dynaſtas nomen à *Limpurgo*, quod prope Halam Sveviæ ſitum & ab Eraſmo Domino Limpurgio 1540. civitati *Halenſi* venditum eſt, ſed alio *Limpurgo* infra Francofurdiam ſito, obtinuiſſe. Ita apud *Cruſ. Annal. Svev.* P. 3. L. 1. *c.* 13. pag. 93. *Caſtro Limpurg nomen Liberi hi Barones, non arx hæc ipſis, dediſſe feruntur. Nomen ipſi habere perhibentur ab alia arce ejusdem nominis infra Francofordiam ſita*; quod repetitur P. 3. L. 11. c. 15. p. 643. ubi de venditione. Cum tamen longe probabilius ſit, uti inſignibus duæ hæ familiæ diſtinguuntur, ita non ab eodem caſtro nominatam eſſe utramque. Alia mens eſt *Fræſchlini*, qui olim eos in veteri caſtro hujus nominis *prope Spiram* ſito, quod dein in cœnobium commutatum ſit, habitaſſe, & inde nomen ſumſiſſe, dein verò arcem hanc *Limpurgenſem* neben dem Virngrund extruxiſſe, & eodem ſedem ſuam tranſtuliſſe perhibet. Caſtri nomen ſcribitur alibi *Limpure* ex quadam tranſactione inter *Waltherum* pincernam & abbatem *Lorchenſem* apud *Cruſ. P. 3. L. 2. c.* 16. p. 1091. Idem *Cruſ. Annal. Svevic. in Paralip. pag.* 41. 46. aliam *Limpurgiis* veteribus parmam dat, nempe *argenteam*, inſcripta *aquilacoccinea*, & galeam, quam premit *pila argentea inſtar nivis*. Dubium verò eſſe poteſt, an illa *Limpurgenſium* (à *Limpurgo prope Veilhaim in Virtenbergia* ſuper monte S. Michaëlis ſito caſtro) Comitum familia eadem cum noſtra fuerit.

Ab Henning attribuuntur inſignia externa.

A quo Limpurg nomen gerant.

§. IV. Hodie quo clypeo utantur, videre eſt in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 19. Ille verò quadripertitus eſt: Area prima & quarta *rubea quatuor cuſpides aſcendentes argenteos* continet. Hoc ſymbolum alioqui *Franconiæ* eſt, unde *Epiſcopatus Herbipolitanus* ob ducatum Franconiæ iſto deigmate utitur, uti apparet Wapenb. P. I. pag. 9. Et *Conradi II.* ex Duce Franconiæ Imperatoris ſcutum hos cuſpides defert Wapenb. P. III. p. 1. Hoc ſolum intereſt, quod in Franconico ſcuto cuſpides pingi ſoleant *tres*, qui in Limpurgico quatuor repræſentantur. Sed forte pictorum ἀστοχία, uti alibi, hic aliquid potuit, nam ipſi in ſuis quoque inſignibus tres cuſpides pingere nonnunquam ſolent, & ante 130. annos ita ſolebant; ſi verò conſtantet quatuor pingerentur, poſſet hæc quoque nota eſſe diſcretiva, qua ex Franconiæ Ducibus aliquis minor natu ſuam à Ducali parmam diſtinxerit. Iſtam ergo aream indicio originis geſtari nemo non videt.

Scutum, Cuſpides Franconici.

Clavæ Trojanæ.

Hanc

guram eſſe puto, de qua *Cruſ. Ann. Svev. P. 3. L. 6. c. 16. p. 360. Barones Lympur-*
ihren die weiſſen Zincken hujus ducatus, ex *Widemanno.* Quod verò ſecun-
ertiam areas concernit, eæ *cærulea* ſunt, *& quinque argenteas clavas Trojanas*
ıſtrumenti bellici genus, Heerkolben) referunt. Hujus ſymboli ſenſum, & cui
o notando ſerviat, quod non aſſequar, confiteri, quam, niſi ipſum dominium
notetur, conjecturis indulgere malo. Quando verò *Conrado II.* Imperatori
ribuuntur clavæ, ob quod etiam ab ipſo fundatum cœnobium *Limpurg* illis
diu uſum ſit, uti ex lapidis documento allegatur, non admodum improbabile
ſum Dominium *Limpurg* illo ſymbolo intelligere.

'. Mediæ parmæ, qua coeunt areolæ quatuor, *ſcyphus aureus* imponitur. Uti Crater.
c locum frequenter occupant notæ dignitatum, ita inſolens fere eſt, illud
a nuda poſita, cum alioquin ordinarie ſcutulo inferi & hac ſtatione locari ſo-
e quo P. 1. c. 3. dictum eſt. Porrò hujus hieroglyphici explicatio difficilis Pincernatus imper. hereditarius.
Quivis enim videt deſignari axioma, quo Domini hi gaudent, cum *Pincernæ*
ınt *hereditarii.* Non novam eſſe illam dignitatem teſtimonium eſt apud
al. Svevic. P. 3 L. 2. c. 12. p. 90. ubi inſiciatio aliqua deſcribitur in gratiam clau-
ominorum de Lorch, an. 1260. conſignata, in qua appellatur *V.* (in margine
ar nomen Ultrici) *dictus de Limpurg Imperialis aulæ pincerna.* Obſervat tamen
A. B. c. 27. §. 6. obſ. 11. non ſemper fuiſſe hoc officium penes Limpurgios, quia
ore *Friderici II. Walterum de Sepf* pincernam fuiſſe Imperii, ex ſubſcriptio-
is A. B. pateat, & poſtea etiam quendam *Wernerum de Bolandia.* Porrò
ioc nomine *Regis Bohemiæ*, qui Archipincerna eſt Imperii, gerunt Limpur-
deoque ejus ſunt *Vicepincernæ*, ut appellantur in A. B. l. c. ubi ſancitur: *Ut*
na de Limpurg equum & ſcyphum Regis Bohemiæ pro ſe recipiat. Qui verò hic
na appellatur c. 29. §. 6. etiam *Pincernæ* nomen geſtat. Scyphum hunc,
: ſcutulo toti videmus imponi, aliquando inſertum obſervare licet parmu-
ri, qua figura eo uſi ſunt Godofredus Herbipolitanus, Eraſmus Argentora-
eorgius Bambergenſis Epiſcopi: forte quia non aliter commode inferi po-
) alii.

I. Scuto huic incumbunt caſſides duæ, quarum altera *coronata* ſuſtinet *par* Caſſides.
oloribus ſcuti per cuſpides ſectorum: ex utriusque autem hiatu *vexillum* de-
idem coloribus pictum: poſteriori galeæ *crater ſcuti impoſitus* cernitur.
rcumfluentes altero latere argento & minio, altero argento & cyano tin-

I. Titulus familiæ communis ille eſt: *Domini Limpurgi, S. Romani Imp. Pin* Titulus.
nper liberi (Semperfrey.) De quo cogitandum aliis relinquo, an in ſub-
Waltheri, de qua n. 5. *Sepf* abbreviate ſcriptum ſit pro *Semperfrey.*

II. Occaſio invitat, ut extinctorum etiam Dominorum *Limpurgenſium ad* Domini de Limpurg ad Lonam.
am mentionem, à Limpurgo auf der Lohn (quod apud Chriſtoph. Brower.
tiq. Trevir. L. 9. p. 445. in monte eſt *Lintburc*, forte à *Linter* aut *Linterbach*,
allambit, in *Loganaho* ſ. *Loganogowve*, Lohngow) dictorum. Et extant qui-
impurgenſes ex MSco à *Joanne Friderico Fauſtio ab Aſchaffenburg* patritio
:nſi 1617. editi, ſed illi non niſi à 1336. ad 1398. pertingunt. Neque alibi ple-
:arum vidi genealogiam. Primum lego *Gerlacum Imaginæ*, quæ *Adolphum*
& dein ad *Auguſtalem* thronum evectum habuit maritum, fratrem & *Eli-*
benſteinia conjugem, qui circa 1288. vixerit. Ab hoc reliqui deducuntur,
ter ultimos *Gerlacus* ſenior & junior, pater & filius vixiſſe perhibentur 1457.
owero, quem mox §. 10. audiemus, fides, ante hos Limpurgum ad *Trevi-*
epiſcopatum delapſum eſt, cui nunc quoque annumeratur.

De modo quo ad Trevirenſes primum jus Limpurgenſis Dominii de ve- Trevirenſibus ſe addicunt.
licet *Chriſtoph. Brouver. annal. Trevir.* L. 17. p. 215 *Balduin. Archiep. Trevi-*
rediis atque feudis prope infinitus, anteid tempus etiam emtis & longe circum
cleſiæ ſuæ finibus, vi regalium nobilem agri portionem diœceſi adjecit, Lim-
ans Rhenum dominii, caſtrique ſ. *burgi & opidi primarii ſemiſſem,*
Domino, Cunigundaque Wertheimia uxori ſolutis duo de triginta floreno-
& Henrico Haſſia Landgravio, cui triens ceſſerat, emtionem probante.

Opidum verò Limburgenſe quondam imperii & cleri fundus, per id tempus ab advocatis tenebatur, ea nobilitatis & incolarum frequentia, ut expeditos bis mille oſtenderet in armis. At tribus hac ætate, per non magna intervalla temporum, repetitis afflictum incendiis, ignis atrocitate depaſtum ſic elanguit, ut ad priſtinam ſ. bellica gloria ſeu pulchritudinis ſpeciem non convaluerit, una tamen operis rariſſimi baſilica inter ejus tractus opida longe ſpectatum. Neque verò parum etiam multiplici cum vicinis ob finium & patus ortique defenſionem controverſia, præliorumque contentione ſuſcepta, ſtatus opidi convulſus & acciſus, donec tandem fractis rebus, ſtirpe Dynaſtarum ſ. advocatorum morte ſublata dominium ex aſſe in nomen ditionemque Trevirenſis antiſtitis conceſſit.

Ad hos tandem plena ſucceſſio.

§. X. Ex eodem *Brovvero* cognoſcere licet, quomodo morte ultimi plene ad Trevirenſem diœceſin delapſa ſit ſucceſſio L. 18. p. 262. ad ann. 1404. *Ad hoc omnino tempus Limburgenſis dominii integra quoque ad diœceſin acceſſio referenda; quod Ioannes loci Dominus vir prudentia, morum comitate, formaque corporis egregia ſpectatus, nullo ſuperſtite herede viverejam tum deſiſſet; atque ita VVernero & Eccleſiæ Trevericæ dominium cum fructu & vectigalibus vi pactionis olim initæ reliquiſſet. Etſi verò Ioannis ante biennium vita deceſſiſſe traditur, reperio tamen pro VVernero regimen iſtic attiniſſe Ioannis fratrem Gerlacum Trevirenſis Eccleſiæ decanum & Gerardum Kirchpirgi Hunsdesruchi Comitem, qui Ioannis ſororem Idam ſibi thalamo junxerat, Revensbergiam à dote appellatam; qui locus prope Kirchpirgo diſtans, inde Clericis ſ. Canonicis VVindesheimenſis congregationis attributus. Porrò* Geraldum *Comitem ſine prole Limpurgi humana deſeruiſſe, argumento clypeus ſit in S. Georgii baſilica ſuſpenſus: in quo leones erecti & infeſtis unguibus tres interjecti oblongis crucibus.*

Gerhardi Kirburgenſis arma.

§. XI. Quæ inſignia hic attribuit *Gerhardo Kirchpirgi*, ut vocat, *Comiti*, putem de inſignia Wildgraviorum *Kirburgenſium* (*Sibmach.* Wapenb. P. 2. p. 7. confer caput de Comitibus Sylvarum & Rheni) utpote quæ tribus conſtant leonibus. Crucium vero interpretationem, non ſatis capio. Cæterum ille *Gerhardus* ultimæ *Adelheidis*, quæ hereditatem *Kirburgiam* ſuo conjugio *Rhingravius* attulit, avus fuiſſe perhibetur.

Limpurgiorum ad Lanum inſignia.

§. XII. Familiæ hujus Limpurgenſis *δῆγμα* proprium, quod in *Sibmach.* Wap. P. 2. p. 17. reperitur, exhibet in cæruleo ſcuto faſciam teſſellarum rubearum & argenteatarum duplici ordine conſtantem, ſuperius & inferius adjectis plinthidibus aureis ternis. (Alibi vidi pingi jacentes, & quidem ſuperius 7. inferius 6) Galea alarum ſcutario ſymbolo exornatarum jugo expanſo ſuperbit, & circumfluas phaleras altera parte minio, altera cyano pingit, utrinque addito argento.

Caput LIV.

Comites Lippiæ.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Succeſſio. Lineæ.*
2. *Laterculi Rietbergici, de Eſſens & Stedesdorf.*
3. *Diſpoſitio hodierna.*
4. *Roſa Lippiæ. An ob hoc Lippii ab Urſinis?*
5. *Stella. An notet Sternberg? Notat Svalenberg.*
6. *Apex.*
7. *Buckenburg.*
8. *Nobilium Dominorum titulus* Edelherren.
9. *Ditiones familiæ.*
10. *Tituli de Falckenburg. Eberſtein.*
11. *Carmen de inſignibus Lippienſibus.*

§. I.

Familiæ origo.

ANtiquitate in Weſtfalis nulli facile cedit Illuſtriſſima *Lippiæ* Comitum familia, ex qua *Eberhardum Dominum Lippiæ* in bello adverſus Ungaros 933. Hentico Aucupi meruiſſe proditum eſt. Inde *Bernardus* ſub Ottone II. & III. atque Conrado II. inclaruit. Alius *Bernardus* Lotharii Imp. Dux bellicus, à quo demum certa gra-

Succeſſio. duum ſucceſſio à *Pideritio* nectitur, *Lemgoviam* ab Epiſcopo *Paderbornenſi*, vel apud alios comitatum *Anholt*, quem Imperio vacue factum 1010. Henricus II. *Paderbornenſi* Eccleſiæ igne de vaſtatæ conceſſerat (conf. de eo *H. Hamelman. L. 2. de fam. emort. p. 37.*) in quo *Lemgovia, Detmold* & alia, cum *Saſſenburg*, feudo ab Imperatore *Lothario* impetraſſe legitur. Filius *Bernardus Lippiam* urbem condidit, quod Henrici Leonis partes tutatus eſſet, ſua avita bona, nec non *Saſſenburg* 1282. amiſit, à Colonienſi & Monaſte-

Monaſterienſi atque aliis Epiſcopis vicinis erepta: ſed viciſſim à Leone regiam dominum & dynaſtiam *Engern* ſ. *Angriæ* (in quo *Bracke, Blomberg,* alia) accepit, & 1150. cucullum induit, atque ex Abbate in *Livonia* Epiſcopus *Lealhenſis* à filio *Ottone* ordinatus eſt 1190. (conf. *Bzov. annal. T.* 13. *ad ann.* 1227. *n.* 23.) Ex filiis ejus *Gerhardus* poſt patruum *Gerhardum Archiepiſcopus Bremenſium* (cui Comitatum *Stadenſem* Henricus Saxo contuliſſe dicitur.) *Bernardus Paderbornenſis*, *Otto Trajectenſis* Epiſcopi fuere, *Hermannus* autem gentem propagavit. In hujus filiis denuo *Simon* antea Coadjutor patrui Eccleſia Bremenſi diœceſin *Paderbornenſem*, *Otto Monaſterienſem* (cui *Vechtam* acquiſivit) rexere, *Gerhardus* in diſſidio à *Bremenſibus* electus eſt, ſed pacis amore ceſſit. *Bernardus* verò reliquorum comitum ſator eſt; ex quibus ſequenti etiam tempore duo *Paderbornenſem Eccleſiam* adminiſtrarunt, extincti *Bernardus* 1340. *Simon* 1468. Hoc ſeculo ineunte vixit, & 1614. mortuus eſt *Simon*, communis trium linearum, quæ hodie ſuperant, ex totidem filiis autor ex *Simone Detmoldiæ*, ex *Ottone Brakenſis*, ex *Philippo Buckenburgicæ*. Lineæ.

§. II. Quod inſignia attinet, *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 17. illa exhibet, quæ *Simonis* hoc ſeculo ineunte fuiſſe oportet, nec ex eo tempore à poſteris continuata. Fuit autem ſcutum quadripertitum cum interjecto palo medio. Palus ille medius *rubeus aquilam Rietbergiam auream* referebat, quæ ſcutulum *Eſſenſis* & *Stedesdorfius* ſymbolis pictum pectore gerebat. Hæc teſſera aſſumta ab *Irmgardi* Simonis priori conjuge, Erici C. Hojenſis vidua. Cum enim Joannes *Rietbergæ* ultimus comes 1562. extinctus duas reliquiſſet filias, *Irmgardim* & *Walpurgim*, hæc marito *Ennoni Com. Friſiæ*, cui upta eſt 1581. dominia *Eſens* & *Stedesdorf* attulit, illa 1578. Simoni Comitatum *Rietbergium*. Cum verò 1584. Irmgardis ſine liberis exincta eſſet, ad ſororem hereditas lapſa, & ad ejus poſteros in hunc diem propagata eſt, quod cap. de Friſicis inſignibus debimus, & teſſeras illas explicabimus. Unde Simonis ex altero matrimonio Eliſabethæ Schauenburgicæ filii palum hunc medium omiſere. Latercull Rietbergici, de Eſſens & Stedesdorf.

§. III. Reliquæ ſcuti quadræ, quæ nunc etiam ſervantur ſolæ à lineis *Detmoldia* que *Brakenſi*, illæ ſunt, prima & quarta *argenteæ* ſingulis *roſis pentaphyllis rubeis auro* nmatis inſignitæ: ſecunda & tertia *rubeæ*, cum *ſtella quinque radiorum aurea*, cui hido inſiſtit ex *argento* & *nigro* variegata. Alibi laterculi tranſpoſiti apparent. Diſpoſitio hodierna.

§. IV. *Roſa* ſignificatio *Lippienſis* comitatus eſt, in Weſtphalia ſiti, atqu Colonſi, Monaſterienſi, Paderbornenſi, Oſnabrugenſi, Mindenſi diœceſibus, Marcano que aliis comitatibus fere incluſus. Hanc roſam & ob eam gentem ab *Vrſinis* aliqui tore *Bernhard. VVitio* Lippienſi monacho Lisbornenſi) derivare amant, quos re- it *Theod. Heping. de jur. inſign. c.* 6 *P.* 6. *n.* 887. *pag.* 372. Erudita & elegantia, ut alia is, ſunt illa *Æg. Geleni de Col. Agr. Magn. l.* 2. *c.* 33. pag. 193. 194. *Carolus M. dicitur ienſium comitum genus in veterum Vbiorum interamnio ad Lupiam fluvium transaſſe, & habet unicam in argenteo campo rubentem roſam. Teſtaturque nobilis & ſcriptor* Jonnes à Berſworde in Huſten *in MS. fragmentis familiarum VVeſtphalin*; Lippienſes *à quibusdam ad Manliorum, ab aliis ad Vrſinorum ſtirpem, ad Romaverò originem à pleriſque referri. Ego* Altenanam *familiam ex armorum cognatione ropagatam eodem cum Lippienſibus ſanguine, quia ante eadem S. Engelberti Altenæ ircæ ac Montium comites unam in ſcuto roſam geſtarunt. Et communis fabula hampore Ottonis III. duos fratres Vrſinos ob diſcordias ex Italia in hanc provinciam raſſe: in hiſtoria autem S. Engelbertip.* 306. *demonſtravi ex Archivis, Altenanam in his partibus vetuſtiorem eſſe Ottone III. ex advocatis Tuitienſibus ſ. Vbienſibus bus ortam. Itaque dum veterum fabulæ derivantur ex hiſtoriis rudi ſeculo ignoveri corruptis, puto ad Romanos colonos & Vbio-Romanam nobilitatem revocanenſes ſ.* Altenanos & Lippiacos *Comites, quia præſertim mox à tempore deductæ Agrippinenſis* &c. *in ea Vitellius exiſtens & Imperator ſalutatus, Othonem Impeetantem inimicum habuit, qua de cauſa potuerunt Vbii fratres, Othonis & Senatibus faventes, in Tranſrhenanas ſedes refugiſſe, ut ſic & Othonis Cæſaris (ſed non es illis Saxonicis) & inteſtini belli commemoratio optimè quadret in originem Alr Lippienſis ſanguinis. Quæ autem de Vrſinorum ſ. Roſinorum nominibus dicuntur e Cranzio Vrſinorum nomen recentius ſit) ad homonymiam Vrſini refer, que comcaſionem dederit hujus cognominis. Vrſos enim & Vrſinos appellant frequentiſnſrhenani, qui parta tuentur, & ea omnino non vel ægrè ſibi eripi patiuntur,* Roſa Lippiæ. An ob hoc Lippii ab Urſinis.

Digitized by Google

exemplo ursi, qui infantem vel hominem complexans nullo modo vel difficulter dimittit. Unde Saxones, qui Martem sub Harminii nomine colebant, ejus statuæ Armisulio instar heros sculptæ, cum vexillo rosa insignito suprapectus figuram ursi addiderunt. Dum ergo hos duos fratres Ubio *Romanos ab ædificatione castrorum Altenani & veteris montis removere aut in eorum consummatione impedire vicini Reguli & Proceres non possent, ab ipsis* Ursinos *existima appellatos. Joan. Piderittius* pastor Blombergensis, qui 1627. *Chronicon Comitatus Lippiensis* (ante illum verò seculo 13. quidam *M. Justinus Lippiensis* carmen, quod *Lippiflorium* dixit, tum præmemoratus *Bernardus Wittius* item Lippiensis monachus Lisbornensis *Chronicon Lippiæ*, nec non Gerhardus *Kleinsorg* Lemgoviensis Licentiatus, & Colon. consil. **bericht von der herkunfft und Historien der Grafen von der Lippe** scripserant) edidit, non tantum eorum sententiam refellit, quiorginem *Romanam* his comitibus adscribunt, utpote qui credere nolit, locum adeo periculosum placuisse Romano nobili, quem sibi sedem sumeret, verem etiam illis contradicit, qui autore *Cranzio* non antiquiorem Lotharii tempore comitum putant memoriam, & *Brotuffo* inprimis autore contra hos pugnat. Credit verò Caroli M. tempore huic & aliis stirpibus nomen & axioma *Comitum* concessum. A comitibus utraque civitas *Lemgoviensis* sua insignia, *vetus* rosam pentaphyllon cæruleam, astantibus hinc leone ist hinc gryphe, *Neapolis* item rosam, impressa interius facie fœminina oblongo peplo, accepere.

Stella. An notet Sternberg.

§. V. Quod *stellam* cum *avicula* concernit, videri posset ea notare Comitatum *Sternbergium*, quem *Henrico* ultimo Comite 1359. cujus tutor *Simon. Com. Lippiensis* fuerat ejus avunculus, extincto, contra Lippienses jure proximi sanguinis eum prætendentes, sibi *Adolphus Comes Schauenburgius* addixerat: unde utriusque domus longæ contentiones, donec circa finem seculi decimiquinti *Bernhardo Lippiæ* Comiti *Otto Comes Schauenburgius* filiam *Annam* uxorem daret, atque comitatum Sternbergensem concederet. vid. *Piderit. Chron. P. 2. p. 532. 581.* Verum cum Sternbergii comitatus insignia tantum stellam continuerint, certum est designari comitatum *Svalenburg* (quasi *Schwalbenburg*: unde ratio figuræ) satis olim amplum, sub quo *Steinheim* & *Niehem* opida. Habuit ille suos comites, de quibus vide *Henr. Hamelmann.* L. 1. *de fam. emort. p. 77.* Ultimum *Widekindum* adulterum uxoris suæ trucidavit quidam auratus eques de *Rollerbeke.* Inde *Padebornensis* Episcopus & *Lippienses* comites inter se partiti ditionem; in castro tamen *Svalenburg* Episcopus nonnisi quartam partem possidet. Confer *Heping. de Jur. inf. L. 6. P. 6. n. 890. & c. 22. n. 231.*

Not. Svalenburg.

Apex.

§. VI. Huic clypeo in *Sibmachero* insistunt *tres galeæ coronatæ*, quarum media inter *duas alas* expansas *argenteam & rubeam* (alii utramque argento tingunt) *rosam scutariam* sustinet: prima inter *duas alas rubeas aquilam surgentem auream* refert: sinistra *lilium cæruleum* inter duo vexilla *aurea* ostentat. Laciniæ circumvolant mediam, argenteæ & coccineæ, dextram aureæ & rubeæ, extremam aureæ & cyaneæ. Cum verò dextra & sinistra *Rietbergiam* ac *Essseniam* hereditatem designaverint, hæc iterum aliorsum translata, nunc sola media, quæ gentilis est, Lippienses contenti sunt.

Bückenburg.

§. VII. Quod *Philippum* attinet comitem, quandoquidem ille Schauenburgici comitatus quædam, in quibus *Buckeburg* quod inhâbitat nactus est, clypeo huic Lippiensi scutulum medium *urtica Holsato-Schauenburgica* insigne imposuit. Cum in instrumento *pacis Osnabrug.* art. 14. Landgraviis Hassiæ lineæ Cassellanæ, jus directi & utilis dominii in præfecturas Schaumburg, Bückenburg, Saxenhagen, & Statthagen conceditur, excipitur verbis disertis: *Salva tamen transactione inter Christianum Ludovicum Ducem Brunsvico-Lunaburgensem & Hassia Landgravium, Philippum q. Com. de Lippe inita, firmata etiam manente, quæ inter eandem Landgraviam & dictum Comitem inita est conventione.*

Nobilium Dominorum titul. Edle Herren.

§. VIII. Tituli sunt: *Comites & Nobiles Domini de Lippia.* Quod attinet *Dominarum nobilium* (**Edle Herren**) titulum, Piderittii sententia est, illos usos hoc nomine, quos, cum prius ex Saxonum vetustis dynastis nobilibus fuissent, comites Carolus M. fecerit, & priorem simul titulum servare passus sit. P. 2. p. 228.

Ditiones familiæ.

§. IX. Ditiones eorum quod concernit, quæ tamen non omnes exprimuntur titulo, vel etiam in ipsorum hodie non amplius sunt potestate, ita à Piderittio P. 2. p. 231. enumerantur. 1. Ipse comitatus *Lippius*, qui olim late patebat ad *flumen Lupiæ*, sed 1182. ob studium Henrici Leonis Bernardus illam regionem (dictam **Ubtrwald**) perdidit, à Colo-

Digitized by Google

nienſi & Paderbornenſi in poteſtatem redactam, excepta *Lippia* civitate ſ. *Lipſtadt*. *Lipperade* 2. *Rheda* Dominiũ, de quo c. 11. n. 8. in ſcuto Bentheimio actum. 3. *Saſſenominium*, quod Bernardus I. à Lothario ad coercendos Monaſterienſes conditinuit, filius in cauſa Leonis perdidit. conf. *H. Hamelmann.* L. 1. *de famil. emort. p.* 67. *rn* caſtrum & dynaſtia. Hæc Henricus Leo Bernardo I. contulit. Sed cum *Si*-Comes, qui in eo caſtro habitabat, 1299. bellum intuliſſet Oſnabrugenſi Epiſco-Ravenſpurgiis, captus nec dimiſſus eſt 1305. alia conditione, quam ut *Engern* di-ir, nec reſtaurari permitteretur, maneretque aliquandiu in poteſtate Raven-rum. Unde ſedes *Blembergam* translata eſt. 5. Com. *Aholz* ſ. *Haholz* ſ. *Haholti*, § 1. 6. Com. *Sternberg*, & 7. *Svalenberg*, de quibus §. 4. 8. Dimidius Comita-*pelberg* inter *Endorf* & Rudenſick ſiti, quem cum arce Aldenburg marito lo C. Lippiæ uxor attulit. confer *Hamelmann.* L. 1. *de famil. emort. p.* 73. 9. Præ-*Blomberg*, *Brake* & vicina, quæ tamen Angriæ pars ſunt. 10. Caſtrum *Vorn*-od ex parte fortibus factis comitum, partim emtione acquiſitum.

X. Aliquando etiam titulis inſertum *Falckenburg* (*Piderit. P.* 2. p. 237.) cujus n conſtans *Detmoldiæ*; In hoc condendo *Bernardus III.* plurimum operæ ſed *Simon I.* abſolvit: ut Comes *Svalenbergius* è feneſtris caſtri ſui proſpexe-uram. Additibi ex traditione veteri Pideritius, cum aliquando comes cum illam oppoſitam arcem intueretur, hanc illi dixiſſe. Ey E. L. ſchaue die alckenburg/ ich befürchte mich ſehr / der junge Falcke werde der alten lben das auge außhicken. Sed tantum ab habitatione in hoc caſtro putat ortum. Cæterum *Falckenburgum* & *Hornam* civitatem & alia, ut feudo à ſe nt, Comites Lippienſes coëgit Epiſcopus *Paderbornius Wilhelmus* 1448. *p.* 524.) Alia rati) tituli *Eberſtein* apud eundem P. 2. p. 515. ex confœderatio-a integra ſcribam. Die von Eberſtein (intelliguntur *Eberſteinii in Brunſvi-*) hatten anſprach an der Herꝛſchafft Blumberg: Die Anteceſſorn zur Lipp und Eberſtein drenget offt einer den andern mit gewalt und acht. Aber aller unfried und rechtsforderung wird auffgehaben/ da imon zur Lipp ſich vereinbaret mit Fräulein Eliſabeth/ und wieder-af Herman von Eberſtein mit Graf Simons Fräulein Schweſtern. he Gräfliche Ehe der zur Lipp und Eberſtein/ fangen die Herren eine e confœderation an/ daß einer dem andern in lieb und leid beyſprin-wie auch geſchehen iſt. Dann der bund und die vereinbarung iſt ſo en/ zwiſchen den Grafen zur Lipp und Eberſtein/ daß ſie ſich auch ei-tituls unternommen. Dann der zu Eberſtein hat ſich genannt Graf ein/ und HErꝛ zur Lippe: dagegen hat der Graf zur Lipp ſich gebrau-tuls/ daß er ſich einen Grafen zur Lipp und Herꝛn zu Eberſtein ge-

Tituli de Falckenburg.

Eberſtein.

l. In inſignia hæc Lippiaca ludit *Herm. Pideritius in Ioh. Pider. Chron.*

Cramen de inſignibus Lippienſibus.

ce inſigne ferunt *aër*, *cælumque ſolumque*,
ſtemmatis antiqui Lippiacæque domus.
rra roſis præſto eſt, properant *cæleſtia ſtellæ*
Lumina, Lippiadum condecorare genus.
ſtiferæ *volucres* glomerantur *aëre* pennis,
& faciunt varios garrulitate modos.
reſcat virtute genus, *ſplendeſcat* honore,
det *ſonitus* factis ſecula multa piis.

CAPUT LV.

Barones Lœbl.

GUMENTUM. 2. *Scutum.* 3. *Apex.*

§. I.

qui ex *Sileſia* hos Illuſtres deducant, ex *Svevia* vel *Alſatia* alii eos arceſſe-at. Ita *Gabr. Bucelinus Germ. Stemmatograph. P.* 3. *pag.* 127, *Ioannem Lœbl*, Ferdinan-

Familia.

Ferdinandi I. Imp. Conſiliarium, atque rei nummariæ præfectum ſub annum 1560. natum ait *Iacobo Lôbl* ex *Alſatia* oriundo. Sub Ferdinando I. opidum & arcem Greinberg ad Danubium acquiſivit familia.

Scutum. §. II. Scuto utuntur apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 22. quadripertito. Laterculus primus & quartus *bipertiti* ſunt, hinc *auro* iſthinc *nigro* colore tincti, inſcripto *trunco cum radicibus & ramorum abſciſſorum veſtigiis*, ſimili *ſectione* & *contrariis coloribus* affecto: ejus aliquis ramus *niger in dextrum* latus protenditur, ex *ſiniſtro ſtella aurea* adponitur. Area verò ſecunda & tertia *rubea* continet *columbam argenteam* cum *ramulo aureo* foliato. Hæc gentilis eorum teſſera fuit. Illa ex gratia Imperiali conceſſa videtur.

Apex. §. III. Galeæ duæ ſunt coronatæ, ex quarum utraque duo protenduntur cornua, ex priori nigro colore & auro ſecta, inter quæ ſtella aurea fulget, ex poſteriori rubeum & argenteum, intermedia columba ſcutaria cum ramulo. Laciniæ hinc aureæ & nigræ, iſthinc argenteæ & rubeæ pinguntur.

CAPUT LVI.

Com. de Lœvvenſtein & Wertheim.

ARGUMENTUM.

1. *Familia ex Palatinis. Comitatus Lœvvenſtein. Veteres comites ex Wirtenbergica gente. Quomodo comitatus ad Palatinos. Wirtenbergios.*
2. *Com. Wertheim. Quomodo per Stolbergiam ad Lœvvenſteinios.*
3. *Dominium Montagu.*
4. *Rhombi Bavarici ob originem Friderici Victorioſi matrimonium legitimum ſed inæquale.*
onventionem contrahere non poſſet, præſentibus *Philippo Epiſcopo Worma-* matrimo-
g. Epiſcopo Spirenſi & aliis 1462. nobilem virginem duxit *Claram à Tettingen*, nium legi-
o filii nati, quibus Philippo Electore conſentiente aſſignavit dynaſtias *Wein-* timum ſed
nſtatt, *Meckmül*, *Scharffeneck*, *Vmſtatt*, *Vzberg*. Unde injurii in Illuſtriſſimam inæquale.
iunt, qui *naturales* tantum Friderico liberos fuiſſe perhibent. Cum quibus re-
are miratus ſum *Walzium* Würtenb. Stamm und Namens-Queſſ p. 161.
futantur Heidelbergæ ipſo Epitaphio *Friderici*, qui ex filiis alter, & *Canonicus*
nſis atq; Spirenſis fuit, & *legitimus Friderici Electoris filius* diſerte nuncupatur.
origini teſtandæ, quod ex Bajoaro-Palatina gente ortum trahant, licet ma-
reimpares, rhombos hos gentilitios nemine contradicente uſurpant.

Aliud adhuc ſcutulum ſupereſt, quod inter tertiam & quartam aream inter- Dominium
ent eum duas faſcias tranſverſas coccineas defert. (vitium ſculptoris reor, cum Breuberg
b. P. 2. p. 20. pinguntur faſciæ argenteæ in ſolo coccineo. Tit. *Wertheim.*) De- ad Wert-
c parmula dominium *Breuberg* in ſylva Ottonia, quod nonnulli Wertheiſſe ajunt, conjugio *Eliſabethæ filiæ Michaelis Dn. Breubergenſis* & *Rudolphi* heimios.
ti. Ex quo tempore ſemper in Wertheimia gente manſit, atque cum hujus
ad Leonſteinios delata eſt hereditas; ita tamen ut cum *Erpachia* familia Inde Lœ-
ſit ejus poſſeſſio. Ex ea verò communione aliquoties inter familias ortæ wenſtei-
itiones. Et publica de argumento hoc extant utrinque ſcripta. nios & Er-
pachios.

Errores Sibmacheriani typi.

§. VI. Explicavimus ita ſcutum, quod ex armoriali Sibmacheri allegavimus. Sicuti verò in primo quadrante leo non pingitur uti oportebat, nempe expanſis ad prædam pedibus, qui ſitus feræ ordinarius, cum pingi deberet omnino *conſiſtens*; ita in quarto etiam errorem ſuſpicor, & loco repetiti leonis Lœwenſteinii, pingi debere in ſolo *rubeo leonem argenteum coronatum*: quod ſymbolum ex dynaſtiæ *Scharffeneccie*: quam inter eas audivimus fuiſſe, quas filiis Fridericus Elector conceſſit: quam ſolam etiam Philippus dein reliquit, cum reliquas ſibi iterum vindicaret, permutationis titulo, uti audivimus, Lœwenſteinio comitatu illis aſſignato.

Dominiũ Scharfeneck.

Galeæ.

§. VII. Scuto huic inſiſtunt tres galeæ, quarum media *Lœvvenſteinia* eſt, & repræſentat leonem coccineum coronatum fronte adverſa rupibus inſidentem: Laciniæ quæ dependent cyaneæ & aureæ dicuntur. Rationem earum non capio. Ex prima caſſide coronata exſurgit *aquila argentea coronata, expanſis alis rubris.* Hæc reſpondet *Montacutio* Dominio, & phaleras tinctas habet argento & minio. Ad lævam quæ eſt galea coronata *Wertheimium* & *Breubergam* notat. Ex ea ſurgit *aquila aurea expanſis alis, cum vexillis quatuor*, quarum *perticæ aureæ, Breubergenſes faſcias deferentibus*, binis in utrumque latus converſis. Hanc etiam circumvolitant laciniæ argenteæ & coccineæ.

Scutum modernum.

§. VIII. Ita repræſentantur inſignia, quæ primis hujus ſeculi annis in uſu fuere: Nunc paulo auctiora ſunt. Scienda verò eſt linearum in hac ſtirpe differentia. *Ludovico*, quem *Friderico Electore* natum diximus, genitus eſt *Fridericus*. Hic

Linea Lœwenſteinia.

preter alios pater *Wolfgangi* & *Ludovici* fuit. Ab illo linea orta eſt, quæ ſcuto, quod modo explicavimus, vix uſa fuerit, ſed ſuum non aliis, præter Bavaricos gentiles rhombos, ſymbolis impleverit, quam *Leonſteinio* & *Scharffeneccio*: nam & [illegible] non uſa eſt aliis, quam *Com. Lœvvenſteinii, Domini de Scharffeneck*, &c. Cæterum hæc linea jam defecit. *Ludovicus* verò, matrimonio quod audivimus *Annæ Stolbergicæ*, *Wertheimiam* hereditatem familiæ intulit: Eo nati ſunt præter alios *Chriſtophorus Ludovicus* & *Johannes Theodoricus*: à quibus iterum duæ lineæ, quam *Virnenburgicam*, & *Rupifortiam* appellant. Porrò illa diviſio inſtituta fuerat 1611. Ut *Chriſtophorus Ludovicus* cum fratre alio *Ludovico Lœvvenſteinium comitatum*, cum *Wolfgango Erneſto*, *Johannes Theodoricus* dynaſtiæ *Breubergenſis mediam partem* & *Belgicas ditiones* ſibi haberent, *Wertheimia* verò indiviſa remanerent. Duobus autem fratribus ſine prole extinctis, inter, eos quos nominavi, & horum qui nunc ſunt poſteros eandem diviſionem adhuc obtinere exiſtimo.

Nunc Virnenburgia & Rupifortia.

Diſpoſitio lineæ Virneburgicæ.

§. IX. Uti diximus duas eſſe jam lineas, ita variat inſignium diſpoſito. *Virnenburgica* lineæ ſcutum hunc in modum diſponitur, ut duæ tranſverſæ & totidem perpendiculares clypeum in novem areolas diſtinguant, ex quibus mediæ loco eſt parmula peculiaris *Bavaricorum rhomborum*, tum *Wertheimia* area, alioqui bipertita, uti vidimus, duarum vicem hic gerit, ſuperiori parte in primo arearum ordine tertium, inferiori verò in ſecundo eundem locum occupante. Sunt ergo in ſuperiori ſerie areæ *Lœvvenſteinia*, *Montacutia*, *Wertheimiæ pars ſuperior* cum aquila exoriente, in ſecunda parmulæ *mediæ* Bavaricæ adjectæ hinc *Rupifortia*, iſthinc *Wertheimiæ* inferior pars cum roſis: demum in pede ſcuti *Breubergenſis*, *Virneburgica*, *Scharffeneccia*. Illuſtrantur hoc ſcuto tituli, quibus utitur iſta linea: *Comes de Lœvvenſtein*, *Wertheim*, *Rochefort* (ſ. Rupifortii) *Virneburg & Montagu* ſeu Montis acuti (Montacutii) *ſuprem. Dom.* (Oberherr) *in Chaſſepierre Dom. in Scharffeneck, Breuberg, Herbimont* & *Neufchaſtel*, &c. Altera vero quam *Rupifortiam* (Rochefort) appellare amant, eadem utitur diſpoſitione areolarum, niſi quod loco *Virneburgicæ* (qua non utitur) *Marcanam* (quæ viciſſim penes alteram non eſt) ſubſtituit. In titulo etiam hæc non niſi *Virnenburgum* omittit: an aliquid addat, non mihi liquet. Porrò ad tituli explicationem ſpectat: dynaſtias *Chaſſepierre, Herbimont* & *Neufchaſtel* partem eſſe *Rupifortiæ* & *Montacutiæ* ſucceſſionis, & ob hoc ſub ſymbolis iſtorum comitatuum ſimul comprehendi, licet ſeorſim non exprimantur. Ex illis *Herbimont* arx ſatis valida eſt, & feudum habetur *Lucenburgicum*, reliqua ditio allodium eſt. *Neufchaſtel* ſ. *Welſch Neuenburg* (ex media parte ad Arburgios ſpectans) feudum eſt *Lu-*

Tituli.

Rupifortiæ.

Herbimont.

burgium, arce & pluribus pagis conſtans. Illud dominium matrimonio *ae Ludovici Loſſenſis Domini de Neufchaſtel & Eberhardi Marcani de Arenberg* mortuus eſt) familiæ *Marcanæ* obtigiſſe reor, ex qua demum per alias in s ad noſtram devolutum eſt. *Chaſſepierre* proprio jure tenetur. Neufchaſtel. Chaſſepierre.

X. Tres latarculos jam nominavi, qui aliqua egent explicatione. Primus *rtius*, qui in ſecunda ſerie obtinet primum locum. Ille *argenteus* conti- *li fibulam* (eine Degen-ſchnall) quo cingulum ornatur vel partes ejus con- r, ex auro. Porrò quod *Rupifortium* (Rochefort) comitatum in *Ardenna*, tim *Leodienſi* diœceſi partim *Lucenburgio* ducatu, ſitum concernit, lego iam *Ioannis Comitis de Rochefort* & *Margaretæ de Eltern* filiam nupſiſſe *Marcano Domino Arenbergæ*: his parentibus natus eſt *Ludovicus Mar-* *inus de Rochefort*, pater *Ludovici Domini de Neufchaſtel* (quo natus Ludo- minus de Herbimont poſteritatem non habuit. Alii hoc omiſſo Ludo- jam prole caruiſſe perhibent.) *Philippi* Domini de Rochefort, atque *Lu- Luiſæ*, quæ nupta *Philippo de Eppſtein Dom. de Kœnigſtein*, mater exſtitit æ paternam & maternam (atque ita in hac Rupifortiam) hereditatem tito *Botoni Comiti Stolbergenſi*: Botone natus eſt *Ludovicus*, Ludovico iam uxorem habuit Ludovicus Comes Lœwenſteinius, atque ab ea non Wertheimia bona, ſed & ab ejus avia inter alia Rupifortia aſſecu- Com. Rochefort. Ad Marcanos. Eppſteinios. Stolbergenſes. Lœwenſteinios.

I. Alter qui in prioris lineæ ſcuto pedis medium occupat *Virnenbur-* *ureus ſeptem coccineis rhombis* (Rauten) ſeu *teſſellis lingulatis* impreſſus. *hmach.* Wapenb. *P.* 2. pag. 20. Comitatus *Virnenburgius* ita deſignatus in trevirenſis & Colonienſis diœceſeos peculiari familiæ, cui inde no- it. Totius familiæ deductionem nullibi vidi, ſed fragmenta tantum. ea orta eſt *Metta* ſ. *Mechtildis Philippi* vel juxta alios *Wilhelmi* Virnen- a, quæ nupta *Cunoni Comiti Manderſcheidio*, hujus ſtirpis lineæ *Slei-* titulum novum, intulit. Et quidem hæc in Manderſcheidiis ſerva- onec ultimus lineæ Joachimus decederet: inter plures hujus filias *Eliſa-* nupta *Chriſtophoro Ludovico* C. Lœwenſteinio ſucceſſionem hujus co- ulit: ut tamen ejus cauſa hactenus diſceptandum fuerit, nec dum lis ciſa ſit. C. Virnenburgicus. Ad Manderſcheidios. Inde Lœwenſteinios.

I. In altera linea eundem locum obtinet laterculus *aureus*, inducta *fa-* *ductu ex argento & minio teſſellata.* Deſignatur eo ſymbolo *Comitatus* quod cap. 13. num. 20. in Brandeburgicis inſignibus docuimus. Cauſa e inſignibus illatæ eſt *Joſina Philippi Comitis Marcani* filia, *Ioanni Theo-* *Lœvvenſteinio* nupta: ob quam ſucceſſio lineæ hujus ex Marcanis Lu- iæ tamen Clivenſibus extinctis totum Marcæ comitatum ſibi deberi r, vel expectatur, vel jam impetrata eſt. C. Marcanus. Unde hæc teſſera.

I. Utrum hodie prioribus *galeis* aliæ additæ ſint, vel retentæ tantum nde adhuc diſcere neceſſe eſt. Galeæ.

Caput LVII.

Com. de Loſenſtein.

GUMENTUM.
go Principes Styriæ. Marchiones.
ex Perneckii. Hohenbergii. Stah-
Loſenſteinii.

1. *Loſenſtein. Olim in matricula imperii.*
2. *Schallaburg Domin.*
3. *Galeæ. Loſenſteinia. Schallaburgia.*

§. I.

orum Comitum *Loſenſteiniorum* origo ex vetuſtis *Marchionibus Sty-* ur: quos ipſos deducunt à quidam *Vinulpho* (ut eſt apud *G. Bucel. Germ. P.* 2.) ex genere *Hunonis Welphi* priſci, qui circa 408. Styriæ præfectus *ttocari* ſ. *Odoacri*, qui Auguſtulum imperio dejecerit. Hujus pronepotem *arum* ſ. *Odoacrum II.* ex Styriæ principe *Epiſcopum Laureacenſem* 624. Familiæ origo.

Principes Styriæ Marchiones. cujus frater *Rudigerus* Styriæ princeps *Diethmarum* genuit, patrem *Alberti* & *Ottocari III.* qui monaſterium *Tegernſeenſe* condidere, & *Marchiones Styriæ* creati ſunt, ille demum monachus factus eſt, hic Marchiones reliquos proſevit. In quibus ultimus *Ottocarus X. vel XI. Dux Styriæ* 1167. claruit, ſed *Leopoldum Auſtriæ Marchionem* heredem ſcripſit. Porrò *Ottocarus VI.* Styriæ primus *Comes* dictus *Ottocarum VI. Alberonem* ſ. *Albertum*, & *Bernardum* genuerat: quorum ille reliquos *Marchiones* ex ſe dedit, proavus dicti *Ottocari* primi & ultimi Styriæ *Ducis*: hic *Bernardus* per duos filios *Gundaccarum Comites* & *Dominos Perneckii*, *Othonem* autem Dominos *Hohenbergæ* ſevit: (Unde hi quoque panthera uſi, ſi fides *Lazio de migr. gent.* L. 6. p. 177. illi nigra in clypeo argenteo, hi candida in atro, quod ſuperius cap. 9. n. 38. addendum fuerit.) Iſte (*Albertus* ſ. *Albero*) cogn. *Waldgravius* occubuit 1072. pater *Gundaccari*, quo alius *Gundaccarus* natus eſt, conditor arcis *Stahrenberg* 1176. Hoc geniti ſunt *Gundaccarus* & *Diethmarus*, quorum illo *Stahrenbergii* lati, hic *Loſenſteinorum* pater fuit, qui in diverſas lineas abivere: Inprimis in *Rudolphi*, qui 1449. obiit, filiis *Georgio* & *VVilhelmo*. Ex illo deſcendit *Georgius Achatius Comes* & Dominus de Loſenſtein, mareſcallus provincialis inferioris Auſtriæ & Venationum ſupremus præfectus, Ferdinandi III. ſupremus ſtabuli magiſter & conſiliarius intimus.

Comites. Dux. Perneckii. Hohenbergii. Stahrenbergii. Loſenſteinii.

§. II. Scutum quod attinet, illud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 22. repræſentat quadripertitum. In primo & ultimo latereculo conſpicitur *panthera* (alii gryphem alis deſtitutum nominant) *ex auro*, *ignes ore & auribus evomens*, *corniculis nigris*. Aliqui primitus *dimidia* tantum fera utebantur, quam *Stharenbergii* ſervarunt, alii integra delectati ſunt. Solum Sibmacherus *atro* colore pingit, alibi *cæruleum* colorem attribui lego. Laz. de migrat. gent. L. 6. p. 177. *Pantheram* hanc *auro*, *parmam minio* tingit. Hoc ſymbolo gentili origo denotatur. Panthera enim talis *Styriæ δεῖγμα* eſt, quod vidimus c. 9. n. 35. 38. Cæterum *Loſenſtein*, unde nomen ſumſere, arcem prope Steyr Auſtriæ, *Odoacer Bohemiæ Rex* Auſtriæ Dominus 1252. huic lineæ conceſſit. (In diplomate vocatur *Loßſtein.*) Inde arcem *Loſenſtein leuten* condidere. Porro Loſenſteinii in matricula Imperii quondam legebantur. Ut videre eſt apud *Limn. jur. publ.* 1, 7. *n.* 30. & 4, 7. *n.* 67. Et illis aſſignati erant tres, & ex moderamine Wormatienſi duo equites, peditos verò 13. qui dein ad duos reducti. Sed deinceps ab Auſtriaca domo *exemti* ſunt.

Loſenſtein. Olim in matricula imperii.

§. III. Area ſecunda & tertia *rubea* eſt, & *leonem coronatum* continet *diagonali linea ſectum* (nach der ſchrems abgetheilter Löw) *ſuperiori corporis parte aurea*, *inferiori cærulea*: quod *δεῖγμα* etiam *Zelckingii* Domini, vide Wapenb. P. 1. p. 20. geſſere ob dominium de *Schallaburg*, quod titulis ſuis geſtabant. Cum verò illud dominium ad Loſenſteinios perveniſſet, hanc etiam quadram ipſi aſcivere. Fuere verò veteres Domini, qui illo ſymbolo uſi, de *Schallaburg*, quos ex *Scalanis* ſ. *Scaligeris* derivare conantur.

Schallaburg. Domin.

§. IV. Galeæ ſcuto inſiſtunt duæ, utraque coronata: ex priori inter duo cornua nigra foliolis ſ. corculis conſperſa aureis *πρόσωπον* feræ ſcutariæ ignivomæ cornutæ & coronatæ eminet: ex altera protenditur jugum complicatum alarum rubentium, foliis item aureis conſperſarum. Alteram *Loſenſteiniis* laterculis, alteram *Schallaburgiis* reſpondere inproclivi eſt agnoſcere. Laciniæ aureæ ſunt, cui metallo altero latere niger color, altero rubeus adduntur.

Galeæ. Loſenſteinia. Schallaburg.

Caput LVIII.

Domus Lotharingica.

ARGUMENTUM.

1. *Domus Lotharingica.*
2. *Scutum & ejus areolæ.*
3. *Jolandæ Andinæ majores.*
4. *Hungariæ regnum. Reges. Titulus ad Andinos.*
5. *Andinum ſymbolum. Neapolitanum regnum. Regum ſucceſſio. Jus Andinum.*
6. *Hieroſolymorum regnum. Unde jus.*
7. *Aragonia Jolandæ pretenſio ad Andinos. An Provincia notetur?*
8. *Andina ſecunda familia. An pretenſio in Provinciam?*
9. *Barrum. Comites. Duces. Succeſſio ad Andinos. Lotharingos. An Imperialis vel Francici juris? Franciæ incorporatum.*
10. *Geldria. Ejus Comites Duces. Unde pretenſio ad Lotharingos?*
11. *Juliacum*

acum Quando Geldria jungi ceperit. nde teſſera ad Lotharingos?
haringia. Duplex. Duces. Ex Alſatica nilia, C. Valdimontii C Egesheimii Dn. orengii. Linea Francica. Mercuriani. roli Ducis fata. Succeſſio.
ilarum origo. An à Godofredo Bulioneo. ltheus Alſatorum.
ex. Telamones. Lemma. Quæ ex aquilis nitas? Crux Hungarica.
ium ducale. Ejus ſignificatio.
ttaris teſſera ſ. clamor. Priny Priny.
ra Lotharingiæ inſignia. Scutum Renati dim. Renati II.
ernicula Ducum Mercurii. Guiſii. Me- nſis Capruſii. Jouſani. Engolisſmenſis ra. Iouſana Iouſana familia.
ernicula Ducis Aumalii. Ellebovii C. ſii. Com. Montlorii. Symbolum Orna- m. C. Harcurii.
lus. Lotharingia quomodo ſub imperio? Calabria. Pontamouſſon March. Nome- nium. An tantum ratione hujus Duci locus in comitiis? Provincia. Ejus Domini Ius Lotharingorum. Valdimontium. Blamont ſ. Albimontium Zutphania Com. Sarvverda Com. Salmenſis Com.
21. *Tituli Guiſiorum. Alenſonium. Guiſa Hujus Domini & ſucceſſio. Ionvilla. Eius Domini. Succeſſio ad Lotharingos. Aleſia. Pontivi Com. Eius Domini.*
22. *Ellebovie linea tituli. Ellebovium. Harcuri- um Rinſium. Rupisfortis Com. Buſancium.*
23. *Tituli linea Harcuria. Carnii C. Brion. C.*
24. *Pretenſiones in regnum Hieroſolymitanum. Pretenſio Pontificis. Fundamenta. Preten- ſio regum Francia & Hiſpania, ex jure regni Siculi. Fundamenta. Pretenſio domus Lo- tharingica. Pretenſio domus Sabaudica. Cruces Hieroſolymitanæ uſitatæ Montisfer- ratenſibus & Urbinatibus & Badenſi March.*

§. I.

niſſimæ *Lotharingicæ* domus, cum Auguſtis & regiis familiis multiplici affinita- onjunctæ, inſignia, explicare ordo jubet. Quæ *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 6. Domus Lotharingica.
t.

II. Scutum ter in longum & ſemel tranſverſe ſecatur: Prima areola *trabes ſ. argenteas* & *rubeas Hungaricas* exhibet: altera *cærulea liliis Francicis* ſpargitur, *lambella trifida* (al. quadrifida) *coccinea*, qua *Andina prior* regia familia notatur, cauſa, quod tenuit, regnum *Neapolitanum*: tertia *argentea Hieroſolymitanas cru- cem* nimirum majorem patibulatam & minores quatuor, exhibet: quarta *au- tuor palis rubeis Aragonicis* exaratur. Quinta quæ inferioris ordinis prima eſt, *floribus lilii aureis conſeritur*, & *limbo* circumdatur *rubeo*, deſignandæ *Andinæ poſteriori*. Sexta *cærula* continet *leonem in lævam converſum aureum, cauda du- ſili, corona, falculis & lingua aureis*, & ſeptima *aurea leonem nigrum falculis & lin- eis.* (Alii dentes & falculas argento tingunt, ſola lingua ſanguinea.) De quorum Scutum & ejus areolæ.
ı ſignificatione deinceps dicetur. Extrema *cærulea crucibus brachiatis & piculatis aureis conſita duos mullos barbatos obverſos ejusdem metalli dentibus argenteis* exhibet, *Barrenſe* ſymbolum. Toti incumbit parmula *aurea* cum *rubeo tribus alerionibus* ſeu *aquilulis* roſtro & cruribus miniatis, (alii *columbas, das* vocant) *argenteis* impreſſo, *Lotharingicum ἔνιγμα*.

III. Scuti majoris quod concernit areolas, excepta ſexta & ſeptima, omnes Jolandæ Andinæ majoris.
im fert familia *Iolandæ Andinæ Friderici Lotharingici C. Valdimontii uxori.* Cu- ores hic enumerate operæ pretium fuerit, ut exinde ratio dicendorum ex par- tet.

- Renatus Andinus Rex Neapol. ſ. Siciliæ. †1480.
  - Ludovicus II. Andinus R. Siciliæ †1417.
    - Ludovicus I. Dux Andinus: ex adoptione Joannæ I. Rex Siciliæ ſ. Neapolitanus †1385.
    - Maria f. Caroli Bleſenſis D. Britanniæ. †1404.
  - Jolanda Aragonia. 1442.
    - Joannes Rex Aragoniæ. †1395.
    - Jolanda f. Roberti Ducis Barrenſis. †1449.
- Iſabella Duciſſa Lotharingiæ. †1453.
  - Carolus Dux Lotharingiæ. †1430.
    - Joannes Dux Lotharingiæ. †. 1382.
    - Sophia f. Eberhardi Com. Wittenbergiæ. †
  - Margareta Palatina. †
    - Rupertus Com. Palatinus Rheni, Imperator. †1414.
    - Eliſabetha f. Friderici Burggravii Norimbergici. †1409.

Hungariæ regnum.

§. IV. Primus laterculus *Hungariam* notat, ampliſſimum antequam à Turcis diſcerperetur regnum, utpote quod ab Hadriatico mari ad montes Carpatios, Polonorum & Ruſſorum terminum, inde à Germaniæ confiniis ad Walachiam, Bulgariam & Macedoniam protendebatur. Habuit hoc regnum ab *Attila* famigeratiſſimo *Dei flagello* reges ſuos *Hunnicæ* proſapiæ, donec hæc in Andrea III. vel Veneto 1301. deficeret. Cæterum Stephani V. regis filia *Maria* 1277. nupſerat *Carolo II. Andino R. Neapolitano*, & ex eo genuerat *Carolum Martellum*, qui avunculo *Ladislao* mortuo heres regni declaratus, & coronatus eſt à Papa 1290. cum verò ei Hungari præfatum *Andream Venetum* oppoſuiſſent, non niſi hoc 1301. mortuo & ne ſic quidem plene eo potitus, ſed brevi etiam extinctus eſt. Succeſſit filius *Carolus Robertus* ſ. *Carobertus*: huic quoque oppoſiti à factione *Wenceslaus* Rex Bohemiæ & *Otto* D. Bavariæ: tandem à Legato Pontificis eo perſvaſi Hungari, ut poſt vicennale civile bellum eum reciperent: unde à legato coronatus eſt 1310. Filium hic habuit *Ludovicum Magnum*, qui *Poloniæ* etiam Rex, moriens 1382. reliquit *Mariam* & *Hedvigem* filias: ab hac *Iagello Lithvannus* vel Chriſtiana religione imbutus *Vladislaus* Poloniæ regnum, ab illa Ungariam *Sigismundus*, qui dein Imperator, non tamen ſine difficultate obtinuit; ex Sigismundo nata *Eliſabetha Alberti Auſtrii* uxor, qui ob eam Rex, & poſt eum, in contentione tamen cum *Vladislao Polono*, ejus poſthumus *Ladislaus*. Inde *Matthias Hunniades* electus eſt: deinceps *Vladislaus Poloniæ Ladislai* ex ſorore nepos, poſt hunc filius *Ludovicus*, & demum ejus ſororius *Ferdinandus Auſtriacus*: poſt quem non niſi ex eadem familia ſumti reges. Cæterum poſt Ludovici mortem adverſus *Mariam* filiam ab aliquibus Hungariæ proceribus vocatus & Rex coronatus erat *Carolus Dyrrhachius* cogn. *parvus*, *Rex Neapolitanus*, ex *Andinis*, 1385. verum paulo poſt interfectus. Ex eo filius quoque *Ladislaus* non modo titulum *Hungariæ* ſervavit, ſed & 1403. adverſus *Sigismundum* à procerum aliquibus rex coronatus eſt: Verum Sigismundus prævaluit, eumque regno denuo ejecit. Manſit tamen ut fieri ſolet *titulus*, atque ita ad ſororem *Joannam II.* translatus eſt, quæ moriens 1435 *Renatum* agnatum, Jolandæ patrem, heredem ſcripſit. Ita *memoria* potius quam *jus* regni Hungarici (utpote electione conferri ſoliti) ad *Renatum* & ab hujus filia ad Lotharingos venit, atque nunc quoque ſervatur.

Reges.

Titulus ad Andinos.

Andinum ſymbolum

§. V. Proxima areola *liliis conſita* & *lambella diſtincta* (quam **Wapenb.** perperam omittit) abſque dubio *Andinam familiam priorem* initio notavit: Quæ initium ſumſit à *Carolo* Ludovici VIII. & IX. regum filio & fratre. Cum verò hæc familia, quod mox dicam, Neapolitanum regnum obtinuerit, inde factum videtur, ut ipſi *regno Neapolitano* hoc hæſerit *δᾶγμα*. Niſi quod *Brianvill. jeu. d'arm. pag.* 61. lambellam ſcuti Neapolitani quinque partium conſtituit. (Sed *Chifflet. Inſ. Eq. A.V.* n. 72. *trifidam* eſſe patitur.) In ſcuto tamen Hiſpanico, uti in titulo *Neapolitani regni* non fit mentio, ſed illud ſub *utraque Sicilia* intelligitur, ita nec hujus ſymboli eſt veſtigium, ut pariter in eo *δᾶγμα*, quod *Siculum* eſſe perhibetur, *Neapolitanum* ſimul ſit: conf. c. 38. n. 16. 17.

Neapolitanum regnum.

Porrò præfatus ille *Carolus Andinus*, cum *Manfredus* Siciliæ regnum à Pontifice tenere nollet, contra eum 1263. ab *Urbano IV. Papa* Rex declaratus, & à ſucceſſore *Clemente VI.* 1266. coronatus eſt, ea lege, ut annuum tributum ſolveret. Jede *Manfredum* prælio vicit & cæcidit, & *Conradinum* captum extremo affecit ſupplicio. *Siciliam* tamen inſulam denuo amiſit, de qua ſucceſſoribus ejus, qui continentem ſ. *Neapolitanum regnum* retinuerunt, cum Aragoniis poſſeſſoribus continuæ contentiones & varia pacta. Cæterum maſcula progenies Caroli in una linea defecit in *Joanna I.* abnepte. Hanc cum *Urbanus VI. Pontifex* 1380. excommunicaſſet, ejusque regnum *Carolo Dyrrhachio* agnato conceſſiſſet, ea *Ludovicum Andinum*, ſecundæ Andinæ familiæ autorem, Joannis R. Franciæ fratrem, adoptavit eodem anno: Sed 1382. in adverſarii manus incidit, & qua morte primum maritum ſuſtuliſſe dicebatur, ejus juſſu ſtrangulata eſt. *Ludovicum* autem 1382. Papa Avenione coronavit, ſed adverſus *Carolum*, quod regnum occupaverat, fruſtra fuit. Patri dein ſucceſſit *Ludovicus II.* à Pontifice coronatus Avenione 1387. Hic Neapolin cepit, cum verò receſſiſſet, *Ladislaus* & urbem & regnum recuperavit. Hujus filium *Ludovicum III. Joanna II.* Ladislai ſoror adoptavit conſenſu Pontificis *Martini V.* Demum hic & Joanna II. teſtamento reliquerunt heredem *Renatum*, illius fratrem: qui tamen ab *Alfonſo Aragonio* expulſus non niſi jus retinuit. Moriens 1480. in regno heredem ſcripſit fratris filium *Carolum IV.* qui tamen non niſi

Regnum ſucceſſio.

Jus Andinum.

titulo Rex fuit, & 1481. heredem *Ludovicum XI.* regem nuncupavit. *Iolanda* Renati regis filia *regina Siciliæ* nomen sumsit, à qua ad posteros illa areola pro-
Unde *Bzov. T. XIX. ad ann.* 1527. n. 5. refert: Expeditioni Pontificis in regnum itanum interfuisse Com. Valdimontium Lotharingum: *Qui ob antiqua Rena-uræ jus regni successionem ad se spectare ajebat, & quem Pontifex Vicarii sui ho-averat.* Ob hoc etiam apud *Limn. Iur. publ. T. V. ad 3, 6. p.* 186. ex *Sixto Som-*egatum legitur de sessione *Lotharingi* Ducis in comitiis: **So ein Hertzog von igen ineigener Person entgegen/ soll er in mitten der Session hinder dem hoffen von Trier gesetzt werden/ als ein König von Sicilien.**

VI. Contiguus isti laterculus est *Hierosolymitanus*: de quo illud observandum, *rolo Andino* primo stirpis autori 1276. *Maria Antiochiæ Princeps Rupini* vel *Ray-Melisendæ* Amalrico R. *Hierosolymitano* natæ filia, vidua Friderici, qui Fride-peratoris filius, princeps Antiochiæ & Tusciæ fuerat, jus quod in Hierosoli-n regnum haberet, cesserat, ob quod se *regem* coronari curavit, & *Rogerium inum* in Syriam gubernatorem misit. Ex eo titulus & prætensio ad poste-transmissa, atque cum Neapolitanis ad Renatum devenere, inde ad Lotha-Sed de hac vide infra n. 24.

Hierosolymorum regnum.

Unde jus.

VII. Extrema superioris ordinis quadra *Aragoniæ* regnum designat. Nam *ragonia* Joannis Regis filia erat. Defuncto autem Jo nne frater *Martinus* o testamento & statuum declaratione regnum nactus, atque adversus *Mat-oxium,* qui *Iolandæ* majorem natu sororem *Joannam* uxorem habebat, ar-is est. Martino autem 1410. extincto, plures competitores erant, & consti-irimendam controversiam judices reliqui, in quibus *Ludovicus II. Andinus* jus *Iolanda*, exclusis, regnum *Ferdinando Castellano* Eleonoræ (quæ Martini Joannis R. Castellæ filio adjudicarunt. Unde illa etiam quadra *memoriam* nis solam servari existimo: Ex eo enim nemine turbante Ferdinandi poste-s ad hunc diem *Austriaci* regnum tenuerunt atque adhuc tenent. Renatus tharingus Iolandæ filius titulum non tantum *Neapolitani* & *Hierosolymitani* *gonii* regis sumsit. Porro quam nos hic tesseram Aragoniam diximus, miror *vincialem* dicat *Chifflet*, cum *Antonii* Ducis laterculos superiores ita enume-us Hungaricus: secundus Neapolitanus: tertius Jerosolymitanus: quartus *lis.* Quamvis in Provinciam jus sibi aliquod vindicant Lotharingi, à Re-n Andino, non ab Aragoniis immediate, qui olim eam tenuerant, illudderi-Tum insigne *Provinciæ* est, non uti olim sub illa gente, palis Aragoniis exa-*lilio aureo* & *fascíola trifida rubea* (Andinorum causa) impressa *cærulea*

Aragonia

Jolandæ prætensio ad Andinos,

An Provincia notetur?

III. Inferioris ordinis prima aream *Andinam* secundam familiam à *Ludovico* gis filio & Caroli V. fratre ceptam designat, cujus successio ad Lotharingos *lam* delata est. Ex Thuano etiam patet, superiori seculo Lotharingorum po-ula Francica crescente, querelas ab his motas esse, *Andegavensium* sibi *prin-Provinciæ comitatum* injuste ereptum l. 23. p. 1037. Unde Cardinalis Lotha-mam profectus etiam *Andini* nomen assumserat, paulatim se in regiam fami re cogitans. Sed addit *Thuan.* l. 24. p. 1095. *Momorantius, quo consilia ambitio-nderent, subodoratus regi autor fuit, ut Lotharingos moneret, Andegavensibus contenti essent, nomine abstinerent: tunc & à Guisianis schedula reddita, quam, cum Delfinus esset, blanditiis & pravis artibus extorserant, qua princeps fa-ituendo Provinciæ principatu, cum primum ad regnum venisset, fidem inter-*

Andina secunda familia.

An prætensio in Provinciam?

Cæterum *Andegavensium* principatum Renato mortuo Rex tanquam m ad se revocavit: Carolo ejus nepoti verò, pro jure quod in eum prætenmitatum *Bellofortium* dedit. *Provinciam* verò ab eodem Carolo Rex he-s obtinuit.

Ultimus laterculus *Barrensem* ducatum notat. Primum *Barrensem* comi-x Ardennatibus *Fridericum* comitem 951. qui dein 959. *superioris Lotharin-*nit: hujus proneptis *Sophia Ludovico Comiti Montispelicardi* & *Moncionis* avitum attulit, à quo filius eum habuit *Theodoricus*, & (cujus fratres Theo-*Montispelicardi*, Ludovicus *Moncionis*, Fridericus *Pfiretensis* & horum os *Reinaldus*, qui distinctionis gratia *cruciculis scutum* consevit, & *truttas* in *mullos*

Barrum. Comites. Duces.

eſt, quod apud *Ren. Franç. eſſ. de merveill. c.* 42. *p.* 371. ſine his areolis clypeus pin-
, nempe non prius illis ornatus, quam Carolus mortuus eſſet.

§. XI. Leo qui ſequitur, aliquorum ſententia *Flandriam* notat. Ita *Varenn. Sam-*
han. & alii. Recte autem contradicit huic ſententiæ *Labourer. orig. num.* 41. quia in
lriam nullum unquam jus Lotharingis. Prior ratio, quæ etiam à *Gelioto* adducitur,
Leo in hac areola coronatus ſit, Flandricus corona careat, non militabit: nam *Ju-* Juliacum.
ſis etiam leo corona deſtituitur (**Wapenb.** 2. p. 4.) & ſine ea hic quoque pingi de-
æterum huic leoni locum iſtum tribui ex eo opinor, quia à *Carolo Renati* ſororio Quando
ioribus ita geri ſolebat: ex quo *Guilelmus* Dux Juliacenſis avunculo Geldrico ſuc- Geldriæ
, atque ita Geldriæ Juliacum junxit, quo tempore etiam leonem Geldricum, ut jungi ce-
Germanorum alterum contueretur, *converſum* eſſe arbitror, cui prius ſitus ordi- perit.
in more quod fuerit, non eſt ut dubitem. Quamvis verò Guilelmo & fratri ejus
ldo in Juliaco non ſucceſſerit *Maria* neptis, ſed agnatus Adolphus Bergenſis Dux,
ıcceſſione Geldriæ tamen conjuncti manſere leones: quod magnatibus ſolenne Unde teſ-
ſemel juncta ornamenta ægre divellant, etiam cum prætenſionem omiſere. Ita fera ad Lo-
ingi etiam ſervarunt, licet nullum quod ſciam in Juliacum jus prætenderint. tharingos? Lotharin-
XII. Sequitur parmula media totii impoſita *Lotharingica*, quæ Geldrico & Julia- gia.
ymbolis nondum inſertis aliquando locum obtinebat medium inter Andina
enſia διγμαΤα. Hac *Lotharingia* notatur, Burgundia comitatu, Alſatia, Auſtraſia,
burgo, Barrenſi Ducatu & Campania concluſa. Veteris *Regni*, initio *Auſtraſiani*,
Lothario dicti *Lotharingici* ἀπεπ-μα. De Ducibus Lotharingiæ tractatio fere Duplex.
or eſt quam de aliis, ea in primis cauſa, quia *duplex Lotharingia* fuit: quarum alte-
rior Brabantiam & confinia complectebatur, (unde nunc quoq; nomen *Lotha-*
de Lothier, in Hiſpanicis titulis ob Brabantiam legitur, vid. c. 38. n. 59.) altera *Mo-*
a dicta inprimis quam nunc ita vocamus regionem continebat. Unde quæ de
incipibus dicuntur, in quibus *Godofredi* aliquot celebres, pluries ad ſuperiorem
rahuntur à plurimis ſcriptoribus: ut ſæpe difficile ſit diſcernere, qui cui Lotharin-
ɔerarint. Neq; nobis hic vacat rem pluribus excutere. Superiori inter alios præ- Duces.
go ex Ardennatibus *Fridericum C. Barrenſem* 959. ejusq; filium *Theodoricum* 984.
tem *Fridericum II.* alios. Inde *Ducale* axioma ad *Albertum* pervenit, qui 1047.
ſucceſſore *Gerhardo*, qui 1070. vita exceſſit. Hi ex comitum *Alſatiæ* familia pro- Ex Alſatica familia.
q; *Gerhardi* comitis filii erant: cujus frater *Albertus* Metenſes comites profevit.
jusdem cum *Dagsburgicis*, *Habſpurgicis*, & qui ex his ſati *Auſtriacis* & *Badenſibus*,
ıc quoq; florent, familiis fuere originis. Nec video quid illi deductioni, qoſtquã
rio ei facta fides, ſolide opponi valeat. Gerhardo natus eſt *Theodoricus* & alius
lus, à quorum hoc deſcendunt *Comites Validi montis* ſ. Valdimontii. Ex quibus C. Valdi-
W. ſoror *Margareta* comitatum marito attulit *Anſelmo Dom. de Joinville*, cujus montii.
ɛm *Margareta* hereditatem retulit in familiam avitam nupta *Friderico Lotha-*
heodoricus verò ille eſt, à quo pleriq; hujus gentis Duces orditi ſolent. Sed aliã
ıem tribuunt. Hic pater fuit *Simonis Craſſi*, *Theodorici* & *Gerhardi*: ab hoc *Eges-* C. Egesheimii.
ɔmites, quorum hereditas deinceps ad *Hohenbergios* & ex eo ad *Habſpurgios* de-
: iſte à matre *Flandriæ* comes fuit, & præter *Philippum* & *Matthæum* poſt pa-
nites *Margaretam* genuit, cui maritus *Balduinus* animoſus *Hannoniæ* comes de-
ɛeſſionem: ille verò (*Simon*) Dux Lotharingiæ ex *Roberto* filio Dominos de
, quorum hereditas ad *Lenoncurios*, inde *Marlæos*, demum *Marcanos* delapſa Dn. Flo-
najori autem filio *Matthæo*, Duces Lotharingiæ propagavit: hoc enim & rengii.
vevica Friderici Barbaroſſæ Imperatoris ſorore natus *Simon Dux*, & *Fridericus*
itſchii, pater *Friderici*, qui poſt patruum Ducatum tenuit, *Theobaldi* &
II. Ducum pater. Hoc genitus *Fridericus*, & Friderico *Theobaldus II.* cui ab
reditas dominiorum de *Rumigny* & de *Fleurines*. Is pater *Friderici*, avus *Ru-*
ɔoavus *Joannis* & abavus fuit *Caroli Audacis* Ducum. Carolo ſuperfuere non
inque iis *Iſabella Renato Andino*, de quo jam aliquoties diximus, nupta.
am *Ducatum* ſibi aſſeruit: repugnante uxoris patrueli *Antonio Lotha-*
riderici, cui *Valdimontia* ſucceſſio ab uxore, filio. Hic *Antonius* Lo-
m *maſculinam* perhibens fœminam ſuccedere noluit, licet *Sigismundus*
1434, Baſileæ pro Renato pronunciaſſet: ipſe verò favore ſubnixus Linea
urgundiæ Ducis 1431. *Renatum* ſuperatum cepit, nec dimiſit, niſi pactis Francica.

nuptiis *Iolandæ* Renati filiæ & *Friderici*, qui Antonii filius erat. Porrò eidem Antonio ab uxore *Maria Harcurtia* hereditas allata est *Aumalia*, *Meduana*, *Ellebovii*. Ad filium *Federicum*, quod modo dixi, ab uxore rediit *Lotharingia*, nec non *Andina*, de qua tractavimus, successio. Natus est his parentibus *Renatus*, qui *regium* à matre titulum assumsit, pater *Antonii* atque *Claudii*. Hic fator est *Lotharingiorum*, qui in *Gallia* fortunas suas sedem posuere: de quibus §. 18. Ille Dux cum Ferdinando R. Rom. 1542. ut ducatus liber esset, pactus est (de quo consulatur Celeb. *Conring. de finib. Imp. Germ. c. 27.*) *Francisci* & *Nicolai* pater: ab hoc *Mercuriani*, *Chalignii*, & *Moviaci*: ille pater *Caroli* Ducis fuit: quo geniti *Henricus Dux* & *Franciscus Com. Validimontis*. Henricus sine masculis existens, ex *Nicolaa* filia *Carolum* fratris filium generum ascivit. Hic initio uxoris nomine ducatum tenere visus, dein proprio eum servare voluit, cum pater ejus *Francisco Henrico* mortuo successionem ducalem ex quadam *Renati* sanctione familiari, quam priusignoraverit, arrogaret, & mox filio transscriberet. Inde gravissimi motus; *Nicolaa* à marito desertæ patrocinium suscepit *Francia*: unde *Carolus* non simplici vice Lotharingia ejectus, apud Hispanos perfugium habuit. Post plures tractatus, quos enumerare longum esset, pace *Pyrenæa* certis conditionibus in ducatum Lotharingiæ, [illegible] jus 1657. Nicolaa moriens regi *Franciæ* cesserat, restitutus est 1662. novo tractatu [illegible] Regi cessit, cui contradixit ex fratre nepos. Demum suo ducatu ejectus in Germaniam se recepit, & isto bello fœderatis adversus Gallos sociatus hos ad mortem [illegible] infestavit. Ei supersit ex *Beatrice Cusancia* durante primo matrimonio susceptus [illegible] *lus Henricus princeps Valdimontii*. Successionem autem ex fratre *Francisco N[illegible]* (qui pridem *Cardinalis*) nepos *Carolus*, sibi vindicat, & armis vel pactis re[illegible] expectat.

Mercuriani.

Caroli Ducis fata.

Successio.

Aquilarum origo.

§. XIII. Hæc, cujus moderatores modo recensuimus, *Lotharingia* symbolo [illegible] fato insignitur. De ejus ortu illa communis traditio est, *Godofredum Bullioneum*, [illegible] bertimæ in Palæstinam expeditionis Ducem captis Hierosolymis, cum in turrim [illegible] vidicam sagittam jacularetur, tres alites transfixille: qui ob hoc illati sint scuto, [illegible] symbolo (apud Vulson.) *Casus ne Deus ne*. Cæterum de hac ratione vel origine [illegible] quidem opinione, recte judicat *Laboureur l'orig. n. 64. Lamienne* (sc. opinion [illegible] *que c'est une pure fable, fondee sur la figure de ces armoiries, qui est un argument [illegible] foible, pour nous persvader, que les Ducs de Lorraine successeurs de Godefroy ayent [illegible] en arriere plusieurs actions heroiques de cet homme incomparable, pour conserver la [illegible] moire d'une galanterie, où la vertu a moins de part que la fortune; ny qu'ils ayent me[illegible] le jugement de la plus florissante & chevalereuse noblesse de la Chrestienté, qui d'un[illegible] sentement unanime decerna au prince Godefroy les celebres armes de Hierusalem, [illegible] s'attacher à cellescy, qui ne represente rien, qui ne convienne aussi bien à un chetif gib[illegible] comme à Godefroy de Buillon. Sententia mea est, meram hanc esse fabellam, nixam [illegible] insignium, quod argumentum nimis quam debile est, ut nobis persvadeatur, Duces L[illegible] ringiæ Godofredi successores plurimis actis heroicis Viri incomparabilis omissis stu[illegible] conservationi facti alicujus lepidi, in quo fortuna quam virtuti potior locus; vel [illegible] natos esse judicium floridissima & equestrium decorum studiosissima nobilitatis ex[illegible] Christiano orbe, quæ communi consensu Godofredo decreverat arma celeberrima Hi[illegible] lymitana, ut hi illis inhærerent, qua nihil repræsentant, quod non æque misello aucupi [illegible] Godofredo Bullioneo convenire posset.* Addi potest *Godofredum Bullioneum* non *Me[illegible] nicæ Lotharingiæ*, de qua hic sermo, imperasse, utpote quam eo tempore *Theode[illegible]* ex Alsatis regebat, sed *inferiori*; quomodo ergo istius insignia ad hujus posteros [illegible] forent? Cur non malimus dicere, Alsaticæ genti baltheum illum placuisse ab anti[illegible]

An à Godefredo Bullioneo.

Baltheus Alsatorum.

Ita enim baltheum rubeum in aurea parma *Badenses* quoque gerunt, ex Alsatis [illegible] ac Lotharingi profati. Ita ipse *Landgraviatus Alsatiæ* baltheo aureo (præter alia [illegible] namenta) in clypeo rubeo notatur. Sic *Lazius* baltheum ab antiquis *Austrasiæ* [illegible] vat, sed ut parmula argento & cocco fulgeat. Ast tinctura diversitatem, etiam cu[illegible] dem origo est, frequentissime observare licet. *Alites* quod attinet, allegat *Joh.* [illegible] *Chifflet. Comm. Lothar.* ex *Guilh. Britone*, quod illis instructus *Theobaldus Dux Lo[illegible] ringiæ* in *Bovinensi* prælio pro Ottone IV. Cæsare strenue dimicarit:

Excitat ex alia Lotharingos parte bilingues
Dux suus, aurivolis replicantes agmina signis.

A[illegible]

Signa Theobaldi Ducis aurivola vocat à pictis aquilulis, quæ vento agitatæ, exlis per auras videbantur volitare. Examinat hoc *Blondell. Barr. Camp. Franç.* 95.

XIV. Scuto hunc in modum disposito imponitur cassis *diademate tortili* ex *cocco* tecta, & coronata, cui insistit *aquila expansa argentea auro coronata. Duci* idi dati *aquilam exorientem.* (vitio sculptoris, an distinctionis gratia?) Prius *Re-* Dux pro apice *Barrensem* gestabat *draconem*, uti comites Lucenburgii & l & veteribus in usu signum *draconis* fuisse passim legitur: quod de Ottone IV. nensi prælio allegat *Chifflet.* Aper.

Erigit in carro palum, paloque draconem
implicat, ut possit procul hinc atque inde videri.

dependentes utroque metallo & *cocco* tinguntur. Telamones verò assistunt *e aquilæ* situ naturali, coronatæ, quibus ex collo dependet *rosarium*, cum duatriarchali vel Hungarica cruce, quæ vulgo *Lotharingica* appellatur: cum e, quod alicubi addi vidi; *Devot ly fuis.* Ex his aquilis insigne decus Ducum *hifflet.* l. all. *Lotharingiæ Duces jure optimo se ferunt* Imperii principes majores, *nsigne gentilitium tot aquilis veluti signis præfulget, in scuti baltheo, in galea comonibus. Quocirca* Petrus de Blarrorivo *Parisiensis* Renatum II. Lotharingiæ Ducem *vocat Aquilæ* pullum; *additque ad sui carminis marginem, Principes, mperio degunt aut de feudo imperii tenent*, pulli aquilæ *dicuntur*, id est, Imperii, *nsigni aquila picta est.* Sed examinat hanc prærogativam, si qua inde colliga- *londell. Barr. Camp. Franc.* p. 95. Idem *Chifflet* ita de *Hungarica cruce: Crux Hungarica: Prisci enim Pannoniæ reges, à quibus Andegavi se ortos prædicabant, n præferrent parmam octonis ex argento & minio taniis transversis exaratam, hantur argenteo, bifida cruce coccinea impresso. At rubrum geminatæ crucis conatus I. Dux Andegaviæ immutavit: ejus enim scutum (quod prostat in sacello auritii Andegavensis, cum aliis Procerum ordinis Lunæ crescentis, ab eo institutis) parte sustentatum cernitur aureo arboris trunco, qui virentibus surculis revidextra autem aureo corvo, ejusdem metalli corona collum redimito, cum duplicatera; quæ à globulorum sertulo in corvi pectus propendet. Renati I. filius Johan- Calabria, eodem usus est crucis colore nigro. Observavit enim Johannes de Hay- s Hannonius, in pugna montis Hericii, cui præsens aderat, anno* M CD XLV. *Ducis ataphractos equites gestasse Bandas, seu tænias albas, nigris crucibus geminatis . Lotharingici porro sanguinis Duces, Jolandâ Andegavâ, Renati I. filia, Ioannis geniti, servatâ Hungarica crucis forma, atrum colorem in aureum commutanturque etiamnum tesserâ illâ, quam vocant Lotharingiæ crucem.* Telamones, Lemma. Quæ ex aquilis dignitas? Crux Hungarica.

V. Tegere solent clypeum *pallio ducali*, quod recentioris inventionis est: in ta visuntur areolæ scuti, vel uti *Sammarth.* aquilulæ & barbiones: interius m conspicitur *pelle muris pontici*, non verò uti *Sibmach.* trifoliis, in quam speulas nigras transformavit. De hoc pallio ita philosophatur *Chifflet.* l. c. *Vesti- chlamyde*, Lotharicis aquilulis Barrensibusque mullis *exterius picta, & intus nulla supereminente umbella. Cum enim Augustale tentorium duabus constet ulmine nempe* s. τῷ ὑπερῴῳ *& prætensis sipariis, quæ pallium componunt, duces is excelsi & prærogativis aucti, non nisi eorum alterutro scuta sua adornant. Archiduces Austriæ solo pileo coccineo, acuminibus ex pontico vellere cochleao utuntur*: Britanniæ *olim duces galero item solo, maculosis pellibus intus r æqualiter reducto*: Lotharingiæ & Sabaudiæ Duces, *pallio tantum, nulla umbella s. petaso*; *scilicet ut palam fiat, principes illos à majori altera & exstate jura suppremæ accepisse, atque adeo papilionis dignitate partiali duntaxat sse; qui integer & ad instar sacrarii, tholo velisque constans, ad solos attinet s & reges, qui nullam in terris aliam suspiciunt potestatem.* Pallium ducale. Ejus significatio.

VI. *Militarem clamorem* Ducibus assignant *Priny Priny.* Ita *Chifflet.* loc. *ineium castri nomen ad Mosellam, Metas inter & Pontem Moncionis, in ore turre suspensum erat as campanum, vulgo dictum* Mandeguerte, *hoc est, llium; quia imminentis belli publicam nunciabat trepidationem, atque nobilim ad tuitionem patriæ velut edicto principis convocabat; unde prisci Lotha- es usurparunt ipsius castri nomen pro congredientis aciei vociferatione.* Militaris tessera s. clamor.

Allegat etiam *Jacobum Bretexium* de torneamento ſ. equeſtri ludo habito *Chauvenciati*
Pinny Pri- 1285. qui feciales, qui præſentes erant, ſic inclamantes induxit: *Ils eſcrient Prinny, Prinny,*
ny. *l'enſeigne au riche Duc Ferry, Marchis entre les trois Royaumes.* Aſt hoc quoque inadverſario ſuo examinat ſæpe memoratus *Blondell.* p. 96.

Veteres Lotharingiæ inſignia §. XVII. Quæ *vetera Lotharingiæ arma* enumerantur apud *Geliot. Indic. arm.* p. 50. 51. jam videamus. Primum ex *Archidiac. Virdunenſi* allegatur ſcutum *argenteum cruce rubea* inſigne, cui *ſceptra aurea octo nodata & liliata ex annulo* prodeuntia imponuntur. Inde ex *Coquillet hiſtoria Nivernenſi* adfertur clypeus *rubeus* cum *faſcia argentea*, Auſtriacorum modernorum ſymbolo. Tum ex *Ferono* refertur parma *argentea*, impreſſa *cervo gradiente rubeo cornibus aureis*, quod alii etiam δῆγμα *Lotharingiæ* vetus exiſtimant. Verum donec certioribus illa probentur documentis, vix fidem adhibuero. Ex *Favinio* mentio fit alius clypei *ternis caruleis & aureis baltheis* exarati, ut cum *Burgundico* conveniat, limbo excepto. Reliqua certiora ſunt, nimirum *Renati Andini Lotharingiæ* Ducis ſcutum ſex areolis repræſentaſſe *Vngariam, Hieroſolyma,*
Scutum Renati Andini. *Neapolim, Andes, Barrum & Lotharingiam.* Alias *Lotharingiam* omiſiſſe, & toti *Aragonium* impoſuiſſe ſcutulum, teſte *Favino* refertur. *Paradinus Aragonium* laterculum primo ordini inſerit, & *Lotharingiam* toti imponit. Renati II. *ſcutum* Chifflet. l. c. ita
Renati II. *deſcribit: Primus quadrans & ultimus mero* Lotharingico *ſymbolo eſt conſpicuus, ſecundus & tertius tranſverſe eſt diſſectus: pars ſuperior ab ſummo trifariam diſpertita prior laterculus eſt* Hungaricus, *alter* Siculus, *tertius* Jeroſolymitanus: *pars inferior* Andegaviæ & Barri *teſſeris in longum eſt diviſa: medium quadrantis occupat* Provincialis *parmula. Appoſite ad mentem noſtram* Guido Coquilleus in hiſtoria Nivernenſi. *Quadrans teſſera* Jeroſolymitanæ, *quem in ſcuto ſuo præferunt principes Lotharingi, oritur ex jure, quod eorum deceſſores Andegavorum Duces obtendebant ad regnum Siciliæ. Et ideirco in exequiis Franciſci I. Ducis anno* 1546. *Dominus de* Bazoilles, *atque in funebri pompa Caroli II. Ducis anno* 1608. *Dominus de* Savigny *Andegavenſe geſtabant vexillum*, Jeroſolymitano *præfulgens ſymbolo, propter* Jolandam Andegavam (*inquit* Boullayus & Ruellius, *primarii Lotharingiæ feciales*) *filiam Renati Andegavorum Ducis*, Jeruſalem & Siciliæ regis, *è qua Duces illi proſapiam ducebant. Recte igitur* Sammarthani *de poſteris Renati Ducis: Jolandæ filii ſumſerunt ſymbolum Ieroſolymitanum, Siculum citra Pharum ſ. Neapolis, Hungaricum, Aragonium, Barrenſe & alia, una cum Lotharienſi, quod ab antiquo ſunt Aleſiones. Equidem Dux Renatus II. Lotharienſi patre Friderico VI. Duce & Andegavenſi matre Iolanda genitus pura Lotharingia teſſera ſcutum deſcribit decreverat; ſed ab avo materno Renato Andegavo præter rationem invitatus, ut* Andegavenſe *nomen & arma ſola præferret, cordate reſpondit, ſe paternum* Lotharienſe *nomen & arma non poſſe relinquere, quippe qua vetuſta eſſent & præcelſa nobilitatis; ſi porro una cum illis Andegavia gentis ſymbola lubenter geſtaturum; uti & fecit, atque in ejuſdem Iolandæ matris gratiam ſigilli ſui majoris arcam liliis conſperſit.* Ex quo verò *Geldrica* & *Iuliacenſis* areola inſerta ſcuto, aliquam mutationem contigiſſe non legi.

Diſcernicula Ducum. Mercurii. Guiſii. §. XVIII. Videamus jam variatum linearum *diſcernicula* varia, quorum mentionem reperiſſe memini. *Mercuriana* lineæ legi placuiſſe *lambellam caruleam, Claudius Guiſiæ Dux lambellam* ſ. faſciolam *trifidam* impoſuit, & ad omnes poſteros tranſmiſit *rubeam*: Eo nati ſunt *Franciſcus, Claudius* & *Renatus*: Franciſco autem *Henricus Guiſius* & *Carolus Meduanæ* Dux. Hunc ſcuto ſuo *Ferrarienſe* ſymbolum à matre *Anna Eſtenſina*, quod ſubdiſtinctioni ſerviret, adjeciſſe lego. Henricus *Carolum* genuit & *Claudium Capruſiæ* ſ. *Cheuvreſiæ Ducem*: Huic à matre ſubdiſtinctionem placuiſſe reperi, ut Lotharingicis ſymbolis materna, quæ ex *Clivenſi* & *Marcano atq; Burgundicis* δήγμασι quadripertitis componuntur, 2. & 3. loco adderet. Carolo ſatus eſt *Ludovicus* & hoc *Joſephus Ludovicus* Guiſiæ, Jouſæ & Engoliſmæ Dux 1671. mortuus. Huic vidi tribui ſcutum quadripertitum, ut 1. & 4. quadram *Lotharingica* parma omnibus ſuis areolis conſtans ſed *lambella* diſtincta impleat: ſecundam *Engoliſmenſis*, tertiam *Iouſanus* laterculus. Porro *Engoliſmenſis* eſt idem cum *Francico*, niſi quod vecte aureo lilia diſtinguuntur. vide c. 24. n. 35. Ratio hujus ſymboli eſt à matre *Franciſca Maria Valeſia*, quæ Ludovici Emanuelis Valeſii Ducis Engoliſmenſis filia, Caroli autem Valeſii Carolo IX. rege nati neptis erat. Quod *Jouſanum* attinet δῆγμα, quadripertitum eſt: prima & quarta areola *palis ternis aureis & caruleis* exaratur, impoſito rubeo *cephalo*, cui

Meduanii. Capruſii. Jouſani. Engoliſmenſis. teſſera. Jouſana.

tres

dra ſeptipartites aureæ inſcribuntur: ſecunda & tertia *cærulea* deferente *leonem* Jouſana familia.
tum, limbo inducto *rubeo, impreſſis octo liliis aureis*, qua notatur *S. Didier*. Por-
inaſ. locoſana familia à *Guidone* ſeniori Barone Jouſano, qui 1255. vixit, deduci
Ejus atnepos fuit *Ludovicus*, qui heredem *de S. Didier & la Maſche* duxit. Ho-
onepos *Tanaquil* Vicecomes Joulæ, genuit *Guilelmum* & *Ludovicum*, quorum
utatum Grandipratenſem acquiſivit, & illorum comitum ſator fuit; ille *Vicecomes*
uſanos propagavit: ex quibus *Annas* admiralis Franciæ & apud Henricum III.
us 1581. Jouſano Dominio axioma *Ducale* obtinuit: & ſucceſſorem habuit ger-
Henricum, pridem monachum: dein patrem *Heinricæ Catharinæ*, quæ here-
familiæ adiit, & uxor fuit *Henrici Borbonii Montpenſerii* Ducis, atque poſt
aroli Guiſii Ducis, ex quo Ludovicum ſuſcepit, patrem præfati Joſephi
ci.

XIX, Diximus de ſubdiſtinctionibus Guiſiorum, qui ex majori Claudii filio Diſcerni-
eo deſcenderunt. Secundus fuit *Claudius Aumalæ* Dux, cujus linea, quæ ta- cula Ducis
ox in filio defecit, Lotharingicis ſymbolis junxit *Borbonia*, à matre Claudii An- Aumalii.
orbonia. Tertius autem *Renatus Ellebovii* Dux, *marginem coccineum* circum- Ellebovii.
ito Lotharingio: cæterum filius ejus Carolus *Carolum* & *Henricum* genuit, quo-
Dux Ellebovii, hic, *Harcuriæ Comes* fuit. Illius filius *Carolus* iterum Dux avitam
onem ſervavit: frater autem Franciſcus Comes *Rieuſius* adjecit *oram ru-* C. Rieuſii.
à matre *Catharina Henrica* Henrici IV. filia naturali *Borbonio-Vindocinum* ſym-
vide c. 24. n. 36. Filius hujus *Alphonſus Henricus Carolus Com. de Montlor* & *de* C. Mont-
ze M. de Maubec, Lotharingicæ quadræ 1. & 4. loco repetitæ, 2. & 3. addit lorii.
m inſigne, quod quadripertitum eſt, prima & quarta areola *cærulea turrim*
ontinente, ſecunda autem & tertia *aurea leonem* deferente *rubeum*, impoſito
utario cæruleo, cum *lilio aureo* Præterea toti clypeo imponit parmulam
ertitam *Montlorii* ſymbolis, nimirum 1. & 4. areola *argentea leones duos gra-*
vel leopardos) 2. & 3. *cærulea leonem aureum* reptæſentantibus. Hæc inſerta
matre, Franciſci uxore, *Anna Ornania*, nepte *Mareſcalli*, filia *Henrici Fran-* Symbo-
conſi Ornani & *Margaretæ de Montlor*. Cum enim bona inſignia ex hoc con- lum Orna-
ita ſint domui, inter conditiones fuit, ut inſignia Ornana quadripertita diſpo- nium.
iſcerentur Lotharingicis. Demum qui ab Henrico eſt *Harcurius* ramus lim- C. Harcu-
ovo inſcribit *octo Byzantinos numos aureos*. (conf. n. 23.) rii.

X. Titulum Ducis Lotharingiæ illum vidi; *Dux Lotharingiæ, Marchio* ſ. *Mar-* Titulus.
ux Calabriæ, Barri & Geldriæ, Marchio Muſſipontii, & Nomenii, Com. Provin-
montii, Blamontii, Zutphaniæ, Sarwverdæ & Salmæ. De *Lotharingiæ* (quæ Lotharin-
catus, ſed in tutela imperii, & ad certa præſtanda imperio, ex tranſactione in- gia quo-
nandum R. Rom. nomine Caroli V. & Antonium Ducem Norimbergæ 1542. modo ſub
ſtricta eſt. conf. *Conring. de finib. Imp. Germ. c. 27.*) diximus n. 12. de *Barro*. n. 9. imperio?
a. n. 10. Quod vero *Marchiſii* nomen attinet, aliqua ejus mentio fuit num. 16.
ducatus ex Neapolitana ſucceſſione eſt: unde Joannes & Nicolaus Renati Calabria.
ties dicti filius & nepos, quibus ille ſupervixit, *Calabriæ Duces* ex paterno &
no ſalutati ſunt, cujus illa provincia extrema eſt. Dicitur verò teſſera Cala-
fuiſſe parma *argentea crux patibulata nigra*: Dein ſub Andinis ipſum ge-
ndinum cum *limbo argenteo*. confer etiam c. 38. n. 81. Quod *Muſſipontanum* Pontamouſſon
archionatum, *Carolus IV. Imperator* eum favore conſanguinei *Roberti Bar-* March.
ue mihi conſtat, an huic titulo noviter alius acceſſerit.

II. Cyr. Spangenb. Adelſp. P. 2. l. 12. c. 29. p. 311. b. refert à *Lothario Duce* Budlizii ex
aptum in prælio ad Welfesholz *Gebhardum Com. Mansfeldium* juvenem, Mansfel-
a in ejus aula in duodecimum annum manſiſſet, atque obſequiis principem diis,
ſibi

die Sonnabends Abendsonnen-Opffer. Solche Nahmen Exodus 29. Levit. 8. Numer. 28. Ezechiel. 46. Paralipom. 2. Esdræ 3. Josephus Antiquit. Judaic. lib. 3. cap. 7. Philo Judæus de Monarchia lib. 2. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 7. Origenes Homil. 23. in Numeros. Hieronymus Epistol. 103. ad Fabiolam. Augustinus Epistol. 86. ad Casulanum. Isidorus Hispalensis Etymologiarum lib. 6. cap. 19. Rupertus Tuitiensis de Divinis Officiis lib. 1. cap. 23. Durandus Rationale Divinorum Officiorum lib. 1. cap. 1. Sicardus Mitrale lib. 1. cap. 1. Honorius Augustodunensis Gemma Animæ lib. 1. cap. 1. Sonnabend-Opffer. Solche Nahmen hat auch Josephus Antiquit. Judaic. lib. 3. cap. 7. Philo Judæus de Monarchia lib. 2. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 7. Origenes Homil. 23. in Numeros. Hieronymus Epistol. 103. ad Fabiolam. Augustinus Epistol. 86. ad Casulanum. Isidorus Hispalensis Etymologiarum lib. 6. cap. 19. Rupertus Tuitiensis de Divinis Officiis lib. 1. cap. 23. Durandus Rationale Divinorum Officiorum lib. 1. cap. 1. Sicardus Mitrale lib. 1. cap. 1. Honorius Augustodunensis Gemma Animæ lib. 1. cap. 1.

Caput LXI.
Von allerhand Opffern.

ARTIKULUS I.
1. Communi Consilio.
2. Sacrificium Laudis.
3. Sacrificium Pro Delictis.
4. Sacrificium Pro Peccatis.
5. Sacrificium Pro Vivis.
6. Sacrificium Pro Defunctis.
7. Sacrificium Pro Gratiarum Actione.
8. Sacrificium Pro Impetranda Gratia.
9. Sacrificium Pro Mortuis.
10. Sacrificium Quotidianum.
11. Sacrificium Salutare.
12. Sacrificium Votivum.

§. 1.

Sacrificium Communi Consilio.

Sacrificium Communi Consilio ist dasjenige Opffer / welches die gantze Versamlung Israel / entweder Leute / oder Vieh / oder beyde / zu Ehren Gottes / und zu Versöhnung ihrer Sünden / auffgeopffert hat. Solche Opffer sind offt in der Heiligen Schrifft gedacht worden / und werden auch noch heutiges Tages / bey der Römischen Kirchen / gebraucht. Denn / wenn eine gantze Gemeine / oder Versamlung / sich versündiget hat / und ihre Sünde offenbar worden / so ist sie schuldig / ein Sünd-Opffer zu thun / und Gott darmit zu versöhnen / wie Gott solches befohlen hat Levit. 4. Numer. 15. Und solche Opffer sind auch / wenn sie gethan worden / in der Heiligen Schrifft / und in der Römischen Kirchen / gebraucht worden / wie Josephus Antiquit. Judaic. lib. 3. cap. 7. Philo Judæus de Monarchia lib. 2. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 7. Origenes Homil. 23. in Numeros. Hieronymus Epistol. 103. ad Fabiolam. Augustinus Epistol. 86. ad Casulanum. Isidorus Hispalensis Etymologiarum lib. 6. cap. 19. Rupertus Tuitiensis de Divinis Officiis lib. 1. cap. 23. Durandus Rationale Divinorum Officiorum lib. 1. cap. 1. Sicardus Mitrale lib. 1. cap. 1. Honorius Augustodunensis Gemma Animæ lib. 1. cap. 1.

Sacrificium Communi Consilio.

Sacrificium Communi Consilio.

ne bucephalum fuiſſe perhibet. conf. *Chriſt. Becmann. de orig. lat. ling.* p.303. rectius apud hunc *Piccartus* demonſtrat, Bucephalos dictos fuiſſe in Theſſalia nibus βυκεφάλου herbæ figura inurebatur. Quod non Piccarto ſed *Etymologici* redere oportet, qui diſertè: Βυκέφαλον ἵππον, ὃν Ἀλέξανδρος ἐκέκτητο, ἐχ ὅτι πυκνὸς ἐπὶ τοῖς κέρασι ἦν, τοῦτο δὲ ψεύδεται, ἐπεσημαίνετο δὲ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου χρυσοῦς, ἀλλ' ὅτι ἄγαν ἐν ἐκαλεῖτο οἱ ἵπποι ἔχοντες ἐγκεκαυμένον βουκέφαλον. Hoc ſi verum ſit, ut verum eſſe cartum vix negabit aliquis doctior, fruſtra fuere, qui taurinum caput & cornua dere, & ea in Megapolitanis his inſignibus agnoſcere viſi ſunt. Unde nomen.

III. Præſtat ergo Bovis vel bubali quam Bucephali caput figuram hanc in- ti: quod emblema fortitudinis cum prudentia conjunctæ haberi P. 1. c. 5. ſ. 3. ij. dociumus. Porro cornua, quæ *alba* fuerint, Caroli IV. beneficaconceſſione fuiſſe immutata, refert *Theod. Haping. de inſ. c. 6. P. 5. §. 8. n. 768.* ſed repugnat niſſimorum Principum uſus, qui argento cornua tingere malunt; & qui poſ- fulgere in aurata parma? Nec verius illud puto, quod n. 765. coronam Carolo IV. in regiæ proſapiæ memoriam datam, ut itidem aſſerit, non repu- *uro* tingi vult, cum tamen *minio* infecta conſpiciatur, & area aurea aurum ferat. Figuram verò quæ capiti adjicitur, non capio. Cornua. Corona.

V. Διάγμα hoc vetus *Henetorum* gentis videtur fuiſſe inſigne, ſicuti etiam n huncuſum taurus placuit, veteri teſte *Plutarcho.* confer *Pontan. Chorogr.* 58. Ob eam rationem, quia *Obotritus* aliquando paruerit, Vagriæ, quæ Hol- tio eſt, taurinum caput attribuunt: quod ita eloquitur *Jonas Elverfeld de* Henetorum ſymbolum. Obotriti.

Hæc ſed Obotritis olim ſubjecta ſuperbis
Frontis habet torvi ſigna tremenda bovis.

o dubitaverim, hoc genuinum & vetus *Obotritorum* & *Henetorum* fuiſſe m, quo nunc *Megapolitanus* ſeu *Meckelnburgius* Ducatus, mari Balthico, ia, Brandenburgica Marchia, Saxoniæ inferioris Ducatu & Holſatia in- onnotatur. Porro *Regio* nomine majores gentis hujus incluti fuetunt, & m e adhuc uſus eſt *Pribislaus*, cui cum Henrico Leone celebri Saxonum m Duce bellum graviſſimum, ſed id tandem Pribislao infelix fuit, cum Meckelnburgius Ducatus.

ſor prius, tandem armis coactus ſit Ducali axiomate regium mutare: eo is non pœnitere debuit, quod illa occaſio data ſit, *Chriſtianam fidem* am- . Pribislai nepos *Henricus* quatuor filios genuit, ex quibus *Pribislaus Par-* orminus ſolus ſine poſteritate fuit: reliqui *Ioannes* cognomento *Theologus*, Pariſiis *Doctor* creatus ſit, *Nicolotus*, *Burvinus*, tres lineas ex ſe dedere, o more ejus ſæculi non idem titulus, *Megapolitanam*, *Vandalicam*, *Roſto-* à ditionibus, quas ſinguli poſſidebant. A primo *Ioanne* reliqui *Mega-* d hunc usque diem deſcendunt. Et quidem in iis *Albertum* & *Ioannem* 1349. Pragæ in comitiis à *Carolo IV. Principum* Imperii ſubſelliis immiſſos oratur. Quod quomodo intelligendum ſit, non ſatis capio: antiquius enim ἀξίωμα familiæ eſt, quam ut tunc demum collatum dicamus. Forte ne- ad id usque tempus *Comitia Imperii* inviſere, & tum primum cum aliis ſe- ncipum ingreſſi ſunt. Regius olim titulus. Lineæ. Inter principes admiſſio.

Proximus quadrans *caruleus aureum gryphum* repræſentat. Hunc etiam *nthyrii* prorâ conſpectum ex fabuloſa antiquitate §. 2. allegavimus: ſed ltrum non laborabimus: de ſignificatione rectius ſoliciti. Si *Haping. d. l.* & *Limn. Jur. publ.* 5, 12, 3. interrogemus, illi ex *Münſtero Vandalorum* iſto emblemate inſigniri perhibent. Sed rectius *Roſtochienſe* Dominium Hoc à capitali urbe, quam 1160. ad Varnum ex opido in urbis modum *ribislaus* §. ſuperiori memoratus, nomen nactum, inter Henrici filios, onepotes, *Burvinus* ſortitus eſt. Fuere quidem huic liberi, & ex *Wal-* os *Nicolotus* cognomento *puer*: Hic metu Brandeburgicorum, quibus credebat, *Daniæ* regi ſe ſubmiſit, adeoque hunc heredem habuit. ps teſte *Cranzio* 8. *Vandal. c. 6.* Chriſtophorus II. Rex *Henrico Magapolita-* ceſſit. Apud *Thuanum* equidem *L. 38. pag.* 427. lego Roſtochium à *Joanne* rege Erici fratre circa annum 1325. eſſe venditum: ſed neſcit Daniæ hiſtoria Joannem regem: unde *Chriſtophorum*, qui Erici frater fuit, innui vix du- Gryphus. Roſtochiū ad Danos. Iterum Meckelnburgios. Controverſia civitatis cum Ducibus.

bito. Porrò civitas deinceps magis magisque potentiâ crevit. Superioti autem ſeculo cum principibus ei controverſia fuit, de qua legendus *Thuanus* Libro allegato 38. p. 426. ſeq. & 57. p. 1258. conf. *Limn. jur. publ.* 7, 44. Cæterum ipſi urbi Roſtochienſi eadem inſignia tribuit Wapenb. 1. p. 224.

Com. Sverinenſis. §. VI. Quæ inter inferiores dextrum latus occupat, area *rubea* continet *brachium* quod manu *annulum* oſtentat: Illud ex *nube* protenditur, & *argento* veſtitur, quo etiam tingitur *faſcia*, qua medium ligatur. Aureus verò annulus eſt, gemmâ inſignis. Δεῖγμα hoc eſt *Sverinenſis* comitatus, qui in ducatus hujus ambitu ſitus, ſuos habuit pridem comites, ſed his extinctis principibus accrevit: quod tamen quando factum ſit, legiſſe non memini.

Vandaliæ princip. §. VII. Extremus laterculus iterum *aureus bubalinum caput nigrum coronam rubeam* redimitum & *cornibus argenteis* armatum exhibet, ſed obliquo ſitu, non adverſo uti area habebat prima, locatum, atque linguam rubeam exſerens. Notatur iſto emblemate Principatus *Vandaliæ*, ſeu *Henetorum* aut *Vinidorum* dicere malis. Continet hic *Guſtroviam, Plaviam, Ribeniciam*, & quæ his adjacent: atque in Henrici filiis *Nicoloto* obtigit, à quo ad poſteros tranſmiſſus eſt. In his duravit principatus ad annum 1430. quo extincta linea ad Megapolitanos agnatos, & quidem *Henricum Pinguem*, delatus eſt. Porro exemplum eſſe hoc poteſt fratrum eodem ſymbolo gentili ſed nonnihil variato utentium: cum non niſi ſitu, & quod per nares bubali hujus annulus non trajicitur, differat: Crediderim ergo à Joanne & Nicolotō fratribus differentiam hanc cæpiſſe.

Stargardia. §. VIII. Scuto huic media incumbit parmula, quæ ſuperiori parte *rubet*, inferiori *auro* fulget, *ſectione tranſverſa*. Notatur hoc ſigno *Stargardiæ* Dominium vel terra. Hanc *Henrico pingui D. Meckelnburgio* allatum lego matrimonio *Beatricis Alberto March. Brandenburgio* natæ. Filius *Joannes* novam lineam orſus eſt, quæ communiter *Stargardia* nomine appellari ſolet: ſed intra tertium gradum poſteritas defecit. Ob Stargardiam Alberto Joannis fratri bellum fuit adverſus Ludovicum Romanum ex Bavaris Brandeburgicum Marchionem: illud verò deinceps compoſitum, cum Albertus Ludovico filiam Ingelburgim elocaret.

Galeæ. §. IX. Huic ſcuto imponi ſolebant tres galeæ, *coronatæ* omnes: quarum media impoſitum videre licet poſt ſepimentum, palis acuminatis cæruleis, aureis, coccineis, argenteis & furvis conſtans, caput bubalum primi quadrantis, tranſverſè tamen locatum, & poſt illud caudam pavoninam, dependentibus inde phaleris aureis & atris: quæ ad dextram huic adponitur ſuſtinet duo cornua, quorum ſuperiora rubent, inferiora aurata ſunt, quæ tinctura etiam eſt phalerarum: Extrema galea dependentibus lemniis aureis & cæruleis, oſtentat jugum alarum cyano & auro pictarum complicatum. Facile verò intelligitur mediam *Meckelburgico* & *Vandalico* principatibus, anteriorem *Stargardiæ*, ulteriorem *Roſtochio* deſignandis uſurpari.

Meckelburgia. Stargardia Roſtochienſis.

Hodierna diſpoſitio. §. X. Hoc tempore auctus eſt areolarum numerus, adeo ut nunc duæ tranſverſæ lineæ & una perpendicularis in ſex areolas (ſi non connumeres parmulam toti impoſitam) clypeum diſtinguant. Et quidem ſuperiorem locum nunc etiam occupant *Megapolis* & *Roſtochium*, & inferiores circa ſcuti pedem *Sverinenſis* Comitatus & *Vandalia*: tum medium ſcutulum ſervat *Stargardienſe* ſymbolum. Superant ergo adhuc laterculus tertius & quartus explicandi, qui mediam Stargardienſem parmulam utrinque ſtipant. Qui à dextris eſt linea tranſverſa ſecatur; & ejus ſuperior pars niſi fallor cærulea tingitur, impreſſa gryphe aureo, inferior.... Ad lævam, ordine quartus, crucem pedatam, latera tamen areæ non attingentem, repræſentat: Exiſtimo autem ex Wapenb. 1. p. 11. laterculum minio, crucem argento tingendam.

Sverinenſis & Razenburgius Epiſcopatus. §. XI. Prius Δεῖγμα eſt Epiſcopatus *Sverinenſis*. Hic prius in urbe *Megapoli*, quæ non longe Viſmaria diſſitajam diu eſſe deſiit, fundatus fuerat. Et quidem primum antiſtitem *Ioannem Scotum* 1066. Vinidi Chriſtianorum perſecutores crudeli morte affecere, poſt eum ultra 80. annos ſucceſſor nullus fuit. Demum Megapoli jam vaſtata Sverinum ſedes translata eſt circa 1170. ſub Bennone Megapolenſium præſulum tertio. Inter hujus ſucceſſores duo leguntur è Sereniſſima Ducum familia *Rudolphus* & *Balthaſar*; tum proximo ſæculo Ulricus. Crux verò *Razenburgenſis* Epiſcopatus fuit hieroglyphicon. Hic ſub Henrico Quarto ab Archiepiſcopo Bremenſi fundatus memoratur. Eum *Chriſtophorus Megapolitanus Dux* ſuperiori ſæculo à

chulenburgio numerata pecunia obtinuit, & poſt cum *Carolus* frater. Noſtro 1648. duo hi Epiſcopatus, in compenſationem Svecis pacis bono conceſſæ riæ, *æquivalentia* nomine pace *Oſnabrugenſi* Sereniſſimæ domui Meckelnbur- e perpetui & immediati feudi (ſalvo tamen domus Saxonico-Lauenburgicæ que vicinorum, ut & diæceſeos hinc inde competenti jure) traditi ſunt: at- :os jam Sverinenſis linea in conventibus Imperii & circuli cum duplici princi- & titulo ſeſſionem obtinet. Porro Razenburgenſem principatum ſecun- :o filio, tertio Sverinenſem Dux Adolphus Fridericus 1658. moriens teſta- attribuit: Paternæ verò diſpoſitioni primogenitus contradixit.

XII. Hæc *Sverinenſis* eſt, qua jam tota Sereniſſima domus ſine diſcrimine uti- i quod Sverinenſis linea, nonnunquam cruci *Racenburgicæ mitram* impoſuit alem, quod Guſtroviana non imitata eſt. Mitra Racenburgiæ parmæ impoſita.

XIII. Scuto hunc in modum exornato imponi vidi *coronam* cum inſerta *mi-* *li*, (cujus alibi etiam exempla vidimus) & ſuper hæc quinque coronatas caſ- iarum media *Meckelnburgia* eſt §. 9. deſcripta, niſi quod annulum per nares ajectum non conſpicio: quod ſculptoris errori adſcribam an conſilio, am- dextris hanc ſtipat illa, quæ cornua defert, ſed ſi ſculptori fidendum, faſcia & colore alternante: Ad lævam eſt jugum alarum *Roſtochienſe*, ſed expli- Galeæ.

Accedunt novæ, prima videlicet ad dextram exorientem gryphum *Sveri-* & extima ad lævam pro *Racenburgio* principatu ſeptem vexilla ſuſtinens. *Te-* lypeum tenent hinc bubalus vel taurus, iſthinc gryphus. Telamones.

XIV. His explicatis non difficile eſt rationes tituli capere, qui ita habet: *Dux* Tituli. *urgi, princeps Vandaliæ (l. vetuſtæ gentis Heneteæ) Sverinenſis & Racenburgenſis,* *erinenſis, Dominus terrarum Roſtochii & Stargardiæ, &c.* ſeu vernacula lingua Hertzog zu Meckelnburg / Fürſt zu Wenden / Schwerin und Ratze- ich Graf von Schwerin / der Lande Roſtock und Stargard Herr / ꝛc.

XV. In inſignia, eorumque ſenſum Hieroglyphicum neſcio quis ita luſit: Tetraſtichon.

Mechelburgiacæ virtutem & robora gentis
Bucephali caput & *gryphis* imago notat.
Juſtitiæ & fidei ſtudium nudata puellæ
brachia, quamque offert annulus artha probat.

CAPUT LXII.

Medicei. Magni Duces Florentiæ.

ARGUMENTUM.

fata. Sylveſter. Coſmus M. Petrus.
rentius. Petrus. Laurentius Urbini
. Alexander Dux Florentiæ. Coſmus
nus Hetruriæ Dux. Ob id controver-
Confirmatio Cæſaris.

origo.

4. *Alia opiniones.*
5. *Pila liliis Francicis inſignia.*
6. *Corona ſingularis.*
7. *Apex.*
8. *Capricornus Auguſti à Coſmo uſurpatus.*
9. *Ordo S. Stephani.*
20. *Petri Medicei ſcutum.*
11. *Florentiæ urbis inſignia.*

§. I.

riæ (*Tuſciæ*) imperat familia *Medicea*, cui non patria tantum ſed & bonæ literæ Familia ſata. utæ plurimum debent, & quæ jam ab aliquot ſeculis *Florentiæ* illuſtri loco in- ias eminuit. Ex ea tempore Ludovici Bavari *Sylveſter Medicens* Reipublicæ Sylveſter. *ius* vel dictator erat, ſed 1378. odio potentiæ ab opifice cæſus eſt. Ex alia linea um affectati in libera Republica regni accuſaretur, urbe exactus Venetiis Coſmus M. :rum anno nondum exacto reductus ita res patriæ adminiſtravit, ut *Magnus* *ger* diceretur. Quanquam autem ei cives poteſtatem fecerant, ut pro arbi- publica ſtatueret, ſingulari tamen modeſtia non niſi cum cæteris re de- iicquam decrevit, & 1464. vivis exceſſit. Filius *Petrus* itidem civem ma- Petrus. rincipem ſe geſſit. Hoc natus *Laurentius literarum parens* dictus cum Julia- Laurentius. .em publicam adminiſtrans magnam dignitatis ſibi acceſſionem fecit. Cum *i*, æmula Mediceis gens, in templo inter ſacra *Julianum* trucidaſſent,

Exercitatio
Ecclesiastica
Ecclesiastes
Ecclesiasticus
Ecclesiastici
Ecclesiasticum
Ecclesiasticus
Ecclesiastici
Ecclesiasticum
Ecclesiasticus
Ecclesiastici
Ecclesiasticum

VII. Galea ſi inſiſtat clypeo, *coronata* eſt & ſuſtinet *falconem argenteum, qui pede inſiſtit lilio coccineo, dextro elevato tenet annulum aureum, adamante acuminſtructum, cum argenteo volumine literis aureis inſcripta voce SEMPER per medium trajecto. Chifflet. Inſ. Eq. A. V.* n. 191. Phaleræ dependentes auro & cocco tinctæ. Apex.

VIII. De *Coſmo* Thuan. L. 57. p. 1294. prodit, quod *Auguſti inſigne Capricorni* aſſerit, ac paſſim in ædificiis à ſe regia magnificentia inſtructis inſculpi curarit. Hoc verò de ſymbolo privato, non autem gentili teſſera, intelligendum eſt. Capricornus Auguſti à Coſmo uſurpatus.

IX. *Torques* circumdat ita inſtructum clypeum, ex quo dependet crux anconæa margine aureo: quæ inſigne eſt militiæ equeſtris, quam 1561. Coſmus honore *Stephani Epiſcopi Romani*, quem patronum ſibi Florentia legit, inſtituit. De ordine dictum P. 1. c. 7. Ordo S. Stephani.

X. Apud *Chifflet. Inſ. Eq. A. V.* n. 266. videre eſt *Petrum Mediceum* Magni Ducem, ut diſtincta ab iſto inſignia geſtaret, quadripertito ſcuto uſum; ita ut 1. & 4. in pilæ Mediceæ occuparent, reliquæ duæ teſſellis ex auro & cyano implerentur. Teſſera eſt *Toletanæ* familiæ, ex qua matrem habebat Eleonoram Petri Proregis Neapolitani filiam. Petri Medicei ſcutum.

XI. Addamus urbis quoque *Florentinæ* inſignia, quæ apud *Theod. Haping. de Bell. I.* p. 325. conſtant *ſcuto bipertito ex minio & argento, ut illi lilium candidum, huic carulea inſcriberetur.* Quorum hoc ultimum fuerit inſigne *Faſularum*, quam in poteſtatem redegere & delevere Florentini. Poſt Gibellinos autem pulſos fuiſſe *lilium candidum* in *rubrum* argenteæ aræ impreſſum. De *lilii* ratione diſceptant: cum aliqui *Carolo M.* donum attribuant, alii autem à *Carolo Andino* rege Neapolim proficiſceretur, datum perhibeant. confer. idem *Haping. cap.* 8. §. 1. §. 4. Cum autem eo lilii flore primi monetam cudere cepiſſent auream, inde *florenorum*. c. 10. §. 1. n. 109. confer etiam c. 17. §. 15. n. 452. ſeq. ubi de leonibus ſuis. Videndus quoque de Florentinorum lilio *Ferrand. epiſtic. pro lil. p.* 28. Florentiæ urbis inſignia.

CAPUT LXIII.

Domus MendoZia.

ARGUMENTUM.

lia origo.
ım.
i Ducum del Infantadgo. Vega.
de Tendilla & March. de Cenete.
es Corunnia. Svarez de Figueroa.
hiones de Cannete. C. de Monteagudo.
Caſtrogeriz.
7. *Com. de Galves. La Cerda.*
8. *March. de Montesclaros. Luna.*
9. *March. de la Bala Siciliana. Alarcon.*
10. *Com. de Priego. Carrillo.*
11. *Dom. de Corzana & Legarda.*
12. *Apex.*
13. *Diaviſiones gentis Mendozia & linearum diverſarum.*

§. I.

Mendoziorum celebertima & pluribus ramis fæcunda eſt apud Hiſpanos familia, ex *Alavenſi* provincia oriunda, quam inprimis ad *Petrum Conſalvum de Mendoza Dn. de Hita & Butrago* referunt, qui in prælio ad *Aliubarota* ſua morte regi ſervavit. Familiæ origo.

II. Gentile illorum inſigne eſt, *clypeum praſinus baltheo dextro aureo impreſſus, percurrit tania coccinea:* ut *Chifletii* ſenſus eſt Eq. A. V. n. 152. Alf. de *Haro* autem viridi *baltheum rubeum* inducit, *utrinque aureis taniis incluſum:* unde rubeus baltheus quam aurea latera latior pingitur. Scutum.

III. Cum commune ſit hoc geſtamen omnibus, lineæ tamen aliis diſcernunt vicem notis. Linea præcipua omnium eſt *Ducum Infantatii* (*del Infantadgo*) hæc ſcuto utitur *decuſſatim quadripertito*, ut caput & pedem ſcuti occupet *infamiliare:* latera autem pinguntur *aurea*, illisque *voces angelicæ cæruleis literis* inſcribuntur, hinc *AVE MARIA*, iſthinc *GRATIA PLENA. Chifflet.* vult ad ſuperum orle) inſcribi, *Haro* recta linea pingit. Hoc *Vegarum* δόγμα eſt. Et ejus dubio redditur: *Vulſon de la Colomb. St. Henriq. c. 9. p.* 67. refert, ex hac familia aliquem Linea Ducum del Infantadgo. Vegæ.

quem primum vexillum, cui illa inſcripta verba, mæniis urbis *Granata* cum occuparetur infixiſſe, & in virtutis memoriam iſtam teſſeram obtinuiſſe. *Paillot la Vr. & parf. ſcienc. des arm.* Voce *Lettres.* narrat quendam Garciſſaſſum (*Garcilaſſum* dicere forte voluit) equitem in Granadenſi planitie loco qui la Vega appelletur obtruncaſſe Maurum, qui ludibrii cauſa equi ſui caudæ roſarium (*Chapellet*) affixiſſet, ob quod voluntate Ferdinandi regis hoc memoriale aſſumtum ſit: ut tamen dicat, parmæ rubeæ baltheum impreſſum aureum, huic alium viridem inſcriptis argenteis literis AVE GRATIA PLENA. Cætetum ratio Vegenſis ſymboli in hac gente eſt à *Leonora Laſo de la Vega*, quæ *Didaco Hurtado de Mendoza* admirali Caſtiliæ Petri §. I. memorati filio nupſit.

Com de Tendilla & March. de Cenete, Comites Corunniæ. Svarez de Figueroa.

§. IV. Cum ducibus Infantatii ſimili utuntur diſpoſitione *Comites de Tendilla, & Marchiones de Cenete*, qui omnes pariter ad Didacum & Eleonoram referunt originem.

§. V. *Laurentius* Inici Lopezii de Mendoza Marchionis de Santillana & Catharinæ Svareziæ de Figueroa filius, Didaci Hurtadi, Inici Lopezii & Petri Gonſalſii, à quibus Infantatii Duces, Tendillæ Comites, & M. de Cenete, frater, *Mendozio-Vegia*, modo explicata inſignia dextræ ſcuti parti, ſiniſtræ verò *aurea quinque folia ficulnea viridia in decuſſim* diſpoſita inſeruit, ob matrem *Catharinam Svarezian de Figueroa*, cujus etiam aſſumſit nomen, & comites *Corunnia* ex ſe dedit.

Marchion. de Cannete.

§. VI. *Marchiones de Cannete* ſcutum itidem in decuſſim quadripertitum geſtant, ſummo & imo *Mendoziis baltheo* ornato, ſed *lateribus rubeis*, in quibus *decem folia populnea argentea*, quorum ſignificationem non capio, niſi notetur familia *Bobadilla* ab Iſabella de Bobadilla Didaci Hurtadi M. de Cannete uxore. Tum *decem argentea* etiam in *decuſſim* inducitur ſcuto: cujus non magis capio myſterium. Exemplum idem imitatur *Comes de Monteagudo*. Comes de *Caſtrogeriz* ea folia populnea lateri ſcuti ſiniſtro, cujus dextrum Mendozii balthei ornant, inſerit.

C. de Monteagudo. de Caſtrogeriz. Com. de Galves. La Cerda.

§. VII. *Comites de Galves Mendoziis baltheis* addunt *Cerdana inſignia* ex Legionenſibus, Caſtellanis & Francicis compoſita, ob matrimonium cum *Cerdana*, quo jure etiam cognomen illud adjectum Mendozio.

March. de Montesclaros. Luna.

§. VIII. *Marchiones de Montesclaros* dextro lateri clypei inſcribunt *Mendozio-Vegia* ſymbola, ſiniſtræ verò lunulam ob familiam de *Luna*, cum Roderici primi Marchionis avia *Maria de Luna* f. Alvari D. Truxello, proavia Brienda de Luna f. Joannis Hurtadi de Mendoza fuerit.

March. de la Bala Siciliana. Alarcon.

§. IX. *Marchiones de la Bala Siciliana* ob Iſabellam de Alarcon March. de la Bala Siciliana Petro Gonſalez de Mendoza nuptam nomen *Alarconium* etiam aſciverunt & Mendozio præpoſuerunt, unde quoque in parmæ dextra parte *Alarconiam* [illegible], videlicet in ſolo *rubeo crucem floridam auream*, in ſiniſtra Mendozio-Vegia ſymbola geſtant.

Com. de Priego. Carrillo.

§. X. *Comites de Priego* ſimili fere exemplo in ſcuto bipertito, Mendozium baltheum lævo lateri inſcribunt, priori verò rubeo *caſtrum τειπυργον aureum* inſerunt, quod eſt familiæ *Carrillo*. Ob *Thereſiam de Carrillo Dominam de Priego*, Didaco Hurtado de Mendoza nuptam, cujus filius Petrus Carrillium cognomen Mendozio pariter præpoſuit, & ad poſteros tranſmiſit.

Dom. de Corzana & Legarda.

§. XI. *Domini de Corzana* & de *Legarda* Mendozio geſtamini inducunt *cathenam auream* ad limbi modum locatam. Cujus rationem æque ac reliquarum catenarum ignoro.

Apex.

§. XII. *Apex* gentilis apud *Chifflet.* n. 152. eſt galeæ faſciæ tortili tectæ impoſitum caput lupinum aureum, alis argenteis hinc inde appoſitis. Laciniæ verò auro & cocco tinguntur.

Διαπίνωσις gentis Mendoziæ & linearum directarum.

§. XIII. Non injucundum lectori fore credo, ſi in tabula hic repræſentem Mendoziæ gentis, cujus hic lineas deſignavi, διαπίνωσιν brevem, non niſi ut linearum diſtinctio oculis ſubjecta facilius capiatur. Nititur verò autoritate Alfonſi Lopezii de Haro, ex quo excerpſi. Duas autem tabulas conficere neceſſe fuit, cum qui alterius caput eſt, non ſatis mihi conſtet, quomodo cum priori conjungi poſſit.

Petrus

Digitized by Google

A.

Petrus Gonſalez de Mendoza (Alavenſis) Dominus de Hita & Buitrago † 1385. in prælio ad Aljubarota, cum regem ſuum ſervaſſet.
Uxor Aldoncia Fernandez de Ayala.

Didacus Hurtadus Mendoza Dom. de Hita & Buitrago Admiralis Caſtiliæ.
Uxor Leonora Laſo *de la Vega*.

Inicus Lopezius de Mendoza Dom. de *Caſtel novo*.
Ux. Agnes Manuel.

cus Lopez de Mendoza Comes del Real de Mançanares, & M. de *Santillana*, 1445.
:or Catharina *Suarez de Figueroa*.

Didacus Hurtadus de Mendoza C. de *Priego*. 1465.
Uxor Thereſia de *Carrillo* Dñ. de Priego.

s Hurtadus doza *Dux ntadæ*,

Inicus Lopez de Mendoza C. de *Tendilla*.

Laurentius Suarez de Mend. C. de *Coruna*.

Petrus Laſo M. Dn. de *Mondejar*.

Petrus Gonſalez de Mend. Archiep. Toletan. & Cardinal.

Joannes Hurtadus de Mend. Dn. de *Colmenar*.

Petrus Hurtadus de Mendoza Dn. de *Argal* & *Mochales*. A quo illa linea.

Petrus *Carrillo* Com. de *Priego*

Inicus Lopez de Mendoza Dn. de *Fresno de Torote*. A quo alii.

nnes Garſias rtadus Laſo de Mend. Dn. de *Val-Lieuſo*. nde dein de nea. *unquo-rum* Guadalaxara.

Inicus Hurtadus de Mendoza C. de *Tendilla*, poſteri. M. de *Mondejar*.

Didacus Petrus de Mendoza Archiepiſc. & Cardin. A quo illa linea.

Bernardus Svarez de Mendoza, Dn. de *Robres* Com. de *San Cruzada*. *guerren* A quo reliqui.

Roderi-cus de Mend. de *Canete*. Maria hæres Ux. Didaci Hurtadi de Mendoza C. de Saldanna.

Dida-dacus M. Hurta-C. de *Me-lito* A quo Co-mites de *Galves* cogn. *la Cerda* & *Mendo za*.

Inicus Lopez de Mend. Dn. de *Colmenar*.

Joannes Hurtad. de Men-doza, Dn. de *Freſno de Torote*. A quo alii.

Fernandus Carrillo C. de *Priego*, A quo poſteritas,

Franciſcus de Mendoz Dn. *del termino de Perales*

Franciſca. Ux. Roderici de Mendoza, M. de Monteſclaros.

Alvarus de Mend. & Lunæ, Dn. de la *Torre de Eſteruel* *Ambran.*

Ludovicus de Mendoz. M. de *Mondejar*. Com. de *Tendilla*. A quo reliqui.

Bernardinus de Mendoza.

Antonius de Mendoza. Prorex N. Hiſpaniæ & dein Peruviæ.

Rodericus le Mend. M. de *Monteſclaros*. A quo alii.

Petrus Gonſalez de Mendoza. Ux. Iſabella de *Alarcon*, M. de la Bala Siciliana.

Ferdinandus de Alarcon & Mendoza.

Petrus Gonſalez de Alarcon & Mendoza M. *de la Bala*.

Hurtadus de Men-. de *Saldanna*.

ıtadus de Mendoza, D. *Infantadgo*. † 1601.

Roderícus. Uxor neptis Maria.

ıciſſa. Uxor patrui.

Luiſa Duciſſa. Uxor Didaci Geneſii de *Sandoval*.

Joannes

Digitized by Google

Hoc rota VVilgiſi, cujus ſanctiſſima toto
Virtus Chriſtiadum vivit in orbe, monet.
Eſt virtus nos eſſe homines cognoſcere, vitamque
Eſſe rotam: virtus hac facit eſſe Deos.

verſus allegare non dedignatur Moguntinarum rerum diligentiſſimus & Cla-
is ſcriptor *Nicol. Serarius* L. 5. p. 724. qui iſta etiam addit: *Quia ſemper ex altat*
umiles, factum eſt, ut rotæ iſtæ (nempe *paſſim in parietibus depictæ*) *in ſumma*
n eſſent admiratione, ipſaque ita Moguntina civitas adamarit & coluerit, ut pro Civ. Mo-
inſignibus eſſe vellet, (videlicet duas ſurſum erectas rotas) *easdemque retinue-* gunt. ſcu-
celebrarint in hodiernam usque poſteritatem omnes Moguntini Archiepiſcopi, ad tum.
iumphali virtutis currucitiſſimisque modeſtiæ ac demiſſionis rotis à VVilligiſo fe-
e advecta eſt Auguſta in Auguſto Romanorum Imperio Electoralis dignitas. Porrò
ſum hunc inter Epiſcopos Moguntinos quinquageſimum ſeptimum (primum
tem conſtituunt) inter Archiepiſcopus ſeptimum (in his primus *Bonifacius* de-
it) Electorem autem primum numerat, ex ea hypotheſi, quæ Ottonis III. tem-
ptem virorum originem adſcribit. Significationem verò rotæ duplicem no-
nmùm, ut moneat Moguntinos, ut ſingularem Willigiſi antiſtites modeſtiam
tur: præterea, ut verſatilem, lubricam & inconſtantem humanarum rerum
ionem defixam ſemper animo habeamus.

II. Porrò uti ſola hæc rota Archiepiſcopatus eſt *σῆμα*, ita ſola non uti ſolent, Scutum
iciunt gentilia vel alio jure competentia ſymbola. Qui 1673. vivere deſiit, Emi- Joh. Phil.
imus Elector *Johannes Philippus ex Schœnhornia* familia illo uſus eſt ſcuto, quod Schœn-
itur **Wapenb.** 3. p. 3. & quadripertitum, primo quartoque loco *rotam Mogun-* born. Elec-
repræſentat: Secundo verò & tertio *Francon icum* atque *Herbipolenſe* hierogly- toris, Epiſcopat.
n. Itaque quadra, ut ab hac ordiamur, tertia *cærulea vexillum minio & argento* Herbipo-
pertitum ex *aurea lancea* dependens continet. Notatur hoc vexillo *Herbipolen-* litanus.
ſcopatus. (Niſi fallit *Schmach.* **Wapenb.** 1. p. 220. urbi Herbipoli ab Epiſcopo idem
conceſſum eſt.) In hoc primum Præſulem vocant *Burcardum*, à Bonifacio Mo-
o conſanguineo conſtitutum, qui deceſſerit 791. vel aliorum, forte rectiori, cal-
rius. Ab eo verò Johannes Philippus Epiſcopus fuit ſeptuageſimus.

III. Quadra ſecunda *tres cuſpides argenteas aſcendentes* continet, reliqua ejus Franconia.
um cuſpidibus deſcendentibus *rubente*. Caſp. Lerch à Dirmſtein 74. p. 35. aſſi-
ucibus *Franconiæ* **rothe Flammen im weiſſen Feld**/rubras flammas in ſolo can-
Notari jam innui Franconiæ Ducatum, in Germaniæ meditullio ſitum ex utraq;
parte, à quo toti circulo, qui Bavarico, Svevico, Saxonico ſuperiori & Rhenano
ur, nomen eſt. Hunc Ducatum à *Rege Pipino*, cui coronam regiam à Pontifice Quomo-
rit, in ſignum gratitudinis donatum Burchardo præfato antiſtiti Herbipolenſi do ad Her-
es referunt. Unde illud: *Herbipolenſis ſtola enſe judicat ſola*: quod in ſigillo uſur- bipolita-
or eſt *P. Bert. comm. rer. Germ. L. 3. p. 573.* vel uti uſitatius in expreſſis etiam anti- nos?
olicis Herbipoli & alibi legitur: *Herbipolis ſola judicat enſe ſtola.* Vel alio-
jectura. *Herbipolis ſola judicat enſe & ſtola.* Dein *Erlangus* ſ. *Erlongus*
us, cum Henricus Quintus Imperator, à cujus amicitia diſceſſerat, duca-
nconiæ nepoti ſuo Conrado Svevo collaturus eſſet, ut ſibi ſervaret Ducatum,
um paſtorali pedo primus inſignibus adjeciſſe, &, evaginatus enſis ante ſe ut
ur, curaſſe dicitur. (conf. de enſium in Eccleſiaſticorum inſignibus uſu *Cl.*
teneſtr. l'art du blaſon juſtif. c. 10. *p.* 249.) Poſt Fridericus Barbaroſſa titulum
aſſe perhibetur. Sed primus publicis in locis ſe *Ducem Franconiæ* dixit, & mo-
reſſit hunc titulum, Godofredus ex Limpurgiis Epiſcopus Herbipolenſis, ut
o M Brandenburgico opponeret, qui elogio *Ducis Franconiæ*, ob ditiones, quas Controverſia cum
ſidebat, utebatur. Sed non tantùm ipſe Marchio huic titulo obſtitit, verum Brande-
.1. 4. April. *Electores Moguntinus, Saxo* & *Brandenburgicus*, atque *Epiſcopus* burgicis.
enſis (utpote qui æque in Franconiâ quædam poſſidebant) ſuam adjecere, at-
ormatienſibus Comitiis interpoſuere proteſtationem. Nec tamen minus
usque diem Epiſcopi *Franconiæ* titulo gaudent, ut tamen eo non præjudice-
us reliquorum Principum in Franconia ditiones ſuas poſſidentium. Quæ ad
a ſpectant, ex parte legi poſſunt apud *Joh. Limn. Jur. publ. T. IV. addit. ad l. 3.*
ſeq. De Illuſtriſſimis *Limpurgiis*, qui teſtandæ originis ſuæ cuſpides has Fran-
ciamnum geſtant, ſuo loco diximus.

Schœnborn. §. IV. Hiſce quadrantibus media incumbit parmula, nimirum *rubea*, referens *leonem aureum, coronatum, tribus rupibus vel cuſpidibus argenteis* inſiſtentem. Δόγμα hoc Electori fuit gentile, ut videre eſt Wapenb. P. 1. p. 133. ſed ut figura illa corrigenda ſit ex iſta. Familia *Schœnbornia* in Rhenanis Equeſtribus inprimis celebris à multo tempore fuit, unde jam 1192. mentio alicujus *Euſtachii à Schœnborn* extat. Ceterum Electoris frater *Philippus Erwinus Baronis* titulum genti intulit.

Galeæ. §. V. Galeæ imponuntur huic clypeo ita diſtincto quinque: quarum media *tiaram Archiepiſcopalem* auream vel purpuream auro exornatam rubræ culcitræ impoſitam; proxima ad dextram *mitrâ Electorali rubeâ*, cujus ora pelle muris pontici farta reducitur, contecta rotam argenteam *Moguntinam*; prima item ad dextram (*Herbipolenſis*) pari contecta mitrâ Ducali, inter duo minuta vexilla, quadrifida ex minio & argento, tres plumas cæruleam, argenteam & coccineam; quarta coronata, *cornua duo Franconicis cuſpidibus* diviſa; quinta demum inter cornua ſimiliter diſtincta *Schœnbornium Leonem* coronatum exorientem exhibent. Laciniæ verò quæ dependent, *cocco* & *argento* tinguntur. Tum adjiciuntur *pedum Epiſcopale* atque ense *evaginatus*, Eccleſiaſticæ & principali poteſtati notandæ. Quod exemplum primus etiam *Erlangus* poſteris dicitur dediſſe.

Wormatienſis Epiſcopatus. §. VI. Poſt hæc anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quinto, menſe Majo ad Wormatienſem Epiſcopatum etiam electo Electore *Johanne Philippo*, auctus eſt numerus & immutata ſeries areolarum, ut videlicet *Schœnbornia* parmula locum ſuum retinente, duabus perpendicularibus lineis clypeus in ſex diſtingueretur areas, quarum ſecundam & quintam, nimirum in utroque ordine mediam, impleret rota *Moguntina*; primam verò *cuſpides Franconicæ*, ſextam *Herbipolenſe vexillum*: quarto verò & quarto laterculo *nigro clavis argentea diagonali ſitu locata*, *adjectis* [illegible] *tetragonis* (*Sibmach.* vocat Spangen. Spangenberg. Adelſp. vocat decuſſes S. Andreas Creutzlein/ & exprimit numerum quaternarium) *aureis* conſpiciebatur. Hoc ſymbolum eſt *Wormatienſis* Epiſcopatus antiquiſſimi. Et quidem Vormatiæ vel Vangionum legitur aliquis Archiepiſcopus *Victor*, qui ſeculo quarto ſynodo Coloniensi adverſus Euphraten Epiſcopum Colonienſem Arianum habitæ interfuit. Secuti ſunt alii pari dignitate, donec *Gervilio* Archiepiſcopus, à Pipino Rege exueretur: Et Archiepiſcopali honore *Moguntiam*, quæ hactenus Vormatienſibus ſubdita, translato, Epiſcopali titulo ſucceſſores, in quibus primus *Wernharius*, contenti eſſe juberentur. Poſt hunc quinquageſimus ſeptimus fuit hic memoratus *Johannes Philippus*. Si, de quo mihi non ſatis conſtat, credo tamen, additus eſt apex Wormatienſis, talis fuerit, nimirum *pulvinari rubeo impoſita tabula ſexangula ſingulis angulis pavoninis pennis ornata*, *cum typo ſcutario*.

Scutum Lotharii Friderici Metternichii Electoris. §. VII. Extincto 12. Febr. 1673. Johanne Philippo ex Schœnborniis, ſucceſſit in ſede Eminentiſſimus *Lotharius Fridericus* ex gentis *Metternichia* linea *Burſcheidia* pridem ab anno 1670. 15. Febr. *Coadjutor*, & *Epiſcopus Spirenſis*. Hujus ſcutum illa diſpoſitione fuit repræſentatum, ut duæ perpendiculares & una traſverſa id in ſex areolas, quibus *media gentilis parmula* incumbebat, diſtingueret. Secundum & quintum laterculum ornabat *Moguntina rota*, primum & ultimum *Wormatienſis clavis*, tertium *crux* & quartum *caſtrum cum pedo & incumbente corona*.

Epiſcopatus Spirenſis. §. VIII. *Crux argentea* in *ſolo cæruleo* deſignat *Epiſcopatum Spirenſem*. Epiſcopatum ille *Nemetum* licet antiquus fuerit, nam aliquis *Jeſſius* [illegible] *Jaſimus Epiſcopus Nemetum* legitur Anno 398. interfuiſſe *Colonienſi Synodo* adverſus *Euphraten Arianum* habitæ, ejus tamen Epiſcopi certa ſerie non niſi ab *Athanaſio*, quem ſacellanum ſuum *Dagobertus Rex Francorum*, reſtaurator Epiſcopatus, 610. Eccleſiæ huic præfecit, numerantur. Septuageſimus ſecundus ab Athanaſio Epiſcopus fuit *Philippus Chriſtophorus à Sotern*, Trevirenſis etiam Archiepiſcopus: Cui mortuo 1652. ſuffectus eſt ille *Lotharius Fridericus*, qui ad Moguntinam ſedem demum elevatus, illa ſymbola conjunxit.

Præpoſitura Weiſſenburg. §. IX. Additur alia areola *rubea* cum *caſtro* [illegible] *argenteo*, *opere cæmentario nigro*, *ex quo pedum Abbatis VVeiſſenburgenſis* protenditur, & deſuper incumbit *corona*. Notatur verò illâ teſſerâ *præpoſitura VVeiſſenburgia*, (quod numen *Bernh. Herzog. in Chron. Alſ.* antiquis Witzenborg ſ. der Weißheit Burg à ſapientia Monachorum diſciplina ductum fuiſſe originatur. Forte etymologia longius petita, cùm *verior*

ſit abalbo colore, nam ante monachos Dagobertus Rex in ſua fundatione
Locus ille Wiſſenburg, id eſt, *album caſtrum*, qua etiam ratione aliis vocatur
lia.) Portò in *Weiſſenburgo Waſgaviæ* ad *Lutteram* fluvium ex Vogaſo in
im properantem Imperiali civitate, quam *Sebuſium* antiquis dictam volunt,
ſitura hæc ſita eſt. De qua legas, quæ apud dictum *Bernh. Herzog. Chron. Alſat.*
p. 2. p. 191. *ſeq.* reperiuntur. Fundata dicitur à Dagoberto Francorum Rege 629. Fundator Dagobertus. Quis?
ta Bucelinum 630. Ejus etiam filia *Irmina* in templi choro ſepulta perhibetur.
non definiemus, primus an ſecundus Dagobertus fuerit? illum ſcriptores
uniter intelligunt: ſed *Godofredus Henſchenius* autor alioqui ſatis accuratus
is documentis in ſua *diatriba de tribus Dagobertis*, hanc aliasque fundatio-
t & filiam Irminam *Dagoberto II.* vult attribuendam. Cæterum *Abbatia* pri- Abbatia.
nſtituta erat *Ordinis Benedictini.* Unde poſt *Principium*, quod primo nomen
ui præfuere numerantur 55. Abbates, ex quibus plures ad *Epiſcopales* vel *Archi-*
les cathedras, Moguntinam, Magdeburgenſem, Wormatienſem & Spiren-
ecti ſunt. Et quidem *Carolus Quartus* principali dignitate perhibetur hunc
Abbates exornaſſe (confer *Limn. Jur. Publ. Tom. IV. ad* 7. 52. *pag.* 357.) unde
uatuor Imperii Abbates hic relatus. Verùm *Rudigerus* cognomine *Piſcator* Ab- In Præpoſituram mutata. Spirenſi Epiſcopatui inſerta.
anno 1526. Abbatiam hanc Benedictinam, in ſecularem *præpoſituram* mutari
ſt, & 1545. deceſſit. Succeſſor verò *Philippus de Flersheim Epiſcopus Spirenſis*
o Quinto Imperatore & Paulo Tertio Pontifice obtinuit, ut *Epiſcopatui Spi-*
ereretur, unde ex eo communes cum Spira ſemper præſules habuit.

X. Medium ſcutulum gentile *argenteum tres conchas marinas nigras* con- Metternichiæ conchæ.
, *Metternichiorum* teſſeram, de quo capite de *Metternichis* peculiari

XI. Galeæ impoſitæ ſunt ſcuto ſex. Quarum mediæ duæ Moguntinæ erant, Galeæ.
ræſulis & Electoris ſymbola: Proximæ his Wormatienſis & Spirenſis Epiſco-
im tabulis ſexangulis, quarum angulos pavoninæ pennæ, ipſas verò typi
, nempe alteram clavis Wormatienſis, alteram crux Spirenſis ornabant. A
prima coronata ſuſtinebat Weiſſenburgium geminum caſtrum coronatum
dem inſcriptum. Extrema iterum coronata ſuſtinebat candens caput & col-
ni, roſtro nigro, Metternichiorum apicem.

XII. Lothario Friderico 1675. rebus humanis exemto, electus eſt 3. Jul. l. 23. Scutum Damiani Hartardi Leyani Electoris.
. qui nunc diœceſin moderatur, Eminentiſſimus ac Celſiſſimus Dominus
s Hartardus ex *Leyanis*, Epiſcopus centeſimus ſextus, Archiepiſcopus ſexage-
ctus, Elector quinquageſimus. Cujus ſcuti quadrifidi quadram primam & ex-
rota *Moguntina*, reliquas duas clavis *Wormatienſis* exornant.

XIII. Toti incumbit ſcutulum *cæruleum palo argenteo interſtinctum*, quod Il- Teſſera. Familiæ de Petra ſ von der Leyen.
miliæ *de Petra* ſeu von der Leyen ſymbolum eſt: creditur que nominis fami-
tra fiſſili (Leye oder Schiffer) ducti ratio cæruleum colorem ſcuto induxiſſe,
um abit color illorum lapidum.

IV. Ipſam quod attinet familiam, audiamus Celebrr. hiſtoricum *Jacobum* Familiæ antiquitas & decora.
in dedic. annal. Trevir. Brouweri factâ ad *Carolum Caſparum Electorem Trevi-*
Moguntini noſtri Germanum: quiita: *Cum generis veſtri ſector primordia,*
o quidem ſermone APETRA, vernaculo ac Germanico à LEYEN aut LEYANIS
no more terminem) deducitur, præclariſſimis illud jam olim heroibus conſtat eſſe
m atque illuſtratum. Non evolvam hoc in loco ex antiquiſſimo rerum Germanica-
tore Cornelio Tacito, ejusque libro undecimo: Equites Romanos illuſtres, quibus
ognomentum, qui haud multò poſt Chriſtum ſub Claudio Rom. Imperatore floru-
on producam Sigismundum à Petra *cum uxore Magdalena de Pyrmont ſub Ot-*
ratore in luſtro nobilitatis Merſpurgi ad Salam celebratum. Ille certior propior q,
is veſtra heros heresq, fuit, Wolframus de Petra, *quem alterâ poſt Sigismundum*
Conrado II. Imperatore Trevirenſium Annales memorant anno Chriſti 1151. *inter*
nites nobilesque ſubſcripſiſſe ut teſtem ſententiæ, in cauſa Abbatiæ S. Maxi-
re Hillini Epiſcopi latæ. Quo jam tempore floruiſſe veſtræ familiæ majores,
utro, vel de PETRA vel LEYANO, celebratos nomine, vix cenſeo ambi-
Nam eidem Wolframo, ut coætaneum, ſic conſanguineum fuiſſe Henricum
è nobili proſapia creatum anno ſalutis 1145. Leodienſium *Epiſcopum, qui*

peſſundatam, flagitiosâ multorum Eccleſiaſticorum vitâ, religionem pietatemque ſub Alberone *deceſſore ſuo, laudatiſſimis inſtitutis moribusque rurſum erexit.* Præter alia familiæ, quæ originis & nominis univerſe unius de Petra ſ. von der Leyen / ſolo liberarum quatuor domorum & dominiorum agnomine totidem lineis, in *Leyen*, in *Adendorf*, in *Saffigh*, in *Nickenich*, diſpeſcitur, decora, hoc inprimis memorabile duco, quod neſcio an cuiquam familiæ ex illuſtri nobilitate contigerit, ut uno tempore duo Archiepiſcopatus & Electoratus ex eadem gente præſules acceperint; veluti

Duo Electores ſimul ex ea gente.

inperioribus annis Moguntina & Trevirenſis diœceſis duobus fratribus paruit, atque adeò Imperium ex eadem ſtirpe duobus *palis*, quam gentilem vidimus teſſeram, innixum ſit; quod occaſionem præbuit, ut electioni moderni Electoris illo terraſticho bene precarer:

Fulcimus validis lapſum minitantia palis,
Imperio palus *ſubditur ergo novus.*
Ah Deus Imperium, palos Deus optime, ſerva,
Vt niſi cum mundo non ruat imperium.

Geminis iſtis Germanis ex ſorore Germana nepos acceſſit tertius Eminentiſſimus ac Celſiſſimus Princeps D. *Ioannes Hugo Orsbeckius*, pridem Lotharii Friderici *Spiræ*, & avunculi Caroli Caſpari *Treviris* Coadjutor, ac demum utriusque ſucceſſor, tam Epiſcopus & Princeps quam Archiepiſcopus & Elector utrinque laudatiſſimus.

Galeæ.

§. XV. Imponuntur huic ſcuto galeæ quatuor, quarum mediæ duæ *Archiepiſcopalem* infulam in pulvino & *Electoralem* galerum cum rota referunt. Prima tabulæ hexagonam ſuſtinet, angulos pavoninis pennis exornantibus, typo autem *Wormatienſi* ipſi tabulæ impreſſo. Extrema Leyana coronata ſuſtinet inter alas canicis quinis corculis (an foliolis, nonnulli enim trifolia pingunt, & 8. vel 9. exprimunt) argenteis conſperſas ex diademate torrili caput cum collo canis pernicis ſ. lepotarii (Windſpiel) candidi. Telamones comitantur & tenent ſcutum duo canes venatici argentei.

Scutum Joh. Svicardi Electoris ex Cronbergiis.

§. XVI. Adjiciamus unum adhuc ſcutum *Moguntinum*, quod in Sibmacheri viſitur armor. P. 1. p. 3. & eo tempore *Ioannis Svicardi* fuit, qui ab anno 1604. ad 1626. ſedem tenuit. Hic quadripertita ſectione rotæ *Moguntinæ* ſymbolum gentilitium *Cronbergium* in quadra ſecunda & tertia adjecit: quod cap. 19. deſcripſimus, eſſe videlicet laterculum quadrifidum, cujus prima & quarta area cocco tingitur, corona primam areolam inſuper exornante, ſecunda verò & tertia vario vellere facta conſpicitur, ſeu, ut alii enunciare malunt, argentea quatuor cæruleos monticulos campanarum inſtar continet. Ob hoc tertia etiam galea incumbit ſcuto, ipſa quoque *Cronbergia*, videlicet coronata cum ſtrobilo nigro. Cæterum hoc mortuo teſſeras ſcutarias complexus eſt neſcio quis eleganti tetraſticho, quod huic apponendum reor:

Montem eviciſti princeps, rota ritè cucurrit,
Enſe, pedo, mitra, res bene geſta tibi eſt.
Sufficit: ite enſes, mitræ montesque rotæque,
Omnibus ex titulis una corona ſat eſt.

Titulus.

§. XVII. Supereſt, ut ſolennem titulum addamus, qui eſt: *Archiepiſcopus Moguntinus, S. Rom. Imp. per Germaniam Archicancellarius & princeps Elector*, &c. Adduntur dein Epiſcopatus alii, ſi quos ſimul poſſidet; In hoc *Archicancellarii* inprimis obſervanda eſt appellatio. Hoc argumentum neſcio an alius diligentius vel felicius excoluerit, quàm fecit Illuſtris *Bernardus à Mallinkrot* in libro *de Archicancell. S. Rom. Imp.* Hic primum omnium Archicancellarii nomen geſtaſſe aſſerit *Cunibertum Colonienſem Epiſcopum*: proximum ab hoc *Bonifacium* notat *Moguntinum* Archipræſulem, qui Pipini Regis literas, quibus Epternacenſe ſ. Willibrordi cœnobium 752. dotavit, ita ſubſcripſerit: *Bonifacius Archicancellarius* recognovit. Ex eo recenſet Imperatorum Archicancellarios varios, in quibus præter *Ricolphum* & *Luidbertum*, de quibus dubitari poteſt, non paucos Moguntinos Archiepiſcopos recenſet, qui Archicancellarii ſubſcripſere literis Imperatoriis: in quibus ſunt *Hatto*, *Hildebertus*, *Fridericus*. Demum docet, *Wilhelmus* Ottonis I. Imperatoris filium, Archiepiſcopum primum eſſe, à quo nulli jam alii *Archicancellarii* vel *Archicapellani*, quàm ejusdem ſedis Archimyſtæ: creditque laudatiſſimum iſtum Præſulem, quem *Witikindus virum ſapientem &*

Archicancellarius.

Mallinkrotii ſententia.

Wilhelmus I. à quo omnes Archiepiſcopi Archicancellarii.

rudentem, pium & cunctis affabilem vocat, ab optimo ſuo parente hanc ob-
ſedi ſuæ prærogativam, ut perpetuis deinceps temporibus non alii, quàm Mo-
antiſtites, Romani Imperii Archicancellarii conſtituerentur: qua in re affectui
ſuffragari potuit ipſius loci dignitas, quod jam ab antiquo inter Archiepiſco-
les Moguntina cathedra præ reliquis Ciſalpini Imperii maximè inſignis atque
is fuerit, tum honor S. Bonifacii, tum ipſius urbis quondam florentiſſimæ,
ginonis continuator regiam civitatem & Franciæ metropolin, autor annalium
orum *Germaniæ metropolin* vocant, dignitas. Hoc verò in dubio relinquit:
:ſſo Ottonis I. aliusve Imperatoris privilegio, an verò tacito quodam ut ſæpe
ovimus ac paulatim gliſcente jure, Archicancellariatus Imperii Moguntinæ
exus &, ut vulgò loquimur, incorporatus fuerit. Illud interim veriſſimum
ilhelmum prædictum fuiſſe initium privative poſſidendi & exercendi hanc
e dignationis functionem. (Cæterum edoceor, ut dubio hoc opus non ſit, in
) Moguntino extare ſpecialia privilegia de expreſſa ſedi Moguntinæ collata
ncellariatus dignitate.) Unde idem Vir Illuſtris ſub *Otthonibus* demon-
oguntinos etiam trans Alpes agente Cæſare rerum Germanicarum cu-
gnitionem obiviſſe. Demum ſub *Friderico Barbaroſſa* credit, quod cæpiſſe
t *tres hereditarii Imperii Archicancellariatus* Italia Colonienſi, Gallia Trevi-
chiepiſcopo attributis, quod ad nos quoque duravit, & adhuc in

XVIII. Virtute hujus Archicancellariatus, quæ jura ejus ſint, ex Celeberrimi *Ioh. Bæcleri Not. Sacr. Rom. Imp. L. 6. c. 5.* cum nonnullis interſperſis & juſſu huc transferendum videtur: 1. *Subſcribit & ſubſignat vel ipſe, vel per ſuum Vicecancellarium, decreta Imperatoris & Imperii, in Comitiis & conventibus pu-traque conventus, edita, tum alia Imperii nomine publicanda.* 2. *Sigilla Impe-ſolus aſſervat, omnium actorum, chartarum, Archivi, matriculæ, monumento-ocumentorum variorum Imperii depoſitarius & cuſtos eſt: ita ut etiam expedi-alicarum rerum per Vicecancellarium adminiſtret.* 3. *Directorium habet in Im-itiis, aliisque conventibus, & extra quoque, omni tempore, locoque, ſecundus à* 4. *Solus in aula Cæſarea miniſtrum ac Vicarium, ſive* Procancellarium *habet, de ac Cæſari ſacramenti religione obſtrictum: qua de re extat privilegium Ma-*

Jura ob Archicancellariatum ex Bæcleto.

l. de anno 1509. *ſed & ceteri ad Cancellariatus Imperii procurationem deſtinati à Moguntino ſolo conſtituuntur, ipſique poſt Cæſarem juramento obſtringuntur, è taxa Imperiali ſuſtentantur, quam regit quoque ſolus Moguntinus.* 5. *Solus nem (anno* 1555. *inſtitutam) convocat, proponitque.* 6. *Solus omni tempore rventus ab Imperatore literas accipit, per quas* die Churfürſtlich Gutach- efordert und eingeholet werden. 7. *Solus loquitur in propoſitione Comi-Cæſari reſpondet nomine Electorum & ſtatuum.* 8. *Eſt Protector & Director erialis.* 9. *Solius Moguntini miniſtris debetur immunitas à ſolutione vecti-arum.* 10. *Solus eſt* außſchreibender Churfürſt und *Director* im Chur- hen Crayß. 11. *Tempore interregni cum vicarius Reipubl. invigilat præci-Cancellariam in Camera regit, ac officialibus miniſtrisque inſtruit. Sicut patet ex rdinalis Alberti Moguntini ad Carolum V. & ex Actis inſtituta Camera: tum ex tionibus Maximiliani I. & Caroli V.* deß Ertzcantzlers Amts-würde. *Adda-ius Noribergenſis* 1523. §. Item hat auch: *Solus Cameram viſitat &c. in ea ulti-um habet, Curias Camerales dirigit, Præſidum abſentium vices ſupplet. In viſita-Camera ipſe perpetuus eſt, cum reliqui viſitatores mutantur.* 13. *Soli Moguntino ctorum, Principum & Ordinum Imperii, omnesque deputati in comitiis, aliisque us ſe ſiſtunt, mandata & credentiales offerunt, & deſuper teſtationes expetunt: nte finitum conventum veniam petunt.* 14. *Huic etiam exteri Legati & Re-Agentesque ſuas res primùm exponunt.* 15. *Expedit ſolus in ſua Cancellaria ata, & alia momentoſa pro Imperio.* 16 *Coram ipſo ſolo reſervationes, prote-denunciationes, requiſitiones & ejusmodi alia, fiunt: quemadmodum ſoli quo-ntino ejusve Directorio traduntur ſtatuum memorialia, deſideria, commoni-lata & omnes omnium ſupplicationes atque petitiones.* 17. *Moguntinus ſolus intimat Reviſiones. Vbi verò ipſemet intereſſatus, tum demum Trevir ſupplet, ntino id olim deprecato.* vide Reichs-Abſchied 1594. §. 99. 18. *Solius Mo-*

§. IX. Galeæ & apices ipſum diploma nobis depinxit: ut vero Latino idiomate exprimam: Prior galea tecta laciniis *argenteis* & *nigris* ſuperbit *capite* & *collo moloſſi* ad *perpendiculum ſectis*, ut anterior pars *argento* fulgeat, poſterior *nigricet*, lingua *rubeat*: Poſterior caſſis *Cranichfeldia*, ex qua dependent laciniæ *rubeæ* & *aureæ*, ſuſtinet *gruem* octo *taniis diagonalibus* diſtinctam: quarum *tres cocco*, totidem *argento*, duæ *auro* tinguntur. Galeæ & apex.

§. X. His laterculis aliquando vidi in ſigillo addi mediam parmulam cum capite moloſſi, quod à nonnullis Græzenſis lineæ uſurpatum, ſed non alia ratione, quam quia galeam, cujus apex illud eſt, addere ſpatium vetabat, unde viſum eſt clypeo indi, quod tamen neutiquam ejus ornamentum eſt. An moloſſi caput in ſcuto?

§. XI. Titulus conſvetus hactenus ille fuit: *Rutheni, Dn. de Plavia, Dn. in Graiz, Cranichfeld, Gera, Schleiz & Lobenſtein.* Reuſſen / HErrn von Plauen / HErrn zu Gräitz / Cranichfeld / Gera / Schleitz und Lobenſtein / ꝛc. *Nobilium Dominorum* nomen in *Friderici* diplomate §. 2. illuſtri ſplendori horum Dominorum nihil derogavit, nam & *Lippienſes* hoc nomine uſi, nec non *Querfurtii, Mansfeldii, Pleſſii*, comitibus non inferiores. *Advocatorum* nomen jam etiam antiquatum eſt, poſtquam in patrimonium abivere, quæ prius adminiſtrationis titulo poſſidebant. Ex his vero *Plaviam* cum Olſnicia, Adorff & aliis amiſit familia, cum Erneſtus Elector Dux Saxoniæ bello Ruthenos peteret 1466 huic genti ſatis infelici. Titulus. Nobiles Domini. Advocati.

§. XII. Nunc Cæſarea gratia tori familiæ *Comitum* attributa eſt appellatio, vel potius reſtituta. Nam *Henrici divitis* majores etiam *Comites Glisbergæ*, qui comitatus in Thuringia eſt, & *Weidenſem* præfecturam complectitur, dicti fuere: *Langius* vero ait, eum appellationem *Advocati* tanquam excellentiorem titulum ſervaſſe: ſed & ante ipſum & poſt eum reperiri exempla lego, quod comites *Oſteroda* & Com. *Plaviæ* dicti ſint. Nunc Comites ex priſco more.

§. XIII. Altera linea à *Sigiſmundo* Imperatore 1426. in Principum dignitatem evecta, & prius quidem jam uſurpatus titulus, *Sacri Romani Imperii Burggravii Miſniæ & Com. Hartenſtein* (zum Hartenſtein) *Dn. Plaviæ & Geræ* attributus eſt. Quod & Albertus II. 1439. conſenſu Electorum, Principum & omnium ſtatuum confirmavit. Unde in comitiis & eorum ſubſcriptionibus tales ſunt agniti. In diplomate Maximiliani I. 1490. illa verba leguntur: Daß nicht allein hochgedachte Burggrafen zu Meiſſen und dero leibliche Lehenserben vor Reichs-Fürſten erkläret / ſondern auch nach abgang dererſelben ihre Vettern ingeſamt deß Stammes und Wapens für und für / und zu ewigen Zeiten davor erkannt und gehalten werden ſollen: quæ verba Carolus V. & Ferdinandus I. repetiere. Linea principum Burggraviorum.

ut nemo Christianorum, neque illud Regnum, quod Christus in terris instituit,

13. *Eventus.*
14. *Montisferratum. Marchiones ex Alramidis. ex Paleologis.*
15. *Controverſia cum Mantuanis de Montisferrato.*
16. *Crux Sabaudiæ an à Rhodiis? Unde? FERT.*
17. *Sabaudica ſucceſſio & linea.*
18. *Corona regia. Galea.*
19. *Apices. Leo alatus an bubo? Columnæ an pileus Orientalis? Laciniæ.*
20. *Telamones. Papilio. Vexillum.*
21. *Torques ordinum. Pallium Ducale.*
22. *Examinata ſcuta vetuſtis Sabaudis attribui ſolita.*
23. *Scutum majus ex Bara.*
24. *Sabaudiæ vetus teſſera. Pedemontium.*
25. *Seguſium ſ. Suſa March.*
26. *Breſſia. Ejus veteres Domini. Tandem ad Francos.*
27. *Baugé ſ. Baugiacum.*
28. *Vaud ſ. Valdium. Linea peculiaris. Ditio eorum ad Sabaudos. ad Helvetios.*
29. *Valromey.*
30. *Nicea Comitatus. Quomodo ad Sabaudos?*
31. *Achajæ principatus. Ad Sabaudos.*
32. *Antiochiæ principatus. Ad Sabaudos.*
33. *Foſſignia. Ad Sabaudos. Vetus familia.*
34. *Geſium ſ. Gex. A Genevenſibus ad Joinvillios.*
35. *Marchion. Saluciarum. Jus Sabaudorum & Pratenſio Gallorum.*
36. *Quomodo ad Sabaudos?*
37. *Ex Sibmachero ſcutum.*
38. *Diſcerniculæ vetera ex monumento Beatricis Ccm Recentiora. Nemoroſiorum. Carinianorum.*
39. *Tituli.*
40. *Aſta Ceva Vercellæ. Marchionatus Italiæ. Romontium. Friburgum.*

§. I.

Familiæ regii tituli & ornamenta.

SEreniſſima familia *Sabaudiæ* Ducum (quam poſt alias luculentiſſime *Samuel Guichenonius*, ex quo pleraque hauriemus, deſcripſit) non affinitatibus ſolum verum etiam prætenſionibus regiis plerorumq; principũ conditionem excedit. Unde *Celſitudinis* à 1545. qui eo tempore regum filiis peculiaris, & *Regiæ Celſitudinis* (*Alteſſe Royale*) titulus ab anno 1633. ab ea communiter uſurpatur, quo tempore Dux *Victor Amedeus*, cum *Reſpublica Veneta* πεοεδείαν ante eum affectaret, & illum aſſumſit, & *coronam* regum more iſtiusque exemplo clauſit, & ea diſpoſitione clypeum ſuum ordinavit, quam ex *Orontii Finei Brianvillii* libello (*jeu d'armoiries*) Duci dedicato pag. 65. repetimus.

Scutum Victoris Amedei Ducis.

§. II. Scutum quadripertitum viſitur: Prima quadra quadrifida iterum ſectione totidem areolas exhibet *Hieroſolymitanam*, argenteam cruce patibulata aurea, quam quatuor aliæ cruciculæ ejusdem metalli comitantur, inſignitam, *Luſignanam* tranſverſis decem tæniolis argenteis & cyaneis exaratam incumbente toti leone rubeo, falculis, lingua & corona aureis, (alii linguam cæruleam volunt) *Armeniam* auream leone rubeo, cujus lingua cærulea, corona & falculæ aureæ, ornatam, & quam *Lucenburgicam* dicunt, argenteam leone rubeo, cujus cauda bifida in decuſſim trajicitur impreſſam. Altera quadra bipertita eſt, hinc purpura (vel minio) tincta, in qua equinus pullus argenteus in lævam converſus effrenis ferocit, *Weſtfalia* notandæ, iſthinc tranſverſis faſciis aureis & nigris, quibus ſertum rutaceum Viride inducitur, exarata deſignandæ *Saxoniæ*, inſitâ in imo areolâ triangulari argenteâ, tribus vaginarum cuſpidibus rubeis pro *Angria* inſtructa. Quadrans tertius bipertitus hinc ſolo argenteo plinthidibus vel ſchedulis nigris conſito leonem atrum falculis & lingua coccineis *Chableſio* indicando, iſthinc nigro argenteum leonem, falculis & lingua item rubeis *Auguſtæ* ſignandæ inſcribit. Ultima quadra denuo bipertita priori parte 4. cyaneis 5. aureas æquipollentes teſſellas (ſymbolum *Genevenſe*) defert, altera argento candet, cephalo ſcutatio rubeo, *Montiſerrati* notæ. (quem *Geliot.* pag. 55. per errorem ſitu colorum oppoſito exprimit, qua ratione *Saluciæ* notarentur.) Toti incumbit parmula media rubea, impreſſa cruce argentea, *Sabaudiæ* δεῖγμα.

Hieroſolymorum regnum.

§. III. *Hieroſolymitana* crux primam obtinet areolam. Ajunt eam, contra artis regulas metallica figura metallico ſolo inſcripta, *Godofredo Bullioneo* datam eſſe procerum communi conſenſu, cum eum expugnata urbe Hieroſolymitana ejus creaſſent

Reges.

regem. Fratri ſucceſſit *Balduinus*, & huic nepos ſ. conſobrinus *Balduinus de Burgo*. Inde ſucceſſit *Fulco* gener ex *Andegavenſibus*, huic filii *Balduinus III.* & *Almericus*, quo natus *Balduinus IV.* cui ſucceſſit ex ſorore nepos *Baldu. nus V.* & huic, quem veneno

Luſiniani,

credebatur ſuſtuliſſe, vitricus *Guido Luſinianus*: Hunc captivum abduxit *Saladinus*, ſed demum dimiſit: tandem ei pro regni Hieroſolymitani titulis, quos *Henrico Comiti Campaniæ* cederet, *Richardus Angliæ rex Cyprũ* inſualam, quam in itinere *Iſaaco Comneno*

ejus

s tyranno, ob injurioſe habitas Franciæ & Angliæ reginas, capto occupaverat, novũ-
e *regnum* acquiſierat, conceſſit 1191. qui ſucceſſorem fratrẽ *Almericum* habuit. Inde
nes de Brenna Gallus ab uxore Violanta regnum *Paleſtinæ* ſibi vindicavit, ac demum
n filia *Violanta Friderico II.* dotale regnum vel ejus jus tradidit. In *Cypro* vero ſucceſ- R. Cypri.
Almerico filius *Hugo*, huic iterum filius *Henricus I.* & nepos *Hugo II.* Cum hic 1267.
s deceſſiſſet, eum aſſumto *Luſiniano* nomine quem tamen *Thuanus* L. 49. p. 910. ex
em priori gente fuiſſe cenſet) excepit *Hugo III.* ipſius amitâ Iſabellâ atque *Henrico*
iocheno (ex Antiochiæ pirncipibus, qui à Raymundo Aquitano deſcendunt) na-
Inde ſecuti ſunt filii *Ioannes*, *Henricus*, *Amalricus*, & ex *Guidone* nepos *Hugo IV.* Pa-
& avo ſucceſſere *Petri* duo; & *Petro* ſ. *Petrino ſecundo* 1381. patruelis (quem *Thuan. d. l.*
uum fuiſſe putat) *Iacobus* pridem *Cypri Seneſchallus*; Jocobus filium habuit ſucceſſo-
Ioannem ſ. *Ianum*, hic alium *Ianum* ſ. *Ioannem Carolæ* parentem. *Carola* heres *Cypri*
uli Hieroſolymitani nupta primum *Iohanni Portugallo* Conimbricæ Duci, altera
Ludovico Sabaudo C. Genevenſi 1458. poſt patrem coronata quidem eſt, ſed dein à Inſula ad Venetos.
s notho *Iacobo*, qui Epiſcopus *Nicoſienſis* fuerat, auxilio *Soldani Ægyptii*, cui re-
nic tributarium reddidit, expulſa eſt. *Iacobus Catharinam* ſ. *Marci Cornari* ſ. *Cornelii*
etiã Senatu Veneto adoptatam firmandæ novæ potentiæ duxit. *Poſtea* (verba
ani ſunt d. l.) *cum anno* 1470. *moreretur uxore gravida relicta, omnis adminiſtratio*
nte regina in Senatus Veneti poteſtatem venit, qui & Catharinæ per Marcum Cor-
m *patrem &* Aloiſium Bembum *avunculum perſvaſit, ut Venetias ſe conferret, quo*
um adduxit Ianum, Ioannem & Carlotum ex nobilibus Concubinis ſuſceptos à Iacobo
qui inibi perierunt. Illa vero Iacobo poſt humo filio paulo ante mortuo regnum Sena-
navit, ad cujus ſucceſſionem nothi illi, quos dixi, ordine à marito vocati fuerant, &
os proximus ex Luſinianæ familia. At q, hoc eſt jus, quod ſibi Veneti in eo regno vindi-
; quod q, 90. circiter annos, haud juſtiore fortaſſe titulo quam Romani olim, tenuerunt.
ium eadem inſula à *Turcis* eorum poteſtati 1570. erepta eſt. Cæterum *Carola*, cum Turcas;
moreretur, Sabaudiæ Duces, qui alioquin ex amitâ ejus Anna deſcendebant, he- Jus ad Sabaudos.
inſtituit: inprimis verò *Carolum* Ducem, qui 1488. *titulum* aſſumſit, & ea de cauſa
no Babylonis ſcripſit: poſt eum filius *Carolus Ioannes Amedæus* in prætenſionem ſuc-

Huic agnati, ex quibus *Carolus III.* fruſtra à Venetis inſulam repoſcit 1530. ſed
eſponſi nactus eſt: *Cæli cælorum Domino, terram autem dedet filiis hominum.* Hu-
os *Carolus Emanuel* 1601. *Cyprios* tentavit, ſpe ductus, *Archiepiſcopi* ope inſulam
ndi, ſed 1608. cum res ante tempus expectantium impatientia emanaſſet, Archi-
pus aufugere coactus eſt. Hæc fere Cypriæ ſucceſſionis, qua ratione illa ad
dos delata, ſeries eſt. Porrò *Hieroſolymitanum titulum* dicuntur à *Brianvillio Cy-*
umſiſſe, *Conradino Svevo* extincto. De Hiſpaniæ regum & ducum Lotharin-
que aliorum in *Hiroſolymitanum regnum* prætenſione diximus cap. 38. n. 46. 48. c.
n. 6. 24.

V. Alter laterculus primæ quadræ *Luſinianam* familiam deſignare dicitur Quam Luſiniano
ot. indic, armor. p. 56. & *Chiffl. Eq. A. V. inſ. n.* 56. *Cyprum* interpretentur. Cæte- familia.
ſiniana familia à quodam *Hugone Venatore* dicto, cujus filius *Hugo II. Leſignem* ſ.
n in Pictonibus condidiſſe legitur, deduci amat. Primogenita linea 13. ordine
avit, quibus *Hugonis* nomen fuit, quorum poſteriores *Comitatum Marchiæ* te-
t. Ultimi frater *Guido* comitatum Philippo Regi Franciæ donavit. Qui regnum
ymitanum & *Cyprium* rexere *Guido* & *Almericus*, & qui *Iaphæ* ac *Cæſareæ* comes
ofredus, *Hugonis VIII.* fratres fuere. De ſucceſſoribus §. proximo actum. Cæte-
ſinianum nomen dein ab Aquitanis, qui in jus & regnum ſucceſſere, aſſumtum
que hoc arma.

V. Armeniam proximo leone notari diximus, quæ in Aſia ampliſſime protendi Armenia.
os habuit reges: Ex quibus *Leonis* ſ. *Livonis* filiam *Iſabellam* duxit *Amalricus Lu-*
R. Cypri, unde avo ſucceſſit *Hugo*, huic filius Joannes, qui Franciſcano cucullo
fratris *Amalrici* filio *Leoni I.* regnum conceſſit: huic ſucceſſit *Leo* ſ. *Lito II.* quo
o III. quem Saraceni expulere, unde in Francia, quo ſe receperat, 1393. deceſſit.
uo *Iacobus* agnatus rex Cypri titulum adjecit ſuis, & poſteris reliquit, ex qui-
Carolæ etiam *Sabaudis* transſcripſit: Armenia tamen jam diu ſub Turcarum
gemente. Leonis *Σῆμα Brianvillius* ei cauſæ aſcribit, quod plerisque regibus
erit nomen. *Varenn. R. d'arm. P. 2. p.* 283. Armeniæ regibus attribuit in parma
s damas (Dains) ex argento, auro coronatos.

Lucenburgum an Cyprus.

§. V I. Proxima areola leone rubeo insignis *Lucenburgia* esse à plerisque (in quibus etiam *Chifflet. Eq. A.V.* n. 56.) asseritur. Sed nec quid Lucenburgia gens in Cypro potestatis habuerit, vel ullam ejus cum istis Regibus reperio affinitatem: Tum Lucenburgi δῆγμα haudquaquam est leo in argenteo scuto, sed ipso *Brianvillio* (qui tamen hic quoque communem opinionem refert) teste p. 157. Leo talis parmæ fasciis quinis argenteis & cyaneis exaratæ inscriptus. An forte dicemus, hoc leone proprie notari *Cyprum*? Licet Brianvillius toto isto quadrante & symbolis una sumtis *regnum Cyprium* notari perhibeat. Cæterum primum hunc quadrantem assumsit Dux *Victor Amedeus* aliorum locorum, quæ non amplius possidebat, notis expunctis, teste *Menestr. ver. art. du blas. p.* 345.

Saxoniæ symbolum vetus.

§. V II. Proximus quadrans symbola *Saxonica* defert: & primo quidem *equum cf. frenem*, qui *veterum Saxonum* symbolum fuit, quemque ex nigro Witikindus post baptismum candidum gestare cepit. Idem nunc quoque in *Brunsvicensium* Ducum galea, tum *Westphaliæ* designandæ in Colonien sis Electoris scuto fulit. Fasciæ cum serto rutaceo *alterius Saxonicæ* ex *Ascanis* gentis δῆγμα fuit, nunc pariter Misnicæ. Inde vocatur *Saxoniæ modernum symbolum*. Errant vero, qui equum *superioris*, sertum *inferioris* Saxoniæ symbolũ inter pretantur. Nam superiori circulo Saxoniæ annumerantur, qui serto utuntur: Brunsvicenses, qui equo, inferiori. *Angrivariæ* (cui Witikindus imperavit) notas itidem in Saxonici Lauenburgici s. Saxoniæ inferioris Ducis scuto videre est: quas tamen alii non extremitates vaginarum sed scarabæi majoris cornua bisulcis dentata forcipibus existimant. Ita *Chiffl. Inf. Eq. A.V.* quem ob hec *Ferrand. Epinic. probl. p.* 108. reprehendit. Verum supra *c. 5. n. 6. 7.* ex Celebertimi Viri sententia communi illa sententia de Angrivariæ hac nota in in dubium revocata, & illa tessera comitum Brenensi asserta est.

Modernum.

Angrivariæ.

Ratio à deductione Saxonica.

§. VIII. Hunc quadrantem assumsit Dux *Emanuel Philibertus* (qui tamen ap. *Chiffl. Inf. Eq. A.V. n.* 193. simplicem tantum crucem gestasse perhibetur) testandæ *originis Saxonicæ*. Nam perhibetur *Beraldus* s. *Bertoldus* primus *Sabaudiæ* & *Maurienna* comes à *Witikindo* descendisse. gradus deductionis ab aliis alii recensenrur. Hanc assumtionem improbat *le Labour. orig. des arm. n.* 52. inter alia hoc argumento, quia si à Witikindo descẽdant, areola cum serto rutaceo assumenda non fuerat, quæ non *Witikindeorum* sed *Ascaniorum*, & diu post Beraldum Bernardo Ascanio sertum illud concessum fuit. Imosi moderni Saxones dare voluissent, existimat in præjudicium Ascaniorum s. Anhaltinorum dari non potuisse. Præterea ipsa à Saxone Witikindo deductio haud adeo liquida est. Certe cum Celebert. *Sam. Guichenonius* 1661. historiam domus auspiciis Ducis ediderit, vix ambigo, quicquid probandæ deductioni antiquæ in tabulario principis repertum fuerit, ei esse communicatũ: nec tamen alias rationes vel fundamenta adducere potuit, quam istas: 1. Traditionem. 2. Suffragium plurium autorum non unius nationis. 3. Insignia veterũ Mauriennæ comitum, quæ fuerint, aquila, cujus usus etiam veteribus è Saxonica gente Imperatoribus fuerit. 4. Mauritium tutelarem sanctum & Saxonibus & Sabaudis esse. 5. Legem Salicam utrobique receptam. 6. Familiam utramque, ut se consanguineos invicem agnoscant, amice consentire. In examinandis his rationibus non laborabo, sed peritioribus illas examinandas relinquam; vereor autem, ut quod volunt solidorum fundamentorum avidis persvadeant. Sed in omni hoc argumento etiam apud alias stirpes forte frustra, ubi in antiquitatem plurium seculorum ascenditur, rationes exiguntur, quæ omni dubio vacent.

Ejus rationes.

Donum factum familiæ Bruiset.

§. IX. Hoc observaverim, antequam hinc abeam, *Carolum Emanuelem* Ducem familiæ *Bruiset* Dominorum *d'Onas* id gratiæ suæ dedisse documentum, ut gentilitio scuto cæruleo *cuspidibus tribus aureis* ex *latere sinistro in dextrum* ductis bipertito, *tribus byzantinis aureis* pedi ejus inscriptis imponerent *caput argenteum Angrivariæ triplici symbolo rubeo* impressum, teste Guichenonio.

Ducatus Chablais.

§. X. In quadrante tertio primus palus *Caballiacum* s. *Chablesium* ducatum notat (uti etiam memorat *Chifflet. Inf. Eq. A.V. n.* 247.) quem (constantem ditione ad meridianum latus lacus Lemani, ubi olim Antuates, nunc Tononum, Aguianum) ab Imperatore, *Humberto Albimano* donatum perhibet *Guichenonius*: alter *Augusta* ducatum, ab *Augusta Pratoria* ad Duriam in Alpinis sita dictum. Hunc idem autor perhibet circa 1032. *Oddoni* comiti obtigisse, ab uxore *Adelaide Marchione Segusii* seu *Susiensi*

Augusta.

cum

Turino & aliis ejus tractus. Ducatus autem eos feciſſe fertur in Amedei IV. gra- *Friderico III.* Imperator.

§. XI. In quadrante ultimo prima areola *Genevenſem* aut *Gebenneſium* potius co- tum, vel quo nunc axiomate eſt *Principatum*, deſignat, cujus metropolis *Annecium* y. *Comites Genevæ* deducuntur à quodam *Ratberto*, qui circa 890. vixit. In ejus ens *Guilelmus III.* Comes Genevæ ex primo cum *Agnete Sabauda* matrimonio edeum III. Comitem & ex ſecunda conjuge *Emeralda de la Fraſſe*, *Petrum* Domi- de Balaiſon genuit: Ex hoc prognati *Marchiones de Lullins*, ex quibus ultimus vivis exceſſit *Albertus Eugenius.* *Amedeus III.* autem præter *Robertum*, qui ſub ntis VII. nomine *Pontifex* & poſt fratres Comes fuit, genuit *Aimonem III. Ame-* IV. *Ioannem* & *Petrum* comites: quibus ſine liberis extinctis ſucceſſit ex ſorore ia nepos *Humbertus IIX.* Dn. de *Thoire* & de *Villars*: hic demum 1401. eundem atum 45000. aureis reliquit *Amedæo VIII. comiti Sabaudiæ.* Contradixit vero ſuc- ni Thoiteæ *princeps Arauſionenſis* Joannes Cabillonius, maritus Mariæ natæ Ray- lo Balcio & Joanna ultimorum Genevæ comitum ſorore.

Genevenſis principatus. Comites.

March. de Lullins.

Succeſſio ad Villarios, Sabaudos.

§. XII. Cum autem non tantum Domus *Naſſovio-Arauſionenſis* hodie etiam in ibus Genevenſe δεῖγμα veteris prætenſionis indicium geſtet, verum etiam inter s & *civitatem Genevenſem* graviſſima ſit diſputatio, illo ſibi jus in ipſam Gene- bem aſſerente, cui juri civitas contradicit, neque unquam in ſe verùm *Gebenne-* omitatũ, hoc eſt, tractum vicinum (*Genevois*) Ducũ ve Comitum Sabaudiæ, ſed *piſcopi* poteſtatem fuiſſe, hac autem excuſſa plenam libertatem eſſe contendens: pretium eſt, integrum, quid de controverſia hac agit, *Thuani* locum huc transfer- L. 125. ubi tota utriusque partis diſputatio & ad argumenta reſponſiones fulius ntur: Ita autem habent p. 725. ſeqq. Geneva, *quam ex veteri inſcriptione eque- civitatem olim dictam volunt, poſt everſum Imperium Romanum & novum à ogallis noſtris in Occidente fundatum*, ſub ejus patrocinio diu libertatem ſervavit, ; cujus imago etiam nunc pro valvis majoris templi viſitur, & ad Caroli Magni, ora refertur, alis veluti defenſa, quousque exortis in Imperio diſcordiis civilibus, Cæſaribus deſereretur, ad Epiſcopos, quorum tunc etiam in iis, quæ ad civilem ictionem ſpectabant, magna auctoritas erat, confugit. *Dein nova inter Epiſco- os & vicinos Sabaudiæ comites ſuborta diſſidia urbem miſeram ſemel atque iterum o vaſtatam varia peſte deſtruxerunt. Iuris autem quod Sabaudus ſibi arrogat, e teſtimonia & argumenta ante triennium ſtatim poſt pacificationem Vervinien- n VIIIbr. menſe Hermanca ab utraque parte conventus indictus eſſet, ejus delegati um afferebant:* Petrum *videlicet ex antiquo* Genevenſium *comitum ſtipite ulti- nno* clɔ cccxcii. xxiv. *Mart. heredem univerſalem inſtituiſſe* Humbertum Vil- mitem *ex ſorore nepotem, qui poſt avunculi mortem Genevenſem comitatum cre- ejus inveſtituram à Venceslao Cæſare tertio poſt anno exeunte obtinuit. Humber- n* clɔ cccc. *poſt anno menſe Martio morientem, cum nullos ex ſe natos haberet, s inſtituiſſe, & iis deficientibus* Odonem Villarium patruum; *qui cum haredi- nno ſequenti adiiſſet; V. Auguſti mox comitatum Genevenſem titulo venditionis laum Sabaudum tranſtuliſſe. Amadæum autem, ut emptionem à ſe factam novo firmaret, ejusdem comitatus denuo inveſtituram à Sigismundo Cæſare impetraviſſe* cccccxxii. x. *Kal. VIIbr. cum vero de comitatu Genevenſi quaſi morte Petri ad m devoluto ab Imperiali Syndico controverſia Amadæo facta eſſet, & Arauſionen- eps eundem comitatum quaſi Petri ab inteſtato heres vindicaret, Sigismundum ecreta Amadæo caviſſe, ſi ſententia ſecundum imperialem fiſcum ferretur, fore, ut quod in comitatum Genevenſem tanquam imperii beneficiarium ipſi competebat, oribusque ejus bona fide attribueret. Quod cum contigiſſet, Sigismundum poſt im latam novo inſtrumento apocham ratam habuiſſe, & anno ſequenti* ix. *Kalend. nitatum Genevenſem Amadæo conceſſiſſe, &* Arauſionenſi interdixiſſe, ne comi- venſis titulos Sabaudo attributos ſibi in poſterum arrogaret. *Ea de re publicum ntum confectum anno* clɔ cccxxiv. iv. *Kal. Iun. Iam vero ante Sabaudiæ prin- e ſupremum dominium, jurisdictionem, ac jura regia, quæ imperio in eo compe- à Cæſaribus habuiſſe; & vicarios imperii conſtitutos* Epiſcopo Genevenſi *man- ſur aviſſe*, ut principes Sabaudiæ tanquam perpetuos imperii vicarios coleret. *o IV. anno* clɔ cccLvi. *decretum: cum jam ante ejusdem ſeculi* LVI. *idem Carolus*

Prætenſio in civitatem Genevenſem ex Thuano,

conſtituiſſet, ut appellationes à Genevenſibus interpoſita coram Sabaudiæ Duce tanquam imperii vicario diſceptarentur. Id jus à Maximiliano Cæſare in comitatum Genevenſem, & nominatim in civitatem Genevam ejusque territorium Sabaudiæ Duci conceſſum eſſe, diplomate ea *de re condito* III. *eid. Maj. anno* CIↃ IↃ XIX. *Secundum hæc anno decimo poſt pridie Non. Xbr. à Carolo V. mandatum Genevæ civitati ejusque Epiſcopo fuiſſe, ut omne obſequium Carolo Sabaudiæ Duci deferrent. Quod & idem Carolus anno ſequenti cum vicarii titulo, aliisque juribus plenius deſignatis confirmavit. Inſtrumento ea de re facto* III. *Eid. Mart. Idem juris ſub Ferdinando & Rudolpho Cæſaribus fuiſſe, nec tantum Sabaudiæ principes jure ab antiquis Genevæ comitibus deducto & à Cæſaribus vicarii titulo confirmato niti, ſed* etiam ad illud Sanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritatem accedere; *nam Leonem X. anno* CIↃ IↃ XV. *diplomate idem jus Carolo Sabaudo tribuiſſe, & ab eo tempore Petrum Balmam urbis Epiſcopum ac ejus ſucceſſores citra controverſiam omnem fidei ſacramentum dexiſſe.* Ita antiquorum comitum, Epiſcoporum, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, Imperii jura in Sabaudiæ Duces cumulata, totoque eo tempore, eos etiam ex Genevenſium, ex ipſius Epiſcopi conſenſu omnia ſupremi Imperii jura in urbe exercuiſſe: *Gubernatores, Iudices, lictores & apparitores cum Sabaudiæ insignibus inſtituiſſe; arcem & palatium in ea habuiſſe: monetam cudiſſe: delictorum gratiam feciſſe: denique nullum non ſupremi principis munus obiiſſe usque ad annum* CIↃ IↃ XXXV. *quo mutata religione & civili adminiſtratione Carolus ſimul & Epiſcopus & Imperator & Pontifex omni jure ſuo ſpoliati ſunt. Contra Genevenſium delegati diſputabant,* teſtamenta, hereditatum additiones, repetitas altius Ducum origines, jurium cessiones, inveſtituras miſſas facientes, ex iis nihil adverſus civitatis libertatem colligi posse bant, aut ſequi, comites Genevæ dictos ſeu potius Genevenſis territorii quicquam foris in civitatem habuiſſe. *Quin potius eos ſemper Epiſcopis & Eccleſiæ fidei ſacramentum dixiſſe, & utrinque beneficiarios per* CCCC. *amplius annos fuiſſe, civitatem vero ipſam ſemper liberam & imperialem fuiſſe. Id ex Friderici Ahenobarbi diplomate anno* CIↃ CLIII. *ad Arducium Epiſcopum directo, patere, quo confirmantur libertates illius Eccleſiæ, & contra earundem violatores bonorum proſcriptio ſancitur, parte Imperiali cameræ; parte ipſi Genevenſi Eccleſiæ adjudicata. Eundem Fridericum nono poſt anno,* cum Bertoldus Zeringenſis Dux *ob eo vicarii Imperii titulum impetraſſet, quem in Gebennenſii comitem transferre cogitabat, utrumque coram S. Imperii principibus increpitum, etiam jure ſuo,* quod ſubreptitia fraude quæſiverant, privaſſe, & ſupremum dominium denuo Epiſcopo ejusque ſucceſſoribus attribuiſſe, ita ut ne de conſenſu quidem eorum auferri ab Eccleſia poſſet. *Id pragmatica ſanctione in comitiis Imperii* [illegible] *Zeringenſi & Gebennenſii comite conſentientibus & deprecantibus decretum. Annoque demum* CIↃ CLXXXVI. *Guilielmi tanquam Epiſcopi & Eccleſiæ Gebennenſis beneficiarii omnem ditionem Nantelino Epiſcopo ſententia in ipſum menſe Septembri lata judicatam fuiſſe; poſt ceſſa dein Sabaudiæ comitibus à Gebennenſii comitibus jura & actiones, ſemel atque iterum Sabaudos cum Epiſcopo anno* CIↃ CCXIX. *&* CIↃ CCXC. *tranſegiſſe, & ſe beneficiarios Epiſcopi & Eccleſiæ Genevenſis profeſſos eſſe; alia & fidei Epiſcopo à comitibus anno* CIↃ CCCXCV. CIↃ CCCV. *jurata inſtrumenta extare. Et cum inter Blancam Gebennenſii comitiſſam & Amedæum Sabaudiæ comitem de principatu Gebennenſi, utrius eſſet, ambigeretur, & uterque Epiſcopo illius ergo fidei ſacramentum dicere ſe paratum oſtenderet, negaret eam ab Epiſcopo gratiam, quousque de jure ipſorum certo conſtaret; ex eo liquere diplomata à Venceslao & Sigismundo Cæſaribus aliaque Imperiali ſubnixa inſtrumenta Sabaudiæ comitibus conceſſa annis* CIↃ CCCXV. CIↃ CCCCXXII. *& duobus ſequentibus nullum præjudicium Eccleſiæ & civitati Genevenſi facere potuiſſe?* neque plus eos juris in Eccleſiam & civitatem habere, quam à Gebennenſii comitibus acceperint. Nam non Genevæ eos comites, ſed Gebennenſii dictos antiquorum documentorum fide conſtare, in quibus & plerumque nomen ab amanuenſibus uſu tunc inter eos recepto, contractum reperitur, ita ut eos non urbis, ſed circumpoſiti territorii dominos fuiſſe appareat. *Nec obſtare diplomata Caroli IV. anno* CIↃ CCCLV. *& undecim poſt annis conceſſa, quibus Celſitudinis Suæ deceſſoribus vicarii Imperialis titulus & jura regalia attribuuntur & confirmantur; nam ea alterius & multo antiquioris diplomatis & Friderico Ahenobarbo ſancti auctoritate ſubverti; quippe cum minime æquum ſit, ut reſcriptum non auditis partibus & à Cæſare obnoxio in gratiam cognatione conjuncti principis obreptitia fraude ac ſervato juris ordine conceſſum, tam ſolemni Friderici judicio partibus auditis & in publicis*

Imperii comitiis reddito præpolleat; id ipſum Carolum vidiſſe, qui ſe importunati principis precibus victum ei vicarii Imperii dignitatem conceſſiſſe poſtea is eſt, & cum rem eam Imperio ſumme detrimentoſam agnoſceret, contrario o anno ſequenti dignitatem illam Sabaudiæ comiti abrogaſſe, & jura priſtina ſcopo quam civitati, quam nobile Imperii membrum vocat, competentia denfirmaſſe; *& anno demum* clɔ cccLxxvii. *cum Carolus IV. & Gregorius XII. P.R.* *t apud comitem, ut declarationi, qua vicarii dignitas revocabatur, pareret, tan-* *acquieviſſe, eaque de republicum inſtrumentum confectum fuiſſe: itaque cum* *dignitatem poſtea anno* clɔ cccc. *Venceslaus in Amedæum VIII. qui primus Sabau-* *creatus fuit, contuliſſet, clauſulam adjeciſſe, qua nullum Epiſcopo ejusve ſucceſſo-* *civitatis libertatibus præjudicium propterea creatum iri ſignificarat; poſtea Si-* *lum eam rurſus dignitatem Amedæo abrogaſſe, eique enixe imperaſſe, ne quid con-* *regalia & libertates Eccleſiæ Genevenſis, quam inſigne Imperii membrum itidem* *, attentare præſumeret: id anno* clɔ ccccxii. *&* clɔ ccccxx. *decretum. Itaque Lu-* *n Sabaudiæ Ducem anno* clɔ ccccLv. *enixe officialibus ſuis mandaſſe, ne quid in Ge-* *vitatis libertates ac jura admitterent, & quaque adverſus ea facta unquam fuiſ-* *ta eſſe voluiſſe. Idem Carolum II. Sabaudiæ Ducem anno* clɔ ccccxxxix. *conſtituiſ-* *roinde in contrarium* Maximiliani, Caroli V. *&* Rodolfi *diplomata adduci*, quipibus non auditis & per errorem conceſſa, totque pragmaticis antiquioribus uſæ cognitione factis repugnantia, & poſterioribus ab eodem Carolo conditis ita. *Nam eum à Gallis minime metuentem anno* clɔ lɔ xxx. *publico inſtrumento mo-* *enevenſeis, ne quid in perniciem Epiſcopi, Eccleſiæ, ac civitatis à Sabaudiæ Ducibus* *facerent; atque anno decimo poſt, cum jam una cum religione civilis adminiſtratio* *et, eos denuo monuiſſe, uti priſtinam juris dictionem & libertates à deceſſoribus ſuis* *tanquam civitati Imperiali conceſſas tuerentur. Nec pluris faciendam ea in re* Leo- *P.R. auctoritatem, quippe qui nec competens partium judex ſit, nec auditis partibus* *ſa pronunciaverit. Nam Caroli æſtu, qui opima ſacerdotia Petro Balmæ erepta vi* *retinebat, id Epiſcopo aſſentiente, ut ſuum recuperaret*, ab amico Pontifice & nincipum gratiæ negante diploma hoc emendicatum fuiſſe; *nihilque juris per illud* *diæ ducibus acceſſiſſe. Et aliunde conſtare*, quousque in generali & libero Conle poteſtate Romanæ Sedis in dubium merito à compluribus revocata decret, pleraſque civitates & provincias imperiales apud Helvetios, in Germania, Belmulta etiam regna ut Anglicanum, Scoticum, Danicum, Svecicum, LX. ab hinc à Pontifice defeciſſe, nihilque ejus auctoritati aut Epiſcopis præſulibusque Pontioditis deferre; *Idque ut facere poſſent, prudentiſſime in Imperii comitiis, ac præci-* *rimbergæ anno* clɔlɔ xxxii. *decretum eſſe. Et tamen ſi priſca repetantur tempora,* *mi IV. anno* clɔ cLvii. *&* *Sixti IV. anno* clɔ ccccLxxxiii. *reſcriptis privilegia ac li-* *es à Friderico Abenobarbo conceſſas revocationes memoratas vicarii Imperialis à* *IV. factas confirmari. Et Felicem V. antea Amedæum dictum & Sabaudiæ Ducem, in-* *diplomate anno* clɔ ccccxLiv. *libertates & immunitates civitatis laudare, &* copias evenſibus ſubmiſſas non ex officii neceſſitate, ſed amice & pro jure fœderationis iniæ conceſſas interpretari: *quod vero additur*, plures civitatis Epiſcopos Sabaurincipibus *fidei ſacramentum dixiſſe, id nec documentis certus probari; nec veroſi-* *ieri, cum tot contraria inſtrumenta in medium afferantur*; neque ſi qui fuerint, qui aliave de cauſa tam ignaviter peccaverint, in argumentum duci poſſe, aut quidjutis id Sabaudiæ Ducibus tribuere, cum diſerte *Friderici diplomate* cautum ſit, iſcopi ſupremum illud dominium alienare poſſint; idque ipſi ſe religioſe ſervacivitatis Syndici ſtatim in inauguratione ſua promittant; *Neque proinde niſi in-* *erjurio ab ea veluti cum civitate inita pactione recedere valeant. Idem trans-* *e inter Joannem Patriarcham Conſtantinopolitanum Genevenſis Epiſcopatus Admi-* *torem & Syndicos civitatis temporibus Martini Pontificis anno* clɔ ccccxx. *prid.* *Mart. facta confirmari. Et multa in contrarium produci documenta, quibus de jure* *ertate civitatis, & de fide à comitibus Gebenneſii & deinde à Sabaudiæ principibus* *illis habentibus præſtita Eccleſiæ Genevenſi conſtat: nam Thomam Maurienna co-* *, à quo principes Sabaudiæ, qui hodie ſunt, genus ducunt, anno* clɔ ccxi. *inſtrumen-* *blibo profiteri, regalia jura ad Eccleſiam pertinere; Guilielmum deinde octavo poſt* *contractu cum Amedæo Epiſcopo Genevenſi inito, ſe tanquam hominem ligium ſub*

ejus defensione subjecisse, & investituram ab eo cum annulo tanquam beneficiarium accepisse. Humbertum Episcopum quinto rursus post anno cum Amadæo Gebennesis comite ita transegisse, ut Episcopo omnem jurisdictionem, monetæ, portorii, pastionis, proscriptionis & hujusmodi jura competere agnoverit. Humbertum *denique Grammontanum Episcopum cum eodem Amadæo anno* clɔ cclv. *itidem transegisse, eaque pactione convenisse, ut nihil juris in civitatem comes haberet: secundum hæc sententia Imperiali Guilielmo Lornæo Episcopo tanquam supremum dominium habenti ob non præstitam fidem ab Humberto Villario Gebennesii comite & debita jura minime persoluta, præfecturam Terneriam adjudicatam anno* clc cccxviii. *Kal. VIIbr. Amedæum deinde VIII. de quo diximus, ratione Gebennesii comitatus Episcopo fidei juramentum solemni ritu ante majus altare S. Petri dixisse; ad jus itidem supremi dominii confirmandum non mediocriter facere, quod cum Syndici civitatis quasdam circa Pontem Aurea terras à Moucanuti regulo emissent, Ludovicus Sabaudiæ Dux Felicis P. filius non solum venditionem ratam habuit, sed omne jus in illas, quod habebat, supremi dominii ultro cessit, id proculdubio non facturus, si cum hominibus suis, hoc est, beneficiariis contraxisset. Idem & fœderationes cum Amedæo comite à Genevensibus anno* clɔ cclxxxv. *& postea cum Episcopo & Ecclesia ab Amedæo eodem &* Hugone Delfino *Fossiniaci regulo anno* clɔ cccvii. *initas arguere. Demum temporibus Petri Balmæ Episcopi, de quo jam dictum est, & ex ejus consensu fœdus ictum cum Bernatibus & Friburgi pago. Et cum Sabaudus de* jure suo in Helvetiorum pagos & S. Galli fœderatos, & Valesiæ arbitros tam ab ipso quam à civitate delectos compromisisset, sententiam anno clɔ lɔxxx. secundum Genevenseis Syndicos latam esse, & *inter belli à Francisco I. adversus Carolum Sabaudiæ Ducem conjunctim cum Bernatibus, Friburgi pago, & Valesianis suscepti causas numerari, quod ille Genevensium libertatem oppressum iret.* Itaque Henricum III. ejus nepotem anno clɔ lɔlxxix. renovato cum Bernatibus & Soloturnensibus fœdere, in eo Rempulicam Genevensem comprehendisse, ejusque patrocinium ab eo tempore reges Christianissimos suscepisse; postremo quod deingressu, de arce, & in urbe principum Sabaudiæ habitatione, ac monetæ jure *gubernatorum & apparitorum institutione, gratiarum beneficio, ab altera parte addebatur, sic Genevenses diluebant, ut dicerent, neque arcem unquam eos in urbe habuisse, & quæ vocatur ab illis arx, pro carcere publico olim fuisse. Idem quantum ad gubernatores & apparitores spectabat, dictum intelligebant: de monetæ autem jure distinguendum ajebant.* Nam jus monetæ nunquam in urbe, tantum in S. Gervasii suburbio, loco qui vulgo monetæ campus dicitur, comitibus fuisse, cum effigie & inscriptione S. Petri, cujus memoriæ majus templum consectatum est, ut vel ex eo appareat, comites Ecclesiæ beneficiarios esse; & conditione adiecta, ut puram monetam cuderent, & Episcopus dimidiam emolumenti partem caperet. *Quod ex fidei à Ludovico Sabaudo tanquam Vaatensis pagi regulo præstitæ instrumentis annorum* clɔ cccviii. *&* clɔ ccccxliii. *patet, eodem pertinere protestationes ab Audomaro Episcopo anno* clɔ ccccxcvi. *interpositas, quod Amedæus VII. Sabaudiæ comes monetæ Anicii cudendæ sibi jus sumeret. quo & patet, ipsum Amedæum amice rogatum, ne quid contra Ecclesiæ jura attentaret, benigne annuisse; neque item de gratiarum beneficio convenire; cum contra constet, anno* clɔ ccccliii. *reo à Syndicis civitatis ad mortem damato Thomam Episcopum vitæ gratiam feciisse; & si quid tale Sabaudiæ principes feciisse comperiantur, id jure ad præsens honorifice ab Episcopis delato factum, non ut ex eo illi jus perpetuum sibi arrogare possent: quod* idem de habitatione in urbe dici possit; quod nunquam nisi precario & concessione ad tempus illis licuit, ut in ea tanquam in alieno territorio suburbicariæ regioni, quæ ipsorum erat, jus dicerent, *id ex actis compluribus ac libellis annorum* clɔ cccclx. clɔ cccclxix. clɔ lɔ viii. clɔ lɔiii. clɔ lɔ xvii. *probari, quibus Sabaudiæ principes ad jus subditis suis dicendum, statuta publicanda, sibi & ministris suis in urbem venire ut liceret, à Senatu & Syndicis petebant, minime id facturi, si ullam in ea jurisdictionem habuissent. Et hæc ita utrinque inter partes jactata.* possessionis commodo semper penes Senatum Genevensem pro jutis certi titulo remanente; *adeo ut cum V. post anno Vtili mense ad Iuliani-fanum delegati de pace convenissent,* nulla jurium reservatione facta Sabaudus consenserit, ut pax cum Genevensibus facta Vervinensi pacificatione comprehensa intelligeretur. *Præter ea, quæ modo memoravi, scriptor ampullatus Equitis Sabaudi, qui Butetus Claudii Buteti à nostro Ronsardo ob doctrinam olim laudati F. esse perhibetur, multa instrumenta ac documenta cumulat,* quibus comi-

tes

ievæ tanquam Sabaudiæ comitum beneficiarios fidei ſacramentum iis dixiſſe nat; *ut Amedæo II. circa annum* clɔ cxc. *Petro item Thomæ F. anno* clɔ cccLvi. *dæo magno anno* clɔ cccLxxxvii. *ac ſexto poſt anno in celebri non ſolum Franciæ maniæ* procerum *conventu, cum ambigeretur de comitatu Genevenſi, cui ejus radeſ deberetur, ſecundum Sabaudiæ principes pronuntiatum fuiſſe. Deinde cum Viennenſi Amedæus Gebennæ comes fidem obſtrinxiſſet, inſtrumento ea de re ſoonfecto anno* cIɔcccxxIx. *fidem debitam Amedæo V. comiti Sabaudiæ denuo præſti-*xxvI. *poſt anno Delfinum juri per contractum illum quæſito publica teſtatione, cui s Rex per Æmarum Valentiæ & Diæ comitem à ſe delegatum intervenit, renunſecundum hæc Amedæum à Carolo IV. Cæſare jura à Delfino ceſſa eodem anno impe-, quod vero poſtea anno* cIɔ cccci. *Amedæus VIII. ab Odone Humberti Villaregii F. næ comitatum comparaverit, & anno* xvI. *poſt à Mahaltide, id non eo factum, non antea ſupremum ejus dominium obtineret; ſed quod compulres adhuc eſſent in actu reguli, qui quamvis fidem Sabaudiæ principibus deberent, & præſtarent, tamen id proprietatem & ſingularium rerum poſſeſſionem multifariam in dies imminuequos proinde Genevenſi ditione expelli, Sabaudiæ principum maxime intererat, n hæc & alia ſcripto illo comprehenſa inter alias perſonas acta abſentibus Epiſcopis, : conſentientibus. & Butetus ipſe, ſive quis alius libri auctor eſt, ingenue fatetur*, jus emi dominii in civitatem Genevæ Epiſcopos ſemper controverſum Sabaudiæ cipibus reddidiſſe, ac penes ſe retinuiſſe, donec mutata religione Syndici, qui Epiſcopali auctoritate libertatem antea tuebantur, proprium illud ſibi fecere, & tis Epiſcopis ſub Imperii patrocinio, cujus inſignia monetæ ſuæ ab eo tempore rimunt, rempublicam adminiſtraverunt. *Tantum Thuanus.* Confer *Limn. jur. publ.* ,13.

§. XIII. Ex his prolixius adductis patet, quæ utrinque allegata ſint. Inde 1602. im- Eventus. us noctu in urbem factus, & parum abfuit, cum ducenti ſcalis conſcenſam jam inſſent, ut in poteſtatem eam redegiſſent: ſed caruit tamem conſilium eventu, & re-Francici interpoſitione inter partes conventum eſt. Conf. *Thuan.* L. 129. p. 884. ſeq. hactenus urbs libertatem, Dux juris ſui prætenſionem ſervavit.

§. XIV. Ultimus lateculus *Montisferrati* principatum denotat Lombardia, Montisferratum. demontio, Mediolanenſibus, Genuenſibus & Parmenſibus cinctum. Quod ejus *ncipes* attinet, primum notatum lego gentis autorem Comitem *Guilelmum I.* co-ɔmine *Archiſium*, quem ſi communem ſequimur traditionem è *Saxonibus Witideis* derivare eſſet neceſſe: hoc genitus eſt *Alramus*, quem Otto Imp. 967. Mar- Marchiones ex Alramidis. ionem *Montisferrati* crearit: quo inprimis geniti *Guilelmus & Antelmus.* Hic archio *Vaſti* dicitur ex ſe dediſſe *Ceva, Cravezanæ, Saluciarum, Carretti, Savonæ*, &c. archiones. *Guilelmo* autem editi ſunt reliqui Montisferrati Marchiones. In his *uilelmus V.* cognomine *Longa Spata* Comes *Iaphæ* & pater *Balduini V. regis Hieroſolymin:* fuit (vid. §. 2.) fratres quoque habuit *Bonifacium* ac *Rainerium* Reges *Theſſaliæ*, ɔc non *Conradum*, qui *Iſabellam Hieroſolymitanam* uxorem habuit, matrem *Mariæ*, ıæ *Joanni Brennenſi* regni Hieroſolymitani jus attulit. *Bonifacio* editi ſunt *Demetrius ex Theſſaliæ*, qui 1227. moriens jus ſuum *Friderico II. Imper.* reliquit, & *Guilelmus VI.* archio, pater *Bonifacii IV.* cognomine *Gigantis*, titulo quoque *Theſſaliæ* regis: hic uilelmi VII. pater fuit, avus *Joannis*, qui 1305. moriens *Alberanorum*, ut vocant, gentem lauſit, herede Marchionatus ſorore *Violanta Andronico Palæologo Imperatori Conſtan-* Ex Palæologis. *nopolitano* nupta. Hic pater fuit *Michaelis* Imperatoris (à quo reliqui Auguſti, qui Conſtantinopolim rexerunt, donec ea urbe capta Imperium orientis 1453. Muammed Turcicus Imperator everteret. In ea expugnatione Conſtantinus xv. ultinus Imperator interiit) & *Theodori*, qui ex ſucceſſione materna *Montisferrati* Marchio fuit, & reliquorum Marchionum ſator: qui defecere in *Bonifacio* 1530. & ejus patruo *Joanne Georgio* 1533. extinctis.

§. XV. Jus Sabaudorum in hunc principatum quod concernit, non uno illud fun- Controverſia cum Mantuanis de Montisferrato. damento nititur, primum tamen *Victorem Amedæum* titulis hunc ſuis adſcripſiſſe ob ſervo. Rationes ſucceſſionis quæſitæ ſunt illæ: 1. *Violanta* ſ. *Iolanda* Theodori Palæologi Marchionis Montisferratenſis filia *Aymoni Comiti Sabaudiæ* 1330. ea lege nupta eſt, ut ſuccederet, ubi maſculi defeciſſent (*con eſpreſſa conventione, che mancando in qualunque tempo la ſua linea maſcolina nel Monferrato la detta Violante ſua figlivolao morta*

morta lem descendenti, ut verba sunt *Ioh. Bapt. Capriat. histor. L. 1. p. 15.*) Casus autem hic, licet serius, evenit morte Joannis Georgii. Unde Theodoro, non ultimo defuncto, Sabaudi succedi volebant. 2. *Ioannes IV. Marchio* ab *Amedæo Sabaudiæ* Duce dicitur principatum suum feudo recepisse. Unde ejus posteris & successoribus masculis deficientibus ad feudi Dominum reverti debebat. 3. *Caroli Ducis* uxor *Blanca* fuit Guilelmi M. Montisferrati filia, ob cujus dotem & testamentum novæ controversiæ. 4. Mortuo 1612. *Francisco Gonzaga Mantuano* Duce Sabaudi genero, cum excluſa nepte, filia Francisci, *Ferdinandus Cardinalis* frater ejus succederet, novæ turbæ, ac avus Dux Sabaudiæ neptis causam tutari, tum antiquas revocare prætensiones cæpit. Confer *Capriat. d. l.* Quis successus causæ & eventus fuerit, videlicet ut Mantuanus Dux principatum teneret, certis tamen ex eo locis (in quibus præcipua *Tridinum* (*l. Trino, Alba Pompeja*, &c.) Sabaudo etiam concessis, retulimus c. 29. n. 5. 6. 7. Ubi etiam ex Capriata controversiæ rationes & historiam fusius adduximus. Nec hic repetimus.

Crux Sabaudiæ an à Rhodiis? Unde?

§. XVI. Ipsam *Sabaudiam* notat scutulum medium *rubeum* cum *cruce argentea*. Traditio communis hactenus fuit, *Amedeum III.* vel *IV.* cognomine *Magnum* Sabaudiæ comitem 1310. adversus Turcas asseruisse Christianis *Rhodum*: quam ob causam ei equites Rhodii vel Hierosolymitani concesserint crucem suam cum dictione F.E.R.T. quæ juxta singulas litetas denotet: *Fortitudo Ejus Rhodum Tenuit*. Vel apud Geliot. p. 54. *Fauce, enfonce, romps, tout.* Hac autem cruce assumta dimissum fuisse vetus δῆγμα, quod fuerit *nigra aquila rostro & membris rubeis* in *auro*, demonstande ex Imperatoribus Saxonicis origini. Verum Celebert. *Sam. Guichenon.* commentum refutavit: cui *Brianvillius p. 70.* acquiescit. Conf. *Cl. Franc. Menestr. l'art du blas. justif. c. 11. p. 293. c. 13. p. 320.* qui ex *Monodo* historico Sabaudo ostendit, patrem Amedei *Thomam* cruce hac jam fuisse insignitum, quæ in ejus sepulchro *Augustæ Prætoriæ* conspiciatur, cum ipso symbolo FERT. Idem Monod existimat, hunc Thomam tanquam è fratribus minorem, more seculi, quo non fratribus semper eadem insignia, crucem assumsisse, quam potiores *Pedemontii*, quod ei hereditate obtigerat, civitates gestabant. Symbolum *FERT* à comite *Amedeo viridi* non tantum retentum, ut symbolum Domus suæ vetus, sed in memoriam torquis ignominiosi, ad quem gestandum *Saluciarum* Marchionem coëgerat.

FERT.

Sabaudica successio & lineæ.

§ XVII. Hæc *Sabaudia* Provincia, Delfinatu, Pedemontio, Vallesia, Genevensi & Lugdunensi tactu cincta, ἀπόσπασμα *regni Burgundici*, dicitur à *Rudolfo rege V.* Eid. Maji. 1000. *Aquis Sextiis Beraldo* gentis hujus auctori donata esse, quem à Witikindeis deduci, supra monui. Ejus filius *Humbertus Albimanus* iterum se *Rudolpho*, Conrado Imperatore mortuo, cum pluribus ordinibus Burgundici regni 1033. submisit. Ab Imperatore vero *Chablesia* & *Valesia* donatus est. (alii *Maurienam* donatam cum dicunt, errant.) Hoc genitus est post alios *Oddo*, cui ab uxore *Pedemontium* & *Susa*: pater *Petri*, qui materna bona tenuit, & *Amedei II.* Huic ab Henrico Imperatore, ut transitum in Italiam concederet, provinciam, (probabiliter *Bugey*) concessam memorant. Hujus ex filio *Humberto II.* nepos *Amedeus III. Imperii Comes* ab Imper. Henrico IIIo. creatus est. Hujus iterum ex filio *Humberto* nepos *Thomas Amedei IV.* (cujus filius *Bonifacius* heredes non sorores sed patruum *Philippum* habuit) frater, alterius Thomæ, Amedei Magni & Ludovici pater fuit: Ex quibus hic patruo *Philippo* successit in comitatu, excluso *Thomæ* filio *Philippo*, ob ætatem & propinquitatem, & quia jus repræsentationis nondum introductum fuerat. A Thoma autem & *Philippo* linea exorta est Comitum *Pedemontii* & *Principum Achajæ* & *Moreæ*, quæ in Ludovico 1418. defecit, *Amedeo* Duce herede. *Ludovicus* Thomæ tertius filius *Barones de Vaud* fevit, quorum posteritas defecit in *Catharina* Ludovici nepte, sed sterili. *Amedeus Magnus*, cum 1310. Imperatorem Henricum in Italiam euntem excepisset, & fideli juvisset consilio, ab eo *princeps imperii* creatus, & tanquam *Imperii vicarius* in Mediolanum aliasque urbes relictus est. Eo noti sunt *Edoardus* & *Aymon*. Ille filiam reliquit *Ioannam* Joanni Britanniæ Duci nuptam, quæ successionem patris prætendit, cumque patruus prævaluisset, jus suum *Philippo D. Aurelienſi* transcripsit. Hic (*Aymon*) fratris successor fuit nepte excluſa: pater *Amedei VI.* cognomine *Viridis*, hic *Amedei VII.* cognomine *rubri*: Isto natus est *Amedeus*, qui 1416. 19. Febr. diplomate Cameriaci dato *ducali axiomate* ornatus est: & paulo post 1433. in *Concilio Basileensi* primum locum præ Burgundo Duce ambivit

ambivit, eo argumento quod ante novum hunc Sabaudiæ Ducalem titulum ante tria ſecula majores ſui *Duces Chableſii* & *Auguſtæ*, atque *ſupremi Principes* fuiſſent. Excidit tamen illo petito. Demum 1439. in eodem Concilio ipſe Pontifex electus nomen *Felicis* ſumſit, ſed 1449. iterum abdicavit, *Cardinalis* & *Legati* dignitate ſervata. Patrem hunc habuit *Ludovicus Annæ Cypriæ* maritus, & præter alios *Amedei IX. Ludovici, Iani, Iacobi, Philippi* pater. Primus Ducatum rexit, & filiis reliquit *Philiberto* & *Carolo*, hic *Caroloannni Amedeo*, qui 1496. moriens prole caruit. *Ludovicus*, ut §. 3. diximus, ab uxore *Insola Cypri* rex fuit, 1459. Nicoſiæ coronatus, ſed improlis, *Ianus* & *Iacobus* ſinguli ingulas filias reliquere, quæ dote data aliis elocati. *Philippus* demum, prius *ſine terra* dictus, *Comitatum Baugé* tenuit. A rege Franciæ, qui prius ipſi bellum in Breſſia intulerat, 1468. donatur *Valentino* & *Dienſi* tractu: inde cum regi in expeditione Neapolitana aſſiſteret, comitatus *Aliſii, Terræ novæ*, &c. nanciſcitur: Demum pronepoti in Ducatu ſuccedit. Reliquit *Carolum* & *Philippum*, quorum hic 1528 à rege Franciſco donatus eſt Ducatu *Nemoroſio*, lineæ *Nemoroſiæ* in Francia autor, quæ 1659. in *Henrico*, prius Parlamenſium Archiepiſcopo, defecit: (ſuperſunt tamen alterius ſexûs, filiæ Caroli Avunculi, Henrici fratris. *Maria Ioanna Baptiſta* & *Maria Franciſca Eliſabetha*, illa hodie vidua Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ, hæc *Alfonſi Portugalliæ regis*, quodque hic potentiæ argueretur, poſtea *Petri regentis* fratris ejus, uxor) *Carolus* autem ditionibus ſuis à Galliæ rege & Helvetiis exutus ad Carolum V. receptum habuit. Filius *Avunculi Philibertus* Ducatum pace *Caſtelli Cameracenſis* 1559. certis conditionibus recepit, & filio *Carolo Emanueli* reliquit: hic ex *Victore Amedeo Caroli Emanuelis II.* qui ſuo mortem oppetiit, & ex *Thoma Franciſco Cariniani* principe *Emanuelis Philiberti Amedei principis Cariniani*, atque *Eugenii Mauritii Com. Sveſſionenſis* (à quo liberi) ortus fuit, adeoque communis eorum, qui hodie ex gente maſculi reſtant, Pater.

§. XVIII. Scuto huic *corona* imponitur *clauſa*, qua ad morem aliorum Regum, cum *Victori* idem feciſſent, primus uti cepit *Victor Amedeus*: Ultra coronam inſiſtunt tres *Cruces*; quarum *media* directa & ſine clathris aperta eſt ad *regum morem*, *corona* de-*regia* recta, ſuſtinens apicem proprium *Sabaudorum*, qui eſt *leonis aureum adver-*inter duas ex eodem metallo expanſas alas caput: *Dextra* coronata tegitur duobus *pi-*orientalibus turbinatis, coronatis & pavoninarum pennarum ornamento faſtigia-*ava* item coronata ornatur pileo ſimili, niſi quod Saxonicis trabibus & ſerto atur. Corona regia. Galeæ.

§. XIX. Medium apicem *Chifflet. Inſ. Eq. A. V.* n. 68. aliter deſcribit, quod ſit *m caput bubonis (Oiſeauduc) auro alatum.* Iterum n. 247. *bubo erumpens* & *volans*. Ob quod à *Ioh. Ferrand. Epinic. pro lil. pag.* 108. ignorantiæ poſtulatur: hic apiti leonino addit pavoninam caudam, quam nec à *Brianvillio* nec aliis admemini. Porro apicem hunc ſunt, qui ex amicitia fœderatorum *Venetorum* tum exiſtimant. Uti ex *Honorio Haping. de jur. inſign. cap. 6. P. 5. p. 366. S. Mar-* δέγμα eſſe videtur. De apice anteriori diſceptatio *Laboureurio* & *Meneſtrie-*, *columnæ* an *pilei Orientales* ſint, illo prius aſſerente, hoc (*verit. art du blaſ. ap. 8. pag.* 198. *ſeq.*) ne Herculis quidem capiti columnas imponi ferente. Siapex *Saxonicus* eſſe nulli non patet. Eosdem apices etiam in *Sibm. Wa-*. 1. pag. 6. conſpicimus. Ubi tamen columnæ etiam dicuntur galeæ primæ enta, atque argento, baſes vero & coronulæ altero metallo tinguntur: mediæ præter leoninum caput tres monticuli rubei imponuntur, & poſt illos facies ina aurea: alæ expanſæ feruntur argenteæ. Alterum etiam apicem Sibmacolumnæ nomine inſignit. *Lacinias* ait circumfundi mediæ galeæ & anteeccineas & argenteas, tertiæ aureas & nigras. Apices. Leo alatus an bubo? Columnæ an pileus Orientalis? Laciniæ.

XX. *Telamones* ſcuto huic tribuunt *duos leones aureos*: ſed & *papilionem regium* ud expandunt amarantini coloris, conſitum crucibus trifoliatis S. Lazari, at- & flammis Ordinis Annunciationis, oris munitis laqueis amoris, & fimbriis Adjicitur etiam *vexillum* Sabaudica cruce inſigne. Telamones. Papilio. Vexillum.

XXI. Clypeo etiam circumdatur *torques Ordinis Annunciationis*, de quo P. 1. m. 38. dependente cruce argentea trifoliata ordinis *S. Mauritii*, ſuſpenſa ex lateri adjectis lineolis crucis viridis *S. Lazari*; de quibus ordinibus l. c. n. 15. Torques ordinum.

Pallium Ducale. *Pallium Ducale* circumponendum esse scuto, ex Chifletio audivimus, cum de Lotaringico pallio ageret, c. 58. n. 15.

Examinata scuta vetustis Sabaudis attribui solita. § XXII. Hæc gentis, quæ nunc gestant, sunt insignia. Varias mutationes eorum recenset *Geliot. indic. armor. p. 54. seq.* Sed examinemus eas. Primum scutum *equo nigro*, alterum *candido* ornat, hæc vero *Saxonum* fuere δείγματα, Sabaudis nunquam propria. In tertio addit *trabes* & *fertum rutaceum Saxonum*: hic vero laterculus nunquam illorum Saxonum, à quo Sabaudi deduci amant, sed Ascaniorum fuit. Quartus ex *Paradino aquilæ imperiali* imponit scutulum *equo candido* insigne. Hoc δεῖγμα si convenire potuit Imperatoribus Saxonicis, non etiam agnatis eorum, qui feruntur, *Sabaudis*. Nec certius est gestamen ex *Paradino* quintæ parmæ, ubi *aquila Mauriana trabes* & *fertum Saxonica* imponuntur. Ubi de aquila non repugnavero autoribus pluribus, fertum rutaceum autem ex dicta ratione tribui non potuit, inpromis *Adeleidi*, quæ 1115. *Ludovico Crasso* Regi Franciæ nupsit, cum *Bernardus Ascanius*, cui primo illud ab Imperatore ornamentum concessum est, necdum esset natus. Unde colligi potest, qua fide *Paradinus Batildi* Clodovei II. uxori circa 645. vel *Hedwigardi* Ludovici pii conjugi priori, similem parmam tribuat. Septimum scutum pingit *Edoardi* quadripertitum ex *Saxonicis* & *Chablesio* atque *Augustano* symbolis, rubra cruce toti incumbente. Verum Saxonica δείγματα demum à *Philiberto Emanuele* ascita esse, §. 8. occupavimus dicere. Nonum scutum est *Philippi* Comitis, qui ob uxorem *Alisam* Othonis Com. Palatini Burgundiæ filiam 1267. ductam, dicitur secundum & tertium majoris crucis, cujus primum & quartum eadem iterum crux implebat angulum tinxisse cæruleo colore, insperfis aureis plinthidibus & inscripto leone ejusdem metalli, quod emblema est *Burgundiæ comitatus*. Decimi δείγματος explicationem jam vidimus, cum hodiernum clypeum repræsentet.

Scutum majus ex Bara. §. XXIII. Supereſt majus scutum, quod ex *Bara* allegat, quod licet non ubique receptum nihilominus intuebimur, quod Provincias subjectas majori ex parte exprimat. In eo ergo præter parmulam Sabaudicam mediam tres perpendiculares, & totidem transversæ constituunt laterculos 16. Ex his complectuntur primus *Saxoniæ Angrivariæ*, tertius *Chablesium*, quintus *Cypria*, sextus *Augustanum* symbola, de quibus jam dictum est.

Sabaudiæ vetus tessera. §. XXIV. Reliqua ista sunt. Ut laterculum secundum *aureum* impleat *aquila nigra*, pectore scutum *trabibus* & *ferto rutaceo* exaratum deferens, quod *veteris Sabaudiæ* gestamen fuisse volunt. Quartam aream *rubeam* exornat *crux argentea*, imposita *fasciola trifida cærulea*. Pedemontium ita notari credunt: nec adeo repugnaverim, cum §. 16. jam visum sit, Pedemontio quam Sabaudiæ crucem illam prius fuisse propriam. Quod *lambellam* concernit, dubito an Pedemontio aliter conveniat, quam quod discerniculum fuerit principis, cui Pedemontium parebat: potuit tamen hac causa sumtum principatui postea adhærere. De cætero quod primum in familiam delatus sit Pedemontium matrimonio *Adelheidis* & *Oddonis* §. 17. diximus. Inde vero plura Pedemontio accessere variis titulis. Inprimis *Amedeus V.* cognomine *viridis* multa occupavit, cum & alii vicini occasione impotentiæ Joannæ reginæ Neapolitanæ uterentur, & ditiones invaderent.

Pedemontium.

Segusium s. Susa M. §. XXV. Laterculus septimus *argento* & *minio* bipertitus est, duabus insignis *turribus*, *rubea* in argento, *candida* in rubeo latere. Hoc δεῖγμα est Marchionatus *Segusini* s. *Suziensis à Segusio* in valle Salassa ad Duriam sita. Hunc Marchionatum peculiaris familia tenuit, quam *Samuel Guichenonius* à *Manfredo Comite Palatino* Pipini deducit, cujus filius *Theobaldus* uxorem habuerit *Honoriam* filiam & heredem *Abbonis* patricii Romani, cui extincto Longobardorum regno Carolus Magnus Marchionatum Susæ dederat. *Theobaldi* enim & *Honoriæ* trinepos fuit *Fulricus* cognomine *Manfridus* ultimus Susæ Marchio, qui ex *Bertha Adelberti Eporediæ* s. *Ivreæ Marchionis* filia *Adelheidem* genuit *Oddonis Sabaudiæ* comitis conjugem, & Segusii heredem.

Breſſia. §. XXVI. Laterculus proximus, secundi nempe ordinis extremus, *argenteum baltheum continet cæruleum adjectis duobus ejusdem coloris leonibus*. Notatur ita *Bressiæ* s. *Sebusianæ*.

norum provincia inter Aratim & Rhodanum ſita atque Lugdunenſibus, Belli-
bus, Matiſconenſibus, Cabillonenſibus, Burgundiæ comitatu, Genevenſibus
udia cincta. Hanc ditionem Amedeus Magnus Comes familiæ acquiſivit ma- Ejus vete-
io *Sibyllæ* filiæ & heredis *Guidonis Domini de Baugé & Breſſe*, quæ 1272. ducta & res Domi-
efuncta Edoardi & Aymonis Comitum, à quorum hoc reliqui, mater fuit, Cæ- ni.
familia illa deſcendit à *Wigone* ſ. *Hugone Dn. de Baugé M. Breſſæ* 830. ſub Ludo-
o Imper. quem putant filium cujusdam *Moringi Com. Breſſæ*, qui circa 823. Lu-
pio inſerviit. Ex poſteris *Rudolphus* 1015. primus dicitur ſumſiſſe nomen *Domi-*
a. Ea *Philippo* Amedæi octavi fratri, *ſine terra* cognominato, data, nomine co- Tandem
Baugé. Tandem regionem hanc Sabaudiæ Dux *Carolus Emanuel* ipſo ſecu- ad Francos
o 1600. *pace Lugdunenſi Regi Franciæ* cedere coactus eſt. Ita ſonant verba
i L. 125. p. 741. *Vt omnis intra Rhodanum à Geneva urbe tractus ipſo fluvio com-*
o additionem Francicam cum omni jure ſupremi Dominii deinceps pertineat. P.P.
hodanum præterea Seiſſellium, Daira, Chauſſium, Arlæpons, Chava, Caſtellum cum
ris dictione ſua Regi cedant. Præterea Gexenſis præfectura cum omni territorio,
jure, ſicuti iis Sabaudi deceſſores uſi ac fruiti ſunt. Quæ omnia regio patrimonio
regni uniantur, ut ab eo alienari non poſſint, eandemque naturam quam habebant
iis permutata ſortiantur. Nam viciſſim Saluciarum principatus Duci cede-
e quo controverſia fuerat.

XXVII. Tertii ordinis area prima *rubea leonem coronatum hermionicum* de- Baugé ſ.
Quo notari dicunt *Baugé* ſ. *Beugey* ſ. *Beugeſiam* ſ. *Baugiacum*, ad Rhodanum, ubi Baugia-
m, Bellajum, Rochefort, alia: quæ ditio cum Breſſia, quod modo audivimus à cum.
erede ad Sabaudos, & ſeculari anno permutatione in Gallorum poteſtatem

XXVIII Proxima area, quæ numero decima eſt *argentea nigrum montem* ex- Vauld ſ.
Hunc p. 56. Geliot. *Vaux* interpretatur, ſed p. 464. 465. illud huic ditioni δῆγμα Valdium.
uod hic duodecimum locum occupat. Quicquid ſit; *Valdia* hæc ditio, (*pais*
) olim Latobrigum ſedes ad boreale lacus Lemani latus, Lauſanna, Morgeſio, Linea pe-
Noviduno, Copetio opidis frequens, vetus fuit Sabaudorum patrimonium. culiaris.
udovicus Thomæ & Amedæi Magni Sabaudiæ comitis frater hanc provin- Ditio ite-
m Beugeſia obtinuit regendam, & ad poſteros ttanſmiſit: Neptis verò *Catha-* rum ad
onis Vicecom. Mediolanenſis, Rudolphi Briennii C. Euſii, Wilhelmi Flandri Sabaudos;
urcenſis uxor, quod ſterilis fuiſſet, 1359. quæ in hac provincia, nec non in ad Helve-
o ſ. Beugeſia & Valromia poſſidebat, *Comiti viridi* vendidit. In poſteris ejus tios.
Rotundi montis ſ. *Romontii* Comes, cum Caroli Burgundi ſtudio bellum 1475.
lvetiis haberet, magnam ejus partem ab hoſtibus vidit occupari: qua cauſa
Burgundus hos aperto Marte aggreſſus eſt, ſed ſibi ferali. Demum 1536. *Berna-*
ſii ob concives ſuos Genevenſes bello petitos Carolo III. Duci *Valdiam* hanc,
, Genevenſem & Chablaſiam ditionem ademerunt. Unde nunc quoq; iſta in *Ber-*
oteſtate eſt. Aliquando *Vaudenſis* pagus vocatur, vid. ſupra ex *Thuan.* n. 12. p. 334.

XXIX. Areola undecima *cærulea tribus argenteis palis* diſtinguitur, incumben- Valromey.
ea leone rubeo. Hoc *Valromey* deſignatur, quam ditionem etiam à *Catharina*
Viridi comiti venditam audivimus.

XXX. Ultima quadra hujus tertiæ ſeriei *argentea* denuo *montem nigrum* & ſu- Nicea Co-
aquilam rubeam exhibet. §. 28. diximus, alibi à Gelioto hoc δῆγμα *Valdiæ* da- mitatus.
56. *Niceam* interpretatur. Hæc urbs ad littus maris Liguſtici & caſtrum va-
uod 1543. Turcicum ſprevit exercitum, caput eſt comitatus, cui alia Villam- Quomo-
, Tendam, Barcelonettam annumerant. Hæc ditio Provinciæ prius connu- do ad Sa-
388. ſe dedidit, cum à Ladislao R. Neapolitano deſereretur, factaque eſſet pote- baudos ſ
conſulendi, *Amedæo VII.* cognomine *Rubeo*, cujus dein filius Amedæus Dux
Joanna Regina ea de re tranſegit.

XXXI. Ultimi ordinis prima area *aurea tres baltheos* defert *coccineos. Achajam* Achajæ
lunt, Græciæ celebertimam regionem. In eam jus familiæ acquiſitum ma- principa-
Philippi Thomæ filii, & *Iſabellæ de Villehardouin*, quæ filia & heres Guilelmi tus.
Achajæ atque Moreæ fuit, & cum Philippo nuberet, jam vidua Philippi An- Ad Saba-
lorentii Hannonii fuerat. Philippum autem 1306. Carolus Andinus bello ve- dos.
romitteret, principatus *Achajæ* & *Moreæ* vendere velle, quod factum. Sed

Philippi nepos *Amedeus* recuperandis avitis principatibus, Moreæ & Achajæ, ad quod à Pontifice bullam impetravit 1387. cum Venetis fædus pepigit. Sed conatus successu caruere: ejus frater *Ludovicus*, cum prole careret, Amedeum Ducem reliquit heredem. Confer *Limn. Iur. publ.* 5,14,17. ex *Lipomanno*, ubi *Giambo* pro Guilelmo vocatur Achajæ princeps.

Antiochiæ principatus.

§. XXXII. Laterculus decimus quartus *aureus* insignitur *cruce rubea*. Hoc signo *Antiochiæ* in Syria principatum designari volunt. Ille initio *Boemundo* in expeditione sacra concessus erat. Boemundi autem II. filia & heres *Constantia* nupsit *Raymundo Aquitano* Guilelmi IIX. Ducis filio, noni fratri. Unde genitus *Boemundus III.* à quo reliqui. *Lucia* Boemundi V. filia *Ioanni de Ibelin* nupta principatu excidit. Inde titulum etiam gessit *Fridericus Scopus Friderici II. Imp.* filius ex uxore *Maria* filia *Raymundi principis*: cujus filius *Conradus Caputus* eodem usus est, sed cum è partibus Conradini starer, in Sicilia captus, exoculatus & demum suspensus est. Qua ratione vero jus ad Sabaudos venerit, non video, nisi cum *Cypria* successione conjunctum hunc titulum dicamus, nam I. usiniani posteriores ex Antiochiæ principibus prognati fuere.

Ad Sabaudos.

Fossignia.

§. XXXIII. Penultimum locum occupat area *ternis aureis* & *rubeis palis* exarata. Ita *Fossignia* dynastia s. *Focunatium* ad Arvam designatur. Hanc Petro Sabaudo C. Romontio & dein Sabaudiæ attulit uxor *Agnes* filia & heres *Aymonis Domini de Foucigny*, cui pater 1252. 13. Sept. pleraque bona donavit. Inde genita *Beatrix*, quæ Guidoni Delfino Viennensi, iterumque Gastoni Vicecomiti Bearnensi nupsit: sed 1293. ob dissensiones cum genero Alberto multa *Comiti Sabaudiæ* donavit: imo 1294. omnia à Seyssello Friburgum usque. Sed & præter Agnetem Margareta ejus patruelis Agnetis socero *Thomæ Com. Sabaudiæ* nupserat, & hereditatem patris *Guilelmi Dn. de Foucigny* attulerat, unde ad posteros duplici jure dynastia illa delata est. Cæterum familia *Fucignia* s. *Fossignia* derivatur ab *Emerando Fucignio*, qui seculo undecimo vixit, & filium *Ludovicum* habuit, maritum *Thietbergæ* viduæ Geroldi II. C. Genevensis. Ex illis derivati amant *Alemanni Domini de Valbonnois* & *d'Aubonne*. nec non *Domini de Thurt* & de *Brussy* in Genevensi tractu. Hereditas vero quod dixi ad Sabaudos delata est.

Ad Sabaudos.

Vetus familia.

Gesium s. Gex.

§. XXXIV. Extremus laterculus *cyaneus* continet *tria paria forcipum dentatorum* qualibus nasum equi ut coerceant fabri comprimere solent (*morrailles*) *aurea, argenteis taniolis* colligata, impositio *cephalo aureo*, in quo *leo nascens rubeus* exurgit. Ita designatur *pagus Gexius* s. *Gesius*, à Jura Genevam versus vergens. Hæc ditio ἀπόσπασμα videtur *Genevensis comitatus*, unde *Amedei I.* comitis filius, Guilelmi frater, *Amedeus* Dominium hoc tenuit circa 1189. Ejus vero neptis *Lionetta* dotale id attulit *Simoni de Ioinville, Dom. de Marnay* 1270. Horum neptis *Eleonora Hugoni Genevensi* Dn. d'Anthon nupsit. Qua ratione dein dynastia ad *Sabaudos* pervenerit, non satis mihi liquet. Nisi quod *Comes viridis* primum eam tenuit. Dotalis data est ad dies vitæ Philibertæ Philippi filiæ, cum 1515. Juliano Mediceo nuberet. Quomodo deinceps ad Franciæ regem pervenerit, n. 26. diximus.

A Genevensibus ad Joinville.

M. Saluciarum.

§. XXXV. Præter scutulum medium Sabaudicum, aliam parmulam infimi ordinis laterculis mediis impositam videmus *rubeam, capite argenteo* tectam. Montferratum dicere possumus, sed Geliot interpretatur *Saluciarum* principatum. Et forte Saluciis cum montferratensibus tantum oppositio situ ἀνάλογον δεῖγμα est, quia eadem creditur origo. Nam *Alramus* ex Guilelmo filio Montferratenses, ex alio *Antelmo Marchiones Vasti, Ceva, Cravezana*, &c, & *Saluciarum* genuisse perhibetur. Ex his Saluciis ultimus 1548. *Gabriel* directam marium stirpem clausit. Cæterum in hunc principatum ab antiquo aliquod sibi jus vindicabant *Sabaudi*. In primis quia 1375. Comiti Viridi jus illud in Marchionatum Imperator concesserit, quod Marchio Regi Franciæ se submisisset. Unde *Carolus Dux* 1486. Marchionem, quod homagium præstare negaret, pepulit. Aliæ *Gallorum* prætensiones fuere, quas apud Thuanum L. 92 p. 532. legere est: *Saluciarum principatum semper Delfinatus beneficiarium fuisse, jam ab eo tempore, quo Adelasia Olderici F. Pedemontanæ provinciæ princeps bellis vexata se suaque Gigoni Delfino Viennensi avunculo suo solemni ritu subjecit circa annum* CIↃ CCX. *deinde annis circiter* XXC. *post inter Humbertum Delfinum & Thomam Saluciarum pricipem instrumento novo facto transactionem illam confirmatam, posteaque Humbertum II. novas leges Saluciarum principibus imposuisse, ut bello ardente se sequi cogeretur, loca munita in Delfini manus consignarentur, appellationes Salucianorum ad Delfinatus curiam devolverentur. Hæc acta*

Jus Sabaudorum & Prætensio Gallorum.

Digitized by Google

ino clɔ cccxliii. *& juxta pacta Fridericum Saluciarum principem Carolo Bello-ui præſidis titulo Delfinatum Rege Carolo V. adminiſtrabat, fidem præſtitiſſe: idem dein Thomam Friderici F.* lviii. *poſt, hoc,* clɔ cccc. *Ludovicum item Caro- & Ludovico XII. & poſtremo Michaelem Antonium Ludovici F. Franciſco I. anno :v. cui ſtrenuam juxta & fidelem operam navavit in pugna Ticinenſi, & poſt fata-m cladem Odetum Foxium Lautrecum, cum ad regni Neapolitani expeditionem :eretur, ſecutus eſt. Et defuncto Lautreco Gallici exercitus reliquias delato n conſenſu imperio magna cum virtutis laude rexit, & poſtea Neapoli ex vulne-:ceptis deceſſit. Verum ejus fratres longe diſpares fato ac fide fuiſſe. Nam Ioannem :cum, quod defectionem meditaretur, accuſatum, ac regni Curiæ decreto damnatum ato etiam regi Saluciarum principatu, tamen vitæ gratiam obtinuiſſe Franciſci be-qui eam gratiam longe majore cumulavit, principatu ſibi adjudicato in Franci-idovici fratrem translato; qui tanti beneficii immemor teterrima ingratitudine vendit, ab ariolis deceptus & ab Antonio Læva male perſuaſus, facta ſpe de Mon-ti, in quo jus ſibi eſſe contendebat, principatu in ipſum à Cæſare transferendo, &* clɔ xxxvii. *ad ipſum defecit. Neque tamen heic Regis benignitatem ſtetiſſe. Nam n Ludovicum, qui Lutetiæ captivus attinebatur, carcere eductum, & in poſſeſſio-itæ ditionis, à qua ob violatam fidem tanquam indignus exciderat, miſſum, qui rur-is Franciſci ſpecioſis verbis illectus, cum ſe ad Valveneriam turpi pravaricatione ſus eſſet, Regem, ne quid ſolitæ benignitatis omitteret, Gabrielem utriusque fra-nte à ſe Atiræ Epiſcopum in Novempopulonia creatum, eodem principatu donaſſe; n ducta Magdalena Claudii Annebaldi E. T. filia in uxorem nullis ex ea ſublatis ceceſſiſſe. Ab eo tempore Reges principatus tot juribus cumulatis quæſiti nusquam erſam poſſeſſionem, retinuiſſe, pacificatione inter Henricum II. & Philippum II. qua rtus Emanuel Sabaudus Caroli, qui nunc eſt, parens comprehendi voluit, facta, & itis poſtea cum ipſo Philiberto fœderibus confirmatam.*

XXXVI. Marchionatum hunc in Italiæ ingreſſu circa Padi fontes ſitum *Caro-anuel* Dux occaſione bellorum civilium in Francia armis occupavit 1588. ut ta-itio nullam juris, quod in eo ſibi tribueret, rationem allegaret, ſed quod pro-um ſecuritati proſpiciendum fuerit. Aſt demum *Henricus IV. Breſſia* & aliis s eum plane Duci permiſit, id omni ope agentibus Hiſpanis, ne quid in Italia ɔſſideret, neuportam hanc quoties vellet ingrediendi haberet apertam. Quomodo ad Sabaudos?

XXXVII. Ita majus hoc etiam ſcutum explanavimus. In *Sibmacheri* Wapenb. ;. ſcutum quoque Sabaudicum intueri licet, ſed non niſi quadripertitum, quod c quarta quadra *Saxonica δείγματ&* tria, ſecunda & tertia *cærulea plinthidibus* trata *leonem argenteum* defert, impoſita toti parmula Sabaudica. Leo ille inthides quid notet ignoro, niſi *Chablaſius* ſit; quo tamen caſu circa tincturam ı fuerit. Ex Sibmachero ſcu. Recentum.

XXXVIII. Quod diſcernicula attinet: *Cl. Fr. Meneſtr. verit. art dublaſ.* inter ..& 433. exhibet ſcutula ex monumento *Com. Beatricis* octo fratrum filiorum primi, ex quibus *Amedeus, Aymo, Petrus* & *Philippus* cruce inſigniuntur, *Huber-Vilhelmus* Electus Valentiæ aquilam geſtant, *Thomas* Leonem, *Bonifacius* Ar copus pedum Epiſcopale: ex quo colligas, eo tempore fratrum omnino di-iſſe *δείγματ&*. Quod verò propria diſcernicula attinet, non niſi pauca expri-. *Philippus Sabaudiæ Dn. Breſſiæ*, communis pater omnium, qui ex utroque ſexu t, apud *Chifflet. Inſ. Eq. A. V. n.* 68. cruci Sabaudicæ circumdedit limbum aureis eis ſegmentis compoſitum. Præcipuæ duæ lineæ, quæ noſtra memoria dura-ere *Nemoroſia* & *Cariniana*. Ex his illa uſa eſt *limbo ſtriato cæruleo*. Ex Carinia-ceps *Thomas* circumdedit limbum cæruleum (juxta *Varen.* aureum) ex filiis *l Philibertus Amedeus* Cariniani princeps limbo utitur *denticulato*, ex minio ito, *Eugenius Mauritius* Sveſſionum Comes ob matrem *Mariam Borbonio-am* ſcutulum medium bipertitur, in priori parte relicta *Sabaudica* cruce: alteri culeæ inſcribit *lilia Francica*, rubeo bacillo breviori in angulos converſo, & lim-lem coloris adjecto. Diſcernicula vetera ex monumento Beatricis Com. Recentiora. Nemoroſiorum. Carinianorum.

XXXIX. Titulus ſupereſt, qui hunc in modum formari ſolet: *Dux Sabaudiæ, , Auguſtæ, Gebenneſii (Genevois) & Montiferrati, princeps Pedemontii, Marchio um, Comes Genevæ, Romontii, Niceæ, Aſtæ, Tendæ, Baro Valdiæ* ſ. *Vallium* (Vaux) Tituli.

& Fucignii, Dominus Vercellæ, Marchionatus Cevæ, Oneliæ & Marro, Marchio Italiæ, Princeps & vicarius perpetuus Sancti Imperii, Rex Cypri. Uti eum exhibet Sammarthanus. Sam. Guichenonius ita: *Dux Sabaudiæ, Chablasii, Augustæ, Gebennesii & Montisferrati, Princeps Pedemontii, Achajæ, Moreæ & Oneglia, Marchio Saluciarum, Susæ & Italiæ, Comes Astæ, Genevæ, Niceæ, Tendæ & Romontii, Baro Valdiæ, Dominus Vercellæ, Friburgi, Marri, Prellæ, Novelli, Marchionatus Cevæ & Comit. Coconas, Princeps & vicarius perpetuus Imperii, Rex Cypri.*

Asta. §. XL. Titulorum ratio ex superioribus facile colligitur: Quæ in illis non tacta, paucis hic expediam. *Astam* 1313. Imperator Amedeo magno donasse perhibetur,

Ceva. Vercellæ. quæ donatio 1531. repetita à Carolo V. qui etiam Marchionatum *Cevæ* dono dedit. Eidem quoque *Vercellas* se submisisse existimo, vel filio potius Aymoni, in cujus titulo

Marchion. Italiæ. primum lego. *Marchionatus Italiæ* jam inter elogia est Oddonis ab uxore Adelheide, qui cum Vicariatu Imperii illis locis coincidere quibusdam videtur: porro Vicariatus ille à pluribus concessus. Ita Humbertus II. invocatus ab Heraclio Archiepiscopo Tarentasiensi contra Aimericum Dn. Briansonii & alios, qui populum miserè opprimebant, hos castigavit, & memorat Guichenonius, id eum fecisse tanquam

Romontium. Friburgum. *Marchionem Italiæ*, hoc est, *Vicarium Imperii*. *Romontium* in Helvetiorum potestatem venit, Jacobo 1475. ereptum. *Friburgum* Uchtlandiæ ex numero Cantonum nunc est.

CAPUT LXXXIV.

Com. Salmenses.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Salmo ex Regibus Tungrorum. Albana & Symetrius. Brouveri de traditione judicium.*
2. *Salmæ reliqui comites. Salma nova in Lotharingia. Vetus ad Mosellanicos. Duo ramifamiliæ.*
3. *Quo fundamento nitatur traditio.*
4. *Comites Salmæ Vogasinæ. Pars ditionum ad Rheni comites. Alia ad Lotharingos.*
5. *Horum insignia.*
6. *Pisces s. Salmones resurrectionis & resuscitati Simetrii tessera ex Gelenio.*
7. *Neoburgensium Salmensium linea. Nicolai com. elogia.*
8. *Scutum hujus linea.*
9. *Scherding & Vormbach. Errore à Fursio tributum Principi Salmensi scutum.*
10. *Com. Rixingensis ex Salmensibus.*
11. *Comites Salma Ardennatis. Ex iis Limburgi Duces. Com. Salmæ. Domini Reifferscheida.*
12. *Comitum scutum modernum.*
13. *Salma. Reifferscheid.*
14. *Dyk. Alfter. Bedbur. Hackenbroich.*
15. *Scutum Reiferscheidium ex Sibmachero.*
16. *Galea.*
17. *Titulus.*

§. I.

Familiæ origo. MAnuscripta familiæ documenta, quæ ad *Henningesium, Reusnerum, Rosierium Christophorum de Chernichamp* (dans la declaration Chronologique de la Vie de S. Symmetre martyr) atque historiam Ecclesiæ *Landernacensis* in territorio Stabulensi

Salmo ex Regibus Tungrorum. provocant, Illustrissimam *Salmensium* gentem ad quendam *Salmonem* referunt, qui frater *Colongi IX.* Regis *Tungrorum*, circa ann. 85. ante Christi nativitatem arcem cum amplo districtu in sylva Ardenna acceperit, quæ ab ipso *Salm* dicta sit. (de situ confer *Brouver. antiq. & annal. Trevir.* L. 1. p. 121. qui illo loco curiam Arduennæ extitisse putat. Sed L. 2. p. 147. fabulis annumerat traditionem eorum, qui Comitum Salmensium hos stirpi inserunt.) Hunc Salmonem primum *Salmæ Comitem* & ex *Clothilda* Arioviſti R. Germaniæ filia secundi comitis *Richardi* patrem faciunt. Salmonis abnepos

Albana & Symetrius *Iulianus* quintus Comes pater constituitur *Albana* & *Symetrii*; illa *Lucio Senatori Romano* & *regulo Trevirensi* nupta dicitur genuisse *Symetrium* martyrem, de quo *Ioan. Chapeauvill. in gestis Pontif. Tungr. Traject. & Leod. Cæs. Baron. in Martyrolog. Rom. ad 26. Maji.* Hic martyrio affectus est sub M. Antonino, atque ejus reliquiæ dicuntur in abbatia *Stabulensi* servari. *Symetrius* autem Salmensis comes hujus avunculus perhibetur primus è comitibus Franciæ à *Materno conversus*, illud nomen suum nepoti,

Brouveri, de traditione judicium. quem *Maternus* ex mortuis resuscitavetit, indidisse. Ita quod dixi traditio gentis habet: eam vero indubium vocat prædictus Jesuita *Christoph. Brouverus antiq. & Annal. Trevir.* L. 2. pag. 147. *Commenti simile videtur, quod Simetrium Romanum presbyterum & mar-*

tyrem, qui in veterum faſtis ſub Antonino Imp. Romæ paſſus legitur, Albanæ filium à B. Materno in Arduenna reſuſcitatum: & inſerunt quoque, ſi Superis placet, alii, im Salmenſium ſtirpi, alii ubi à Materno initiaretur, filio volunt in baptiſmo obvemen à Simetrio VI. Salm. Comite, utque res eſt, frivolis omiſſis, exponam. Babo conſpicua ſanctimonia & morum principatu cœnobitam ſub annum Chr. DCLIII. *o & inſtitutore S. Remaclo in Arduenna floruiſſe conſtat: qui primum Malmundaı Stabulai magiſtri ſucceſſor, pro gratia & autoritate, qua apud Honorium Pontiluit, S. Simetrii corpus Roma exportans Stabulaum tranſtulit; & inde Landern obſcuro ejus monaſterii vico condidit, ut acta tranſlationis antiqua docent. Creitur hic & martyris & religionis fama, proclive creditu, honoris cauſa vicinomæ comitum quempiam à martyre potius nomen adſciviſſe, quam à comitibus obmartyri. Certe ut majorum conſtanti fide literisque teſtatum habemus, ita nomen lonati adoleſcentis nullæ majorum exprimunt litera.* Sed hac de re viderint alii. certe Gelenius vir etiam doctiſſimus, quem n. 6. audiemus.

II. Poſt Symetrium I. quinque alii ejus nominis, & totidem *Martiales* à patre n perpetua ſucceſſione *Comites Salmenſes* enumerantur. *Martialis VI.* & *Hardaroli* pulchri principis Tungrorum, qui Valentiniani Imp. affinis fuerit, filius *I.* Comes Salmenſis, à Marcomiro filio Pharamundi R. Franciæ perhibetur con- *Gubernator Auſtraſiæ* & exercitus Dux: ejus filius *Carolus II.* itidem Gubernatraſiæ dicitur Clodii Criniti filiis inprimis Raichario adverſus Meroveum aſtiarcem *Salm* in *Ardenna*, bello fere vaſtatam, *reſtauraſſe*, ac prælio 510. cecidiſſe. etiam poſteri enumerantur inter duces bellicos regum Francorum, duo *Caroli Raimbaldi.* Tertius *Carolus Henrici* pater fuit, qui *Magnus* dictus Pipino & Martello militavit, pater *Henrici II.* qui *novam Salmenſem arcem in Lotharingia* ricondidit. Hic genuit *Henricum III.* Comitem *Salmæ novæ* & *Felicitatem Com. Ardennatis.* Ille qui 810. vel 812. prælio Caroli M. adverſus Lechum Bohemum t, *Hedvigem* heredem reliquit, cognato Henrico nuptam, ut duæ iterum Salmæ itur. *Felicitas* enim *Friderico Moſellanicæ* principi uxor datur, quem aliqui agnaaroli M. faciunt. His natus *Sadigerus princeps Moſellaniæ* & *Ardennæ* atque *Colmæ veteris*, miles Ludovici atque Lotharii Imperatorum. Hic pater *Ragineri Lotharingiæ* conſtituitur & *Henrici Comitis Salmenſis*, qui ducta cognata *Hedvige ue Salmam* denuo poſſederit. Huic filios dant *Stephanum* Epiſcopum Leodienqui *Marchionatum Franchimont* emit, & *Henricum V. utriusque Salmæ comitem,* *Raimboldi IV.* avum *Sigeri*, proavum *Theodorici:* qui omnes utriusque Salmæ Comites, quorum memoria in hiſtoriis extat. Theodoricus hic duos filios halegitur *Henricum* & *Carolum*, quorum ille *Salmam Vogaſi* in Lotharingiæ con, hic alteram in *Ardenna* ſylva obtinuit: duorum ramorum autores, qui diverſis t inſignibus: uti mox videbimus.

Salmæ reliqui comites.

Salma nova in Lotharingia.

Vetus ad Moſellanicos.

Duo rami familiæ.

III. Ea deductio gentis Salmenſis eſt, ad ſeparationem usque linearum, quam ex aliis autoribus partim traditione concinnatam exiſtimo: neque vero de vémnium me fidejuſſorem ego præſtiterim, potius non dubito, ſi addantur conquæ ſingulis aſſignari ſolent, multa dubia oritura eſſe illis, qui hiſtoriæ ſuperioculorum gnari ſunt, & mirabuntur, regnorum vel dignitatum fieri mentiontequam ea exorta è certis hiſtoriis conſtat. Verum quantum in omnibus vet, arbitrari meum non eſt. Hoc ſolum addo, *Blondellum* videri eam deducere *lennate*, ex qua etiam *Brabantini*, & per hos *Haſſi*, atque *Lucenburgenſes* Duuntur. Nam *Giſelbertum Salmenſem* vocat, qui *Friderici Lucenburgii* fionradi, Henrici, & *Hermanni Salmenſis*, in Romani regem 1081. electi, pater

Quo fundamento nitatur traditio.

IV. Quod attinet *Henrici* ramum, qui *Salmam* in *Vogaſo*, cum *Blancomonte*, e Bertha tenuit, ſucceſſione continua à patre ad filium propagatus eſt ad *Joan*qui 1431. extinctus pater fuit *Ioannis* & *Simonis.* Hic *Ioannam* filiam habuit, quæ a *Ioanni Com. Sylvarum & Rheni* comitatus Salmenſis partem attulit, unde in *raviorum* ſcuto nunc quoque Salmones conſpiciuntur. (confer c. 76. n. 7.) Inde *Principis Salmenſis* nomen. *Ioannes* vero *Ioannis ſeptimi* pater fuit. Hic *Ioan-X.* genuit & *Nicolaum*, duarum denuo linearum autores. *Ioannes* in Lotharingia it, & avitas ditiones tenuit, *Ioannis*, qui 1600. ἀγαμος deceſſit, atque *Pauli* pater, quo

Comites Salmæ Vogaſinæ.

Pars ditionum ad Rheni C.

Alia ad Lotharingos.

Digitized by Google

quo *Chriſtina* nata eſt *Franciſci Lotharingi Comitis Valdimontii*, uxor cui, *Salmenſia bona* omnia in Lotharingia in dotem attulit. *Nicolao Salmenſes in Auſtria* ortum debent.

Horum insigna.

§. V. Comitum horum *Salmenſium* in Lotharingia ſcutum fuit *coccineum crucibus aureis, cruciculis iterum brachiatis & ſpiculatis ſparſum*, in quo *gemini Salmones averſi argentei* conſpiciuntur. In ſalmonibus alluſionem ad nomen eſſe liquet. Ob cruciculas iſtas ad familiam *Bullioneam* Salmenſes reducere vult cum Reuſn. *Theod. Haping. de jur. inſign. c.* 13. §. 2. *n.* 42. Alii ſaltem teſtes expeditionis ſacræ has cruciculas allegant. Apex vero fuit *rubro petaſo demiſſo*, cujus *argentea ora reducitur, impoſiti duo ſalmones argentei dorſis obverſis, caudis ſurſum erectis.* Laciniæ autem margento & minio tinguntur.

Piſces ſ. Salmones reſurrectionis & reſuſcitationis Symetri teſſera ex Celenio.

§. VI. Symbolum hoc piſcium ad reſuſcitationem *Albani* juvenis refert *Ægidius Gelen. de Colon. Agripp. magn. L. 2. ſ. 34. pag.* 197. cujus verba non indigna reor, quæ hic apponantur: *Conſtanter traditur* S. Maternus *in has partes adveniens, Senatoria* [illegible] *duæ* Albanum *ſi'ium miraculoſe vitæ reſtituiſſe, in quam igitur gentem Conſularis ſtirps* Albana *abierit inquirenti, occurrit omnium ferè conſenſu credi, ex* Salmenſium *proſapia fuiſſe illuſtrem* Albanum *juvenem à morte prodigioſo beneficio revocatum: itaque ſecundum Facialium curioſam trutinam arma Salmenſium examinans ſtatuo ipſos reſuſcitationis argumentum gentilitiis teſſeris intuliſſe & reliquiſſe cæteris poſteris. Gerunt enim miniato clypeo aureis cruciculis ſeminato, fulgentes argenteo jubare duos piſces. Si quæ autem Romæ ſubterraneæ aliaque primorum Chriſtianorum monumenta pervolvat, multo frequentius reperiet, quam reſurrectionem piſcis emblemate ſignificari, ſicut Jonam piſcis evomens Chriſti reſurrectionem denotat, vita incolumi fruentes* (geſund / wie ein Fiſch) *ſani inſtar piſcis dicimur, & quantum à piſcibus ſomnus, tantum à reſuſcitatione ad vitam meliorem mortis abeſt indormitio: demum piſcis morem habet in adverſa cum undas, ſicut reſuſcitatio eſt contra naturæ curſum. Hinc Chriſtianis adeò familiare fuit piſcium inſigne, ut à gentilibus contemtim* piſciculi *dicerentur, & inveniuntur veteres gemmæ, oſtendentes crucem cum piſciculis inſculptam. Itaque duos piſces Albanus juvenis à Materno reſuſcitatus parmulæ ſuæ inſcripſit, ut altero recuperatam vitam præſentem, altero acquirendam æternam beneficio Chriſtianæ fidei innueret, ac proinde cruciculis campum inſperſit; ab hoc poſteà clypeo* Salmiorum *nomen promanavit, & à poſteris* Salmiorum *arx, ubi Arduennatum curia ſteterat, ædificata eſt, atque hoc modo Albanæ gentis nomine Salmiorum ſtemma evaneſcente & tranſmigrante, facillimè conciliantur traditiones veterum, quod ex Albana gente Comes Salmenſis fuerit à Divo Materno reſuſcitatus. Qui vero de* Salmone *Franco Trojano ſtirpis conditore dicuntur, aliud non puto nobis ſuggerere, quam nobiliores Francos in has olim partes effuſos, connubia cum Salmenſibus habuiſſe. Hæc verò antiquitatis cauſa profero, non tamen damno opinionem, quæ genus à Francis deducendum vult.* Hic ut cum Browero §. 1. adducto tranſigat, ipſe viderit.

Neoburgenſium Salmenſium linea. Nicolai C. elogia.

§. VII. *Neoburgica linea* autor fuit *Nicolaus*, qui fortunæ ſedem in Auſtria fixit. Virtutes ejus in Epitaphio, quod Viennæ in æde Dorotheæ legitur, recenſentur: *Diis manibus Sacrum. Incomparabilis Heros Nicolaus Com. à Salm, Trium Imperatorum ac D. Ferdinandi Rom. Hung. Bohemiæ R. ab arcanis conſiliis, ſupremus provinciarum Auſtriæ capitaneus, cum quatuor Cæſarum auſpiciis Reip. annis* 45. *fortem atque ſtrenuam operam domi militiæque navaſſet, anno* 1529. *Solymanno Turc. Tyranno Viennam atrociter oppugnante, dum dirutis mœnibus, invictum generoſi animi robur ſe murum hoſtium minis opponit (ſaxo percuſſus) letale vulnus accepit, ex quo paulo poſt obiit. D. Ferdinandus patriæ pater virtutis rerumque geſtarum gloriæ monumentum curavit. 4. Maj.* 1530. *Virtutem poſteri imitantur.* P. Fürſt. Chron. Ungar. p. 5.

Scutum hujus lineæ.

§. VIII. Linea hæc ſcuto quadripertito uſa eſt, ut in prima & quarta area *Salmenſis* gentilis teſſera viſeretur; in ſecunda vero & tertia *argentea* repræſentaretur *gryphus coccineus lingua & falculis aureis, leporem nativi coloris villis, unguibus anticis abreptum tenens.* Vide *Chifflet. Eq. A. V. n.* 175. & Wapenb. 1. pag. 15. Galeæ ſcuto inſiſtunt duæ, prior *Salmenſis* §. 5. deſcripta, ex altera vero coronata *gryphus ſcutarius* prorumpit. Laciniæ hujus cocco & auro pinguntur.

Scherding & Vormbach.

§. IX. Area quæ gryphum cum lepore continet, notat Dominium *Scherding* & *Vormbach* (*Varnbach.* confer Wapenb. P. 2. pag. 8. Genealogiam Comitum deducunt (confer *Henning. Theatr. Geneal. T. 3. P. 1. pag.* 520. 251.) ab *Henrico Com. de Varnpach*, qui

ludis equeſtribus Magdeburgicis interfuit. Ultimus vero *Eckprechtus III.* velitatione aliqua periit. Inde cum contentio orta eſſet inter Odoacrum C. & M. Carinthiæ atque Bertholdum M. Iſtriæ; ille *Varnpach, Lampach, Schær-* & comitatum *Buttenſem* obtinuit, filius autem item Ottocarus ſine liberis mo, uſtriæ duci omnia ſua legavit. Ex quo intelligitur, errore factum, quod *Furſt.* ;apenb. p. 6. hoc ſcutum tribuit *Principi Salmenſi*, qui cum ex *Rhingraviis* ſit, im iſtius Dominii teſſeris commune habet, ſed gentili comitum Sylveſtrium & norum clypeo utitur.

Errore à Fürſtio tributum Principi Salmenſi ſcutum.

X. Ex hac linea comitum ſuperioris Salmæ ſ. Lotharingicæ oriundi etiam fue- ites de *Richecourt* ſ. de *Rixingen*, & quidem nominatim referuntur ad fratrem n Nicolai I. comitis, filium Joannis I. qui 1;24. vita exceſſit. Quorum deinceps io ad Leiningenſes comites, ab his ad Falckenſteinios, mox Bipontinos, n Leiningio Weſterburgios matrimoniis delata eſt. Comitatum ſuperioribus :mit illuſtriſſimus Alefeldius comes, & ſuo ſcuto ſymbolum inſeruit, quod c. 1. us.

C. Rixingenſis ex Salmenſibus.

XI. Iſta de Salma Vogaſi: Quod vero *Salmam* in *Ardenna* ſylva attinet, eam *Ca-* lter Theodorici filius (vide §. 2.) obtinuit, & ad poſteros tranſmiſit. Hic Carolus ii Ottone ultimo ex Carolinis Lotharingiæ Duce mortuo ab Imperatore Henri- *Inferiorem Lotharingiam* nactus eſt, dein etiam *ſuperiorem* occupavit. Verum *lone* ſ. *Gozelone* iterum poſſeſſione dejectus, & *Limburgenſi ditione* contentus re coactus eſt. Filius *Walramus Limburgo axioma ducale* obtinuit. Quem duca- :um Salmæ comitatu ejusdem filius *Henricus*, hocque natus *Walramus II.* cogno- *Paganus* (cui aliqui fratrem dant *Henricum* Portugallicorum regum ſatorem) ere. Hic *Henricum* genuit & *Fridericum*. Ille *Dux Limburgi* fuit, hic *Salmæ in Ar- atibus* comes, & reliquorum comitum ſator, qui in ſeptimam generationem dura- . Ultimus vero comes *Henricus*, cum *Henricum* filium in bello Leodienſi ex ad- a parte ſtantem 1408. amiſiſſet, & *Naria* filia, *Ottoni Raugravio* nupta, itidem an- ſum ſine liberis deceſſiſſet, *Ioannem Dominum Reiferſcheidii* agnatum, qui ipſocum piſcopi partibus militabat teſtamento militari heredem ſcripſit, & 1412. ſ. 1413. conceſſit. Dubiam quidem ſucceſſionem Joanni facere conati ſunt *Otto* defuncti er & *Engelbertus* hujus filius, ſed ſententia curiæ Lucenburgiæ 1455. condemnati, & itatum Salmenſem cum fructibus & expenſis, *Reiferſcheidiis* reſtituere juſſi ſunt. ex *Henrico Duce Limburgi* orti erant: cum enim ille tres habuiſſet filios *Henri- II. Limburgi Dux* & ſator totius ſtirpis Limburgicæ & Lucenburgicæ, *Philippus ldenburgi* dynaſta & *Gerlacus* ſ. *Gerhardus Dominus de Reiferſcheid* fuit. Hujus filius nes I. nepos *Ioannes II.* pronepos *Henricus I.* abnepos *Ioannes III.* atnepos *Henri- II.* fuit, *Richardæ* maritus, quæ *Conradi Dn.* von der dyck filia & heres fuit. His na- eſt *Ioannes*, quem agnati Henrici in comitatu Salmenſi heredem fuiſſe diximus. c 1414. prælio ad Azincourt cecidit, & reliquos Salmæ ac Reiferſcheidii comites noſtram usque ætatem proſevit.

Ex iis Limburgi Duces. C. Salmæ.

Dn. Reiferſcheidii

§. XII. Hujus lineæ inſignia repræſentantur Wapenb. P. 1. p. 17. ſed noſtro tem- re novis areolis aucta, geſtantur, iſtum in modum. Scutum quadripertitum eſt, & ma ejus area, denuo bipertita. Latus dextrum *argenteum Salmones duos rubeos* com- ctitur: ſiniſtrum *ejusdem metalli ſcutulum rubeum imminenti deſuper faſcica ſegmen- rum quinq; cæruleo*: Quadra ſecunda *rubea conſeritur plinthidibus argenteis* inſcripto metitidem *argenteo*. Tertius laterculus *aureus, quatuor faſciis rubeis* exaratur, impo- o *leone argenteo, ſanguineam linguam protendente*; quarta *aurea leonem argenteum* :fert, lingua *rubea*. Toti imponitur parmula media *argentea tribus rhombis minia-* inſignis.

Comitum ſcutum moderatum.

§. XIII. *Salmones* haud dubie notant *Salmenſem comitatum in Ardenna*: & qui- em figuræ & areæ tinctura permutatâ: nam qui notandæ Salmæ Vogaſinæ erant ar- entei in minio, hic rubei ſunt in argento. Qui diſcerniculi inter diverſas lineas mo- us P. 1. c. 8. notatus eſt. *Parmula rubea* laterculo *argenteo* inſerta *Reifferſcheidium* (hoc omen à *Ripuariorum* limite derivat *Æg. Gelen. de Colon. Agripp. Magn. L. 2. ſ. 2. p. 132.*) *Dominium* vel *Comitatum* notat Wap. P. 2. p. 29. vetus patrimonium hujus familiæ, quod in illa linea manſiſſe diximus, quæ dein hereditate etiam Salmenſem comitatum crevit. An forte exinde, quod *Malbergii* ſ. *Molbergii* Domini ſimili uſi ſint teſſera,

Salma.

Reiffeſcheid.

Digitized by Google

colligere liceat, aliquam antiquis ſeculis ſanguinis inter utramque gentem communionem fuiſſe, alii viderint (conf. inſignia *Molbergiorum* equitum Wap. P. 1. p. 130.) Quomodo parmulam hanc Solis imaginem idem Gelenius credat, vidimus P. 1. c. 5. ſ. 1. §. 151.

Dyck. §. XIV. Reliquas areolas quod concernit, *tres rhombi* Dominium *Dyck* notant. (Iſta enim *Gelen. de Colon. Agripp. L. 3. ſ. 1. p. 250.* arma geſtaſſe ſcribit ex archivis *Ludolfum de Dycka* 1297.) quod Henrico II. conjunx *Richardis* illius heres attulit: reliqua

Alfter. non ſatis intelligo, niſi quod *Alfter* notari credo *leone* in *faſciato ſcuto*, ex Wap. P. 1. p. 108. (ubi Alfteriis ex nobilitate Rhenana hoc διάγραμμα clypei quinis aureis & rubeis faſciis exarati, incumbente leone argenteo tribuitur) & *Gelen. de Colon. Agr.* L. 2. ſ. 39. p. 207. ubi *Alveterani* reguli vocantur, & *Mareſcalli Vbiorum:* additurque de *Metternichiis in Metternich*, ex Alveteranis per ſecundas nuptias propagatis & parte fundi dotatis, quod illis idem in parmula tæniata leo, qui Alveterenſibus comitibus ſit. Porro hæc dynaſtia cum officio *Mareſcalli hereditarii diœceſ. Colonienſis* (*Gelen.* d. l. L. 3. ſ. 1. p. 227.) ab ultimi Dn. *Ioannis ab Alfter* filia ad *Wevelinghoſios* translata, nam *Irmgardis*

Bedbur. Hackenbroich. *Wevelinghofen Ioanni Quarti Comiti Solmenſi* nupta illam attulit. Cæterum ſi titulum familiæ conſulamus, in illis mentio porro fit Dominiorum de *Bedbur* & *Hackenbroich*, quæ propterea ſi reliquis areis deſignari dixerim, non errare videor. Ipſa vero quod concernit Dominia, *Bedbur* & *Hackenbroich*, *Mechtildis* filia *Ioannis III.* marito *Wilhelmo Limburgio Dn. de Broich*, ea attulerat, ſed eadem dein jure feudorum Colonienſium retracta atque Salmenſibus iterum aſſerta ſunt.

Scutum Reiferſcheidium ex Sibmachero. §. XV. In Wapenb. 1. pag. 17. itidem ſcutum *Salmo-Reiferſcheidium* conſpicitur quadripertitum; Prima areola Salmenſes ſalmones ſed per errorem additis cruciculis & minio cum argento permutato continet: ſecunda parmulam *Reiferſcheidium*: tertia tres rhombos, quos Dominio *Dyck* deberi dixi: Quarta exaratur rubeis & argenteis faſciis impoſito leone aureo. An hæc area eadem ſit cum tertia §. 12. explicata, atque ita error aliquis ſubſit, aut quid deſignetur, ignorare me fateor.

Galeæ. §. XVI. Galeæ imponuntur tres: prima *Salmenſis*, duos ſalmones ſcutarios ſuſtinet: altera *Reiferſcheidia* aures duas aſininas, cocco alteram, alteram argento tinctas refert: ex tertia coronata crus capreoli nativi coloris protenditur. Quem apicem laterculo rhombos deferenti reſpondere exiſtimo. Quæ circumvolitant omnes laciniæ argenteæ & rubeæ ſunt.

Titulus. §. XVII. Titulum hujus lineæ illum vidi: *Comites Salmæ & Reiferſcheidii, Dom. in Bedbur, Dyck, Alfter & Hackenbroich*, &c.

Caput LXXXV.

Dux de Sainct Simon.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo & lineæ.*
2. *Ducis ſcutum. Rouvroy S. Simon. Haverkerke Raſſe.*
3. *Veromandui.*
4. *Apex. Telamones.*

§. I.

Familiæ origo & lineæ. *Gerius* quidam, qui ex antiquis *Dominis de Rouvroy Heribertam* duxerat, familiæ autor conſtituitur, quæ, poſtquam illorum abnepos *Matthæus II. Margaretam* f. *Iacobi Dom. de S. Simon* in conjugio habuit, *Sanſimonia* cognomen aſſumſit. Matthæi autem I. nepos fuit *Matthæus II.* qui ex *Maria de Havesquerque de Raſſe* genuit *Gaucherium* & *Ægidium*: *Gaucherius Dom. de S. Simon*, avus fuit *Ludovici*, quo nati *Franciſcus* comitum de *Vaux* & *Ioannes Marchionum de Sandricourt* autores. *Ægidius* vero *Guilelmum Dominum de Raſſe* & *Antonium Dominorum de Grumenil* ſatorem ſuſcepit. *Guilelmus* abavus fuit *Claudii de S. Simon*, qui 1635. Ducis & Paris Franciæ axioma à Rege meruit.

Ducis ſcutum. Rouvroy S. Simon. §. II. Ducis hujus ſcutum quadripertitum eſt. Inque eo prima & quarta areola ſymbolum familiæ de *Rouvroy S. Simon* continet, nimirum, in *nigro crucem argenteam quinque conchyliis coccineis* impreſſam. Secunda & tertia areola *aurea* faſciam continet *rubentem*,

rubentem, teſſeram familiæ de *Havesquerque Raſſe*, ob *Mariam* Matthæo II. Sanſimonio nuptam.

§. III. Toti imponitur parmula ex *cæruleo* & *auro* teſſellata, cum capite *Francico* ſ. liliis ſparſo. Hoc σῆγμα eſt *Veromanduorum* comitum, qui ex *Caroli M.* progenie deſcendunt. Cum enim hic filium habuerit *Pipinum* Italiæ regem 810. ante patris fata extinctum, eo *Bernardus* genitus eſt, hoc vero *Pipinus*, quem alii *Lengenfeldiorum* Comitum & ex his *Palatino Bavarorum* ſatorem conſtituunt, alii *Veromanduorum* Comitum autorem nominant. Eo enim natus eſt *Heribertus I.* comes Veromanduus, 902. juſſu Arnoldi Com. Flandriæ occiſus. Duravit in ejus poſteris *Veromanduorum* comitum ſeries ad *Heribertum V.* qui licet filium haberet *Odonem*, ſucceſſionem tamen tranſmiſit ad *Aliſam* filiam, *Hugoni Magno* de Francia nuptam, quod Odo ob animi imbecillitatem ſucceſſionis haberetur incapax. Pater tamen *Odo* ſ. *Eudes* hic fuit alterius *Eudis* ſ. *Odonis* cognomine *Facini*, quo natus *Ioannes* cognomine *de S. Simon*, ex quo illa ſtirps, cujus heres *Margareta*, quod diximus, Matthæo I. de Rouvroy nupſit, & cognomen ſimul atque hujus geſtaminis gentilis jus attulit. Veromandui.

§. IV. Clypeo inſiſtit *galea* coronata, & ſuper eam *vir ſylveſtris*, dextra *clavum elevatam*, ſiniſtra *clypeum* tenens. *Lacinia* ſunt argenteæ, rubeæ & nigræ. *Atlantes* vero ſunt vir & fœmina ſylveſtris, quorum ille vexillum Veromanduis insignibus, hæc Havesquerquiis inſignitum geſtant. Apex. Telamones.

CAPUT LXXXVI.

Princeps & Com. Schauenburgi.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Comitatus Holſatiæ. Linea Chilonienſis. Rendesburgia. Ducatus Sleſvic.*
2. *Linea Rendesburgia. Stormaria. Schauenburgia Erneſtus princeps. Ultimi.*
3. *Sternberg Com.*
4. *Gehmen Domin. Ad Schauenburgios. Ad Limburgios.*
5. *Urtica. Clavi, non ocelli flores.*
6. *Schauenburgi & Holſatiæ teſſera. Utrius prius?*
7. *Holſatia ad Oldeburgios delata. Controverſia cum Erneſto principe.*
8. *Schauenburg ad Haſſos & Lippienſes.*
9. *Galea.*

§. I.

ILluſtriſſima hæc familia refertur ad *Adolfum de Sandersleben* (al. *Salingleven*) qui favore fratris *Brunonis Epiſcopi Mindenſis*, 1032. vel 1030. à *Conrado II. Imperatore* Comes *Schauenburgi* conſtitutus eſt. Hujus nepos *Adolfus II.* poſt extinctos Saxoniæ ex Bilingiis Duces 1106. (al. 1114.) à *Lothario II. Imperatore Holſatiæ Comes* eſt conſtitutus. Hujus iterum nepos *Adolfus IV.* qui 1164. bello in Obotritòs cecidit, *Lubecam* 1143. condere cæpit, & combuſtam Henrico Leoni conceſſit. Contra eum vero Albertus M. Brandeburgicus comitem Holſatiæ conſtituit & vaſallum fecit *Henricum Comitem de Badevvide*. Filius ejus fuit *Adolfus V.* pro quo vitricus *Henricus Comes Orlamundæ* Holſatiam rexit, nec non ejus filius *Albertus*. Adolfum ipſum *Henricus Leo* 1172. expulit: hoc proſcripto ipſe ſua recepit 1182. ſed cum in Palæſtinam profectus eſſet, Leo denuo Holſatiam occupat. Sed & à Woldemaro Daniæ Rege Adolfus captus, atque Holſatiæ renunciare coactus eſt. Filius vero *Adolfus VI.* à ſubditis contra Woldemarum revocatus, eum 1226. vicit, & Holſatiam recuperavit. In ejus autem filiis *Ioanne* & *Gerhardo* duo exiere rami. Ab illo *Wagriæ* & *Kilonii* Domini, ab hoc *Rendesburgii* orti. *Gerhardus* vero *Henricum* & *Gerhardum* genuit: Ab iſto reliqui *Rendesburgii*, ex quibus *Gerhardus* Henrici abnepos *Sleſvici primus Dux* creatus eſt, quam dignitatem poſt eum etiam geſſit filius *Adolfus*: Hoc verò 1459. extincto, Holſatiam adivit ex ſorore Hedvige nepos *Chriſtianus* ex Oldenburgi Comite Rex Daniæ, & ad poſteros tranſmiſit. Familiæ origo. Comitatus Holſatiæ. Linea Chilonienſis Rendesburgia. Ducat. Sleſvic.

§. II. *Gerhardus* Gerhardi filius & Henrici Rensburgii frater *Schauenburgium* comitatum retinuit, & in Holſatia *Pinnebergiam* ditionem. Eo nati ſunt *Gerhardus* & *Adolfus*, illi iterum ceſſit *Stormaria*, ad filium & nepotem tranſmiſſa. Hic pater fuit *Ertei* Epiſcopi Hildesheimii, *Gerhardi* Epiſcopi Mindenſis atque *Adolfi*; *Adolfus* iterum Linea Rendesburgia. Stormaria. Schauenburgia.

iterum *Gerhardi* Epiſcopi Mindenſis atque *Ottonis*. Hujus nepos fuit *Otto*, qui Holſatiæ ſucceſſionem extinctis agnatis fruſtra quæſivit, & præter alios, *Erneſtum* Epiſcopum Hildesheimenſem, *Henricum* Epiſcopum Mindenſem atq; *Ioannem* genuit, *Iodoci* patrem, quo nati *Adolfus* & *Antonius* Archiepiſcopi & Electores Colonienſes, *Otto* prius Epiſcopus Hildesheimius, dein maritus, *Ioannes*, *Wilhelmus*, *Iodocus*, *Ericus*, *Erneſtus*, qui à Wilhelmo Com. Naſſoviæ Comitatum *Diezium* antichreſeos titulo poſſedit. (pro 40000. floren. quos frater, Wilhelmi autoritate, ipſi ſolvere adactus erat, ipſe autem Naſſovio conceſſerat.) Ex illis à duobus lineæ. *Otto* enim præter *Hermannum* atque *Antonium* Epiſcopos Mindenſes genuit *Adolfum*, qui amiſſo filio mortuus eſt, atque *Erneſtum*, cui *Principis* titulum Ferdinandi II. gratia contulit. *Iodocus Henricum* atque *Georgium Hermannum* filios habuit; illo natus *Iodocus Hermannus* 1635. hoc *Otto* 1640. maſculorum gentem terminavere.

Erneſtus princeps.

Ultimi.

§. III. Comitum ſcutum exhibet *Schmacheri* Wapenb. P. 1. pag. 18. quadripertitum. Prima areola, quæ eadem etiam quarta eſt, *aurea* continet *ſtellam rubeam*, notando Comitatui *Sternberg o.* Hujus primos Dominos lego ex *Waldeccia* & *Svalenbergia* gente duci. Inde inter ſe *Lippia* & *Schauenburgi* Comites de eo comitatu contendere. Demum Ottonis Schauenburgii filia Anna, cum Bernardo Com. Lippiæ nuberet, ut lites terminarentur, dotalem comitatum marito attulit. Confer ſupra c. 54. n. 5.

Sternberg Com.

§. IV. Areola ſecunda & tertia *argento* tingitur, inducta *faſcia rubea tribus palis aureis* interſtincta. Hæc teſſera eſt *Gehmenſis* dynaſtiæ in territorio Monaſterienſi Gehmenſes *Teſchenmacherus Annal. Iul. Cliv. P. 2. pag.* 349. deducit à *Godofredo* & *Goſwino* patre & filio, qui inveſtiti leguntur de *Gehmenſi* ditione 1280. Alius *Henricus* Dn. Gehmæ vixit 1389. pater *Ioannis*, avus *Henrici*, qui duas genuit filias, quarum altera *Wevelinghoſiam* dynaſtiam marito *Eberwino Com. Bentheimio*, altera *Cordam Dominium Gehmen* conjugi *Ioanni Schauenburgio* attulit, & quinquagenaria filium Jodocum peperit. Cæterum quia ex Schauenburgiis *Maria* Comiti *Limburgio Iodoco* nupſerat, iſta familia extincta, Gehma ad Limburgios delata, & nunc quoque penes illos eſt.

Gehmen Dom.

Ad Schauenburgios.

Ad Limburgios.

§ V. Parmula media *coccinea* eſt, & *urticam candentem trium foliorum* cum totidem *clavis* exhibet. Aliis terminis enunciare voluit Chifflet Eq. A. V. n. 160. *Tres ocelli flores, totidemque urtica folia argentea triangulariter coeuntia, in corde lateruli coccinei ſcutulo argenteo impreſſo.* Verum circa ocelli flores, quos etiam *Paillot* exprimit, haud dubie fallitur Chifflet: quos enim ille flores vellet, *clavi* ſunt, quos ex hiſtoria paſſionis derivant, & forte aliquis adjecit, qui Palæſtinam invilerat.

Urtica. Clavi, non ocelli flores.

§. VI. Urtica hac deſignatur Comitatus *Schauenburgius*. vide Wapenb. P. 2. p. 18. quamvis etiam *Holſatia* eodem ſymbolo pariret notetur. Imo *Danckwerth in Holſat. L. 3, c. 2. p.* 182. non audet plane definire, Schauenburgici an Holſatici comitatus teſſera prius hæc fuerit. Allegat vero iſta ex *Spangenbergio*, quod Adolfus I. Com. Schauenburgi antea geſtarit in *argenteo* ſcuto *leonem cæruleum*, cum vero arcem Schauenburg condidiſſet in monte *Nettelberg* ſ. *Neſſelberg*, à Conrado II. Imper. urticam accepiſſe. Suam iſtam ſubjungit ſententiam: Meine muthmaſſung iſt/ daß Graf Adolff der Dritte/ nachdem er gantz Holſtein/ Dietmarſen mitgerechnet/ einbekommen/ hatte von der Figur deß Landes Holſtein/ die einem auff der ſpitze ſtehenden Neſſelblatt ähnlich/ (alſo/ daß die zwey Häupter in Wagern und Dietmarſen/ die andere und dritte ſpitze machen/) das Wapen eines Neſſelblats/ und bald darauff die drey Nägel/ vielleicht von Käyſer Friederich dem Erſten/ mit dem er in das gelobte Land gezogen/ oder auch von den Biſchoffen kurtz vor dem andern Zug in Palæſtinam erlanget.

Schauenburgi & Holſatiæ teſſera. Urtica prius?

§. VII. Quod *Holſatiam* concernit, dixi §. 1. Chriſtianum Regem Daniæ Theodorici Oldenburgici & Hedvigis Holſatæ filium ſucceſſiſſe avunculo. Cum agnationis jure *Otto* ſucceſſionem ſibi vindicaret, accepris 43000. florenis & Pinnebergia ditione, 1460. contentus eſſe debuit, Holſatia in poteſtate alterius familiæ relicta, in qua nunc etiam eſt. Chriſtiano IV. Regi cum *Erneſto* nova hoc ſeculo lis orta, cum huic ab Imperatore *Principis Com. Holſatiæ* titulus tributus eſſet. Ille enim hoc in ſui præjudicium fieri aſſerebat, hic illud negans titulum illis ditionibus imputabat,

Holſatia ad Oldenburgios delata.

Controverſia cum Erneſto principe.

Digitized by Google

putabat, quæ ſine controverſia ad ſe ſpectarent. (conſer *Lundorp. Acta Publ. P. 3. c. 38. 41.* &c.) Et quidem Regis armis Erneſtus cedere neceſſe habuit. Familia extincta *Pinnebergiæ* ditiones, quas ſolas in Holſatia poſſederat, Rex & Holſatiæ Dux crevere, hic vero partem ſuam Kanzoviis vendidit.

§. VIII. *Schauenburgium* comitatum, qua ratione Oſnabrugiæ & Monaſterienſis pacis beneficio *Haſſi* adiverint, alibi vidimus. Unde in illorum quoque clypeo teſſera hæc viſitur. Quoniam vero *Lippiæ* Comes Philippus Buckeburgum tenet, ſupra c. 54. n. 7. vidimus, urticam in illius etiam ſcuti medio comparere. Schauenburg ad Haſſos & Lippienſes.

§. IX. *Galea* tres imponuntur: *Prior* coronata dependentibus laciniis aureis & rubeis, regitur ejusdem coloris diademate tortili, & ſuſtinet inter cornua ex cocco & auro media ſectione diſtincta ſtellam rubeam. *Media* inſiſtunt inter duos bacillos aureos (Wedel) plumis pavoninis ornatos octo vexilla *Holſatica* ſeu Schauenburgica. Phaleræ ſunt ex minio & argento. Alicubi galeam vidi diademate tortili tegi, alibi corona ſpinea, cujus forte eadem quæ clavorum origo eſt. *Extrema* galea coronata eſt, laciniis argenteis & rubeis, cum jugo alarum complicato, in quibus faſcia *Rehmenſis* conſpicitur. Galeæ.

CAPUT LXXXVII.

Baron. Stubenbergii.

ARGUMENTUM.

Gentis origo. Linea Wurmbergia. Kapfenbergia.
Aliorum circa familiæ inſignia lapſus.
Originaria teſſera
Wurmberg Dom. Pettau.
5. *Anckenſtein Dominium.*
6. *Modernum ſcutum. Apex.*
7. *Tituli.*
8. *Gentis poſſeſſiones ex Lazio.*
9. *Aliæ ejusdem in Auſtria.*
10. *Elogium Jacobi Stubenbergii & totius gentis ex Sambuco.*

§. I.

Eneroſiſſimam ſtirpem *Stubenbergiam* jam à ſeptem fere ſeculis *Styriæ* inter proceres primos numeravit, virtutibus, affinitatibus & poſſeſſionibus illuſtriſſimam. Gentis origo.
imum allegari vidi *Wulfingum Stubenbergium*, qui circa 1000. vixerit, & ex *Agnete* *bſpurgia* ſ. *Habſpergia Ottocarum* atque *Wulfingum* jun. genuerit, cui nupta *Marga-* *a Carinthia* Ducilla; Ex hoc deſcendit *Wolfgangus* ſ. apud *Henning. Theatr. geneal.* *. P. 1. p. 553. Wulfingus II.* qui circa 1237. vixit, & ex *Eliſabetha Hermanni Com. Orten-* *gici Carinthii* filia ſuſcepit, præter *Wulfingum Epiſcopum Bambergenſem* à 1304. ad *. Ulricum* atque *Fridericum*, duarum linearum *Wurmbergica* & *Kapfenbergica* au- Linea Wurmbergia. Kapfenbergia.
es; quæ utraque hodie quoque ſuperant.

§. II. Quod attinet inſignia, opido fallitur *Henninges*, qui l. c. illis *calicem* cum *lici operculo* tribuit, qui etiam in galea pectus hermæ, cui loco brachiorum piſces noti, ornat: Forte ex eo quod *ſupremus Styriæ pincernæ* officii teſſeram competere æmaret. Fallitur etiam *Cyr. Spangenb.* Adelſp. P. 2. L. 12. c. 36. p. 324. b. qui tribuit *onem anchora circumvolutum.* Sed nec quod in *Sibm.* Wapenb. 1. p. 30. conſpici- & ex eo forte aſcivit *Gabr. Bucelin. P. 3. Germ.* p. 229. à familia agnoſcitur ſcutum. Aliorum circa familiæ inſignia lapſus.

§. III. Originarium *ſῆγμα* fuit in ſcuto *nigro anchora argentea inverſa*, per *an-* *m* inferius trajecto *fune aureo* ſ. *crine contorto* (mit einem gelben durchzogenen ff. In *Sibmach.* Wap. mit einem gelben zuriſſenen Sevl.) In Oeſterr. Spiegel Ehren. L. 2. c. 5. p. 205. paulo aliter comparet hæc teſſera, adjecto *cephalo ſcutario* *rteo*, *anchora* figura minus expreſſa, & fune ſ. crine contorto in ſerpentis ſpeciem mutato. Quali ſpecie *Saliburgi* ſcutum hoc etiam pictum extare Perilluſtris *Rudolphus Wilhelmus* literis ad agnatum Perilluſtrem Dn. *Georgium Auguſti-* teſtatur. Originaria teſſera.

§. IV. Primus auxit hanc parmam gentilitiam Ulrici abnepos *Ioannes*, eamque *tuor* ſecuit quadras, *ancora* in primam & quartam locata; his adjiciuntur ſecun- *ertia aurea* inſcripto *verme nigro*: Hoc notatur Dominium *VWurmberg*, quod *ejus Leutholdo*, qui 1452. vixit, uxor *Agnes* ſ. *Bernardi à Pettau* attulerat, unde *eps* linea dicta eſt. Wurmberg Dom. Pettau.

Digitized by Google

Anckenſtein dominium.

§. V. Joannis filius *Caſpar*, qui 1524. vivis exceſſit, ſcuto huic quadripertito impoſuit mediam parmulam *rubeam* inſcripta *anchora inverſa*, cujus *trabs tribus tranſverſis lineolis* (mit drey Strichen) inſignitur, & per annulum *funis aureus* trajicitur. Hæc acceſſio ob dynaſtiam *Anckenſtein* facta.

Moderni ſcutum, Apex.

§. VI. Unde hodierna quoque ſcuti diſpoſitio eadem ſervatur (uti etiam conſpicitur in *Sibmach.* Wapenb. 1. p. 23.) ex ſymbolis *Stubenbergiis*, *Wurmbergiis* atque *Anckenſteinio*. Galeæ vero imponuntur tres: *anterior* vetus *Stubenbergia* coronata, & ſex plumis ſtruthionicis erectis ornata, quarum dextræ nigricant, ex læva argento candent. *Mediam* caſſidem diademate tortili ex cocco & argento tectam premit anchora *Anckenſteinia* cum fune per annulum tranſmiſſo, impoſita corona exigua & argenteis atque coccineis pennis. *Extrema* galea *Wurmbergia*, coronata ſuſtinet baſiliſcum nigrum aureis pedibus & expanſis alis, quarum extremitates viridibus pennis exornantur. *Baſiliſcum* tunc Caſpar aſſumſit, cum ejus loco *Wurmbergiam* caſſidem pater Joannes ornaret complicato jugo alarum aureo, quarum anteriorem vermis ornabat niger. *Laciniæ* circumvolant has caſſides, primam nigræ & argenteæ, ſecundam ex eodem metallo & rubeæ, tertiam aureæ & nigræ.

Tituli.

§. VII. Titulum *Wurmbergiæ* lineæ illum obſervavi: *Domini de Stubenberg, in Wurmberg, Ebensfeld, S. Johann Hauſsampacher, Glech & Halbenrain. Pincernæ hereditarii Styriæ.* Herr zu Stubenberg / in Wurmberg / Ebensfeld / S. Johanns / Haußampacher / Glech und Halbenrein / Erbſchencken in Steyer. Rationem horum omnium explicare non poſſum, niſi quod *Kleck*, (Glech) & *Halbenreinæ* uxor *Vrſula* Dietvigi Domini ab Emerberg (. Eimerberg filia, *Leutholdi Stubenbergii* uxor. confer *Laz.* L. 6. migr. p. 193. *Cyr. Spangenb.* Adelſp. P. 1. L. 8. c. 18. p. 206. 207. ubi de illius gentis *Eimerbergiæ* & nominis origine quædam lectu jucunda. *Kapfenbergiorum* an idem ſit titulus, ignoro.

Gentis poſſeſſiones ex Lazio.

§. VIII. *Wolfg. Laz. migr. Gent.* L. 6. pag. 192. ita dynaſtias eorum recenſet: *Pincernæ à Stubenberg, qui poſtea cognatis ſuis Dominis à Capenberg & Petauu Mareſcalcis extinctis, feudo à ducibus Auſtriæ impetrarunt Kapfenberg, Mureck, Ehrenhauſen, Wurmberg, Stubeck. Iidem Artenburgenſibus comitibus deficientibus in Carinthia, Ducum Auſtriæ beneficio impetrarunt Frauenburg, Holenburg, Gutenburg, Piograd, Keſtnyckh, Hesbach, Kacz & Treffen. Quorum vaſalli leguntur fuiſſe apud Styros, Stadauer, Moſskyrcher, Prodlecker, Mayſſen & Judeln.* Ex quo de familiæ amplitudine judices.

Aliæ ejusdem in Auſtria.

§. IX. In Auſtria etiam varia bona nacti ſunt, ex quibus illa legi. *Steyersberg* dynaſtia prope Neuſtatt, quam 1419. jam poſſeſſam ad ſeculi hujus initium retinuere. *Höſtein* 1446. feudum Brandeburgicum in Auſttria: *Mittergrabern, Sitzendorf, Obergrabern, Groſs, Schængrabern, Schallaburg, Siechtenberg.*

Elogium Jacobi Stubenbergii & totius gentis ex Sambuco.

§. X. Cum *Iacobus Stubenbergius* annos natus 17. Patavii 1559. 27. Febr. exceſſit, in ejus laudem *Ioannes Sambucus* orationem habuit, quæ ibidem typis impreſſa eſt. Cum vero in paucorum manibus ſit, huc transferam aliqua, gentis honorem illuſtrantia: *Iacobus hic noſter ampliſſimo loco & familia perveteri oriundus* Stubenbergia *fuit. Patrem habuit* Wolfgangum, *& ipſum hominem prudentia, uſu, conſiliis, auctoritate præſtantem ac varietate negotiorum ſpectatum: quem ab honeſtate nulla cauſa, nullumque periculum dejeciſſet: ideoque filiis juſtitiæ, frugalitatis, diligentiæ, innocentiæ atque continentiæ exemplis primum relictis, à luce optima fide ſemigravit. Matrem verò cujusmodi? Pari vetuſtate generis, à* Teuffenbach: *in qua omnes virtutes elucent, honeſtiſſimam fœminam, quæ pudicitia & conſtantia præ cæteris in hodiernum diem claritatem ſummam ſibi peperit, ac obtinet. Quum autem nominari* Stubenbergios *auditis, velim ſic habeatis, quod intelligetis, antiquitatem ejus, de illuſtribus auctoribus profectam, totiusque Stiriæ ditiſſimos omnique laude ornatiſſimos* Barones, *ex ea prodiiſſe. Quam illam non modò Germaniæ, arduis & inſignibus belli ac pacis exemplis perſpectam: ſed verò exteris quoque, & longiſſimè remotis nationibus, jam à ſexcentis & amplius annis, cognitam floruiſſe, nemo dubitat. Is enim ſplendor & amplitudo & opes huic genti perpetuæ fuere, ut ſive domi, ſive foris, terra marique rebus geſtis, de univerſa Germania paucas ei reperiamus æquales, ſuperiorem profectò neminem. Tantumque hujus majores conſtituendæ pacis, & cum uſus tulit, belli ducendi arte præſtiterunt: ut illis referendis, hiſtoria texenda neceſſario veniret, vosque audiendo, ego minus dicendo, ſufficerem: indeque factum, quod hujus at avi* Auſtriæ & Carrariorum domus affinitate, *ſuam*

ornatam,

orutam & amplificatam reliquerunt. Ex his Petavionis *Dominos olim* Mareſchalcos *fuiſſe, proditum eſt, ante vero annos tercentos, à Rudolpho Imperatore* Styriæ Præfecti *fuere: Hi ipſi adhuc ejusdem provincia* Barones ſummi ac Pincernæ, *de jure hered. obſervantur.*

CAPUT LXXXVIII.

Toletana Domus.

ARGUMENTUM.

1. *Familia ex Palæologis.*
2. *Scutum Toletanum.*
3. *Symbolum Navarrenum & Bellomontium.*
4. *Familia Bellomontia.*
5. *Apex.*
6. *Tituli & rationes.*

§. I.

Toletanam familiam *Albanorum Ducum* nomine cum primis celebrem, ex *Palæologis Græcis* derivant, & Toletanum nomen à prædiis, quæ in agro Toletano ab Alonſo ſapiente rege Caſtiliæ acceperint, nomen obtinuiſſe referunt. Familia ex Palæologis.

§. II. Tres ejus familiæ *Equites Aurei velleris* enumerat *Chifflet. n.* 150. 190. & 285. Primus & ſecundus *Fridericus* & *Ferdinandus Alvarez Albæ* Duces ſymbolo gentili antum utebantur, quod eſt ſcutum *quinis tranſverſis teſſellarum ductibus* & *ternis erpendicularibus ex argento & cyano* deſcriptum. Scutum Toletanum.

§. III. *Antonius Alvarez de Toledo* Fernandi nepos clypeum auxit, quadram rimam & quartam *Toletanis* teſſellis tribuens; ſecundam vero & tertiam nova quaripertita ſectione *Navarreno* ſymbolo & *Bellomontio* repetitis complens. *Bellomonum ſcutum* eſt laterculus *rhombis aureis* & *caruleis* ſtratus. Symbolum Navarrenum & Bellomontium.

§. IV. Ratio hujus incrementi eſt à matre *Antonii Brianda de Bellomonte*, ſ. *de elmonte* ſ. *de Biamonte* ſ. *de Beaumont* (pro linguarum diverſitate) quæ atneptis fuit *arloti* ſ. *Caroli de Navarra* ſ. *Beaumont*, qui patre *Ludovico Eburovicenſi* ſ. *Navarreno Bellomontii* Rogerii ex concubina Maria de Liſſaraſſu natus, magnus aquilifer Naræ 1387. fuit, & illam Bellomontiorum gentem in regno Navarreno orſus eſt, quæ in *Comitatum Lerinenſem* & *Coneſtabilis Navarræ* dignitatem geſſit, cum Carloti ſiLudovicus Caroli III. regis Navarreni (unde Naverrenum ſymbolum aſcitum vitur) filiam ex Catharina Liſſaraſſu naturalem Joannam duxiſſet. Sed & Ludovici us Ludovicus II. naturalem Joannis regis filiam Leonoram 1468. duxit, ut ita affias cum *Navarrenis* regibus non una eſſet. Eadem familia *Bellomontia* alterius factioin Navarra caput & *Grammontiis* adverſa fuit: In hac vero Brianda defecit, quæ rito jus *Comitatus Lerinenſis* & ut *Coneſtabilis Navarræ* fieret attulit. Familia Bellomontia.

§. V. Ex galea coronata exſurgit *angelus auro coronatus, veſte & alis ſcuti modo olatis, tenens crucem auream longiore petiolo.* Laciniæ vero dependent argenteæ ætuleæ. Apex.

§. VI. Titulum Ducis Antonii illum vidi: *Antonius Alvarez de Toledo, Henri-* (agnomen hoc aſſumtum credo à matre *Antonia Manrique* ſ. Ferdinandi Henez de Ribera) *de Beaumont* (ratio ex §. 4. patet) *Benavides* (hujus rationem non o) *VII. Dux Albæ de Tormes* (hic titulus genti diu conſvetus, ex quo Ferdinandus ium *Albæ comes* creari meruit) *& de Gueſca* ſ. *Hueſca* (hoc etiam axioma alidiu in ſtirpe fuit) *bis grandis Hiſpaniæ, Coneſtabilis Regni Navarreni* (vide §. 4.) hio *de Coria* (hic titulus Garſiæ primo Duci Albæ conceſſus) *& de Villanova* o (hoc Antonius à matre habuit, herede *Henriquezia* Riberanæ domus) s *de Lerin* (vide §. 4.) *de Salvaterra*, (hunc etiam primo Duci Albæ tribuego) *de Piedrahita* & *de Barco Davila, Vicecomes de Vrhojo* (horum rationes llegare poſſum) *Dominus de Valcorneias* (vetuſtiſſimum iſtud familiæ patrium, quod rex Henricus Garſiæ Alvarez M. Magiſtro S. Jacobi pro illo magiuna cum Oropeſa conceſſit, ab eo frater Ferdinandus nactus eſt, & ad porranſmiſit.) *& de Erçazada.* Tituli & rationes.

CAPUT

CAPUT XXCIX.

Com. Trautſonii.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Lineæ. Comitum dignitas.*
2. *Trautſon.*
3. *Rudolfi II. gratioſa conceſſio.*
4. *Falckenſtein Com.*
5. *Sprechenſtein Domin.*
6. *Schrofenſtein.*
7. *Apex.*
8. *Scutum moneta impreſſum.*
9. *Tituli.*

§. I.

Familiæ origo. ILluſtriſſimi *Trautſonii Comites*, qui ex *Tiroli* in *Auſtriam* propagati ſunt, ad quendam *Conradum Trautſonium de Matray* circa 1160. originem referunt: Cæterum aliquoties in diverſas lineas diſtincti ſunt. Lineæ. Inprimis gentem exornavit *Ioannes* eques & *Baro* atque trium Imperatorum intimus Conſiliarius, ſupremus aulæ præfectus atque Tirolenſis Burggravius; Comitum dignitas. tum ejus filius *Paulus Sixtus*, qui, nec non fratris Balthaſaris filii, *Comitum* dignitatem ſtirpi intulere: ille etiam *Aurei velleris eques* & Auſtriæ gubernator fuit.

Trautſon. §. II. *Pauli Sixti* ſcutum ita exhibet *Ioh. Iacob. Chifflet. inſ. Eq. A. V. n.* 321. (ſicut & *Sibmach.* Wapenb. P. 2. pag. 23.) ut quadripertitum totidem areolas exhibeat, illisque mediam gentilem parmulam imponat, quæ *carulea* eſt *ſolea equina argentea* impreſſa; quo ſymbolo *Trautſonia* ipſa deſignatur familia.

Rudolfi II. gratioſa conceſſio. §. III. Ex quatuor primus laterculus *aureus* defert *aquilam imperialem corona Auguſtali* opertam, in pectore litera *R. aurea* notatam. Hunc non explicat Chifletius: credo vero eſſe conceſſionem & gratiæ imperialis à *Rudolfo II. Auguſto* (quem R. notat, & cui comitum dignitatem aliaque axiomata debent) acceptæ mnemoſynon. Unde reliquis etiam præponitur.

Falckenſtein Com. §. IV. Altera area *rubea argentea faſcia* ſecatur, cum *falcone nativi coloris penna ſuperappicto vertici rupis praſina tricipitis* inſidente. Notatur hac teſſera *Falckenſteinius* comitatus, à quo comitibus titulus. Quem in Auſtria cum Dominiis *Kaya*, *Lahs* & aliis ſub Ferdinando I. & poſtea, acquiſierunt.

Sprechenſtein Dom. §. V. Tertia quadra *argentea* (aliquando aurea) defert *gallum gallinaceum nigrum in lævam converſum* (more noſtro) *criſta, roſtro & cruribus coccineis*, *dextro pede culmini rupis nigræ tricipitis* impoſito. Hoc ſymbolo deſignatur Dominium *Sprechenſtein*, quod jam in titulis Joannis, quo Joannes primus Baro natus eſt, legitur.

Schrofenſtein. §. VI. Ultima quadra *aurea* repræſentat *capricornum nigrum è flammis miniatis prorumpentem* à ſiniſtro latere pedis ſcutarii (halber Steinbock mit rothen Feuerflammen auß dem abgetheilten Leib) deſignandæ dynaſtiæ *Schrofenſtein*. Ita enim legendum, quod Chifflet. *Schronenſtein* legit. Hujus Dominii jus *Sixto Trautſonio* equiti & Colonello ſeculo decimoquinto uxor *Dorothea de Schrofenſtein* attuliſſe videtur.

Apex. §. VII. Scuto huic quinque imponuntur galeæ, duabus ad latera ob ſpatii anguſtiam diſpoſitis. *Media* galea coronata gratiæ imperialis index imperialem aquilam ſuſtinet, dependentibus phaleris aureis & nigris. *Proxima* ad *dextram* coronata gallum gallinaceum oſtentat triplici monticulo inſiſtentem pro *Sprechenſtein*, inter lacinias argenteas & nigras. Quæ ad *ſiniſtram* mediæ apponitur falcone ornatur, qui triplici rupi inſiſtit, ut deſignetur *Falckenſteinius* comitatus, plumario ornatu rubeo & argenteo. *Dextro* lateri adjecta caſſis pulvillo impoſitas ſtruthionicas plumas argenteo petiolo exhibet. *Trautſoniam* hanc dicere nec dubitarem, niſi obſtaret locus gentili apici minus conveniens, cum vero laciniæ item pinguntur argento & cyaneo colore, quæ tinctura eſt mediæ parmulæ, conjecturam non plane deſerendam cenſeo. *Siniſtro* lateri galea adponitur *Schrofenſteinia*, cum erumpente nigro capricorno & tegumento lacinioſo aureo & nigro. Ex his tantum quæ hic media eſt *Chiffletius* recenſet, ex more ordinis.

Scutum monetæ impreſſum §. VIII. *Pauli Sixti* comitis idem ſcutum impreſſum 1620. monetæ vidi, corona ſcuto impoſita, & ſuper hanc eminente *aquila imperiali* additoque aurei velleris torque.

Tituli. §. IX. Titulus eſt: *De Trautſon, Com. in Falckenſtein, Baro in Sprechenſtein & Schrofenſtein, Mareſcallus Hereditarius Tirolis.*

CAPUT

CAPUT XC.

Domus Tremollia.

ARGUMENTUM.
Ducis Thoarſii.
1. *Linea de Ioigny, de Dours, de*
ars, de Royan, de Noirmouſtier.
i, Georgii & Claudii Tremolliorum
nologica tabula.
a lilia unde?
Ad Montmorencios. Montfortios.
ios. Colinios. Tremollios.
io-Sicula teſſera. Succeſſio regum.
o Tremolliorum. Principum dignitas.
a.
8. *Apex. Telamones.*
9. *Alia diſpoſitio. Sabaudia.*
10. *Ludovici D. Thoarſii diſpoſitio. Thoarſ. Vi-*
11. *Aurelianum. Mediolanum.* (cecom.
12. *Amboſia. Coitivy.*
13. *Craon.*
14. *Scutum progonologicum: Pennon genealogiq.*
15. *Tituli Thoarſiorum.*
16. *Linea de Royan. Dux de Montmirail ſ. de Noirmouſtier.*
17. *Ludovica de Coitivy majores.*
18. *Areolarum ex illa tabula ratio.*

§. I.

pibus in Francia annumerari illuſtri ſuo ſplendore & ex affinitatibus tracto ſeruit familia *Tremollia.* Ejus caput eſt Dux *Thoarſius*, cujus iſta ſunt inſignia *le la Fr. L. 1. P. 3. cap. 6. p. 535.* Ut clypeo quadripertito alia media parmula in-*uro* tincta, in qua *cantherium coccineum* ſtipant *tres caeruleae aquilulae, roſtris us rubeis*, quod eſt δῆγμα gentilitium *Tremolliorum.* Ipſe major clypeus in erculo refert ſymbolum *Francicum*, in ſecundo *Lavalleum*, in tertio *Arago-leapolitanum*, in quarto *Borbonium.* Scutum D. Thoarſii.

1. Quod ipſam *gentem* concernit, cantherio & aquilulis inſignem, eam deri- Familia.
à *Petro Dn. Tremolliae*, cujus circa annum 1046. memoria eſt. Undecimo gra-diſtat *Guido V.* 1350. extinctus, pater *Guidonis VI. Petri* & *Guilelmi. Hic comitum* Lineæ de
(Jovinaci) pater fuit, quem comitatum filio ejus *Guidoni* uxor attulit, ſed ite- Ioigny.
Ioanna Cabillonii intulit: *Iſte Dominos de Dours* ſevit: *Ille* à *Maria Sulliaca* uxo- De Dours.
Craon genti ſuæ aſſeruit. Eo natus eſt *Georgius Magnus Franciae cubicularius*,
:orem *Ioannam* filiam *Ioannis C. Arverniae* & *Bononiae* comitatum horum ſuc-
n prætendit. Filius autem ipſius ex alia conjuge *Ludovicus Comes Guineſii* &
ſuit, atque à *Margareta* f. *Ludovici Dn. Amboſiae* Vicecomitatum *Thoarſii* atque
:um *Talemontii* nactus eſt. Hos titulos etiam geſſit filius *Ludovicus*, miles for-
& elogium meritus, ut diceretur *le Chevalier ſans reproche*: qui demum ſeptua-
uinto ætatis anno ad *Papiam* pro rege ſanguinem profudit. Filius ejus *Carolus*,
rælio ad *Marinianum* cecidit, ab uxore *Luiſa* f. *Caroli de Coitivy* Comitatum
burg familiæ intulit. Hoc natus eſt *Franciſcus*, cui ab uxore *Lavallea* heredi-
is fuit trium linearum: nimirum ex *Ludovico Thoarſiae*, ex *Georgio Royaniae*, & De Thouars. De Royan. De Noirmouſtier.
o Nigromonaſterienſis (de Noirmouſtier.) In *Thoarſia* idem ille Ludovicus ob-
arolo IX. 1563. ut Vicecomitatus *Thoarſius* in *Ducatum* erigeretur, cui dein-
atus dignitatem 1595. Henricus IV. adjecit. In tertia linea itidem *Ducatus* digni-
a & 1657. Baronatui *Montmirail* in Bria ſub nomine Nigrimonaſterii affixa eſt.

II. Ut reliquorum laterculorum pateat ratio, huc transferre neceſſe eſt ſche-
orum *Ludovici Tremollii* atque fratrum, quod ita habet. Ludovici, Georgii & Claudii Tremolliorum progonologica tabula.

- Franciſcus Trem. pr. Talemont. † 1541.
  - Carolus Tremoll. pr. Talemontii. † 1515.
    - Ludovicus Dn. *Tremollii*, Vicec. Thoarſii, princ. Talemontii. † 1525.
    - Gabrielis *Borbonia* Montpenſeria † 1516.
  - Luiſa de Coitivy
    - Carolus de *Coitivy*, C de Taillebourg.
    - Joanna Duciſſa *Valeſiae* f. Joannis D. Engoliſmæ.
- Anna heres Lavallea.
  - Guido XVI. C. de Laval. † 1531.
    - Joannes de *Laval*, Com. de Caſerta. † 1476.
    - Joanna du *Perier*, Dn. de Quentin.
  - Carola Aragonia. †
    - Fridericus *Aragonius Rex Neapolis & Siciliae.*
    - Anna f. Amedæi Ducis *Sabaudiae.*

CAPUT XXCIX.

Com. Trautſonii.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Lineæ. Comitum dignitas.*
2. *Trautſon.*
3. *Rudolfi II. gratioſa conceſſio.*
4. *Falckenſtein Com.*
5. *Sprechenſtein Domin.*
6. *Schrofenſtein.*
7. *Apex.*
8. *Scutum monetæ impreſſum.*
9. *Tituli.*

§. I.

Familiæ origo. ILluſtriſſimi *Trautſonii Comites*, qui ex *Tiroli* in *Auſtriam* propagati ſunt, ad quendam *Conradum Trautſonium de Matray* circa 1160. originem referunt: Cæterum aliquoties in diverſas lineas diſtincti ſunt. Inprimis gentem exornavit *Ioannes* eques & *Baro* atque trium Imperatorum intimus Conſiliarius, ſupremus aulæ præfectus atque Tirolenſis Burggravius; tum ejus filius *Paulus Sixtus*, qui, nec non fratris Balthaſaris filii, *Comitum* dignitatem ſtirpi intulere: ille etiam *Aurei velleris eques* & Auſtriæ gubernator fuit.

Lineæ.

Comitum dignitas.

Trautſon. §. II. *Pauli Sixti* ſcutum ita exhibet *Ioh. Iacob. Chifflet. inſ. Eq. A. V. n.* 321. (ſicut & *Sibmach.* Wapenb. P. 2. pag. 23.) ut quadripertitum totidem areolas exhibeat, illique mediam gentilem parmulam imponat, quæ *carulea* eſt *ſolea equina argentea* impreſſa; quo ſymbolo *Trautſonia* ipſa deſignatur familia.

Rudolfi II. gratioſa conceſſio. §. III. Ex quatuor primus laterculus *aureus* defert *aquilam imperialem corona Auguſtali* opertam, in pectore litera *R. aurea* notatam. Hunc non explicat Chiffletius: credo vero eſſe conceſſionem & gratiæ imperialis à *Rudolfo II. Auguſto* (quem R. notat, & cui comitum dignitatem aliaque axiomata debent) acceptæ mnemoſynon. Unde reliquis etiam præponitur.

Falckenſtein Com. §. IV. Altera area *rubea argentea faſcia* ſecatur, cum *falcone nativi coloris penna ſuperappicto vertici rupis praſinæ tricipitis* inſidente. Notatur hac teſſera *Falckenſteinius* comitatus, à quo comitibus titulus. Quem in Auſtria cum Dominiis *Kaya*, *Laba* & aliis ſub Ferdinando I. & poſtea, acquiſierunt.

Sprechenſtein Dom. §. V. Tertia quadra *argentea* (aliquando aurea) defert *gallum gallinaceum nigrum in lævam converſum* (more noſtro) *criſta, roſtro & cruribus coccineis, dextro pede culmini rupis nigræ tricipitis* impoſito. Hoc ſymbolo deſignatur Dominium *Sprechenſtein*, quod jam in titulis Joannis, quo Joannes primus Baro natus eſt, legitur.

Schrofenſtein. §. VI. Ultima quadra *aurea* repræſentat *capricornum nigrum è flammis miniatis prorumpentem* à ſiniſtro latere pedis ſcutarii (halber Steinbock mit rothen Feuerflammen auß dem abgetheilten Leib) deſignandæ dynaſtiæ *Schrofenſtein*. Ita enim legendum, quod Chifflet. *Schronenſtein* legit. Hujus Dominii jus *Sixto Trautſonio* equiti & Colonello ſeculo decimoquinto uxor *Dorothea de Schrofenſtein* attuliſſe videtur.

Apex. §. VII. Scuto huic quinque imponuntur galeæ, duabus ad latera ob ſpatii anguſtiam diſpoſitis. *Media* galea coronata gratiæ imperialis index imperialem aquilam ſuſtinet, dependentibus phaletis aureis & nigris. *Proxima* ad *dextram* coronata gallum gallinaceum oſtentat triplici monticulo inſiſtentem pro *Sprechenſtein*, inter lacinias argenteas & nigras. Quæ ad *ſiniſtram* mediæ apponitur falcone ornatur, qui triplici rupi inſiſtit, ut deſignetur *Falckenſteinius* comitatus, plumario ornatu rubeo & argenteo. *Dextro* lateri adjecta caſſis pulvillo impoſitas ſtruthionicas plumas argenteo petiolo exhibet. *Trautſoniam* hanc dicere nec dubitarem, niſi obſtaret locus gentili apici minus conveniens, cum vero laciniæ item pinguntur argento & cyaneo colore, quæ tincta eſt mediæ parmulæ, conjecturam non plane deſerendam cenſeo. *Siniſtro* lateri galea adponitur *Schrofenſteinia*, cum erumpente nigro capricorno & tegumento lacinioſo aureo & nigro. Ex his tantum quæ hic media eſt *Chiffletius* recenſet, ex more ordinis.

Scutum monetæ impreſſum. §. VIII. *Pauli Sixti* comitis idem ſcutum impreſſum 1620. monetæ vidi, corona ſcuto impoſita, & ſuper hanc eminente *aquila imperiali* additoque aurei velleris torque.

Tituli. §. IX. Titulus eſt: *De Trautſon, Com. in Falckenſtein, Baro in Sprechenſtein & Schrofenſtein, Mareſcallus Hereditarius Tirolis.*

CAPUT

CAPUT XC.

Domus Tremollia.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum Ducis Thoarſii.*
2. *Familia. Lineæ de Ioigny, de Dours, de Thouars, de Royan, de Noirmouſtier.*
3. *Ludovici, Georgii & Claudii Tremolliorum progonologica tabula.*
4. *Francica lilia unde?*
5. *Laval. Ad Montmorencios. Montfortios. Rinſios. Colinios. Tremollios.*
6. *Aragonio-Sicula teſſera. Succeſſio regum. Pretenſio Tremolliorum. Principum dignitas.*
7. *Borbonia.*
8. *Apex. Telamones.*
9. *Alia diſpoſitio. Sabaudia.*
10. *Ludovici D. Thoarſii diſpoſitio. Thoarſ. Vicecom.*
11. *Aurelianum. Mediolanum.*
12. *Amboſia. Coitivy.*
13. *Craon.*
14. *Scutum progonologicum: Pennon genealogicus.*
15. *Tituli Thoarſiorum.*
16. *Linea de Royan. Dux de Montmirail ſ. de Noirmouſtier.*
17. *Ludovicæ de Coitivy majores.*
18. *Areolarum ex illa tabula ratio.*

§. I.

PRincipibus in Francia annumerari illuſtri ſuo ſplendore & ex affinitatibus tracto jure meruit familia *Tremollia.* Ejus caput eſt Dux *Thoarſius*, cujus iſta ſunt inſignia in *L'eſt. de la Fr. L. 1. P. 3. cap. 6. p. 535.* Ut clypeo quadripertito alia media parmula incumbat *auro* tincta, in qua *cantherium coccineum* ſtipant *tres cæruleæ aquilulæ, roſtris & cruribus rubeis*, quod eſt σῆγμα gentilitium *Tremolliorum.* Ipſe major clypeus in primo latercullo refert ſymbolum *Francicum*, in ſecundo *Lavalleum*, in tertio *Aragonium & Neapolitanum*, in quarto *Borbonium.* Scutum D. Thoarſii.

§. II. Quod ipſam *gentem* concernit, cantherio & aquilulis inſignem, eam derivari vidi à *Petro Dn. Tremollia*, cujus circa annum 1046. memoria eſt. Undecimo gradu ab eo diſtat *Guido V.* 1350. extinctus, pater *Guidonis VI. Petri & Guilelmi. Hic comitum de Ioigny* (Jovigniaci) pater fuit, quem comitatum filio ejus *Guidoni* uxor attulit, ſed iterum filia *Ioannæ a Cabillioniis* intulit: *Iſte Dominos de Dours* ſevit: *Ille* à *Maria Sulliaca* uxore, *Sully* & *Craon* genti ſuæ aſſeruit. Eo natus eſt *Georgius Magnus Franciæ cubicularius*, qui ob uxorem *Ioannam* filiam *Ioannis C. Arvernia & Bononiæ* comitatum horum ſucceſſionem prætendit. Filius autem ipſius ex alia conjuge *Ludovicus Comes Guineſii & Benaonii* fuit, atque à *Margareta* f. *Ludovici Dn. Amboſiæ* Vicecomitatum *Thoarſii* atque principatum *Talemontii* nactus eſt. Hos titulos etiam geſſit filius *Ludovicus*, miles fortiſſimus, & elogium meritus, ut diceretur *le Chevalier ſans reproche*: qui demum ſeptuageſimo quinto ætatis anno ad *Papiam* pro rege ſanguinem profudit. Filius ejus *Carolus*, qui 1515. prælio ad *Marinianum* cecidit, ab uxore *Luiſa* f. *Caroli de Coitivy* Comitatum de *Taillebourg* familiæ intulit. Hoc natus eſt *Franciſcus*, cui ab uxore *Lavallea* hereditas. Pater is fuit trium linearum: nimirum ex *Ludovico Thoarſiæ*, ex *Georgio Royaniæ*, & ex *Claudio Nigromonaſterienſis* (de Noirmonſtier.) In *Thoarſia* idem ille Ludovicus obtinuit à Carolo IX. 1563. ut Vicecomitatus *Thoarſius* in *Ducatum* erigeretur, cui deinceps *Pariatus* dignitatem 1595. Henricus IV. adjecit. In tertia linea itidem *Ducatus* dignitas collata & 1657. Baronatui *Montmirail* in Bria ſub nomine Nigrimonaſterii affixa eſt. Familia. Lineæ de Ioigny. De Dours. De Thouars. De Royan. De Noirmonſtier.

§. III. Ut reliquorum laterculorum pateat ratio, huc transferre neceſſe eſt ſchema proavorum *Ludovici Tremollii* atque fratrum, quod ita habet. Ludovici, Georgii & Claudii Tremolliorum progonologica tabula.

- Ludovicus Dux Thoarſii, Georgius Dn. Rojani, Claudius Dn. Nigrimonaſterii. cum fratrib. & ſororibus.
  - Franciſcus Trem. pr. Talemont. † 1541.
    - Carolus Tremoll. pr. Talemontii. † 1515.
      - Ludovicus Dn. *Tremollii*, Vicec. Thoarſii, princ. Talemontii. † 1525.
      - Gabrielis *Borbonia* Montpenſeria † 1516.
    - Luiſa de Coitivy.
      - Carolus de *Coitivy*, C. de Taillebourg.
      - Joanna Duciſſa *Valeſiæ* f. Joannis D. Engoliſmæ.
  - Anna heres Lavallea.
    - Guido XVI. C. de Laval. † 1531.
      - Joannes de *Laval*, Com. de Caſerta. † 1476.
      - Joanna du *Perier*, Dn. de Quentin.
    - Carola Aragonia. †
      - Fridericus *Aragonius Rex Neapolis & Siciliæ.*
      - Anna f. Amedæi Ducis *Sabaudiæ.*

Digitized by Google

Francica lilia unde.

§. IV. Ex his liquere opinor, Francica lilia ortum habere à *Ioanna* Caroli de Coitivy uxore, quæ Franciſci I. Regis amita, eique inprimis chara fuit, ut ei etiam 1515. *Ducatum Valeſium* concederet. Unde tanto minus dubitandum, quod etiam regium hoc δῆγμα ſcuto inſeri paſſus ſit. Licet *Le Laboreur*, de l'orig. des arm. n. 38. ſculptoris ignorantiæ hanc areolam adſcribat, & familiam modeſtiorem credat, quam ut hunc affectet honorem.

Laval.

§. V. Area ſecunda aurea continet *crucem rubeam quinque conchis argenteis* impreſſam; ſingulos ſcuti angulos verò implent *quaternæ aquilulæ cæruleæ roſtro & cruribus mutilæ. Lavalleam* ſucceſſionem notari, jam monui. Dynaſtiam hanc in Cenomanis ſitam Armoricæ Britanniæ vicinam peculiaris familia tenuit. A *Guidone I.* decimo gradu deſcendit *Guido VI.* vel aliorum numeratione *VIII.* Dominus *Lavalli*, qui filiam *Emmam* habuit, quæ initio *Roberto Com. Alenſonio*, exin *Matthæo II.* cognomine *Magno*, *Montmorencio*, *Coneſtabili regni*, qui reginæ contutor datus eſt, & ſumma autoritate floruit, atque 1230. vivis exceſſit, demum *Ioanni Dn. de Choiſy* Equiti nupſit. Ex Montmorencio natus eſt *Guido*, qui ab uxore Philippa Dominium de *Vitré* genti intulit, atque nomen *Lavalleum* pro Montmorencio aſſumſit & poſteris reliquit: Ex eo natus præter *Burchardum*, Dominorum de *Attichy* ſatorem, *Guido VIII.* poſt patrem Dominus Lavalli, pater præter alios *Guidonis* & *Andreæ*. Hic rami ampliſſimi origo eſt, qui Dominos de *Chaſtillon*, de *Loue*, de *S. Aubin*, de *Lezay*, de *la Faigne*, de *Boisdauphin*, Marchiones de *Neelle*, de *Sablé*, Comites de *Ioigny*, de *Breſteau*, omnes nominis de Laval, ex ſe dedit, quorum aliqui nunc quoque ſuperant. Ille autem (*Guido*) Dominus Lavalli nominis ejus nonus, & Comes *Caſertæ* fuit. In hujus liberis *Ioannes* Dominos de *Pacy*, Fulco Dominos de *Chalouyau* & de *Raiz* genuerunt: Natu maximus *Guido X.* Dominium avitum filiis reliquit, qui duo ordine ſibi ſucceſſere *Guido XI.* & *XII.* quorum hic filiam reliquit heredem *Annam*, quæ 1404. *Ioanni de Montfort*, Domino de Kergorlay nupſit, cum conditione nominis & inſignium Lavalleorum aſſumendorum: unde *Guido XIII.* (quod jam nomen fere unicum Lavalleis placuerat) dictus eſt. His parentibus natus eſt *Guido XIV.* Lavalli comes 1429. à Carolo VII. Rege creatus. Pater *Guidonis XV.* & *Ioannis* Dn. de *Rochebernard*. hoc natus eſt *Nicolaus*, qui cum patruo ſucceſſiſſet *Guidonis XVI.* Com. de Laval nomen ſumſit: ex tribus conjugibus plurium liberorum pater. Succeſſit patri filius *Claudius*, dein *Guido XVII.* ſed ann. 1547. mortuus, heredem habuit ex ſorore majori *Catharina* Claudio Dn. de Rieux, de Harcourt & d' Aumale nupta, neptem *Renatam*, uxorem Ludovici de S. Maure, M. de Neelle. Quæ ob hanc cauſam *Guionna XIIX.* dicta eſt: cum verò hæc etiam careret ſobole, ſucceſſio tranſiit ad ſororis *Claudiæ* ex Franciſco Colinio Andeloto liberos: In his, qui *Paulus* prius fuerat, *Guido XIX.* comes Lavalli dein dictus eſt, nam *relicto avito nomine gentile & adoptivum Illuſtriſſimæ familiæ aſſumſit*, ut ait *Thuan.* L. 45. p. 723. ſed cum tribus fratribus 1586. ad Mediolanum Santonum interiit (conf. *Thuan.* L. 85. p. 206.) relicto filio *Guidone XX.* qui 1605. bello Ungarico extinctus eſt, heredibus in *Lavallea* ſucceſſione *Tremollis*, in *Riuſia Ellebovio* ex Lotharingis Duce. *Thuan.* L. 134. p. 1092. Nam *Catharina Lavellea*, *Claudio Riuſio* nuptæ *ſoror Anna Franciſco Tremollio* nupſerat, unde hereditatis jus derivatum eſt. Ex eo *Fridericus Tremollius*, Henrici Ducis Thoarſii frater *Comes Lavalli* dictus eſt, & hoc ſine liberis mortuo *Henrici* filius ſecundus *Ludovicus Mauritius*. Hoc tamen obſervatu dignum, cum Lavallea ſucceſſio in reliquis familiis Montmorencia, Montfortia, Colinia, nominis mutationem mox poſt ſe traxerit, Tremollios ſuum cum alio nomen mutare noluiſſe. Quod vero δῆγμα ſuperius deſcriptum attinet, nemo non videt, ipſum eſſe Montmorencium, conchis diſcerniculo ſervientibus. Conf. c. 65. n. 36.

Ad Montmorencios

Riuſios.

Colinios. Tremollios.

Aragonio. Sicula teſſera.

§. VI. Laterculus tertius oblique dextrorſus & ſiniſtrorſus ſecatur: in ſummo & imo *aureo palus quater geminus miniatus*: in *argenteis lateribus aquilæ ſingulæ nigræ, auro coronatæ, cruribus coccineis* conſpiciuntur. Aragonum, qui Siciliæ reges fuere, hoc ſymbolum erat. Uti c. 38. n. 16. vidimus. Porro primus ex Aragoniis Siciliã ſibi vindicavit *Petrus III. Aragoniæ* rex Manfredi Svevi Regis Siciliæ gener. Ejusque poſteri regnum tenuere usque ad *Martinum II.* ob uxorem agnatam *Mariam regem Siciliæ* coronatum 1409. Dein à Joanna ex Andegavenſibus regina utriusq; Siciliæ adoptatus eſt 1423. *Alfonſus* ex Caſtellanis Ferdinandi regis Aragoniæ filius. Quamvis vero Joanna arctius habita adoptionem revocaſſet, & *Ludovic. III.* & *Renatum* Andinos adoptaſſet, Alfonſus tamen graviſſimis periculis diſcuſſis regno demum potius eſt. Ejus filius naturalis *Ferdinandus* Neapoli

Succeſſio regum.

Neapolitanum regnum post patrem tenuit, sed graves hostes Gallos expertus: Successit huic *Alfonsus II.* filius, quem Carolus IIX. R. Franciæ expulit, & post hunc *Ferdinandus* filius, qui vix recuperata Neapoli mox mortuus est; herede *Friderico* patruo. Cum vero hunc etiam Galli impeterent, patruelis Ferdinandus Catholicus Hispaniarum Rex subsidium ei mittere visus est, sed cum quas auxiliares credebat copias Duce *Consalvo Cordubensi* missas, benigne in Sicilia & Calabria admisisset, Fridericus se deceptum sensit, & facile à duobus potentissimis regibus Franciæ & Hispaniæ oppressus est. Indignitate rei motus Fridericus ad Gallos pridem hostes applicuit animum, & cum in Gallias abiisset, filio *Ferdinando* Calabriæ Duci, si Italiam relinquere cogeretur, ut sequeretur, imperaverat. Sed cum Tarenti hic se Consalvo dedidisset, contra fidem juratam sub custodia in Hispaniam missus est, ubi ἄωρος decessit. Friderici autem filia & Ferdinandi hujus soror *Carola* fuit, quæ *Guidoni XVI.* Lavalleo Comiti nupsit, atque adeo *pratensionem in regnum Neapolitanum* vel *Siciliæ* genti isti attulit, ex qua jus ad Tremollios cum reliqua successione Lavallea transiit. Ob hanc causam juris conservandi gratia non solum Tremolli δάγμα hoc in scuto servant, & Principum *Tarentinorum* titulo utuntur, verum etiam cum Monasterii major Magnatum Europæorum pars pacis causa per legatos convenissent, juris vel prætensionis suæ rationes exhibuerunt. Hac quoque causa inter *Principes* Tremolliis in Gallia locus concessus est à regibus, & adhuc servatur. Prætensio Tremolliorum. Principum dignitas.

§. VII. De quarto laterculo quod dicam non habeo, nisi *Borbonium* eum continere symbolum, quod Francicis liliis inscripto scipione breviori coccineo constat. Haud dubie insertus est ob *Gabrielidem Borboniam Montpensiam*, quæ opuscula quædam devotionis pia conscripsit. Borbonia

§. VIII. Scuto imponitur cassis coronata, sustinens *caput aquilæ caruleum rostro aurato*. Phaleræ dependentes rubeo & cæruleo colore tingi dicuntur. *Telamones* vero assistere solebant olim leones, nunc ex regia concessione angeli aurei. Apex Telamones.

§. IX. Aliam scuti dispositionem vidi in *Geliot. indic. armor. voce enté. p.* 282. ut videlicet primam aream *Aragonio-Sicula*, secundam *Francica*, tertiam *Borbonia*, quartam *Lavallea* δάγμαϛα occupent: scutulo medio *Tremollii* symbolis exarato: tum areola triquetra in scuti pede inter tertium & quartum laterculum inserta rubea, & argentea cruce insignita. Hoc symbolum *Sabaudiæ* est, quòd inferere potuere ob Annam Sabaudam Carolæ Aragoniæ matrem. Ead. pag. memorat *Henricum Carolum primo, Tarentinum*, discerniculi forte causa, cum parens viveret, scutulum toti impositum perpendiculari linea in duas distinxisse partes, ut Tremollio cantherio, in altero latere *Turrio-Bullionium* signum adderet. Alia dispositio. Sabaudia.

§. X. Alibi p. 304. 305. istam dispositionem qua usus sit *Ludovicus D. Thoarsius* recenset, ut videlicet tres perpendiculares, & una transversa in octo areolas scypeum distinguerent. Inter has primam *Tremollia* symbola, & tertiam *Lavallea* implent. Reliquarum nondum vidimus figuras. Secunda ergo areola aurea spargitur liliis cæruleis, angulo superiori dextro miniato. *Thoarsium* hoc signum est, quod teste Favino *Arnoldus Vicecomes Thoarsius* filius Ebali D. Aquitaniæ & Pictavii assumsit. Porro hic Vicecomitatus ex familia originaria ad *Amboses* delatus est, matrimonio Johannis III. Dn. Amboisii & Joannæ filiæ Ludovici Vicecomitis Thoarsii: horum proneptis fuit *Margareta* hæres, & uxor Ludovici Tremollii, qui 1483. extinctus est. Ludovici D. Thoarsii dispositio. Thoars. Vicecom.

§. XI. Quartam aream *Aurelianense* symbolum complet: nam *Ioanna Duciſſa Valesia*, quæ in tabula §. 3 legitur, avum habuit *Ludovicum Ducem Aurelianensem*, & aviam ejus uxorem *Valentinam ex Vicecomitibus Mediolanensibus*: unde ratio quinti laterculi apparet, in quo visitur *Mediolanensis* boa, cum infante ex faucibus prorumpente. Aurelianum. Mediolanum.

§. XII. Quintus laterculis *ternis aureis & coccineis palis* exornatur, *Amboſia* familiæ notâ: ex qua diximus Ludovico fuisse uxorem *Margaretam*. Proximam aream complent *terna fascia ex auro & nigro colore*, quod insigne est familiæ de *Coitivy*, ex qua Luisam Carolus uxorem habuit. Amboſia. Coitivy.

§. XIII. Extrema areola rhombis aureis & coccineis completur, familiæ *Craoniæ* gentilitio signo. Hanc familiam quod concernit, *Bertha filia Guerini de Craon* Roberto Burgundo nupsit, & istam attulit hereditatem: Successere longa serie posteri ad *Amalricum III.* patrem *Mauritii VI. Petri* & *Wilhelmi*: Ex quibus hic Dominorum Craon.

de *Chaſteaudun*, de *Dompmart* & aliorum, iſte Dominorum *de la Suſe* progenitores fuere, illo autem nata eſt præter *Amalricum*, qui 1373. mortuus eſt, *Iſabella* heres, uxor *Ludovici Dn. de Sully*, quibus parentibus genita *Maria*, quæ vidua Caroli de Berry Comitis Montpenſerii, nupſit *Guidoni Tremollio*, qui 1398. mortuus eſt. Inde cum hereditate jus etiam Craonia inſignia geſtandi. Porro Craonium hoc ſymbolum jam diu in uſu fuit: Nam vetus Tremolliorum ſcutum quadripertitum primo & quarto laterculo *gentile*, ſecundo *Thoarſium*, tertio loco *Craonium* hoc δῆγμα referebat.

Scutum progonologicum, Pennon genealogique.

§. XIV. Alibi præfatus *Geliot.* pag. 536. 537. exhibet ſcutum, non quale geſtari ſoleret, ſed concinnari poſſet pro *Tremollio*, & nominatim *Henrico Carolo* Duce, exprimendis omnibus ejus aviis, quod ſcutorum genus *pennon genealogique* (progonologicum ſcutum dicerem) nuncupare ſolent. In eo 32. laterculis, toridem tritavos & tritavias ejus principis videre licet. In prima ſerie ex parte avi paterni illa ſunt ſymbola *Tremollium*, *Coitivium*, *Lavalleum*, *Aragonium*, *Montmorencium*, *Potium* (Pot geſtat faſciam cæruleam in laterculo aureo) *Sabaudicum*, *Laſcarium* (Laſcaris utitur aquila bicipiti aurea in ſolo rubeo, quod domus ex Imperatoribus Orientis deſcendat.) In ſecunda ſerie conſpiciuntur ex parte aviæ paternæ *Naſſovium*, *Haſſiacum*, *Stolbergium*, *Eppſteinio-Kœnigſteinium*, *Borbonium*, *Montpenſerium*, *Lonvianum*, *Engoliſmenſe*. In tertia ſerie ob avum maternum, *Turrium*, *Pontium*, *Turrium*, *Polignacum*, *Montmorencium*, *Potium*, *Sabaudicum*, *Laſcarium*. In quarta ſerie ob aviam maternam ex *Naſſoviis*, prorſus eadem quæ ſeriem ſecundam conſtituebant. Sorors enim fuere aviæ paterna & materna. Ut vero hæc rectius intelligas, conſula ipſam tabulam progonologicam Tremolliorum in noſtro *Theatr. Nob. Europ.* P. 1. p. 93. Si quis etiam altius repetere cupiat, reperiet 64. majores ex omni latere æqualiter aſcendendo Henrici Caroli Tremollii apud eundem autorem p. 534. ubi tamen *Henricum Carolum Turrium* vocat proprio aut typothetæ lapſu. Sed neceſſe non eſt, omnia illa huc transferre: Repeti enim nullo negotio ex eadem mea διατυπώσει progonologica poſſunt: quæ cum Gelioto plane convenit, niſi quod pro *Iſabella Foxia*, quam Guidoni de Pons uxorem aſſignavi, ille vult fuiſſe *Ioannam* f. *Menotonis de Chaſteauneuf Dn. de Giré.* De quo non contendam.

Tituli Thoarſiosum.

§. XV. Hæc de Thoarſia linea. Titulum Ducis illum legi: *Dux de Thouars, Par Franciæ, Princeps de Talmont, Comes de Laval, de Montfort, de Guines, de Benon, de Ionvelles & de Taillebourg, M. d' Eſpinay, Vicecomes de Rennes & de Bays, Baro de Vitré, de Mauleon, de Berrie & de Didonne, Dn. de la Tremoille, de Loudun*, &c. Rationes ex ſuperioribus de pleriſque colligi poſſunt.

Linea de Royan. Dux de Montmirail f. de Noirmouſtier.

§. XVI. De linea *Royanea* nihil peculiare obſervavi, nec vidi quo illa diſcriminculo vel qua diſpoſitione à primogenita ſeparetur, quod vero tertiam Nigrimonaſterii f. Montmirailii concernit: illam Ducis de *Montmirail* f. *Noirmouſtier* parmam exhibet *Sammarth. l'eſt. de Fr. L. 3. cap. 5. p. 334.* ut ea appareat tribus perpendicularibus & una traſverſa in octo areolas diſtincta, quæ ſymbola contineant *Francicum*, *Hieroſolymitanum*, *Aurelianenſe*, *Imperiale*: in ſecundo ordine *Lucenburgium*, *Mediolanenſe*, *Lavalleum*, *Craonium*: *Tremollio* gentili, qua mediæ coeunt areolæ, incumbente.

Ludovicæ de Coitivy majores.

§. XVII. Rationes ſymbolorum non niſi progonologico aliquo ſchemate exhibito intelligentur: quod exhibeo.

Ludovicus VIII. Rex Franciæ.

Ludovicus IX. R. Franciæ. — Carolus Andinus R. Sicil. & Hieroſolymorum.

Philippus III. Rex Franciæ. — Carolus II. R. Sicil. & Hieroſolym. — Henricus VII. Lucenburgius Imp. Romanorum.

Carolus Comes Valeſiæ. Uxor — Margareta Andina. — Joannes Lucenburgius Rex Bohemiæ.

Philippus VI. Rex Franciæ.

Joannes Rex Franciæ: cujus uxor — Bona Lucenburgica.

Carolus V. Rex Franciæ. — Iſabella. Uxor Joh. Galeacii Ducis Mediolan.

Carolus VI. Rex Franciæ. — Ludovicus Dux Aureliani. Uxor — Valentina Mediolanenſis.

Carolus VII. R. Franciæ. — Joannes Aurelianus Com. Engoliſmæ.

Maria. Ux. Oliverii de Coitivy.

Carolus de Coitivy Com. de Taillebourg. Uxor. — Joanna Aurelianenſis, Ducissa de Valois.

Luiſa de Coitivy. Uxor Caroli Dn. Tremollii.

§. XVIII. Ex hoc ſchemate non difficile puto areolas illas explicare: *Francica* hîs pluribus debentur Franciæ Regibus: *Hieroſolymitana* crux Margaretæ Andinæ patri & avo: *Aurelianenſis* liliis regiis inductâ lambellâ Ludovico Aureliani Duci: aquila *Imperialis* dignitati Henrici VII. Auguſti: *Lucenburgius* leo ejusdem familiæ gentili: *Mediolanenſis* boa Valentinæ Mediolanenſi: quos omnes in majoribus ſuis numerat *Ludovica Coitivia* Caroli Tremollii uxor. Rationes reliquarum areolarum, nempe Lavallæ & Craoniæ ex ſuperioribus colligere facile eſt. Areolarum ex illa tabula ratio.

CAPUT XCI.

Archiepiſcopus & Elector Trevirenſis.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum Electoris Lotharii.*
2. *Crux Trevirenſis. Urbis antiquitas. Archidiœceſeos limites. Officiales.*
3. *Epiſcopus primus Eucharius. Archiepiſcopus Agricius.*
4. *Electoralis dignitas.*
5. *Per quam Galliam ſit Archicancellarius? Frieberus. Limneus. Conringius. Mallinckrot.*
6. *Archicancellariatus regni Arelatenſis. Sententia Mallinckrotii. Conringii. Brovveri.*
7. *Primatus jus.*
8. *Metternichia teſſera.*
9. *Galea & Apex.*
10. *Scutum Electoris Caroli Caſpari.*
11. *Prumienſis Abbatia. Ad Treviricos Archiepiſcopos.*
12. *Galea & apex.*
13. *Scutum moderni Electoris.*
14. *Spirenſ. Epiſcopatus. Weiſſenburgia præpoſitura.*
15. *Orſbeckia familia.*
16. *Galea & apex.*

§. I.

EMinentiſſimi Electoris & Archiepiſcopi *Trevirenſis*, qui hujus ſeculi initio Archidiœceſin rexit, *Lotharii* ſcutum Sibmacherus depinxit Wapenb. P. 1. p. 3. quadripertita ſectione, prima & quarta area *δᾶγμα Trevericum*, reliquis duabus gentilem teſſeram referentibus. Scutum Electoris Lotharii.

§. II. Hieroglyphicon *Archidiœceſi* proprium eſt latereculo *argenteo* inſcripta *crux rubra*. De antiquitate *Trevirenſis* urbis dicere hic nihil attinet, quam ad *Trebetam* Nini Aſſyriorum regis filium Abrahami coætaneum referunt, huncque cum noverca Semiramidis libidinem & iram fugeret, originem ei dediſſe perhibent; Unde in omnium ore verſus: Crux Trevirenſis. Urbis antiquitas.

Ante Romam Treviris ſtetit annis mille trecentis.

Diœceſin quod attinet, Lotharingia, Lucenburgio, Colonienſi Archidiœceſi & Palatinatu concluditur, ultra Rhenum verò Haſſis & Naſſoviæ contermina eſt. In 33. præfecturas ſeu Sattapias eam dividit *Chriſtoph. Brovver. annal. Trevir. proparaſc. cap. 26. p. 72.* Item *p. 73.* illos officiales enumerat illuſtres: *Apparebant familiæ illuſtres principi ſuo ad honorata miniſteria, unde & miniſterialium nomen profluxit.* Lüzelburgii *Duces*, Marſchalli *ſtrei equeſtri*; Iſenburgii *Dynaſtæ* aulæ præfecti; Brandenburgii, *qui Clervei Domini pro* architriclinis *agniti*: Dapiferatum *geſſerunt* Helfenſteinii. *Supremi* Cametarii *in gente* Otleya, *Hereditarii* in Aſcha vel Eſchia *vixerunt*. Defenſorum *munus in* Alckiorum *ſtirpe viguit*. Hodie Archidiœceſeos officiales ſunt: Archidiœceſeos limites. Officiales.

iterum *Gerhardi* Episcopi Mindensis atque *Ottonis*. Hujus nepos fuit *Otto*, qui Holsatiæ successionem extinctis agnatis frustra quæsivit, & præter alios, *Ernestum* Episcopum Hildesheimensem, *Henricum* Episcopum Mindensem atq; *Ioannem* genuit, *Iodoci* patrem, quo nati *Adolfus* & *Antonius* Archiepiscopi & Electores Colonienses, *Otto* prius Episcopus Hildesheimius, dein maritus, *Ioannes*, *Wilhelmus*, *Iodocus*, *Ericus*, *Ernestus*, qui à Wilhelmo Com. Nassoviæ Comitatum *Diezium* antichreseos titulo possedit. (pro 40000. floren. quos frater, Wilhelmi autoritate, ipsi solvere adactus erat, ipse autem Nassovio concesserat.) Ex illis à duobus lineæ. *Otto* enim præter *Hermannum* atque *Antonium* Episcopos Mindenses genuit *Adolfum*, qui amisso filio mortuus est, atque *Ernestum*, cui *Principis* titulum Ferdinandi II. gratia contulit. *Iodocus Henricum* atque *Georgium Hermannum* filios habuit; illo natus *Iodocus Hermannus* 1635. hoc *Otto* 1640. masculorum gentem terminavere.

Ernestus princeps.

Ultimi.

§. III. Comitum scutum exhibet *Schmacheri* Wapenb. P. 1. pag. 18. quadripertitum. Prima areola, quæ eadem etiam quarta est, *aurea* continet *stellam rubeam*, notando Comitatui *Sternberg o*. Hujus primos Dominos lego ex *Waldeccia* & *Svalenbergia* gente duci. Inde inter se *Lippia* & *Schauenburgi* Comites de eo comitatu contendere. Demum Ottonis Schauenburgii filia Anna, cum Bernardo Com. Lippiæ nuberet, ut lites terminarentur, dotalem comitatum marito attulit. Confer supra c. 54. n. 5.

Sternberg Com.

§. IV. Areola secunda & tertia *argento* tingitur, inducta *fascia rubea tribus paliis aureis* interstincta. Hæc tessera est *Gehmensis* dynastiæ in territorio Monasterienſi Gehmenses *Teschenmacherus Annal. Iul. Cliv. P. 2. pag. 349.* deducit à *Godofredo* & *Gotwino* patre & filio, qui investiti leguntur de *Gehmensi* ditione 1280. Alius *Henricus* Dn. Gehmæ vixit 1389. pater *Ioannis*, avus *Henrici*, qui duas genuit filias, quarum altera *Wevelinghofiam* dynastiam marito *Eberwino Com. Bentheimio*, altera *Cordæ Dominium Gehmen* conjugi *Ioanni Schauenburgio* attulit, & quinquagenaria filium Jodocum peperit. Cæterum quia ex Schauenburgiis *Maria* Comiti *Limburgio Iodoco* nupserat, ista familia extincta, Gehma ad Limburgios delata, & nunc quoque penes illos est.

Gehmen Dom.

Ad Schauenburgios.

Ad Limburgios.

§. V. Parmula media *coccinea* est, & *urticam candentem trium foliorum* cum *totidem clavis* exhibet. Aliis terminis enunciare voluit Chifflet Eq. A. V. n. 160. *Tres ocelli flores, totidemque urtica folia argentea triangulariter coeuntia, in corde lateruli coccinei scutulo argenteo impresso.* Verum circa ocelli flores, quos etiam *Paillot* exprimit, haud dubie fallitur Chifflet: quos enim ille flores vellet, *clavi* sunt, quos ex historia passionis derivant, & forte aliquis adjecit, qui Palæstinam invilerat.

Urtica. Clavi, non ocelli flores.

§. VI. Urtica hac designatur Comitatus *Schauenburgius*. vide Wapenb. P. 2. p. 18. quamvis etiam *Holsatia* eodem symbolo pariter notetur. Imo *Danckwerth* in *Holsat. L. 3, c. 2. p. 182.* non audet plane definire, Schauenburgici an Holsatici comitatus tessera prius hæc fuerit. Allegat vero ista ex *Spangenbergio*, quod Adolfus I. Com. Schauenburgi antea gestarit in *argenteo* scuto *leonem cæruleum*, cum vero arcem Schauenburg condidisset in monte *Nettelberg* s. *Nesselberg*, à Conrado II. Imper. urticam accepisse. Suam istam subjungit sententiam: Meine muthmassung ist/ daß Graf Adolff der Dritte/ nachdem er gantz Holstein/ Dietmarsen mitgerechnet/ einbekommen/ hatte von der Figur deß Landes Holstein/ die einem auff der spitze stehenden Nesselblatt ähnlich/ (also/ daß die zwey Häupter in Wagern und Dietmarsen/ die andere und dritte spitze machen/) das Wapen eines Nesselblats/ und bald darauff die drey Nägel/ vielleicht von Käyser Friederich dem Ersten/ mit dem er in das gelobte Land gezogen/ oder auch von den Bischoffen kurtz vor dem andern Zug in Palæstinam erlanget.

Schauenburgi & Holsatiæ tessera. Utrius prius?

§. VII. Quod *Holsatiam* concernit, dixi §. 1. Christianum Regem Daniæ Theodorici Oldenburgici & Hedvigis Holsatæ filium successisse avunculo. Cum agnationis jure *Otto* successionem sibi vindicaret, accepris 43000. florenis & Pinnebergia ditione, 1460. contentus esse debuit, Holsatia in potestate alterius familiæ relicta, in qua nunc etiam est. Christiano IV. Regi cum *Ernesto* nova hoc seculo lis orta, cum huic ab Imperatore *Principis Com. Holsatiæ* titulus tributus esset. Ille enim hoc in sui præjudicium fieri asserebat, hic illud negans titulum illis ditionibus imputabat,

Holsatia ad Oldenburgios delata.

Controversia cum Ernesto principe.

putabat, quæ ſine controverſia ad ſe ſpectarent. (confer *Lundorp. Acta Publ. P. 3. c. 38. 41. &c.*) Et quidem Regis armis Erneſtus cedere neceſſe habuit. Familia extincta *Pinnebergiæ* ditiones, quas ſolas in Holſatia poſſederat, Rex & Holſatiæ Dux crevere, hic vero partem ſuam Ranzoviis vendidit.

§. VIII. *Schauenburgium* comitatum, qua ratione Oſnabrugiæ & Monaſterienſis pacis beneficio *Haſſi* adiverint, alibi vidimus. Unde in illorum quoque clypeo teſſera hæc viſitur. Quoniam verò *Lippiæ* Comes Philippus Buckeburgum tenet, ſupra c. 54. n. 7. vidimus, urticam in illius etiam ſcuti medio comparere. Schauenburg ad Haſſos & Lippienſes.

§. IX. *Galeæ* tres imponuntur: *Prior* coronata dependentibus laciniis aureis & rubeis, tegitur ejusdem coloris diademate tortili, & ſuſtinet inter cornua ex cocco & auro media ſectione diſtincta ſtellam rubeam. *Mediæ* inſiſtunt inter duos bacillos aureos (Wedel) plumis pavoninis ornatos octo vexilla *Holſatica* ſeu Schauenburgica. Phaleræ ſunt ex minio & argento. Alicubi galeam vidi diademate tortili tegi, alibi corona ſpinea, cujus forte eadem quæ clavorum origo eſt. *Extrema* galea coronata eſt, laciniis argenteis & rubeis, cum jugo alarum complicato, in quibus faſcia *Gebmenſis* conſpicitur. Galeæ.

CAPUT LXXXVII.

Baron. Stubenbergii.

ARGUMENTUM.

1. *Gentis origo. Lineæ Wurmbergia, Kapfenbergia.*
2. *Aliorum circa familiæ inſignia lapſus.*
3. *Originaria teſſera*
4. *Wurmberg Dom. Pettau.*
5. *Anckenſtein Dominium.*
6. *Modernum ſcutum. Apex.*
7. *Tituli.*
8. *Gentis poſſeſſiones ex Lazio.*
9. *Aliæ ejusdem in Auſtria.*
10. *Elogium Jacobi Stubenbergii & totius gentis ex Sambuco.*

§. I.

GEneroſiſſimam ſtirpem *Stubenbergiam* jam à ſeptem fere ſeculis *Styriæ* inter proceres primos numeravit, virtutibus, affinitatibus & poſſeſſionibus illuſtriſſimam. Primum allegari vidi *Wulfingum Stubenbergium*, qui circa 1000. vixerit, & ex *Agnete Habſpurgia* ſ. *Habſpergia Ottocarum* atque *Wulfingum* jun. genuerit, cui nupta *Margareta Carinthia* Ducissa; Ex hoc deſcendit *Wolfgangus* ſ. apud *Henning. Theatr. geneal. T. 3. P. 1. p. 553. Wulfingus II.* qui circa 1237. vixit, & ex *Elisabetha Hermanni Com. Ortenburgici Carinthii* filia ſuſcepit, præter *Wulfingum Epiſcopum Bambergenſem* à 1304. ad 1319. *Ulricum* atque *Fridericum*, duarum linearum *Wurmbergica* & *Kapfenbergica* autores; quæ utraque hodie quoque ſuperant. Gentis origo. Lineæ Wurmbergia. Kapfenbergia.

§. II. Quod attinet inſignia, opido fallitur *Henninges*, qui l. c. illis *calicem* cum *duplici operculo* tribuit, qui etiam in galea pectus hermæ, cui loco brachiorum piſces admoti, ornat: Forte ex eo quod *ſupremus Styriæ pincernis* officii teſſeram competere exiſtimaret. Fallitur etiam *Cyr. Spangenb.* Adelſp. P. 2. L. 12. c. 36. p. 324. b. qui tribuit *draconem anchoræ circumvolutum*. Sed nec quod in *Sibm.* Wapenb. 1. p. 30. conſpicitur, & ex eo forte aſcivit *Gabr. Bucelin. P. 3. Germ.* p. 229. à familia agnoſcitur ſcutum. Aliorum circa familiæ inſignia lapſus.

§. III. Originarium *σῆμα* fuit in ſcuto *nigro anchora argentea inverſa*, per *annulum* inferius trajecto *fune aureo* ſ. *crine contorto* (mit einem gelben durchzogenen Zopff. In *Sibmach.* Wap. mit einem gelben zuriſſenen Seyl.) In Oeſterr. Spiegel der Ehren. L. 2. c. 5. p. 205. paulo aliter comparet hæc teſſera, adjecto *cephalo ſcutario argenteo*, *anchoræ* figura minus expreſſa, & fune ſ. crine contorto in ſerpentis ſpeciem commutato. Quali ſpecie *Saliburgi* ſcutum hoc etiam pictum extare Perilluſtris Dn. *Rudolphus Wilhelmus* literis ad agnatum Perilluſtrem Dn. *Georgium Auguſtinum* teſtatur. Originaria teſſera.

§. IV. Primus auxit hanc parmam gentilitiam Ulrici abnepos *Ioannes*, eamque in quatuor ſecuit quadras, *ancora* in primam & quartam locata; his adjiciuntur ſecunda & tertia *aurea* inſcripto *verme nigro*: Hoc notatur Dominium *VVurmberg*, quod patri ejus *Leutholdo*, qui 1452. vixit, uxor *Agnes* ſ. *Bernardi à Pettau* attulerat, unde deinceps linea dicta eſt. Wurmberg Dom. Pettau.

Digitized by Google

Anckenſtein dominium.

§. V. Joannis filius *Caſpar*, qui 1524. vivis exceſſit, ſcuto huic quadripertito impoſuit mediam parmulam *rubeam* inſcripta *anchora inverſa*, cujus *trabs tribus tranſverſis lineolis* (mit drey Strichen) inſignitur, & per annulum *funis aureus* trajicitur. Hæc acceſſio ob dynaſtiam *Anckenſtein* facta.

Moder. num ſcutum, Aper.

§. VI. Unde hodierna quoque ſcuti diſpoſitio eadem ſervatur (uti etiam conſpicitur in *Sibmach.* Wapenb. 1. p. 23.) ex ſymbolis *Stubenbergiis*, *Wurmbergiis* atque *Anckenſteinio*. Galeæ vero imponuntur tres: *anterior* vetus *Stubenbergia* coronata, & ſex plumis ſtruthionicis erectis ornata, quarum dextræ nigricant, ex læva argento candent. *Mediam* caſſidem diademate tortili ex cocco & argento tectam premit anchora *Anckenſteinia* cum fune per annulum tranſmiſſo, impoſita corona exigua & argenteis atque coccineis pennis. *Extrema* galea *Wurmbergia*, coronata ſuſtinet baſiliſcum nigrum aureis pedibus & expanſis alis, quarum extremitates viridibus pennis exornantur. *Baſiliſcum* tunc Caſpar aſſumſit, cum ejus loco *Wurmbergiam* caſſidem pater Joannes ornaret complicato jugo alarum aureo, quarum anteriorem vermis ornabat niger. *Laciniæ* circumvolant has caſſides, primam nigræ & argenteæ, ſecundam ex eodem metallo & rubeæ, tertiam aureæ & nigræ.

Tituli.

§. VII. Titulum *Wurmbergiæ* lineæ illum obſervavi: *Domini de Stubenberg, in Wurmberg, Ebensfeld, S. Johann Hauſſampacher, Glech & Halbenrain. Pincernæ hereditarii Styriæ.* Herr zu Stubenberg/ in Wurmberg/ Ebensfeld/ S. Johanns/ Haußampacher/ Glech und Halbenrein/ Erbſchencken in Steyer. Rationem horum omnium explicare non poſſum, niſi quod *Kleck*, (Glech) & *Halbenrein* attulit *Vrſula* Dietvigi Domini ab Emerberg ſ. Eimerberg filia, *Leutholdi Stubenbergii* uxor. confer *Laz.* L. 6. migr. p. 193. *Cyr. Spangenb.* Adelſp. P. 1. L. 8. c. 18. p. 206. 207. ubi de illius gentis *Eimerbergiæ* & nominis origine quædam lectu jucunda. *Kapfenbergiorum* an idem ſit titulus, ignoro.

Gentis poſſeſſiones ex Lazio.

§. VIII. *Wolfg. Laz. migr. Gent.* L. 6. pag. 192. ita dynaſtias eorum recenſet: *Pincernæ à Stubenberg, qui poſtea cognatis ſuis Dominis à Capenberg & Petauu Mareſcalcis extinctis, feudo à ducibus Auſtriæ impetrarunt Kapfenberg, Mureck, Ehrenhauſen, Wurmberg, Stubeck. Iidem Artenburgenſibus comitibus deficientibus in Carinthia, Ducum Auſtriæ beneficio impetrarunt Frauenburg, Holenburg, Gutenburg, Piograd, Keſtnyckh, Hesbach, Kacz & Treffen. Quorum vaſalli leguntur fuiſſe apud Styros, Stadauer, Moſskyrcher, Prodlecker, Mayſſen & Judeln.* Ex quo de familiæ amplitudine judices.

Aliæ ejusdem in Auſtria.

§. IX. In Auſtria etiam varia bona nacti ſunt, ex quibus illa legi. *Steyersberg* dynaſtia prope Neuſtatt, quam 1419. jam poſſeſſam ad ſeculi hujus initium retinuere. *Höſlein* 1446. feudum Brandeburgicum in Auſtria: *Mittergrabern, Sitzendorf, Obergrabern, Groſs, Schængrabern, Schallaburg, Siechtenberg.*

Elogium Jacobi Stubenbergii & totius gentis ex Sambuco.

§. X. Cum *Iacobus Stubenbergius* annos natus 17. Patavii 1559. 27. Febr. exceſſit, in ejus laudem *Ioannes Sambucus* orationem habuit, quæ ibidem typis impreſſa eſt. Cum vero in paucorum manibus ſit, huc transferam aliqua, gentis honorem illuſtrantia: *Iacobus hic noſter ampliſſimo loco & familia perveteri oriundus* Stubenbergia *fuit. Patrem habuit* Wolfgangum, *& ipſum hominem prudentia, uſu, conſiliis, auctoritate præſtantem ac varietate negotiorum ſpectatum: quem ab honeſtate nulla cauſa, nullumque periculum dejeciſſet: ideoque filiis juſtitia, frugalitatis, diligentiæ, innocentiæ atque continentiæ exemplis primum relictis, à luce optima fide ſemigravit. Matrem verò cujusmodi? Pari vetuſtate generis, à* Teuffenbach: *in qua omnes virtutes elucent, honeſtiſſimam fœminam, quæ pudicitia & conſtantia præ cæteris in hodiernum diem claritatem ſummam ſibi peperit, ac obtinet. Quum autem nominari* Stubenbergios *audiris, velim ſic habeatis, quod intelligetis, antiquitatem ejus, de illuſtribus auctoribus profectam, totiusque Stiriæ ditiſſimos omnique laude ornatiſſimos* Barones, *ex ea prodiiſſe. Quam illam non modò Germaniæ, arduis & inſignibus belli ac pacis exemplis perſpectam: ſed verò exteris quoque, & longiſſimè remotis nationibus, jam à ſexcentis & amplius annis, cognitam floruiſſe, nemo dubitat. Is enim ſplendor & amplitudo & opes huic genti perpetuæ fuere, ut ſive domi, ſive foris, terra marique rebus geſtis, de univerſa Germania paucas ei reperiamus æquales, ſuperiorem profectò neminem. Tantumque hujus majores conſtituendæ pacis, & cum uſus tulit, belli ducendi arte præſtiterunt: ut illis referendis, hiſtoria texenda neceſſario veniret, vosque audiendo, ego minus dicendo, ſufficerem: indeque factum, quod hujus at avi* Auſtriæ & Carrariorum domus affinitate, *ſuam ornatam,*

Digitized by Google

ornatam & amplificatam reliquerunt. Ex his Petavionis *Dominos olim* Mareſchalcos *fuiſſe, proditum eſt, ante vero annos tercentos, à Rudolpho Imperatore* Styriæ Præfecti *fuere: Hi ipſi adhuc ejusdem provincia* Barones ſummi ac Pincernæ, *de jure hered. obſervantur.*

CAPUT LXXXVIII.

Toletana Domus.

ARGUMENTUM.

1. *Familia ex Palæologis.*
2. *Scutum Toletanum.*
3. *Symbolum Navarrenum & Bellomontium.*
4. *Familia Bellomontia.*
5. *Apex.*
6. *Tituli & rationes.*

§. I.

Toletanam familiam *Albanorum Ducum* nomine cum primis celebrem, ex *Palæologis Græcis* derivant, & Toletanum nomen à prædiis, quæ in agro Toletano ab Alfonſo ſapiente rege Caſtiliæ acceperint, nomen obtinuiſſe referunt. Familia ex Palæologis.

§. II. Tres ejus familiæ *Equites Aurei velleris* enumerat *Chifflet. n.* 150. 190. & 285. Primus & ſecundus *Fridericus* & *Ferdinandus Alvarez Albæ* Duces ſymbolo gentili tantum utebantur, quod eſt ſcutum *quinis tranſverſis teſſellarum ductibus* & *ternis perpendicularibus ex argento & cyano* deſcriptum. Scutum Toletanum.

§. III. *Antonius Alvarez de Toledo* Fernandi nepos clypeum auxit, quadram primam & quartam *Toletanis* teſſellis tribuens; ſecundam vero & tertiam nova quadripertita ſectione *Navarreno* ſymbolo & *Bellomontio* repetitis complens, *Bellomontium* δᾶγμα eſt laterculus *rhombis aureis* & *cæruleis* ſtratus. Symbolum Navarrenum & Bellomontium.

§. IV. Ratio hujus incrementi eſt à matre *Antonii Brianda de Bellomonte*, ſ. *de Belmonte* ſ. *de Biamonte* ſ. *de Beaumont* (pro linguarum diverſitate) quæ atneptis fuit *Carloti* ſ. *Caroli de Navarra* ſ. *Beaumont*, qui patre *Ludovico Eburovicenſi* ſ. *Navarreno C. Bellomontii* Rogerii ex concubina Maria de Liſſaraſſu natus, magnus aquilifer Navarræ 1387. fuit, & illam Bellomontiorum gentem in regno Navarreno orſus eſt, quæ dein *Comitatum Lerinenſem* & *Conſtabilis Navarræ* dignitatem geſſit, cum Carloti filius Ludovicus Caroli III. regis Navarreni (unde Naverrenum ſymbolum aſcitum videtur) filiam ex Catharina Liſſaraſſu naturalem Joannam duxiſſet. Sed & Ludovici filius Ludovicus II. naturalem Joannis regis filiam Leonoram 1468. duxit, ut ita affinitas cum *Navarrenis* regibus non una eſſet. Eadem familia *Bellomontia* alterius factionis in Navarra caput & *Grammontiis* adverſa fuit: In hac vero Brianda defecit, quæ marito jus *Comitatus Lerinenſis* & ut *Conſtabilis Navarræ* fieret attulit. Familia Bellomontia.

§. V. Ex galea coronata exſurgit *angelus auro coronatus, veſte & alis ſcuti modo alveolatis, tenens crucem auream longiore petiolo.* Laciniæ vero dependent argenteæ & cæruleæ. Apex.

§. VI. Titulum Ducis Antonii illum vidi: *Antonius Alvarez de Toledo, Henriquez* (agnomen hoc aſſumtum credo à matre *Antonia Manrique* ſ. Ferdinandi Henriquez de Ribera) *de Beaumont* (ratio ex §. 4. patet) *Benavides* (hujus rationem non capio) *VII. Dux Albæ de Tormes* (hic titulus genti diu conſvetus, ex quo Ferdinandus primum *Albæ comes* creari meruit) *& de Gueſca* ſ. *Hueſca* (hoc etiam axioma aliquandiu in ſtirpe fuit) *bis grandis Hiſpaniæ, Conſtabilis Regni Navarreni* (vide §. 4.) *Marchio de Coria* (hic titulus Garſiæ primo Duci Albæ conceſſus) *& de Villanova del Rio* (hoc Antonius à matre habuit, herede *Henriquezia* Riberanæ domus) *Comes de Lerin* (vide §. 4.) *de Salvaterra*, (hunc etiam primo Duci Albæ tributum lego) *de Piedrahita* & *de Barco Davila, Vicecomes de Vrhojo* (horum rationes non allegare poſſum) *Dominus de Valcorneias* (vetuſtiſſimum iſtud familiæ patrimonium, quod rex Henricus Garſiæ Alvarez M. Magiſtro S. Jacobi pro illo magiſtratu una cum Oropeſa conceſſit, ab eo frater Ferdinandus nactus eſt, & ad poſteros tranſmiſit.) *& de Erçazada.* Tituli & rationes.

CAPUT

CAPUT XXCIX.

Com. Trautſonii.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Lineæ. Comitum dignitas.*
2. *Trautſon.*
3. *Rudolfi II. gratioſa conceſſio.*
4. *Falckenſtein Com.*
5. *Sprechenſtein Domin.*
6. *Schrofenſtein.*
7. *Apex.*
8. *Scutum monetæ impreſſum.*
9. *Tituli.*

§. I.

Familiæ origo. ILluſtriſſimi *Trautſonii Comites*, qui ex *Tiroli* in *Auſtriam* propagati ſunt, ad quendam *Conradum Trautſonium de Matray* circa 1160. originem referunt: Cæterum aliquoties in diverſas lineas diſtincti ſunt. Lineæ. Inprimis gentem exornavit *Ioannes* eques & *Baro* atque trium Imperatorum intimus Conſiliarius, ſupremus aulæ præfectus atque Tirolenſis Burggravius; Comitum dignitas. tum ejus filius *Paulus Sixtus*, qui, nec non fratris Baltaſaris filii, *Comitum* dignitatem ſtirpi intulere: ille etiam *Aurei velleris eques* & Auſtriæ gubernator fuit.

Trautſon. §. II. *Pauli Sixti* ſcutum ita exhibet *Ioh. Iacob. Chifflet. inſ. Eq. A. V. n.* 321. (ſicuti & *Sibmach.* Wapenb. P. 2. pag. 23.) ut quadripertitum totidem areolas exhibeat, illisque mediam gentilem parmulam imponat, quæ *cærulea* eſt *ſolea equina argentea* impreſſa; quo ſymbolo *Trautſonia* ipſa deſignatur familia.

Rudolfi II. gratioſa conceſſio. §. III. Ex quatuor primus laterculus *aureus* defert *aquilam imperialem corona Auguſtali* opertam, in pectore litera *R. aurea* notatam. Hunc non explicat Chifletius: credo vero eſſe conceſſionem & gratiæ imperialis à *Rudolfo II. Auguſto* (quem R. notat, & cui comitum dignitatem aliaque axiomata debent) acceptæ mnemoſynon. Unde reliquis etiam præponitur.

Falckenſtein Com. §. IV. Altera area *rubea argentea faſcia* ſecatur, cum *falcone nativi coloris pennis ſuperappicto vertici rupis praſinæ tricipitis* inſidente. Notatur hac teſſera *Falckenſteinius* comitatus, à quo comitibus titulus. Quem in Auſtria cum Dominiis *Kaya*, *Laha* & aliis ſub Ferdinando I. & poſtea, acquiſierunt.

Sprechenſtein Dom. §. V. Tertia quadra *argentea* (aliquando aurea) defert *gallum gallinaceum nigrum in lævam converſum* (more noſtro) *criſta, roſtro & cruribus coccineis*, *dextro pede culmini rupis nigræ tricipitis* impoſito. Hoc ſymbolo deſignatur Dominium *Sprechenſtein*, quod jam in titulis Joannis, quo Joannes primus Baro natus eſt, legitur.

Schrofenſtein. §. VI. Ultima quadra *aurea* repræſentat *capricornum nigrum è flammis miniatis prorumpentem* à ſiniſtro latere pedis ſcutarii (halber Steinbock mit rothen Feuerflammen auß dem abgetheilten Leib) deſignandæ dynaſtiæ *Schrofenſtein*. Ita enim legendum, quod Chifflet. *Schronenſtein* legit. Hujus Dominii jus *Sixto Trautſonio* equiti & Colonello ſeculo decimoquinto uxor *Dorothea de Schrofenſtein* attuliſſe videtur.

Apex. §. VII. Scuto huic quinque imponuntur galeæ, duabus ad latera ob ſpatii anguſtiam diſpoſitis. *Media* galea coronata gratiæ imperialis index imperialem aquilam ſuſtinet, dependentibus phaleris aureis & nigris. *Proxima* ad *dextram* coronata gallum gallinaceum oſtentat triplici monticulo inſiſtentem pro *Sprechenſtein*, inter lacinias argenteas & nigras. Quæ ad *ſiniſtram* mediæ apponitur falcone ornatur, qui triplici rupi inſiſtit, ut deſignetur *Falckenſteinius* comitatus, plumario ornatu rubeo & argenteo. *Dextro* lateri adjecta caſſis pulvillo impoſitas ſtruthionicas plumas argenteo petiolo exhibet. *Trautſoniam* hanc dicere nec dubitarem, niſi obſtaret locus gentili apici minus conveniens, cum vero laciniæ item pinguntur argento & cyaneo colore, quæ tincturæ eſt mediæ parmulæ, conjecturam non plane deſerendam cenſeo. *Siniſtro* lateri galea adponitur *Schrofenſteinia*, cum erumpente nigro capricorno & tegumento lacinioſo aureo & nigro. Ex his tantum quæ hic media eſt *Chiffletius* recenſet, ex more ordinis.

Scutum monetæ impreſſum §. VIII. *Pauli Sixti* comitis idem ſcutum impreſſum 1620. monetæ vidi, corona ſcuto impoſita, & ſuper hanc eminente *aquila imperiali* additoque aurei velleris torque.

Tituli. §. IX. Titulus eſt: *De Trautſon, Com. in Falckenſtein, Baro in Sprechenſtein & Schrofenſtein, Mareſcallus Hereditarius Tirolis.*

CAPUT

CAPUT XC.

Domus Tremollia.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum Ducis Thoarſii.*
2. *Familia. Lineæ de Ioigny, de Dours, de Thouars, de Royan, de Noirmonſtier.*
3. *Ludovici, Georgii & Claudii Tremolliorum progonologica tabula.*
4. *Francica lilia unde?*
5. *Laval. Ad Montmorencios. Montfortios. Rinſios. Colinios. Tremollios.*
6. *Aragonio-Sicula teſſera. Succeſſio regum. Pretenſio Tremolliorum. Principum dignitas.*
7. *Borbonia.*
8. *Apex. Telamones.*
9. *Alia diſpoſitio. Sabaudia.*
10. *Ludovici D. Thoarſii diſpoſitio. Thoarſ. Vicecom.*
11. *Aurelianum. Mediolanum.*
12. *Amboſia. Coitivy.*
13. *Craon.*
14. *Scutum progonologicum: Pennon genealogicus.*
15. *Tituli Thoarſiorum.*
16. *Linea de Royan. Dux de Montmirail ſ. de Noirmonſtier.*
17. *Ludovica de Coitivy majores.*
18. *Areolarum ex illa tabula ratio.*

§. I.

PRincipibus in Francia annumerari illuſtri ſuo ſplendore & ex affinitatibus tracto jure meruit familia *Tremollia.* Ejus caput eſt Dux *Thoarſius*, cujus iſta ſunt inſignia in *L'eſt. de la Fr. L. 1. P. 3. cap. 6. p. 535.* Ut clypeo quadripertito alia media parmula incumbat *auro* tincta, in qua *cantherium coccineum* ſtipant *tres cæruleæ aquilulæ, roſtris & cruribus rubeis*, quod eſt *δῆγμα* gentilitium *Tremolliorum.* Ipſe major clypeus in primo latercu lo refert ſymbolum *Francicum*, in ſecundo *Lavalleum*, in tertio *Aragonium & Neapolitanum*, in quarto *Borbonium.* Scutum D. Thoarſii.

§. II. Quod ipſam *gentem* concernit, cantherio & aquilulis inſignem, eam derivari vidi à *Petro Dn. Tremollia*, cujus circa annum 1046. memoria eſt. Undecimo gradu ab eo diſtat *Guido V.* 1350. extinctus, pater *Guidonis VI. Petri & Guilelmi. Hic comitum de Ioigny* (Joviniaci) pater fuit, quem comitatum filio ejus *Guidoni* uxor attulit, ſed itorum filia *Ioanna Cabillonii* intulit: *Iſte Dominos de Dours* ſevit: *Ille* à *Maria Sulliaca* uxore, *Sully* & *Craon* genti ſuæ aſſeruit. Eo natus eſt *Georgius Magnus Franciæ cubicularius*, qui ob uxorem *Ioannam* filiam *Ioannis C. Arverniæ & Bononiæ* comitatum horum ſucceſſionem prætendit. Filius autem ipſius ex alia conjuge *Ludovicus Comes Guineſii & Benaonii* fuit, atque à *Margareta* f. *Ludovici Dn. Amboſiæ* Vicecomitatum *Thoarſii* atque principatum *Talemontii* nactus eſt. Hos titulos etiam geſſit filius *Ludovicus*, miles fortiſſimus, & elogium meritus, ut diceretur *le Chevalier ſans reproche*: qui demum ſeptuageſimo quinto ætatis anno ad *Papiam* pro rege ſanguinem profudit. Filius ejus *Carolus*, qui 1515. prælio ad *Marinianum* cecidit, ab uxore *Luiſa* f. *Caroli de Coitivy* Comitatum de *Taillebourg* familiæ intulit. Hoc natus eſt *Franciſcus*, cui ab uxore *Lavallea* hereditas. Pater is fuit trium linearum: nimirum ex *Ludovico Thoarſia*, ex *Georgio Royania*, & ex *Claudio Nigromonaſterienſis* (de Noirmonſtier.) In *Thoarſia* idem ille Ludovicus obtinuit à Carolo IX. 1563. ut Vicecomitatus *Thoarſius* in *Ducatum* erigeretur, cui deinceps *Pariatus* dignitatem 1595. Henricus IV. adjecit. In tertia linea itidem *Ducatus* dignitas collata & 1657. Baronatui *Montmirail* in Bria ſub nomine Nigrimonaſterii affixa eſt. Familia. Lineæ de Ioigny. De Dours. De Thouars. De Royan. De Noirmonſtier.

§. III. Ut reliquorum laterculorum pateat ratio, huc transferre neceſſe eſt ſchema proavorum *Ludovici Tremollii* atque fratrum, quod ita habet. Ludovici, Georgii & Claudii Tremolliorum progonologica tabula.

- Ludovicus Dux Thoarſii, Georgius Dn. Rojani, Claudius Dn. Nigrimonaſterii cum fratrib. & ſororibus.
  - Franciſcus Trem. pr. Talemont. † 1541.
    - Carolus Tremoll. pr. Talemontii. † 1515.
      - Ludovicus Dn. *Tremollii*, Vicec. Thoarſii, princ. Talemontii. † 1525.
      - Gabrielis *Borbonia* Montpenſeria † 1516.
    - Luiſa de Coitivy
      - Carolus de *Coitivy*, C de Taillebourg.
      - Joanna Duciſſa *Valeſiæ* f. Joannis D. Engoliſmæ.
  - Anna heres Lavallea.
    - Guido XVI. C. de Laval. † 1531.
      - Joannes de *Laval*, Com. de Caſerta. † 1476.
      - Joanna du *Perier*, Dn. de Quentin.
    - Carola Aragonia. †
      - Fridericus *Aragonius Rex Neapolis & Sicilia.*
      - Anna f. Amedæi Ducis *Sabaudia.*

Digitized by Google

Francica lilia unde.

§. IV. Ex his liquere opinor, Francica lilia ortum habere à *Ioanna* Caroli de Coitivy uxore, quæ Franciſci I. Regis amita, eique inprimis chara fuit, ut ei etiam 1515. *Ducatum Valeſium* concederet. Unde tanto minus dubitandum, quod etiam regium hoc ἄῤῥημα ſcuto inſeri paſſus ſit. Licet *Le Laboreur*, de l'orig. des arm. n. 38. ſculptoris ignorantiæ hanc areolam adſcribat, & familiam modeſtiorem credat, quam ut hunc affectet honorem.

Laval.

§. V. Area ſecunda aurea continet *crucem rubeam quinque conchis argenteis* impreſſam; ſingulos ſcuti angulos verò implent *quaternæ aquilulæ cæruleæ roſtro & cruribus mutilæ. Lavalleam* ſucceſſionem notari, jam monui. Dynaſtiam hanc in Cenomanis ſitam Armoricæ Britanniæ vicinam peculiaris familia tenuit. A *Guidone I.* decimo gradu deſcendit *Guido VI.* vel aliorum numeratione *VIII.* Dominus *Lavalli*, qui filiam *Emmam* habuit, quæ initio *Roberto Com. Alenſonio*, exin *Matthæo II.* cognomine *Magno*, *Montmorencio*, *Coneſtabili regni*, qui reginæ contutor datus eſt, & ſumma autoritate floruit, atque 1230. vivis exceſſit, demum *Ioanni Dn. de Choiſy* Equiti nupſit. Ex Montmorencio natus eſt *Guido*, qui ab uxore Philippa Dominium de *Vitré* gentiintulit, atque nomen *Lavalleum* pro Montmorencio aſſumſit & poſteris reliquit: Ex eo natus præter *Burchardum*, Dominorum de *Attichy* ſatorem, *Guido VIII.* poſt patrem Dominus Lavalli, pater præter alios *Guidonis* & *Andreæ*. Hic rami ampliſſimi origo eſt, qui Dominos de *Chaſtillon*, de *Loue*, de *S. Aubin*, de *Lezay*, de *la Faigne*, de *Boisdauphin*, Marchiones de *Neelle*, de *Sablé*, Comites de *Ioigny*, de *Breſteau*, omnes nominis de Laval, ex ſe dedit, quorum aliqui nunc quoque ſuperant. Ille autem (*Guido*) Dominus Lavalli nominis ejus nonus, & Comes *Caſertæ* fuit. In hujus liberis *Ioannes* Dominos de *Pacy*, Fulco Dominos de *Chalouyau* & de *Raiz* genuerunt: Natu maximus *Guido X.* Dominium avitum filiis reliquit, qui duo ordine ſibi ſucceſſere *Guido XI.* & *XII.* quorum hic filiam reliquit heredem *Annam*, quæ 1404. *Ioanni de Montfort*, Domino de Kergorlay nupſit, cum conditione nominis & inſignium Lavalleorum aſſumendorum: unde *Guido XIII.* (quod jam nomen fere unicum Lavalleis placuerat) dictus eſt. His parentibus natus eſt *Guido XIV.* Lavalli comes 1429. à Carolo VII. Rege creatus. Pater *Guidonis XV.* & *Ioannis* Dn. de *Rochebernard*. hoc natus eſt *Nicolaus*, qui cum patruo ſucceſſiſſet *Guidonis XVI.* Com. de Laval nomen ſumſit: ex tribus conjugibus plurium liberorum pater. Succeſſit patri filius *Claudius*, dein *Guido XVII.* ſed ⁂ 1547. mortuus, heredem habuit ex ſorore majori *Catharina* Claudio Dn. de Rieux, de Rieux. Harcourt & d' Aumale nupta, neptem *Renatam*, uxorem Ludovici de S. Maure, M. de Neelle. Quæ ob hanc cauſam *Guionna XIIX.* dicta eſt: cum verò hæc etiam careret ſobole, ſucceſſio tranſiit ad ſororis *Claudiæ* ex Franciſco Colinio Andeloto liberos: In his, qui *Paulus* prius fuerat, *Guido XIX.* comes Lavalli dein dictus eſt, nam *relicto avito nomine gentile & adoptivum Illuſtriſſimæ familiæ aſſumſit*, ut ait *Thuan.* L. 45. p. 723. ſed cum tribus fratribus 1586. ad Mediolanum Santonum interiit (conf. *Thuan.* L. 85. p. 206.) relicto filio *Guidone XX.* qui 1605. bello Ungarico extinctus eſt, heredibus in *Lavallea* ſucceſſione *Tremollis*, in *Riuſia Ellebovio* ex Lotharingis Duce. *Thuan.* L. 134. p. 1092. Nam *Catharina Lavellea*, *Claudio Riuſio* nuptæ *ſoror Anna Franciſco Tremollio* nupſerat, unde hereditatis jus derivatum eſt. Ex eo *Fridericus Tremollius*, Henrici Ducis Thoarſii frater *Comes Lavalli* dictus eſt, & hoc ſine liberis mortuo *Henrici* filius ſecundus *Ludovicus Mauritius*. Hoc tamen obſervatu dignum, cum Lavallea ſucceſſio in reliquis familiis Montmorencia, Montfortia, Colinia, nominis mutationem mox poſt ſe traxerit, Tremollios ſuum cum alio nomen mutare noluiſſe. Quod vero ἄῤῥημα ſuperius deſcriptum attinet, nemo non videt, ipſum eſſe Montmorencium, conchis diſcerniculo ſervientibus. Conf. c. 65. n. 36.

Ad Montmorencios.

Montfortios.

Riuſios.

Colinios, Tremollios.

Aragonio. Sicula teſſera.

§. VI. Laterculus tertius oblique dextrorſus & ſiniſtrorſus ſecatur: in ſummo & imo *aureo palus quater geminus miniatus*: in *argenteis lateribus aquilæ ſingulæ nigræ, auro coronatæ, cruribus coccineis* conſpiciuntur. Aragonum, qui Siciliæ reges fuere, hoc ſymbolum erat. Uti c. 38. n. 16. vidimus. Porro primus ex Aragoniis Siciliã ſibi vindicavit *Petrus III. Aragoniæ* rex Manfredi Svevi Regis Siciliæ gener. Ejusque poſteri regnum tenuere usque ad *Martinum II.* ob uxorem agnatam *Mariam regem Siciliæ* coronatum 1409. Dein à Joanna ex Andegavenſibus regina utriusq; Siciliæ adoptatus eſt 1423. *Alfonſus* ex Caſtellanis Ferdinandi regis Aragoniæ filius. Quamvis vero Joanna arctius habita adoptionem revocaſſet, & *Ludovic. III.* & *Renatum* Andinos adoptaſſet, Alfonſus tamen graviſſimis periculis diſcuſſis regno demum potius eſt. Ejus filius naturalis *Ferdinandus* Neapoli

Succeſſio regum.

Digitized by Google

Neapolitanum regnum poſt patrem tenuit, ſed graves hoſtes Gallos expertus: Succeſſit huic *Alfonſus II.* filius, quem Carolus IIX. R. Franciæ expulit, & poſt hunc *Ferdinandus* filius, qui vix recuperata Neapoli mox mortuus eſt: herede *Friderico* patruo. Cum vero hunc etiam Galli impeterent, patruelis Ferdinandus Catholicus Hiſpaniarum Rex ſubſidium ei mittere viſus eſt, ſed cum quas auxiliares credebat copias Duce *Conſalvo Cordubenſi* miſſas, benigne in Sicilia & Calabria admiſiſſet, Fridericus ſe deceptum ſenſit, & facile à duobus potentiſſimis regibus Franciæ & Hiſpaniæ oppreſſus eſt. Indignitate rei motus Fridericus ad Gallos pridem hoſtes applicuit animum, & cum in Gallias abiiſſet, filio *Ferdinando* Calabriæ Duci, ſi Italiam relinquere cogeretur, ut ſequeretur, imperaverat. Sed cum Tarenti hic ſe Conſalvo dediſſet, contrà fidem juratam ſub cuſtodia in Hiſpaniam miſſus eſt, ubi ἄπαις deceſſit. Fridericiautem filia & Ferdinandi hujus ſoror *Carola* fuit, quæ *Guidoni XVI.* Lavalleo Comiti nupſit, atque adeo *prætenſionem in regnum Neapolitanum* vel *Siciliæ* genti iſti attulit, ex qua jus ad Tremollios cum reliqua ſucceſſione Lavallea tranſiit. Ob hanc cauſam juris conſervandi gratia non ſolum Tremolli δεύγμα hoc in ſcuto ſervant, & Principum *Tarentinorum* titulo utuntur, verum etiam cum Monaſterii major Magnatum Europæorum pars pacis cauſa per legatos convenîſſent, juris vel prætenſionis ſuæ rationes exhibuerunt. Hac quoque cauſa inter *Principes* Tremolliis in Gallia locus conceſſus eſt à regibus, & adhuc ſervatur.

Prætenſio Tremolliorum.

Principum dignitas.

§. VII. De quarto laterculo quod dicam non habeo, niſi *Borbonium* eum continere ſymbolum, quod Francicis liliis inſcripto ſcipione breviori coccineo conſtat. Haud dubie inſertus eſt ob *Gabrielidem Borboniam Montpenſeriam*, quæ opuſcula quædam devotionis pia conſcripſit.

Borbonia

§. VIII. Scuto imponitur caſſis coronata, ſuſtinens *caput aquilæ caruleum roſtro aurato*. Phaleræ dependentes rubeo & cæruleo colore tingi dicuntur. *Telamones* vero aſſiſtere ſolebant olim leones, nunc ex regia conceſſione angeli aurei.

Apex Telamones.

§. IX. Aliam ſcuti diſpoſitionem vidi in *Geliot. indic. armor. voce enté. p.* 282. ut videlicet primam aream *Aragonio-Sicula*, ſecundam *Francica*, tertiam *Borbonia*, quartam *Lavallea* δεύγματα occupent: ſcutulo medio *Tremolliis* ſymbolis exarato: tum areola triquetra in ſcuti pede inter tertium & quartum laterculum inſerta rubea, & argentea cruce inſignita. Hoc ſymbolum *Sabaudiæ* eſt, quòd inſerere potuere ob Annam Sabaudam Carolæ Aragoniæ matrem. Ead. pag. memorat *Henricum Carolum privc. Tarentinum*, diſcerniculi forte cauſa, cum parens viveret, ſcutulum toti impoſitum perpendiculari linea in duas diſtinxiſſe partes, ut Tremollio cantherio, in altero latere *Turrio-Bullionium* ſignum adderet.

Alia diſpoſitio.

Sabaudia.

§. X. Alibi p. 304. 305. iſtam diſpoſitionem qua uſus ſit *Ludovicus D. Thoarſius* recenſet, ut videlicet tres perpendiculares, & una tranſverſa in octo areolas ſcypeum diſtinguerent. Inter has primam *Tremollia* ſymbola, & tertiam *Lavallea* implent. Reliquarum nondum vidimus figuras. Secunda ergo areola aurea ſpargitur liliis cæruleis, angulo ſuperiori dextro miniato. *Thoarſium* hoc ſignum eſt, quod teſte Favino *Arnoldus Vicecomes Thoarſius* filius Ebali D. Aquitaniæ & Pictavii aſſumſit. Porro hic Vicecomitatus ex familia originaria ad *Amboſios* delatus eſt, matrimonio Johannis III. D. Amboſii & Joannæ filiæ Ludovici Vicecomitis Thoarſii: horum proneptis fuit *Margareta* hæres, & uxor Ludovici Tremollii, qui 1483. extinctus eſt.

Ludovici D. Thoarſii diſpoſitio.

Thoarſ. Vicecom.

§. XI. Quartam aream *Aurelianenſe* ſymbolum complet: nam *Ioanna Duciſſa Paleſia*, quæ in tabula §. 3. legitur, avum habuit *Ludovicum Ducem Aurelianenſem*, & aviam ejus uxorem *Valentinam ex Vicecomitibus Mediolanenſibus*: unde ratio quinti laterculi apparet, in quo viſitur *Nediolanenſis* boa, cum infante ex faucibus prorumpente.

Aurelianum.

Mediolanum.

§. XII. Quintus laterculis *ternis aureis & coccineis palis* exornatur, *Amboſiæ* familiæ notâ: ex qua diximus Ludovico fuiſſe uxorem *Margaretam*. Proximam aream complent *ternæ faſciæ* ex *auro & nigro colore*, quod inſigne eſt familiæ de *Coitivy*, ex qua Luiſam Carolus uxorem habuit.

Amboſia.

Coitivy.

§. XIII. Extrema areola rhombis aureis & coccineis completur, familiæ *Craonia* gentilitio ſigno. Hanc familiam quod concernit, *Bertha filia Guerini de Craon* Roberto Burgundo nupſit, & iſtam attulit hereditatem: Succeſſere longa ſerie poſteri ad *Amalricum III.* patrem *Mauritii VI. Petri* & *Wilhelmi*: Ex quibus hic Dominorum

Craon.

de *Chaſteaudun*, de *Dompmart* & aliorum, iſte Dominorum *de la Suſe* progenitores fuere, illo autem nata eſt præter *Amalricum*, qui 1373. mortuus eſt, *Iſabella* heres, uxor *Ludovici Dn. de Sully*; quibus parentibus genita *Maria*, quæ vidua Caroli de Berry Comitis Montpenſerii, nupſit *Guidoni Tremollio*, qui 1398. mortuus eſt. Inde cum hereditate jus etiam Craonia inſignia geſtandi. Porro Craonium hoc ſymbolum jam diu in uſu fuit: Nam vetus Tremolliorum ſcutum quadripertitum primo & quarto laterculo *gentile*, ſecundo *Thoarſium*, tertio loco *Craonium* hoc δᾶγμα referebat.

Scutum progonologicum, Pennon genealogique.

§. XIV. Alibi præfatus *Geliot.* pag. 536. 537. exhibet ſcutum, non quale geſtari ſoleret, ſed concinnari poſſet pro *Tremollio*, & nominatim *Henrico Carolo* Duce, exprimendis omnibus ejus aviis, quod ſcutorum genus *pennon genealogique* (progonologicum ſcutum dicerem) nuncupare ſolent. In eo 32. laterculis, totidem tritavos & tritavias ejus principis videre licet. In prima ſerie ex parte avi paterni illa ſunt ſymbola *Tremollium*, *Coitivium*, *Lavalleum*, *Aragonium*, *Montmorencium*, *Potium* (Pot geſtat faſciam cæruleam in laterculo aureo) *Sabaudicum*, *Laſcarium* (Laſcaris utitur aquila bicipiti aurea in ſolo rubeo, quod domus ex Imperatoribus Orientis deſcendat.) In ſecunda ſerie conſpiciuntur ex parte aviæ paternæ *Naſſovium*, *Haſſiacum*, *Stolbergium*, *Eppſteinio-Kœnigſteinium*, *Borbonium*, *Montpenſerium*, *Lonvianum*, *Engoliſmenſe*. In tertia ſerie ob avum maternum, *Turrium*, *Pontium*, *Turrium*, *Polignacum*, *Montmorencium*, *Potium*, *Sabaudicum*, *Laſcarium*. In quarta ſerie ob aviam maternam ex *Naſſoviis*, prorſus eadem quæ ſeriem ſecundam conſtituebant. Sorors enim fuere aviæ paterna & materna. Ut vero hæc rectius intelligas, conſula ipſam tabulam progonologicam Tremolliorum in noſtro *Theatr. Nob. Europ.* P. 1. p. 93. Si quis etiam altius repetere cupiat, reperiet 64. majores ex omni latere æqualiter aſcendendo Henrici Caroli Tremollii apud eundem autorem p. 534. ubi tamen *Henricum Carolum Turrium* vocat proprio aut typothetæ lapſu. Sed neceſſe non eſt, omnia illa huc transferre: Repeti enim nullo negotio ex eadem mea διατυπώσει progonologica poſſunt: quæ cum Gelioto plane convenit, niſi quod pro *Iſabella Foxia*, quam Guidoni de Pons uxorem aſſignavi, ille vult fuiſſe *Ioannam* f. *Menotonis de Chaſteauneuf Dn. de Ciré*. De quo non contendam.

Tituli Thoarſiorum.

§. XV. Hæc de Thoarſia linea. Titulum Ducis illum legi: *Dux de Thouars, Par Franciæ, Princeps de Talmont, Comes de Laval, de Montfort, de Guines, de Benon, de Ionvelles & de Taillebourg, M. d' Eſpinay, Vicecomes de Rennes & de Bays, Baro de Vitré, de Mauleon, de Berrie & de Didonne, Dn. de la Tremoille, de Loudun*, &c. Rationes ex ſuperioribus de pleriſque colligi poſſunt.

Linea de Royan. Dux de Montmirail ſ. de Noirmouſtier.

§. XVI. De linea *Royanea* nihil peculiare obſervavi, nec vidi quo illa diſcriminculo vel qua diſpoſitione à primogenita ſeparetur, quod vero tertiam Nigrimonaſterii ſ. Montmirailii concernit: illam Ducis de *Montmirail* ſ. *Noirmouſtier* parmam exhibet *Sammarth. l'eſt. de Fr. L. 3. cap. 5. p. 334.* ut ea appareat tribus perpendicularibus & una traſverſa in octo areolas diſtincta, quæ ſymbola contineant *Francicum*, *Hieroſolymitanum*, *Aurelianenſe*, *Imperiale*: in ſecundo ordine *Lucenburgium*, *Mediolanenſe*, *Lavalleum*, *Craonium*: *Tremollio* gentili, qua mediæ coeunt areolæ, incumbente.

Ludovicæ de Coitivy majores.

§. XVII. Rationes ſymbolorum non niſi progonologico aliquo ſchemate exhibito intelligentur: quod exhibeo.

Ludovicus VIII. Rex Franciæ.

- Ludovicus IX. R. Franciæ.
  - Philippus III. Rex Franciæ.
    - Carolus Comes Valeſiæ. Uxor
      - Philippus VI. Rex Franciæ.
        - Joannes Rex Franciæ: cujus uxor
- Carolus Andinus R. Sicil. & Hieroſolymorum.
  - Carolus II. R. Sicil. & Hieroſolym.
    - Margareta Andina.
- Henricus VII. Lucenburgius Imp. Romanorum.
  - Joannes Lucenburgius Rex Bohemiæ.
    - Bona Lucenburgica.

A

Carolus

A

Carolus V. Rex Franciæ. — Isabella. Uxor Joh. Galeacii Ducis Mediolan.

Carolus VI. Rex Franciæ. — Ludovicus Dux Aureliani. Uxor — Valentina Mediolanensis.

Carolus VII. R. Franciæ. — Joannes Aurelianus Com. Engolismæ.

Maria. Ux. Oliverii de Coitivy.

Carolus de Coitivy Com. de Taillebourg. Uxor. — Joanna Aurelianensis, Ducissa de Valois.

Luisa de Coitivy. Uxor Caroli Dn. Tremollii.

§. XVIII. Ex hoc schemate non difficile puto areolas illas explicare: *Francica* filiis pluribus debentur Franciæ Regibus: *Hierosolymitana* crux Margaretæ Andinæ patri & avo: *Aurelianensis* liliis regiis inductâ lambellâ Ludovico Aureliani Duci: *Imperialis* dignitati Henrici VII. Augusti: *Lucenburgius* leo ejusdem familiæ gentili: *Mediolanensis* boa Valentinæ Mediolanensi: quos omnes in majoribus suis numerat *Ludovica Coitivia* Caroli Tremollii uxor. Rationes reliquarum areolarum, utpote Lavalleæ & Craoniæ ex superioribus colligere facile est. Areolarum ex illa tabula ratio.

CAPUT XCI.

Archiepiscopus & Elector Trevirensis.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum Electoris Lotharii.*
2. *Crux Trevirensis. Urbis antiquitas, Archidiœceseos limites. Officiales.*
3. *Episcopus primus Eucharius. Archiepiscopus Agricius.*
4. *Electoralis dignitas.*
5. *Per quam Galliam sit Archicancellarius? Freherus. Limneus. Conringius. Mallinckrot*
6. *Archicancellariatus regni Arelatensis Sententia Mallinckrotii. Conringii. Brouveri.*
7. *Primatus jus.*
8. *Metternichia tessera.*
9. *Galea & Apex.*
10. *Scutum Electoris Caroli Caspari.*
11. *Prumiensis Abbatia. Ad Treviricos Archiepiscopos.*
12. *Galea & apex.*
13. *Scutum moderni Electoris.*
14. *Spirens. Episcopatus. Weissenburgia praepositura.*
15. *Orsbeckia familia.*
16. *Galea & apex.*

§. I.

EMinentissimi Electoris & Archiepiscopi *Trevirensis*, qui hujus seculi initio Archidiœcesin rexit, *Lotharii* scutum Sibmacherus depinxit Wapenb. P. 1 p. 3. quadripertita sectione, prima & quarta area *δάγμα Trevericum*, reliquis duabus gentilem tesseram referentibus. Scutum Electoris Lotharii.

§. II. Hieroglyphicon *Archidiœcesi* proprium est latereculo *argenteo* inscripta *crux rubra*. De antiquitate *Trevirensis* urbis dicere hic nihil attinet, quam ad *Trebetam* Nini Assyriorum regis filium Abrahami coætaneum referunt, huncque cum noverca Semiramidis libidinem & iram fugeret, originem ei dedisse perhibent; Unde in omnium ore versus: Crux Trevirensis. Urbis antiquitas.

Ante Romam Treviris stetit annis mille trecentis.

Diœcesin quod attinet, Lotharingia, Lucenburgio, Colonienſi Archidiœcesi & Palatinatu concluditur, ultra Rhenum verò Hassis & Nassoviæ contermina est. In 33. præfecturas seu Satrapias eam dividit *Christoph. Brouver. annal. Trevir. proparasc. cap. 26. p. 72.* Item *p. 73.* illos officiales enumerat illustres: *Apparebant familiæ illustres principi suo ad honorata ministeria, unde & ministerialium nomen profluxit.* Lüzelburgii *Duces*, Marschalli *sacri equestri*; Isenburgii *Dynastæ* aulæ præfecti; Brandenburgii, *qui Clervet Domini pro* architriclinis *agnitis*: Dapiferatum *gesserunt* Helfensteinii. *Supremi* Cametarii *in gente* Orleya, *Hereditarii* in Aschaffenburg vel Eschia *vixerunt*. Defensarum *munus in* Alckiorum *stirpe viguit*. Hodie Archidiœceseos officiales sunt: Archidiœceseos limites. Officiales.

Mateſcalli hereditarii Domini Generoſi de *Elz*; Dapiferi ex illuſtri *Leyana* ſtirpe; Camerarii nobiles de *Sôtern*, pincernæ *Schenckii* ſ. Pincernæ *de Schmidberg*: omnes ex illuſtri Rhenana nobilitate.

Epiſc. primus Eucharius.

§. III. Epiſcoporum primum ajunt fuiſſe *Eucharium*, quem è numero LXXII. Chriſti diſcipulorum cum *Valerio* & *Materno* Apoſtolus *Petrus* ad Auguſtam Trevirorum jufſerit proficiſci, & à quo fides Chriſtiana primum Treviris illata ſit, qui demum 73. ſucceſſori *Valerio* morte ſua munus reliquerit. Primus *Archiepiſcopus* numeratur *Agricius*, quem ex Oriente *Helena* glorioſi Imperatoris Conſtantini mater deſtinaverit Romam, à Sylveſtro Romano Pontifice miſſus: de quo illud vulgatum diſtichon *Maſen.* refert *epit. annal. Trevir.* L. 4. p. 75.

Archiepiſ. Agricius.

Accipe primatum poſt Alpes Trèvir ubique,
Quem tibi Roma novâ lege dat & veteri.

Unde cum *Limn.* jur. publ. 3. 5. 8. *S. Martialem* allegat ex LXX. diſcipulorum ordine, memoriâ lapſum fuiſſe oportet, cum *Maternum* dicere vellet. *Martialem* verò utriusque Aquitaniæ Apoſtolum produnt. vide *Andr. Sauſſay de myſt. Gall. ſcript. pag. 302. ſeq.*

Electoralis dignitas.

§. IV. *Electoralem* dignitatem quod concernit, quis primum eam geſſerit, ex ea nondum inter Politicos decitâ controverſia dependet, quando ad ſeptenarium principum eligentium reſtrictus ſit numerus. Qui communem ſententiam de *Ottonis III.* tempore amplectuntur, *Ludolphum Saxonem* primum eâ dignitate ornatum allegant. Ad hanc dignitatem ſpectat, quod primus in electione Auguſti ex ſanctione Caroli IV. A. B. c. 4. §. 3. ſuffragium dicit. Ita Colonienſem præcedit hic Elector, de cujus prærogativæ rationibus *Limn. Iur. publ.* 3. 5. 7. ſeq. agit, cum judicio legendus.

Perquàm Galliam ſit Archicancellarius? Freherus. Limneus.

§. V. In ſolemnibus titulis Electoris ille etiam legitur: *S. Romani Imperii Archi-Cancellarius per Galliam & regnum Arelatenſe.* Non parum difficultatis illud elogium habere videtur ſcriptoribus juris publici, inprimis quod *regnum Galliæ* concernit. *Marq. Freherus ad P. de Andlo* ita intelligendum arbitratur, ut ἐπεξήγησις ſit mentio *regni Arelatenſis* ejus, quod Galliæ nomine prius deſignatum fuerat. *Ioh. Limn. Iur. publ.* 3. 5. 2. duriſſimam credit eam explicationem, & eo potius reſpici putat, quod olim Gallia tota ad Imperii corpus pertinuerit: ad quod allegat illa *Guntheri in Ligurino:*

At ſimul à noſtro ſeceſſit Gallia regno,
Nos priſcum regni morem ſervamus: at illa
jure ſuo gaudet, noſtræ jam neſcia legis.

Nec hoc abſurdum autumat, quando & alii veterum dignitatum retinent emblemata, re licet mutata ut plurimum. Quam eandem ſententiam pluribus roborat idem ad *Capitul Carol V. p.* 121. 122. Ut tamen ad extremum eandem deſerere videatur, cum iſta demum ſubjungat: *Verum enim vero cùm perſvaſio non ſit modus acquirendi rerum Dominii, conſultius erit affirmare, nomine Galliæ, quæ ad Archicancellariatum Trevirenſis pertinet, venire illam partem trans Rhenum, quæ Galliæ olim à nonnullis adſcripta, cæterum Imperii Romano Germanici pars fuit, & partim adhuc eſt. Quo ſenſu ipſa quoque Trevirenſis civitatis urbs Galliæ, Belgicæ ſcilicet, nonnullis audit* (*vide Kyriandrum in annal. Trevir. P.* 1. *p.* 8.) *Et imperium Germanicum habuit ſubditos, qui Galliæ finibus continentur; res nota eſt.* (*vid. Bodin. L.* 1. *d. rep. c.* 9.) *H. Conring.* diligens aſſertor jurium Rom. Imp. *de finibus c.* 8. *pag.* 75. Franciæ regnum brevi quidem temporis momento fuiſſe in obſequio Germanicorum Regum, ſolidum autem aliquod jus hinc imperio haud accreviſſe, ſed quaſi ſuæ ſpontis rempublicam tantum non ſemper à Germania regnum illud agnitum eſſe, credit. Quo ſenſu verò Galliæ Archicancellarius dicatur Trevirenſis, non explicat, niſi forte cum Frehero ſenſit. Poſteriori Limnei ſententiæ de Gallia Belgica opponi illa etiam poſſunt Nobiliſſimi *Bernh. à Mallinckrot. d. Archicancell. Imp.* 38. 39. quando in trans-Rhenanis provinciis, quæ antiquitus latiſſima *Lotharingiæ* appellatione comprehendebantur, Moguntinos Archiepiſcopos jus & facultatem recognitionis retinuiſſe arbitratur. Unde cum *Frehero* videtur facere, ut poſteriori nomine prioris amplitudo reſtringatur.

Contingius.

Mallinckrot.

Archicancellariatus regni Arelatenſis.

§. VI. De *Arelatenſis Archicancellariatus* elogio circa ſenſum minus ambigi poteſt. Origo verò, ut alia hiſtoriæ noſtræ, in obſcuro eſt. *Mallinckrot. d. l. p.* 43. d. Archicancellariatum Galliæ & R. Arelatenſis, certum eſſe credit, non extitiſſe ante

Frideri-

Digitized by Google

Fridericum I. ſed ab hoc (vide p. 37.) conſtitutum, cum ducta Beatrice Burgunda 1157. *regnum Arelatenſe* Imperio recuperaſſet. Verum ſub eo, nec non *Henrico VI.* & *Friderico II.* Archiepiſcopum *Viennenſem* ad Rhodanum Burgundici regni fuiſſe *Archicancellarium.* Unde à quo ſucceſſorum Friderici II. Trevirenſis Archiepiſcopus illud axioma acceperit, aliis indagandum relinquit, qui antiquiorem ſubſcriptionem hujus tituli non viderit, quam ſub *Carolo IV. Boëmundi.* Unde laudatus *H. Conring. d. finib. Imp. Germ. c. 24. p. 599.* ubi Arelatenſia jura imperio vindicavit, ait, Carolum IV. pronunciaſſe *Trevirenſem Archicancellarium Imperii per R. Arelatenſe*, quod nondum erat factum. Idem *p. 607.* quod Archiepiſcopis Trevirenſibus, nullo Gallicorum regum adverſante, Archicancellarii per regnum Arelatenſe titulus ſolennis fuerit, colligit, quod ita ſaltim *perpetua ac ſolennis memoria manſerit jurium imperii*, imò quod illa tantùm non ſemper renovata ſit. De *finibus* hujus Archicancellariatus confer memorabilem locum in prædicto *Maſſinckrot. pag. 239. Brovver. Annal. Trevir. l. 16. num. 152. p. 177.* cum communem ſententiam eorum, qui ſub Ottone Magno hunc & aliorum Electorum Eccleſiaſticorum *Archicancellariatus* inſtitutos perhibent, recenſuiſſet, ſubnectit: *Id ſane necdum aſſequi rerum temporumque diligenti quoque notatione mihi contigit, hoſne titulos ante* Boëmundi *pontificatum quisquam Archiepiſcopus geſſerit, cum pro Archicancellarii nomine, Galliæ potius Germaniæque ſemper primas ſibi vendicaſſe teſtatiſſimum ſit,* &c. Iterum n. 156. p. 178. *Atque mihi quidem Germaniæ hic idem eveniſſe videtur, quod olim Græciæ Imperatoribus, qui ut amiſſa Roma & Imperio Occidentis, vel maximè Rom. nominis faſces titulosque jactarunt, ita proceres noſtri Arelatenſis regni pene collapſi imaginem & umbram, tunc denique conſectati ſunt, cum jam pridem ea ſceptra & provincia diffluxiſſent. Quocirca cum Boemundi ſcriptor, ejus temporis æqualis, quicquid alii demum de Arelatenſis regni progreſſu & interitu ſtatuerint, apertè clareque teſtetur, id à Franciæ regibus jam inde à Friderici II. Abenobarbi Nepotis ætate occupari, ac ſenſim imperio cœpiſſe diminui, idemque primus omnium, quem equidem legerim, Archicancellarii Arelatenſis regni titulum* Boëmundo *tribuat, non abſque ratione cenſuero, Arelatenſis regni procurationem* in Archicancellarii Galliarum *nomen eo potiſſimum tempore adſcitum, quo illud maximè regnum à Franco diſtrahi, & Septemvirum electio ſtrictiori jure in Germania celebrari cœpit; atque ita quidem ab* Arnoldo *ejus nominis II. Archiepiſcopo videri hoc munus primum ſuſceptum, attribui autem cum ipſis titulis* Boëmundo, *ob controverſiam eo de regno nuper exortam; confirmatum verò poſteris, quod illud deinde regnum, etſi non ea, qua ſolet, finium amplitudine, hinc tamen ad Caroli IV. etiam tempora palam ſit, perſtitiſſe in fide atque ſocietate Rom. Imperii.* Hæc ſcriptor Trevericus: poſt quem an alii certiora ſuppeditare potuerint dubito.

Sententia Mallinckrot. Conringii. Brovveri.

§. VII. *Primatum* Trevirenſem quod concernit, qui etiam ex axiomatibus Electoris hujus eſt, *Tangvvaldum*, qui *Thietgaudus* vel *Teutgaudus* dicitur, Jus Canonicum *causâ 11. q. 3. c. 10. Primatem Belgicæ provinciæ* vocat. Ille verò Archiepiſcopus 863. dignitate ſua privatus eſt. Fridericus I. in quadam conſtitutione cum vocat *Primatem cis Alpes*, quod cum reſtrictione intelligendum (confer tamen ſupra §. 3.) Merſæus *Agricium* vocat totius *Germaniæ primum Patriarcham*, latius quàm oportet extenſa dignitate, niſi cis-Rhenanam, hoc eſt, *primam & ſecundam Germaniam* intelligat, confer *Mallinckrot. de Archicanc. S. R. Imp.* adject. c. 4. p. 193. Confirmationem hujus *primatus à Victore Pontifice Eberhardo* Archiepiſcopo anno 1057. factam, vide apud *Limn. Jur. publ. T. V. addit. ad 3. 3. p. 153. 154.* Primatum hunc *Maſenius Epit. annal. Trevir. l. 2. p. 41.* ei cauſæ adſcribere apparet, quod ab *Euchario* primo præſule per totam late Galliam fides Chriſtiana explicata, Eccleſias ipſo moderante. Ubi etiam *Rhemenſes* olim paruiſſe huic primati docet.

Primatus jus.

§. VIII. Hæc de ipſa Trevirenſi dignitate: duo reliqui laterculi *argento* candentes *ternas conchas marinas nigras* continent: *Metternichiam* teſſeram (vide Wappenb. P. 1. pag. 187.) ita enim deſignabatur Lotharius ex Generoſa illa familia editus, 1600. electus & 1623. extinctus. De ipſa gente peculiari agemus capite.

Metternichia teſſera.

§. IX. Huic ſeuto *galea* tres imponuntur: Primæ ad dextram incumbit pileus ducalis rubeus ora hermionica reducta, & ſuper hunc in orbem figuratum ventilabrum ſ. tabula *argentei* coloris *cruce rubea* pictum, pennis pavoninis oculatis tribus exterius ornatum, cruci impreſſa teſſera *Metternichia.* Mediæ verò incumbit culcitra viridis

Galeæ & Apex.

Digitized by Google

viridis impoſita mitra Archiepiſcopali. Demum ſiniſtra coronata exornatur capite *cygni candido*, qui *Metternichiorum* apex eſt. Tum ſcuto ſubjiciuntur *gladius* & *pedum* paſtorale, utrique poteſtati deſignandæ.

Scutum Electoris Caroli Caſpari.

§. X. In *Fürſtii* Wapenb. P. 3. pag. 3. *Caroli Caſparis* Archiepiſcopi repræſentatur ſcutum, quod prima & quarta areola *crucem Trevirenſem*, ſecunda & tertia *cærulea argenteum palum* defert, notandæ genti *Leyanæ*, ex qua ille. vide Wapenb. P. 1.ª p. 126. Toti demum imponitur ſcutulum rubeum, in quo humo viridi inſiſtit agnus argenteus cum vexillo ejusdem metalli, cruce impreſſo.

Prumienſis abbatia.

§. XI. Agnus hic ſymbolum eſt *Prumienſis monaſterii* atque *Abbatiæ* in Ardenna ſylva. Hoc cœnobium ad regulam Benedicti Illuſtriſſimum & potentiſſimum rogatu *Bertha Pipinus* rex fundavit, ſed filius *Carolus M.* abſolvit. Ita verò à Carolo & ſucceſſoribus ditatum eſt, ut inter Europæ præcipua numeretur monaſteria. Inter alios illud nobilitavit Imperator *Lotharius*, qui imperio abdicato in eo ſe abdidit, & decennium exegit, & qui ſcriptis claret *Regino Prumienſis Abbas*, hiſtoricus celebris, 950. extinctus. Cæterum monaſterium hoc Rhenano ſuperiori circulo aſcriptum eſt, & Abbas inter *Principes Imperii* in hujus circuli & imperii comitiis locum ſemper habuit. Primus Archiepiſcoporum Trevirenſium *Wernerus* à Bonifacio IX. Pontifice obtinuit, ut menſæ Epiſcopali Abbatia addiceretur, ſed *Theodoricus à Kerpen* abbas Bonifacium ad ſententiam abrogandam 1397. induxit. Iterum *Ioannes* Archiepiſcopus incorporationem Abbatiæ à Sixto IV. Impetraverat, ſed Abbas *Rupertus C. Virnenburgius* denuo mutationem ejus obtinuit. Tandem *Chriſtophoro C. Mandeſcheidio* abbate 1576. extincto *Iacobus* Archiepiſcopus pervicit, ut *Adminiſtrator* hujus abbatiæ eſſet, jure ad ſucceſſores tranſmiſſo, quo nunc etiam Archiepiſcopi fruuntur, & hujus abbatiæ jure in *Principum Collegio* ſuffragium ſuum habent. Cæterum *Prumiæ* aliud *σῆμα* adſcribit *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 13. videlicet ſcutum tranſverſè ſectum, cujus pes rubet, caput cæruleum tria inſcripta lilia aurea oſtentat. Quam vetè, non diſcerno.

Ad Trevirenſes Archiepiſc.

Galeæ & Apex.

§. XII. *Galeas* ſcuto *Carolus Caſpar* eodem autore Fürſtio imponebat tres: *Media* Archiepiſcopalis mitram culcitræ impoſitam ſuſtinebat. Prima cum ea conveniebat, quæ §. 8. deſcripta eſt, niſi quod parmulæ Metternichiæ locum *Leyana*, palo inſignis, occupat, crucis Trevirenſis medio impoſita. Extrema coronata inter alas expanſas cæruleas foliolis argenteis ſparſas referebat proſpicientem *canem argenteum*. Laciniæ hinc *argento* & *minio* tingebantur, iſthinc *argenteæ* & *cæleſtinæ* fulgebant.

Scutum moderni Electoris.

§. XIII. Qui nunc feliciter Trevirenſes moderatur *Eminentiſſimus Dom. Ioannes Hugo* ex *Orſbeckiis*, illa utitur diſpoſitione ſcuti: Ut in quadras diſtincti prima *crucem Trevirenſem*, extrema *Spirenſem*, ſecunda *agnum Prumienſem*, tertia *caſtrum cum corona & pedo Weiſſenburgiorum* teſſeram referat: toti incumbat parmula *Orſbeckia*.

Spirenſ. Epiſcopat; Weiſſenburgia præpoſitura.

§. XIV. Ratio Spirenſis & Weiſſenburgii ſymboli ex eo eſt, quod ante Electoralem dignitatem illum Epiſcopatum, cui præpoſitura iſta jam diu incorporata, geſſiſſet, Lothario Friderico Moguntino Electori in illo ſuffectus. De utraque dignitate diximus eo capite, quod Moguntinas teſſeras expoſuit.

Orſbeckia familia.

§. XV. *Orſbeckium* ex Rhenana nobilitate ſymbolum *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 124. (vitioſa tamen inſcriptione *Orſberg*) deſcribit, parmam *auream*, inſignem *decuſſi rubeo*, cui comites *quatuor foliola viridia*.

Galeæ & Apex.

§. XVI. Galeæ clypeum quinque premunt, quarum *media* Archiepiſcopalem tiaram ſuſtinet, huic à *dextris* & *ſiniſtris* proximæ apicem *Trevirenſem* & *Spirenſem* referunt, nempe mitræ Ducali impoſitam tabellam octangulam pennis pavoninis ornatam cum cruce Trevirenſi, tum culcitræ innitentem ſimilem tabellam cum pennarum pavoninarum exteriori ornamento & cruce Spirenſi. *Prima* autem coronata alarum complicatum jugum oſtentat, inſcripto caſtro & agno: ex *ultima* emergit cum collo *caput equinum argentatum* cum *freno rubeo*, qui *Orſbeckiorum* apex eſt. Scuto demum ſubjiciuntur *pedum Epiſcopale* & *gladius* poteſtatis politicæ index.

CAPUT

CAPUT XCII.

Domini de Tſchernembel.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Pincernæ Carniolæ & M. Vinidor. Dynaſtiæ in Auſtria. Titulus Dominorum.*
2. *Scutum.*
3. *Teſſera gentilis Neuhuſii. Eckenſteinii. Hoppenbach ſ. Hopfenbach.*
4. *Galeæ & apex.*

§. I.

PEtrilluſtris Dominorum de *Tſchernembel*, qui *hæreditarii* ſunt *Carniolæ & Marchiæ Vinidorum pincernæ*, familia à caſtro & opido Carniolæ *Tſchernembl* haud procul Culpa ſitis nomen accepit, ea tamen circa 1652. *Frangepaniis*, qui nunc Terſchazii, vendidere, *Pincernatus* ſervata dignitate. In *Auſtriam* cum conceſſiſſent, ſub Ferdinando I. *Windeck* & *Schwerdperg* in provincia ſupra Anaſum obtinuere. Porro refertur gens ad quendam *Ambroſium de Tſchernembel*, qui 1165. ludis equeſtribus Tigurinis interfuit, ſed poſt eum generationis gradus incerti ſunt. Certior deductio eſt ab *Ottone*, qui cum fratribus *Henrico* atque *Wulzl* (an Uladislao vel Wenceslao) medio ſeculo decimo quarto floruit, & ad nos usque poſteritatem habuit. In qua fratres *Georgius* & *Caſpar*, à quorum hoc moderni deſcendunt, 1464. à *Friderico IV. Dominorum* honorificum accepere titulum.

Familia. Pincernæ Carniolæ & M. Vinidor. Dynaſtiæ in Auſtria. Titulus Dominorum.

§. II. Scutum in Wapenb. P. 1. p. 21. quadripertitum pingitur: Prima & extrema areola *rubea, aquilam* continet *argenteam*, *aureis corona, roſtro & cruribus*, quam *baltheus ſiniſter nigris & rubeis teſſellis alveolatus* percurrit. Secunda vero & tertia *argentea* complectitur *caput* cum *collo equinum nigrum, frenatum minio*: media vero parmula *argentea baltheum diagonalem ſiniſtrum* defert, *triplici* (vel quadruplici) *ductu teſſellis atris & coccineis* compoſitum. Mit drey oder vier roth und ſchwartz geſchachten Strichen nach der ſchrembs.

Scutum.

§. III. Media parmula gentilis eſt, & ob hoc eandem teſſeram *Neuhuſii* in Carſtia (am Karſt) qui ejusdem originis creduntur fuiſſe, ut & qui extincti defecere *Eckenſteinii*, ſolam ſervant. *Aquila* videtur *gratiæ* eſſe ſymbolum. Sed equinum caput ab extincta familia de *Hopfenbah* ſ. *Hoppenbach* derivatur. Quo jure vero ad hos deveneriſ mihi non liquet.

Teſſera gentilis. Neuhuſii. Eckenſteinii. Hoppenbach ſ. Hopfenbach.

§. IV. Galeæ tres inſiſtunt ſcuto, omnes coronatæ: Primæ inſiſtit aquila expanſa baltheo teſſellato inſignita argentea; è media protenditur jugum alatum complicatum, cum baltheo ſimili teſſellato: ex ultima exſurgit caput equi frenatum. Laciniæ circumvolitant primam argenteæ & atræ, ſecundam argenteæ, rubeæ & nigræ, tertiam iterum nigræ & argenteæ.

Galeæ & Apex.

CAPUT XCIII.

Domus Turria.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Chriſtoph. Juſtellus.*
2. *Bullionii Ducis ſcutum.*
3. *Turria gens Origo. Linea. La Tour Vinay. Delfinorum Viennæ. Comitum Arvernia & Bononiæ. Conceſſio liliorum Francicorum.*
4. *Bononiæ comitatus. Per varias familias vagatus. Ad Turrios. Ad regem Franciæ.*
5. *Vicecomitatus Turennius. Ex Thuano. Marcellus pro Martiali. Comites Cadurcorum & Turennæ Vicecomites. Fam de Comborn. Succeſſio ad Convenenſes. Ad Bellofortios. Ad Turrios.*
6. *Arvernia comitatus. Ex gente Biturigum. Delfinatus Arvernia. Ad Borbonios aliquot ramos. Inſigne. Terra comitatus. Ducatus ſit. Succeſſio comitatus ad Turrios. Catharinam Mediceam. Regem.*
7. *Bullionium penes Bononienſes. Ad Leodienſes Epiſc. Ad Marcanos. Sedanum. Ad Marcanos. Ad Turrios. Controverſia cum Maulevrio & Mompenſerio Sedanum ad regem. Quæ permutationi data.*
8. *Ob Bullionium & Sedanum Ducalis prima dignitas & jus Principum. Deductio plenior. Jus principum unde. Bullioniorum vetus dignitas & locus in tractatu Atrebatenſi Comitiis Ratiſbonæ. In protectionem Franciæ ſe dedere. Comprehenſi pactis regũ. Pares aliis principibus ex familiis exteris. Titulus principis exteri. Ducatus cum principali dignitate. Differentia aliorum Ducum. Controverſia de proedria. An à Bullioniis neglectum jus. Hodiernus uſus.*
9. *Galeæ. Apex. Telamones.*
10. *Turennii Mareſcalli ſcutum.*
11. *Titulus Bullionii Ducis.*
12. *Scutum progonologicum.*

§. I.

QUam merita ſua illuſtrem diu reddidere, *Turria* Domus, calamo Celebertimi

Familia. *Chriſto-*

Digitized by Google

Bullionii Ducis scutum.

Christophori Iustelli, qui ejus natales & totam seriem diligentissime explicavit, porro illustrata est. Nobis jam curæ est, ejus insignia describere.

§. II. Celsissimus Bullionii Dux *Godofredus Mauritius* scuto utitur bipertito: Primus & quartus laterculus *cæruleus* sed *liliis aureis stratus turrem* repræsentat *argenteam opere cementario nigro*. Secundus *aureus tres orbes rubeos* continet: Tertius *fenis aureis & rubeis taniis dextris obliquis* exaratur. Toti scuto alia incumbit *parmula bipertita*: cujus pars dextra *aurea vexillum Ecclesiasticum* refert *rubeum, ter pinnatum, fimbriis viridibus*: sinistram *rubeam fascia argentea* percurrit.

Turria gens, Origo. Lineæ.

§. III. Turris in alveolo liliato *Turriam* ipsam gentem notat; quam à quodam *Wifredo Com. Biturigum*, qui circa 828. *prosapiæ regalis vir* nuncupatur, deducere amant: Ejus enim pronepos *Acfredi* Biturigum Comitis & Aquitaniæ Ducis filius, alterius *Acfredi & Guilelmi II.* Comitum Arverniæ & Ducum Aquitaniæ frater *Bernardus* ex demonstratione *Fauchetti & Gueslii*, nec non chartulario fundationis monasterii de *Saucillanges* gentem hanc profeviſſe creditur. Ejus trinepos *Giraldus Albertum II.* genuit patrem *Alberti* Domini *de la Tour du Pin*, & *Berlionem de la Tour Vinay*, à quibus duæ lineæ. Albertus iterum genuit *Bernardum IV.* & *Albertum*, patrem *Humberti*, qui ab uxore *Anna* f. Guidonis Burgundi, ducta 1281. *Delfinus Viennæ* factus est: avus *Humberti ultimi Delfini*, qui 1343. & 1349. Regi Franciæ Delfinatum ea conditione donavit, ut filius primogenitus, coronæ candidatus, nomen Delfini gestaret. *Bernardus* supra memoratus *Bertrandi I.* avus fuit, qui *Bernardum VI. Dominum de la Tour* & *Bertrandum*, à matre, *Dominum d'Oliergues* genuit. Ille posteriorum *Comitum Arverniæ* & *Bononiæ* fator fuit, hic omnium eorum, qui isto tempore ex gente hac superant. Porro cum antea turris gentis in scuto rubeo gestaretur, *Alberti II.* supra memorati fide hoc dedit *Philippus* Franciæ rex, quem 1190. in Palæstinam comitatus est, ut clypeum liliis Francicis conferret *Iustell.* L. 5. c. 9. Alii recentius illud & *Philippi Valesii* donum faciunt, *Guilelmo* Domino de la Tour Alberti istius trinepoti concessum.

La Tour Vinay.

Delfinorum Viennæ.

Comitum Arverniæ & Bononiæ.

Concessio liliorum Francicorum.

Bononiæ comitatus Per varias familias vagatus.

§. IV. Tres orbes rubei laterculi secundi Comitatum *Bononiæ* notant, cujus metropolis *Bononia in Morinis* ad mare sita est. Comitatus hic per varias familias vagatus est. Primo *Flandris* paruisse videtur. Inde Bononiæ, Pauli fani & Pontivi comes legitur quidam *Guilelmus*, à cujus filiis *Ernaldo* f. *Erniculo*, Hilduino & Hugone, totidem familiæ Comitum *Bononiæ*, *Pontivi* f. Abbatisvillæ, *Paulifani* f. Teroanæ. *Ernaldus* proavus fuit *Eustachii III.* comitis, *Godofredi Bullionei* & *Balduini Regum Hierosolymitanorum*. Eustachio tertio nata est *Mathildis* Stephano *Campaniæ* comiti & *Angliæ regi* nupta. Hujus filia fratribus *Eustachio* & *Guilelmo* extinctis heres *Bononiæ*, religiosam prius vitam sectata, dein *Matthæo* ex Alsatis *Flandriæ* comiti nupsit, sed excommunicata & in monasterium redire coacta 1183. decessit, relictis tamen filiabus *Ida* & *Mathilde*. Illa initio heres comitatum *Renaldo* Com. *Danmartinio* attulit, mater *Mathildis*, quæ *Philippo* Philippi II. Regis filio, dein *Alfonso* regi Lusitaniæ nupsit, & ex isto *Ioannam* heredem genuit, uxorem *Gaucheri Dom. de Chastillon sur Marne* (Castilionis ad Matronam) quæ 1251. vita excessit, nulla relicta sobole. Inde ad *Brabantinos* ex *Mathilde* jus successionis transiit: & quidem adjudicatus est comitatus *Mariæ* Mathildis filiæ, quæ ut & soror *Aleidis* jus transtulere in nepotem *Henricum III.* Brabantiæ ducem: verum Aleidis filius *Robertus VI. Arvernia Comes* istum etiam comitatum 1260. Henrici cessione & mediante pecuniæ summa nactus est: quo primum tempore iste familiæ huic illatus, permansit in ea usque ad *Ioannam* Guilelmi X. filiam, quæ *Philippo Burgundo* & dein *Ioanni regi Franciæ* nupta filium ex illo habuit *Philippum* Burgundicæ prioris familiæ ultimum, sed ἄωρον & ante matre extinctum, unde hæc habuit patruum *Ioannem* heredem: Hujus denuo neptis Joanna II. heres nupta fuit *Ioanni Duci Bituricensi*, & post hunc *Georgio Domino Tremollio*, verum ex neutro prolem suscepit. Cum vero Burgundi comitatum hunc occupassent, prætensio tamen ad *Turrios* delapsa est: *Maria Godofredi Montgasconii*, Joannæ propatrui, filia *Bertrando III. Domino de la Tour* agnato nupserat, & Joannæ hereditatem, non tamen sine controversia cum Georgio Tremollio, sibi vindicabat. Nepoti ejus *Bertrando V.* 1477. *Ludovicus XI.* Rex Franciæ *Bononiam* Mariæ Burgundicæ ereptam reddidit: sed deinceps commutatam cum comitatu *Laureacensi* f. *Lauragais* recepit, atque (ut *Fourn. geogr. orb. not. P. 1. L. 6. c. 9. p. 262.* loquitur) *coronæ adjunxit, & à clientelari officio, quod profiteri tenebatur Comitatui Artesiæ, liberavit.*

ad Turrios

ad Regem Franciæ.

B. Vir-

B. Virgini ſolenni ritu oppigneravit, corde auri obryzi oblato ponderis bis mille aureorum, ſancita lege, ut conſequentes reges tantundem præſtarent, Mariamque ejus tractus Dominam ſolam agnoſcerent, cujus ſignum angelico navigio jam olim eos excepiſſe, antiquæ eſt traditio, &c. Servatus tamen in commutatione illa titulus, & inſignium, quæ hic videre eſt, jus.

§. V. Areola duodecim tæniis aureis coccineis exarata ſymbolum eſt *Vicecomitatus Turennii.* De hac ditione *Thuanum* audire lubet: Qui L. 85. p. 199. iſta: *Ea in finibus Arvernorum, Cadurcorum, Petrocoriorum & Lemovicum poſita quatuor his provinciis participat, & Turenam primariam arcem, à qua ditioni nomen, in Lemovicibus habet, duabus à Brivato leucis. Principes ab initio Vicecomitatus titulo eum tractum tenuerunt cum pleno ac ſupremo dominio, ita ut neminem ſuperiorem ne Regem quidem agnoſcerent, quam prærogativam inter Francorum & Anglorum arma facile tuebantur. Ita Raimundus, qui Ludovici VII. jun. vulgo dicti temporibus fuit, & ejus ſucceſſores ſupremo illo jure uſi ſunt, quaſi à Deo ſolo & B. Marcelli corpore, quod in ſacello Turenæ arcis colitur, neque præterea ſuperiore ullo dominio illud obtinentes. Inde immunitatis privilegium, quod hodie Turenæ reguli retinent, originem habuit, quo ditionis illius populares à vectigali annuo ſeu tributo, quod ruſtici & cæteri infimi ordinis homines per totum regnum ærario pendunt, liberi ſunt.* Obſervare hic lubet, quem *B. Marcellum* Thuanus dicit, e *Martialem* intelligendum eſſe, quem *utriusque Aquitaniæ* vocare ſolent *Apoſtolum.* vide *Andr. Sauſſay de myſt. Gall. ſcript. p. 302. ſeq.* Cæterum habuit ea ditio peculiares ſuos comites, quos à *Rodulfo C. Cadurcorum & Turennæ*, qui 841. ſeu 842. vivis exceſſerit, derivant. Pronepos hujus fuit *Bernardus*, qui ut ſe contra Comites Tholoſanos defenderet, qui avo Roberto Comitatum Cadurcorum jam eripuerant, Regi Franciæ in protectionem ſe dedit, ut tamen vaſallus non fieret, ſimplici fidelitatis non ſubjectionis præſtito juramento. Unde *Vicecomitatum* ſuum ſummo jure, uti Germaniæ principes ſolent, ſucceſſores retinuere. Filia ejus *Sulpitia* hereditatem attulit marito *Arcimbaldo* Vicecomiti de *Comborn* cognomine *La jambe pourrie* ſ. *Iamba putrida*, quod in oppugnatione arcis Turennæ crure vulneratus eſſet. Hoc genitus *Ebalus*, patet *Archenbaldi*, à quo Vicecomites reliqui de *Comborn* & de *Ventadour*, atque *Guilelmi* qui *Turennam* tenuit atque ad poſteros tranſmiſit. Terminata demum eſt familia in *Margareta Raimundi VII.* filia, quæ *Bernardo VI. C. Convenarum* ſ. *Comingii* nupſit, atque filiam genuit; hac autem tenella extincta, ea nihilominus maritum heredem ſcripſit, vel potius ut *Thuanus l. c.* perhibet, patet filiæ, quæ triduo matri ſuperſtes fuerat, hereditatem nactus eſt: ob ſucceſſionem quidem ei cum *Godofredo Pontio* diſceptatio fuit, ſed prævaluit Bernardus: ei ſucceſſit filius ex tertia conjuge *Mathea* ſ. *Mathilde Inſulana Ioannes*: Huic ſoror *Cæcilia* Jacobi C. Urgelitani uxor: quæ demum 1350. ſororis ſuæ *Eleonoræ* marito *Guilelmo Rogerio II. Comiti Bellofortio* ſ. de *Beaufort* Turenam 1450000. aureis vendidit. Guilelmus ille patruum *Clementem VI.* Pontificem, patrem vero habuit *Guilelmum Rogerium I.* qui à Rege in fratris gratiam Bellofortium in Andibus acceperat: à quo deinceps genti cognomen. Guilelmi Rogerii & Eleonoræ neptis fuit *Antonia* heres, uxor *Iohannis Meingrei Bucicaudi* Mareſcalli Franciæ, multis præclaris geſtis incluti: ſed ſterile fuit matrimonium, & ea 1416. vivis exceſſit, relicto marito uſufructu Vicecomitatus: Heredem tamen Antonia habuit *Eleonoram* amitam, Edoardi Dn. Bellijoci (*de Beaujeu*) conjugem. Ab hac heres inſtitutus eſt *Petrus Bellofortius Limolii* Dominus patruelis, ob id ab Aliſa Balcia vexatus. Hujus demum filia *Anna* nupta *Agneo* ſ. *Anneto Turrio Domino Oliergii*, Turenniam genti iſti attulit, in qua nunc quoque hæret.

Vicecomitatus Turennii. Ex Thuano.

Marcellus pro Martiali.

Comites Cadurcorum & Turennæ.

Vicecom.

Famil. de Comborn.

Succeſſio ad Convenarum.

Ad Bellofortios.

Ad Turrios.

§. VI. *Eccleſiaſticum vexillum*, mediæ ornamentum parmulæ quod concernit, ſunt qui rationem allegent, quod *Euſtachius* Comes *Bononiæ* Godofredi Bullionei frater in expeditione Palæſtina *majus vexillum* geſtaverit: ſed potius *Arverniam* notat, potentiſſimæ olim gentis ſedem, Lemovicio, Cadurcio, Rhutenis, Lugdunenſibus & Borbonnis cinctam. Comitatum hunc primum à Rege Carolo Simplici *Acfredo* Comiti Bituticenſi, cum *Adelindem* ſ. *Adelain Bernardi Pictavienſis* filiam duceret, donatū legi. His geniti parentibus *Acfredus & Guilelmus* atque *Bernardus*, quem §. 3. Turriæ gentis dixi propagatorem. Illi Comites *Arvernia & Aquitaniæ Duces* poſt patrem fuerunt. Guilelmus autem *Raimundum II.* Comitem denuo Arverniæ atque Aquitaniæ genuit, juxta aliquos *Roberti I. Arverni* patrem. Quem tamen *David Blondellus* Acfredi I.

Arvernia comitatus

Ex gente Biturigium.

Bituricensis & Arverni Comitis ex *Engelberga* filia generum fuisse mavult. Quicquid vero de ejus natalibus sit, certe in posteris Arvernia constanter hæsit: Atnepos ejus *Guilelmus IV.* quem perperam ab uxore Guilelmi Aquitaniæ Ducis filia *Arverniam* dotalem accepisse alii perhibent, *Robertum IV.* & *Guilelmum VI.* genuit. Isto ante patrem mortuo, hic *Guilelmus senior* cognominatus ejus filium *Guilelmum V. juniorem* dictum hereditate exclusit, quia filius patri, non nepos avo succederet. A Guilelmo juniore qui cum posteris titulum servavit & prætentionem, descenderunt, qui *Delfini Arvernia* dicti sunt. In his *Anna* Beraldi II. filia materna bona, comitatum *Forestensem*, marito *Ludovico II. Duci Borbonio* attulit: Beraldi III. vero Annæ fratris consanguinei filia *Ioanna Ludovico Borbonio Montpenserio* 1426. nupsit, atque hereditatem attulit, quæ etiam ad liberos ejus, licet altero matrimonio editos, delata, masculis extinctis matrimonio *Luisæ* Caroli Ducis Borbonii sororis atque *Ludovici Borbonii Rupisurionii* ad istum Borbonium ramum transiit. In hoc continuatus est titulus *Delfinorum Arvernia* ad *Mariam* usque heredem, *Gastoni Ioanni Baptistæ Duci Aureliano* nuptam, à qua eum nunc quoque habet filia unica *Anna Maria Luisa Aurelianensis*. Cæterum hujus Delfinatus Arverniæ non idem σῆγμα est quod comitatus, verum *Delfinus expirans* [illegible] *hiante ore (pasmé) cæruleus* in laterculo *aureo*. Quod vero *Guilelmum VI. seniorem* attinet, ille comitatum *Arvernia* ad posteros transmisit. Nepoti ejus *Guidoni II.* Rex Philippus Augustus partem comitatus ademit, & coronæ addixit, quæ deinceps *terra comitatus* dicta, & demum *Ducatus* nomen sortita est. Cæterum ipse *comitatus Arvernia* à *Ioanna* prima ad Philippum Burgundum, & dein Joannem regem Franciæ (confer n. 4.) à *Ioanna* secunda ad *Ioannem Ducem Bituricensem* & *Georgium Tremolium* maritos delatus est. Joanni filio suo pater *Ioannes Rex* Arverniam (partem videlicet eam, quæ coronæ pridem unita erat) *Ducatus* titulo una cum Biturigibus attribuit, sed ab uxore reliquus comitatus allatus est. Illum videlicet Ducatum à socero accepit cum uxore Maria *Ioannes Dux Borbonius*: atque ad posteros transmisit. *Comitatus* vero jus, quia Joanna sine liberis decesserat, *Godofredi Bononiensis Montgasconii*, qui propatruus Joannæ, filia *Maria* gentili *Bertrando III. Domino de la Tour* attulit, atque posteris reliquit. Heres ejus lineæ fuit *Magdalena Laurentii Medicei Vrbini Ducis* uxor, quæ *Catharinam* genuit *Franciæ reginam*, cui filia *Margareta* successit, & *Arverniam* [illegible] *Delfino* donavit. Titulus idem concessus fuit *Carolo Valesio* Engolismensium postea Duci Caroli IX. Regis per naturam filio, qui posteris eundem reliquit. Cæterum Bononiensi ac Arvernico ramo familiæ suæ extincto, hunc quoque & Bononiensem laterculum *Henricus Vicecomes Turenna & Bullionii Dux* moderni avus, agnationis jure insignibus suis inseruit. Cæterum apud *Ren. Franc. essay de merveill. c. 42. p. 370.* in veteri scuto Arverniæ aureo gryphum coccineum, corona, unguibus & lingua viridibus gestatum lego. Fides sit penes autorem.

Delfinatus Arverniæ. Ad Borbonios aliquod remor.

Insigne.

Terra comitatus.

Ducatus, fit.

Cæterum Bononiensi ac Arvernico ramo familiæ suæ extincto, hunc quoque & Bononiensem laterculum *Henricus Vicecomes Turenna & Bullionii Dux* moderni avus, agnationis jure insignibus suis inseruit. Cæterum apud *Ren. Franc. essay de merveill. c. 42. p. 370.* in veteri scuto Arverniæ aureo gryphum coccineum, corona, unguibus & lingua viridibus gestatum lego. Fides sit penes autorem.

Successio comitatus ad Turrios

Catharinam Medicæam. Reginam domum.

§. VII. Supereſt fascia in *rubente* areola *argentea*, quæ *Bullionium Ducatum* notat. Bullionii castri in Ardenna nomen inprimis celebre reddidit *Godofredus*, qui expeditionis in Palæstinam princeps *Hierosolymorum Rex* eligi meruit. Quo vero jure Bullionium ille tenuerit, non cognitum mihi est, nisi forte dicamus, à matre *Ida* filia *Godofredi Ducis Lotharingiæ*, quæ latissime tum patebat, hanc possessionem obtigisse filio secundo. Quod etiam probat autor discursus, *du Duché de Buillon & du rang des Ducs de Buillonen France ed. 1633.* Ubi ita p. 29. *L'Histoire nous apprend, que lé Duché de Buillon passa en la maison de Bologne par le mariage d' Ide d' Ardenne ou de Lorraine fille de Godefroy III. sur nommé le Barbu, Duc de Lorraine & de Buillon, avec Eustache III. du nom C. de Boulogne pere de Godefroy de Bologne, qui fust Roy de Ierusalem: à qui ceste Seigneurie souveraine eschent à cause de sa mere.* Qua ratione vero ad Capitulum & Episcopum Leodiensem Ducatus hic delapsus sit, oppignoratione Godofredi illius Bullionii, expeditionem Orientalem susceperi, diximus in insignibus Colonien sibus. Quo jure vero delatum sit Bullionium ad *Marcanos*, non æque expressum ullibi legi. Nam hoc solum memorat autor ille p. 39. *Robertum I. Marcanum* acquisiviſſe eum circa 1480. Utrum autē emtione, vel quovis alio contractu illud sit factū, non planè exprimit. Quod vero *Sedanum* concernit, ad Marcanos venit *Eberhardi Marcani* & *Mariæ* f. *Guilelmi de Braquemont, Dn. de Sedan* (Ad Braquemontios autem dynastia illa delata ex *Brabansoniis*, in quibus eam Hugo Brabanſonius Dn. de Bossu eam accepit dotalem ab uxore *Maria de Iausse*) conjugio. Quamvis enim Sedanum spectaverit ad Mariæ fratrem

Bullionū penes Bononienses.

Ad Leodienses Epiſc.

Ad Marcanos.

Sedanum. Ad Marcanos.

Ludovi-

Digitized by Google

Ludovicum, hic tamen affini ſuo eam 1424. vendidit. Illo matrimonio (non vero altero cum *Agnete Rupifortia*, ut exiſtimavit *Victor. Siri. T. I. L. 2. p.* 381.) natus eſt *Ioannes Arenberga Dominus*, qui *Sedani* titulum geſſit, pater *Roberti*, quem *Bullionium* acquiſiviſſe dixi, hic genuit *Robertum II.* iterum *Bullionii Ducem*, iſte alium *Robertum Franciæ Mareſcallum*: cujus quoque filius *Robertus* eandem geſſit dignitatem: hic *Henrici Roberti* & *Caroli Roberti* Com. Mauleuvriæ ſ. Malleporii comitis pater fuit, ille iterum *Bullionii* Dux *Guilelmum Robertum* atque *Carolum Robertum* ſ. *Ioannem* filios & ſucceſſores habuit. (confer de ejus teſtamento *Thuan.* l. 59. p. 86.) His ſine liberis extinctis ſoror *Carola* teſtamento fratris (vide *Thuan.* l. 90. p. 411.) ſucceſſit, atque *Ducatum Bullionium* & *Sedanum* marito *Henrico Turrio Turenæ Vicecomiti* attulit. Quamvis vero ex hac Carola nulli editi ſint liberi, marito tamen moriens 1594. omne jus ſuum transſcripſit: Contradicente equidem patruo *Carolo Roberto Mauleuvrio*, & Duce *Montpenſerio*. Hic vero jure, quod ex teſtamento *Guilelmi Roberti* habebat, eodem an. 1594. in gratiam matrimonii Turrii & Arauſionenſis principis ceſſit & transegit, quod Rex confirmavit. Ille, *Maulevrius*, ad ſe ſpectare ſucceſſionem prætendebat, qui ſolus illius Marcanæ lineæ ſupereſſet, verum hic etiam 1601. cum Henrico transegit, & 150000. librarum ac ad vitæ dies penſione 6000. libr. acceptis jure ceſſit. Ejus vero filius patre mortuo tranſactione paterna gravari noluit, ſed jus ſibi integrum ſupereſſe credidit in patruelis ſuæ ſucceſſionem, unde *titulum Ducis* etiam ſumſit: ex eo quod cum de lite pacto tranſactum ſit, ab herede fides non præſtetur. Nihil tamen adverſus Turriũ obtinuit. Cujus favori memoratus autor ſolvit *Maulevrii* argumenta, & oſtendit Dominia, etiam quæ ſummo jure tenentur, ad fœmellas tranſire, exemplis aliis & ex ipſa *Marcana* gente adductis (in quam *Montium* comitatus, *Clivia*, *Iulia*, *Arenberga*, *Caſtrum Reginaldi*, *Raucuria*, *Rupifortium* fœminina ſucceſſione illapſa, vel iterum pari jure ex ea in alias familias translata ſint) tum illis qui ſupremo jure aliquid teneant, licitum eſſe, ſua ad alios transferre, nec *Carolam*, quo minus illud faceret, familiari aliqua lege prohibitam fuiſſe, cum potius Bullionii ſemper libera voluntate de ſuis bonis diſponere ſoliti ſint. Ita Bullionia jura ad liberos ex *Eliſabetha Naſſovia Arauſionenſi*, moderni Ducis avia, genitos & poſteros tranſiere. Cæterum cum *Fridericus Mauritius* Dux *Bullionii* 1642. participaſſet conſiliis *Effiati* adverſus regem, cuſtodiæ datus, nec prius dimiſſus & ſupplicii metu liberatus eſt, quam pleno jure *Sedanum* regi cederet, ut tamen ipſe confirmaretur in eundem ſtatum, titulos, dignitatem & qualitatem, quas tenuit in regno, & quæ ipſi poſſent competere, adeo ut nulla adhiberetur alteratio & diminutio, ut habent literæ regiæ aboliti criminis men ſ. Septembri 1642. datæ. Inde 1651. alius ſecutus contractus, quo Rex Duci loco ſupremi Dominii *Sedanenſis*, quo ceſſerat, commutationis nomine conceſſit *Ducatus Albretanum* & *Caſtelli Theodorici*, comitatus item *Arvernia* & *Eburovicii*, ut tamen Rex nihil ſibi arrogaret in ſupremum jus in *Bullionium Ducatum*, quod domui integrum manere debeat.

Ad Turriot.

Controverſia cum Mauleuvrio & Montpenſerio.

Sedanum ad regem,

Quæ permutationi data.

§. VIII. Cæterum ratione hujus *Ducatus Bullionii* & *Principatus Sedanenſis* domus hæc non tantum in Gallia 1552. ab Henrico II. *Ducum* prærogativam, licet ducatus extra regnum ſitus eſſet, & quidem ante *Vticenſem Ducem* (qui præferri quærebat, ſed cauſa cecidit, & prior locus inter Duces, *Bullionio* à Carolo IX. 1572. Henrico IV. 1607. & Ludovico XIII. 1612. aſſignatus eſt) verum etiam in eodem Franciæ regno in *Principum* cenſu eſt. Rationes ex illa deductione apparent, quam integram hic inſerere operæ pretium judico, ex cap. 63. *pactorum Galliæ*, quæ hiſtoriæ *miniſterii Cardinal. Mazarinii* ſubjiciuntur. Ita vero ſonant: *Quoniam Regi placuit promittere Domino Duci Bullionæo, definita controverſiâ de* Principatu Sedani & Raucurtii, *datũ iri declarationem ad Curiam Pariſienſem, ut ipſius perſonæ & deſcendentibus aſſerantur iidem honores, prærogativæ & ordines, quibus ipſe & prædeceſſores fruiti ſunt in hunc usque diem, tum veluti Duces Bullionii, tum veluti principes Sedani, juxta declarationes Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, tametſi corona tradat terras Sedani & Raucurtii, poſſeſſione illarum in poſterum derelictâ & abdicata. Reliquum eſt, ut pateat, quo ordine ſit habendus propter Ducatum Bullionii, & Principatum Sedani, itaque lubeat Regiæ Majeſtati eum determinare, ut in poſterum relinquatur certus & definitus, & ipſi & familiæ. Extra dubium utique verſatur, dignitatem* Ducis ſupremi *inferre ſecum ex natura rei* titulum Principis, *qui inſeparabiliter affixus eſt Dominatui ſupremo: adeò ut quicunque fruatur omnibus*

Ob Bullionium & Sedanum Ducalis prima dignitas & jus Principum. Deductio plenior.

Jus principum unde?

juribus ſupremitatis, & exerceat potentiam ac authoritatem ſupremam in ſuo ſtatu & in ſuos ſubditos, idem reputetur Princeps. Ex quâ ratione, omnes omninò Duces, tum Germaniæ, tum Italiæ, etiamilli, qui feuda tenent, aut ab Eccleſia, aut Imperio, qui ultra memoriam mortalium, aut per inveſtituram, ad determinatum tempus, aut in perpetuum, per acquiſitionem, aut alio modo, gaudent juribus ſupremitatis, in quorum familia reſidet ſupremitas, quales ſunt Duces Sabaudiæ, Lotharingiæ, Mantuæ, *omnes adeo Duces & Principes, qui tenent ſupremitatem & eandem dignitatem fruuntur inſuper paribus juribus, ſine contradictione reputantur Principes, titulo & ordine Principum ipſis competente. Eapropter Domini* principes Regii ſanguinis *nuncupantur* Principes, *quod per Galliam ſoli ſint capaces Principatus & ſupremitatis, adeoq; ſucceſſionis Regiæ, quæ ſane eminentiſſima eſt ſupremitas in orbe Chriſtiano. Cùm igitur Dux Bullioneus iſtius ſit conditionis, & ducatus ille paris dignitatis, talis habitus à regibus noſtris & ab Imperatoribus, tum etiam ab aliis regibus & principibus, vel propter* Principatum Sedani, *ex regula iſta infallibili, ut quicunque audiat Dux ſupremus, aut prognatus ex familia ſuprema, idem perinde ſit princeps, exiſtimat ille, ſeſe firmo inniti fundamento, non tantum ut poſtulet illum titulum, ſed etiam ordinem Principis; titulo etiam non controverſo, exinde ordinem, veluti illuſtriorem notam Principatus, ex ratii & functionis illius, ſibi conſervandum eſſe, cùm hoc ex illo pendeat. Hoc jure ſic conſtituto, reliquum eſt, ut ex uſu demonſtretur, Duces Bullioneos, pro more caterorum principum ſupremorum & eorum, qui natales referunt ad familias ſupremas, eſſe in poſſeſſione publica* Ordinis Principalis, *eos tenuiſſe & aſſeruiſſe cum cæteris principibus, conſervatos & aſſertos fuiſſe in eo ordine: cujus rei aliquot exempla, ad deciſionem controverſiæ ventura, producemus. Hiſtoria ex-*

Bullionio rum vetus dignitas & locus in tractatu Atrebatenſi.

notat, inter Principes, *qui comitabantur Philippum Ducem Burgundiæ & interfuerunt tranſactioni Atrebatenſi, anno* 1435. *recenſeri* Ducem Bullionii, *hoc ordine, Dux Geldriæ,* Dux Bullionii, *Iohannes Clivenſis, primogenitus Ducis Clivenſis, Comes Valdimontii, ſecundogenitus Ducis Lotharingici, Carolus Burgundus, Comes Nivernii, Ludovicus Comes Sancti Pauli, Iohanes Burgundus Comes Stamparum, Iohannes Lucemburgicus Comes Ligniii, Epiſcopus Cameracenſis & Leodienſis. In Comitiis Imperialibus, quæ habita fuere* Ratisbonæ *anno* 1471. *tempore Friderici III. Imperatoris,* Dux Bullioneus & Princeps Sedani, *qui tum erant, ordinem & ſeſſionem tenuere cum ducibus Lotharingiæ, Sabaudiæ, veluti paris dignitatis, & cum reliquis omnibus Ducibus ſupremis, & Principibus liberis, dependentibus ab Imperio, & ad titulum feudi aut protectionis, id quod patet in collectaneis legum & Conſtitutionum Imperialium, quæ dedicata fuerunt Imperatori Matthiæ. Rex Carolus VII. ſuſcepit per* tranſactionem *anni* 1486. *in ſuam protectionem Rupertum Marchiæ,* Ducum Bullionii & Dominum Sedani, *cum filio & omnibus ipſorum locis ac domiciliis adverſus Ducem Auſtriæ & alios, qui ipſis bellum veniebant inferre aut damnum aliquod, ob officia Gallia reddita, ubi ipſis promiſit opem, ſuppetias & favorem, tanquam dynaſtis ſui ſanguinis & progeniei, ut nec tranſactionem, nec pactum ullum cum duce Auſtriæ aliisque eſſet facturus, quin eos comprehenderet. In executione cujus tranſactionis anno* 1493. *idem* Dux Bullioneus *comprehenſus fuit in tranſactione pacis Sylvanectenſis; inter regem Carolum VIII. ex una, & Maximilianum I. regem Romanorum; poſtea Imperatorem, & Philippum Archiducem Auſtriæ, ex altera parte; ex cujus ſerie per tranſactionem particularem, quæ anno* 1496. *die* 26. *Dec. inter illos Archiduces & eundem ducem Bullioneum interceſſit, inter cætera jubebatur, ut Bullionium, quod ferente bello erat captum, per executionis tenorem redderetur. Anno* 1497. *ex virtute iſtius protectionis idem Rex præſtitit ſeſe arbitrum, ut litem componeret, inter ducem* Bullioneum, *tanquam* Dominum Sedani & Renatum *Ducem Lotharingiæ ortam, cui bellum inferebat ob aliquot dynaſtias, præter fas & æquum detentas, miſſo in eum ſolum finem Baudricurtio, Mareſchalco Gallia; qui poſt pluria acta hoſtilitatis pacem inter ipſos compoſuit, per quam tranſactionem, ex illorum conſenſu, & ingratiam regis conventum fuit, ut* Dominus Sedani, *propinquus Ducis Iuliacenſis, neque ipſi, neque Archiducibus Auſtriæ inſerviret, ſua perſona aut Sedano, adverſus Ducem Lotharingiæ. In tranſactione inita* Cameraci, *decimo Decembris, anno* 1508. *inter regem Ludovicum XII. & Carolum ducem Geldriæ, Imperatorem Maximilianum I. & Carolum Archiducem Auſtriæ,* Dominus Sedani *comprehenditur inter ſocios & faderatos coronæ Gallicanæ. Et in* Londinenſi, *qua incidit in* 7. *Auguſti, anno* 1514. *inter eundem regem Ludovicum XII. & Henricum VII. regem Anglia, nominatur cum ducibus Sabaudiæ & Lotharingiæ, Geldriæ, Republi-*

Comitiis Ratisponæ

In protectionem Franciæ ſe dedere.

Compre henſi pacificatorum.

Republica Venetorum, Dynaſtia Florentiæ, Marchionibus Mantuæ, Montferrati & Saluſſarum, quemadmodum & in illa Noviodunenſi, 13. *Auguſti, anno* 1516. *inter regem Franciſcum I. & Carolum regem Hiſpaniæ, poſtmodum Imperatorem; tum in illa, quæ ſanciebat ligam offenſivam & defenſivam, cum Henrico VIII. rege Angliæ, anno* 1527. *conventum fuit; ut procuraretur bellum ex parte regis Navarræi, ducis Geldriæ &* dynaſtæ Sedanenſis, *qui terras Imperatoris invaderent ſuo quisque loco. In tranſactione* Caſtello-Cameracenſi *rex Henricus II. & Philippus II. rex Hiſpaniæ, anno* 1559. *comprehendunt* dynaſtam Sedanenſem *cum ducibus Lotharingiæ, Sabaudiæ & Mantuæ, aliisque ſociis coronæ Gallicanæ, quemadmodum & in illa Verviniana, anno* 1598. *Præter tranſactiones iſtas publicas patent etiam particulares, tum ſocietatis tum protectionis, inter reges & duces* Bullionii *&* dynaſtas Sedanenſes, *unde in diverſis titulis illos nuncupant ſocios ſuos & confœderatos. Anno* 1518. *die* 27. *Aprilis* dynaſta Sedanenſis, *qui rerum tum potiebatur, & Epiſcopus Leodienſis, ipſius frater, tum ſancivere pacta quædam ſocietatis & confœderationis ad ſanum Ivronis, pro emolumento ſuo & ſuarum provinciarum cum Carolo Auſtriaco, rege Hiſpaniæ, propter Belgiam, ad quæ pacta acceſſere tunc ſtatus Leodienſes. Illa pacta attraxere alia, ſancita Bruxellis, die* 7. *Decembr. anno* 1549. *ratihabita Saragoſſæ, à rege Hiſpaniæ, die* 22. *Januarii ſecuto. Cum autem Rex impegiſſet in illa pacta, inhians juribus* ſupremitatis Bullioneæ, *in præjudicium ſententiæ ultimæ & ſine appellatione datæ per Pares Ducatus iſtius, qui ab omni ævo nullum Regem neminem in ſuperiorem agnoſcunt, præter ſuum Ducem, id quod notavit* Bellæus *in hiſtoria illius temporis, Dux igitur Bullioneus, ut vindicaret hanc injuriam, deſerit illius ſocietatem, & tranſit ad illam Galliæ, quemadmodum & rex Franciſcus I. eum in ſuum ſuſcepit patrocinium, per tranſactionem anni* 1520. *qua promittit ipſi opitulari, ipſum defendere adverſus quosvis & contra omnes, etiam contra Imperatorem, cui ad inſtigationem regis cepit facere bellum in agro Luxemburgico, quod tamen poſtmodum incendium corripuit Gallum, quemadmodum videre eſt in hiſtoria. Cum defunctus* Dux Bullioneus *adipiſceretur Ducatum Bullioneum & Dynaſtiam Sedanenſem, acquiſitis ſibi omnibus juribus familiæ Sedanenſis, apud omnes omninò, qui aliquid juris & nominis ibi habere poterant, Rex Henricus IV. ipſi patrocinium prorogavit, & per ſeriem illius comprehenſum voluit in tranſactione* Vervinianâ *inter ſocios coronæ; agnovit etiam ipſum diverſis titulis & tabulis publicis Ducem & Principem ſupremum, quemadmodum Reges prædeceſſores fecerant erga duces illius prædeceſſores. Etiam in* tranſactione *anno* 1606. *renovavit illud patrocinium, quod poſtmodum confirmatum voluit rex Ludovicus XIII. anno* 1616. *&* 1641. *quod patrocinium nullam prorſus infert ſubjectionem aut dependentiam, præter honorem & reverentiam, uti principes minores, & inprimis patrocinio gaudentes, debent majoribus, & principaliter Dominus Bullioneus regi. Quamvis autem Dominus dux Bullioneus non ſit prognatus ex iis, qui poſſedere hos principatus ſupremos & dynaſtias ante ipſum, quæ dominia tranſierunt per diverſas familias, nempe domum* Arduennæ, Bolonïæ *&* Marchiæ, *& tandem inciderunt in ipſius domum per acquiſitionem, quam defunctus ejus parens obtinuit titulo legitimo; id verò nihil impedit, quin ille dignitates ſupremæ, quæ ad ipſum ſunt tranſmiſſæ per ſucceſſionem, ipſi competant, cum omnibus ſuis prærogativis, jure natalium ab authoribus. Supremitas enim metienda eſt ex ſupremo dominio, in quo reſidet dignitas, & per idem communicatur perſonæ Domini, qui illud poſſidet, cùm nihil neceſſe ſit ex domo ſuprema prodiiſſe ſupremum, adeoque ſatis ſit, ipſum poſſidere dominium ſupremum. Quapropter videtur abunde comprobatum, duces Bullioneos ſemper tenuiſſe ordinem principum, tales fuiſſe agnitos & per Imperatores, & per Reges, aliosque Principes ſupremos, qui ipſis hunc ordinem dedere cum omnibus reliquis principibus, cum paris eſſent dignitatis ſecum, vel cum ducibus* Sabaudiæ, Lotharingiæ *&* Mantuæ, *qui capita conſtituunt familiarum illuſtrium, unde prodiere duces Guiſiæ, Nemurſii & Neverſii, ad quorum exempla Dux Bullioneus poſtulat easdem prærogativas & proedrias, quibus illi gaudent, ex cenſu principum exterorum. Ut autem res luce meridiana fiat clarior, dici præterea poteſt, duces Bullioneos eſſe itidem in* poſſeſſione iſtius Ordinis *per Galliam, æque ac in aliis ſtatibus & provinciis exteris: ſi verò aliquoties non ſunt fruiti eo propter tumultus, aut impubertatem ſuam, aut alia impedimenta legitima & neceſſaria, conſervarunt utique id jus & eam facultatem. Id ipſum poteſt colligi ex* declarationibus *Regum*, Caroli IX. *anno* 1572. Henrici IV. *anno* 1607. Ludovici XIII. *anno* 1612. *quæ ſane confirmatæ fuerunt per tranſactiones de protectione Sedani inſtitutas*

Pares aliis Principib. ex familiis exteris.

anno

anno 1616. & 1641. *per quas Reges promittunt ipſis conſervare ordinem & proedriam,*
Titulus principis exteri. *Ducatui competentem, & à rege Henrico II. ipſis datam, quapropter habent ſine ulla controverſia titulum* Principis exteri, *quoniam & Ducatus eſt ſitus extra regni limitem, ideoque conſequitur neceſſariò, ut eundem obtineat ordinem. Animadvertendum itaque eſt, Duces & Principes ſupremos, etiam* ſecundogenitos *ipſorum, inſiſtere exemplis, ut tueantur ordinum ſuorum Ducatuum & Principatuum, aut domorum ſupremarum, ex quibus ſunt prognati; certum nihilominus manet, eum honorem dependere ex voluntate & benevolentia Principum, qui illum in ſuis ſtatibus concedunt pro arbitrio, & conferunt iis, quos tales agnoſcunt. Ibi verò Reges noſtri exhibuere ſeſe facillimos erga* Principes exteros, *ſocios ſuos & Amicos, tum ſupremos, tum ex familiis ſupremis ortos, quibus dedere ordinem principum, ſecundum dignitatem natalium, quotiescunque in Aulis & comitatu regio, ſive ad aliquod tempus duntaxat, ſive in perpetuum conſpicerentur: cujus rei exempla adeò nota ſunt & communia, particulariter autem in gratiam eorum, qui literas obtinuere* naturalitatis *ſeu* inſitionis, *etiam matrimonia contraxerunt in regno, incolatumque conſtituere. Cum* Dux Albaniæ, Princeps Scotiæ, *domicilium fixit in Gallia, ordinem tenuit Principis exteri, duxitque Annam Turrenſem, Comitem Arvernia & Bolonia, ſororem maximam Magdalenæ Turrenſis, quæ & Dux erat Vrbini, & mater regina Catharinæ Mediceæ. Sic* Claudius I. *Dux Guiſiæ, utpote Princeps* Lotharingiæ, *duxit anno* 1513. *Antoniam Borboniam; Et Philippus Nemurſius, utpote princeps domus* Sabaudicæ, *duxit anno* 1528. *Carolam Aurelianenſem; & Ludovicus* Gonzaga, *filius Friderici I. ducis Mantuani, utpote princeps domus Mantuanæ, duxit Henricam Clivenſem, comitem Neverſii; anno* 1565. *Qui Principes utique originem dedere tribus familiis principalibus, & obtinent hac tempeſtate ordinem in hoc regno Principum exterorum. Ad horum exemplum rex Henricus II. quamprimum eſt rerum potitus an.* 1547. *dedit* Duci Bullioneo, *qui tum imperitabit, ordinem Ducatui illi competentem, qui ſane principalis ſit oportet. In eo enim duntaxat conſiſtunt prærogativæ, dignitates & proedriæ, competentes illi Ducatui, quas juxta declarationem regis Henrici II. Reges ſucceſſores usque ad hac tempora premiſere conſervandas. Neque verò id in aliam partem cum ratione poteſt rapi. Cùm igitur tunc temporis is fuerit uſus practicus per Galliam, & ordo dignitatibus in regno conſervatus, ut qui Dux audiret, perinde* Princeps *nuncuparetur, eò quod major dignitas Ducali non eſſet, nec quisquam alius, prater Principes ſanguinis regii & principes ex familiis*
Ducatus cum principali dignitate. *ſupremis Exterorum prognatos, Ducis nomine deſignaretur; hinc ad eundem titulum Duces Bullionei, & omnes ipſorum liberi nunquam non honorem tulere à Regibus & titulum cognatorum; conjuges etiam, & omnes omninò filiæ, cognatarum, adeo ut ſedem qualibet haberet apud Reginam, curru perſili frequentaret aulam Luparæ; quam poſſeſſionem produxerunt ad hunc usque diem, cùm id honoris nihil magis controvertatur, quam titulus Principis. Quoniam autem videtur eſſe reſtringendus ordo ipſorum ad aliquam*
Differentia aliorum Ducum. *differentiam quoad* alios Duces, *oportet ut demonſtremus, eos non verſari in pari dignitate; magnum adeo diſcrimen eſſe inter hos & illos. Per* Imperium, *ubi ordo dignitatum religiosè cuſtoditur,* Duces *obtinent ordinem Principum, poſt eos veniunt* Principes, *ducali dignitate vacui; deinde ſequuntur* Comites *iidemque Principes, & tandem Comites, ſimplicis illius dignitatis. Idem ordo ſervabatur antiquitus per* Galliam, *& obſervari poteſt in ordine & ſeſſione Equitum, qui Spiritui Sancto militant, quorum ſtatuta articulo VII. poſtulant, ut poſt Principes ſanguinis Regii procedant Principes prognati ex familiis ſupremis, ſcilicet ducalibus; exinde principes, ducali dignitate non fulgidi, deinceps Duces & Nobiles. Vnde colligi poteſt differentia, quæ patet inter* priſcos Duces, *prognatos ex familiis ſupremis, ſc. Duces Guiſiæ, Nemurſii & Neverſii & Bullionii, qui præterea hanc habent prærogativam, ut ipſius ſit ſupremus; & inter Duces, qui* non ſint Principes, *& poſt modum fuere creati, ex quibus* Dux Momorantii *primus numeratur, cujus Ducatus erigebatur anno* 1551. *ab Henrico II. rege; & cæteri deinceps abs rege Carolo IX. & ipſius ſucceſſoribus, quibus placuit multiplicare gemina feudalia Ducatuum usque ad numerum, quem hodie habemus.* Novi *igitur* Ducatus *iſti fuerint tantummodo* dignitates honorariæ, *à benevolentia Regum profectæ, & terris feudalibus attributæ, de quibus homagium præſtant, ut fruantur nomine duntaxat & honorario titulo Ducis, id quod ratificationes Curiarum Parlamentorum pleno ore loquuntur, & perinde longe diverſæ à Ducatu Bullioneo, cujus dignitas eſt* ſuprema, *quæ utique infert ſecum qualitatem Principis, adeo ut Dominus Bullioneus ſemper præcedere debeat reliquos Duces, ſine controverſia,*

Digitized by Google

verſia, cum Ducatum poſſideat longe antiquiſſimum quoad ipſos. Illæ tamen nunquam poterunt poſtulare titulum & qualitatem Principis, ſicut ille, cum dynaſtiam poſſideant neutiquam ſupremam, quæ ſola confert iſthanc qualitatem & proedriam, quemadmodum ſuperius demonſtravimus. Imò illæ dignitates, ſicuti & Paritates, pure ſunt precariæ, & reſidvæ ad coronam, tanquam feuda ab eadem dependentia, deficientibus hæredibus maſculis, juxta conſuetudinem regni, quam ſcitum Caroli IX. ann. 1566. confirmavit. Vnde is per declarationem ejusdem anni in eum finem conſtituit, ut Miniſtri coronæ præcedant Duces nuperæ creationis. Sic anno 1572. cum Dux Ucetienſis *præſumeret Ducem Bullioneum præcedere, eo quod Dux eſſet & Par ſimul, idem Rex conſervavit proedriam, Duci Bullioneo competentem, tanquam antiquioris dignitatis, nulla habita ratione prærogativæ ex* Paritate *quæſitæ; quæ utique dignitas diſtincta & differens ab illa ducali, ordinem tantummodo largitur in loco exercitii & functionis, quæ eſt conſpicua in Parlamento frequenti, non verò alibi, adeo ut nullum pondus hic inveniret. Sic an. 1566 Lud. Gonzaga, Princeps* Mantuæ, *duxerat Ducem Niverſianam, adeo ut propter conjugem evaſerit Dux & Par Galliæ; ibi Dux Momorantii, qui creatus fuerat Dux & Par anno 1551. interceſſit ejus receptioni apud Parlamentum, quoad ea quæ dignitatem Paritatis ſpectant, cùm argueret, eandem extinctam fuiſſe cum maſculis deficientibus; hinc ex qualitate Paris Gallicani poſtulavit ſibi proedriam in cæteris actibus Paritatis, Ducali dignitate intacta, eo quod Ducatus Niverſianus eſſet antiquior, erectus utique an. 1538. Lite pendente concurrebant in dignitate Paritatis, ſed antiquitas Ducatus, de qua nemo ambigebat, Duci Niverſiano ſemper dabat priorem locum, quod Dux antiquior audiret in omnibus omnino cæremoniis, ubi Duces ordinem ſuum tenent, propter Ducatus ſuos. An. 1597. Dux Bumaliæ princeps* Lotharingiæ *poſtulabat ex nomine Ducis & Paris proedriam adverſus eundem hunc Ducem Niverſianum, tametſi antiquior eſſet Dux præillo, cum Ducatus Aumaliæ fuerit ſublimatus an. 1547. diceret q; adverſarium non ſuo, ſed conjugis nomine Ducem eſſe, quæ dignitatem illam non potuerit transferre, cum ipſius natus eſſet Dux; addito etiam ſplendore ſuæ familiæ. Statuit autem Curia per ſententiam die 5. Sept. eodem anno, nulla habita ratione natalium illuſtriorum, intacta penitus prærogativa & jure Paritatis, ut Dux Niverſianus, tanquam Dux Niverſii, præcederet in omnibus locis regni, Ducem Aumaliæ, tanquam Ducem Aumaliæ. Sic denig;* Dux Lucemburgicus, *idem Dux & Par Galliæ, poſtulabat proedriam præ* Duce Eſpernonio, *tum apud Ordinem Equeſtrem Spiritus Sancti, tum in aliis omnibus locis, actibus, conſultationibus & Conventibus, ubi Duces obtinent ordinem Ducalem tanquam Dux ipſo antiquior, cum Ducatum poſſideret, erectum an. 1576. Ille autem Eſpernonius cepiſſet an. 1581. intacta Paritate, quod Dux Eſpernonius præſtitiſſet prior ſacramentum Paritatis. Cum autem adminiculum quæreret in eo, quod Rex Henricus III. locum ipſi feciſſet ante Duces & Pares, antiquioris creationis, præter Principes, Dux Luxemburgicus idem confugit ad nomen* Principis, *veluti prognatus ex familia ſuprema, adeo ut diſſertiam conſtitueret inter hæc tria nomina,* Principis, Ducis & Paris. *Iſta verò differentia inter Principes & Duces ingruebant ſolummodo propter dignitatem ſuorum Ducatuum & Paritatum, tum propter ordinem & proedriam, quam inde deducebant; neque tamen momenti ſunt, niſi in loco uſus & exercitii, cum ſint munia plane diſtincta, nec dignitatis, nec natalium, quæ propter Duces Niverſii, Aumaliæ & Luxemburgi poſtulabant ſibi nomen principum, quod prognati eſſent ex familiis ſupremis. Idem licet animadvertere in illa controverſia, quæ nota fuit anno 1576. inter* Ducem Bullioneum & Ducem Ucetienſem, *qui quod Dux & Par eſſet Galliæ, conabatur priores ſibi vendicare ex geminata dignitate, Dux autem Bullioneus Paritate non fulgeret: Ibi rex Carolus IX. ſancivit per ſententiam, 4. die Auguſti latam, eodem anno, Quoniam rex defunctus Henricus II. parens ſuus dilectus, ſuperſtes declaraſſet, voluiſſetque, defunctum Ducem Bullioneum, parentem illius, qui tum terram potiebatur, tenere locum & ordinem Ducis in ſuo regno, tametſi Ducatus ipſius non eſſet ſitus intra limitem regni, quo etiam ſuperſtes fruitus eſſet, & poſt ipſum filius deinceps, in omnibus Actibus & Conventibus, in quibus ordines Ducum cuſtodiuntur & obſervantur, præceſſurum ipſum tanquam antiquiorem, præ Duce Vcetienſi; ubi vero locorum & Conventuum Pares Galliæ ordinem tenent & conſident, veluti in Parlamento, Ducem Vcetienſem, munere Paritatis præceſſurum præ Duce Bullioneo. Quoniam autem controvertebatur de ordine dato, propter Ducatum, quem jure ſupremo tenebat extra regni limitem, ubi Dux Bullioneus non tenebatur agnoſcere Curiam Parlamenti, ad quam Dux Vcetienſis conabatur deducere litem, quemadmodum fieri ſolet, ubi igitur de ordine Ducatuum*

Controverſiæ de proedria.

tuum feudalium, quos reges noſtri creaverint, & quorum tituli ſublimati comprobantur à Curia illa, Rex eorum cognitionem ſibi reſervat & ſuæ perſonæ, ut ex ſententia principum regiorum, caterorum principum, Ducum & principalium Miniſtrorum, qui corona præſunt, pronunciat & diſinit, uti hic proxime factum fuit. Verum enimverò illa ſanctio tantummodo attingebat Pariatum, quem Dux Bullioneus neutiquam carpebat, utpote rem alienam, unde rex non cogitavit ullum detrimentum adferre dignitati natalium, ex qua audiebat Princeps ipſius cum ſucceſſoribus, eo nomine noti, quod nunquam non exercuerint jura ſupremi Dominii per univerſum ſuum Ducatum, & alias dynaſtias iſtius generis. Id vero reges Henricus IV. & Ludovicus XIII. ipſis dilucide explicaverunt, quando declarare voluerunt, ſeſe velle & intelligere conſervationem Ducatus Bullionei, *qui relinquatur Duci Bullioneo & ſucceſſoribus ipſius, cum prærogativis, præeminentiis, dignitatibus & proedriis, competentibus illi Ducatui, & quæ ipſi acquiſita ſint per Declarationes Henrici II. & Caroli IX. Sic enim non ſolum comprehenditur ordo Ducis, in Gallia datus prædeceſſoribus ipſius, adeoque ipſimet, ſed etiam dignitatem & prærogativam natalium, tanquam* Principis Supremi, *propter Ducatum Bullioneum & Principatum Sedanenſem, propter quem ultra ordinem Ducis, id quod ſuperius fuit adnotatum, reges hucusque dedere titulum & nomen Cognatorum omnibus filiis Principalibus, omnibus adeoque filiabus Principalibus nomen Cognatarum, præter ſedile apud reginam, quæ currupenſili inveherentur Luparæ aulam, tanquam ſoboles Principum ſupremorum, quemadmodum id fas eſt liberis caterorum Principum, qui ex familiis ſupremis prodiere, non vero ex ducibus ſimpliciter ſic dictis; quorum liberi, uti notum eſt in vulgus, eo honore non fruuntur, ob diſpares natales. Quemadmodum vero Principes prognati ex familiis ſupremis, ut per Galliam ordinem Ducis aut Paris obtineant, non minus ideo ſunt principes, cùm eam dignitatem trahant à natalium ſplendore; Ita Dux Bullioneus, quod ad morem caterorum obtineat ſuum ordinem Ducis per regnum Galliæ, nihil minus fuerit* Princeps, *cùm ille titulus vindicetur à natalibus, & diverſa hæc nomina ac tituli honoru queant in eandem perſonam congruere; ſine alterutrius detrimento, tametſi diverſos effectus ferant, & diverſas prærogativas atque proedrias, ſecundum loca exercitii & functionis ſingularis. Objicitur, defunctum* Dominium Bullioneum, *primum Galliæ Mareſchalcum, non exercuiſſe eum ordinem, quem in præſentiarum efflagitat filius ipſius; ubi reſponſum eſt in proclivi. Cum defunctus Dominus Bullioneus acquireret jura* Domus Sedanenſis, *tum à defuncto Domino* Monpenſierio, *anno* 1594. *tum à defuncto Comite* Maulevreo, *an.* 1601. *conventum fuit per tranſactionem, cum illo Comite Maulevreo perfecta, ut conjunctim ferrent nomen Ducum Bullioneorum; Maulevreus etiam ad dies vitæ obtineret ordinem & proedriam, competentem Ducatui Bullioneo. Hinc factum, ut ad mortem usque illius, quæ incidit in finem anni* 1622. *defunctus Dominus Bullioneus nunquam quæſiverit ordinem illum in actibus ſolemnibus & Conventibus, qui poſtmodum obtigere; neque etiam ad Ordinum aperturam, anno* 1616. *ubi interfuit, tanquam* primus Galliæ Mareſchalcus, *per abſentiam Coneſtabilis, quemadmodum fecerat prius in ſolemnibus anni* 1594. *ut auſcultaret querelas reginæ viduæ, quam Henricus III. reliquerat moriens; cùm ex illis cauſis non poſſet frui præeminentiis, dignitatibus & proedriis, ſuo Ducatui competentibus. Vt autem illæ conſervarentur, & ipſi & ſucceſſoribus reges defuncti Henricus IV. & Ludovicus XIII. anno* 1594. *&* 1616. *dederunt declarationes ad id neceſſarias, ut intertracta fruitio jurium ipſi neutiquam præjudicaret, aut ſucceſſoribus, adeo ut ab illo tempore ſemper delituerit Sedani, Galliam non ulterius calcaverit, & diem ſuum extremum clauſerit nondiu poſt Comitem Maulevreum, incunte nempe anno* 1623.

An à Bullioniis neglectum jus.

Hodiernus uſus.

Sic impedimentum illud viguit usque ad mortem ipſius, legitimum utique. Neque vero ipſi imputari poterit, ex rationibus ſuperius adductis, quaſi jura ſua neglexerit, cum dignitate & proedria, Ducatui ſuo competentia, quæ tamen Rex defunctus per confirmationes tranſactionum de patrocinio Sedani anno 1616. *&* 1641. *initarum, promittit ipſi conſervare. Vnde Dominus Dux Bullioneus filius ipſius credit, ſeſe ea juſte quærere, cum nunc occaſio rei gerendæ fulgeat, ut jura ſua exponat & illuſtret, in quibus prædeceſſores, tametſi ea neglexiſſe arguantur, quod utique non fecere, nihil potuerunt præjudicare, quod per impubertatem permanſerit in poſſeſſione eorum hucusque, per declarationes ſuperiores, in quibus ipſe ſuum jus ſibi conſervatum videt. Quamobrem cum per rationes*

& exempla

Digitized by Google

& exempla ſuperius deducta compertum maneat, Duces Bullioneos, tanquam ſupremos propter Ducatum Bullioneum, *&* Principatum Sedanenſem, *haberi pro* Principibus exteris, *qui etiam agniti fuerint tales à noſtris regibus, qui in more habuere, eos nuncupare ſuos Socios & Confœderatos, tum Principes & Dominos ſupremos Sedani, quibus etiam promiſerint conſervare eum ordinem & proedriam, Ducatui illi competentem, ipſi adeo Imperatores, & alii principes ſupremi itidem dederint in comitiis Imperialibus & aliis locis ordinem Principum, tum cum principibus ſupremis tum cum ducibus Sebaudiæ, Lotharingiæ & Mantuæ, tum cum iis, qui prognati ſunt ex familiis ſupremis. Hinc conſequitur ex æqua interpretatione declarationum, quæ ſubinde in eum finem fuere datæ à regibus ſucceſſoribus regis Henrici II. Dominum Bullioneum, qui poſſidet easdem dignitates ſupremas, quas prædeceſſores ipſius, Duces Bullionii, & Principes Sedani poſſederunt, aſſerendum & conſervandum eſſe in eodem titulo & ordine Principis, quem illi obtinuerunt, in omnibus etiam prærogativis, dignitatibus & proedriis, quibus fruuntur cæteri principes exteri per Galliam.* Non dubitavi hanc etiam prolixiorem deductionem lectori exhibere, quia non ubivis obvia, in ea vero prærogativæ Bullioniorum fuſe deductæ extant. Cæterum nunc quoque dignitas illa domui in regno ſervatur, ut principibus annumeretur, qui principibus ſanguinis proximi & ante alios Galliæ Duces ſunt.

§. IX. Scuto huic deſcripto Dux imponit *galeam coronatam* inter *duo cornua turrim argenteam* ſuſtinentem. Utrinque vero dependent phaleræ utroque metallo & cæruleo colore inſignes. Tenent autem ſcutum *Telamones* leones duo. Galeæ. Apex. Telamones.

§. X. Moderni Ducis patruus fuit *Henricus Turrius Turennæ* Vicecomes, & *Mareſcallus generalis* exercituum regiorum, multis fortibus geſtis inclutus, qui 1675. mortem oppetiit. Huic illam lego diſpoſitionem clypei placuiſſe, ut primam aream quadripertiti *Turrium*, ſecundam *Bononienſe*, tertiam *Turennium*, quartam *Bullionium*, parmulam autem iſtis incumbentem *Arvernia* ſymbola implerent. Quo vero diſcrimine à fratre Duce Arverniæ Comes, Cardinalis, Eques Melitenſis & Dux Caſtelli Theodorici, clypeos ſuos diſponant, mihi non cognitum eſt. Turennii Mareſcalli ſcutum.

§. XI. Titulus Ducis ita formatur: *Supremus Dux Bullionii, Dux Albreti & Caſtelli Theodorici, Comes Arvernia & Eburovicii, Vicecomes Turenna & Laureaci, Vice-Dominus Tulli, Baro Limolii & Montgaſconii, Par & Magnus cubicularius Francia, gubernator utriusque Arvernia.* Rationes tituli in aprico: *Bullionium* à Carola Marcana obtinuit Henricus, *Albretum*, *Caſtellum Theodorici*, *Arverniam & Eburovicios* à Rege permutationis titulo Fridericus Mauritius, *Turennam* Annetus à conjuge Anna, ab eadem *Limolium*, quod Annæ avia Margareta de Gallard marito Nicolao Bellofortio attulerat, *Montgaſconium* ab Anna Turria conjuge Franciſcus. De *Laureaco*, quod Bertrandus Turrius à Ludovico XI. pro Bononia accepit, & demum à matre Catharina Medicea regina obtinuit: nec non Vice-Dominio *Tullenſi* quod dicam non habeo. Titulus Bullionii Ducis.

§. XII. Antequam finiam, operæ pretium eſt videre *ſcutum progonologicum*, quod *Turennio Vicecomiti*, atque ita pari ratione fratri ejus *Bullionio* concinnatum deſcribit *Geliot. indic. armor.* voce *pennon genealogique* p. 531. 532. & exhibet p. 536. Quod præter parmulam toti impoſitam, Turrio emblemate inſignem, octo laterculos exhibet, in quibus matrimoniorum, quæ octo in directa linea paterna majores Turrii contraxerant, notæ deſignantur. Primus ergo exhibet *Naſſovia* inſignia à matre, proximus *Montmorencia* ab avia, tertius *Turrio-Arverna* à proavia Anna Franciſci II. Vicecom. Turenni conjuge, quartus *Pontia* (nimirum *argenteus faſciam baltheis rubeis & aureis* exaratam) ab abavia Antonia Antonii Vicecom. Turennii compare, quintus *Bellofortia-Turennia* (quæ ſunt in *argentea* areola *baltheus cyaneus ſex roſis rubeis* comitibus cum adjecto ſymbolo *Turenniarum taniarum* in diſpoſitione quadripertita) ab aravia Anna Bellofortia herede Turennia uxore Anneti Turrii, ſextus *Bellofortia* (baltheus cum roſis) à Margareta tritavia Bertrandi II. Turrii Dn. d'Oliergues conthorali, ſeptimus *Chalenconia* (laterculus quadripertitus *auro & minio*, cum *limbo nigro octo floribus lilii aureis* impreſſo) à tritavi matre Beatrice Agneto II. Turrio Dn. d'Oliergues nupta, & ab hujus matre Catharina Narbonenſi *Narbonenſia*, quæ ſunt area quadrifida, tota tamen *minio* tincta, in cujusquadra ſecunda & tertia *leo argenteus* apparet. Iterum p. 537. docet progonologicum 64. majorum ex utroque latere, æqualiter aſcendendo componere: ſed neſcio quo errore factum ſit ſeu typographi ſeu Scutum progonologicum.

autoris, ut qui Turria promiserat, Tremollia Henrici Caroli Tremollii D. Thoarsii exhibuerit. Si vero quis scire cupiat, quæ σύμβολα exhibenda sint, nullo negotio ex nostro Theatr. Nob. Europ. P. I. p. 17. concinnare noverit.

Caput XCIV.

Bar. & Com. Turzonii.

ARGUMENTUM. 1. *Familia.* 2. *Scutum.*

§. I.

Familia. PEr illustris familia *Turzonia, Baronum & Comitum*, dicitur ex *Tartaria* in *Poloniam* & *Hungariam* venisse, unde linea una in Germaniam transiit, sede *Augustæ Vindelicorum* sumta: sed in *Hungariam* rediere & in *Austriam*, ubi sub Ferdinando I. à comitibus Hardecciis emere dynastiam *Gravenegk* infra Crembsium ad Danubium. Vixit ex ea gente 1446. *Georgius Turzo de Bethlem Falva*, pater *Ioannis*, quo nati *Ioannes* Episcopus Vratislaviensis, *Stanislaus* Episcopus Olomucensis, *Sigismundus* (an *Franciscus*) 1504. Episcopus Nitriensis & Vratislaviensis. Quorum frater *Georgius* Banus Ungariæ gentem propagavit.

Scutum. §. II. Scuto usi sunt quadripertito in hunc modum, ut prima & extrema quadra transversè secaretur, & in superiori parte *rubea* exsurgeret πόλομη *leonis coronati aurei*, in inferiori *aurea tres rosæ rubeæ*. 2. 1. In secunda vero & tertia regione *cæruleæ expandebantur tres alaudæ aureæ*. Illud cum symbolum gentile sit, semper omnes eo usi: Hanc tesseram Ferdinandus I. gratiose concessit, eâque linea Austriaca usa est, sed demum ut servaretur cum Hungarica linea similitudo, iterum omisit. De apice mihi non constat.

Caput XCV.

Domus Velasca.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Lineæ.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*
4. *Ducis Maquedæ scutum.*
5. *Cardenenses.*
6. *Manricia tessera ex Larensibus & Aguilariis.*
7. *Mendoza-Vega.*
8. *Apex.*

§. I.

Familia Lineæ. VElascorum inter Castellæ proceres illustrissimum nomen est, in *Harensem, Sirvelensem & Ribillensem* ramum distincta stirpe. *Harensis* ramus axioma nactus est, ut ex eo sint *Conestabiles Castiliæ & Legionis*.

Scutum. §. II. Equites aurei Velleris Chiffletius tres hujus rami recenset, iisdem usos insignibus n. 153. 167. 346. Et quidem scutum *quindenis tessellis ex auro & vellere vario impressum* conspicitur, atque *circumdatur limbo octonis latereculis Castellæ & Legionis angularibus composito*. Illud *Velascorum* proprium est insigne: limbus *dignitatem hereditariam* notare videtur,

Apex. §. III. *Apex* è galea tecta diademate tortili ex auro & cyano, quæ etiam tinctura est *lacinarum* dependentium, prorumpit *leo aureus lingua & falculis cæruleis*.

Ducis Maquedæ scutum, Cardenenses. §. IV. Ex *Ribillæ* comitibus descendit *Antonius de Velasco D. Maquedæ*, cujus scutum repræsentat *Sammarth. L'est. de l'Esp.* p. 57. illa serie.

§. V. In clypeo quadripertito primam aream *tessellæ Velascorum* replent: secundam constituit symbolum *Cardenense*, nimirum in *alveo aureo duo lupi gradientes nigri, circumducto limbo rubeo*, inscriptis *octo conchyliis*, & inter ea totidem literis *S* capitalibus ex auro. Cæterum Cardenensium in Castilia celebre fuit nomen, & ex illis non unus ortus est ramus; primarius vero floruit Ducum Maquedæ, à Didaco prosatus. Sed successio demum ad Velascos Ribillæ comites delata est.

Manricia tessera ex Larensib. & Aguilariis. §. VI. Tertia area quadripertita, hinc *Larense*, istinc *Aquilarium* symbolum repetit. Illud in quadra rubea repræsentat *ollas duas aureas, triplici ductu nigro incurvo transversim striatas*, cum *septem anguiculis* ad *singula ansarum retinacula, tribus introrsum*

Digitized by Google

introrſum, *quatuor extrorſum* erumpentibus: hoc conſtat *novem* alveolis, quorum quinque ſymbolum *Legionenſe*, quatuor *Caſtellanum* referunt. vide *Chifflet.* Eq. Aur. V. n. 155. Hæc junctim dicuntur ſymbolum conſtituere *Manricia gentis*, quæ in *Caſtannedenſi* & *Trebinnenſi* ramis diu in Hiſpania floruit: ex hoc fuit Petrus primus *Najeræ* ſ. *Naxaræ* Dux, reliquorum ſator. Sed ejus abneptis Luiſa Ducatum & ſucceſſionem marito *Bernardo de Cardenas* Duci Maquedenſi attulit. Inde uniti illi Ducatus ad Velaſcios delati ſunt.

§. VII. Quarta quadra in decuſſim ſecta *Mendozium* & *Vegenſe* ſymbola conjungit (de quibus c. 63. n. 3.) Ratio petenda videtur à matre Antonii Nicolaa Hurtado de Mendoza. Mendoza-Vega.

§. VIII. *Apex* apud *Chifflet.* Eq. A. V. n. 155. eſt ex galea diademate tortili tecta erumpens *leo aureus*, lingua & falculis coccineis, dextra tenens ſtrictum pugionem aureo capulo, mucrone deorſum converſo. *Lacinia* vero dependent aureæ & coccineæ. Apex.

CAPUT XCVI.

Bar. Vintler de Platſch.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Sedes Bolzanum. Runckelſtein. Platſch. Tres linea.*
2. *Gentilis Vintlerorum teſſera.*
3. *Fam. vom Thurn. Diploma Alberti D. Auſtriæ.*
4. *Platſchium ſymbolum. L. Leopoldi Imp. gratia.*
5. *Galea.*
6. *Ex communicatione Bar. Joh. Adami.*

§. I.

INter Equeſtres Tyrolenſes familias diu *Vintleria* è præcipuis fuit. Poſſidebat olim caſtrum antiquum, nunc totum collapſum an der Vintl / non longe Mülbacho *vallis Puſteriæ* ſito. Unde etiam cognomen traxit: de quo inde *Bolzanum* ſe contulit, ubi ſuam nobilem ſedem ſeu turrim prope *Portam Vintlerianam* ab hac dictam à longo tempore habuit. Jam mentio fit in antiquo quodam inſtrumento de *Porta Vintlerorum* 1147. Item anno 1292. emit *Matthias Vintler de Bozano* à nobilibus de Wangen *Plateam* ab his nominatam cum omnibus pertinentiis à Franciſcanis usque ad portam Vintlerorum. *Nicolaus Vintler* de caſtro *Runckelſtein* Eques, Hypothecarius Dominus *Gris*, *Stein*, *Rutten*, *Sarenthein*, &c. Alberti, Wilhelmi & Leopoldi Ducum Auſtriæ Conſiliarius, locumtenens & ſupremus officialis Atheſinæ, caſtrum *Runckelſtein* vetuſtate collapſum à ruinis reparavit & reſtauravit 1386. & obiit 1413. Ejus fratres fuere *Franciſcus de Runckelſtein* & *Rendelſtein* Eques & Capitaneus Vallis Sarenthinæ, qui obiit 1424. relictis liberis pluribus (ex quibus *Ioannes*, qui arcem *Gereut* emit 1446. deceſſit) & *Ioannes* 1392. extinctus, pater *Chriſtophori*, *Ioachimi*, *Ioannis* (qui Friderici Ducis Auſtriæ theſaurarius Meranienſis, Præſes Provincialis ad Atheſin & Legatus ad Venetos) atque *Leopoldi*, à quo ex *Catharina de Platſch* herede genitus *Conradus II.* Capitaneus Vallis Sarentinæ, ſupremus præfectus ad Atheſin atque Oenum, Sigismundi Archiducis Conſiliarius ejusque uxoris Eleonoræ Reg. Scoticæ aulæ præfectus, qui 1485. vivendi finem fecit. Pater ex ſecunda conjuge *Agnete Anichin* præter alios liberos trium filiorum, *Nicolai*, *Georgii* & *Chriſtophori*. A quibus totidem lineæ ſuperant. Equeſtri dignitati gratia Imperiali *Baronum* acceſſit titulus, quo jam quoque familia inſignis eſt. Familia. Sedes Bolzanum. Runckelſtein. Platſch. Tres lineæ.

§. II. Scutum quo utuntur quadripertitum eſt, & in prima atque quarta area *rubeis binos pedes urſinos abſciſſos argenteos*, in ſecunda & tertia *aurea ternos nigros abſciſſos vulnere cruento tranſverſim locatos* repræſentat. Prior teſſera genuina veterum *Vintlerorum* eſt. De cujus origine illi verſus: Gentilis Vintlerorum teſſera.

Was die begraute Zeit/ zwar dencket zu vernichten/
Das pfleg ich meinem Gſchlecht zum Ruhm diß auffzurichten.
Das Kindes-Kindes-Kind hierauß erſehen kan/
Was Namens und Geſchlechts ſeynd gweſen ſeine Ahn/
Der Urſprung hätte zwar/ ſoll gſetzet ſeyn mit bey/
So weiß der liebe GOtt/ wer der geweſen ſey.

Digitized by Google

Von etlich hundert Jahrn / in Widerwertigkeit
(Wodurch die Brieff verlohrn) diß Gschlecht groß anstoß leid.
Doch hält man vor gewiß / daß einen Beren wild
Ein Vintler hab erlegt / die Pratzen gführt im Schild
Ihr alten Adels-Sitz / ein Thurn bey Bozen hervor /
Die gantze Wanger-Gaß / biß hin zum Vintler-Thor.
Runckel- und Rendelstein; Stein / Rütten / Grieß und Graben /
Samt noch der Orten mehr / diß Gschlecht thut innen haben.
Groß Stifftung sie fundiertn / ich wil vom Reichthum schweigen /
Wer sie gewesen seyn / kan die Stadt Bozen zeigen.

§. III. *Terni ursini pedes* familiam notarunt *vom Thurn* in Bozen, cujus ultimo *Reinperto* mortuo, Vintleris petentibus eam 1393. *Albertus* Dux Austriæ concessit. Verba diplomatis ita sonant: Wir Albrecht von GOttes Gnaden / Hertzog zu Oesterreich / zu Steyer / zu Kärndten und zu Krayn / Grafe zu Tyrol / ꝛc. bekennen offentlich mit dem Brieff / daß für uns kommt unser lieber getreuer Niclas der Vintler von Bozen / unser obrister Amtmann bey der Etsch / und legt uns für / wie uns die Wappen von weyland seines Vettern Reimbrecht seel. vom Thurn zu Bozen abgestorben / und ledig worden wären / und bath uns / daß wir ihm / und Frantzen seinem Bruder / und mit samt ihm / weyland Hansen seel. deß Vintler / ihres Brudern Söhnen / die verleihen geruheten / daß haben wir gethan / und haben als Landsfürst und Herr unsers Fürstenthums zu Tyrol / den genannten Niclasen und Frantzen Gebrüdern den Vintlern / und mit samt ihnen weyland Hansen seel. ihres Bruders Söhnen / auch ihr aller Erben / dieselben Wappen von Gnaden verliehen / und leihen auch mit dem Brieff / was wir ihn zu recht daran leihen sollen oder mögen / auff daß sie zu allen ritterlichen Spielen / Schimpff und Ernst die führen und nutzen sollen oder mögen / als Wappen und Landsrecht ist / und seynd das die Wappen / ein Schild von Gold / und darinnen drey schwartze Perntatzen ohn Zeckel in Ph. . . . gestratzet / item / auff den Helm zwey Perntatzen mit Zeckel / gekrönt von Gold / gerocket auff . . . haben. Mit Urkundt dieses Briefs / Geben zu Wien / an der H. drey König Abend / Anno 1393.

Fam. vom Thurn. Diploma Alberti D. Austriæ.

§. IV. His quadris imponitur *media parmula*, lineis duabus ex inferioribus angulis scuti in medium superioris marginis ductis in tres partes distincta; ita ut latera hinc *cocco*, isthinc *argento* tingantur, *medio triangulo nigro* intercepto. Hoc σῆμα fuit veteris gentis de *Platsch*, cujus heredem *Leopoldus Vintler* duxit, & veterem sedem *Platsch* 1402. ab Ulrico Episcopo Brixinensi feudo accepit, unde posteri clypeo suo inseruerunt. Hoc scutulum *Leopoldus Augustus* imposita corona, & nigro cuspidi litera *L.* aurea inserta ornavit, quæ Leopoldum vel gratiæ autorem Augustum, vel Platschiæ Catharinæ conjugem notat.

Platschiũ symbolum

L. Leopoldi Imp. gratia.

§. V. Hanc parmam ornant tres impositæ cassides: media *coronata, alam tricolorem medii scutuli sectione & tinctura* insignem sustinet, pennis hinc rubeis, isthinc argenteis, medio triangulo nigro litera *L* aurea insigni. Laciniæ dependent rubeæ & aureæ. *Prima* etiam *coronata* est, & *Vintlerorum* antiquos duos pedes ursinos sustinet. Porro coronam illam *Ioannes Vintler* Friderici D. Austriæ Thesaurarius & supremus officialis Atheſis, cum quo in concilio Constantiensi fuit, à Sigismundo Imperatore 1415. accepit. *Laciniæ* minio & argento pinguntur. *Tertia* galea non minus *coronata* duos pedes ursinos nigros aversos sustinet, auro & nigro colore infectis laciniis.

Galeæ.

§. VI. Quæ hic consignata, debeo humanitati Perillustris Dn. *Ioannis Adami Vintleri Baronis*, de gente sua optime meriti, qui virtutis militaris causa ab Imperatore *Reinfeldæ* præsidio præpositus, & cui ob hoc lector mecum ad gratias agendas obstrictus est.

Ex communicatione Bar. Joh. Adami.

CAPUT XCVII.

Domini de Volckersdorff.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Auctius.*
4. *Ratio.*
5. *Apex.*

§.

Familia. ILlustris *Volckerstorfiorum* Dominorum familia, nomen sortita à castro *Volckersdorf* in Austria

Auſtria ſupra Anaſum (quod Comites Tillii renovatum de ſuo nomine *Tillispurg* dixere) ad quendam *Ottonem Dn. de Volckersdorf* refertur, qui 1142. claruit. Ex ejus poſteris vixere 1264. *Hieronymus & Bernardus* fratres, quorum in antiquis chartis fit mentio, nec non 1341. *Alberonis* qui dicitur der Erbare Herr Alber von Volckersdorff/ qui titulus hodie pene contemtus illo ſeculo eximius erat. Iterum 1401. *Alberonis de Volckersdorff* ſ. der Volckenſtorffer. Claruit ex ea gente cumprimis *Sigismundus*, qui Archiepiſcopus fuit *Salisburgius*, & Maximilianum I. deinceps imperatorem in baptiſmo abluit. Familiam clauſit *Wilhelmus* patrum memoria, aliquot ſororum frater.

§. II. Scutum ſtirpis *argenteum* eſt 15. *maculis nigris* ſ. pontici muris caudis interſtinctum. (5.4.3.2.1.) Aliqui aurea puncula maculis addunt, ſed & numerus quindenarius non conſtanter ab omnibus ſervatus eſt, verum plures nonnunquam, alias pauciores maculæ uſurpatæ ſunt. Scutum.

§. III. Poſt hæc uti ſoliti ſunt clypeo *caruleo* pluribus figuris inſignito, in quo videlicet repræſentatur *provincia ſolo viridi*, ex quo *duo montes* exſurgunt, quorum utrique *templum* vel *caſtrum* inædificatum è regione viſitur. *Solo inequitat vir armatus equo candido vectus, dextra ſcutum illud priſcum hermionicum* geſtans, ſiniſtra vero *vexillum argenteum aureis caudis pontici muris*, capite tectus *galea gentili*, quam mox deſcribemus. Auctius.

§. IV. Ratio hujus ſymboli forte ex eo, quod olim *in ſigillo* equite armato uſi fuerunt, unde Imp. *Fridericus IV.* eundem ſcuto inſeruerit, & cum prius *vexilliferi* (Panierherren) in Auſtria fuiſſent, vexillum addiderit, cum eos in cenſum *Imperii nobilium* referret, zu deß Reichs freyẽ Edlen erhebt. 1458. & jus cerâ rubeâ ſignandi concederet. Ratio.

§. V. Ex galeâ coronatâ protenduntur duo *cornua argentea, quinis maculis hermionicis* ſignata, inter quæ coronæ inſiſtit *crux rubea*. Lâciniæ ſunt argenteæ & nigræ. Apex.

CAPUT XCVIII.

Duces Urbini.

ARGUMENTUM.

1. *Duces Urbini.* 2. *Scutum Montfeltrii.* 3. *Confalonerii Eccleſiæ.* 4. *Gens Roborea.* 5. *Apex.* *Sicilia δᾶγμα.* 6. *Ducatus ad Rom. curiam delapſus.* 7. *Principatus Camerini.*

§. I.

DUcatus *Urbinas*, à capitali civitate dictus, & Tuſcia, Ducatu Spolerano, March. Anconitana, Romaniola atq; ita omni fere ex parte Pontificiis ditionibus cinctus, quibus nunc ipſe quoq; accenſetur, hoc adhuc ſeculo peculiares habuit Duces. Quorũ ſcutũ cõſiderare ordo jam poſtulat. Duces Urbini.

§. II. Scutum à ſummo bipertitum eſt: *Palus* primus tranſverſe ſectus apparet: *Parte ſuperiori aurea, aquila nigra, corona, roſtro & cruribus aureis* impreſſa: inferiori *auro & cyano ſexies oblique faſciata*. Paulo aliter *Briarvill. jeu d' arm. p.* 100. qui dicit ultimos Duces, primo *baltheo aureo* impreſſiſſe *nigram aquilulam*. Cæterum aquila hæc *Monfeltriorum* eſt. Ex quibus Fridericus à Guidone Antonio Urbini principe adoptatus, à Sixto IV. Dux Urbini proclamatus eſt, ſed ex filio Guidone Ubaldo, qui ſucceſſit, atque maſculos gentis clauſit, non habuit poſteritatem. Balthei diagonales ipſum Ducatum *Urbini* deſignare dicuntur. Scutum. Montfeltrii.

§. III. Palus medius *coccineus, Pontificio vexillo aureo ac duabus clavibus* decuſſatis, dextra aurea, ſiniſtra argentea, argento colligatis, impreſſus, notat *Confalonerii & capitanei Eccleſiæ* dignitatem, quam familia Pontificum gratiæ debuit. Confalonerii Eccleſiæ.

§. IV. Ultimus *palus* bipertitus eſt tranſverſe, parte ſuperiori *cærulea* cum *aurea quercu bifurca* & ejusdem metalli *radicibus: pars inferior* ad perpendiculum quadrifida, laterculos *Hungaricum, Siculum, Hieroſolymitanum & Aragonicum* continet. Quercus ea ſ. robur inſigne eſt *Roboreæ* gentis, & ad nomen alludit. Ea humili loco *Savonæ* orta (*Thuan.* L. 1. p. 64. & multum ſuæ dignitatis debet duobus, qui *Pontificiam* ſedem ex ea tenuere *Sixtus IV.* & *Julius II.* Hujus fratres *Leonhardus Dux Soræ* fuit, & *Ioannes* eundem titulum geſſit, cum vero uxorem haberet *Joannam Guidobaldi Monfeltrii Urbini Duc.* ſororem, filio ejus *Franciſco Mariæ* Ducatus hic poſt avunculi mortem collatus eſt. Is dein Leonem X. infenſiſſimum hoſtem expertus, & ab eo proſcriptus eſt: inde *Laurentius Mediceus Urbini* Dux fuit. Sed iſte ſub Hadriano & Clemente reſpiravit. Ejus pronepos fuit *Fridericus Ubaldus*, qui 1623. moriens filiam reliquit *Victoriam*. Cæterum *Alexandri VII.* hanc quadram Roboream ſuis etiam inſeruit inſignibus. Quod laterculos *Siculos* attinet, non aliam rationem invenio, quam quod *Leonardo Soræ Duci* filia notha *Ferdinandi* regis Neapolitani & Siciliæ nupſerit. Qua ratione vero Hungariæ, Hieroſolymorum, Sicula & Aragonia teſſeræ coaluerint, alibi dictum, ut hic repetatur neceſſe non eſt. Gens Roborea. Siciliæ δᾶγμα.

§. V. Galeæ coronatæ, ex qua laciniæ dependent aureæ & cæruleæ, imponitur *porta templi decumana*, argentea, lapidum juncturis fuſcis: Zophoro inſcript. nigris characteribus DIVV. PETR. Apex.

§. VI. Poſt mortem ultimorum Ducum Friderici Ubaldi & ejus patris Franciſci Mariæ tanquam feudum caducum *Romana curia* principatum ſibi aſſeruit, licet, qui Victoriam illorum filiam & neptem filio uxorem impetraverat, *M. Hetruria* Dux ſpem de obtinendo aliquam habuerit, & varia agitata ſint conſilia. Vide *Capriat. Hiſt. L. 7. p. 599.* & alibi. Ducatus ad Rom. curiam delapſus.

§. VII. De *Camertium* ſ. *Camerini* ditione per conjugium obtenta, ſed iterum à Paulo III. per injuriam ablata Roboreis lege *Thuan.* L. 1. p. 64. 65. Principat. Camerini.

CAPUT

Digitized by Google

juribus ſupremitatis, & exerceat potentiam ac authoritatem ſupremam in ſuo ſtatu & in ſuos ſubditos, idem reputetur Princeps. Ex quâ ratione omnes omninò Duces, tum Germaniæ, tum Italiæ, etiam illi, qui feuda tenent, aut ab Eccleſia, aut Imperio, qui ultra memoriam mortalium, aut per inveſtituram, ad determinatum tempus, aut in perpetuum, per acquiſitionem, aut alio modo, gaudent juribus ſupremitatis, in quorum familia reſidet ſupremitas, quales ſunt Duces Sabaudiæ, Lotharingiæ, Mantuæ, *omnes adeo Duces & Principes, qui tenent ſupremitatem & eandem dignitatem fruuntur inſuper paribus juribus, ſine contradictione reputantur Principes, titulo & ordine Principum ipſis competente. Eapropter Domini* principes Regii ſanguinis *nuncupantur* Principes, *quod per Galliam ſolis ſint capaces Principatus & ſupremitatis, adeoq; ſucceſſionis Regiæ, quæ ſane eminentiſſima eſt ſupremitas in orbe Chriſtiano. Cùm igitur Dux Bullioneus iſtius ſit conditionis, & ducatus ille paris dignitatis, talis habitus à regibus noſtris & ab Imperatoribus, tum etiam ab aliis regibus & principibus, vel propter* Principatum Sedani, *ex regula iſta infallibili, ut quicunque audiat Dux ſupremus, aut prognatus ex familia ſuprema, idem perinde ſit princeps, exiſtimat ille, ſeſe firmo inniti fundamento, non tantum ut poſtulet illum titulum, ſed etiam ordinem Principis; titulo etiam non controverſo, exinde ordinem, veluti illuſtriorem notam Principatus, ex ratii & functionis illius, ſibi conſervandum eſſe, cùm hoc ex illo pendeat. Hoc jure ſic conſtituto, reliquum eſt, ut ex uſu demonſtretur, Duces Bullioneos, pro more caterorum principum ſupremorum & eorum, qui natales referunt ad familias ſupremas, eſſe in poſſeſſione publica* Ordinis Principalis, *eos tenuiſſe & aſſeruiſſe cum cæteris principibus, conſervatos & aſſertos fuiſſe in eo ordine: cujus rei aliquot exempla, ad deciſionem controverſiæ ventura, producemus. Hiſtoria annotat, inter* Principes, *qui comitabantur Philippum Ducem Burgundiæ & interfuerunt tranſactioni Atrebatenſi, anno* 1435. *recenſeri* Ducem Bullionii, *hoc ordine, Dux Geldriæ,* Dux Bullionii, *Johannes Clivenſis, primogenitus Ducis Clivenſis, Comes Valdimontii, ſecundogenitus Ducis Lotharingici, Carolus Burgundus, Comes Nivernii, Ludovicus Comes Sancti Pauli, Iohanes Burgundus Comes Stamparum, Iohannes Lucemburgicus Comes Ligniі, Epiſcopus Cameracenſis & Leodienſis. In Comitiis Imperialibus, quæ habita fuere* Ratisbonæ *anno* 1471. *tempore Friderici III. Imperatoris,* Dux Bullioneus & Princeps Sedani, *qui tum erant, ordinem & ſeſſionem tenuere cum ducibus Lotharingiæ, Sabaudiæ, veluti paris dignitatis, & cum reliquis omnibus Ducibus ſupremis, & Principibus liberis, dependentibus ab Imperio, & ad titulum feudi aut protectionis, id quod patet in collectaneis legum & Conſtitutionum Imperialium, quæ dedicata fuerunt Imperatori Matthiæ. Rex Carolus VII. ſuſcepit per* tranſactionem *anni* 1486. *in ſuam protectionem Rupertum Marchiæ,* Ducum Bullionii & Dominum Sedani, *cum filio & omnibus ipſorum locis ac domiciliis adverſus Ducem Auſtriæ & alios, qui ipſis bellum veniebant inferre aut damnum aliquod, ob officia Galliæ reddita, ubi ipſis promiſit opem, ſuppetias & favorem, tanquam dynaſtis ſui ſanguinis & progeniei, ut nec tranſactionem, nec pactum ullum cum duce Auſtriæ aliisque eſſet facturus, quin eos comprehenderet. In executione cujus tranſactionis anno* 1493. *idem* Dux Bullioneus *comprehenſus fuit in tranſactione pacis Sylvanectenſis; inter regem Carolum VIII. ex una, & Maximilianum I. regem Romanorum; poſtea Imperatorem, & Philippum Archiducem Auſtriæ, ex altera parte; ex cujus ſerie per tranſactionem particularem, quæ anno* 1496. *die* 26. *Dec. inter illos Archiduces & eundem ducem Bullioneum inter ceſſit, inter cætera jubebatur, ut Bullionium, quod fervente bello erat captum, per executionis tenorem redderetur. Anno* 1497. *ex virtute iſtius protectionis idem Rex præſtitit ſeſe arbitrum, ut litem componeret, inter ducem* Bullioneum, *tanquam* Dominum Sedani & Renatum *Ducem Lotharingiæ ortam, cui bellum inferebat ob aliquot dynaſtias, præter fas & æquum detentas, miſſo in eum ſolum finem Baudricurtio, Mareſchalco Galliæ; qui poſt pluria acta hoſtilitatis pacem inter ipſos compoſuit, per quam tranſactionem, ex illorum conſenſu, & ingratiam regis conventum fuit, ut* Dominus Sedani, *propinquus Ducis Iuliacenſis, neque ipſi, neque Archiducibus Auſtriæ inſerviret, ſua perſona aut Sedano, adverſus Ducem Lotharingiæ. In tranſactione inita* Cameraci, *decimo Decembris, anno* 1508. *inter regem Ludovicum XII. & Carolum ducem Geldriæ, Imperatorem Maximilianum I. & Carolum Archiducem Auſtriæ,* Dominus Sedani *comprehenditur inter ſocios & fœderatos coronæ Gallicanæ. Et in* Londinenſi, *quæ incidit in* 7. *Auguſti, anno* 1514. *inter eundem regem Ludovicum XII. & Henricum VII. regem Angliæ, nominatur cum ducibus Sabaudiæ & Lotharingiæ, Geldriæ, Republi-*

Bullionio rum vetus dignitas & locus in tractatu Atrebatenſi.

Comitiis Ratisponæ

In protectionem Franciæ ſe dederit.

Compre henſi pacificatorum.

Republica Venetorum, Dynaſtia Florentiæ, Marchionibus Mantuæ, Montferrati & Saluſſarum, quemadmodum & in illa Novarodunenſi, 13. Auguſti, anno 1516. *inter regem Franciſcum I. & Carolum regem Hiſpaniæ, poſtmodum Imperatorem; tum in illa, quæ ſanciebat ligam offenſivam & defenſivam, cum Henrico VIII. rege Angliæ, anno* 1527. *conventum fuit; ut procuraretur bellum ex parte regis Navarræi, ducis Geldriæ &* dynaſtæ Sedanenſis, *qui terras Imperatoris invaderent ſuo quisque loco. In tranſactione* Caſtello-Cameracenſi *rex Henricus II. & Philippus II. rex Hiſpaniæ, anno* 1559. *comprehendunt* dynaſtam Sedanenſem *cum ducibus Lotharingiæ, Sabaudiæ & Mantuæ, aliisque ſociis coronæ Gallicanæ, quemadmodum & in illa Vervviniana, anno* 1598. *Præter tranſactiones iſtas publicas patent etiam particulares, tum ſocietatis tum protectionis, inter reges & duces* Bullionii *&* dynaſtas Sedanenſes, *unde in diverſis titulis illos nuncupant ſocios ſuos & confœderatos. Anno* 1518. *die* 27. *Aprilis* dynaſta Sedanenſis, *qui rerum tum potiebatur, & Epiſcopus Leodienſis, ipſius frater, tum ſanxivere pacta quædam ſocietatis & confœderationis ad ſanum Ivronis, pro emolumento ſuo & ſuarum provinciarum cum Carolo Auſtriaco, rege Hiſpaniæ, propter Belgium, ad quæ pacta acceſſere tunc ſtatus Leodienſes. Illa pacta attraxere alia, ſancita Bruxellis, die* 7. *Decembr. anno* 1549. *ratihabita Saragoſſæ, à rege Hiſpaniæ, die* 22. *Januarii ſecuto. Cum autem Rex impegiſſet in illa pacta, in bians juribus* ſupremitatis Bullioneæ, *in præjudicium ſententiæ ultimæ & ſine appellatione datæ per Pares Ducatus iſtius, qui ab omni ævo nullum Regem neminem in ſuperiorem agnoſcunt, præter ſuum Ducem, id quod notavit* Bellæus *in hiſtoriæ illius temporis, Dux igitur Bullioneus, ut vindicaret hanc injuriam, deſerit illius ſocietatem, & tranſit ad illam Galliæ, quemadmodum & rex Franciſcus I. eum in ſuum ſuſcepit patrocinium, per tranſactionem anni* 1520. *qua promittit ipſi opitulari, ipſum defendere adverſus quosvis & contra omnes, etiam contra Imperatorem, cui ad inſtigationem regis cepit facere bellum in agro Luxemburgico, quod tamen poſt modum incendium corripuit Galliam, quemadmodum videre eſt in hiſtoria. Cum defunctus* Dux Bullioneus *adipiſceretur Ducatum Bullioneum & Dynaſtiam Sedanenſem, acquiſitis ſibi omnibus juribus familiæ Sedanenſis, apud omnes omninò, qui aliquid juris & nominis ibi habere poterant, Rex Henricus IV. ipſi patrocinium prorogavit, & per ſeriem illius comprehenſum voluit in tranſactione* Vervinianâ *inter ſocios coronæ; agnovit etiam ipſum diverſis titulis & tabulis publicis Ducem & Principem ſupremum, quemadmodum Reges prædeceſſores fecerant erga duces illius prædeceſſores. Etiam in* tranſactione *anno* 1606. *renovavit illud patrocinium, quod poſtmodum confirmatum voluit rex Ludovicus XIII. anno* 1616. *&* 1641. *quod patrocinium nullam prorſus infert ſubjectionem aut dependentiam, præter honorem & reverentiam, uti principes minores, & inprimis patrocinio gaudentes, debent majoribus, & principaliter Dominus Bullioneus regi. Quamvis autem Dominus dux Bullioneus non ſit prognatus ex iis, qui poſſedere hos principatus ſupremos & dynaſtias ante ipſum, quæ dominia tranſierunt per diverſas familias, nempe domum* Arduennæ, Boloniæ *&* Marchiæ, *& tandem inciderunt in ipſius domum per acquiſitionem, quam defunctus ejus parens obtinuit titulo legitimo; id verò nihil impedit, quin illæ dignitates ſupremæ, quæ ad ipſum ſunt tranſmiſſæ per ſucceſſionem, ipſi competant, cum omnibus ſuis prærogativis, jure natalium ab authoribus. Supremitas enim metienda eſt ex ſupremo dominio, in quo reſidet dignitas, & per idem communicatur perſonæ Domini, qui illud poſſidet, cùm nihil neceſſe ſit ex domo ſuprema prodiiſſe ſupremum, adeoque ſatis ſit, ipſum poſſidere dominium ſupremum. Quapropter videtur abunde comprobatum, duces Bullioneos ſemper tenuiſſe ordinem principum, tales fuiſſe agnitos & per Imperatores, & per Reges, aliosque Principes ſupremos, qui ipſis hunc ordinem dedere cum omnibus reliquis principibus, cum paris eſſent dignitatis ſecum, vel cum ducibus* Sabaudiæ, Lotharingiæ *&* Mantuæ, *qui capita conſtituunt familiarum illuſtrium, unde prodiere duces Guiſiæ, Nemurſii & Niverſii, ad quorum exempla Dux Bullioneus poſtulat easdem prærogativas & præcedrias, quibus illi gaudent, ex cenſu principum exterorum. Ut autem res luce meridiana fiat clarior, dici præterea poteſt, duces Bullioneos eſſe itidem in* poſſeſſione illius **Ordinis** *per Galliam, æque ac in aliis ſtatibus & provinciis exteris: ſi verò aliquoties non ſunt fruiti eo propter tumultus, aut impubertatem ſuam, aut alia impedimenta legitima & neceſſaria, conſervarunt utique id jus & eam facultatem. Id ipſum poteſt colligi ex* declarationibus *Regum,* Caroli IX. *anno* 1572. Henrici IV. *anno* 1607. Ludovici XIII. *anno* 1612. *quæ ſane confirmatæ fuerunt per tranſactiones de protectione Sedani inſtitutas*

Pares aliis Principib. ex familiis exteris.

anno

anno 1616. *&* 1641. *per quas Reges promittunt ipſis conſervare ordinem & proedriam,*
Titulus principis exteri. *Ducatui competentem, & à rege Henrico II. ipſis datam, quapropter habent ſine ulla controverſia titulum* Principis exteri, *quoniam & Ducatus eſt ſitus extra regni limitem, ideoque conſequitur neceſſariò, ut eundem obtineat ordinem. Animadvertendum itaque eſt, Duces & Principes ſupremos, etiam* ſecundogenitos *ipſorum, inſiſtere exemplis, ut tueantur ordinum ſuorum Ducatuum & Principatuum, aut domorum ſupremarum, ex quibus ſunt prognati; certum nihilominus manet, eum honorem dependere ex voluntate & benevolentia Principum, qui illum in ſuis ſtatibus concedunt pro arbitrio, & conferunt iis, quos tales agnoſcunt. Ibi verò Reges noſtri exhibuere ſeſe facillimos erga* Principes exteros, *ſocios ſuos & Amicos, tum ſupremos, tum ex familiis ſupremis ortos, quibus dedere ordinem principum, ſecundum dignitatem natalium, quotiescunque in Aulis & comitatu regio, ſive ad aliquod tempus duntaxat, ſive in perpetuum conſpicerentur: cujus rei exempla adeò nota ſunt & communia, particulariter autem in gratiam eorum, qui literas obtinuere* naturalitatis *ſeu* inſitionis, *etiam matrimonia contraxerunt in regno, incolatumque conſtituere. Cum* Dux Albaniæ, Princeps Scotiæ, *domicilium fixit in Gallia, ordinem tenuit Principis exteri, duxitque Annam Turrenſem, Comitem Arvernia & Bolonia, ſororem maximam Magdalenæ Turrenſis, quæ & Dux erat Vrbini, & mater reginæ Catharinæ Mediceæ. Sic* Claudius I. *Dux Guiſiæ, utpote Princeps* Lotharingiæ, *duxit anno* 1513. *Antoniam Borboniam; Et Philippus Nemurſius, utpote princeps domus* Sabaudicæ, *duxit anno* 1528. *Carolam Aurelianenſem; & Ludovicus* Gonzaga, *filius Friderici I. ducis Mantuani, utpote princeps domus Mantuanæ, duxit Henricam Clivenſem, comitem Niverſii; anno* 1565. *Qui Principes utique originem dedere tribus familiis principalibus, & obtinent hac tempeſtate ordinem in hoc regno Principum exterorum. Ad horum exemplum rex Henricus II. qui primum eſt rerum potitus an.* 1547. *dedit* Duci Bullioneo, *qui tum imperitabit, ordinem Ducatui illi competentem, qui ſane principalis ſit oportet. In eo enim duntaxat conſiſtunt prærogativæ, dignitates & proedriæ, competentes illi Ducatui, quas juxta declarationem regis Henrici II. Reges ſucceſſores usque ad hæc tempora promiſere conſervandas. Neque verò id in aliam partem cum ratione poteſt rapi. Cùm igitur tunc temporis is fuerit uſus practicus per Galliam, & ordo dignitatibus in regno conſervatus, ut qui Dux audiret, perinde* Princeps *nuncuparetur, eò quod major dignitas Ducali non eſſet, nec quisquam alius, præter Principes ſanguinis regii & principes ex familiis*
Ducatus cum principali dignitate. *ſupremis Exterorum prognatos, Ducis nomine diſignaretur; hinc ad eundem titulum Duces Bullionei, & omnes ipſorum liberi nunquam non honorem tulere à Regibus & titulum cognatorum; conjuges etiam, & omnes omninò filiæ, cognatarum, adeo ut ſedem quælibet haberet apud Reginam, curru perſili frequentaret aulam Luparæ; quam poſſeſſionem produxerunt ad hunc usque diem, cùm id honoris nihil magis controvertatur, quam titulus Principis. Quoniam autem videtur eſſe reſtringendus ordo ipſorum ad aliquam differentiam quoad* alios Duces, *oportet ut demonſtremus, eos non verſari in pari dignitate; magnum adeo diſcrimen eſſe inter hos & illos. Per* Imperium, *ubi ordo dignitatum religiosè cuſtoditur,* Duces *obtinent ordinem Principum, poſt eos veniunt* Principes, *ducali dignitate vacui; deinde ſequuntur* Comites *iidemque Principes, & tandem Comites, ſimplicis illius dignitatis. Idem ordo ſervabatur antiquitus per* Galliam, *& obſervari poteſt in ordine & ſeſſione Equitum, qui Spiritui Sancto militant, quorum ſtatuta articulo VII. poſtulant, ut poſt Principes ſanguinis Regii procedant Principes prognati ex familiis ſupremis, ſcilicet ducalibus; exinde principes, ducali dignitate non fulgidi, deinceps Duces & Nobiles. Vnde colligi poteſt differentia, quæ patet inter* priſcos Duces, *prognatos ex familiis ſupremis, ſc. Duces Guiſiæ, Nemurſii & Neverſii & Bullionii, qui præterea hanc habent prærogativam, ut ipſius ſit ſupremus; & inter Duces, qui* non ſint Principes, *& poſt modum fuere creati, ex quibus* Dux Momorantii *primus numeratur, cujus Ducatus erigebatur anno* 1551. *ab Henrico II. rege; & cæteri deinceps abs rege Carolo IX. & ipſius ſucceſſoribus, quibus placuit multiplicare gemina feudalia Ducatuum usque ad numerum, quem hodie habemus.* Novi *igitur* Ducatus *iſti fuerint tantummodo* dignitates honorariæ, *à benevolentia Regum profectæ, & terris feudalibus attributæ, de quibus homagium præſtant, ut fruantur nomine duntaxat & honorario titulo Ducis, id quod ratificationes Curiarum Parlamentorum pleno ore loquuntur, & perinde longe diverſæ à Ducatu Bullioneo, cujus dignitas eſt* ſuprema, *quæ utique infert ſecum qualitatem Principis, adeo ut Dominus Bullioneus ſemper præcedere debeat reliquos Duces, ſine controverſia,*
Differentia aliorum Ducum.

Digitized by Google

verſia, cum Ducatum poſſideat longe antiquiſſimum quoad ipſos. Illa tamen nunquam poterunt poſtulare titulam & qualitatem Principis, ſicut ille, cum dynaſtiam poſſideant neutiquam ſupremam, quæ ſola confert iſthanc qualitatem & proedriam, quemadmodum ſuperius demonſtravimus. Imò illæ dignitates, ſicuti & Paritates, pure ſunt precariæ, & recidivæ ad coronam, tanquam feuda ab eadem dependentia, deficientibus hæredibus maſculis, juxta conſuetudinem regni, quam ſcitum Caroli IX. ann. 1566. confirmavit. Vnde is per declarationem ejuſdem anni in cum finem conſtituit, ut Miniſtri coronæ præcedant Duces nuperæ creationis. Sic anno 1572. cum Dux Ucetienſis præſumeret Ducem Bullioneum præcedere, eo quod Dux eſſet & Par ſimul, idem Rex conſervavit proedriam, Duci Bullioneo competentem, tanquam antiquioris dignitatis, nulla habita ratione prærogativæ ex Paritate quæſitæ; quæ utique dignitas diſtincta & differens ab illa ducali, ordinem tantummodo largitur in loco exercitii & functionis, quæ eſt conſpicua in Parlamento frequenti, non verò alibi, adeo ut nullum pondus hic inveniret. Sic an. 1566 Lud. Gonzaga, Princeps Mantuæ, duxerat Ducem Niverſianam, adeo ut propter conjugem evaſerit Dux & Par Galliæ; ibi Dux Momorantii, qui creatus fuerat Dux & Par anno 1551. interceſſit ejus receptioni apud Parlamentum, quoad ea quæ dignitatem Paritatis ſpectant, cùm argueret, eandem extinctam fuiſſe cum maſculis deficientibus; hinc ex qualitate Paris Gallicani poſtulavit ſibi proedriam in cæteris actibus Paritatis, Ducali dignitate intacta, eo quod Ducatus Niverſianus eſſet antiquior, erectus utique an. 1538. Lite pendente concurrebant in dignitate Paritatis, ſed antiquitas Ducatus, de qua nemo ambigebat, Duci Niverſiano ſemper dabat priorem locum, quod Dux antiquior audiret in omnibus omnino cæremoniis, ubi Duces ordinem ſuum tenent, propter Ducatus ſuos. An. 1597. Dux Bumaliæ princeps Lotharingiæ poſtulabat ex nomine Ducis & Paris proedriam adverſus eundem hunc Ducem Niverſianum, tametſi antiquior eſſet Dux præillo, cum Ducatus Aumaliæ fuerit ſublimatus ann. 1547. diceretq; adverſarium non ſuo, ſed conjugis nomine Ducem eſſe, quæ dignitatem illam non potuerit transferre, cum ipſius natus eſſet Dux; addito etiam ſplendore ſuæ familiæ. Statuit autem Curia per ſententiam die 5. Sept. eodem anno, nulla habita ratione natalium illuſtriorum, intacta penitus prærogativa & jure Paritatis, ut Dux Niverſianus, tanquam Dux Niverſii, præcederet in omnibus locis regni, Ducem Aumaliæ, tanquam Ducem Aumaliæ. Sic denique Dux Lucemburgicus, idem Dux & Par Galliæ, poſtulabat proedriam præ Duce Eſpernonio, tum apud Ordinem Equeſtrem Spiritus Sancti, tum in aliis omnibus locis, actibus, conſultationibus & Conventibus, ubi Duces obtinent ordinem Ducatum, tanquam Dux ipſo antiquior, cum Ducatum poſſideret, erectum an. 1576. Ille autem Eſpernonius cepiſſet an. 1581. intacta Paritate, quod Dux Eſpernonius præſtitiſſet prior ſacramentum Paritatis. Cum autem adminiculum quæreret in eo, quod Rex Henricus III. locum ipſi feciſſet ante Duces & Pares, antiquioris creationis, præter Principes, Dux Luxemburgicus itidem confugit ad nomen Principis, veluti prognatus ex familia ſuprema, adeo ut differentiam conſtitueret inter hæc tria nomina, Principis, Ducis & Paris. Iſta verò differentia inter Principes & Duces ingruebant ſolummodo propter dignitatem ſuorum Ducatuum & Paritatum, tum propter ordinem & proedriam, quam inde deducebant; neque tamen momenti ſunt, niſi in loco uſus & exercitii, cum ſint munia plane diſtincta, nec dignitatis, nec ex alium, quæ propter Duces Niverſii, Aumaliæ & Luxemburgi poſtulabant ſibi nomen principum, quod prognati eſſent ex familiis ſupremis. Idem licet animadvertere in illa controverſia, quæ nota fuit anno 1576. inter Ducem Bullioneum & Ducem Ucetienſem, qui quod Dux & Par eſſet Galliæ, conabatur priores ſibi vendicare ex geminata dignitate, Dux autem Bullioneus Paritate non fulgeret: Ibi rex Carolus IX. ſancivit per ſententiam, 4. die Auguſti latam, eodem anno, Quoniam rex defunctus Henricus II. parens ſuus dilectus, ſuperſtes declaraſſet, voluiſſetque, defunctum Ducem Bullioneum, parentem illius, qui tum rerum potiebatur, tenere locum & ordinem Ducis in ſuo regno, tametſi Ducatus ipſius non eſſet ſitus intra limitem regni, quo etiam ſuperſtes fructus eſſet, & poſt ipſum ejus deinceps, in omnibus Actibus & Conventibus, in quibus ordines Ducum cuſtodiuntur & obſervantur, præceſſurum ipſum tanquam antiquiorem, præ Duce Vcetienſi; ubi vero locorum & Conventuum Pares Galliæ ordinem tenent & conſident, velut in Parlamento, Ducem Vcetienſem, munere Paritatis præceſſurum præ Duce Bullioneo. Quoniam autem controvertebatur de ordine dato, propter Ducatum, quem jure ſupremo tenebat extra regni limitem, ubi Dux Bullioneus non tenebatur agnoſcere Curiam Parlamenti, ad quam Dux Vcetienſis conabatur deducere litem, quemadmodum fieri ſolet, ubi igitur de ordine Ducatuum

Controverſiæ de proedria.

tuum feudalium, quos reges noſtri creaverint, & quorum tituli ſublimati comprobantur à Curia illa, Rex eorum cognitionem ſibi reſervat & ſuæ perſonæ, ut ex ſententia principum regiorum, cæterorum principum, Ducum & principalium Miniſtrorum, qui corona præſunt, pronunciat & definit, uti hic proxime factum fuit. Verum enimverò illa ſanctio tantummodo attingebat Pariatum, quem Dux Bullioneus neutiquam carpebat, utpote rem alienam, unde rex non cogitavit ullum detrimentum adferre dignitati natalium, ex qua audiebat Princeps ipſius cum ſucceſſoribus, eo nomine noti, quod nunquam non exercuerint jura ſupremi Dominii per univerſum ſuum Ducatum, & alias dynaſtias iſtius generis. Id vero reges Henricus IV. & Ludovicus XIII. ipſis dilucide explicaverunt, quando declarare voluerunt, ſeſe velle & intelligere conſervationem Ducatus Bullionei, *qui relinquatur Duci Bullioneo & ſucceſſoribus ipſius, cum prærogativis, præeminentiis, dignitatibus & proedriis, competentibus illi Ducatui, & quæ ipſi acquiſitæ ſint per Declarationes Henrici II. & Caroli IX. Sic enim non ſolum comprehenditur ordo Ducis, in Gallia datus prædeceſſoribus ipſius, adeoque ipſimet, ſed etiam dignitatem & prærogativam natalium, tanquam* Principis Supremi, *propter Ducatum Bullioneum & Principatum Sedanenſem, propter quem ultra ordinem Ducis, id quod ſuperius fuit adnotatum, reges hucusque dedere titulum & nomen Cognatorum omnibus filiis Principalibus, omnibus adeoque filiabus Principalibus nomen Cognatarum, præter ſedile apud reginam, quæ curru penſili inveherentur Luparæ aulam, tanquam ſoboles Principum ſupremorum, quemadmodum id fas eſt liberis cæterorum Principum, qui ex familiis ſupremis prodiere, non vero ex ducibus ſimpliciter ſic dictis; quorum liberi, uti notum eſt in vulgus, eo honore non fruuntur, ob diſpares natales. Quemadmodum vero Principes prognati ex familiis ſupremis, ut per Galliam ordinem Ducis aut Paris obtineant, non minus ideo ſunt principes, cùm eam dignitatem trahant à natalium ſplendore; Ita Dux Bullioneus, quod ad morem cæterorum obtineat ſuum ordinem Ducis per regnum Galliæ, nihil minus fuerit* Princeps, *cùm ille titulus vindicetur à natalibus, & diverſa hæc nomina ac tituli honoris queant in eandem perſonam congruere; ſine alterutrius detrimento, tametſi diverſos effectus ferant, & diverſas prærogativas atque proedrias, ſecundum loca exercitii & functionis ſingularis. Objicitur, defunctum* Dominium Bullioneum, *primum Galliæ Mareſchallum, non exercuiſſe eum ordinem, quem in præſentiarum efflagitat filius ipſius; ubi reſponſum eſt in proclivi. Cum defunctus Dominus Bullioneus acquireret jura* Domus Sedanenſis, *tum à defuncto Domino* Monpenſerio, *anno* 1594. *tum à defuncto Comite* Maulevreo, *an.* 1601. *conventum fuit per tranſactionem, cum illo Comite Maulevreo perfecta, ut conjunctim ferrent nomen Ducum Bullioneorum; Maulevreus etiam ad dies vitæ obtineret ordinem & proedriam, competentem Ducatui Bullioneo. Hinc factum, ut ad mortem usque illius, quæ incidit in finem anni* 1622. *defunctus Dominus Bullioneus nunquam quæſiverit ordinem illum in actibus ſolemnibus & Conventibus, qui poſtmodum obtigere; neque etiam ad Ordinum aperturam, anno* 1616. *ubi interfuit, tanquam* primus Galliæ Mareſchalcus, *per abſentiam Coneſtabilis, quemadmodum fecerat prius in ſolemnibus anni* 1594. *ut auſcultaret querelas reginæ viduæ, quam Henricus III. reliquerat moriens; cùm ex illius cauſis non poſſet frui præeminentiis, dignitatibus & proedriis, ſuo Ducatui competentibus. Vt autem illæ conſervarentur, & ipſi & ſucceſſoribus reges defuncti Henricus IV. & Ludovicus XIII. anno* 1594. *&* 1616. *dederunt declarationes ad id neceſſarias, ut intertracta fruitio jurium ipſi neutiquam præjudicaret, aut ſucceſſoribus, adeo ut ab illo tempore ſemper delituerit Sedani, Galliam non ulterius calcaverit, & diem ſuum extremum clauſerit nondiu poſt Comitem Maulevreum, ineunte nempe anno* 1623.

An à Bullioniis neglectum jus.

Hodiernus uſus.

Sic impedimentum illud viguit usque ad mortem ipſius, legitimum utique. Neque vero ipſi imputari poterit, ex rationibus ſuperius adductis, quaſi jura ſua neglexerit, cum dignitate & proedria, Ducatui ſuo competentia, quæ tamen Rex defunctus per confirmationes tranſactionum de patrocinio Sedani anno 1616. *&* 1641. *initarum, promittit ipſi conſervare. Vnde Dominus Dux Bullioneus filius ipſius credit, ſeſe ea juſte quærere, cum nunc occaſio rei gerendæ fulgeat, ut jura ſua exponat & illuſtret, in quibus prædeceſſores, tametſi ea neglexiſſe arguantur, quod utique non fecere, nihil potuerunt præjudicare, quod per impubertatem permanſerit in poſſeſſione eorum hucusque, per declarationes ſuperiores, in quibus ipſe ſuum jus ſibi conſervatum videt. Quamobrem cum per rationes & exempla*

& exempla ſuperius deducta compertum maneat, Duces Bullioneos, tanquam ſupremos propter Ducatum Bullioneum, *&* Principatum Sedanenſem, *haberi pro* Principibus exteris, *qui etiam agniti fuerint tales à noſtris regibus, qui in more habuere, eos nuncupare ſuos Socios & Confœderatos, tum Principes & Dominos ſupremos Sedani, quibus etiam promiſerint conſervare eum ordinem & proedriam, Ducatui illi competentem, ipſi adeo Imperatores, & alii principes ſupremi itidem dederint in comitiis Imperialibus & aliis locis ordinem Principum, tum cum principibus ſupremis tum cum ducibus Sabaudiæ, Lotharingiæ & Mantuæ, tum cum iis, qui prognati ſunt ex familiis ſupremis. Hinc conſequitur ex æqua interpretatione declarationum, quæ ſubinde in eum finem fuere datæ à regibus ſucceſſoribus regis Henrici II. Dominum Bullioneum, qui poſſidet easdem dignitates ſupremas, quas prædeceſſores ipſius, Duces Bullionii, & Principes Sedani poſſederunt, aſſerendum & conſervandum eſſe in eodem titulo & ordine Principis, quem illi obtinuerunt, in omnibus etiam prærogativis, dignitatibus & proedriis, quibus fruuntur cæteri principes exteri per Galliam.* Non dubitavi hanc etiam prolixiorem deductionem lectori exhibere, quia non ubivis obvia, in ea vero prærogativæ Bullioniorum fuſe deductæ extant. Cæterum nunc quoque dignitas illa domui in regno ſervatur, ut principibus annumeretur, qui principibus ſanguinis proximi & ante alios Galliæ Duces ſunt.

§. IX. Scuto huic deſcripto Dux imponit *galeam coronatam* inter *duo cornua turrim argenteam* ſuſtinentem. Utrinque vero dependent phaleræ utroque metallo & cæruleo colore inſignes. Tenent autem ſcutum *Telamones* leones duo. Galeæ. Apex. Telamones.

§. X. Moderni Ducis patruus fuit *Henricus Turrius Turennæ* Vicecomes, & *Mareſcallus generalis* exercituum regiorum, multis fortibus geſtis inclutus, qui 1675. mortem oppetiit. Huic illam lego diſpoſitionem clypei placuiſſe, ut primam aream quadripertiti *Turrium*, ſecundam *Bononienſe*, tertiam *Turennium*, quartam *Bullionium*, parmulam autem iſtis incumbentem *Arvernia* ſymbola implerent. Quo vero diſcrimine à fratre Duce Arverniæ Comes, Cardinalis, Eques Melitenſis & Dux Caſtelli Theodorici, clypeos ſuos diſponant, mihi non cognitum eſt. Turennii Mareſcalli ſcutum.

§. XI. Titulus Ducis ita formatur: *Supremus Dux Bullionii, Dux Albreti & Caſtelli Theodorici, Comes Arvernia & Eburovicii, Vicecomes Turennæ & Laureaci, Vice-Dominus Tulli, Baro Limolii & Montgaſconii, Par & Magnus cubicularius Franciæ, gubernator utriusque Arvernia.* Rationes tituli in aprico: *Bullionium* à Carola Marcana obtinuit Henricus, *Albretum*, *Caſtellum Theodorici*, *Arverniam & Eburovicios* à Rege permutationis titulo Fridericus Mauritius, *Turennam* Annetus à conjuge Anna, ab eadem *Limolium*, quod Annæ avia Margareta de Gallard marito Nicolao Bellofortio attulerat, *Montgaſconium* ab Anna Turria conjuge Franciſcus. De *Laureaco*, quod Bertrandus Turrius à Ludovico XI. pro Bononia accepit, & demum à matre Catharina Medicea regina obtinuit: nec non Vice-Dominio *Tullenſi* quod dicam non habeo. Titulus Bullionii Ducis.

§. XII. Antequam finiam, operæ pretium eſt videre *ſcutum progonologicum*, quod *Turennio Vicecomiti*, atque ita pari ratione fratri ejus *Bullionio* concinnatum deſcribit *Geliot. indic. armor.* voce *pennon genealogique* p. 531. 532. & exhibet p. 536. Quod præter parmulam toti impoſitam, Turrio emblemate inſignem, octo laterculos exhibet, in quibus matrimoniorum, quæ octo in directa linea paterna majores Turrii contraxerant, notæ deſignantur. Primus ergo exhibet *Naſſovia* inſignia à matre, proximus *Montmorencia* ab avia, tertius *Turrio-Arverna* à proavia Anna Franciſci II. Vicecom. Turenni conjuge, quartus *Pontia* (nimirum *argenteus faſciam baltheis rubeis & aureis* exaratam) ab abavia Antonia Antonii Vicecom. Turennii compare, quintus *Bellofortia-Turennia* (quæ ſunt in *argentea* areola *baltheus cyaneus ſex roſis rubeis* comitibus cum adjecto ſymbolo *Turenniarum taniarum* in diſpoſitione quadripertita) ab atavia Anna Bellofortia herede Turennia uxore Anneti Turrii, ſextus *Bellofortia* (baltheus cum roſis) à Margareta tritavia Bertrandi II. Turrii Dn. d'Oliergues conthorali, ſeptimus *Chalenconia* (laterculus quadripertitus *auro* & *minio*, cum *limbo nigro octo floribus lilii aureis* impreſſo) à tritavi matre Beatrice Agneto II. Turrio Dn. d'Oliergues nupta, & ab hujus matre Catharina Narbonenſi *Narbonenſia*, quæ ſunt area quadrifida, tota tamen *minio* tincta, in cujus quadra ſecunda & tertia *leo argenteus* apparet. Iterum p. 537. docet progonologicum 64. majorum ex utroque latere, æqualiter aſcendendo componere: ſed neſcio quo errore factum ſit ſeu typographi ſeu Scutum progonologicum.

Digitized by Google

autoris, ut qui Turria promiserat, Tremollia Henrici Caroli Tremollii D. Thoarsii exhibuerit. Si vero quis scire cupiat, quæ σήγματα exhibenda sint, nullo negotio ex nostro Theatr. Nob. Europ. P. I. p. 17. concinnare noverit.

Caput XCIV.

Bar. & Com. Turzonii.

ARGUMENTUM. 1. *Familia.* 2. *Scutum.*

§. I.

Familia. PEr illustris familia *Turzonia, Baronum & Comitum*, dicitur ex *Tartaria* in *Poloniam & Hungariam* venisse, unde linea una in Germaniam transiit, sede *Augustæ Vindelicorum* sumta: sed in *Hungariam* rediere & in *Austriam*, ubi sub Ferdinando I. à comitibus Hardecciis emere dynastiam *Graveneck* infra Crembsium ad Danubium. Vixit ex ea gente 1446. *Georgius Turzo de Bethlem Falva*, pater *Ioannis*, quo nati *Ioannes* Episcopus Vratislaviensis, *Stanislaus* Episcopus Olomucensis, *Sigismundus* (an *Franciscus*) 1504. Episcopus Nitriensis & Vratislaviensis. Quorum frater *Georgius* Banus Ungariæ gentem propagavit.

Scutum. §. II. Scuto usi sunt quadripertito in hunc modum, ut prima & extrema quadra transversè secaretur, & in superiori parte *rubea* exsurgeret πόλουμὴ *leonis coronati aurei*, in inferiori *aurea tres rosæ rubeæ*. 2. 1. In secunda vero & tertia regione *cæruleæ expandebantur tres alaudæ aureæ*. Illud cum symbolum gentile sit, semper omnes eo usi: Hanc tesseram Ferdinandus I. gratiosè concessit, eâque linea Austriaca usa est, sed demum ut servaretur cum Hungarica linea similitudo, iterum omisit. De apice mihi non constat.

Caput XCV.

Domus Velasca.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Lineæ.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*
4. *Ducis Maquedæ scutum.*
5. *Cardenenses.*
6. *Manricia tessera ex Larensibus & Aguilariis.*
7. *Mendoza-Vega.*
8. *Apex.*

§. I.

Familia Lineæ. VElascorum inter Castellæ proceres illustrissimum nomen est, in *Harensem, Sirvelensem & Ribillensem* ramum distincta stirpe. *Harensis* ramus axioma nactus est, ut ex eo sint *Conestabiles Castiliæ & Legionis*.

Scutum. §. II. Equites aurei Velleris Chiffletius tres hujus rami recenset, iisdem usos insignibus n. 153. 167. 346. Et quidem scutum *quindenis tessellis ex auro & vellere vario impressum* conspicitur, atque *circumdatur limbo octonis latereulis Castellæ & Legionis angularibus composito*. Illud *Velascorum* proprium est insigne: limbus *dignitatem hereditariam* notare videtur,

Apex. §. III. *Apex* è galea tecta diademate tortili ex auro & cyano, quæ etiam tinctura est *lacinarum* dependentium, prorumpit *leo aureus lingua & falculis cæruleis*.

Ducis Maquedæ scutum, Cardenenses. §. IV. Ex *Ribillæ* comitibus descendit *Antonius de Velasco D. Maqueda*, cujus scutum repræsentat *Sammarth. L'est. de l'Esp.* p. 57. illa serie.

§. V. In clypeo quadripertito primam aream *tessella Velascorum* replent: secundam constituit symbolum *Cardenense*, nimirum in *alveo aureo duo lupi gradientes nigri, circumducto limbo rubeo*, inscriptis *octo conchyliis*, & inter ea totidem literis *S* capitalibus ex auro. Cæterum Cardenensium in Castilia celebre fuit nomen, & ex illis non unus ortus est ramus; primarius vero floruit Ducum Maquedæ, à Didaco prosatus. Sed successio demum ad Velascos Ribillæ comites delata est.

Manricia tessera ex Larensib. & Aguilariis. §. VI. Tertia area quadripertita, hinc *Larense*, istinc *Aquilarium* symbolum repetit. Illud in quadra rubea repræsentat *ollas duas aureas, triplici ductu nigro incurvo transversim striatas*, cum *septem anguiculis* ad *singula ansarum retinacula, tribus introrsum*

Digitized by Google

introrſum, *quatuor extrorſum* erumpentibus: hoc conſtat *novem* alveolis, quorum quinque ſymbolum *Legionenſe*, quatuor *Caſtellanum* referunt. vide *Chifflet.* Eq. Aur. V. n. 155. Hæc junctim dicuntur ſymbolum conſtituere *Manricia gentis*, quæ in *Caſtannedenſi* & *Trebinnenſi* ramis diu in Hiſpania floruit: ex hoc fuit Petrus primus *Najeræ* ſ. *Naxaræ* Dux, reliquorum ſator. Sed ejus abneptis Luiſa Ducatum & ſucceſſionem marito *Bernardo de Cardenas* Duci Maquedenſi attulit. Inde uniti illi Ducatus ad Velaſcios delati ſunt.

§. VII. Quarta quadra in decuſſim ſecta *Mendozium* & *Vegenſe* ſymbola conjungit (de quibus c. 63. n. 3.) Ratio petenda videtur à matre Antonii Nicolaa Hurtado de Mendoza. Mendoza-Vega.

§. VIII. *Apex* apud *Chifflet.* Eq. A. V. n. 155. eſt ex galea diademate tortili tecta erumpens *leo aureus*, lingua & falculis coccineis, dextra tenens ſtrictum pugionem aureo capulo, mucrone deorſum converſo. *Laciniæ* vero dependent aureæ & coccineæ. Apex.

CAPUT XCVI.

Bar. Vintler de Platſch.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Sedes Bolzanum. Runckelſtein. Platſch. Tres lineæ.*
2. *Gentilis Vintlerorum teſſera.*
3. *Fam. vom Thurn. Diploma Alberti D. Auſtriæ.*
4. *Platſchium ſymbolum. L. Leopoldi Imp. gratia.*
5. *Galeæ.*
6. *Ex communicatione Bar. Joh. Adami.*

§. I.

INter Equeſtres Tyrolenſes familias diu *Vintleria* è præcipuis fuit. Poſſidebat olim caſtrum antiquum, nunc totum collapſum an der Vintl / non longe Mülbacho *vallis Puſteriæ* ſito. Unde etiam cognomen traxit: de quo inde *Bolzanum* ſe contulit, ubi ſuam nobilem ſedem ſeu turrim prope *Portam Vintlerianam* ab hac dictam à longo tempore habuit. Jam mentio fit in antiquo quodam inſtrumento de *Porta Vintlerorum* 1147. Item anno 1292. emit *Matthias Vintler de Bozano* à nobilibus de Wangen *Plateam* ab his nominatam cum omnibus pertinentiis à Franciſcanis usque ad portam Vintlerorum. *Nicolaus Vintler* de caſtro *Runckelſtein* Eques, Hypothecarius Dominus *Gris*, *Stein*, *Rutten*, *Sarenthein*, &c. Alberti, Wilhelmi & Leopoldi Ducum Auſtriæ Conſiliarius, locumtenens & ſupremus officialis Atheſinæ, caſtrum *Runckelſtein* vetuſtate collapſum à ruinis reparavit & reſtauravit 1386. & obiit 1413. Ejus fratres fuere *Franciſcus de Runckelſtein* & *Rendelſtein* Eques & Capitaneus Vallis Sarenthinæ, qui obiit 1424. relictis liberis pluribus (ex quibus *Ioannes*, qui arcem *Gerent* emit 1446. deceſſit) & *Ioannes* 1392. extinctus, pater *Chriſtophori*, *Ioachimi*, *Ioannis* (qui Friderici Ducis Auſtriæ theſaurarius Meranienſis, Præſes Provincialis ad Atheſin & Legatus ad Venetos) atque *Leopoldi*, à quo ex *Catharina de Platſch* herede genitus *Conradus II.* Capitaneus Vallis Sarentinæ, ſupremus præfectus ad Atheſin atque Oenum, Sigismundi Archiducis Conſiliarius ejusque uxoris Eleonoræ Reg. Scoticæ aulæ præfectus, qui 1485. vivendi finem fecit. Pater ex ſecunda conjuge *Agnete Anichin* præter alios liberos trium filiorum, *Nicolai*, *Georgii* & *Chriſtophori*. A quibus totidem lineæ ſuperant. Equeſtri dignitati gratia Imperiali *Baronum* acceſſit titulus, quo jam quoque familia inſignis eſt. Familia. Sedes Bolzanum. Runckelſtein. Tres lineæ.

§. II. Scutum quo utuntur quadripertitum eſt, & in prima atque quarta area *rubeis binos pedes urſinos abſciſſos argenteos*, in ſecunda & tertia *aurea ternos nigros abſciſſos vulnere cruento tranſverſim locatos* repræſentat. Prior teſſera genuina vetetum *Vintlerorum* eſt. De cujus origine illi verſus: Gentilis Vintlerorum teſſera.

Was die begraute Zeit/ zwar dencket zu vernichten/
Das pfleg ich meinem Gſchlecht zum Ruhm diß auff zurichten.
Das Kindes-Kindes-Kind hierauß erſehen kan/
Was Namens und Geſchlechts ſeynd gweſen ſeine Ahn/
Der Urſprung hätte zwar/ ſoll gſetzet ſeyn mit bey/
So weiß der liebe GOtt/ wer der geweſen ſey.

Digitized by Google

Auſtria ſupra Anaſum (quod Comites Tillii renovatum de ſuo nomine *Tillispurg* dixere) ad quendam *Ottonem Dn. de Volckersdorf* refertur, qui 1142. claruit. Ex ejus poſteris vixere 1264. *Hieronymus & Bernardus* fratres, quorum in antiquis chartis fit mentio, nec non 1341. *Alberonis* qui dicitur der Erbare Herr Albert von Volckersdorff/ qui titulus hodie pene contemtus illo ſeculo eximius erat. Iterum 1401. *Alberonis de Volckersdorff* ſ. der Volckenſtorffer. Claruit ex ea gente cumprimis *Sigismundus*, qui Archiepiſcopus fuit *Salisburgius*, & Maximilianum I. deinceps imperatorem in baptiſmo abluit. Familiam clauſit *Wilhelmus* patrum memoria, aliquot ſororum frater.

§. II. Scutum ſtirpis *argenteum* eſt 15. *maculis nigris* ſ. pontici muris caudis interſtinctum. (5.4.3.2.1.) Aliqui aurea puncula maculis addunt, ſed & numerus quindenarius non conſtanter ab omnibus ſervatus eſt, verum plures non nunquam, alias pauciores maculæ uſurpatæ ſunt. Scutum.

§. III. Poſt hæc uti ſoliti ſunt clypeo *caruleo* pluribus figuris inſignito, in quo videlicet repræſentatur *provincia ſolo viridi*, ex quo *duo montes* exſurgunt, quorum utrique *templum* vel *caſtrum* inædificatum è regione viſitur. *Solo inequitat vir armatus equo candido vectus, dextra ſcutum illud priſcum hermionicum* geſtans, ſiniſtra vero *vexillum argenteum aureis caudis pontici muris*, capite tectus *galea gentili*, quam mox deſcribemus. Auctius.

§. IV. Ratio hujus ſymboli forte ex eo, quod olim *in ſigillo* equite armato uſi fuerunt, unde Imp. *Fridericus IV.* eundem ſcuto inſeruerit, & cum prius *vexillifer* (Panierherren) in Auſtria fuiſſent, vexillum addiderit, cum eos in cenſum *Imperii nobilium* referret, zu deß Reichs freyẽ Edlen erhebt. 1458. & jus cerâ rubeâ ſignandi concederet. Ratio.

§. V. Ex galeâ coronatâ protenduntur duo *cornua argentea, quinis maculis hermionicis* ſignata, inter quæ coronæ inſiſtit *crux rubea*. Lâciniæ ſunt argenteæ & nigræ. Apex.

CAPUT XCVIII.

Duces Urbini.

ARGUMENTUM.

1. *Duces Urbini.* 2. *Scutum Montfeltrii.* 3. *Confalonerii Eccleſiæ.* 4. *Gens Roborea.* 5. *Apex.* *Siciliæ δᾶγμα.* 6. *Ducatus ad Rom. curiam delapſus.* 7. *Principatus Camerini.*

§. I.

DUcatus *Urbinas*, à capitali civitate dictus, & Tuſcia, Ducatu Spoletano, March. Anconitana, Romaniola atq; ita omni fere ex parte Pontificiis ditionibus cinctus, quibus nunc ipſe quoq; accenſetur, hoc adhuc ſeculo peculiares habuit Duces. Quorũ ſcutũ cõſiderare ordo jam poſtulat. Duces Urbini.

§. II. Scutum à ſummo bipertitum eſt: *Palus* primus tranſverſe ſectus apparet: *Parte ſuperiori aurea, aquila nigra, corona, roſtro & cruribus aureis* impreſſa: inferiori *auro & cyano ſexies oblique faſciata*. Paulo aliter *Brianvill. jeu d' arm. p.* 100. qui dicit ultimos Duces, primo *baltheo aureo* impreſſiſſe *nigram aquilulam*. Cæterum aquila hæc *Monfeltriorum* eſt. Ex quibus Fridericus à Guidone Antonio Urbini principe adoptatus, à Sixto IV. Dux Urbini proclamatus eſt, ſed ex filio Guidone Ubaldo, qui ſucceſſit, atque maſculos gentis clauſit, non habuit poſteritatem, Balthei diagonales ipſum Ducatum *Urbini* deſignare dicuntur. Scutum. Montfeltrii.

§. III. Palus medius *coccineus, Pontificio vexillo aureo ac duabus clavibus* decuſſatis, dextra aurea, ſiniſtra argentea, argento colligatis, impreſſus, notat *Confalonerii* & *capitanei Eccleſiæ* dignitatem, quam familia Pontificum gratiæ debuit. Confalonerii Eccleſiæ.

§. IV. Ultimus *palus* bipertitus eſt tranſverſe, parte ſuperiori *cærulea* cum *aurea quercu bifurca* & ejusdem metalli *radicibus: pars inferior* ad perpendiculum quadrifida, laterculos *Hungaricum, Siculum, Hieroſolymitanum & Aragonicum* continet. Quercus ea ſ. robur inſigne eſt *Roboreæ* gentis, & ad nomen alludit. Ea humili loco *Savonæ* orta (*Thuan.* L. 1. p. 64.) & multum ſuæ dignitatis debet duobus, qui *Pontificiam* ſedem ex ea tenuere *Sixtus IV.* & *Julius II.* Hujus fratres *Leonhardus Dux Soræ* fuit, & *Ioannes* eundem titulum geſſit, cum vero uxorem haberet *Joannam Guidobaldi Monfeltrii Urbini Duc.* ſororem, filio ejus *Franciſco Mariæ* Ducatus hic poſt avunculi mortem collatus eſt. Is dein Leonem X. infenſiſſimum hoſtem expertus, & ab eo proſcriptus eſt: inde *Laurentius Medicæus Urbini* Dux fuit. Sed iſte ſub Hadriano & Clemente reſpiravit. Ejus pronepos fuit *Fridericus Ubaldus*, qui 1623. moriens filiam reliquit *Victoriam*. Cæterum *Alexandri VII.* hanc quadram Roboream ſuis etiam inſeruit inſignibus. Quod laterculos *Siculos* attinet, non aliam rationem invenio, quam quod *Leonardo Soræ Duci* filia notha *Ferdinandi* regis Neapolitani & Siciliæ nupſerit. Qua ratione vero Hungariæ, Hieroſolymorum, Sicula & Aragonia teſſeræ coaluerint, alibi dictum, ut hic repetatur neceſſe non eſt. Gens Roborea. Siciliæ δᾶγμα.

§. V. Galeæ coronatæ, ex qua laciniæ dependent aureæ & cæruleæ, imponitur *porta templi decumana*, argentea, lapidum juncturis fuſcis: Zophoro inſcript. nigris characteribus DIVV. PETR. Apex.

§. VI. Poſt mortem ultimorum Ducum Friderici Ubaldi & ejus patris Franciſci Mariæ tanquam feudum caducum *Romana curia* principatum ſibi aſſeruit, licet, qui Victoriam illorum filiam & neptem filio uxorem impetraverat, *M. Hetruria* Dux ſpem de obtinendo aliquam habuerit, & varia agitata ſint conſilia. Vide *Capriat. Hiſt. L.* 7. *p.* 599. & alibi. Ducatus ad Rom. curiam delapſus.

§. VII. De *Camertium* ſ. *Camerini* ditione per conjugium obtenta, ſed iterum à Paulo III. per injuriam ablata Roboreis lege *Thuan.* L. 1. p. 64. 65. Principat. Camerini.

CAPUT

CAPUT XCIX.

Com. Wiedenſes.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.* 2. *Scutum.* 3. *Pavonis ſymbolum.* *Fürſtii error.* 4. *Runckel.* 5. *Iſenburg.* 6. *Apex.* 7. *Titulus.*

§. I.

Familia. ILluſtriſſima *Wiedanorum* Comitum familia ditiones ad Rheni oram Orientalem Trevirenſi & Colonienſi diœceſibus, Montano Ducatu & Naſſovio Comitatu fere concluſas abantiquo poſſedit. De originaria familia quod dicam parum habeo, niſi quod ſeculo decimo quinto duo fratres vixerint, *Wilhelmus* & *Ioannes*, quorum hic filiam *Anaſtaſium* habuit, quæ marito *Theoderico Dom. de Runckel* jus ſucceſſionis attulit.

Scutum. §. II. Scutum in *Sibm.* Wap. 1. p. 16. quadripartitum repræſentatur: Prima & quarta area *aurea quatuor baltheis rubeis* exaratur, ſuperappicto *pavone* ſed *cauda complicata*: ſecunda *argentea duobus palis rubeis* diſtinguitur, cum *quadrante in angulo dextro ſuperiori cæruleo*, tertia *argentea duas coccineas faſcias* defert.

Pavonis ſymbolum Fürſtii error. §. III. *Pavo* baltheis impreſſus *Wiedanum* ipſum comitatum notat. *Æg. Gelen. de Col. Agr. magn.* Deigma hoc pavonis explicat de hieroglyphico *vita*, & putat ad nomen *Wied, vita*, alludi. Ut retulimus P. 1 c. 5. §. 3. n. 1. n. 39. Obiter vero notandus P. Fürſtium 5. parte Wap. error, qui à p. 302 ad 310. omnes enumerat clypeos à Gelenio recenſitos, tanquam eſſent *Colonienſes nobiles patricii*, eum tamen in illis plures ſint *Comites vel Principes*. Ex gr. *Foreſtarii* veteres Flandriæ *Cliveníes*, de *Broith, Salmenſes, Wiadani* noſtri, aliqui plane exteri *Croſcentii, Concii*, &c. & plures familiæ illuſtres & nobiles aliarum regionum, quas hic enumerare longum eſſet. Imo eo abſurditatis proceſſit impeſtrutus, qui ſcuta eo tranſtulit, ut *Tanigeros, Pyramidales, Leonigeros*, lemmata ad figuras tantum reſpicientia, inter familiæ ridiculus referret. In Wap. P. 3. p. 12 recenſentur aliqui Comites de *Wid*, quibus datur ſcutum aureum duabus rubris faſciis exaratum. Noſtra hæc an alia deſignetur famil a, aliis petitionibus diſpiciendum relinquo. Si huc referendæ eſſet, teſſera, pavonem diſcerniculo aſſumtũ aliqui dicat, & faſcias vel baltheos promiſcue uſurpata. Id vero durius videtur.

Runckel. §. IV. Pali cum quadrante angulari *Runckel* ad *Lanum* (vid. Wapenb. 2 p. 30.) notant, quod originarium nomen familiæ fuerit. Et quidem ex Runckelanis Theodoricus, cujus mater *Sainia*, avia *Diezia*, proavia *Catzenelbogia* perhibentur, *Anaſtaſiam Ioannis C. Wiedenſis* filiam duxit, cujus partuus *Wilhelmus*, qui prole careba t 1455. filio Friderico *Comitatum Wiedenſem* conceſſit, à quo reliqui ad hunc usque d em.

Iſenburg. §. V. Faſciæ *Iſenburgum* notant, & quidem quod vocant inferius, Nieder-Iſenburg. Rationem allegat ab *Agneta Iſenburgia*, quæ Gerlaci uxor fuit, & forte *Wilhelmi* atque *Ioannis* ſuperius memoratorum mater.

Apex. §. VI. *Galea* duæ ſunt: prior *Wiedana* pavonem ſuſtinet cum cauda expanſa, ante jugum expanſum alarum rubeis & argenteis tæniis exarataruro: *poſterior turri* premitur argentea, vel ut alii argento & minio tranſ. erſe bipertita. *Lacinia* prioris caſſidis ſunt aureæ, alterius argenteæ, utrinque addito cocco.

Titulus. §. VII. Titulus eſt: *Comites de Wied, Dn de Runckel & Iſenburg ſ Eiſenburg.*

CAPUT C.

Domus Zunigarum.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.* 2. *Dux de Bejar.* 3. *Scutum Zuniga.* 4. *Sotomayor.* 5. *Apex.* 6. *Comites de Miranda Avellaneda.* *Ratio ſtaminis.* 7. *Scutum Duc. de Pennaranda.* *Bazan Henriquez.*

§. I.

Familia. FAmilia *Zunigarum* ſ. *Stunicarum* in Caſtella ortum habuit à *Didaco Lopezio de Zuñica Dn. de Bejar & Monterey*, qui Caſtiliæ *juſtitia major* fuit. d verſarum linearum autor.

Dux de Bejar. §. II. Caput illuſtris f.m liæ & primæ lineæ fuit Dux de *Bejar* ſ. *Bexar* ſ. *Vejar*, quod municipium Eſtremadurę Ducali axiomate 1483. ornatum eſt, in gratiam *Alvari Zuniga*, quem 1469 Ducem de *Arevalo* priut creaverant, ſed dignitatem dein in *Placentiam*, inde *Bejar* tranſtulerunt Ferdinandus & Iſabella reges. Verum hic ramus in *Zuñiga* hærede terminatus, & illi ex fam lia *Sotomayor* novus ſurculus inſertus eſt, à quo ſequentes Duces orti ſunt.

Scutum Zuniga. §. III H ſcuto utuntur bipertito: ut latus dextrum *Zunigarum*, ſiniſtrum fa miliæ *Sotomayor* contineat teſſeram. *Zunigarum* (quo ſolo Alvarus D ix apud *Chiffl.* Eq. A. V. n. 154. & reliqui Zunigæ uſi erant) alveus *argenteus* eſt *baltheo nigro* exaratus, cum *catena aurea octo annulorum ad oram impreſſa.*

Sotomayor. §. IV. Familiæ *Sotomayor diſcus* eſt area *argentea* cum *tribus tranſverſis faſciis*, ſingulis *quadruplici teſſellarum verſu auri & minii variegatu*, & nigro lineamento, in medio cujusque ſupercurrente impreſſis. Ea gens ex Gallicia orta incl.ruit præcipuè in *Gutierio Magiſtro Ordinis Alcantara*, qui 1456. mortuus eſt, pater aote alios *Alfonſi C. de Belalcazar*, ex cujus poſteris *Franciſcus de Sotomayor C. de Belalcazar* ducta uxore *Thereſia* f. *Franciſci de Zuniga M. de Ayamonte*, nepte Ducis de Vejar, hinc *Ducatum & Marchionatum* de *Gibraleon* nactus eſt, & hac cauſa genti novum nomen & arma attulit, quæ potiori loco avitis poſteri præpoſuere.

Apex. §. V. Apicem *Alvaro* Chiffler, dat ex galea faſcia torſili tecta hydram auream alaram linguis & oculis coccineis, lacinias autem argento & nigro pingit. Sed *Alfonſo Didaco Lopezio de Sotomayor* Duci n. 315. galeam aſſignat auro coronatam, & ſuper eam hydram alaram argenteam præſinis umbris opacatam.

Comites de Miranda. Avellanedæ. Ratio ſtaminis. Scutum Ducis de Pennaranda. Bazan. Henriquez. §. VI. Alius ramus Zunigarum fuit, qui comitatum de *Miranda* tenuerunt. Ex quo fuit *Franciſcus de Zuniga* comes, cujus inter equites aurei velleris ſcutum recenſet *Chifflet n.* 185. nimirum quadripertitum ex *Zunigarum & Avellanedorum* ſymbolis. Illa quæ ſint §. 3. dix. *Avellaneda* autem geſtant in alveo *aureo duos lupos gradientes nigros, inquoque ovem argenteam dentibus ſupra dorſum ſuſtentantes.* Huic vero ſcuto circumdatur *limbus coccineus oſto decuſſibus aureis curtis* inſcriptus. Porro ratio auctiſcuti repetenda eſt ab *Aldoncia de Avellaneda, Didaci Lopezii*, qui primus *Miranda comes* 1467. creatus eſt, uxore: unde præter arma etiam cognomen aſcitum. Galea huic clypeo incumbit faſcia torſili tecta, ei vero inſiſtit lupus gradiens unicus ſcutarius. Lacinię autem argento & nigro pinguntur.

§ VII. In hoc Mirandæ comitum ramo deinceps etiam ſcutum auctum eſt, unde *Franciſco de Zuniga Avellaneda Bazan Cardenas Duci Pennaranda, Comiti Miranda & Marchioni Banneza* Sammarth. L'eſt, de l'Eſp. p. 75. quadripertitum ſcutum tribuit; in quo quadram primum *Zunigarum*, ſecundam *Avellanedarum*, tertiam *Bazanorum*, quartam *Henriqueziorum* teſſeram conſtituunt. Priores duas modo deſcripſimus: *Henriqueziorum diſcus* cap. 36. n. 3. vidimus. Quod vero familiam *Bazan* attinet, ejus alveus 15. teſſeris diſtinguitur, 8. nigro colore 7. argento tinctis, cum limbo rubeo 8. decuſſibus curtis aureis inſcripto. Jus vero duorum illorum laterculorum illud eſſe credo, quod *Ioannis* primi Ducis de *Pennaranda* mater fuit *Maria de Bazan* Vicecomes de Valduerna, Franciſci de Zuniga C. de Miranda uxor: avia autem, nempe Franciſci illius mater, *Maria Henriquez de Cardenas* Thereſiã Henriquez (ex Caſtiliæ Thalaſſiarchis natã) genita. Apex verò idem datur, qui prioti.

FINIS LIBRI PRIMI.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Comites ab Althann.

ARGUMENTUM.

1. *Genealogia, ex VValdpurgiis.*
2. *Linea.*
3. *Scutum.*
4. *Apex.*
5. *Addita vexilla.*

§. I.

ILluſtriſſimos Comites *Althannios*, quos corrupte ab *Altheim* vocant, Celeber. Genealogus *Gabriel Bucelinus* Germ. P. IV. pag. 8. derivat ex veteribus comitibus de *Thann*; qua ratione agnati ſunt Illuſtriſſimorum *Dapiferorum VValdpurgiorum*, Comitum in Wolfeck, Trauchburg, Zeil, Scheer, &c. de quibus ſuo loco agetur. Memorat aliquem *Babonem de Thann*, ſuperioris Alemanniæ antiquiſſimo caſtro, qui contra Carolum Martellum pugnans ceciderit 719. Inde alium nominat *Mangoldum Com. de Thann, Altenthann & VVinterſtetten*, circa 803. Seriem vero continuam gentis nectit ab *Heſſone* comite, qui ſub Ottone M. contra Ungaros ceciderit. Hujus nepotem conſtituit *VVernerum Com. de Thann* Dapiferum Waldpurgium, patrem *Gebhardi, Cunonis & Friderici:* primum conſtituit ſatorem totius Illuſtriſſimæ gentis *VValdpurgiæ*, alterum Abbatem *VVeingartenſem* nominat, tertium dicit *Comitem de Thann*, pincernam de Winterſtetten, reliquorum *de Thann pincernarum de VVinterſtetten* autorem. Unde *Friderici* atnepotem exprimit, Henrici Epiſcopi Conſtantienſis fratrem, *Conradum Dynaſtam ab Althan*, qui claruerit circa 1250. & ex Adelheide Dn. de Neyffen genuerit *Eberhardum atque Ioannem*, illum patrem reliquorum *Dominorum de VVinterſtetten*, hunc Dominorum ab *Altthann*, quorum reliqua tum allegato loco, tum in ejusdem autoris T. III. videre eſt. Genealogia, ex Waldpurgiis.

§. II. In *VVolfgangi*, qui usque ad 1535. ſuperfuit, filiis lineæ diſtinctæ ſunt; à *Chriſtophoro* in *Einæd.* & *Oßlavven*, ab *Euſtachio* in *Ziſterſtorf*, à *VVolfgango VVilhelmo* in *Waltreichs* & *Camp:* Hos etiam eſſe puto, qui primi inter proceres Auſtriæ recepti. Indiculo enim, quem à Perilluſtri Domino Polheimio communicatum aliquoties allegavi, familiæ annum 1574. aſcriptum lego: & *Chriſtophorus* in aula Rudolphi II. Auguſti Cameræ præſes fuit. Hujus etiam filius *Adolfus*, Rudolfi ejusdem Conſiliarius bellicus campique Mareſcallus fuit, atque *Comitis* axioma retulit, quod reliquis itidem lineis communicatum eſt. Lineæ.

§. III. Scuto utuntur ſimplici pro more vetuſtatis, *rubeo* nimirum, quod tranſit *faſcia argentea literâ majuſculâ & priſco charactere pictâ* A *nigrâ* inſignita. Vix alia hujus literæ ſignificatio eſſe videtur, quam quod nominis ſit initialis, cujus alibi etiam exempla extant, ut P. I. c. 5. notavimus. Scutum.

§. IV. Apex eſt coronatæ galeæ, cui imponitur mitra Ducalis rubea, (orâ reductâ argenteâ) circulis aureis incluſa, & pomo imperiali ejusdem metalli faſtigiata, inſiſtens *abies viridis*, qua ad nomen alludi vix dubium eſt. Apex.

§. V. In Fürſtii **Wapenb.** P. V. pag. 4. adduntur apici duo vexilla poſt ſcutum repoſita, & juxta caſſidem eminentia rubea. Horum rationem aſſignare non poſſum: videntur autem monumentum eſſe virtutis bellicæ & obtentæ ab aliquo ex hac gente victoriæ. Addita vexilla.

CAPUT II.

Dux de Arpajon.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo ex Toloſanis.*
2. *Arpajonia deductio.*
3. *Ducis ſcutum. Crux Toloſana.*
4. *Toloſa comites.*
5. *Aragon-Severac.*

Digitized by Google

6. *Arpajon.*
7. *Bourbon Rouſſillon.*
8. *Apex.*
9. *Titulus.*

§. I.

Familiæ origo ex Toloſanis.

INter Duces & Pares Franciæ à moderno glorioſiſſimo rege creatos celebris etiam eſt *Arpajonius.* Hic ex familia oritur, quam ad Illuſtriſſimos quondam *Toloſæ* comites referunt, qui olim inter Franciæ comites & Pares primum tenuere locum. Ex quibus *Chorſonem* ſeu *Torſinum* nominant, qui 778. à Carolo M. datus ſit, cum regnum Aquitaniæ filio Ludovico dediſſet. Inde *Guilelmum* aliquem Theodorici filium, qui contra Saracenos multa deſignavit, filiumque habuit Bernardum Toloſæ comitem & Septimaniæ Ducem, nepotem *Guilelmum* Comitem, qui rebellis Carolo Calvo ſe contra eum Saracenorum auxilio defendit; unde adverſus eum conſtitutus *Raymundus* Marchio Toloſæ, *Fulgoaldi* Comitis filius, pater Bernardi II. Comitis, qui ſe etiam Marchionem & Ducem dixit, cui Carolus Calvus Carcaſſonem & Roſes tribuit; cui frater Odo ſucceſſiſſe videtur, pater *Raymundi II.* Com. qui etiam princeps Gothiæ appellatur. Hoc natus *Pontus* vel *Raymundus* cognomento *Pontius* Comes, qui etiam Marchio & Dux Aquitanorum dictus eſt, eoque vel filio cognomine, *Raymundo Pontio* atque Bertha Boſonis M. Tuſciæ filia natus *Pontius II.* pater *Guilelmi* cognom. *Taillefer* ſeu *Ferriſectoris* Comitis, qui 983. vixit, à quo *La Roque, Cheſneus*, autem à *Raymundo Berengario* Comite Arpajonios deducit.

Arpajonia deductio.

§. II. Ab hoc Guilelmo Toloſæ comite deſcendit *Nugo Dominus de Arpajon* 1419. pater Joannis Vicecom. Lautreci 1450. quo Joannes II. hoc præter Bertrandum, à quo Rupifortia linea (de Rochefort) 1550. terminata, Joannes III. *Vicecomes de Arpajon* natus, hoc iterum præter alios Jacobus genitor Jacobi Vicecom. d'Arpajon & Joannis IV. Vicecom. de Montet, quem patrem habuit, præter Samuelem Bar. de Briquieres, Philippum & Davidem, Joannes V. Vicecomes Arpajonius, pater Joannis atque Alexandri, & demum *Ludovici primi Arpajonii Ducis*, qui legatione olim in Polonia geſta clarus nunc quoque ſed ſenex ſupereſt, amiſſo 1672. unico filio *Ioanne Ludovico M.* de Severac, poſt quem non niſi filiæ ſuperant.

Ducis ſcutum. Crux Toloſana.

§. III. Ducis ſcutum quadripertitum eſt; primus laterculus *rubeus crucem repræſentat auream, ſed peculiaris plane figuræ*, quam ob hanc *Toloſanam* vocare feciales amant. Pingitur vero lineis incurvis & extremis triangularibus, ut ſingulis ternæ ſphærulæ ex eodem metallo, atque ita toti cruci duodecim annectantur, nec non in eandem formam perforatur. Galli ita enunciant *Cleſchée, vuidée & pommetée en chacune des trois pointes, qui finiſſent ſes quattre branches.*

Toloſæ comites.

§. IV. Crux hæc vetus fertur σῆμα *Toloſanorum* comitum, ex quibus à *Guilelmo Taillefer* Arpajonios exiiſſe diximus. Ipſum comitatum quod concernit, *Guilelmi* filius *Pontius III.* eum transmiſit ad filium *Guilelmum IV.* quem *Chriſtianiſſimum* aliqui dixere, quod reformationi Eccleſiæ ſtuderet, qui etiam Canonicis Epiſcoporum eligendorum poteſtatem reddidit, & circa 1090. mortuus eſt, relicta filia *Philippa*, ob quam uxorem deinceps *Guilelmus Com. Pictavii, Dux Aquitaniæ* comitatum ſibi aſſerere conatus eſt: ſed Guilelmi frater *Raymundus* dictus *de S. Ægidio* (de S. Gilles) prius *Comes Rutenorum* (de Rovergne) comitatum adiit, quem frater vendiderit: titulum etiam ſumſit *Ducis Narbonenſis* atque *Marchionis Provinciæ*, in qua multa poſſidebat. Primus etiam 1095. expeditioni Orientali interfuit, & captis Hieroſolymis aliorum æmulatione, quo minus Rex crearetur, prohibitus, & turrim Davidà ſe captam Bullioneo tradere coactus eſt, cumque alterum exercitum Chriſtianorum Conſtantinopoli in Palæſtinam duxiſſet, 1105. deceſſit in caſtro Pelerin, quod Tripoli coercendæ condiderat. Ex filiis *Bertrandus* Comes Toloſæ, Rutenorum & Albigenſium, comites *Tripolitanos* in oriente ſevit, alter *Alfonſus*, quod in eo fluvio baptizatus eſſet, *Iordanus*, cognominatus Toloſam tenuit, & uxorem habuit *Faididam Provinciæ Comitem*, unde ob diviſionem cum ſororio bellum; hoc natus *Raymundus V.* iſto *Sextus*, Sexto *Septimus* & ultimus, qui duo ſtrenui defenſores fuere *Albigenſium*, qui in iſtis Papatus creſcentis tenebris aliquid lucis purioris agnoverant, & ob id cleri odia experiri neceſſe habebant: Ultimus etiam ad extremum Pontifici cedere coactus, & ut ab hoc imperatum fuerat, in orientem ituris 1249. mortuus comites finivit. Filia *Ioanna* heres comitatum attulit matito *Alfonſo Pictonum*

Comiti

Digitized by Google

Gradu Regis Ludovici Sanctissimi. Sed hoc nonnisi per Reginam restitutus creatus. Ejus Scriptorem hic repetimus ex ejus opusculi Regum Gallorum Genus elogiorum Appendice, quæ Historiæ Regum Francorum subjecta est.

§. 7. Ad hunc Scriptorem Anonymum, *de quo* Duo adhuc verba, *Scriptorem Regum* dicit. Anonymum non inquam, sed *Primatem* Angeram. Sensus, quem verba præferunt, hic est. Scriptorem Anonymum, de quo duo verba, Primatem Angeram. Nam Primatis nomen hanc sæculi ætatem, quo Primas hic Angerus electus est, non ferebat. Primas Galliarum, Primas Regni, Primas Ecclesiæ Gallicanæ, Primas Regum, Primas Francorum, Primas Ecclesiæ Regum, Primas Ecclesiæ Francorum, Primas Ecclesiæ Regni, Primas Ecclesiæ Francorum Regni, Primas Ecclesiæ Francorum Regum, Primas Ecclesiæ Regni Francorum, Primas Ecclesiæ Regum Francorum, Primas Ecclesiæ Francorum Regni

Caput IV.

Marchiones Badenſes.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ lineæ.*
2. *Scutum lineæ Durlacenſis. Leo rubeus. An Lucenburgiorum vel Hochbergiorum? Landgraviatus Briſgojæ. Habſpurgii. Zeringii.*
3. *Leo receptus à Chriſtophoro Marchione. Hochberg Dominium. Inde Marchionatus. Ad Badenſes.*
4. *Ala an Sauſenberg vel Hochberg? Vſenberg duplex dominium. Ad Badenſes. Sauſenberg. Vnde Marchionatus.*
5. *Spanheim Com. Familia. Quomodo ad Badenſes?*
6. *Faſcia unde? Badenſis Marchionatus. An ſemitam notet? an thermas? Quomodo ad familiam?*
7. *Eberſtein. Duplex ſymbolum. Vnde roſa? Comitum familia. Quomodo ad Badenſes?*
8. *Badenweiler. Straſperg. Neufchaſtel.*
9. *Rœteln. Ad Badenſes. Longavilleorum ſucceſſio & pratenſio. Marchiones Rœtelini.*
10. *Labr. A Geroldsecciis ad Sarvverdanos. Badenſes. Naſſovios.*
11. *Malberg.*
12. *Apex & galea. Badenſis. Zeringia. Briſgoica. Vſenbergia. Spanheimia. Eberſteinia. Badenvillana. Rœtelana. Malbergenſis. Labrana.*
13. *Linea Badenſis ſeu Edoardina. Scuti areola. Spanheimius Comitatus ulterior.*
14. *Scutum affinitatum à March. Ferdinando Maximiliano.*
15. *Chriſtophori diſpoſitio. Ejus filiorum Bernardi, Philippi, Erneſti.*
16. *Rodemacher.*
17. *Scutum cruce notatum an Burgundica teſſera?*
18. *Areola aliquando contracta.*
19. *Telamones. Torques A. V.*
20. *Titulus.*
21. *Poetica deſcriptio.*

§. I.

Familiæ lineæ.

EXhibet *Sibmacherus* in Armoriali ſuo, P. I. pag. 8. inſignia Sereniſſimæ Domus Badenſis, ſed non integra, qualia nunc geſtantur. Porrò ſciendum eſt, à Chriſtophoro Marchione, qui Princeps laude digniſſimus & de Imperio noſtro bene meritus, omnes ditiones aliquot linearum conjunxit, & unus rexit, duos ortos eſſe ramos, in quibus adhuc arbor illuſtris viget. Major natu Bernhardus ſuperiorem Marchionatum nactus eſt, & ex minori filio Chriſtophoro, Eduardum Fortunatum genuit, Wilhelmi & Hermanni Fortunati patrem. Ex quibus ille ſuperſtites filios reliquit Hermannum, nunc bello inclutum Ducem, & Carolum Bernardum. 1678. extinctum, nec non ex primogenito Ferdinando Maximiliano Ludovicum Wilhelmum, ex Leopoldo Wilhelmo . . . . nepotes, Marchiones Sereniſſimos. In hiſce altera linea, quam *Badenſem* dicunt, conſiſtit. Erneſtus Chriſtophori alter filius Pfortzheimium habitavit, inferiorem principatum cum Hochbergia & Rœtelana ditionibus nactus. Ab eo linea, quam *Durlacenſem*, à ſede principum, vocitant, propagata eſt. Quæ tota conſiſtit in incluto pari fratrum Sereniſſimorum, quos Fridericus armis de imperio meritus reliquit. Ex quibus Fridericus Magnus ditiones paternas gubernat: Frater Carolus Guſtavus pro imperio etiam arma geſſit. Pro linearum diverſitate, inſignium diſpoſitio non nihil variat.

Scutum lineæ Durlacenſis. Leo rubeus.

§. II. Ordiamur à ſcuto *Durlacenſis* lineæ. Illud transverſim ſecatur, iſta quæ ſequitur areolarum diſpoſitione. Caput clypei iterum duæ lineæ in tres laterculos partiuntur. Primus *argenteus leonem rubeum auro coronatum* exhibet. Hunc Sammarthanus ex familia *Lucemburgia* allegat, ejusque putat eſſe teſſeram: ſed nulla Badenſium in Lucenburgiam ſucceſſionem unquam fuit prætenſio. *Hochbergium* Marchionatum notari, non diffiteor me credidiſſe atque aliis tradidiſſe. Sed Sereniſſimæ familiæ indicio didici: vetus hoc eſſe & primævum familiæ & *Landgraviatus Briſgoici* δᾶγμα. Vetuſtis enim Landgraviis datur teſſera **ein rother gekröneter / mit einem doppelten zu ende in pfauen-augen außlauffender ſchweiffiger Löwe / und auff dem Helm ein halber überſich-ſteigender ebenfältiger Löwe.** Leo coronatus, cauda biſulca, & in pavoninas oculatas pennas terminata; Apex ἀνάλογον leonis rubei coronati, cujus collum & dorſum ornamento dentato aſperatur, cujus ſinguli dentes pavoninis pennis ornantur: cui apici poſtea ſucceſſere duo cycnorum colla & capita. Ita lego uſos hoc leone eſſe circa milleſimum annum *Landolinum* & *Bertilonem* ſeu

An Lucenburgiorum vel Hochbergiorum Landgraviatus Briſgojæ.

Birch-

Digitized by Google

Birchtilonem Guntrami divitis filios, quod ſigillis fundationis, cum Sulzbergium cœnobium fundarent, doceri intellexi. Illo iterum nati *Rapato* atque *Landolinus* circa medium ſeculi XI. quorum iſte *Habſpurgicas ditiones*, *Landgraviorum Briſiacæ* titulo omiſſo, retinuit, huic *Briſiacæ Landgraviatus*, titulo modo comitis, modo etiam Landgravii ceſſit. Retinuit verò Rapato & ad poſteros *Habſpurgios* transmiſit leonem illum coronatum rubeum in aurea parma, qui nunc quoque *Habſpurgia* habetur teſſera, quod vidimus L. 1. c. 9. §. 61. p. 60. Frater *Landolinus* conditor *Zeringiæ* arcis itidem leone uſus eſt, ſed auro areæ diſcerniculi cauſa in alterum metallum commutato. Iterum in partitione hereditaria inter Ducis Bertholdi Zeringani filios *Bertholdum* Ducem atque *Hermannum*, Landgraviatus ad juniorem fratrem delatus & ad poſteros transmiſſus eſt, licet ſub initium fundatæ Zeringæ ſe tantum comites dicerent, omiſſa adjectione Landgraviorum. Ab his iterum leonis colores videntur mutati, à Zeringiis ſumto leone, qui pardi in morem vultum obvertat, aureo in rubeo ſolo (ſi fides libro noſtro armoriali P. 2. p. 14.) ab Hermanno ſervato rubeo in argento. Cum iterum ſub finem ſeculi duodecimi Badenſis Domus in *Badenſem* & *Hochbergicam* lineas divideretur, *Hermanno Badenſis*, *Henrico Briſiaca* ditio obtigit: Poſtea quoque *Hochbergica* ſtirps diviſa in ramos *Hochberga-Hochbergicum* & *Hochberga-Rœtelanum*, juniori fratri itidem Henrico ceſſit *Landgraviatus* hic: unde & ipſe & poſteritas Rœtelenſis ſe ſemper Landgravios, poſtliminio reductis ab anno 1309. titulis, dixerunt, & jura Landgraviatus per omnes ſpecies exercuerunt. Imo Landgraviatum hunc Briſiacenſem, qui ab antiquo patrimonialis, ſed à Friderico II. feudalis fuerat, in feudum non interrupta ſerie usque ad Sigismundi Imperatoris tempus ab imperio tenuerunt. Ut etiam hujus Cæſaris adhuc extent literæ inveſtituræ Marchionibus ſuper Landgraviatu datæ. Mutato verò ex in imperii ſtatu mutata quoque eſt conditio Marchionum in Briſgoja. Habſpurgii. Zeringii.

§. III. Quæ conditio Landgraviatus Briſgoji fuerit, modo vidimus. Leo verò, quem teſſeram ejus antiquam diximus, poſtquam Badenſe ſymbolum aſcitum erat, more ejus ſeculi, quo non niſi unum θῆγμα præferre ſolebant, omiſſus eſt: ut nec Badenſes nec Hochbergici, penes quos ille Landgraviatus erat, eo uterentur. Demum 1505. *Chriſtophorus Marchio* eum ſuo clypeo denuo inſeruit. Quod verò Hochbergium Marchionatum attinet, à caſtro *Hochberg* nuncupatum, vel ex antiquo patrimonio familiæ, vel circa 1215. per matrimonium genti allatum: Dominii titulus ei olim attributus eſt, & Marchiones ſe dixere *Dominos Hochbergæ*, quod etiam inveſtiturarum literæ teſtantur. Et ſeculo decimo tertio territorium intra tres pagos conſtitit, ſed poſtea multis aliis Dominiis aucta Hochberga in ampliorem ditionem excrevit; Demum Erneſto Marchioni roganti Carolus V. Imperator conceſſit, ut Hochberga in literis inveſtituræ *Marchionatus* appellaretur, & tanquam principatus cum regalibus Domui Badenſi conferretur, quo nomine in Principum ſenatu ſententiam dicendi jus eſſet. Quæ vero Hochbergæ antiqua fuerit teſſera, hactenus repertum non eſt. Porro Hochbergenſe Dominium in altero Badenſi ramo cum aliis Briſgoicis ditionibus hæſit, donec 1415. *Otto* Marchio, qui triennio poſt lineam Hochbergenſem morte ſua clauſit, cum ad emendum prius id Friburgiæ civitati, dein Rœtelanis obtuliſſet, Bernardo illud nec non Dominium *Hohingen* venderet. Leo receptus à Chriſtophoro Marchione. Hochberg dominium. Inde Marchionatus. Ad Badenſes.

§. IV. Altera areola *cyanea* (exprimunt meer-blau / cæruleo ad praſinum colorem deflectente) *alam* continet *argenteam*, quam *duplicem* dicunt, ut altera alteri incumbere appareat, *ſemicirculo foliato aureo* impreſſam. Hoc ſymbolo *Sauſenbergium* Landgraviatum notari, multis creditum: uti tradit Wapenb. P. 2. pag. 17. Alii *Hochbergam* interpretati ſunt. Quo ſenſu à Marchione Erneſto in clypeum aſcitam legi. Ipſa familia alam hanc explicat ſymbolum duplicis Dynaſtiæ *Vſenbergiæ*, quam equidem Auſtrii ſibi etiam aſſerunt, ſed in literis inveſtituræ Caroli V. Badenſibus confertur, quod hucusque etiam ſucceſſores fecere. Porrò *ſuperiorem Vſenbergiam Dynaſtiam* cum *Kenzinga* obtinuit ab uxore *Anna* ultimi Domini *Friderici* ſorore maritus *Henricus V.* Marchio. Et quidem Kenzingam jam 1326. Albertus Auſtriæ Dux Burchardo Domino Uſenbergæ in feudum fœmininum conceſſerat, ſed in Annam conjugem March. Henrici à morte Friderici fratris jure inveſtituræ devolat anno 1358. March. Henrico jam aliquot annis, nimirum à 1332. poſſeſſam, vigore ſententiæ, Ala an Sauſenberg vel Hochberg? Uſenberg duplex Dominium. Ad Badenſes.

Digitized by Google

quæ à vaſallis ſeu paribus curiæ in ejus favorem lata iterum ademit. Reliquam verò *ſuperiorem* ditionem *Vſenbergicam*, ad quam pertinuerunt opidum *Endingen* & alia circa Briſgojæ montem, dictum Cæſaris ſedes, der Käyſerſtuhl / quæ linea *Gebhardi Vſenbergici* anno 1300. in diviſione cum Burcardo obtinuerat, quæ ex allodialibus maxima ſui parte conſtiterat, à filiabus *Heſſonis ab Vſenberg* poſtremi hujus gentis, emit *Heſſo Marchio*, ejus vero filius *Otto* 1415. Bernardo Marchioni agnato cum Hochbergia, vendidit. Unde alam hanc ſola linea Hochbergio-Hochbergia, quod Henricus ſupra dictus, cui à Kenzinga ſede cognomen, uxorio nomine Uſſenbergam ſibi vendicaſſet, geſtavit: non etiam Rœtelana linea, penes quam *Sauſenberga* fuit, ſedes Marchionum, donec Henricus Rœtelium nactus eo transferret habitaculum. Cæterum Sauſenberga cum Rœtelanis reliquis ditionibus ad Chriſtophorum ex hereditate Philippi delapſa eſt. Fuit ea dynaſtia à S. Blaſii Abbatia permutatione acquiſitum Dominium. *Landgraviatus* verò titulus acceſſit à Marchionibus, qui Landgravii Briſgojæ erant, & Sauſenbergæ habitabant: qua eadem occaſione Badæ & Hochbergæ titulus Marchionatus acceſſit.

Sauſenberg. Unde Marchionatus.

§. V. Quæ ad ſiniſtram eſt areola, ex *argento* & *minio teſſellata Spanheimenſem* comitatum notat. (Wapenb. L. 2. p. 12.) Fuit verò familia comitum *Spanheimenſium* ex illuſtriſſimis: & ex ea deducitur *Hartvicus Archiepiſcopus Salisburgenſi* 1023. mortuus. Ex hujus fratre deducuntur aliquot *Carinthiæ* Duces, nec non Comites *Lavantini*, *Haymburgenſes*, *Sternburgenſes*, *Artenburgenſes*, *Guſſingenſes*, *Rechnicenſes*, *Libenavienſes*, *Martesdorfenſes*, &c. in Auſtriæ & Styriæ finibus. Alia linea in patriis finibus manſit; & in ea Eberhardus Comes Spanheimenſis, Eccleſiam Spanheimenſem 1044. fundavit, quam triennio poſt Bardo Archiepiſcopus Moguntinus conſecravit. Ejus filius Stephanus Eccleſiam à patre conditam, cepit in Monaſterium Benedictinorum vertere, quod perfecit filius Megenhardus, & inaugurari fecit à Buggone Epiſcopo Wormatienſi, 1123. Dominica Quaſimodogeniti. Duravit autem familia usque ad annum 1437. quo ultimus *Iohannes ſenior* in caſtro Starckenberg vivis exceſſit. Inde *Palatini* & *Badenſes* adiere comitatus ejus poſſeſſionem. De titulo non unum legi. Communiter ferè jus derivari video à *Mechtilde Iohannis cæci Comitis Spanheimenſis* filia, *Rudolphi M. Marchionis Badenſis* conjuge, vel juxta alios *Bernardi* Marchionis conjuge, Joannis cæci ſorore. Verum in Genealogia Com. Spanheimenſium MScta legi, ultimo Comiti Johanni cum Simone fratre diſſenſionem fuiſſe, ut etiam expulſus ditione ad Marchionem Badenſem ſe reciperet; Tum ab eo honorifice habitum, in grati animi teſtimonium Comitatus non modicam partem promiſiſſe, & cum poſt fratris mortem à Marchione reſtitueretur, promiſſo ſe exoluiſſe. Demum eo extincto *Iacobum Marchionem*, cum *Stephano Com. Palatino* ſucceſſiſſe. Forte utrumque jus concurrere potuit. Certe Bernardus Jacobi pater teſtellis jam uſus eſt. Adeoque Sereniſſima Domus jus hereditarium allegat, & quod Comitatus allodialis fuerit, in quo filiabus etiam jus ſucceſſionis ſit. Porro hæc iſtius Adelberti quem allegat arma fuiſſe neceſſe eſt, quæ Aldrovandus apud Hæping. de jur. inſign. c. 6. P. 5. n. 831. Badenſibus tribuit.

Spanheim Com. Familia.

Quomodo ad Badenſes

§. VI. Faſcia ſeu media ſcuti pars, præter parmulam toti incumbentem, duas laterales areolas complectitur. Media omnium præcipua eſt, & *auro* fulgens *coccineum baltheum* diagonalem defert. Hanc faſciam ab Auſtraſianis regibus, qua fide ipſe viderit, deducit Lazius: uſum vero balthei ſatis antiquum eſſe argumento eſt, quia Hochbergenſis linea, quæ tamen à principio ſeculi decimi tertii à Badenſi exiit, baltheo hoc æque uſa eſt, quod ex ſcuto Ottonis, qui 1386. ad Sempach cecidit, videre licet; In eo enim baltheus Badenſis conſpicitur. Itaque ſatores utriusque lineæ communes eo ſigno jam uſi fuerint, videlicet Hermannus I. filius Hermannus II. & nepos III. & hujus filii, à quibus lineæ, Hermannus IV. & Henricus. Notatur verò *Marchionatus* ipſe *Badenſis*. *Ægid. Gelenius* de Colon. Agripp. magnitudine. L. 2. ſ. 9. p. 151. putat deſignari non ſemitam (licet *Bade* ſemitam ſignificet) ſed ſanguineam trabem, quales fuere Martii arietes apud priſcos: nam arietes cornua conſpici impoſita galeæ. Ipſi Sereniſſimi Marchiones præferunt ſignificationem *balnearum* in baltheo hoc: cum enim, quæ in Badenſi civitate ſunt *thermæ*, jam Romanis in pretio, atque *aureæ*, ac ab *Antonio Cæſare* denominatæ fuerint, & nunc quoque jus balnearum à nullo quam

Faſcia unde

Badenſis Marchionatus.

An ſemitam notet?

An thermas?

regente

regente Marchione feudo teneri poſſit, non inconveniens viſum; earum hieroglyphicum illo baltheo deſignare: quem tamen ob id undoſum (**wellen weiß erhoben**) pingi deceret, quod in lapidibus & ligneis monumentis obſervari audio: Nunc vero uſu aliud obtinet. *Badam* autem familiæ obtigiſſe lego, cum *Hermanno* Marchioni, *de Limpurg* dicto, Hermanni Marchionis Zeringenſis dein monachi filio, nuberet *Iuditha* ſeu *Iudintha*, quam nonnulli derivare amant ex Hohenbergica familia, quæ late circa Nicrum & Rhenum imperitabat, & jam diu defecit. Alii familiam peculiarem fuiſſe credunt *Comitum Badenſium*, ex qua Comes Badenſis ſub Ottone Magno ludis equeſtribus interfuerit: cui baltheus hic, balnearum index, aſſignatur. Quod verò paterno leone abdicato Hermannus maternum Badenſe ſymbolum aſſumſerit, ab iſtius ſeculi moribus non alienum eſt. Porro qui Comitatus fuerat Badenſis, à Marchionibus Dominis Principatus dignitatem aſſecutus eſt, quod aliis etiam exemplis non ſemel factum doceri poteſt. Quomodo ad familiã.

§. VII. Dextrum latus parmulæ principis quadra *aurea*, in qua *humo viridi aper niger* inſiſtit, ſiniſtrum *argentea roſam rubeam cyano gemmatam* deferens ſtipat. Utrumque ſῆγμα *Eberſteiniorum* comitum eſt: illud *vetus* & cum nomine conveniens (vid. **Wapenb.** P. 2. p. 14.) hoc *novum* (**Wapenb.** P. 1. p. 14. & P. 2. p. 14.) Cauſam, à qua arceſſunt hanc roſam ita deſcribit *M. Cruſ. annal. Svev.* L. 4. p. 2. c. 3. p. 109. *Cæſar Otto Magnus ſororium ſuum, Eberhardum Com. Eberſteinenſem, Romam miſit ad Pontificem: Qui, cum Dominica Lætare (qua* roſarum *Dominica nominatur) ibi eſſet, ac Pontifex roſam in proceſſione ferret: Eam poſtea albo in panno huic Eberſteinio donavit: nempe roſam rubram, cum cæruleo ſapphyro in ejus medio. Hanc ſecum ad ſocerum detulit Brunſvigam: Qui eam impoſterum honorificum inſigne Eberſteiniæ Domus eſſe juſſit: rubram ſc. roſam in planitie alba, cum ſapphiro in medio. Antea namque, pro inſignibus geſtaverant, nigrum aprum, in campo aurato, ſuper petra viridi.* Hiſtoriam credat, an pro fabula habere malit, cuivis liberum relinquo. Cauſam autem duplicis teſſeræ à *duabus lineis Eberſteiniis* arceſſendam exiſtimo, cum altera extincta quæ ſuperſtes fuit ejus teſſeram aſſumſerit, & proprio adjecerit ſymbolo. Cæterum fuere *Eberſteinii* Comites ex celeberrimis in his partibus. *Philippum* Comitem 933. agnoſcunt documenta familiaria, & ab eo tempore ſtirps duravit ad noſtra usque tempora. Ultimus clauſit gentem 1660. *Caſimirus* Comes. Cæterum lego inter Marchiones Badenſes Fridericum II. & Hermannum IX. *Dominos veteris Eberſteinii* nominari, in quod credi poſſit à *Cunigunda Eberſteinia, Rudolphi ſenioris Marchionis uxore*, jus acquiſitum. Aliunde accepi, alteram medietatem comitatus titulo emtionis ad Marchiones veniſſe: quo eodem titulo altera quoque medietas nuperius illis acquiſita ſit; ut tamen quarta ejus pars ſub certis pactis Comiti *Gronsfeldio* iterum in feudum redderetur, Spirenſis vero Epiſcopus ut feudi Dominus *Gernsbacum* peculiare Dominium & alia ad ſe retraxit. Porro ſicut altera comitatus medietas toti Domui Badenſi quoad jus ſimultaneæ inveſtituræ ab initio communis fuit: ita etiam ratione alterius medietatis idem nuper admodum conventum eſt. Neſcio vero quid illi in mente fuerit, qui hoc latereulo Eberſteinio notari *Razivil* comminiſcitur. Eberſtein. Duplex ſymbolum. Unde roſa. Comitum familia. Quomodo ad Badenſes

§. VIII. Supereſt adhuc, quem luſtremus, pes ſeu infima regio ſcuti: quam tres lineæ in quatuor areas diſpeſcunt. Prima *minio tincta palum aureum tribus vel quatuor cantheriis nigris exaratum* defert. Hoc ſigno Dominium *Badenvveiler* (**Wapenb.** 2. pag. 24.) notatur: quod, cum coram officiali Baſileenſi 1444. *Hugoni* & *Rudolpho* Hochbergiis, (qui hujus ſocer fuiſſe perhibetur, quod Genealogiæ neſciunt, ſed potius ſororium mallent.) *Iohannes Comes Friburgius* ſi ſine liberis decederet vivus donaviſſet, deinceps Philippi morte 1503. ad Badenſes devolutum, nunc quoque in *Durlacenſi* linea hæret. Porro eadem teſſera cum fuerit *Straſpergiorum* Comitum vid. **Wapenb.** 2. pag. 16. Badenw illanæ dynaſtiæ accreviſſe dicitur: cum quidam Straſpergius cum uxore Friburgia hanc dotalem accepiſſet, ob quod Dominio uxorio ſuum induderit ſymbolum. Nonneminis conjectura iterum vana eſt, qui *Neufchaſtel* vel *Hochberg* hoc ſigno ſignificari ſibi imaginatus eſt, quamvis etiam illius comitatus ſimile fuerit ſymbolum, ſed coloribus aliis. Badenvveiler. Straſperg. Neufchaſtel.

§. IX. Altera area inferiori ſui parte *quinis fluviis* vel *faſciis undoſis argenteis & cyaneis* (alii *leonem* ex *nubibus* oriri, atque ita ſublimitatem arcis Rœtelanæ notari credunt) Rœtelan.

Digitized by Google

credunt) exaratur, ex quibus in ſuperiori parte *aurea leo coccineus* exoritur. Deſignatur ita Dominium *Rœtelanum I* quod à *Leopoldo* ſeu *Luitholdo* ultimo dynaſta prapoſito Baſileenſi 1315. donatione mortis cauſa *Henricus V. Hochbergenſis* obtinuit, unde ſedem, quam antea Sauſenbergi habuerat, in illam tranſtulit arcem. Ex quo ipſe & poſteri Marchiones *Rœtelenſes* dicti, & ditio *Marchionatus Rœtelanus*. Philippo ultimo ex hujus deſcendentibus mortuo, cum *Longavillei* (nam Philippi filia *Joanna Ludovico Aureliano Duci Longavillo* nupſerat) præter alia ejus Domina, quæ obtinuerunt, *Neocaſtri comitatum*, *S. Georgii dynaſtiam* & alia, quæ Rudolphus Marchio Joannæ Comiti Friburgenſi circa 1458. mortuo teſtamento inſtitutus heres ſuis ditionibus adjecerat, hoc etiam ſibi vindicare conarentur, & ob eam ſucceſſionem in Camera Spirenſi cum Badenſibus diſceptarent, demum 1581. ab his 225000. aurei numerati ſunt, atque ita his redempta, ut Longavillei viciſſim omni jure prætenſo cederent. Verum uti *Franciſcus* Ludovici & Joannæ filius *Marchionis Rœtelini* nomen ſibi vindicaverat, ita poſtea titulum illum, prætenſione tamen omni amiſſa, filius ejus naturalis ad poſteros transmiſit. Jus vero, quo Chriſtophorus in Philippi bona ſucceſſit, fuit ex pacto *hereditariæ ſucceſſionis* inter utrumque inito, quod Maximilianus Auguſtus 1499. confirmavit, effectum autem ejus 1503. mors Philippi poſt ſe traxit. Is quem aliquoties notavi, hic iterum labitur, cum undas illas & leonem *Zelandiæ* tribuit, in quam Sereniſſimæ Domui nunquam prætenſio fuit.

Ad Badenſes.

Longavillcorum ſucceſſio & prætenſio.

Marchiones Rœtelini.

§. X. Tertium laterculum *aureum, faſcia rubea* exornat. Quo inſigni Dominium *Lahr* deſignari audio. Urebantur eadem faſcia *Domini de Geroldseck* & *Lahr*. De quibus ſed confuſe admodum agit *Bernh. Herzog. Chron. Alſ.* L. 5. p. 112. & ſeq. In primis memoratu digna eſt partitio hereditaria, quam inſtitutam dicit 1277. inter *VValtheri Geroldseccii* filios *Henricum*, *VValtherum & Henricum* alterum, quorum ille *Geroldsecciam dynaſtiam*, hi præter *Trans-rhenanas ditiones Lohram & Malbergam* nacti ſint. Horum poſteritatem duraſſe ait ad 1393. quo Henricus Urſulæ Eberſteinæ maritus eam clauſerit. Inde ad *Sarvverdanam* familiam ſucceſſio delata, forte ex matrimonio *Adelheidis Geroldseccia* & *Sarvverdani*. Sed ſeculo decimquinto cum *Malbergio* pars *Lahrani* Dominii à Sarwerdanis comitibus Marchionibus *Badenſibus* vendita. (quod monſtrant teſtamenta Marchionum Jacobi 1450. & Chriſtophori 1515.) Cui in reliquam Naſſoviorum partem ex *Anna Maria Geroldseccia*, Friderici March. conjuge, novum jus noſtra ætate acceſſit.

Lahr. à Geroldseccis ad Sarvverdanos.

Badenſes.

Naſſovios.

Malberg.

§. XI. In extremo laterculo *aureo leo niger coronatus* Dominium *Malberg* notat. Cujus olim peculiares fuere Dynaſtæ. Ex quibus prodiit comitiſſa, ut eam vocat *Bernhard. Herzog.* loc. cit. *de Molberg*, quæ marito *VValthero Dn. Geroldseccio*, quod ille addit, Dynaſtiam *Lahranam & Malbergenſem* ex parte attulit. Hic Waltherus fundator cœnobii Lahrani 1277. deceſſit: in cujus filiis, minoribus natu *VValthero & Henrico Lahram & Malbergam* diviſione fraterna obtigiſſe modo diximus. Porro eodem jure deinceps ad Sarwerdanos, & ab his ad Badenſes idem Dominium delapſum eſt.

Apex & galeæ Badenſis.

§. XII. Scuto ita deſcripto, imponuntur galeæ nonnunquam decem, ita ut eæ, quas ſcuti ſuperior ſuperficies non capit, lateri adponantur. Media coronata, quæ propriè *Badenſis* eſt, ſuſtinet duo cornua hircina vel arietina (*Chifflet. Inſign. Eq. A. V.* n. 102. vocat introrſum denticulata. Aliis ita pinguntur, ut ſcarabæi cornibus non abſimilia ſint) dextrum rubeum, ſiniſtrum aureum. *Hochbergenſis* vero linea pro diſcriminiculo aurum alterius cornu in argentum mutavit. Cæterum olim cornibus fuere addita duo rubea vexilla cum cruce alba: quod monſtrant antiquæ picturæ in arce Badenſi & liber torneamentorum inter arcana Domus Badenſis repoſitus: quem apicem *Zeringenſium* fuiſſe allegantur, & alia & quæ Friburgi extent monumenta. Proxima huic coronata, pro *Briſgojo Landgraviatu* ſeu veterem ſtirpis apicem leonem exorientem rubeum auro coronatum exhibet. Ex altero latere quæ aſſiſtit, *Sauſenbergia* ſeu potius *Vſenberga* index, etiam coronata eſt, & oſtentat hermam virilem, cæruleo amictu ornatum, qui thorace alam argenteam ſcutariam defert, & capiti impoſitum pileum turbinarum cæruleum, argentea ora reducta, geſtat. Inde alii *Spanheimenſi* coronatæ impoſita videtur cauda pavonina (*Chifflet.* loc. cit. compendii cauſa in Chriſtophori Marchionis Badenſis inſignibus notat Badenſem & Spanheimium apices conjunctos, nempe

Zeringia.

Briſgoica.

Uſenbergia Spanheimia.

nempe inter cornua apparuiſſe pavoninam caudam.) Tum *Eberſteinia* duæ ſequuntur (Wapenb. 2. pag. 14.) quarum altera duo cornua argentea ſuſtinet, ex quibus utrinque virides foliis dependentibus ramuli prodeunt. Inter cornua autem roſa ſcutaria comparet. Ex altera exſurgit herma virilis argenteo amictu, aprum ſcutarium (in armoriali libro noſtro roſa apri loco eſt) pectori impreſſum præ ſe ferens. Capiti autem impoſita conſpicitur tiara Epiſcopalis (qua notari volunt *advocatiam* Abbatiæ *Herrenalb*) argentea, impreſſa roſa rubea, faſciis volitantibus ejusdem coloris; tum pennæ pavoninæ exornant duplicem mitræ apicem. *Badenvillana* galea herma juvenili (fœmininum in Wapenb. 2. p. 24. crines volitantes arguunt) exornatur, hujus verò veſti rubeæ in pectoris regione palus ſcutariis cantheriis diſtinctus inſcribitur. Octavam caſſidem notam *Rætelii* tegit Epiſcopalis mitra auro & cocco ornata & pavoninis orbiculis faſtigiata. Ex quo ſymbolo ſuperioritas ſuper ſex prælaturas Rœtelanas comprobata eſt. *Malbergenſis*, quæ nona eſt, galea tabulam angularem in orbem figuratam exhibet, cujus extrema ſex ſingulis pavoninarum pennarum orbiculis ornantur, tabulæ vero imprimitur orbis aureus cum leone ſcutario. Quæ ultima eſt *Lahrana* premitur herma juvenili, cujus veſtem auream in pectoris regione rubea diſtinguit faſcia; brachiorum autem loco cornua ejusdem metalli enata, ſimiles faſcias oſtentant. Qui apex lineæ Lahranæ inter Geroldseccios fuit apud Herzog. loc. cit.

Ebersteinia

Badenvillana.

Rœtelana.

Malbergenſis.

Lahrana.

§. XIII. Hæc diſpoſitio eſt inſignium Badenſium, uti linea Durlacenſis illis utitur: quod attinet *Badenſem* vel *Edoardinam* lineam, ea laterculos aliter diſponit, & unum prioribus addit. Diſpoſitio illa eſt, ut ſuperioris regionis prima areola Spanheimias teſſellas, altera transverſim ſecta ſuperius roſam inferius aprum, *Eberſteinia* heraldica, tertia leonem Briſgoicum complectatur. In medio ſcuti *Badenſis* baltheus occupat principem parmulam, hinc palo *Badenvilano*, inde ala *Vſenbergia*, ſtipatam. Pes ſcuti in quatuor laterculis, primo *Rætelanum* hieroglyphicum, ſecundo *Lahranum*, tertio *Malbergenſe* continet. Extremum occupant *teſſellæ* ex *auro* & *cyano*, quæ item *Spanheimenſe* ſymbolum ſunt. (ut ex Wapenb. 2. pag. 12. videre eſt.) Unde colligere eſt, Spanheimenſes diverſas lineas, diverſa etiam uſas eſſe teſſellarum tinctura. Cum vero comitatus in *citeriorem & ulteriorem* (vordere und hindere Grafſchafft Spanheim) diſpeſcatur, illam auro & cyano, hanc argento & minio notare ſolent. Crediderim hanc lineam duplex ſymbolum geſtare, quia in ejus poteſtate comitatus eſt, quantum ejus ad domum ſpectat.

Linea Badenſis ſeu Edoardina.

Scuti areolæ.

Spanheimius comitatus ulterior.

§. XIV. Præter hæc vidi ſcutum, quod filio ſuo Sereniſſimo Principi *Ludovico Wilhelmo*, parens *Ferdinandus Maximilianus*, dum viveret hiſtoriarum, Genealogiarum & ſcutariæ artis ſtudioſiſſimus, concinnavit, præter eas quæ domui conſvetæ ſunt alias areolas complectens, quæ affinitates varias atque prætenſiones ſignificant. Diſpoſitio illa erat, ut tres lineæ transverſæ clypeum in quatuor regiones diſtinguerent. Ima iterum quadripartita *Rætelium*, *Lahranum*, *Malbergium* & *Vſenbergium* ſymbola referebat, quæ huic incumbebat, præter mediam parmulam *Badenſem* à dextero roſam & aprum *Eberſteiniorum*, in areola transversè ſecta, & altero ex latere leonem *Briſgoicum* complectebatur. Duæ ſuperiores regiones, utraque duabus lineis diſtincta, ſex laterculos conficiebant. Ex quibus primus iterum quadripartitus *Legionenſe* & *Caſtellanum* δεῖγμα, ſecundus *Siculum*, tertius *Neapolitanum*, quartus *Hieroſolymitanas* cruces, quintus *coronas Svecicas*, extremus *teſſellas Spanheimenſes* referebat. De Spanheimenſi areola nihil attinet iterum dicere. Quod reliquos concernit: prætenſionem in *Siciliæ* & *Neapolitanum* regnum laudatus Marchio arceſſebat à *Friderico March. Badenſi* & *Duce Auſtriæ*, qui conſobrinus Conradini Ducis Sveviæ & Regis Neapolitani, cum eo à Carolo Andino 1268. decollatus eſt. Hieroſolymitanæ cruces eidem tribui poterant origini: ſed maluit eas repetere à *Maria Sabaudica*, *Philippi March. Hochbergenſis* uxore, cujus patri ab hærede *Cypri* regnum ſit donatum. Svecicas coronas inſeruit ob *Ceciliam Svecicam* Guſtavi I. filiam *Chriſtophori Marchionis Badenſis* conjugem. Unde vero *Legionenſe* & *Caſtellanum* ſymbola aſcita, neque accepi, neque ipſe reperire potui. Niſi forte, quod tamen vix crediderim, reſpicitur Ludovici Wilhelmi proavia materna Catharina Michaelis Hiſpanica, Duci Sabaudiæ nupta. Utrum vero hoc ſcuto poſthac alii uſuri ſint, mihi non conſtat.

Scutum affinitatum à March. Ferdinando Maximiliano.

Digitized by Google

Chriſtophori diſpoſitio.

§. XV. Præter iſtas diſpoſitiones ſcuti, quæ nunc quoque obtinent, obſervandum, in hoc etiam ut in aliis creviſſe ſubinde numerum arearum. Ita *Chifflet. l. c.* antea memorati *Chriſtophori* ſcutum non niſi quadrifariam ſectum, & *Spanheimio* & *Badenſi* ſympolis repletum deprehendit. Nempe anno 1491. pictum erat, antequam agnati *Philippi Hochbergii* hæreditas acceſſit. Inter Chriſtophori filios *Bernardum*, *Philippum*, *Erneſtum*, cum ditiones diviſæ eſſent, per pacta in vim teſtamenti paterni, conſtitutum, ut præter areolam Badenſem ſingulis communem, reliquas areolas quilibet ex illis tantum formaret ditionibus quas poſſideret. Unde *Bernardus* quadrifido ſcuto uſus eſt, prima areola *Badenſem* baltheum, ſecunda & tertia teſſellas *Spanheimias*, quarta *cærulea auream faſciam* deferente. *Philippus Badenſem* teſſeram in peculiari ſcutulo imponebat parmæ quadripertitæ ex teſſeris duplici *Eberſteinia*, *Lahrana*, *Malbergia*. *Erneſtus* itidem toti impoſuit *Badenſem* parmulam, clypeo conſtante ex quadris *Briſgoica*, *Vſenbergia*, *Rætelana*, *Badenvilana*. Cum vero Philippus ſine mare deceſſiſſet, ditiones ejus fratribus attributæ, eorum ſcuta auxere. In *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. p. 8. repræſentatur clypeus quadripertitus ex *Hochbergia*, *Vſenbergia*, *Badevilana* & *Rætelana* notis, *Badenſi* ſcutulo medium occupante, quam diſpoſitionem modo diximus Erneſti fuiſſe. Iſtæ etiam galeæ adjiciuntur, ſed quod in aliis factum obſervamus, paulatim laterculorum numerus crevit. Primus vero *Erneſtus Fridericus* ſchema quo hodie utuntur concinnavit.

Ejus filiorum Bernardi, Philippi, Erneſti.

Rodemacher.

§. XVI. Una areola, quam modo diximus in March. Bernardi extitiſſe ſcuto, quæ *cærulea auream faſciam* defert, nondum explicata eſt. Cæterum ea denotatur Dominium *Rodemachern*. Cum enim Chriſtophorus Marchio Maximiliano Imp. in Belgio fidelem operam præſtitiſſet, copiarum Dux & deinceps Gubernator Lucenburgius, ob ſumtus factos, ſuis enim impenſis militaverat, quibusdam qui rebelles declarati fuerant ademta bona ei addicta ſunt, utpote Comitatus *Roucy*, *Rodemachern*, *Rulant*, *Reigersberg*, *Vſeldingen*, *Herſpringen*, cum jure *hereditariæ præfecturæ* (Erb-**Gubernament**) Ducatus *Lucenburgii*, ſed reſervata reluitione & conſtituta in ſingula quaſi Dominia certa reluitionis ſumma. Unde quædam etiam ſoluto ære redemta ſunt, alia ut Rodemachern, Herſpringen, Uſeldingen penes Badenſes manſere. Unde hæ ditiones Lucenburgicæ & Spanheimicæ in teſtamento Chriſtophori pro quarta parte Marchicarum terrarum computantur, & 15. præfecturis æquiparantur, atque pro patrimonio Bernardo primogenito aſſignatæ ſunt: Hinc *Rodemacherana* faſcia eſt, quam pater Uſenbergæ lateri jam adjecerat. Sed & nuper adhuc Marchio *Hermannus Fortunatus* ibi ſedem habuit: ex eo tamen non obſervavi δείγματος hujus in poſterorum ſcutis veſtigium.

Scutum cruce notatum.

an Burgundica teſſera.

§. XVII. Unum ſupereſt, quod & in *libro veteri torneamentorum*, qui penes domum Badenſem eſt, & in aliis antiquis picturis Hermanno IV. & V. ſeu alia numerandi ſerie III. & IV. tribuatur ſcutum *rubeum cum argentea cruce*, quæ etiam in vexillis pavoninæ caudæ utrinque in apice adjectis fulget. De hac cruce Viri rerum harum peritiſſimi ſententia eſt, *Burgundicam eſſe crucem*, à Zeringiis agnatis ob jus in Burgundiam aſcitam & Badenſibus deinceps jure agnationis vindicatam. Huic vero conjecturæ non unum obſtare videtur. Inprimis quod talis crux Burgundiæ nunquam fuerit ſymbolum, quantum hactenus ab aliis autoribus annotatum, & quod à Zeringiis demum in Burgundiam impetrato jure, agnati nullum jus illa familia extincta prætendere potuere. Ego quod dicam vix habeo, niſi forte ſuſpicemur, cum Hermannus III. & IV. *cruciatis expeditionibus* in Palæſtinam, ille Conradi III. hic Friderici I. interfuerint, ab hoc in ejus rei memoriam, cruce enim ſignabantur eo profecturi, crucem ſcuto inſertam & gentili ſymbolo prælatam, à filio vero aliquandiu paternum geſtamen ſervatum fuiſſe. Sed de eo doctiores amplius cogitent.

Areolæ aliquando contractæ.

§. XVIII. Vidimus plures & areolas & caſſides uſurpatas. Nec tamen ita domui placet multitudo arearum, ut non aliquando quaſi in compendium redigantur eæ. Ita à March. Friderico obſervavi aliquando tria ſcuta, in medio Badenſe, hinc Briſgoico, iſthinc Sauſenbergenſi ſtipatum, cum totidem galeis uſurpata: omiſſis reliquis quæ in ſcuto pleno reperiuntur.

Telamones.

§. XIX. Quod ad alia attinet quæ circumſtant ſcutum: percepi ſolitos veteres Badenſes duos *telamones leones* clypeo adponere, duos vero *gryphes*, quibus incumbat,

bat, ſubjicere. Tum Sereniſſimus Marchio *VVilhelmus torquem aurei velleris* ſuo ſcuto circumdare ſolebat, quæ dignitas perſonalis erat. De *Symbolo gentili* nihil mihi innotuit. Torques A. V.

§. XX. Inſignia hucusque enarrata illuſtrat titulus utrique lineæ communis, qui ita habet: *Marchio in Baden & Hochberg, Landgrav. in Sauſenberg,* (quo titulo jus *Landgraviatus Briſcoici* ſervari volunt,) *Comes in Spanheim & Eberſtein, Dominus in Ræteln, Badenvveiler, Lahr & Malberg,* &c. Titulus.

§. XXI. Alicubi hæc inſignia Badenſia legi diſticha: Poetica deſcriptio.

Marchio habet rubeas ferventia bruta leones,
auro ſupremis ſplendida verticibus.
Ala nitens, nigræque trabes, tria flumina, virgo,
infula, non parvi ſunt decus imperii.

Caput V.

Epiſcop. Bambergenſ. & Herbipol.

ARGUMENTUM.

1. *Epiſcopi ſcutum.*
2. *Epiſcopatus Bambergenſis. Fundatio. Aliqui Epiſcopi.*
3. *Directio circuli Franconici.*
4. *Sericatum Cunigundis filum. Quid Electoret ab Epiſcopatu teneant? Sub-officiales eorum.*
5. *Ditiones in Carinthia. Controverſia cum Auſtriacis.*
6. *Epiſcop. Herbipol. & Duc. Franconiæ. Huic aſſerta cuſpides.*
7. *Alibi de iisdem actum.*
8. *Dernbach.*
9. *Gentis hiſtoria. Arbor Progonologica.*
10. *Galea. Diadema imperiale.*
11. *Gladius, pedum.*
12. *Titulus.*

§. I.

REverendiſſimus & Celſiſſimus Princeps *Petrus Philippus, Epiſcopus Bambergenſis & Herbipolitanus,* quadripertito utitur clypeo, in cujus prima & quarta areola *aurea leo ſalit niger anguſto baltheo diagonali dextero argenteo* toti laterculo inducto: ſecundam transverſim ſecant *tres cuſpides argenteæ* in caput *rubeum* protenſæ: in tertia *cæruleæ vexillum* apparet, *ex minio & argento quadripertitum, lanceæ aureæ obliquo ſitu locatæ affixum.* Mediam parmulam cæruleam *lapillis* ſeu *plinthidibus argenteis* ſparſam *tria corda aurea* exornant, *cuſpidibus in ſcuti umbilico coëuntibus,* in Pythagoricæ literæ formam diſpoſita. Epiſcopi ſcutum.

§. II. Primum δῶγμα eſt *Bambergenſis* ſeu *Babenbergenſis* Epiſcopatus Franconici ad Mœnum & Pegnitiam, Brandeburgicis, Hennebergicis ſeu Saxonicis & Herbipolenſibus ditionibus majori ex parte cincti. Olim Comites *Bambergenſes* ſeu *Babenbeigenſes* fuere, ex quibus aliqui veterem Auſtriacam familiam deducunt: ſed vel morte ultimi *Reinholdi* vel *Reinhardi* 1007. ad Imperatorem comitatus relapſus eſt, vel jam prius poſt Alberti Comitis ſupplicium fiſco addictus erat. Eximium illud habet, quod nulli Archiepiſcopo ſed immediate Romanæ ſedi ſubſit: unde Epiſcopus hic ſuæ Diœceſeos eſt Archiepiſcopus. De tributo, quod ob hoc Pontifici ſolvendum fuerit, quodque remiſſum ſit, Pontifici ab Henrico III. civitate *Benevento* 1031. conceſſa, vide quæ *Limn.* habet Jur. publ. T. V. addit. ad 4, 7. p. 250. Fundatus 1007. ab Imperatore *Henrico II.* & uxore *Cunigundi,* cui maritus comitatum donaverat, multisque ampliſſimis privilegiis dotatus eſt. Primus Epiſcopus *Eberhardus* deceſſit 1042. Secundus vero *Svidegerus* ſeu *Sviggerus* pridem Henrici Cancellarius ab Imperatore Henrico III. 1047. Romanæ ſedi Pontifex impoſitus eſt, quam novem menſibus preſſit aſſumto nomine *Clementis II.* Octavus Epiſcopus *Otto* ex Comitibus *Andechſinis,* quod Pomeranorum converſioni à paganiſmo ad religionem Chriſtianam operam navaſſet ſedulam, eorum Apoſtolus nuncupatus eſt. Epiſcopatus Bambergenſis. Fundatio. Aliqui Epiſcopi.

§. III. De *Directione circuli Franconici* ei controverſia fuit cum Marchionibus Brandeburgicis, an hi in convocatione ſtatuum circuli ſemper concurrant; ſed 1559. in comitiis Auguſtanis ita res eſt compoſita, ut futuris temporibus perpetuo Directio circuli Franconici.

Digitized by Google

uterque, Episcopus sc. & Marchio Brandeburgensis, conjuncta opera & indivisim hoc convocandi munus exercerent. Conf. *Iohan. Limn. Iur. publ. T. IV. add. ad 1, 7. p. 47. & ad 9, 1. p. 424.*

Sericatum Cunigundis filum.

§. IV. Aliam prærogativam Bambergensis Episcopi illam recenset *Caspar. Bruschius in Catal. Episc. Bamberg. Constituit amplius Divus Henricus Imperator, ut seculares quatuor S. Rom. Imp. Electores feuda Electoratus ab hujus Ecclesiæ Pontifice tanquam vasalli à suo directo Domino petere & accipere necesse habeant. Quod insigne & amplissimum privilegium vulgo* sericatum Divæ Cunigundis filum *appellant, quo laudatissima Imperatrix vera Ecclesiæ nutrix, Babenbergensem suam Diœcesin & Ecclesiam voluit esse quasi fortissimo muro & inexpugnabili propugnaculo communitam.* Cui suffragatur etiam Hieron. Megiserus L. 7. annal. Carinth. c. 4. **Daher seynd noch heutiges tages alle Churfürsten deß Reichs deß Bischoffs zu Bamberg Lehenleute dergestalt / daß er sie (als mit einem Lehen) belehnet mit dem Churfürstlichen titul und namen / und mit deme / was ein jeder / als ein Churfürst / hat und besitzet.** Hunc vero errorem ex non bene cognita veritate ortum refellit *Ioh. Limn. Iur. Publ. 3, 7, 76. 77. 78.* Nimirum quod Henricus II. singulari amore in hunc Episcopatum inclinans, cum plura alia ei tribuisset, grandius quod ei tribueret non invenerit, quam ut quatuor illos Principes Imperii officiales, eisdem officiis & ministeriis Episcopatui illi suo adscriberet: quod etiam *T. V. add. ad 3, 7. p. 357.* pluribus ostendit: cum Electoralem dignitatem ab ipso Imperio teneri nimis quam apticum sit. Subofficiales vero & Electorum Vicarii in Episcopatu sunt, Regis Bohemiæ Archipincernæ Equites *Auffsessii*, Archidapiferi Palatini *Truchsessii de Pommersfelden*, Archimarescalli Saxonis *Marescalli de Ebnet*, Archicamerarii Brandeburgici *Rotenhanii.* Qua ratione etiam Celeb. *Bucelinus Germ. T. 1. p. 24.* illos officiales majores Electores, & minores ex equestribus familiis recenset. Conf. *Theod. Hæping. de insign. c. 6. P. 7. n. 1078. p. 293.* Porro plures adhuc Principes, Comites & Dynastæ ab hoc Episcopatu feuda accipiunt præ aliis Germaniæ præsulibus. Conf. *Zeiler. Itin. Germ. P. 1. pag. 400.*

Quid Electores ab Episcopatu teneant.

Subofficiales eorum.

Ditiones in Carinthia.

§. V. Præter ditiones Episcopatus in Franconia sitas aliæ adhuc in *Carinthia* satis amplæ sunt, quas dono Henrici acquisiverunt. Megiserus exprimit Dominia *Laventhal & Villach*; quæ à *Vicedomino in Wolfsberg* reguntur. De illa provincia controversia Episcopo cum domo Austriaca intercedit à temporibus Ferdinandi I. Hoc (quæ tamen aliis etiam Archiepiscopis & Episcopis Salisburgensi, Frisingensi, Ratisponensi, Passaviensi ipsocum communis est quereala) in comitiis non semel conquerente, quod duplici onere in imperii contributionibus gravetur, qui & immediate imperio quotam suam solvere debeat, & indictis provincialibus Carinthiæ portionem suam non minus repræsentare adigatur. Acta & documenta utriusque partis videre licet apud *Limn. Iur. Publ. T. V. add. ad 4, 7. p. 467. 583. & ad 5, 2. p. 688.*

Controversia cum Austriacis.

Episc. Herbipol. & Duc. Franconiæ.

§. VI. Reliquæ duæ tesseræ, *cuspides & vexillum*, Episcopatum *Herbipolitanum* atque *Ducatum Franconiæ* designant: uter vero utro designetur, apud aliquos dubitari vidi: nec defuere, qui cuspides, quod primo loco collocentur, Episcopatui, Ducatui vexillum attribuerent. Quibus fateor me accedere non posse, *Ducatui Franconiæ cuspides* illas deberi, non una ratione convictus. 1. Communis ea jam à multo tempore fuit autoribus, quos vidi omnibus. Ut paucos qui nunc ad manum sunt exprimam, ita sentiunt **Wapenb.** P. 2. pag. 2. *Marq. Freher. Hist. ad Leopold. de Bebenberg. de jurib. regni. c. 1. p. 6. Casp. Lerch. à Dirmstein. 74.* pag. 35. *Bern. Herzog. Chron. Alsat. 1. c. 37.* (quorum uterque vocat **rothe flammen im weissen feld**: forte rectius **weisse in roth**) neque enim flammæ descendunt sed ascendunt, nisi velimus, tincturæ ordinem imperitia pictorum aliquando immutatum.) *Spangenb. Chron. Henneb. 2.* cap. 34. *Limn. Iur. publ. T. V. add. ad 4, 7. pag. 251. Theod. Hæping. de jur. insign. c. 6. P. 1. num. 61. p. 239. 240.* (qui **Fränckischen spitzen oder kamm** vocant.) 2. Qui Imperatorum ex Franconica familia repræsentant insignia, semper ea repræsentabunt aquilæ pectori affixâ parmulâ cuspidibus his distinctâ *Fürst.* **Wapenb.** P. 3. p. 1. *Bucelin. Hist. univers. Nucl. in catal. Imp. Rom.* 3. Rubeus & candidus colores semper habiti *colores Franconici*, unde etiam perfrequentes in procerum Franconiæ scutis; Uti exemplis appareat Comitum & Dominorum Castellanorum (qui ipsi ex Ducibus illis deducuntur)

Huic assertæ cuspides

Erpachio-

Erpachiorum, Breubergiorum, Limpurgiorum, Weinſpergiorum : ſic etiam non pauca civitatum Imperialium in Ducatus Franconici veteri & ampliſſimo diſtrictu ſitarum ſcuta ſimili tinctura inficiuntur. 4. Limpurgii, qui ex Ducum Franconiæ proſapia originem derivant ſuam, cuſpides illas, non vero vexillum gerunt. 5. Cum vexillum ſcuti iisdem iterum diſtinguatur coloribus cuſpidum, vix dicemus, Ducale vexillum Epiſcopatus unius, cum tamen plures complecteretur, aſſumſiſſe teſſeram, Epiſcopale vero vexillum Ducatus ſui, quo comprehendebatur, colores referre convenientius erat. Unde etiam *Herbipolis* Epiſcopi ſedes ab eo ſimili parma donata eſt. vid. **Wapenb.** 1. p. 220. Quod alibi etiam circa Epiſcopales civitates obſervamus. Quod vero Ducatus Epiſcopatui præfertur, non mirabitur, qui cogitet Ducatuum talium, quales admodum pauci in Imperio olim fuere, Franconiæ, Sveviæ, Bavariæ, Saxoniæ, Lotharingiæ, Bohemiæ, amplitudinem, cum ſinguli regnis, qualia hinc inde agnoſcuntur, æquari potuerint; quid ergo mirum, eo tempore Epiſcopatus hieroglyphico, hoc ſymbolum antelatum eſſe?

§. VII. Quæ alia Ducatum Franconiæ & hunc Epiſcopatum concernunt, dicere occupavimus L. 1. c. 64. n. 3. cum in Moguntino Electoris Joh. Philippi ſcuto eadem *δείγματα* occurrerent. Conf. *Limn. Iur. publ. T. V. add. ad 4, 7. p. 251.* Alibi de iisdem actum.

§. VIII. Medium ſcutulum Epiſcopi hujus gentile eſt, notans familiam *Dernbach*, & quidem quod apparet ex *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. p. 110. eam lineam, quæ cognomen *Graul* gerit, cum alia cognomento in Dernbach cordibus nigris in parma aurea utatur. Dernbach.

§. IX. Hæc gens Illuſtris *Dominorum*, nunc vero *Comitum*, à *Dernbach*, jam inde ab Eliſabethæ Haſſiacæ Landgraviæ ob ſanctitatis famam celebris tempore inter Cattos & Buchonios floruit. *VVilh. Dilich. P. 2. Chron. Haſſ. p. 154.* memorat, circa 1234. à quodam *Dernbachio M. Conradum* Eliſabethæ Principis confeſſarium prope Marpurgum confoſſum eſſe: quod orta, ut ajunt, ſecta in Willenstorf Conradus cum alio Conrado Derſon Dominicano à Gregorio IX. Pontifice inquiſitores conſtituti (ex quo apparet, miſeros illos ſectariorum nomine proſciſſos Papatui adverſa docuiſſe) poteſtate abuterentur, & quosvis ſibi ſuſpectos inauditos nec convictos ad rogum condemnarent, qua truculentia plures Marpurgi (**an der Ketzerbach**) periere, Comes autem Saynentis & alii appellatione ad Cæſarem & Principem evaſerunt, inquiſitores ita odium publicum ſua injuſtitia incurrere, cujus inſtrumentum Dernbachius juſtitiæ zelo ſe præbuit. Non deſunt, qui exiſtiment, inter alios viros nobiles, qui ex Hungaria Eliſabetham ſecuti, hos etiam Dernbachios in Germaniam delatos, atque ibi domicilium ſuæ fortunæ collocaſſe. Sed ſeculo ſequenti, cum inter *Ottonem Landgravium* (qui 1326. deceſſit) atque *Henricum Naſſovia* Comitem ortum eſſet diſſidium, caſtrum *Dernbach* (haud dubie quod familia Ottonis partes ſequeretur) à Naſſovio deſtructum, & nobiles Dernbachii pulſi ſunt, teſte cod. *Dilich. Chron. Haſſ.* p. 182. Verum etiam poſtea non defuere ſtirpi domi forisque Illuſtres, quorum memoria ſervatur in Eccleſiis cathedralibus & ludis equeſtribus Herbipolitanis, inprimis etiam in Noveſii obſidione à Carolo Burgundo tentata. Hoc ævo potiſſimum inclaruere Baltaſar Abbas Fuldenſis ab anno 1570. ad 1606. quem Bucelinus *ſidus ordinis* ſui nuncupat, & quem §. 1. nominavimus modernus Epiſcopus Bambergenſis atque Herbipolitanus. Ut vero nonnihil hujus gentis affinitates luſtremus, exhibebimus progonologicam tabulam à Viro Excellentiſſimo D. Fabricio cum nonnullis aliis adductis communicatam. Gentis hiſtoria. Arbor progonologica.

- Spes Dernbachica.
  - Joan. Otto S. R. I. Com. à Dernbach, ſupremus aulæ Præfectus, Conſil. Int. & Archiſatrapa in Kitzingen.
    - Otto Guiliel. à Dernbach, Satrapa in Arnſtein, Rev. & Celſ. Princ. Bamberg. & Herbipol. Petri Philippi frater.
      - Melchior à Dernbach Conſil. Cæſ. Fuld. aulæ. Mareſcal. ſatrap. in Rockenſtuhl & Bruckenau: Frater Abb. Fuld. Baltaſaris.
        - Petrus de Dernbach.
          - Philippus à Dernbach, dictus Grauel fil. Henrici ex Eliſabetha Riedeslin de Eyſenbach.
          - Margareta de Schleyern dicta Schlegerer.
        - Clara Claurin de Wehren, Rev. Princ. Abb. Fuld. Guil. ex fratre neptis.
          - - - - - Claur de Wehren.
          - - - - de Wahlen.
      - Anna Catharina Schuzbarin dicta Milchling.
        - - - Schuzbar d. Milchling.
          - - - - - - - -
          - Schuzbar d. Milchling.
          - - - - -
          - Schenck de Schweinsberg.
        - - - - de Harſtall.
          - - - - de Harſtall.
          - - - - de Gunzenrodt.
      - Catharina Magdalena Echterin de Meſpelbrun.
        - Philip. Chriſtoph. Echter de Meſpelbrunn, Rev. & Celſ. Pr. Herbip. Julii ex fratre nepos.
          - Theod. Echter de Meſpelbrunn, Conſil. Herbip. Satrapa in Rotenfelß.
            - Petrus Echter de Meſpelbrunn Satrapa in Procelden.
            - Gertrudis de Adoltzheim.
          - Suſanna Mareſcalla de Pappenheim.
            - Chriſtophorus Mareſcall. de Pappenheim.
            - Cunigunda de Bemelberg.
        - Anna Margareta de Bicken Emin. Pr. El. Mog. Joan. Adami ex fratre neptis.
          - Philippus de Bicken.
            - Philippus de Bicken.
            - Regina de Mudersbach.
          - Anna Brendlin de Homburg.
            - Fridericus Brendel de Homburg.
            - Margareta Riedeſelin de Bellersheim.
    - Anna Maria Voitin de Rieneck, Rev. & Celſ. Princ. Bamberg. Dn. Phil. Valentini ex fratre neptis.
      - Georg. Chriſtoph. Voit de Rieneck, Satrapa in Ramneck & Ebern.
        - Joan. Emericus Voit de Rieneck.
          - Martinus Voit de Rieneck ſatrapa in Gemünden.
            - Philip. Voit de Rienek Conſil. & Summus Prætor Herbipol.
            - Amalia de Adolzheim.
          - Maria Magdal. de Thüngen.
            - Philippus de Thüngen
            - Agatha de Steinau.
        - Chriſtina ab Ehrthal.
          - Georg. Theod. ab Erthal.
            - Joan. Georg. ab Erthal.
            - Cæcilia de Steinau.
          - Eva de Lichtenſtein,
            - Philippus de Lichtenſtein.
            - Anna de Sternberg.
      - Maria Amalia ab Erthal.
        - Joann. Chriſtoph. ab Erthal Conſil. Herbip. & Satrapa in Haſsfurt.
          - Georg. Eyricus ab Ehrthal.
            - Chriſtoph. ab Erthal.
            - Maria Roſina Fuchſin de Burckbreitbach.
          - Regina Cunigunda de Roſenberg.
            - - - de Roſenberg.
            - - - - - Geierin de Gibelſtatt.
        - Maria Gertrudis Echterin de Meſpelbrunn.
          - Valentin. Echter Lib. Baro de Meſpelbrunn Conſil. Cæſar. ſatrapa in Aſchach.
            - Petrus Echter de Meſpelbrunn Satrapa in Procelden.
            - Gertrud. de Adolzheim
          - Ottilia Rauin de Holzhauſen.
            - Adolphus Rau de Holzhauſen.
            - - Schuzbarin dicta Milchlingin.

Digitized by Google

§. X. Imponuntur ſcuto quatuor galeæ, & inter eas *diadema imperiale:* hujus cauſa eſt Henrici II. in hunc Epiſcopatum, quem omnibus modis exornare nitebatur, ſingularis affectus. Quod galeas concernit, prima ad dextram eſt *Herbipolenſis*, tecta mitella principali rubea, cujus ora reducta vellere hermionico fulget; ei inter duo vexilla Herbipolenſia inſiſtunt tres plumæ ſtruthionicæ antrorſum reflexæ, argentea hinc aliâ cæruleâ iſthinc rubeâ ſtipata: ſecunda contegitur *pulvillo coccineo*, cujus *extremi globuli & panniculi auro fulgent*, ei *mediante ſceptro aureo* innititur *tabula octangula aurea cum typo Bambergenſi:* angulis vero admotæ conſpiciuntur ſingulæ *pennæ pavoninæ:* tertia quæ diademati imperiali proxima ad lævam eſt, coronata ſuſtinet *duo cornua ſectione Franconici laterculi* diſtincta: Ex quarta protenditur *jugum alarum complicatarum*, cum *Dernbachio typo ſcutario*. Phaleræ circumfluunt ſcutum, hinc *aureæ & nigræ*, iſthinc *argenteæ & rubeæ*. Galeæ. Diadema imperiale

§. XI. Scuto ſubjiciuntur *gladius & pedum Epiſcopale*; more Epiſcoporum Germaniæ ſolenni, ob utramque qua beneficio Imperatorum fruuntur poteſtatem. Erlangum ex Herbipolitanis primum fuiſſe, qui hæc inſignia ſcuto adjecit, & qua occaſione factum id ſit, L. 1. c. 64. n. 3. audivimus. Notant tamen, eo etiam tempore, quo alii Epiſcopatus iſta adhuc poteſtate caruerint, jam Caroli Magni ævo, Epiſcopum Herbipolenſem & Abbatem Campidonenſem utraque uſos poteſtate, illum ob Franconiæ Ducatum, hunc ob comitatum Campidonenſem, quibus ſua fuere, antequam in Eccleſiaſticorum ditionem venirent tribunalia. vid. *Limn. Iur. publ. T. V. add. ad 4, 7.* p. 251. Et quidem cur dextro latere gladius, ſequiori pedum locetur, accepi inde fieri, quia *Herbipolis ſola judicet enſe, ſtola.* Gladius, pedum.

§. XII. Titulus eſt: *Epiſcopus Bambergæ & Herbipolis, S. R. Imp. Princeps, Franciæ orientalis Dux*, &c. Titulus.

CAPUT VI.

Domus Bethunia. Duc. de Sully, de Bethune, de Charrots.

ARGUMENTUM.

1. *Fortunæ viciſſitudo.*
2. *Bethunæ Domini & ſucceſſio.*
3. *Reliquæ lineæ. Hodiernæ.*
4. *Inſignia. Ex Teneramundanis adſcita, Faſchia hieroglyphicum.*
5. *Diſcernicula.*
6. *Apex.*
7. *Tituli.*

§. I.

ILluſtre exemplum eſt Illuſtriſſima *Bethuniorum* familia variantis fortunæ: cum olim ſummo in ſplendore vigens (utebantur enim titulo *DEI gratia*, & monetam cudebant) temporis deinceps injuria fulgoris ſui aliquandiu aliquod quaſi deliquium paſſa, demum virtute & meritis *Maximiliani* in eum fortunæ iterum gradum aſcenderit, ut quod extra Principum ordinem nulli familiæ Francicæ obtigiſſe memini, uno tempore triplicem Ducalem titulum poſſideat. Fortunæ viciſſitudo.

§. II. Quod Genealogiam attinet, eam juſto opere 1639. edito diligentiſſime excoluit Genealogorum princeps *Andreas du Cheſne*. Hic primum nominat *Robertum* cognomento *Faſciculum* ſeu *Faiſſeus*, *Dominum Bethunæ & Richeburgi*, advocatum Atrebatenſem ſeu bonorum Abbatiæ S. Vedaſti. Eum tamen ex vetuſtis Bethunæ Dominis ortum credit; Defunctum exiſtimat circa 1037. Huic filium dat *Robertum*, & ex conjectura alium, à quo *Domini de Carency* deſcenderint, quorum heres *Eliſabetha Guilelmo de Cajeu* Dn. de Boulaincourt nupſit. *Roberto II.* qui 1072. prælio cecidit, natus eſt *Robertus III.* cognomento *Calvus*, qui integram advocatiam Atrebatenſem nactus eſt, altero advocato mortuo. Hic pater fuit *Adami*, qui in expeditione Palæſtina *Bethſan* ſeu *Beſſan* (quæ olim Scythopolis) in Galilæa hereditario jure obtinuit, à quo reliqui ejus Domini in ſextum gradum deſcenderunt, & *Roberti IV.* cognomine *Craſſi*. Hujus filius *Guilelmus* Bethunam, antea 1037. combuſtam, reſtauravit, pater *Roberti V.* cognomento *Ruſi*, qui 1191. ad Accaron obiit in comitatu Regis Philippi; quo nati *Robertus VI.* cognom. *junior*, *Balduinus* ab uxore *Comes Aumala*, *Ioannes* Bethunæ Domini & ſucceſſio.

Digitized by Google

Ioannes Epiſcopus Cameracenſis, cui 1219. expeditio adverſus Albigenſes feralis fuit, *Canon Dn. de Bergues*, & dein in expeditione Conſtantinopolitana 1204. *Adrianopoleos*, unde filius *Balduinus* Rex Adrianopoleos dictus eſt, & *Guilelmus II.* cognomento *rufus Bethunæ* Dominus, cui ut & prius fratri Roberto deſtinata *Sybilla Hieroſolymitana* heres quo minus obtingeret, æmuli impedierunt: obtigit vero uxor *Mathilda* heres *Teneramundæ*. Hoc iterum geniti *Daniel*, *Iohannes Com. Pauli* ἀπαιδες, & *Robertus VII.* qui 1248. moriens heredem reliquit *Mathildam*, *Guidonis Dampetræi C. Flandriæ* conjugem, in cujus poſteris deinceps Bethuna hæſit, atque *Guilelmus* reliquorum Bethuniorum, qui nunc ſuperſunt, ſator.

Reliquæ lineæ.

§. III. Hic Guilelmus Bethunius *Dn. de Molembeque*, *Locres* & *Huſſe*, qui 1243. deceſſit, iſta ab uxore *Eliſabetha Pontrohart* acquiſivit, ſed filia *Mathildis* fratri Guilelmo ſuperſtes, ejus atque *Molembeque* heres fuit, uxor *Ioannis Caſtellani de l' Isle*, & poſt eum *Roberti de VVaurin Seneſchalli Flandriæ*. *Guilelmus* vero Guilelmi filius, *Dn. de Locres* & ab uxore Beatrice *Hebuternæ* fuit, genuitque *Guilelmum III.* patrem *Guilelmi IV.* qui *Matthæum* & *Ioannem* filios habuit: iſtius filia *Maria* heres de *Locres* & *Hebuternæ* fuit: hic *(Ioannes)* dictus de *Locres*, *Dominus* fuit *de Vendeuil*, & uxorem cum multa dote habuit *Ioannam* filiam *Engerrandi de Coucy*, *Vicecomitis Meldarum* ſeu *de Meaux*, cui ſucceſſit filius *Robertus*, mortuus 1408. herede filia *Ioanna*, bis nupta *Roberto Barenſi*, & *Ioanni Lucenburgio Lignio*; ejus patruus *Ioannes Bethunius* dictus *de Locres Dominus Autreſchæ* fuit, hic 1415. ad Azincurtium cæſus *Robertum* reliquit *Dominum de Mareuil*, patrem *Ioannis*, quo nati *Alpinus* & *Robertus*: hic Dominus de *Hoſtel* & Vicecom. de *Chavignon*, pater *Georgii*, avus *Annæ*, quæ hereditatem marito *Friderico de Choiſeul Dn. de Praslin du Pleſſis* attulit; ille *Baro de Baye* & *de Mareuil*, ex minori filio *Ogero* Dominos de *Congy* fevit, major *Ioannes Baro de Baye*, pleraque bona prodegit, filioque *Franciſco Baroni de Roſny* ex materna hereditate parum præter prætenſiones reliquit.

Hodiernæ.

Hic communis pater eſt omnium hodie viventium. Eo enim nati ſunt *Maximilianus* & *Philippus* duarum linearum autores. *Maximilianus* ex Barone de *Roſny* & infima militia ad ſummum fortunæ gradum aſcendit, creatus *Dux Sullius* & *Par Franciæ*, tum Mareſcallus, pridem rei quæſtoriæ Præfectus, item Architectonicæ, fortalitiis, M. Magiſter rei tormentariæ, portuum, litorum, &c. Pater fuit *Maximiliani M.* de *Roſny*, ante patrem defuncti & *Franciſci*: ab illo genitus *Maximilianus Franciſcus*, & hoc *Maximilianus Petrus Franciſcus*, Duces, *Franciſcus Com. d'Orval* & *M. de Courville* fuit, nunc *Dux de Bethune*, pater Marchionis Bethunii. Quod vero *Philippum* attinet, is Comes de *Selles* & de *Charrots* fuit, pater *Hippolyti*, quo genitus *Philippus Com. de Selles* vel nunc *de Bethune*, *Henrici* Epiſcopi Bajonenſis, tum Maleacenſis, demum Burdegalenſis Archiepiſcopi, atque *Ludovici Com. de Charrots*, qui nunc etiam *Dux de Bethune*, filius vero Armandus *Dux de Charrots* appellatur.

Inſignia.

§. IV. Quod inſignia concernit, ea olim fuere apud Cheſneum parma *cyanea quatuor vel quinque baltheis diagonalibus aureis* exarata. Domini vero de Carency uſi ſunt faſcia, quæ aliquando fuit diſcerniculi cauſa pinnata. Verum pro baltheis Robertus VII. pater Mathildis, quæ hereditatem Bethuniam Flandris attulit, aſſumſit teſſeram *Teneramundæ*, quæ erat rubea faſcia ſcuto argenteo inducta. Idque fecit Robertus ob matrem Mathildem Teneramundæ Dominorum, qui *Principum* nomen uſurparunt, heredem. Unde vetus ſymbolum plane exolevit. De hac faſcia non indigna ſunt quæ legant eruditi, exſcripta è *Davidis Lindani de Teneramund.* L. 1. c. 6. num. 45. p. 31. 32. *Ab hoc fortè tempore*, nempe circa 1200. cum Mechtildis Dn. Teneramundæ nupſit Guilelmo Dn. Bethunæ, unde Bethuna & Teneramunda juncta, *ſua inſignia Bethunii à Teneramundanis mutuati ſunt*, *quæ Teneræmondenſis familia fuiſſe, vel ante annum* CIↃC. *manifeſtum eſt ex inſcriptione ſepulchrali* Ringoti & Adelwidis, *quam ſupra dedi: ubi hodierna Teneræmundæ inſignia Adelvvidi tribuuntur: & quod vel ſolum fidem adſtruat, eadem in fornice turris Eccleſiæ Teneræmundenſis viſuntur, non picta ſolum, ſed ſaxo inciſa, quod qui cominus, dum hæc ſcriberem, viderunt, retulere. Structa autem eſt illa turris, aut* à Rengoto *Teneræmundæ Domino (qui in ea Eccleſia Canonicos inſtituit, obiitque anno* CIↃCVI.*) aut multò ante, Bethuniæ autem inſignia alia ab his hodiernis vidiſſe memini, variis diplomatibus Roberti Bethunii, Guidonis Soceri, cum hâc inſcriptione:* Secretum Roberti de Bethune *Vtriuque autem*

Ex Teneramundanis adſcita.

opidi

Digitized by Google

vidi hodierna insignio sunt fascia rubra in scuto argenteo : *de quâ multa symbolice, doctissimus meo judicio Belgarum sui ævi,* Johannes Goropius Becanus, *in explicatione vocis nostræ* Bandt, *id est, fascia & vinculum; cujus inter cætera hæc verba decerpsi:* Quum fascia sit vinculum ad hominum membra confirmanda necessarium, majores nostri insigni prudentiâ, fasciam unionis & potentiæ inde pendentis signum esse voluerunt. Hinc *banda* (id est fascia, nostris *Bandt*) pro vexillo militari, non ut simplici signo portari cœpit; sed ita ut nihil esset magis hieroglyphicum. Notabatur enim eo, omnes debere esse colligatos vinculo amico & hominis membra confirmante, non secus atque infantis tenelli artus vinciuntur ad robur consequendum. Hoc nimirum ille voluit, qui sagittas colligatas filiis frangendas dedit, quas cum frangere sic nequirent, rursus dedit singulas, quas facillimè fregerunt. Sicut enim concordiâ parvæ res maximas vires sibi comparant ; ita discordia maximæ quæque vires frangunt. Fascia igitur, quam nostri *bandam* vocant, priscum nostris fuit signum militare, quo omnium animi ad unionem & concordiam strictè arcteque retinendam movebantur. Videmus hactenus puerorum vexilla è longis fasciis constare; qualia veterum fuisse cogitandum. Posterior ætas multas fascias consuit: fortassis ut significaret, non unam se ducere potentiam, non unum robur, sed multa : & non angustam habere potentiam ; sed longe lateque dominantem. Jam quoniam unio & colligatio hominum, principes & supremas vires habent, atque ea fascia significabatur ; translatum est symbolum, ad summam & Regiam potentiam denotandam, si fascia candida caput cingeret: & sicut potestas Regia omnium est antiquissima, ita ab antiquissima gente (Cimmeriis) traxit originem. *Et paulò pòst :* Ex eodem fonte manavit illud, quod in omnibus sacris, vitis sive fasciis, tùm victimas, tùm aras, tùm sacerdotes ornarent. Significantes, omnem potestatem à superis orandam: & eo solo nos salvos esse posse, si potestati divinæ nostra potestas alligetur. Fatebantur igitur hac tessera, sese agnoscere omnium rerum potestatem apud illum esse, cui sacra fidei deberent. Ita Lindanus suis & Goropii verbis. Fasciæ hieroglyphicum.

§. V. Porrò scutum hoc cum fascia nunc etiam tota Domus retinet : nec vidi ei alios laterculos uspiam additos : Sed *Dux de Bethune d'Orval* fasciolam itidem seu lambellam coccineam trifidam scuti capiti inserit, discerniculi causa: alter *Dux de Bethune-Charrots* non minus fasciola utitur hujus coloris, quâ tamen à priori distinctione, non memini vidisse. Discerniculæ.

§. VI. Apex est, ex galea coronata emergens pavo cæruleus, collo liliis aureis sparso, *Gorgé de France:* quod ex concessione allegatur Philippi Augusti Regis & filii ejus Ludovici Com. Atrebatensis, ob servitia à Guilelmo II. Bethunio illis præstita. Lacinias pingit Sammarthan. cocco & argento, sed Geliot. indic. arm. pag. 405. cyaneas ait floribus liliatis sparsas. Telamones adduntur duo sylvestres viri, clavas gestantes. Clamor bellicus est *Bethune.* Apex.

gitur, & inprimitur *leone cæruleo lingua & falculis coccineis. Th. Haping. c. 6. P. 5. §. 6.* perperam areæ *album* aſſignat colorem. Primum hæc inſignia *Herm. Bilingo* Ottone I. cum ei *Saxoniam ab Albim* vel inferiorem donaret, cujus pars fuit *Lunæburgenſis ditio*, data feruntur: ſed qui temporis illius rationem cogitat, dubitandi ratio- nem inveniet: certe eo ſæculo hæreditaria inſignia fruſtra quæſiveris. Unde aliquis ci *Cranzio 8. Saxon. 18.* (conf. §. præced.) dixerit, Fridericum II. cum Ottonem Du- cem Brunſvici & Lunæburgi crearet, hunc leonem prioribus adjeciſſe. Sed cum in ve- tere membrana *Magni Bilingii Saxoniæ Ducis* imago pingatur tota armata, dextra gla- dium erectum, ſiniſtra ſcutum cum his corculis & leone geſtans, galea autem coronata ſuſa, ex qua duæ adverſæ falces pavoninis pennis ornatæ eminent, Bilinganis σῆγμα plane hoc abjudicare nequimus : inde ex Wulfildi Magni filia jus ad hanc gentem. Eo vero *Lunæburgum* jam notari dubio vacat. Et quidem *Lunæburgum* initio in pe- culiari linea, quod §. 1. diximus, fuerat: cumque *Wilhelmus* eam morte ſua 1369. clau- deret, gravi contentioni occaſio data eſt. Duas habebat Wilhelmus filias, *Eliſabe- tham Ottoni Saxoniæ inferioris* Duci & *Mathildam Ludovico* agnato nuptas: & qui- dem initio heredem ſcripſerat Albertum Saxonem nepotem 1355. confirmante Ca- rolo IV. Imperatore. Dein mutata voluntate alterum generum *Ludovicum Brun- ſvicenſem* ejusque fratrem *Magnum* inſtituit. Ob quæ bello orto lis non prius ter- minata, quam Magni filii Wenceslai Saxonis filias ducerent. Ita permanſit in familia, quod ejus proprium fuerat. Acceſſerat alia prætenſio *Ottonis Com. Waldeccenſis*, qui Mechtildem Ottonis (Wilhelmi fratris) filiam uxorem habuerat, adeoque ob dotem & alia hereditaria bona ad 100000. marc. argenti puri ei ſolvenda Wilhelmus 1357. & 1361. à Carolo IV. condemnatus, cumque non pareret in Bannum Imperii declaratus, & 1365. ab Epiſcopo Mindenſi excommunicationis ſententia percuſſus, atque in eâ mortuus eſt. Duravit vero proceſſus à 1354. ad 1399. quæ non ultima cauſa credita, quod dein Fridericus Brunſvicenſis Imperator electus ab Henrico Com. Waldeccio ceſſit. Porro includitur *Lunæburgicus Ducatus* Brunſvicenſi Principatu, Weſtfalia, Bremenſi diœceſi, Holſatia, Megapoli & Brandeburgica Marchia.

§. IV. Succedit tertia areola, quæ ſecundi ordinis prima eſt, *carulea leonem ar-* Comitatus Eberſteinius.
genteum deferens, *lingua coccinea.* Sculptoris hic interceſſit aliquod vitium. Nam & ille leo, qui in Wolffenbuttelio ſcuto locum ἀνάλογον occupat, argenteus eſt, ſed *coronatus*, qualis & hic eſſe debet, uti nunc quoque in uſu eſt. Porro notatur comi- tatus *Eberſteinius:* qui olim ſuos habuit Comites, aliquorum ſententia (conf. *Rit- tersh. Tab. Geneal.*) eandem cum *Eberſteiniis Sveviæ* comitibus originem agnoſcen- tes: quibus diverſitas inſignium opponi poteſt: neſcio vero an ſatis valide. Porro ex his, qui in Brunſvicenſi Principatu vixere, ultimus *Hermannus Comes*, cujus filius Ot- to ob patratum homicidium aufugerat, circa finem ſeculi decimi quarti genero ſuo *Ottoni Brunſvicenſi* comitatum legavit. *Hamelmann.* de fam. emort. L. 2. p. 110. fa- cinus Ottonis etiam memorat, ſed ob hoc ejectum dicit circa 1425. & Wilhelmum bellicoſum tanquam ſuum feudum tam amplum Comitatum invaſiſſe & obtinuiſſe: addit comitatus hujus eſſe ampliſſimas Præfecturas, ut Forſt, Fürſtenberg, Otten- ſtein, Oſen, Groin, Arzem & Poll; deinde civitates Hamelunga, Boemwerda. Cæ- terum Ottonem illum homicidam nonnulli fatorem conſtituunt *Comitum Eberſtei- niorum*

niorum Pomeraniæ, qui à *Neugarten* denominantur, & proxime demum 1663. 3. Dec. in Comite Ludovico Chriſtophoro ultimo mare extincti ſunt. Alii eos agnatos tantum Eberſteiniorum Brunſvicenſium faciunt, non vero ex ipſis ortos. De agnatione dubios non eſſe ſinit inſignium identitas: ſi Eberſteiniorum-Neugarrenſium intueris ſcutum in Wapenb. P. 1. pag. 17. P. 3. pag. 15. Cæterum modo dixi, Ottoni Ducis conjuge obtigiſſe hunc Comitatum, quod fatetur *Henr. Bunting.* Braunſchweig. Chron. pag. 236. Idem verò paulo poſt p. 492. 493. alium titulum allegat, nimirum bello adverſus Comitem Spiegelbergenſem & ſocios Comitatum hunc occupatum, & ſuis adjectum eſſe à Wilhelmo Duce Brunſvicenſi; quem, ait idem, primum fuiſſe, qui titulis eundem ſuis adſcripſerit, & ſymbolum inſeruerit ſcuto.

Hombur-gius. §. V. Proximus laterculus *rubeus*, ſed *limbo ex argenteis & cyaneis ſegmentis compoſito cinctus* (ein Schachtafel darumb her / oder eine leiſte / ſo in blaw und weiſſe vier-eckete felder vertheilet/) continet *leonem aureum lingua & falculis cæruleis* minitantem. Ita deſignatur comitatus *Homburgius*, quondam etiam à peculiaribus comitibus rectus; quorum aliquos recenſet Hamelmann. de fam. emort. L. 2. pag. 117. Hujus comitatus ſucceſſionem, ſi ſine maſcula progenie *Henricus* Comes extingueretur, *Sophia Abbatiſſa Gandersheimia* ex Brunſvicenſibus, domui huic conceſſit 1409. apud *Bunting. Chron. P. 4. p. 584.* Ultimum horum, nempe Henricum iſtum, Eberſteinius Comes inter ipſa ſacra trucidavit: ſed ditionem occupavit cum patruo Bernardo *VVilhelmus ſenior* Dux Brunſvicenſis, de quo §. præced. Unde idem primus cum Eberſteinio ſymbolo hoc etiam ſuis adjecit. Titulum comitis allegat *El. Reuſner. Baſilik. Geneal. p. 418.* his verbis de Bernardo: *Comitatum Homburgenſem cum omnibus opidis, arcibus, pagis & vicis emit ab Henrico Comite Anno* A. C. 1409.

Com. Hojæ. §. VI. Area ſequitur *Hojenſis*, ſed ipſa quadripertita: prima & quarta *quadrat aurea* (perperam *Spangenberg.* Adelſp. P. 2. p. 318. b. aream argento tingit,) *binos ursinos pedes nigros*, (Bären-tatzen oder klauen/) *averſo ſitu locatos*, repræſentant: ſecunda & tertia *ſuperne binis rubeis & argenteis faſciis* diſtinguitur, ſeu juxta alios diſcriminatè in atea *argentea duas faſcias coccineas* defert, *inferior* pars non eam, ut aliqui volunt, *iisdem coloribus* ſed potius *cæruleo & argento in crucem & decuſſim ſecatur*, ut crucis ſpecies appareat paulo obliquius locatæ: aliqui vocant vier Himmel-blaue winckel in ſilbernem feld/ vel vier Himmel-blaue oder laſurne winckel faſt in geſchobener form eines Burgundiſchen Creutzes / in ſilbernem feld. Ursini pedes proprium δᾶγμα ſunt *Hojenſium*. Inde dicterium illud *Ottonis Com. Hojenſis*: Flieg niemahls du mantel GOttes von den Bären-klauen / apud *Henninges. Theatr. Geneal.* Cæterum comitatum hunc peramplum, Brunſvicenſi Principatu, Mindenſi, Verdenſi ac Bremenſi Diœceſibus, nec non Oldenburgico & Diepholtino comitatibus cinctum, peculiaris familia eaque perantiqua poſſedit. Ita ut ann. 820. mentio alicujus Hojenſis Comitis fiat. Sic etiam 933. prælio Henrici Aucupis adverſus Ungaros cecidit Waltherus Hojæ Comes, cui ſtatua equeſtris in Maukirchiano prælio ſtatuta. Ab ejus fratre Henrico deſcenderunt reliqui Comites, quorum ſeriem ab ea, quæ Henningeſio prodita, diverſam, ſed ab Hojenſi Cancellario approbatam, inſeruit opuſculo *Hamelmann. L. 2. famil. emort. p. 121.* quam, quia libellus rarior eſt, in tabulam redactam huc aſſcribo.

COMITES

COMITES HOJENSES.

Genealogia Comitum.

Waltherus Com. Hojæ ductor copiarum contra Ungaros Henrici Aucup.

Henricus Comes Hojæ, in campo equeſtri Magdeburgi 939.

Waltherus jun. Com. Hojæ.

Erneſtus Com. Hojæ, in lud. Eq. Trevit. 1019.

Henricus Comes Hojæ in torneam Hall. 1042.

Wilhelmus Com. Hojæ, in lud. Eq. Gœting. 1119.
Uxor . . . . Com. Broichauſen.

Gerhardus Com. Hojæ 1181.
Uxor . . . . ſoror Geronis Dn. de Stumpenhauſen.

Gerhardus Epiſcop. Verdenns.

Henricus Com. Hojæ Stedingos acie invaſit.
Uxor . . . Com. de Welpe.

Henricus Com. Hojæ, pugnavit cum Bremenſib. propter caſtrum Tedinckhauſen, & tyrannice interimendo Dom. in Stumpenhauſen cum tribus filiis dominium ad ſe tranſtulit, atque deſtructo caſtro Stumpenhauſen ad Viturgim caſtrum Nienborch extruxit.
Uxor . . . . Com. Wunſtorp.

Gerhard. Coadj. Bremenſ.

Widekindus Epiſc. Mindenſ.

Otto Com. Hojæ.
Uxor Rixa Com. Waldeccíæ.

Joannes Com. Hojæ.
Uxor . . . fil. Erici Ducis Saxon. Lauenb.

Henricus Com. Hojæ.
Uxor Helena f. Magni D. Brunſvic.

Wichilda, Uxor Otton. Dn. Bergæ prope Mindam.

Gerhardus C. Hojæ, contra Melchiorem Brunſvic. Epiſc. Oſnabrugenſ. pugnavit, & ab ultimo Comite Henrico comitatus Altenbrokhauſen & Nienbrokhauſen emit.
Uxor . . . f. Erici D. Saxon. Lauenb.

Anna Uxor Joh. Com. Diepholt.

Otto Com. Hojæ. Ux. Adelheid. f. unica C. Rietbergii.

Otto Ep. Monaſt. qui Nic. C. Tecklenburgio & Solmenſi multa ademit, eaque non dominium Ahauſen Epiſcopatui adjecit. Demum Coadj. Oſnabrug.

Juxta Ux. Simon C. Lippiæ.

Joannes Ep. Paderborn inde Hildesheim.

Ericus Com. Hojæ.
Uxor . . f. Magni D. Brunſvic.
2. Anna Com. Schauenburg.

Henricus Ep. Verdæ.

Conrad. C. Rietberg. A quo reliqui comites Rietberg. ſuperioti ſeculo etiam extincti.

Joan. C. Hojæ bellum geſſit, in Duc. Brunſvicenſes. Ux. Adelheid C. de Bronchorſt.

Albertus Ep. Mind. & Conrad. Oſnabr.

Agnes. Ux. Nicolai C. Tecklenburg.

Ericus præpoſ. Colon. & Adminiſtr. Oſnabrug. ſed removetur. Unde grave bellum.

Joannes bellicoſus Com. multa pro fratre Erico in Oſnabr. & Monaſterienſ. molitus capitur, & ab Oſnabrug. aliquot annis cuſtoditur.
Uxor Eliſabetha Com. Diepholt.

Gerhardus Ep. Bremenſis.

Joannes Ep. Monaſter.

Fridericus Can. Colon.

Catharina Ux. Mauritii Com. Oldenb. & Delmenh.

Otto C. Hojæ † 1489. Ux. Maria f. Bernardi C. Lippiæ.

Adelh. Ux. Philippi C. Waldeccii.

Anna Ux. Salmæ

Joan. C. & Reifferſch.

Jodocus C. Hojæ, cui cum Brunſvic. & Lunæburgis bellum.
Uxor Armgardis f. Bernardi C. Lippiæ, quam cum tribus filiis 1512. ejiciunt Duces Brunſvicenſes & Lunæburgenſes, nec reſtituunt, niſi ſub feudi conditione.

Jodocus C. Hojæ, cui quod ære alieno gravatus eſſet gravis contentio cum Franc. & Thoma de Hallæ, & Henrico Ranzovio illius genero. Quæ compoſita à Chriſtiano III. R. Dan. & Auguſto El Saxon. 1558.
Ux. Anna f. Wolfgangi C. Gleichen.

Maria. Uxor Jodoci Com. Bronckhorſt.

Joannes bellicoſus.
Uxor . . . ſoror Guſtavi R. Sveciæ.

Ericus privatus vixit in arce Stoltenau.

Jodocus. Deceſſit in vinculis Franciſci ab Halle.

Joannes Ep. Monaſter, Oſnabr. & Paderborn.

Albertus C. Hojæ tempore interimiſtico nullam tulit mutationē. † æt. 1563.
Uxor Catharina f. Anton. C. Oldenburg

Margareta. Vxor Rudolphi C. Diepholt.

Magdalena † cœlebs.

Jodocus † in ſtudiis Pariſ.

Wolffgangus Canon. Argent. ob. Argent. ex fracto crure.

Otto C. Hojæ in Stoltenau. Vx. Agnes C. Bentheim. vidua Joan. C. Rietberg. Demum comitatus Hojenſ. & Broikhuſ. ſolus Dominus. † 25. Feb. 1583.

Ericus C. Hoj. Vxor Armgard. f. Joan. C. Rietberg. Vnde aſſequitur illum comitatum.

Joannes † puer in arce Borchloo.

Frideric. Canon. Argent. doctus & ingeniolus † 1570. Nienb.

Maria Uxor Herm. Georg C. Limburg & Stirum.

Anna Abb. in Barſen.

Eliſabetha obiit inf.

Armgarda. Vxor Meinolfi Dn. de Buren.

Ita duæ cum fuiſſent lineæ ex fratribus Ottone & Henrico, eorum illam 1489. clauſit Otto Henrici vel uti ſupra Joannis filius. Ex Henrici proſapia demum ultimus totam

Digitized by Google

gentem clauſit Otto 1582. vel 1583. extinctus. Cæterum cum *Iodocus Com. Hojenſis* bellum geſſiſſet adverſus Duces Brunſvicenſes & Lunæburgenſes, hi 1512. Jodoco mortuo comitatum aggreſſi ſunt, Henricus ſenior & Henricus medius atque Ericus *Duces Brunſvicenſes & Lunæburgici*, & viduam Jodoci cum liberis ejecerunt, cui ad Comitem Lippiæ fratrem ſuum fuit perfugium, qui ſua interceſſione effecit, ut poſt pecuniam ipſis Ducibus promiſſam & tandem ſolutam reciperent filii Comites Jodocus junior, Joannes & Ericus paternum comitatum, ſed ut *beneficium & feudum Ducale.* (vid. Hamelmann. L. 2. de fam. emort. p. 125. 126.) Unde in Ottone Jodoci junioris filio extincta, quod diximus, gente ad feudi dominos relapſæ ſunt ditiones. Conf. *Thuan. L. 75. p. 798.* Et memorat *Henr. Bunting.* p. 348. quod Brunſvicenſi Duci obtigerint *Stolzenau, Erenburg, Sieck, Steigerberg, Siedenburg, Depenau, Barenburg:* Lunæburgico *Hoja & Nienburg, Levenau & Bruchhauſen*, Haſſiæ vero Landgravio Ucht & Freudenberg, qui ea Bentheimiis Comitibus conceſſit. Conf. ſupra L. 1. c. 11. §. 9. pag. 73.

Broichuſius Comitatus vetus & novus.

§. VII. Quæ pedibus urſinis in Hojenſi laterculo adjiciuntur faſciæ & ſectiones proprie comitatum *Bruchhuſen* notant, & quidem duplex ſymbolum duplicem comitatum, videlicet *veteris & novæ Bruchhuſiæ.* Quo digitum intendit Hamelmann. de famil. L. 2. p. 102. & dicit ad veterem ſpectaſſe præfecturam Seick, ad novum præfecturam Harpſtede. Ille comitatus juxta aliquos ex familia *Oldenburgica* matrimonio Margaretæ Oldenburgicæ, *Ioanni Diepholtino* Comiti nuptæ, iſti genti accrevit ſed videri poteſt neptis ejus Eliſabetha eundem tranſtuliſſe ad *Hojenſes, Ioanni Comiti* elocata, hunc enim primum Bruchhuſio titulo uſum reperio; *Ioannem* vero illum & *Eliſabetham Diepholtinam* in allato ex Hammelmanno ſchemate videre non eſt: ſed *Wilhelmo Comiti Hojæ* uxor ab eo datur Comes Broichuſia. Jus autem in utrumque comitatum derivatur ex emtione *Gerhardi* Comitis, cui eos vendiderat *Henricus* Comes in Neuen-Broichhauſen ἄπαις, qui alterum Comitem in Alten-Broichhauſen ejecerat (unde iſte etiam in exilio improlis deceſſit) adeoque utrumque comitatum poſſederat. vid. Hammelmann. d. l. pag 102. Quicquid ſit, comitatus Bruchhuſius manſit Hojenſi conjunctus, atque ita ſimul etiam cum eo ad Brunſvicenſes delatus eſt. Conf. *P. Fürſt.* Wapenb. P. III. pag. 26. ubi ſub nomine Com. de *Buckhauſen* idem pene ſymbolum, niſi quod faſciæ non binæ ſed ternæ ſunt, repræſentat; unde *Bruchhauſen* ſcribendum fuiſſe reor. Eadem facie *veteri Bruchhuſiæ* aliam dat Fürſtius parmam videlicet cæruleam cum aquila argentea. Iterum *Bruchuſiis* p. 15. ſcutum transverſe ſectum, in cujus pede extenditur ſimilis aquila, in capite autem argenteo graditur leo rubeus coronatus. Quod tamen δῆγμα Diepholtino ſimilius eſt. Certum vero eſt, *novam Bruchhuſiam* binis illis faſciis, quibus apex reſpondet 12. vexilla concoloria ex galea diademate tortili tectâ porrecta; veterem autem ſectionibus, ſeu crucem dicere malis, deſignari. Ita exhibet præfatus Clariſſ. Hofmannus ſigillum de anno 1301. ſectionibus iſtis inſigne, cum inſcribitione *S. Ludolfi Nobilis de Brochuſen.* Aliud etiam ſigillum exprimit de anno 1384. cum epigraphe marginali *S. Gerhardi Comitis in Brochuſen:* ubi ſcuto tres roſæ inſcribuntur, galeæ imponuntur duo brachia, roſam in altum elevantia. Id vero δῆγμα brevi tempore duravit, & inde ad vetus rediere, quod retentum eſt. Porro ex convenientia inſignium, non deſunt, qui Broichuſios Oldenburgicæ proſapiæ fuiſſe arguant, uti quidem una linea Oldenburgica illum comitatum tenuit: nam faſciæ duæ rubeæ in utroque ſcuto ſunt, hoc ſolo diſcrimine, quod Hoja-Bruchhuſium argento, Oldenburgicum auro tingitur: tum loco crucis aureæ in area cærulea (quod δῆγμα Delmenhorſtanum) in Bruchhuſia parma ſectiones ſunt ex argento & cæruleo, aliquam crucis formam præſe ferentes. Certe *Hamelmann.* ſcriptor Oldenburgicus in Chron. Oldenburgio illam derivationem ipſe aſſerit: & *L. 2. de fam emort. p. 102.* repetit.

Diepholt.

§. VIII. Qui ſequitur laterculus *Diepholtina* ſymbola continet: & quidem transverſe ſecatur: ſuperior pars hoc loco ita pingitur, ut in *cæruleo ſolo ſaltat leo argenteus:* inferior *argentea* repræſentet *aquilam cæruleam:* alibi cæruleus color ſolo, argentum aquilæ tribuitur: Conf. Wapenb. P. 2. p. 13. P. 3. pag. 15. Et quidem ita etiam

Digitized by Google

etiam pingi oportebat, quod moderno uſu comprobatur, ut *aquila* ſit *argentea in area cærulea*. Ex hoc etiam corrigendus eſt error circa *leonem* in ſuperiori areæ parte, qui *rubeus & coronatus in auro* repræſentari debebat. Hoc enim δεῖγμα *Diepholtinum* eſt. Memorat vero diligentiſſimus, aliquoties memoratus, archivarius Brunſvicenſis, repertum eſſe, quod inprimis circa 1360. inſignia ita mutaverint, ut omnes ejus familiæ, & qui regimini præeſſent, & cæteri, illi in majoribus & minoribus ſigillis ſeu ita dictis contraſigillis, hi in communibus ſphragiſmis uterentur pari cornuum cervinorum (**ein völlig Hirſchgeweyh**/) ſed quod *Otto Comes* circiter 1427. id abrogaverit, & avitum ſymbolum denuo reſtituerit, quod deinceps cum *Bronchorſtiæ* & *Borckeloenſes* ditiones acceſſiſſent, illis etiam δείγματον auctum eſt. Cæterum Diepholtina familia ſatis antiqua fuit, & jam ſeculo undecimo floruit. Defecit demum morte *Friderici* 1585. qui filiam tantum reliquit *Margaretam Philippo Landgravio Haſſiæ* nuptam. Ditiones vero, quæ inter Hojenſem & Oldenburgicum comitatum, Mindenſem, Monaſterienſem atque Oſnabrugenſem Epiſcopatus comprehenduntur, crevit Wilhelmus, utpote feudi Dominus, & his areis, omiſſis Bronchorſtus, quod illæ ditiones ad alios devolutæ eſſent, ſymbolicum clypeum auxit.

§. IX. Huic ſcuto inſiſtunt tres galeæ coronatæ. Media Brunſvicenſis eſt, cujus apicem his verbis enunciat *Chifflet.* inſign. Eq. A. V. n. 210. *Columna coccinea auro coronata, & pennis pavoninis faſtigiata: ante columnam equus currens, argenteus, inter binas falces meſſorias, ejusdem metalli, adverſis cuſpidibus oppoſitas, capulis coccineis, carchebis aureis* (virolées d'or) *acies falcium in externo circuitu pavoninis orbiculis ambita.* Sed præterquam quod in tinctura ejus errat Chifletius, columna ſit, an pileus orientalis turbinatus, dubium nonnullis eſt, & legi poteſt diſputatio *Cl. Fr. Meneſtrierii in vertit. art. du blaſ. juſtif. contre le Labour.* Certe uſus pileorum ejusmodi turbinatorum alioquin etiam frequens, nec non exemplum Saxonici apicis, quem nemo columnam arbitratur ſatis videri poſſet eorum ſententiam confirmare, qui pro columna pileum malunt. Pro columna vero ſtat domeſtica traditio. Cæterum non fruſtra ad exemplum Saxonici apicis provoco, nam & hæc figura (columna ſeu pileus) in armoriali noſtro faſciis nigris & aureis exaratur cum ſerto rutaceo viridi oblique locato. Memoriæ hæc ſerviunt *Saxoniæ*, cujus Ducatus & Electoralis dignitas aliquandiu in iſta gente fuerat; quamvis ergo iſta amiſerit Henricus Leo, poſteri tam en retinere poterant apicem, cujus exempla alias etiam videre licet, ditionum, quæ in alienam poteſtatem conceſſere, ſervandi memorialia ſigna. Negat tamen *Spalat. apud Hortled. de cauſ. B. German. 1. q. 23.* pag. 1422. ſertum rutaceum unquam Brunſvicenſibus conveniſſe: utpote tum nondum Saxoniæ ſymbolum, cum illi Duces ejus eſſent. Sed etiam cum Sabaudiæ Sereniſſimæ familiæ autor ex vulgari traditione è Saxonibus prodiit, hiſce rutaceum ſertum in uſu nondum fuit: nemo tamen illis principibus jus iſtius portandi, quod ego ſciam, in dubium vocavit. Verum enim vero ipſe uſus modernus Sereniſſimæ familiæ columnam argento pingit, non vero faſciis illis vel ſerto diſtinguit, & hoc vult ratio, de qua mox dicemus. Fuerunt autem *Henricum Leonem* ex Anglia reducem galeæ candentem iſtum equum impoſuiſſe. Idem vero Equus Saxoniæ vetus fuit δεῖγμα, uti ex Witichindi hiſtoria in propatulo eſt. Conf. *Bunting. Chron. Brunſvic.* pag. 30. & 31. Dein cum familia Aſcania & poſt hanc Miſnica in Saxoniæ Principatu ſucceſſiſſent, equi illius imago omiſſa, & faſciæ cum rutaceo ſerto tantum ſervatæ ſunt, de quarum origine alias dictum. Columnæ & falcium illam originem legi. Dynaſtia *Sichelſtein* non procul Munda nunc etiam in poteſtate Sereniſſimæ hujus domus eſt. Illius Domini dicuntur in ſcuto geſtaſſe, nominis indicio, falcem meſſoriam argenteam capulo coccineo. Additur, *Vitilonem nobilem Dominum de Sichelſtein*, cum fidei ſuæ & virtutis in prælio adverſus Hungaros ad Martispurgum edidiſſet luculenta ſpecimina, Gœtingæ ab Imperatore Henrico accepiſſe ſcutum aureum, & inter duas falces meſſorias (qualem unam prius geſtaverat) argenteas *columnam marmoream candidam:* tum galeam coronatam, quæ inter duas alas expanſas eandem meſſoriam falcem ſuſtineret. Quia vero hi Dynaſtæ Saxoniæ Ducibus feudi jure obſtricti fuere, Hermannus Bilingus Saxoniæ Dux Ottonis Auguſti beneficio jus accepit, easdem falces adverſas & in externo circuitu orbiculis pavoninis exornatas ceſſidi ſuæ imponen-

Galeæ Brunſvicenſis.

Columna an pileus?

Dominium Sichelſtein.

imponendi. Qui apex dein in Bilingianâ familiâ manſit, quod paſſim monumenta in cœnobiis Lunæburgi, Hannoveræ & alibi docent, & ſupra quoque §. 3. allegata Magni Ducis imago oſtendit. Poſtea Henricus Leo, Imperio jam reconciliatus, *Bodone* ſeu *Bardone Nobili Domino Sichelſteinii*, ob facinus in conjugem ex familia Ziegenbergia admiſſo, ad laqueum damnato, & inſignia ejus & dominium (ſervata tamen Bodoni, poſtquam aliorum precibus ſupplicium evaſiſſet, ad dies vitæ poſſeſſione) ſuis adſcripſit, ut tamen non niſi in galea iſta vellet ſervari: & quidem impoſita columnæ corona atque cauda pavonina. Cum vero ſequentibus temporibus Hermannus Landgravius Haſſiæ dominium Sichelſtein ſibi vindicare conaretur, acriter reſtitit Otto cognomento malus, & Landgravium inſignibus & dynaſtia abſtinere coëgit; in facti memoriam *falcem auream* collo geſtare ſolitus, qua figura in monumento ſepulcrali in cœnobio Wibbrechtshauſen viſitur. Porro ex eo conſtanter Brunſvicenſes falcibus & columna (aſt quod audivimus, non ut Chifflet, volebat, coccinea, ſed candida) in apice ſunt uſi. Magnus Torquatus aliquando omiſſis falcibus ſolo, equo, columna & pavoninis pennis uſus eſt. Eundem equum, ſed freno ligatum, & ad ſaltum juxta columnam coronatam compoſitum à Duce Julio civitati *Guelferbyto* conceſſum eſſe, teſte Buntingio refertur Chr. Brunſv. p. 342. Unum addendum, quod apicis hujus explicationi ſervit, nimirum, cujus Chifflerius mentionem non fecit, in pavoninis pennis, pileo illi ſ. columnæ impoſitis, conſpici impreſſam *ſtellæ aureæ* figuram, quam meruit virtus *Erici junioris Ducis Brunſvicenſis*, qui 1504. in pugna adverſus Palatinos & Bohemos ad Ratiſponam Maximilianum Imp. ferrea clava percuſſum atque equo delapſum erexerat, & proprio hoſtilibus ictibus expoſito corpore ſervaverat, inque hujus rei memoriam illam notam inſignibus addere juſſus eſt, (vid. *Bunting. Chron. Brunſv. P. 3. p. 509.*) illo cum elogio, quod tanquam lucifer inter reliquas minores ſtellas, ita ipſe inter alios principes ſingulari fide emineret.

Stella Erico Duci data.

§. X. Brunſvicenſem caſſidem ſtipant, hinc à dextris *Hoja-Bruchhuſana*, iſthinc *Diepholtina*. Illa ſuſtinet inter duo cornua, (dextri inferior pars argentea ſuperior rubea, ſiniſtri oppoſitæ ſunt,) duos urſinos pedes nigros & in decuſſim trajecta duo vexilla argento & cocco diſtincta, aureis lanceis affixa: (alibi lanceæ minio, vexilla pars argento, altera meliori metallo tinguntur,) hæc (Diepholtina) duo cornua, argento alterum, alterum minio tinctum. Laciniæ circumvolitant galeas primam rubeæ, aureæ & nigræ, mediam cæruleæ & aureæ, extremam argenteæ, coccineæ, cæruleæ & aureæ.

Galea Hojensis & Diepholtina.

§. XI. Hanc diſpoſitionem Lunæburgicis dat *Sibmacherus*: paulo aliter *Nobil. Hofmannus*, ut videlicet ſcuto perpendiculariter & ter transverſè ſecto, primam ſeriem conſtituerent ſymbola *Brunſvicenſe* & *Lunæburgium*, alteram *Eberſteinium* & *Homburgium*, tertiam *Hojenſe*, & ſuperior areola *Diepholtina*. In quartæ poſteriorem partem aquilam *Diepholtinam* locat, in priorem *Bruchhuſia* utraque ſymbola quadripertitim repræſentata: inſerta pedi ſcuti *Lutterbergenſi* triquetra areola: de qua teſſera mox §. 13. dicemus. Scuto imponit galeas quinque coronatas, mediam *Brunſvico-Lunæburgiam*, huic à dextris *Hojenſem* ſed ſolis urſinis pedibus ornatam, & *Diepholtinam*, cornua videlicet argenteum & coccineum: à ſiniſtris inter cornua ex cocco & argento ſecta, dena vexilla *Bruchhuſia*, & extremam *Lutterbergenſem*, quæ ſuſtinet caudam pavoninam. Cui Viro archivis præpoſito plenam adhibeo fidem. Hac ergo diſpoſitione uſa eſt patrum noſtrorum memoria Lunæburgica linea usque ad annum 1635. quando poſt mortem *Friderici Vlrici*, ex Wolfenbutelana linea ultimi, ſcuta juncta ſunt. Hæc enim (Wolfenbutelana ſeu Guelpherbytana) linea, quæ ab *Henrico* Duce Bernardi fratre Magni Torquati filio cæpit, & in Friderico Ulrico iſto 1634. deſiit, ſucceſſione ad Lunæburgicos *Bernardi* poſteros transmiſſa, alia diſpoſitione uſa eſt. Videamus initio, quam ei tribuit Sibmacherus: exhibet enim ſcutum, quod duabus perpendicularibus & tribus transverſis lineis diſtinguitur: unde ſi parmulam mediam, quæ unius locum occupat, connumeres, 12. ſunt areæ.

Scutum lineæ Lunæburgicæ paulo aliter.

Linea Wolfenbutelana

§. XII. In prima ſerie (capite videlicet ſcuti) tres areæ collocantur, *Lunæburgenſe, Brunſvicenſe & Eberſteinium* ſymbola complectentes. In ſecundo ordine parmulam mediam ſtipant, hinc *Homburgius* leo, iſthinc laterculus rubeus leonem aureum referens. De cujus ſignificatione mox dicemus. Tertiam ſeriem conſtituunt ſymbo-

Ejus areolæ

Digitized by Google

ſymbola *Bruchhuſia*. §. 6. 7. deſcripta (nempe latereculis transverſim ſectus, cujus ſuperior pars rubea duabus faſciis, vel ipſe binis faſciis rubeis & argenteis exaratur, inferior argento & cyano in crucem & decuſſim quatuor lineis dividitur) *Hojenſis* pedes urſini, & juxta has areola transverſe ſecta, cujus ſuperior pars teſſellis ex argento & minio repletur, inferior aurea duabus faſciis coccineis, vel potius areola ternis rubeis & aureis faſciis exaratur. Quod concernit ultimam ſeriem, quæ pedem ſcuti occupat, areæ tres ſunt, argentea cornu cervinum rubeum continens, argentea cornu cervinum nigrum repræſentans, & inter has media ejusdem metalli ſed cervum nigrum oſtentans.

§. XIII. Ex allegatis tres areæ ad *Honſteiniam* ſucceſſionem ſpectant, nempe ſecundi ordinis extrema, tertii item tertia, quarti verò media. Et quidem illis notatur Comitatus *Honſteinius* in Hercynia ſylva cum dynaſtiis *Lahra* & *Clettenberg*: nec non *Lauterburg*. Utrum vero Honſteinius comitatus notetur cervo an teſſellis? quis dubitaverit: quando in *Fürſt. Wapenb.* P. 3 p. 15. cervus datur, ſed P. 2. p. 14. teſſellæ: quod & Hamelmanno placuit, & cum veritate convenit. Unde teſſellas verum δεῖγμα Honſteinii comitatus agnoſcimus: Cujus rei certiſſimum argumentum eſt monumentum ſepulcrale primi Comitis *Honſteinii Elgeri* & conjugis *Lutrudis* in monaſterio *Ilfeld*, cujus fundatores ſunt. In eo enim Elgerus pingitur, ſcutum tenens 12. teſſellis repletum, quarum ſingulis totidem literæ VON HONSTEINE inſcriptæ ſunt: uxor autem galeam manu geſtat cum apice duorum cornuum cervinorum. *Lauterberga* ſeu *Lauterburgum* (idem ſymbolum eſt *Schartfeldiæ*) notatur leone aureo in parmæ transverſè ſectæ, cujus inferior regio ternis aureis & rubeis faſciis exaratur, ſuperiori parte rubea. Hæc cohærent ſymbola, & leo atque faſciæ non duæ teſſeræ ſunt, verum unicam conſtituunt: unde ſæpius memoratus Nob. *Hofmannus* errorem in ſcuto Ducali commiſſum notat, quo Lauterburgia teſſera diſcerpta & Honſteiniæ teſſellæ inſertæ ſunt, eumque errorem facili mutatione corrigit, quando in ſcuto moderno faſciis his teſſellas ſubjicit. Hunc comitatum Lauterburg ſeu ut ipſe ſcribit Luttersberge ad Hercyniam ſylvam Hamelmann. de fam. emort. L. 2. pag. 132. teſtatur Heiſone ultimo Comite, qui vixit 1282. mortuo ut feudum rediiſſe ad Brunſvicenſes, inde à linea Grubenhagia feudo Honſteiniis conceſſum. Unde his extinctis iterum ad Dominos reverſus ſit. Arcis veſtigia extare prope pagum Luttersberg, & montem Andreæ, ubi nunc ſunt argenti fodinæ ſubfuiſſe huic comitatui. Quod demum *Lahr* & *Clettenberg* attinet, deſignantur cervo (non ut alii pingunt, currente, verum) conſiſtente nigro in alveolo argenteo. Ex ſigillis, quorum ἔκτυπα *Hofmannus* communicavit, apparet, non ſemper Comites illos una uſos parmâ. Ita exhibet de anno 1187. ſigillum, in quo transverſæ trabs integra & alia dimidia cum alternis utrinque pinnis repræſentantur: Inſcriptio marginis eſt COMES ALBERTUS DE CLETENBERIC. De anno 1213. aliud ſcutum tres ejusmodi trabes utrinque pinnatas exhibet: in margine illa leguntur: SIGIL. ALBERTI COMIT. DE CLETINBERC. Anno 1232. extat ſigillum leonem ſalientem coronatum repræſentans, cum margine orbibus ſeu pilis 18. ornato, quod iterum nomen *Alberti. Com. de Clettenberc* præfert. De anno 1221. viſitur ſigillum, in quo leo graditur: Inſcriptio habet S. BERENGARI. COMITIS DE LARE. Sed cervi itidem vetus uſus eſt 1205. in ſigillo CUNRADI COMITIS DE CLETTENBERG, ut habet epigraphe, nec non 1267. Hoc demum δεῖγμα reliquas teſſeras uſu longo obliteravit, & ſolum retentum eſt.

Com. Honſtein.

Lauterburg

Dom. Lahr & Clettenberg.

§. XIV. Porro de familia Honſteinia mentio ſit in explicatione ſcuti Schwarzenburgici. Huic ſpectat, quod Erneſto Comitum ultimo extincto 1593. Henricus Julius Dux Brunſvicenſis dynaſtias *Lahram* & *Clettenberg*, quorum jus ab Halberſtadienſi Epiſcopatu pater Julius feudo obtinuerat, occupavit. Conf. *Henr. Bunting. Chron. Brunſvic.* p. 357. Sed pace Oſnabrugenſi cum Halberſtadienſis Epiſcopatus æquivalentiæ nomine attributis ſit Electori Brandeburgico, diſerte etiam hæ duæ dynaſtiæ irrevocabiliter penes Epiſcopatum iſtum permanere juſſæ ſunt. *Lauterburgenſem* ſeu *Lutterbergenſem* tamen comitatum cum libera montana civitate Andresberg & arce ac præfectura Scharzfeld ad Philippum & Wolfgangum Duces Brunſvicenſes *Grubenhagia* lineæ illa morte delapſum & 1593. occupatum eſſe lego:

Ad Brunſvicenſes.

quem Fridericus Dux Brunſvicenſis ſororio Henrico Com. Honſteinio 1402. oppigneraverat. vid. *Bunting. Chron. Brunſvic.* pag. 595. 596. Unde deinceps cum cætera Grubenhagia ſucceſſione ad ramum reliquum delapſus eſt.

C. Reinſtein & Blanckenburg.

§. XV. Cornu cervinum rubeum in pedis ſcuti primo laterculo argenteo, deſignat Comitatum *Reinſteinium* ſeu rectius *Regenſteinium*, nigrum autem in extrema quadra ejusdem metalli ut credo *Blanckenburgium* notat. Conf. Wapenb. P. 1. pag. 17. & P. 3. pag. 15. (Alibi cornu rubrum nigræ, nigrum rubeæ areæ inſcribunt, uti & Spang. Adelſp. P. 2. L. 12. c. 35. p. 320. Quod etiam cum veritate & uſu hodierno convenit, licet artis regulis adverſetur, quando color colori imponitur.) Hi comitatus aliis comitatibus Honſteinio, Schwarzenburgico, Stolbergio, Wernigerodenſi, Abbatia Quedlinburgenſi, Principatibus Anhaltino, Grubenhagenſi atque Halberſtadino incluſi, peculiares ſuos habuerunt Comites. Ex quibus memoratur 1190. aliquis *Henricus* Reinſteinii Comes. In ejus poſteris dicuntur duæ ortæ lineæ *Reinſteinia* & *Blanckenburgia* in Ulrici 1246. extincti filiis Henrico & Ulrico: ſed quos *Reuſnerus* illi poſteros dat, titulo Comitum Blankenburgiorum, huc non ſpectant. Fuerunt enim illi *Blanckenburgici* vel *Blamontii* in Burgundiæ confiniis Comites, cum iſtis Saxonicis perperam confuſi. Defecit tandem gens in *Iohanne Georgio* Martini filio, qui puer 1399. fatis conceſſit. Unde Henr. Julius Dux Brunſvicenſis comitatus poſſeſſionem adiit. Ipſum tamen caſtrum Reinſtein feudum *Halberſtadienſe*, deinceps Archidux *Leopoldus Guilelmus* de conſenſu capituli conceſſit Comiti de *Tattenbach*, & ejus cauſa, cum Halberſtadienſis Epiſcopatus Sereniſſimo Electori Brandeburgico pace Oſnabrugenſi æquivalentiæ nomine conceſſus ſit, diſponitur, ut teneatur idem Dominus Elector *Comitem à Tattenbach*, in poſſeſſione comitatus Reinſtein conſervare, eidemque inveſtituram à Dominio Archiduce de conſenſu capituli conceſſam renovare. Cum vero nuper rebellionis accuſatus & ſupplicio Comes affectus fuerit, Principi Electorali gratia Imperiali idem donatum fuiſſe, narratum eſt.

Epiſc. Halberſtadius.

§. XVI. Toti impoſitum ſcutulum ex argento & minio, ad perpendiculum ſecatur, & *Halberſtadienſem* Epiſcopatum notat: unde ad Domus Sereniſſimæ clypeum propriè non ſpectat, ſed peculiare fuit Ducis Henrici Julii, vel alicujus ex filiis ejus, qui illum Epiſcopatum tenuere. Ille primus bimulus ad eam certis conditionibus vocatus erat 1566. (conf. *Thuan.* L. 38. p. 432.) & dein ſucceſſores habuit filios *Henricum Carolum*, *Rudolphum*, *Chriſtianum*: à quibus ſolis hæc parmula uſurpari potuit. De ipſo Epiſcopatu, & quæ circa illum ſcire neceſſe eſt, diximus L. 1, c. 13. de inſignibus Brandeburgicis, quorum hæc area partem conſtituit.

Galeæ.

§. XVII. Huic ſcuto quinque galeas coronatas hæc linea imponere ſolebat: Quarum ad dextram prima ſuſtinebat inter duo cornua cervina argentea, ſeu potius alterum rubeum alterum argenteum, caudam pavoninam ſuis coloribus virentem: dependentibus inde laciniis cæruleis & argenteis, qui *Honſteinio Lauterburgius* apex eſt: unde etiam in *Schvvarzburgicis* inſignibus recurrit, niſi quod ibi alterum cornu minio tingitur, (quod etiam ut dixi fieri debet) nec non laciniæ. Proxima galea *Hojenſis* eſt, pedes urſinos protendens, phaleris auro & atro colore tinctis: Media *Brunſvicenſis* eſt §. 9. deſcripta, niſi quod laciniæ hìc videntur utroque metallo, nec non rubeo atque cæruleo coloribus tingi. Quarta galea ſuſtinet inter duo cornua argentea, vel rectius ex argento & cocco ſectione media diſtincta, ſex ſeu potius 12. vexilla minio & argento picta & è lanceis auratis ſuſpenſa, notando comitatui *Bruchhuſio*. Laciniæ memorantur cocco & auro tingi: quod utrum ex regula fieri potuerit, non video. Tandem extrema caſſis, quæ *Regenſteinium* ſeu *Reinſteinium* & *Blanckenburgium* comitatum notat, ſuperbit duobus cervinis cornibus, nigro & rubro. Laciniæ memorantur cyaneæ & argenteæ; cujus iterum rationem non capio.

Friderici Ulrici diſpoſitio.

§. XVIII. *Fridericus Vlricus*, qui Guelferbytanum priorem ramum terminavit, illa uſus eſt diſpoſitione: ut undecim eſſent areæ, in prima ſerie *Lunæburgica*, *Brunſvicenſis*, *Eberſteinia*, in ſecunda *Homburgia*, *Hojenſis*, leo *Lutterburgius*: In tertia *Bruchhuſia*, *Clettenbergia*, & *Honſteiniæ* teſſellæ atque faſciæ *Lutterburgicæ*: in extrema vel cuſpide ſcuti duo cornua cervina *Regenſteinii* ſeu *Reinſteinii* & *Blanckenburgi*. Eadem diſpoſitione uſus eſt *Henricus Iulius* pater, ſi Halberſtadienſem parmulam

Henrici Julii.

Digitized by Google

mulam omittere placuit. *Julius* Dux ſex tantum laterculos uſurpabat iſta ſerie: *Brunſvicenſem, Lunæburgenſem, Eberſteinium, Homburgenſem, Hojenſem, Bruchhuſium,* cum galeis tribus: cujus ſcuti à 1582. ad 1585. uſus fuit, inde enim *Diepholtina* ſymbola acceſſere. Henricus, quo Julius natus, nonniſi quatuor geſtabat, nempe *Brunſvicenſem, Lunæburgicum, Eberſteinium* & *Homburgenſem*: ſcuto autem torquem *aurei velleris* circumdabat. Ut videre eſt in *Chifflet.* Eq. A. V. inſign. n. 210. Simili diſpoſitione uſi erant majores ad *VVilhelmum* usque ſeniorem, qui poſteriores duos laterculos addiderat. Qui ante hunc fuere Duces, ab Ottone atque ita 1235. ſi Buntingii typis fides, ſolis ſymbolis Lunæburgico & Brunſvicenſi (in ſcuto bipertito præpoſito illo, & quidem ut in altum ſcandere appareret; Magnus tamen torquatus in quadras illa διήγμενα duo repetita diſpoſuit,) contenti erant. Julii.

§. XIX. In *Lunæburgica* linea video *Bernardum* uſum Brunſvicenſibus & Lunæburgico leonibus, quod ſecuti filius *Fridericus* & nepos *Bernardus*. Hujus fratri *Ottoni* Eberſteinium & Homburgenſem leonem addunt. Dein quadripertitum hoc ſcutum ſervatum, usque ad Erneſti filios *Henricum* & *VVilhelmum*, qui *Hojenſia* atque *Bruchhuſia* ſymbola adjecere. Qua diſpoſitione *Harburgia* linea ad extremum usque uſa eſt. Inter Wilhelmi filios *Chriſtianus* Epiſcopus Mindenſis tali uſus eſt typo, ut caput ſcuti leones *Brunſvicenſes* & *Lunæburgicus* occuparent, in ſecunda ſerie mediam parmam *Mindenſis* Epiſcopatus ſymbolo exornatam ſtiparent leones, hinc *Eberſteinius*, iſthinc *Homburgius*, inferiora ſcuti in dextra parte occuparent διήγμενα *Hojenſia* & *Bruchhuſia*, ex ſiniſtra parte *Diepholtina*: Inter hæc ſinuatis lineis intercepta area triangularis ſed transverſe iterum ſecta referret *Lauterburgenſem* Comitatum. Non aliter ſua diſpoſuit frater illius *Auguſtus* Epiſcopus Racenburgenſis, niſi quod in parmula media videre licuit *Racenburgii* Epiſcopatus ſymbolum, impoſita mitra & adjectis pedo atque gladio. Lunæburgenſium diſpoſitione.

§. XX. Poſtquam vero hereditas Guelferbytanæ lineæ ad Lunæburgicam delapſa eſt: ſcutorum illorum laterculi 1635. conjuncti ſunt. Et quidem Sereniſſimus Dux *Auguſtus*, novæ *Guelferbytanæ* lineæ autor, ita clypeum ſecuit, ut tres lineæ transverſales in quatuor regiones illum partirentur. Primam regionem conſtituebant areola *Brunſvicenſis*, ſtipata hinc *Lunæburgia* iſthinc *Eberſteinia*: in ſecunda tres leones viſebantur, nempe *Homburgicus, Diepholtinus* & *Lauterburgius*. Tertia rege continebat in medio aquilam *Diepholtinam*, cujus latera hinc *Hojenſes* urſini pedes *Bruchhuſiæque* faſciæ atque ſectiones, iſthinc *Honſteinia* teſſellæ & faſciæ *Lauterburgicæ* claudebant. In pede ſcuti viſebantur à dextra parte cervus *Clettenbergius*, & à ſiniſtra duo cervina cornua, quæ ex *Reinſteiniis* & *Blanckenburgiis* διήγμασιν aſſumta fuerint. Huic ſcuto quinque impoſuit galeas, ipſas videlicet cum apicibus ſuis, quæ §. 17. deſignatæ ſunt, niſi quod in quinta galea cornua cervina *Reinſteinio-Blanckenburgia* pinguntur vulgari ſpecie duo cornua, argenteum & rubeum: quæ *Diepholtinæ ſucceſſioni* attiribuerim, cum illi Comites talibus pro apice uti ſoliti ſint cornibus, ut videre eſt P. 2. p. 12. In picturis vero video cornua illa ſegmentis argenteis & rubeis compoſita, quod neſcio an ſemper fuerit in uſu. Eandem diſpoſitionem à Sereniſſimis Ducibus modernis filiis ipſius ſervari non dubito. Auguſti Ducis ſcutum, & filiorum.

§. XXI. Quæ jam *Lunæburgica* linea dici poſſet, in *Cellenſem* dentio & *Calenbergenſem* vel *Hanoveranam* ſubdiſtinguitur; illa plane eandem διατύπωσιν obſervat, niſi quod in pede ſcuti duo cornua, *Reinſteinium* & *Blanckenburgicum*, in duas areolas diſpeſcit, atque illis laterculum cervo inſignem includit. Sed conjunctionem duorum cornuum vidi modernorum Sereniſſimo Ducum genitori Duci *Georgio* ejusque fratri *Friderico* placuiſſe. Lineæ Cellenſis.

§. XXII. Sereniſſimus Dux *Ioannes Fridericus* Calenbergicæ partis rector ita diſpoſuit ſcutum ſuum, quod ex ſigillo vidi: ut in prima capitis regione *Brunſvicenſes* pardos ſtiparent hinc *Lunæburgius* iſthinc *Eberſteinius* leones; in altera regione viſebatur hinc *Homburgius* leo, iſthinc *Lauterbergius*, inter quos areola intercipiebatur *equo ſaliente* inſignis; in tertia regione *Diepholtinum* leonem comitabantur hinc *Hojenſia* & *Bruchhuſia* ſymbola, iſthinc teſſellæ *Honſteinia* & faſciæ *Lauterburgica*; pedem ſcuti conſtituebant areolæ media *Clettenbergia*, dextra *Regenſteinio-* In Calenbergia Ducis Joh. Friderici.

ſteinio-Blanckenburgia, ſiniſtra *Diepholtinam* aquilam continens: quod incommodum forte obſervatum non eſt; ſicuti in aliis Lauterburgica, ita hic Diepholtina area diſcerptis. Porro nihil novi hæc diſpoſitio continet, niſi equum, quem Princeps Sereniſſimus in memoriam *veteris Saxonici Ducatus* inſeriſſe videtur, ſicuti illi uſui hactenus in apice ſerviit. Nec id ſine exemplo, nam & Spangenbergio teſte Albertus ex Grubenhagiis, qui 1397. mortuus eſt, equo uſus perhibetur, pardis plane omiſſis.

Duc. Erneſti Auguſti.

§. XXIII. Sereniſſimus Dux Erneſtus Auguſtus fratrum tertius illa diſpoſitione utitur, ut primam iterum regionem conſtituant *Lunæburgicum*, *Brunſvicenſe*, *Eberſteinium* δείγματα: in ſecunda viſuntur, *Homburgius*, *Diepholtinus* & *Lauterburgius* leones: in tertia regione hinc *Hoja* eſt, iſthinc *Honſteinia* teſſellæ, intermedia parmula, quæ etiam in ſecundam regionem nonnihil protenditur, argentea cum rota coccinea: in quarta regione ſunt hinc *Bruchhuſia*, iſthinc *Lauterburgica* faſciæ, in medio *Diepholtina* aquila: pedem ſcuti occupat *Clettenbergius* cervus, ſtipatus utrinque cornibus *Regenſteinio-Blanckenburgiis*. Media parmula *Oſnabrugenſem* notat Epiſcopatum in Weſtfalia ampliſſimum. Hunc Carolus Magnus inſtituit cum aliis, eumque inter reliquos præcipuum eſſe voluit, Withone Friſio ex Bonifacii diſcipulis ſedi huic impoſito, qui 804. mortuus eſt. Succeſſu temporis tres ex Brunſvicenſi familia Epiſcopi fuere Melchior ſeculo decimo quarto, Ericus Grubenhagius ſeculo ſuperiori & noſtro Philippus Sigismundus, qui 1623. mortuus eſt. Demum in pace Oſnabrugenſi inter alia, quæ æquivalentiæ ſeu compenſationis nomine Sereniſſimæ domui Brunſvicenſi conceſſa ſunt, hoc etiam fuit, ut viventi tum Epiſcopo Osnabrugenſi Franciſco Wilhelmo ſuccederet Erneſtus Auguſtus, vel hoc non ſuperſtite alius ex Georgii Ducis poſteris, ita tamen ut in perpetuum deinceps alternative, modo Romanæ religionis, inde Evangelicæ, ſed ex Georgii Ducis aut his deficientibus Auguſti Ducis poſteris & ſucceſſoribus, Oſnabrugenſibus Epiſcopus præſideat. Unde 1662. defuncto deceſſore hic Princeps diœceſin regere cæpit, & hactenus laudabiliter rexit.

Epiſcopatus Oſnabrugenſis.

Telamones.

§. XXIV. Quod concernit telamones, Henricum Julium ſcuto unum *virum ſylveſtrem* addidiſſe vidi: alibi *duos* adpoſitos obſervavi: nonnunquam *duo leones* illi officio adhibentur, & quidem proſpectantes per galearum extremas.

Tituli.

§. XXV. Titulo Sereniſſima familia utitur ſimpliciſſimo, Ducum *Brunſvici & Lunæburgi*: aliorum plerorumque Principum non imitata morem, qui plurium comitatuum exprimere, & ſuis addere nomina conſvevere. De *Brunſvici* titulo aliquando diſceptatum lego, cum duæ adhuc lineæ eſſent: Erneſto enim agnato Henricus junior *Lunæburgi* titulum tantum tribuere, Brunſvicenſem vero negare videbatur apud Hortled. de cauſ. B. Germ. L. 4, 10. pag. 1145. 1146. Brunſvicenſis autem Apologia ibidem legitur, c. 12. pag. 1215. Nec tamen minus invenio, nonnunquam pleniorem etiam illis placuiſſe titulum. Ita apud Bunting. Chron. Brunſvic. p. 493. legitur titulus Wilhelmi ſenioris: **Wilhelm der Aeltere / von GOttes gnade / Hertzog zu Braunſchweig und Lüneburg / über Wald und bey der Leine / Graf zu Eberſtein / Wunſtorff und Welpe / Herr zu Homburg und Hallermund.** Aliter apud eundem pag. 285. **Wilhelm der Eltere von GOttes gnaden to Brunſchwyck / ock deß Brunſchwyckiſchen Landes Overwold / by der Leine / unde to Lüneburg Hertoge / to Everſtein / to Wunſtorpe / thor Hallermünde / thor Wolpe / Grave / und Herre to Homburg.** Ejus filii cæpere, omiſſis aliis, Brunſvici tantum & Lunæburgi titulis uti. *VVunſtorfici* vero, *VVelpenſis* & *Hallermundani* comitatuum atque dynaſtiarum δείγματα unquam clypeo inſerta non vidi: Erant vero illa, *VVunſtorffiorum* in parma argentea faſciis rubeis ornata rubeus leo, (vel juxta *Spangenb.* Adelſp. P. 2. p. 320. argenteus coronatus in cærulea tribus faſciis rubeis inducta,) *VVelpenſium* duo argentea cornua bubalina in cærulea, *Hallermundanorum* in aureo (juxta alios argenteo) clypeo tres roſæ rubentes, vel apud *Spangenb.* Adelſp. P. 2. p. 326. argenteæ in coccineo aut cyaneo. Cui Hamelmann. conſentit. Hæc dominia idem ille Wilhelmus ſuis adjecit ditionibus, primum 1441. emtione, Hallermundanum ceſſione *Philippi Comitis Spiegelbergii* ſed armis coacti 1435. Nam Otho ultimus Comes, qui Philippi ſororem in matrimonio habebat, & ei ſuam

Veterum pleniores.

Wunsdorp. Welpe. Hallermund.

elocave-

Digitized by Google

eloeaverat, affini ſuo arcem Hachmôlen & Hallermund conceſſerat, ſed Dux feudum ſuum eſſe cauſatus id ratum eſſe noluit. Conf. Hamelmann. de famil. emort. l. 2. pag. 115. In linea *Grubenhagia* ratione titulorum differentiam multiplicem apud Buntingium reperio: Aliquibus nomen *Lunæburgi* adſcriptum, apud plerosque omiſſum video, addi vero, Domini in *Ernbeck* & *Grubenhagen*: Alicubi adjicitur Dom. *Salzæ*. Quod inſignia hujus lineæ, cujus in ſuperioribus nulla eſt facta mentio, concernit, primo ſymbolis Brunſvicenſi & Lunæburgico uſos reperio, dein adjeciſſe in quadripertito ſcuto Eberſteinium & Homburgium. Linea Grubenhagiæ.

§. XXVI. Præter illos comitatus atque dynaſtias, quorum in ſcuto atque titulis facta eſt mentio, numerantur adhuc plures ducatûs ampliſſimi finibus comprehenſi, ex quibus nonnullorum σήγμασα ſubnectere, non inconveniens videtur. Com. de *Catelnburg* geſtabant in parma rubea aquilam nigram, cujus corona, roſtrum & pedes auro tinguntur (qualis etiam caſſidem exornabat) *Olsburg* in argentea duos leones erectos & inter ſe conludentes rubeos: *Ringelheim* in clypei ſecti ſuperiori parte cærulea exorientem aquilam argenteam, auro coronatam, in inferiori parte hinc aurata leonem coccineum, iſthinc miniata draconem aureum; *Daſſel* in ſcuto cyaneo argenteis ſtrato pilis ex eodem metallo cornua duo cervina parti cranii cohærentia: *Winzenburg* in cærulea ſimilia cornua, ſed ex auro: *Peyne* in argenteo lupum nigrum currentem ſuper duos mergites avenæ inclinatos: *Pleſſe* (nunc Haſſorum) in aureo duos chalybes igniarios rubeos tribus ſulfuratis funiculis colligatos (**zwey rothe feuertzeyſen mit drey ſchwefel-kertzen zuſammen gebunden**. Apex inſiſtit coronatæ caſſidi argentea columna, cauda pavonina faſtigiata, & ante hanc figura ſcutaria,) *Woldenberg* in rubeo faſciolam argenteam (qualis in diſcerniculis uſui eſſe ſolet) ſed ad ſcuti longitudinem locatam & ſex ſegmentorum. (ſimilis figura apici inſervit.) *Poppenburg* in cæruleo leonem argenteum, cujus lingua rubet. *Lauenroda* in argenteo leonem rubeum auro coronatum. Hos & alios comitatus atque dominia, ducatu hoc concluſa, vel domui huic Sereniſſimæ ſubjecta, in ſcuto ejus notari non conſpicimus, ne arearum excreſceret numerus, & quia fere illo tempore acceſſerunt, quo moris nondum fuit, laterculorum numerum multiplicare. Alia Dominia in Ducatibus his. Catelnburg. Olsburg. Ringelheim. Daſſel. Winzenburg. Peyne. Pleſſe. Woldenberg. Poppenburg. Lauenroda.

§. XXVII. De his inſignibus audiamus canentem Buntingium in Chronolog. Carmen Buntingii.

Candidus in galea procurrit pullus equinus,
Cæſaris hoc ſignum Saxoniaque fuit.
Vtque Ducum ſignat virtutes ſtella refulgens,
Sic diadema probat Regibus eſſe ſatos.
Sed falces Sichlenſteini nunc ſigna putantur,
His Ducis Hermanni criſta notata fuit.
Quæ reſtant galeæ, prima eſt herois ab Hoija,
Altera Bruckhuſii candida ſigna gerit.
In rubro clypeo gemini fulgent leopardi,
Brunſvici ſunt hæc ſigna notanda Ducis.
Cumque roſa foliis leo cæruleus occupat aurum,
Is Lunæburgi Principis arma notat.
Candidus inde Leo fulgens diademate pulchro,
Eberſteinenſis ſigna notabit agri.
In rubro exultans clypeo leo foriis & audax,
Homburgenſis heri denotat arma probè.
Vrſinosque pedes heros ducebat ab Hoija,
Catera Brouckhuſiæ ſunt bona ſigna domus.

§. XXVIII. Succincte autor, qui recentiſſime Sereniſſimam gentem deſcripſit: Alterius Poetæ.

Schaut / wie ſo herrlich iſt diß Wapen hier gezihrt
In zwölff gefächern / mit fünff Helmen auffgeführt:
Hier ſtehen auffgericht zween ſtarcke Leoparden:
Da ſind blau-roth-gelb-weiß-cron-Löwen vieler arten:
Der weiſſe Adler folgt im blauen feld ſo fort:
Die Bärnfüß / Balcken und das Schachſpiel ſtehen dort /

Wie auch der ſchwartze Hirſch/ mit halben Hirſch-geweyhen/
Diß/ jenes/ alleſamt zum hohen ruhm gedeyhen.
Iſt nicht das Helden-thier/ das edle weiſſe Pferd/
Bey der cron-marmor-ſeuln voll reicher ehren werth?
Seht in dem Pfauen-ſchwantz den güldnen Sterne gläntzen/
ſo eingeſchloſſen ſtehn in beyder Sicheln gräntzen.

Caput X.

Dux de Burnonville.

ARGUMENTUM.

1. *De familiæ origine ſententiæ diverſæ. Ex Siffrido Dano. Ex Com. Barcionis. Ex Com. Pontivi.*
2. *Deductio porro ex Guinenſibus.*
3. *Succeſſio Dominorum Burnonvilliorum.*
4. *Reliquæ lineæ.*
5. *Scutum Ducis.*
6. *Ducis Ambroſii ſcutum majus.*
7. *Avi & aviæ Ducum. Rationes areolarum.*
8. *Apex. Telamones.*
9. *Tituli.*
10. *Rationes.*

§. I.

De familiæ origine ſententiæ diverſæ. Ex Siffrido Dano.

ANtiquæ *Burnonvillii* gentis originem poſt alios Celeberr. *P. Bucelinus* refert ad quendam *Sifridum* è Regum Daniæ procreatum ſanguine, qui ſub Gormone & Haraldo cognatis Regibus Neuſtriam infeſtantibus, ad ripam maris prope Morinos Guinenſem occupans provinciam, primus *de Guiſnes* Comes extiterit anno 918. & ex Elſtrudi filia Arnoldi Com. Flandriæ ſuſtulerit *Adolfum Com. Guinenſem.* Sed & alii Sifridi iſtius Dani piratæ mentionem faciunt, qui Elſtrudi in Flandriam rapuerit. Alia vero ſententia poſt *Vredium* eſt Celeberrimi *Iuſtelli*, *Adolfum* illum ſeu *Ardolfum Com. Guinenſem* filium fuiſſe *Guiffredi* ſeu *VViffredi* ſeu *Landfridi* piloſi C. Barcinonenſis (qui 912. vel 914. obiit) ex *Gunihildi Flandrica.* Quæ ſi obtineat ſententia agnati fuerint Burnonvillii, non tantum veterum Beſaluni & Ceritaniæ Comitum ex Wiffredi majoris filio Myrone, ſed etiam ex altero *Senioſredo* ſeu *Suyerio* Com. Urgelitano, Comitum & Principum Barcinonis, imò ex illis totius regiæ *Aragonicæ* familiæ, ex qua non ſolum *Aragoniæ*, ſed & *Siciliæ* atque *Balearium* reges, Comites Provinciæ & alii Illuſtres exorti ſunt. Tertia & à prioribus diverſa ſententia eſt, quam ex *Gelic* & *de Ligne* proponit atque ſequitur *Ioan. le Carpentier l'Hiſtoire de Cambray & de Cambreſis*, P. 3. pag. 301. quod videlicet Burnonvilli deſcendant à *Guilhelmo Comite Pontivi* ſeu *de Ponthieu*, qui circa 964. Comitatus Bononiæ & Teroanæ ſeu S. Pauli Arnoldo Com. Flandriæ ereptos occuparit, quemque alii putant deſcendiſſe ab Hattnido filio Angilberti Ducis Pontivi ex Bertha Caroli Magni filia. Hic enim *Guilhelmus* tres habuit filios, *Hilduinum Com. Pontivi* ſeu Abbatisvillæ, cujus poſteritas terminata in Agnete filia & herede Guidonis, conjuge *Roberti Montgomerii*, *Hugonem Com. S. Pauli*, cujus maſcula progenies defecit in Hugone Candavene Com. Pauliſani, filia autem Eliſabetha hereditatem attulit marito Gaucherio Dn. de Chaſtillon ſur Marne, & *Erniculum* ſeu *Ernaldum Com. Bononiæ*, qui pater fuit *Ernaldi* ſeu *Ernulfi* ſeu *Erniculi* & *Euſtachii.* Ex his Euſtachius nepotes habuit *Godofredum Bullioneum* & *Balduinum* reges Hieroſolymorum & *Euſtachium III. Com. Bononiæ*, ſocerum ex Mathilde herede *Stephani* ex Campaniæ Comite *Regis Angliæ.* *Ernaldus* autem ſeu *Erniculus* dicitur cognomine fuiſſe *le Burn* (quod idem eſt, ac *le Brun*) & condidiſſe *Burnoville*, quod invetuſtis chartis appelletur *Brunavilla*, *Burnalvilla*, *Burnivilla.* Huic ex Hadewide Vicecomite Burburgenſi filii dantur *Erniculus*, *Balduinus* atque *Gerhardus* cognomento de *Bournonville*, nepos *Gerhardus*, à quo Genealogia certior eſt.

Ex Com. Barcinonis.

Ex Com. Pontivi.

Deductio porro ex Guinenſibus.

§. II. Tres ita vidimus de Burnonvilliorum ortu ſententias, utram vero eligas, ſemper familiam ſatis illuſtrem eſſe liquet. *Adolfo Com. Guinenſi*, qui genet *Erniculi Com. Bononiæ* ex Mathilde fuit, natus eſt *Radulfus*, hoc *Euſtachius Com. de Guines*; *Euſtachius Balduinum* genuit & *Guilelmum:* Tertium Bucelinus addit *Ramelinum* Dominorum

minorum de Crequy ſatorem; hos vero ex alia origine alibi deducimus. *Balduinus* filios plures habuit, ex quibus *Robertus* cognomine *Manaſſes* Comitatum tenuit, & filiam habuit *Giſelam*, uxorem Winomari Gandavenſis, qui parentes fuere Arnolfi Com. de Guines, cujus abnepos Arnolfus ſ. Arnoldus III. comitatum *Guines* vendidit 1282. *Philippo pulchro regi*, filii autem ejus, Balduinus impugnavit venditionem coram parlamento, & ex filia Joanna generum habuit *Iohannem de Brienne C. d' Eu* Coneſtabilem Franciæ, qui 1295. Comitatum *de Guines* iterum obtinuit, & *Enguerrandus* avunculo Enguerrando III. Dn. de Coucy ſucceſſit; novæ *Codiciaci* ſeu *de Coucy* celeberrimæ gentis autor. *Guilelmus* vero *de Guines* alter Euſtachii, qui 1071. vixit, filius, ſator Burnonvilliorum perhibetur, pater *Gerhardi de Bournonville*, à quo dixi deductionem certiorem extare.

Succeſſio Dominorū Burnonvilliorum.

§. III. *Gerhardus* ex *Alburga Dn. de Selis* genuit *Ludovicum* atque *Rudolphum*, hic filium *Henricum* habuit *Baronem d'Vrfort* (Bucel. *d'Ilfort*) in Anglia, & nepotem alium *Henricum* ἄπαιδα: ille, qui dicitur uxorem habuiſſe Sylviam filiam Guilelmi Conqueſtoris R. Angliæ, genuit inprimis *Euſtachium* mortuum in Palæſtina, quem tamen Bucelinus pro *Rogerio* propagatorem ſtemmatis facit, *Rogerium*, & *Rudolfum*, qui in Cameracenſi agro aliud caſtrum nomine *Bournonville* condidit, & autor eſt lineæ dominorum de *Serain*, *Maillard*, *Bournonville en Cambreſis*. *Rogerius* Dn. de Bournonville genuit *Petrum* & *Robertum*, quem Henricus agnatus *Baro d'Vrfort* heredem inſtituit, adeoque eum autorem agnoſcunt *Burnonvillii* in Anglia. In *Petri* cognomento *fortis* & bellicoſi poſteris differunt *Bucelinus* & *le Carpentier*; ille ſeriem ita nectit *Petrus. Robertus. Rogerius. Ioannes. Hugo* maritus *Ioannæ de Lyana* ſeu *Lyanes*. *Ioannes* cognomento *Magnus*. In altero ita ſe excipiunt. *Petrus. Hugo* maritus *Iolandæ de Leaunes* in Bononienſi argo. *Robertus. Rogerius. Ioannes Magnus*. Hic Dominus fuit de Bournonville & *Baro de Leaunes*, *Burggr. de Beaurain*, nomine Philippi Valeſii Gubernator Bononiæ, Thalaſſiarcha claſſis adverſus Anglos, maritus *Mathildis de Fiennes*, quæ fratrem habuit Robertum Coneſtabilem Franciæ. Eo nati plures filii, ex quibus poſteritatem habuere *Andreas Dn. de Chaſteau-Bricon*, *Balduinus* & his major *Robertus Dn. de Bournonville*, pater iterum *Engerrandi* atque *Ioannis* cognom. *Barbati*. *Engerrandus* de Bournonville, Burggravius de Beaurain, conſiliarius Joh. Ducis Burgundiæ, qui deceſſit in obſidione Sveſſionis 1414. ex filio *Antonio* cæteros *Dominos Bournonvillios* ſevit, qui noſtro ſeculo defecere in *Henrico*, duello occiſo, cujus ſoror Magdalena Carolo de Monchy Campi Mareſcallo Franciæ 1622. nupta ditiones plures ei attulit. Ex hujus Enguerrandi poſteritate, & quidem abneptis, Joannis filia & Claudii ἀπαιδος ſoror atque hæres, fuit *Anna de Bournonville*, uxor *Philippi de Lamet*, Dn. de Henancourt, cui attulit *Bournonville*, Leaunes, Conteville, &c. & ex eo genuit eos, qui *Lamet* cognom. *Bournonvillii* vocantur.

Reliquæ lineæ.

§. IV. Supereſt poſteritas *Ioannis Barbati*, qui Engerrandi frater Roberti filius, & Dominus de *Rinqueſſent* fuit; is genuit præter alios *Ioannem* & *Robertum*, quorum hic 1436. cæſus dominorum *de la Vallée* ſator fuit, & ejus poſteritas in pronepte *Carola Domina de la Vallée*, Antonii d'Ailly Domini de Varennes conjuge, defecit; ille Dn. de *Rinqueſent* genuit *Andream Dn. de Rinqueſſent* (cujus neptis *Ioanna* heres Dynaſtiam attulit Antonio de Renty Dn. de Beaumont, ſed ἄπαις iterum heredem 1515. habuit ſororem *Margaretam* conjugem *Ioannis de Flory*,) & *Ioannem Dn. de Hourée*, qui ex Iſabella Dn. des Prets & de Capres, genuit inter alios *Ioannem* (dictum *Ieannot.*) *Dn. des Prets*, *de Capres*, &c. mortuum 1526. Patrem *Guidonis*, Dn. de Capres, quo natus *Odoardus Com. de Hennin*, quo & *Maria Chriſtina Egmondana* genitus eſt *Alexander Dux Bournonvillius* primus, qui 1656. moriens reliquit *Alexandrum* Ducem *Ambroſium Franciſcum*, qui fortunarum ſedem in Gallia retinuit quondam Lutetiæ Gubernator & Lucretia Vieuvillia *Mariam Franciſcam* genuit *Ludovici Iulii Noailles Com. d' Ayen* uxorem, *VVolfgangum VVilhelmum* Vicecom. & Bar. de Barlin, *Ioan. Franciſcum Benjaminum* M. de Bournonville.

Scutum Ducis.

§. V. Sereniſſimorum Ducum ſcutum eſt *nigrum* ornatum *leone argenteo*, *corona*, *falculis*, *& lingua aureis*, *cauda bifurca & in decuſſim trajecta*. Aſt leonem hunc non originariam teſſeram eſſe Burnonvilliorum docet *le Carpentier* L. 5. pag 300. Sed eam fuiſſe in *aurea* parma *tria cochlearia lignea nigra*. Leonem autem aſſumtum ex

Digitized by Google

contractu matrimoniali Hugonis Dn. de Bournonville & Jolandæ Dn.ᵉ de *Leaunes*, cujus illud δῆγμα fuerit.

Ducis Ambrosii scutum majus.

§. VI. Plenius scutum Sereniſſimo Duci *Ambroſio* adſcribit Sammarth. L'eſt de la Fr. pag. 330. cujus medio illa gentilis incubat parmula. Ipſum ſcutum quadrifidum eſt. Primus quadrans *cæruleus ſeptem numos byzantinos aureos 3. 3. 1.* continet, *cephalo ſcutario ejusdem metalli*: quæ teſſera eſt *Melodunæ* gentis, *de Melun*. Secundus quadrans iterum *quadrifidus* prima & quarta *arcola bipertitis* hinc *duodenos cantherios aureos & rubeos Egmondanos*, iſthinc *in argenteo ſolo duas faſcias alternatim utrique pinnatas rubeas Arculejorum* defert, ſecunda vero & tertia *leones hinc aureum in cæruleo Geldricum*, iſthinc *nigrum in auro Iuliacenſem* continet: toti huic quadranti impoſita parmula quadripertita ex *Lucenburgiis*, videlicet leone rubeo in argento, & *Balziis* (Baulx) ſtella 16. radiorum argentea in minio, ſymbolis: Tertius quadrans quadripertitim *Palatinum aureum coronatum leonem* in ſolo *nigro*, & *Bavaricos laterculos rhombis argenteis* atque *cæruleis virgatos* exhibet. Ultimus quadrans *Momorantiorum crucem* & *aquilas* oſtentat.

Avi & aviæ Ducum.

§. VII. Intelligendis his laterculis Ducum avos aviasque intueri neceſſe eſt.

Alexander, Ambroſius & fratres DD. de Bournonville.
- Alexander Dux de Bournonville E. A. V.
  - Odoardus de Bournonville Com. de Hennin.
  - Maria Chriſtina Com. Egmondana.
- Anna de Melun Pr. d'Eſpinoy.
  - Petrus de Melun Pr. d'Eſpinoy.
  - Hippolyta de Montmorency de Bours.

Rationes insolarum.

Itaque ſymbolum *Melunium* aſſumtum eſt ob matrem: ob aviam paternam *Egmondana* teſſera inſeritur: rationes autem, ob quas Egmondano ſcuto alii laterculi inſerti ſint, repetantur ex L. 1. c. 21. ubi illud conſideravimus: *Palatino Bavaricum* δῆγμα referendum eſt ad Mariæ Chriſtinæ Egmondanæ matrem *Sabinam Com. Palatinam Rheni Bavariæ Ducisſam*, Friderici III. Electoris ſororem, Lamoralli Egmondani Princ. Gaueræ uxorem. Ultimum *Montmorencium* ſymbolum ab avia materna adſciſcitur.

Apex.

§. VIII. Huic clypeo imponitur galea coronata, ex qua emergit *leo aureus*, ut Sammarthanus ait, ſed potius *argenteus* juxta Chifflet. inſign. Eq. A. V. num. 353. ſcutario ſimilis. Laciniæ ſunt *argenteæ & nigræ*. Telamones aſſiſtunt duo *leones aurei*, uterque vexillum, dexter veteri Burnonvillia teſſera ornatum, quæ fuit in auro (ita ſupra ex Carpenterio: Sammarthanus hic alterum mavult metallum) *tria cochlearia nigra*, qui ad lævam eſt, novo Burnonvillio ſymbolo, leone ſcilicet, pictum geſtantes.

Telamones.

Tituli.

§. IX. Titulum Sereniſſimi Ducis Alexandri illum apud Bucelinum video: *Dux de Bournonville & Princeps, Hennini Comes, Caumontii Baro, Ranchicurtis, Divionis, Bondu, Damiſiæ*, &c. *Dominus*. Fratri ejus *Ambroſio* ille datur, *Dux de Bournonville, Vicecom. de Barlin, Baro de Houllefort, de Hourée, de Capres, de Divion, de Ranchicourt*, &c.

Ratione.

§. X. Quod *Ducatum* attinet, Henricus IV. illud axioma contulit, diplomate in eam rem dato 1600. & 1608. De Comitatu *Hennini* non ſuccurrit, quomodo familiæ allatus ſit; ſicuti nec de aliis quibusdam. *Ranchicourt* eſt ab Anna de Ranchicourt Guidonis conjuge, ut & *Divion*, atque Vicecomitatus & Baronia de *Barlin*; Baronia de *Houllefort* obtigit ab Iſabella des Prets filia Joannis ex Magdalena de Houllefort, Joanni Bournonvillio nupta, à qua etiam *Capres* allatum.

Caput XI.

Du Cambout. Dux de Coislin.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.* 2. *Scutum.* 3. *Apex Telamones.* 4. *Titulus.*

§. I. *Cambou-*

§. I.

C*Amboutiam* Illuſtriſſimam familiam *le Labourerius* & ex eo *P. Anſeaume* deducunt à *Ioanne Dn. du Cambout* Joannæ Rohanæ marito, patre *Alani* M. Magiſtri aulæ Duciſſæ Britanniæ, avo *Stephani*, proavo *Ioannis* iterum aulæ Mag. D. Britanniæ, abavo *Ioannis* eadem dignitate incluto, atavo *Alani*, tritavo *Renati*, qui Magnus venator Britanniæ fuit: hoc natus præter alios *Philippus* Dominorum *de Blais* autor & *Franciſcus Dn. du Cambout & de Coeslin*, qui 1625. ætatis 81. anno exceſſit, matus *Franciſcæ du Pleſſis*, Cardinalis Richelii amitæ. Hic pater fuit *Caroli & Ludovici*. *Ludovicus* ſevit Dominos de *Beçay & de Carcheil*: *Carolus* Gubernator Breſtiæ & inferioris Britanniæ locumtenens generalis 1648. extinctus, ex *Cæſare M. de Coeslin* 1641. præmortuo, nepotes reliquit *Ioannem Armandum* & *Petrum*, hunc Epiſcopum *Aurelianenſem*, illum Ducem *de Coeslin*, patrem *Petri* Marchionis de *Pontechaſteau*, *Armandi Hieronymi* M. de *Rochebernard* & aliorum. Familia.

§. II. Familia utitur clypeo *rubeo*, exarato *tribus faſciis*, *argento & cyano duplici tractu teſſellatis*. Scutum.

§. III. Scuto inſiſtit galea coronata, & ſuper eam exſurgit *mus ponticus naturali habitu* pictus. Laciniæ ſunt *argenteæ*, *coccineæ*, *cæleſtinæ*. *Telamones* aſſiſtunt pariter duo pontici mures. Apex. Telamones.

§. IV. Titulus eſt: *Du Cambout Dux de Coeslin ſeu Coislin*, *Par Franciæ*, *Comes de Crecy*, *Bar. de Pontchaſteau & de la Rochebernard*. Ex his *Coislin* acceſſit ex matrimonio Renati Camboutii & Franciſcæ filiæ Franciſci Baye Dn. de Merionec ex Joanna Chauvin *Domina de Coislin. Pontchaſteau* Franciſcus ſibi comparavit. De reliquis mihi non conſtat. Quod vero *Ducalem* dignitatem attinet, ea in curia confirmata eſt 1663. Idem vero Ducatus eſt, qui prius Dominio *S. Liebaud Villemor* in gratiam Petri Seguierii Cancellarii Ducis de Villemor, Cancellarii Franciæ affixus erat; & iſto titulo demum *Ioh. Armando* ejus nepoti ex filia conceſſus eſt. Titulus.

CAPUT XII.

Com. de Caſtel.

ARGUMENTUM.

1. *Familia ex Ducibus Franconiæ. Com. Rotenburgii. Linea.*
2. *Caſtella Norica Comites cum his confuſi.*
3. *Scutum.*
4. *Apex.*
5. *Titulus.*
6. *Scutum aliud. Caſtellanorum Noricorum.*

§. I.

ILluſtriſſimi Comites *Caſtellani*, qui ſecundum inter Franconiæ Comites, proximum nimirum poſt *Hohenloicos*, locum obtinent, originem ſuam referunt ad veteres orientalis Franciæ ſeu Franconiæ Comites. Ita Celeber. *Nicol. Rittershuſius* orditur eorum ſeriem à *Gosberto*, quem Bucelinus *Gozbaldum* vocat, Franconiæ Duce, qui 696. deceſſit, patre *Gosberti* Ducis & *Cuniberti Com. Rotenburgenſis*: quorum hic *Hetani* ultimi Franconiæ Ducis 740. extincti, (poſt cujus mortem Pipinus Ducatum filio Carolo, dem Epiſcopatui Herbipolitano dediſſe perhibetur,) ille *Rudolphi Com. Rotenburgenſis* pater fuerit: inde Rudolphi filium *Meingaudum Com. Rotenburgenſem* & *Caſtellanum*, Hettani filiam *Arminiam* ſeu *Irminiam* duxiſſe: quibus parentibus nati ſint *Arnoldus Com. Rotenburgi* (à quo forte *Rotenburgenſes* reliqui Comites, quorum Genealogiam ſed valde mancam recenſet *Henninges Theatr. T. 3. P. 1.* p. 408. quique uſi ſunt in parma *cærulea cantherio aureo*, cujus faſtigium *caput leonis* ex eodem metallo *mordebat*, Wapenb. P. 2. pag. 17. Apex autem erat pulvillo cæruleo inſiſtens columba candida alis ad volatum expanſis, ob quam dicti etiam ſunt teſte *Henning.* Domini *de Columba*. His inſignibus jam uti collegium *Chambergenſe* autor eſt *Hoping. de jur. inſ. c. 8.* n. 509. & *Marquardus* primus *Com. de Caſtel*, qui 828. deceſſit, & ex filio *Burchardo* gentem propagavit; Burchardi nepos fuit *Philippus*, quem ait 942. imperium obtinuiſſe, quod legiſſe alibi non memini, licet primo illo Ottonis M. tem- Familia ex Ducibus Franconiæ. Com. Rotenburgii.

pore certum ſit, plures in imperio ortas eſſe turbas. Philippo trinepotem *Rupertum II.* aſſignat, qui 1168. ſub Friderico Barbaroſſa primus factus ſit *pincerna Herbipolitanus*, (*Spangenb. Chron. Henneb.* tamen à Pipino hoc officium demandatum Caſtellanis perhibet.) Secuti ſunt ordine reliqui Comites ad noſtra usque tempora. *Georgius* Mareſcallus aulæ Ludovici Electoris Palatini communis per filios *VVolfgangum* & *Godofredum* pater fuit duarum linearum *Remlingenſis* & *Rudenhuſiæ*, quarum illa in filiis Wolfgangi Georgii, hæc Georgii Friderici conſiſtit.

Lineæ.

Caſtellæ Noricæ Comites cum his confuſi.

§. II. Aliam Genealogiam nectit *Lazius de migr. gent.* L. 7. pag. 328. & ex eo *Henninges*. Sed videntur confundere Comites *Caſtellæ Franconicæ* & *Noricæ*. Ad hanc enim plerosque ſpectare credo, quos cum Sulzbacenſibus ejusdem profapiæ faciunt, ſatore conſtituto *Erneſto* ex Seelandia, qui ob maris inundationem profugus, cum uxore, ſuppellectili & aliquot colonis in Noricum venerit, & caſtellum tribus ſacellis, ad totidem fontes ſingulis, conſpicuum extruxerit circa 975. Hunc ſuſpicantur patrem *Friderici* Caſtellani & *Gerhardi Sulzbacenſis* Comitum. Ad hos etiam vix dubium eſt, quod ſpectet *Fridericus II.* filius Hermanni, qui arcem Caſtel in monte Caſtelberg, à tribus arcibus cognominato 1098. in cœnobium Benedictinum commutavit, cujus etiam filius *Otto*, deinde *Hirſchberg* & *Hebberg*, ad finem perduxiſſe ſcribitur paternam fundationem. Ad Franconicos vero noſtros Comites ſpectare videntur *Stuczo*, qui cum aliquo fratre Friderico conditus ſit in Eboracenſi Ciſtercienſium apud Francos cœnobio, in quo & alii ex Franconica ſtirpe conditi teſte ex Buſchio, *M. Zeiler. itin. Germ.* P. 2. p. 170. tum *Rupertus* cum fratribus *Hermanno* atque *Adelberto* circa 1149. *VVilhelmus*, qui 1460. Joanni Epiſcopo Herbipolitano comitatum vendiderit, & eundem perpetuo jure feudi à cathedra poſteris ſuis accipiendum ſanxerit: *Ioannem*, qui cum filiis 1510. vixerit. Has vero duas familias iſti autores in unum confundere videntur, cum tamen diſtinctæ ſint, & prior Caſtellæ Noricæ diu appareat defeciſſe. Cœnobium tamen ad fl. Luteram in ſuperiori Palatinatu adhuc extat, ſed legi Jeſuitis jam appropriatum eſſe.

Scutum.

§. III. Modernorum Comitum *Caſtellæ Franconicæ* (quam ad differentiam alterius Noricæ in ſuperiori Palatinatu aliquando *Hohen-Caſtel* legi nuncupatam.) ſcutum ex antiquitatis more ſimplex eſt, quadrifaria ſectione *argento* & *minio*, qui Franconici colores veteres fuere, tinctum.

Apex.

§. IV. Galeæ incumbit pileus acuminatus, cum ora reducta iisdem ſcuri coloribus quadripertitim pictus, corona aurea & ſuper eam pennis pavoninis (Henning. eas in plumas ſtruthionicas convertit) faſtigiatus. Laciniæ dependent argenteæ & coccineæ.

Titulus.

§. V. Titulus item ſimplex eſt: *Comes & Dominus in Caſtel.* Ex Bucelini tabula in Germ. T. II. inſerta video duodecimo, decimotertio & quarto titulis illos addidiſſe *Dei gratia* Comes in Caſtel, usque ad Wilhelmum, qui 1479. deceſſit.

Scutum aliud. Caſtellanorum Noricorum.

§. VI. Aliud Caſtellenſibus comitibus **Wapenb.** P. 2. pag. 11. datur ſcutum, videlicet cæruleum ſex liliis argenteis 3. 2. 1. inſignitum, quibus etiam in apice jugum alarum complicatum ſuperbit. Hanc teſſeram non dubito aſſignare *Caſtellenſibus Noricis*, de quibus modo §. 2. diximus: quia Sulzbachiis & Amerthaliis comitibus ſimile ζεῦγος aſſignatur, coloribus tantum variatis: illi enim totidem lilia argentea parmæ rubeæ, hi nigra argenteæ inſcribebant; quod eadem pagina videre licet. Hos autem ex gente Caſtellenſium Noricorum fuiſſe ſupra didicimus, & P. 1. cap. 8. pluribus exemplis edocti ſumus, ſæpe ejusdem gentis ramos illo diſtinguendi modo iti ſolitos fuiſſe.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Bar. de Clam.

ARGUMENTUM.

1. *Bar. de Clam ex Carinthia in Auſtriam.*
2. *Scutum. Nopping.*
3. *Perger de Clam.*
4. *Galea.*

§. I.

ILluſtres de *Clam Barones*, prius dicti *Perger de Clam*, ex Carinthia in Auſtriam venere, & ſub Ferdinando I. ab Hardecciis Comitibus 1524. *Clam* acquiſivere. Eorum aliquot graduum Genealogiam deſcribit *Bucelinus German. Tom. 3.* pagina 19. Bar. de Clam ex Carinthia in Auſtriã.

§. II. Eorum ſcutum exhibet *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 34. quadripertitum. Primus & ultimus latereulus *diagonali dextra linea* ſecatur: priori parte *nigra* altera *argentea*. Hæc teſſera (quam Bucelinus illis gentilem tribuit) eſt familiæ *Noppingiæ Bavaricæ*, ex qua Chriſtophorus Perger de Clam & S. Pantaleone, qui 1532. obiit, uxorem *Walpurgam* habuit. Stirpe verò hac extincta Ferdinandus Pergeris jus hujus ſymboli & rubra cera ſignandi conceſſit. Scutum. Nopping.

§. III. Alveolus ſecundus & tertius, qui *Pergerorum* familiaris eſt, *auro* tingitur: in eo ex tribus rupibus ſuo colore pictis, quarum media reliquas ſupereminet, emergit pubetenus virgo ſylveſtris pilis viridibus (ſchwartz-grün) aſpera, capillis aureis volitantibus, laurea corolla redimita, dextera nigrum cornuum cervinorum jugum ſurſum protendens, ſiniſtram lateri admovens (die lincke Hand an die ſeite ſprei-tzend.) Perger de Clam.

§. IV. Galeæ ſcuto inſiſtunt duæ coronatæ: priot ſuſtinet alam diagonaliter ex nigro & argento ſectam; poſterior ex rupibus exurgentem virginem nudam ſcutariam. Laciniæ ſunt circa priorem ex argento & nigro: circa poſteriorem aureæ & atræ. Galeæ.

CAPUT XIV.

Domus Cordub. Duces Seſæ, Segorbiæ, Cardonæ, Feriæ, &c.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Deductio Genealogica.*
2. *Scutum Comitis de Feria. Figueroa.*
3. *Corduba.*
4. *Manuel.*
5. *Pontii de Leon. Tabula progonologica.*
6. *Apex.*
7. *Scutum M. de Priego. Ribera.*
8. *Ducis de Seſa.*
9. *Tabula progonologica.*
10. *Scutum Ducis Cardonæ & Segorbiæ.*
11. *Ratio latereulorum.*
12. *Ducis Cardonæ & March. de Comares.*
13. *Rationes areolarum. Cardona. Aragonia. Vrgelitanus Com. Pallas.*
14. *Tab. Geneal. Cardonenſis.*
15. *Duc. Cardonii & Ducis Feriæ.*
16. *Ducis Seſæ.*

§. I.

Cordubenſis familia inter Hiſpanas illuſtres ex nobiliſſimis eſt, & in Gallicia ſub nominibus de *Temez* & *Chantada* floruit; inde *Corduba* Mauris erepta nomen mutavit, & ſedem in Bœticam tranſtulit. Ea in aliquot lineas diviſa meretur hic compendio exhiberi, uſui in ſequentibus futura. Familia.

Alfonſus

Digitized by Google

Deductio Genealogica.

Alfonſus Fernandez de Corduba Dn. de Cagnete, qui teſtatus eſt 1325.

Alfonſus de Corduba.

Didacus de Corduba.

Conſalvus Fernandez Dom. de Aguilar.

Martinus Alonſo de Corduba Dn. de dos Germanos. Unde Dn. de Alcaudete, qui cognomen Velaſco aſſumſere.

Martinus de Corduba Dn. de Lucena.

Alfonſus Fernandez Dn. de Aguilar † 1424. Ux. Teresia Venegas.

Didacus Fern. de Corduba Dn. de Baena Mareſc. Caſtiliæ.

Didacus Alcayda ſeu Caſtellanus de los Donzelas.

Martinus Fernandez de Corduba.

Petrus Fernandez de Corduba. † 1435. vivo patre.

Didacus de Corduba M. de Comares.

Ludovicus de Corduba M. de Comares.

Petrus Fernand. de C. Dn. de Aguilar.

Didacus Fernand. de Corduba C. de Cabra 1455.

Didacus Fernandez de Corduba M. de Comares cognomine Africanus ab uxore Joanna Dux Cardonæ & Segorbiæ.

Petrus Fernand. de Corduba Dn. de de Aguilar.

Didacus Fernandez 2. C. de Cabra.

Martin. de Corduba, à quo Dn. de la Campana cum cogn. Pont. de Leon.

Sancius de Corduba unde Dom. de Caſapalma.

Ludovicus Fernandez de Corduba Com. de Prades † ante patrem.

Alfonſus Fernand. de Corduba Dn. de Aguilar.

Conſalvus Magn. de de Corduba D. Seſæ. Terræ novæ & S. Angeli † 1515.

Didacus Fernandez de Corduba Dux de Cardona & Segorbia.

Didacus Fernand. de Coro. III. Com. de Cabra.

Inicus de Cord. autor dominor. de Guetor de Santillan,

Antonius de Cordub. autor Dn. de Torreque bradilla.

Henricus de Corduba & Arag. Dux Cardonæ & Segorbiæ † 1640.

Elvira. Uxor Ludov. de Corduba agnati.

Ludovicus de Corduba. Ab uxore Elvira Dux de Seſſa † 1526.

Petrus de Cord. à quo Dn. de Zabia.

Alvarus de Cord. à quo Dn. de Valenzuela.

Ludov. Fernandez Raymund. Dux Cardonæ & Segorb. † 1670.

Petrus Aragon. nunc Dux Cardon & Segorb. † 1650.

Antonius Aragon. Cardinal. † 1677.

Vincentius Archiep. Toletan. † 1677.

Paſchalis Arag. Card. chiep. To. let. † 1677.

Petrus Fernandez de Corduba M. de Priego.

Franciſcus Pacheeus de Cordub. unde Dn. de Almunnar.

Conſalvus Fernandez D. Cordub. Dux de Seſſa. † ætat. 1606.

Beatrix. Uxor Ferdinandi de Angreſola & Cardona D. de Soma, pater Ludovici D. Seſſæ avus Antonii moderni Ducis.

Ambroſius de Corduba D. Lermæ. † 1660.

. . . Anon. Dux Cardonæ. † 1670.

Catharina Fernandez heres. Uxor Laurentii Svarez de Figueroa Com. Feriæ.
A quibus reliqui cognominis de Corduba March. de Priego.

Scutum Comitis de Feria.

§. III. Hujus Cordubenſis nominis quinque *equites aurei velleris Ioh. Iacob. Chiffletius* producit, & eorum ſcuta deſcribit: quos ordine videbimus. Primus eſt *Petrus Fernandez de Corduba Comes Feriæ* (n. 209.) qui quidem ex alia familia fuit, ſed hoc nomen à matre aſſumſit. Ejus ſcutum transverſe bipertitum eſt. Caput duabus perpendicularibus lineis iterum in tres regiones diſtinguitur. Primus alveolus *aureus foliis quinque ſiculneis praſinis* decuſſatim diſpoſitis imprimitur: quod ipſi intigne fuit gentile. Gentem hanc *Svareziam de Figueroa* (unde alluſio in ſiculneis foliis) deriva-re ſolent à *Laurentio Domino de Zafra & Feria* ſub Henrico II. Joanne I. & Henrico III. regibus, qui Magiſter Ord. S. Jacobi 1409. glorioſus deceſſit. Cæterum pater hujus Petri Laurentius fuit Comes de Feria, Garſia & Maria Toletana natus.

Figueroa.

Corduba.

§. III. Area proxima aurea *triplici coccinea faſcia* exaratur, quod σῆγμα ipſorum *Cordubenſium* eſt; à Petro autem adſcitum, jure *Catharinæ* matris, Petro Fernandez de Corduba M. de Priego ex Aguilario ramo natæ. Ea enim ſucceſſionem Prieganam marito attulerat, quod in tabula vidimus.

Manuel.

§. IV. Alveus tertius capitis quadripertitus eſt ex *Manuelica & Legionenſi* teſſera: quorum illa exhibet in ſolo *rubeo manum dextram coloris nativi auro alatam, nudum enſem auro inſtructum tenentem*: Hæc leonem *rubeum auro coronatum* in ſcuto *argenteo*. Jus hujus ſymboli eſt à Petri proavia materna *Maria* filia *Petri Manuelii, Dn. de Montealegre*, conjuge *Laurentii Svarezii Comitis de Feria*. Cæterum familia *Manuelia* geſtabat præter manum (quæ videtur paronomaſiâ longius repetitâ ad nomen familiæ reſpicere.) Legionenſem illum leonem: quia originem refert ad Ma-

Digitized by Google

ad Manuelem ſeu Emanuelem infantem Hiſpaniæ Ferdinandi Regis Legionis & Caſtellæ filium, Alfonſi qui ad Romani Imperatoris faſtigium elevatus eſt fratrem.

§. V. Scuti inferior pars iterum bipertita eſt, ita ut alterum latus *Legionenſem leonem*, alterum *Aragonicos palos* contineat, tota vero circumdatur limbo cæruleo octo parmulis aureis zona cyanea exaratis impreſſo, quæ *Bidauria* teſſera eſt: Omne vero hoc *Pontiorum Legionenſium* eſt geſtamen. Cur vero Petro illud aſſignetur ſymbolum, non plane perſpicio, niſi a conjuge aſſumſit, vel potius filiæ hoc quam patris ſcutum fuerit. Cujus illi majores fuere Pontii de Legii.

Tabula progonologica.

- Catharina Fernan. de Corduba.
  - Petrus Fern. de Corduba & Figueroa C. de Feria.
    - Laur. Svar. de Figueroa C. de Feria.
      - Gomeſius Svar. de Figueroa C. de Feria.
        - Laurentius Svarez de Figueroa Com. de Feria.
        - Maria f. Petri Manuel.
      - Maria de Toledo.
        - Garſias Alvarez de Toledo D. Albæ.
        - Maria f. Friderici Henriquez.
    - Catharin. Fernandez de Corduba.
      - Petrus Fernan. de Cordub. M. de Priego.
        - Alf. Fern. de Corduba Dom. de Aguilar.
        - Catharina f. Joannis Pacheci.
      - Elvira Henriquez.
        - Henricus Henriquez Dom. de Cortes.
        - Maria f. Petri de Luna.
  - Anna Pont. de Leon.
    - Rodericus Pont de Leon Dux de Arcos.
      - Lud. Pont. de L. M. de Zara.
        - Petrus Pont. de Leon, Dom. de Villagarſia.
        - Leonora f. Laurentii Svarez de Figueroa.
      - Franciſca Pont. de Leon.
        - Rodericus Pontius de Leon D. de Cadiz.
        - Agnes Ximenes de la Fuente.
    - Maria Giron.
      - Joa. Telles Giron C. Urennæ.
        - Petrus Giron M. Mag. Calatravæ.
        - Iſabella de las Caſas.
      - Leonora de la Vega Velaſco.
        - Petrus Fernan. de Velaſco, Conſtabilis Caſtiliæ.
        - Mencia f. Inici Lopez de Mendoza.

§. VI. Scuto huic inſiſtit galea torque ſpirali tecta, è qua exoritur aquila nigra auro coronata, laciniis dependentibus aureis & coccineis. Apex.

§. VII. Parum differt ab hac diſpoſitione, illa quia uſus eſt *Alfonſius Fernandes de Corduna & Figueroa Marchio de Priego & de Montalvan* apud *Chifletium* ex Cordubenſibus quintus num. 364. Cum enim bis ſectum ſit transverſè ſcutum, caput *Cordubenſi* teſſera repletur, pes ſcuti *Pontio-Legionenſia* ſymbola continet, faſcia bis perpendiculariter ſecatur, atque inter ſymbola hinc *Svarezio-Figueroenſe*, iſthinc *Manuelio-Legionenſia* quadripertitim diſpoſita; medio loco *ſcutum Riberiorum*, quod eſt laterculo aureo faſcia praſina triplex inducta. Ratio reliquorum facilis eſt, ſi cogites, eum Laurentii Svarezii Com. Feriani, ex Alfonſo filio atque Petro nepote pronepotem, nec non ejusdem Laurentii ex filio Petro, & hujus atque Annæ Pontiæ filia Catharina, quæ Petri mater, atque Alfonſi iſtius avia fuit, abnepotem fuiſſe. Riberanæ autem faſciæ aſſumtæ ob matrem Joannam Henriquez de Ribera ex Ducibus Alcalæ. Scutum M. de Priego. Ribera.

§. VIII. Secundus quem enumerat *Chifflet.* (num. 213.) fuit *Conſalvus Fernandez de Corduba, Dux de Seſa & Terranova, Comes de Cabra.* Hujus ſcutum fuit transverſa una & tribus perpendicularibus lineis in octo areolas diviſum. Prima areola quadripertita fuit ex *Cordubenſi teſſera* (videlicet auro tribus faſciis rubeis inducto) & *Caſtellana* (quæ eſt rubea inſcripto caſtello τριπύργῳ aureo) ſecunda eſt *Zunigana* (quæ conſtat areola argentea baltheo nigro exarata cum catena aurea octo annulorum ad eam impreſſa.) Tertia erat *Guſmannia vetus* (nempe cyanea cum ahenis duobus rubeis; limbo ambiente coccineo, cacabis aureis impreſſo.) Quarta *Guſmannia* Ducis de Seſa.

Ayamontia (iterum cyanea cum ahenis duobus aureis, margine Caſtiliæ caſtellis & Legionis leonibus ornato.) Quinta quæ inferioris ordinis prima eſt, *Cerdanum* continebat ἄσυμα. (hoc eſt, quadrifaria diſpoſitione prima & quarta regione bipertita Caſtellanum caſtrum in rubeo aureum, atque leonem Legionenſem coccineum auro coronatum in argento, ſecunda & tertia cæruleæ tria lilia rubea Francica referens.) Sexta *Mendozium Ducum Infantatiorum* (del Infantadgo,) quod eſt decuſſatim quadripertitum, in ſummo & imo praſino baltheum dextrum aureum tænia coccinea impreſſum, in lateribus aureis voces angelicas literis cæruleis ad oram inſcriptas, ad dextram AVE MARIA, ad ſiniſtram GRATIA PLENA exhibens.) Septima *Figueroanum* (quod §. 2. diximus aureum cum quinque foliis praſinis ſicutneris in decuſſim diſpoſitis.) Extrema demum *Henriquezium* (nempe areolam à ſummo bipertitam, utrinque caſtello Caſtellano latera rubea ornante, in imo rotundatim lacernatam argenteam cum rubro leone Legionenſi.) Toti imponebatur *Cordubenſis* parmula aurea cum tribus faſciis miniatis. Demum limbus ſcuti angularibus quadris Caſtellanis & Legionenſibus ornabatur. Scuto verò inſiſtebat galea coronata cum phœnice diverſicoloribus pennis ornato & in mediis flammis conſtituto. Lacinæ deperdebant ex auro & minio.

Tabula progonologica.

§. IX. Horum latereulorum ratio ex avis Conſalvi repetenda eſt

- Conſalvus Fernandez de Corduba, D. de Seſa. † ἄπαις. 1606.
  - Ludov. de Corduba Dux de Seſa. † 1526.
    - Didac. Fernan. de Corduba Com. de Cabra.
      - Didacus II. Fernan. de Corduba, Com. de Cabra.
        - Didacus Fernandez I. de Corduba, C. de Cabra.
        - - - -
      - Franciſca de Zuniga & Cerda.
        - Didacus Lopez de Zuniga.
        - Joanna de Cerda.
    - Maria de Mendoza.
      - Didacus Lopez de Mendoza D. del Infantadgo.
        - Inicus Lopez de Mendoza M. de Santillana.
        - Catharina Svarez de Figueroa.
      - Brianda de Luna.
        - Johan. Hurtadus de Mendoza.
        - - - - - - -
  - Elvira de Corduba D. de Seſa.
    - Conſalvus Magnus de Corduba, D. de Seſſa. † 1515.
      - Petrus Fernand. de Corduba, Dn. de Aguilar.
        - Petrus Fernan. de Corduba, Dn. de Aguilar.
        - Leonora f. Caroli de Arellano, Dn. de los Cameros.
      - Elvira de Herrera.
        - Petrus Nunnez de Herrera Dn. de Pedrazza.
        - - - - -
    - Maria Manrique.
      - Fridericus Manrique.
        - - - Manrique
        - - - - -
      - Beatrix de Figueroa.
        - - - Figueroa.
        - - - -

Ex his de ratione ſymbolorum Cordubenſis, Zunigani, Cerdani, Mendozii, Figueroani facile conſtat, de Guſmanniis & Henriquezio aliis cogitandum relinquo.

Scutum Ducis Cardonæ & Segorbiæ.

§. X. Tertius eſt *Alfonſus de Corduba & Aragonia Dux Cardonæ & Segorbiæ*. Hujus ſcutum apud *Chifflet.* n. 216. quatuor conſtabat palis, quorum primus *Aragonium* ſymbolum referebat, videlicet in aurea area quatuor palos rubeos, ſecundus ſectus *caſtellum* Caſtellanum ſuperiori parte, inferiori leonem *Legionenſem* continet, tertius *Siculum* (quod eſt latereulus in decuſſim quadripertitus, in imo & ſummo auro inſcriptos palos quatuor coccineos, in lateribus argenteis aquilas ſingulas nigras auro coronatas continens,) quartus *Cardonius*, minutus tres carduos aureos foliatos repræſentabat. Ex galea coronata erumpebat draco volans aureus. Lacinæ item erant ex auro & cocco.

Ratio latereulorum.

§. XI. Porro hic Alphonſus non fuit ex Cordubenſi familia, ſed ex *Aragoniæ* filius *Henrici infantis Aragoniæ Ducis Segorbiæ* ex Guiomara de Caſtro & Norogna ex Portugallis, cujus pater *Henricus Aragoniæ infans M. Villena* Catharinam Henrici

Caſtellani

Caſtellani Regis filiam uxorem habuit, ipſe filius Ferdinandi juſti Regis Aragoniæ & Siciliæ, nepos Joannis Regis Caſtiliæ & Legionis ex Leonora fil. Petri Aragoniæ & Siciliæ regis. Ex qua deductione laterculorum ratio evidens eſt, excepto *Cardonio*, quem à conjuge *Ioanna* f. *Ferdinandi Raymundi D. Cardonæ* aſſumſiſſe videtur, quod ab ea Ducatus ei obtigerit. Unde autem ipſi Cordubenſe cognomen aſcitum ſit, neutiquam capio.

§. XII. Quartus eſt *Didacus Fernandez de Corduba Dux Cardonæ, Marchio de Comares.* Ejus num. 258. *Chifflet.* ſcutum ita deſcribit, quod fuerit tranſverſe bipertitum; ſummum iterum ad perpendiculum trifariam diviſum, ex ſymbolis *Argonico, Caſtellano*, cum ſuppoſito *Legionenſi*, & *Siculo*: imum autem ab ſummo bipertitum: ita ut prior laterculus, denuo tamen bipertitus, hinc exhiberet decuſſata ſectione in ſuperiori & ima parte *palos Aragonicos*, in laterum dextro teſſerâ *Cardoniâ* inſcriptâ, in ſiniſtra *Andinâ priori*; iſthinc alia decuſſata ſectione iterum *Aragonicos palos*, laterum utroque teſſellis aureis & nigris impleto, quod eſt *Vrgelitanum* ſymbolum: Alter laterculus, qui ſcuti extremus erat, *Paillaſium* ſeu *de Paillas*, repræſentabat in auro aquilam bicipitem nigram, cujus pectori appictum ſcutulum coccineum, ſtipulis *(feſtus de paille)* tribus aureis oblique dextrorſum collocatis impreſſum. Demum toti imponebatur *Cordubenſe* ſcutulum. Apex erat ſuper galea coronata furia erumpens, furva tota: laciniæ ex auro & minio. Ducis Cardonæ & March. de Comares.

§. XIII. Laterculorum horum ratio illa eſt. Medium ſcutulum deſignat ipſam gentem *Cordubenſem*, ex qua hic Didacus. Reliqui laterculi omnes ſunt ab uxore *Ioanna Aragonica Duciſſa Cardonæ & Segorbiæ* adſciti: & quidem tres ſuperiores alveolos ea à patre habuit Alfonſo, de quo §. II. diximus: duos vero inferiores à matre aſſumſit *Ioannâ Duciſſa Cardonæ*, unde apud eundem *Chifflet.* num. 156. *Fernando Remonfolck* ſeu *Raimundo Folckio* Joannæ patri iidem duo alveoli ſed diſpoſitione quadripertita attribuuntur. Ratio vero geſtaminum illa videtur. *Aragono-Cardona-Andinam* areolam puto eſſe ex matrimonio *Hugonis Comitis Cardonæ* & *Blancæ Raymundo Berengario infante Aragoniæ*, atque *Blanca Andina* filia Philippi Ducis Tarentini deſpotæ Romaniæ ex Andinis natæ. Hugonis filius Johan. Raymundus Folch Cardonæ Comes iterum ex Aragoniis duxit *Ioannam* filiam Alphonſi Aragonii Ducis Gandiæ, ſed ex hoc matrimonio ad Andina lilia nullum jus. *Vrgelitanum* ſymbolum eſt ex conjugio *Ioannis Raymundi III. Com. Cardonæ & Ioannæ Petro Aragonio Comite Vrgelitano* natæ, cujus avia *Tereſia* f. Gombaldi Entenzæ comitatus *Vrgelitani* heres fuerat. Quod attinet *Paillaſium* ſymbolum; notavi quendam *Borellum* Com. *Palliarienſem* fuiſſe patrem Lupi avum Suniarii Comitis & Marchionis Palliarium, qui è conjuge Theuda f. Raimundi C. Ripacurtii (cui ipſi tamen itidem Palliarium titulum video aſſignari) ſuſcepit *Raimundum* Comitem, hic alium *Raymundum*, maritum *Valentiæ* Arnaldi Myronis Vicecomitis Ageriі filiæ, quibus natus Petrus Comes. Forte ultimus rectæ lineæ fuit *Arnoldus Rogerius* comes, pater *Sibyllæ*, quæ *Hugoni Mataplanio* nupſit, & ei peperit *Arnoldum Rogerium Comitem Pailliarium*, qui Urracam Entenzam Urgelitanam, Tereſiæ reginæ ſororem, in matrimonio habuit. Unde forte cum Urgelitana ſucceſſione ſimul hæc etiam areola domui obtigit. Rationes areolarum. Cardonæ. Aragoniæ. Urgelitanus Com. Paillas.

§. XIV. Cum *Cardonenſis* Folckiæ familiæ (à quodam *Hugone* ortæ, qui ex Francia Cataloniam venit.) in §. præcedenti facta ſit mentio, utpote cujus ſucceſſio ad Cordubenſes delata eſt, operæ pretium fuerit, partem ejus Genealogiæ huc adſcribere. Tab. Genealog. Cardonenſis.

Raymundus IX. Folch. Vicecomes Cardonæ, cognom. Proombre.
Uxor Maria Alvares de Haro Com. de Lerin.

Raymundus X. Vicecom. Ux. Maria de Canellas. ἄπ. — Hugo de Cardona Admir. Aragoniæ. † 1334. Uxor Beatrix de Anglesola.

Hugo 1335. primus fit comes Cardonæ à Petro R. Aragon. † 1409.
Uxor Blanca f. Raymundi Berengarii infantis Aragoniæ.

Joh. Raymund. Folch. C. Cardon. cogn. Cap. S. Joh. Bapt. Ux. Joanna f. Alfonsi Aragon. D. Gandiæ M. Villenæ. — Antonius C. de Calatebelloto in Sicil. A quo linea. — Hugo B. de Belpayg. — Petrus com. de Colisano prorex Siciliæ 1446.

Artalis comes de Colisano.

Joan. Raym. 2. Folch. com. de Cardona & Prades. Ux. Consalva Ximenez f. Sancii Ximenez de Arenos, heres comitatus Prades. — Jacobus Cardinal. † 1466. — Hugo de Cardona. Ux. Blanca Pr. Navarræ. Autor lineæ.

Petrus 2. comes de Colisano.

Joh. Raym. 3. Folch. com. de Cardona & Prades, Prorex Siciliæ, † 1479. Uxor Joanna Aragonia, f. Jacobi com. Urgelitani. — Antonius. — Petrus Archiepisc. Tarraconis.

Artalis com. de Colisano, Conestabil. & Admiralis Sicil. ἄπαις.

Joannes Raym. 4. Folch. fit Dux 1491. † 1510. Fuit etiam Marchio de Pallas.
Uxor Aldoncia Manrique, f. Friderici Henriquez Admiralis Castil.

Ferdinand. Raym. Folch. D. Card. fit Conestab. Aragoniæ. Uxor Francisca Manrique de Lara. — Petrus Gubern. Catalon. autor lineæ. — Alfonsus. — Antonius Prorex Sardin. † 1553. pater Joannis. — Ludovicus Archiepisc. Tarracon. † 1532. — Henricus Cardinal. † 1532.

Joanna heres Ducatus Cardonæ. Uxor Alfonsi Aragon. D. Segorb. mater Francisci Aragonii Ducis Cardon. & Segorbiæ, qui † 1575. & Joannæ, quæ marito Ferdinando de Corduba, M. de Comares successionem attulit. — Maria com. Olivæ. — Alfonsa com. Lerin. — Anna com. Aytonæ.

Duc. Cardonii & Ducis Feriæ.

§. XV. Præter istos à *Chiffletio* enumeratos *Sammarth.* l'est. de l'Esp. duos addit, post id tempus Equitibus A. V. associatos pag. 118. *Ludovicum Raymundum* d'Aragon, Folck, Cardona & Corduba, Ducem Cardonæ, Segorbiæ, Lermæ & Ceæ, M. de Comares, de Pallas & de Denia, com. d'Ampurias, de Pradez, de Santa, Gadea & de Buendia, Vicecom. de Villamaçar, qui sex titulis inter Grandes Hispaniæ numeratur, Magnus Aragoniæ Conestabilis est, & 1665. tanquam Decanus Ordinis Eq. A. V. Carolo II. Regi collare velleris induit: & p. 151. *Ludovicum Ignatium Fernandez* de Corduba, Figueroa & Aguilar, D. de Feria, M. de Priego, de Montalvan & de Villalva. Ille filius fuit *Henrici* Ducis Cardonæ & Segorbiæ, quem in tab. num. 1. vidimus. Hic ex posteris Laurentii com. Feriæ est, in quem successionem rami Priegii transiisse diximus; unde eadem utitur dispositione, quæ §. 7. March. de Priego assignata est, apud *Sammarth.* l'est. p. 48. Ille verò prior (Dux Cardonæ) filiam reliquit, apud *Sammarth.* p. 44. *Catharinam* de Cardona, d'Aragon, de Corduba, de Sandoval, Ducem Cardonæ, Segorbiæ, Lermæ & Ceæ, uxorem Joh. Cerdani D. Alcalæ. Hujus scutum eodem modo format *Sammarth.* p. 44. uti supra §. 12. descriptum fuit scutum Didaci Ducis, eo excepto, quod Cordubensi symbolo subjicit *Comarense* δεύτερ, quod constat argenteo laterculo repræsentante regem Maurum cyaneo amictu, aurea catena

Digitized by Google

catena revinctum. Apicem aſſignat leonem purpureum coronatum & falcatum auro, adverſa fronte, ſed vultu fœminco, conſidentem : lacinias cocco & auro tingit.

§. XVI. Idem p. 40. 41. recenſet ſcutum *Antonii Ferdinandi de Corduba, de Cardona, d'Aragon, Ducis Seſæ, Somæ, & Baenæ, Com. Cabræ, March. Pozæ*, &c. qui nepos eſt *Beatricis*, in quam Cabrenſem ramum deſiiſſe num. 1. vidimus. Huic dat bipertitum ſcutum. Prior pars quadripertitim exhibet in 1. laterculo, decuſſatim in ſumma & ima regione *Aragonicos* palos, in dextro latere carduos *Cardonios*, in ſiniſtro *Andina* lilia, in ſecundo *Cordubenſe* ſymbolum cum *Comarenſi* ſubjecto, in quarto tripertitim διγμαῖα *Aragonium, Caſtellanum*, cum ſubjecto *Legionenſi, Aragonio-Siculum*. Tertium quadrantem non ſatis exprimere novit, niſi quod in eo quatuor faſciæ conſpiciantur, ſubjectis tribus palis, in altera partitione tribus apparentibus rochis latruncularibus. (Forte hæc inſignia ſunt familiæ de *Angreſola*, ex qua avus hujus Ferdinandus fuit.) Altera ſcuti medietas aurea quinque ſtellas cæruleas in decuſſim trajectas exhibet, notam familiæ de *Roxas*, ex qua ejus mater *Maria* March. de Poza oriunda fuit. Apex eſt coronatæ galeæ impoſitus phœnix diverſi coloris in flammis conſtitutus. Laciniæ ex auro & cocco. Ducis Seſæ.

CAPUT XV.

Coſſei Duc. Briſſac.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Succeſſio.*
2. *Scutum, Coſſarum* διγμαῖα.
3. *Apex.*
4. *Tituli.*
5. *Com. Coſſei ſcutum.*

§. I.

ILluſtriſſima *Coſſeorum* familia refertur ad *Ioannem Dn. de Coſſe in Andibus*, quem ex antiquis *de Coſſe in Meduanis* genus retuliſſe accepi. Ulteriorem originem apud *Coſſarum* inter Neapolitanos gentem (ex qua *Baltaſar Coſſa*, ſub nomine *Ioannis XXIII.* ſedem Pontificiam tenuit, donec à Conſtantienſi Concilio poteſtate exueretur; tum ſuo tempore *Philip. Comin.* L. 5. c. 2. p. 374. *Ioannem Coſſe* Seneſchallum Provinciæ memorat, virum probum & ex nobili domo Neapolitana) quæruntſ alios eam ex *Cocceji Nervæ* gente deducere memini, ſed antiquiora non moror. Joanne ſupradicto natus eſt *Theobaldus* Gubernator Andinorum, pater *Ioannis & Renati*; ille *Domus de Coſſe* avus fuit *Franciſcæ de Plantis*, quæ *Renato Com. de Sanzay* nuptaluic genti dominium *Coſſe* intulit: hic *Dominus de Briſſac*, Gubernator Andium, magnus falconarius & panetarius (*grand panneticr*) Franciæ (ſeu falconum curæ præfectus & ſtructor panarius) fuit: pater *Caroli & Arti*, quorum uterque Mareſcallus fuit, illo genitus *Carolus primus Dux Briſſacenſis*, Mareſcallus & Panarius ſeu Artocopus Franciæ, nec non Britanniæ Gubernator, fuit *Franciſci Ducis & Caroli M. d'Acigné* pater: *Franciſco* denuo natus eſt *Ludovicus* Dux & *Timoleon Comes de Coſſe*, panarius ſtructor; illo autem (Ludovico) modernus Dux *Henricus Albertus*. Familiæ origo. Succeſſio.

§. II. Scuto utuntur Coſſei *nigro* impreſſis *tribus aureis faſciis inferius dentatis*, ſeu *ferræ laminis*. Quod quidem ſymbolum omnino diverſum ab eo eſt, quod familiæ *Coſſarum* Italorum tribuit Geliot. p. 95. 97. & conſtat ſcuto argenteo tribus baltheis praſinis inſignito, impoſito cephalo rubeo cum crure humano argenteo. Scutum. Coſſarum διγμαῖα.

§. III. *Apex* eſt ex coronata galea emergens aquila aurea. Laciniæ ſunt ex auro & nigro. Telamones duæ aquilæ aureæ. Apex.

§. IV. Titulus Ducis: *Dux de Briſſac & de Beaupreau, P. Franciæ, Marchio de Lomagné, Baro Baroniarum de Montejan, Pouancé, la Guerche, Chaſteaugiron, Couetquen, Maleſtroit*, &c. Parenti ille datur apud *Sammarth.* l'eſt. de Fr. *Dux de Briſſac, Par. & M. Panarius Franciæ, Comes de Chemillé, & du Chaſtel, Vicecomes de Tiffauges, Baro de Montejan, de Sillé le Guillaume & de Chaſteaugiron. Briſſac* comitatus titulo inſignitus eſt 1560. inde Ducatus & Pariatus axioma nactum 1611. cui acceſſit confirmatio Tituli.

curiæ 1620. *Beaupreau* à Ludovico Hutino ornatum titulo Comitatus & Pariatus 1326. inde 1554. Marchionatus, demum 1562. Ducatus. A patre *Guidone de Sepeaux Com. de Chemillé* hunc Ducatum habuit *Ioanna* uxor *Henrici Gondii Ducis Radeffo-ni*; unde à Franciſca Gondia Ludovici Coſſei uxore ad hanc gentem venit. Eodem modo *Chemillé* comitatus per Gondios ad Coſſeos delapſus eſt. *Montejan*, *Coëtmen*, *du Chaſtel*, *Maleſtroit*, videntur eſſe ex hereditate *Iuditha d'Acigné* f. Joannis VII. Marchionis, uxoris Caroli Ducis Briſſaci, quæ 1598. deceſſit. Nam uxor Joannis VII. Dn. d'Acigné ac ita Judithæ avia fuerat Anna Dn. de *Montejan*, de *Maleſtrois* & de la Beliere, filia Ludovici Dn. de Montejan, atque Joannæ *du Chaſtel* Dn. de Combour, Joannis autem mater, Joannis VI. uxor, Gilla ſeu Ægidia Baroniſſa fuit de *Coëtmen*, Vicecom. de Tonquedec. Video tamen etiam *Ioannam*, uxorem Guid. de Rieux Dn. de Chaſteauneuf, vocari dominam *du Chaſtel* filiam Claudii Dn. du Chaſtel, à qua avia ſua materna prædicta Joanna uxor Henrici Gondii hoc dominium habere potuit. De *Chaſteaugiron* illa ſuccurrit conjectura, quia Valeria Domina de Chaſteaugiron, de Rougé & de Derval filia Armelii Dn. de Chaſteaugiron nupſit Godofredo de Chaſteaugiron comiti de Combour, & his nata eſt Gilletta de Chaſteaugiron dicta de Derval, Domina de Chaſteaugiron, mater ex Joanne Raguenel Vicecomite de la Beliere Joannæ, quæ ex Tanaquile du Chaſtel Dn. de Renac Joannam genuit Ludovici de Montejan uxorem, Annam Ludovici & Joannæ filiam Joannis VII. d'Acigné conjugem, quam Judithæ aviam diximus, hujus ſucceſſionis cauſam. De reliquis non ſatis mihi exploratum eſt.

C. Coſſei ſcutum.

§. V. *Timoleoni Com. Coſſeo & Caſtrogironio*, patruo Ducis, *Sammarth.* Hiſt. de Fr. p. 413. ſcutum dat quadrifidum ex ſymbolis Borbonio, Aragonio, Britannico & Andino-Siculo, quibus media Coſſea parmula incumbat. Sed quadrarum rationem non capio. Apicem dat aquilam naſcentem, aſt pro aurea nigram, quo colore etiam aſſiſtentes ſcuto aquilæ unguntur: haud dubie diſcernendi cauſa.

Caput XVI.

Domus de Crequy. Duc. Lediguierii & Crequii.

ARGUMENTUM.

1. *Familia Crequy.*
2. *Scutum Duc. Lediguierii.*
3. *Crequia familia. Succeſſio. Linea.*
4. *Blanchefort famil. Succeſſio in nomen & arma Crequia.*
5. *Agoult. De origine fabula.*
6. *Gentis deductio. Varia linea.*
7. *Montauban. Artaldii.*
8. *Veſo ſeu Vaeſc. linea.*
9. *Linea de Grimaud.*
10. *Montlor.*
11. *Maubec. Boeſozel. Montlorium nomen & ſcutum.*
12. *Hereditas Chriſtinæ d'Aguerre. Tabula progonologica Franciſci Ludovici Com. de Sault.*
13. *Bonne. Dux de Lesdiguieres.*
14. *Apex. Telamones.*
15. *Scutum Ducis Crequii.*
16. *Tituli. Lesdiguieres. Crequy. Freſſin. Canaples. Poix. Moreul. Vienne. Pontevyn. Sault. Ragny.*

§. I.

Familia Crequy.

ANtiquitate & meritis Illuſtriſſima familia *Crequiorum* hoc tempore duos Ducatus *Lediguierium* ſeu *Diguierium* & *Crequium* complectitur, quorum diſtincta ſcuta ſunt.

Scutum Duc. Lediguieni.

§. II. Dux *Lediguierius* (de Lesdiguieres) ſcuto utitur bis perpendiculariter & ſemel transverſe ſecto: incumbente media parmula *rubea* cum *leone aureo*, & *aſſurgente phalo ſcutario cæruleo*, inſcripto *tribus roſis argenteis*, familiæ *Boniæ* ſeu de *Bonne* deſignandæ. Ex laterculis ſcuti majoris primus *aureus chamæceraſum rubeam* complectitur gentis *Crequiæ* notam: ſecundus *aureus duos leopardos rubeos* refert, quæ teſſera eſt *Blancofortia* ſeu de *Blanchefort*: tertius *ex eodem metallo lupum repacem cæruleum, unguibus cruentis* defert, ſymbolo gentis *Agutiæ* ſeu de *Sault-Agout*: quartus, qui inferioris ordinis primus eſt, *cæruleus tres turres aureas* repræſentat, ſignum gentis

Cui Anna Clara Hermanna, quondam comes Stolbergi, ex quondam Ottonis comitis, filia comes de Gortza nupsit, qua nupsit Ernesto Pio, quem Ernestum Ludovicus Landgravius Hassiæ Darmstadinus Ernesto Ottonis comes ita amicis benignus fuisse Hermanno Gottlieb Heinrichio Comiti Stolbergio Clarâ Anna Mariâ copt. 2 mar. 1670. Ernesto Ottone Stolbergio Comite Wernigerodano ex comitissâ Dorothea Sophia Reussia Ernestum Ludovicum Comitem Stolbergium Wernigerodanum, Henricum Ernestum Comitem Stolbergium Wernigerodanum, Friderichum Christianum Comitem Stolbergium Wernigerodanum, Sophiam Ludovicam Comitissam Stolbergiam Wernigerodanam, Christianam Comitissam Stolbergiam Wernigerodanam, Dorotheam Comitissam Stolbergiam Wernigerodanam, Christianam Comitissam Stolbergiam Wernigerodanam, Christianam Comitissam Stolbergiam Wernigerodanam, Christian

Ita nonnullæ circumſtantiæ vanitatem produnt: Nullus eſt principatus de *Goulnaud* in Saxonia, quamvis Golnovia Pomeraniæ ſit civitas: aſt eo ſeculo Pomerania neutiquam Saxoniæ annumerabatur, ſed à *Vandalis* ſeu *Vinidis* tenebatur. Porro Pomerania reges nunquam habuit, quamvis habuerint Heruli & Vandali, in quibus tamen nullum Waldungi veſtigium reperire licet. Sed & ipſe qui allegatur autor, *Archiepiſcopus Stettinenſis* fabuloſus eſt; Stettini enim nullus unquam Epiſcopus vel Archiepiſcopus fuit. Ita transparet fabulæ vanitas. Nec melior fit alii veſtita circumſtantiis, veluti eam refert & ridet *Le Laboureur de l'orig. des arm. num. 65.* quod Wolfius ille filius fuerit principiſſæ Bohemicæ, ex furtivo congreſſu conceptus, cumque eum in ſylva Bohemica exponi curaſſet, à lupa nutritus cum nutrice beſtialem immodum rapto vixerit, donec captus à venatoribus hoc nomen acceperit. Sed tædet his immorari: rectius Allardus nomen *VVolf* ſeu *Lupi* à ſcuti icone ſumtum conjicit: cujus rei alibi item extant exempla

Gentis deductio. §. VI. Primum gentis reperit Allardus *Agoutum de VVolf*, cui Henricus II. Baroniam *Saltus* ſeu de *Sault* cum valle eo ſpectante contulit, diplomate ſcripto prope Papiam, 1004. cujus apographon autor ipſe integrum ſcripto ſuo inſerit. In eo Imperator vocat *Agoutum militem, Mareſcallum ſuum ac S. Imperii.* Recognovit diploma *Leopoldus notarius vice Domini Reinardi Colon. Epiſcopi & Italiæ Archicancellarii.* Unde hanc Baroniam primitus immediate ab Imperio tenuit familia. Hujus filius fuit alius *Agoutus d'Agout Baro & Dn. de Sault*, pater *Raymundi*, qui alia bulla confirmationem ab Imp. Friderico II. 1108. obtinuiſſe dicitur, quod cum Chronologia neutiquam conciliari poteſt: hoc natus eſt *Bertrandus*, genitor *Raymundi* & *Guillelmi* celebris Poetæ. Ille clarus in Hiſtoria Provinciæ genuit *Iſnardum*, *Raymundum*, *Bertrandum.* A *Raymundo Domini d'Agout de Trets* & de *Cypieres* deſcenderunt, qui pridem defecere. *Bertrandus d'Agout:* Dominus *de Miſon, de Curban, du Moneſtier, de Laval Drome, de Laval de Turenne*, ampliſſimam habuit & habet poſteritatem in ſeptem diviſam lineas: Prima de *Curban* defecit in Ludovico II. ſeculo decimo quinto; ſecunda de *Piegon* ſeu de *Bonneval* adhuc ſupereſt; ut & tertia de *Chanouſſe*, nec non quarta *de la Baume des Arnauds.* Quinta de *Luc* & *Pillon*, ſeculo decimo quinto defiit; nec non ſexta de *Beurieres* & ſeptima de *Savournon.* Quod *Iſnardum* attinet, cui Philippus Imp. ſe regem Arelatenſem dicens, 1204. regalia confirmavit: Huic filius datur *Fouquet*, qui à matre cognomen *de Pontevez* aſſumſiſſe, & autor reliquorum, qui hoc nomine gaudent, eſſe dicitur, atque *Iſnardus II.* qui à comite Provinciæ coactus eſt ad homagium 1291. ampliſſima tamen Baronatus adhuc libertate. Iſnardo natus eſt *Raymundus III.* Seneſchallus Provinciæ; pater inter alios *Fouquetti* ſeu *Fulconis* Bar. *de Sault* & ejus vallis, Dn. de Rhelane, de S. Michel, Mauſane, Fontiane, S. Eſteve (quæ illi à Regina Joanna 1349. data ſunt, cujus etiam Cancellarius & M. cubicularius ac Provinciæ Seneſchallus, quod officium aliquando gentilitiare fuiſſe videtur, extitit) & *Raymundi Agouti IV. Dn. de Laval d'Oule*, &c. eorum Seneſchalli Provinciæ: illo natus præter *Fouquetum* ſeu *Fulconem* Vicecomitem de Rhelane, ob fortia geſta *civitate d'Orgon, comitatu Nolæ, Inſula & Marchionatu Corfou* à Ioanna regina donatum, & *Ioannem Archiepiſcopum Aquenſem 1380. Raymondus V. Baro de Sault, Vicec. de Rhelane, Comes de Geras Calabriæ*, pater *Phanetæ* heredis *Saltus*, quæ ſucceſſionem attulit marito. Hoc *(Raymundo Dn. de Laval d'Oule)* natus *Fouquet* ſeu *Fulco Phanetæ* agnatæ conjux, & ob id *Baro de Sault*, atque *Raymundus.* Ille filium habuit *Raymundetum* cubicularium Ducis Burgundiæ, qui liberos non ſuſcepit: Hic dictus *Agout d'Agoult*, Dominus fuit de Barret, &c. & genuit *Fouquetum* ſeu *Fulconem, Baronem de Sault*, ex patruelis hereditate, & *Guilelmum Dn. de Cypieres*, patrem *Raymundi VI.* ultimi ex hac ſtirpe *Baronis de Sault & Ludovicæ*, quæ *Claudio de Montauban* nupta ei attulit hereditatem fratris; unde & bona & nomen in aliam tranſiere ſtirpem, quod mox videbimus.

Variæ lineæ.

Montauban. Artaldii. §. VII. Proximus alveolus, ſecundi ordinis primus, *turres* defert familiæ *Montalbanæ.* Hæc quidem non vetus illa *Montalbanenſis* eſt ſed *Artaldia* (Artaud) quæ iſti ſucceſſit. Ex antiquis *Montalbanis* recenſet *Allardus Dragonetum de Montauban, Dn. de Montmouret de Baume Noire* circa 1192. quo *Raymundus* genitus, hic genuit *Raymundum, Raynaldum, Dragonetum Epiſcopum Vapincenſem, Roſſelinum* Dn. de Lunes & *Mabi-*

& *Mabiliam*, uxorem Guilhelmi Artaud : Reinaldus filium quidem *Raymundum*, ſed hic 1310. mortuus *Guilelmum Artaud* heredem habuit. Quod *Artaldos* attinet, hos ex regibus Franciæ, comitibus Provinciæ, Forcalquerii, Diæ atque Ebroduni derivant Cæterum Genealogiam Allardus deducit ab *Iſcardo Com. Dienſi* circa 1095. patre Iſoardi comitis, qui non niſi filiam habuit, atque *Ioſſerandi Dn. de Luc, d' Aix, & de Bellegarde*, quo nati *Iſoardus Dn. de Luc*, & *Hugo Artaud Dn. d' Aix*, qui familiæ hoc nomen indidit, genuitque *Hugonem Artaud II.* patrem *Guilelmi Artaud*; cui ortum debet *Guilelmus*, à quo familia *Artaud* propagata, & *Iſoardus Montalbanenſium* ſator : Hic enim *Dn. de Montmaur*, &c. qui vixit 1334. pater fuit præter alios *Raymundi Montalbani*, (quo genitus *Aynardus Baro de Montmaur*, pater *Raymundi Artaud*, qui ſororis *Iſoardi* filio *Joanni Artaud*, Montmaur & alia, patrueli autem *Raymundo Boult*, *Lux* & *Glandage* reliquit) atque *Dragoneti Dn. de S. Julien*, quo genitus *Raymundus Dn. de S. André*, quem diximus aliqua ab agnato Raymundo accepiſſe : Hic pater fuit *Raymundi II.* avus *Raymundi III.* Baronis de S. Andrè, proavus *Claudii de Montauban Bar. de S. André* : qui filium ex *Luiſa d' Agout* habuit *Ludovicum de Montauban d' Agout Baronem de Sault* : quo genitus eſt *Franciſcus d' Agout de Montauban Com. de Sault*, pater ex Joanna de Veſc *Franciſci Ludovici*, qui ex Chriſtina d' Aguerre genuit *Ludovicum, Philippum & Joannam* uxorem Claudii Franciſci de la Baume comitis de Montrevel. Verum filii Ludovici heres mater *Chriſtina* fuit, quæ 1611. in favorem Crequiæ domus teſtamento de bonis ſuis diſpoſuit, ut tamen comitis de Sault titulus primogenitorum eſſet. Alias etiam lineas Montalbanenſium Dominorum *du Villard* & de *Iariaye*, quorum aliqui ſuperſint, Allardus noſter recenſet.

Veſc ſeu Vaeſc.

§. VIII. Proximus laterculus deſignat familiam de *Veſc* ſeu *Vaſec*, celebrem ab antiquo in comitatu *Valentino* Delfinatus. Allardus primum reperit Dominum de Veſc & de Montjoux *Hugoninum* circa 1150. hoc natus *Armandus*, iſto *Hugo* autor linearum de *Beconne* & *de la Baume*, atque *Almericus*, pater *Hugonini* & *Dalmatij*. Dalmatius cognomen habuit *de Comps*, à familia antiqua (cujus ſcutum *rubeum* referebat *aquilam auro & nigro teſſellatam*) de Comps, cujus hæreditatem vel materno vel uxorio jure adiit, pater *Guilelmi de Veſc*, dicti *de Comps Dn. de Comps*, quo natus *Dalmatius*, hoc *Joannes*, hoc *Raymundus*, iſto *Petrus* : pater *Sebaſtiani*, à quo lineæ *Dominorum de Comps, de Combemont, de Leriol*, & *Stephani*, qui in ſumma gratia Caroli VIII. floruit, & *Dux Nolæ atque Avelini, Com. Aſculi & Tripaldæ* creatus, atq; dominum *Grimaud* in ejus gratiam Baronatus titulo auctũ eſt, àquo deinceps reliqui Barones de *Grimaud* & de *Forcalquieret* orti ſunt. *Hugoninus* vero *de Veſc*, Dn. de Montjoux & Condominus de Veſc, genitor fuit *Petri*, hic *Almerici & Guilelmi*. Hic ſator eſt lineæ Dominorum *d' Eſpeluches*, qui hodie ſuperſunt, geruntque in parma *rubea turres tres* ſeu caſtrum πύργους ex *argento*, utrinque pinnatas alternatim nigro colore (bretteſſées & contrebeſſées) Ille (*Almericus*) genuit *Petrum II.* iſte *Roſtanum*, patrem *Petri Dn. de Beconne*, reliquorum Dominorum de *Beconne*, nec non Dominorum de *Briancourt* ſatoris, *Joannis Epiſcopi Vantienſis* & *Agathenſis*, hisq; majoris *Claudij* Domini de *Montjoux*, de Veſc & de la Penne. Hic genuit præter *Joannem* & *Aymarum* Epiſcopos *Vantienſes*, (iſtum etiam *Agathenſem*) *Antonium*, cujus filii *Claudius* & *Joannes* prolecaruere, atque *Aymarum* Dominum du Teil & de S. Tomé, cujus pronepotes lineam clauſere.

Lineæ

§. IX. Ex his in primis huc ſpectat linea Baronum de *Grimaud*, orta quod dimus ex *Stephano*, hujus enim filius fuit *Carolus*, pater *Antonij* Epiſcopi *Agathenſis* & *Valentini* atque *Dienſis* poſt avunculum *Franciſcum Claromontanum Cardinalem*, demum etiam *Caſtrenſis*, atque *Joannis* : Hic 1548. mortuus ex *Flora de Montlor* genuit *Florum Baronem de Grimaud & de Forcalqueiret*, Dn. de Chaſteauregnaud, de Caromb, de S. Hippolyte, &c. *Ioannem*, implores, & *Ioannam* uxorem *Franciſci d' Agoult B. de Saut* fratrum heredem, quæ adeo ſucceſſionem attulit mariti domui, unde in Crequiam ea delapſa eſt.

Linea de Grimaud.

§. X. Supereſt *Monlauria* ſeu *Montloria* familia. Familiam ex *Linguadorio* oriundam *Allardus* deducit à *Pontio Domino de Montlor & d' Aubenas* in *Vivarenſio*, und 900. feuda nobilia dependent, qui patruum habuerit *Hugonem Epiſcopum Reienſem*, inde 1166. *Archiepiſcopum Aquenſem*. Pontio nati ſunt *Heraclius*, *Petrus Epiſcopus Maſſiliæ 1229. Ioannes Epiſcopus Magalonæ 1234.* Heraclius

Montlor.

genuit *Guidonem Episcopum Valentinum* & *Pontium II. Baronem de Montlor* & *d'Aubebenas* Dn. de Pasquieres & de Cabrieres, patrem *Heraclij II.* avum *Pontii III.* proavum *Guidonis*, abavum *Guidonis II.* atavum *Ludovici Magni*, omnium *Baronum de Montlor*. Hic *Armandum* genuit *Baronem de Polignac* à matre, qui ante patrem mortuus est, atque *Ioannam hereaem*, quam 1425. duxit Hugo Dn. de Maubec, cujus filii *Montlorium* cognomen assumsere. Cæterum antiquiorum Montloriorum parma fuit *aurea* inscripto *leone coronato & vario vellere induto.*

§. XI. Quod *Maubecios* attinet, qui in nomen *Montloriorum* successore, & quorum tessera fuere *duo Leopardi cærulei* in *parma aurea*, nomen habent à *Maubec* in *Viennensi* Delphinatus agro sita Baronia, tertia ex quatuor Baroniis ejus Provinciæ, dein ornata *Marchionatus* titulo. Familiam deducit *Allardus* ex *Humberto de Bocsozel*, qui vixerit 1093. cujus pronepos *Aymon* genuerit *Guidonem*, *Aymonem* & *Humbertum*; à *Guidone* & *Humberto* progenitos illos, qui nomen *Bocsozel* servarunt: *Aymon* vero, forte quod heredem *Maubeciam* duxerat, hujus Domini sumsit nomen, & genuit *Aymonem II. Dn. de Maubec*, qui loco antiquorum insignium *Bocsozeliorum*, quæ fuere in solo *aureo cervus tessellatus duplici ductu argentei & cyani*, alcivit *Maubeciam* antiquam tesseram *auream*, cum *leopardo cæruleo*, cui alium posteri dein junxere: hoc genitus *Humbertus* pater *Aymonis* & *Hugonis*, qui *Franciscum* genuit, patrem *Hugonis* & *Humberti*, à quo linea de *Renage*. *Hugo II.* genuit *Hugonem Dn. de Roche*, cujus nepos lineam terminavit, & majorem *Franciscum Ludovicum*, qui à matre *Ioanna* Ludovici Montlorii filia & herede nomen de *Montlor* assumsit, & reliquit *Ludovicum de Maubec de Montlor Dn & Baronem de Maubec & Montlor*, *Ludovici* patrem, avum *Floræ*, quæ *Joanni de Vesc Baroni de Grimaud* 1526. nupsit, eiq; peperit *Florum* inprolem, *Franciscam* uxor. Gabrielis de Bressac, *Ioannam* Dominam de Grimaud, de Casteauregnard, de Carovil, de Chasteaneuf de-Mazant, & de Savigny *Francisco Agoutio C. de Sault* 1526. nuptam, *Franciscam* Abbatissam. Eadem *Flora* ex secundo marito *Iacobo de Raymon Dn. de Modene*, genuit *Ludovicum de Montlor, C. de Montlor, M. de Maubec, Baronem de Modene*, qui non nisi filias reliquit.

Maubec.

Bocsozel.

Montlorium nomen assumptú.

§. XII. Ex dictis apparet, quatuor hos laterculos enumeratos uni deberi heretati *Christinæ d'Aguerre*, & quidem quam illa à filio *Ludovico d'Agoult de Montauban de Vesc de Montlor C. de Sault* obtinuerat. Ut vero, qua ratione illæ familiæ in hujus Ludovici patre, Christinæ d'Aguerre (quæ ex priori marito *Antonio Crequio* Carolum Crequium genuerat) secundo marito, Francisco Ludovico confluxerint, clarius pateat, ejus progenitores schemate exhibebimus.

Hereditas Christinæ d'Aguerre

Tabula progonologica Francisci Ludovici Com. de Sault.

- Francisc. Ludov. d'Agout de Montauban, de Vesc, de Montlor, C. de Sault, marit° Christinæ d'Aguerre secund°.
  - Francisc. d'Agout de Montauban, Com. de Sault.
    - Ludovic. de Montauban d'Agout, B. de Sault.
      - Claudius de Montauban, B. de S. André.
        - Raymundus de Montauban, Baro de S. André.
        - Aymonetta f. Rudolphi de Comiers Dn. de la Bastie.
      - Luisa d'Agout,
        - Guilelmus d'Agout d'Dn. de Cypieres, B. de Sault.
        - Albanetta d'Agout de Curban.
    - Blanca de Levis.
      - Gilbertus de Levis, C. de Ventadour.
        - Ludovicus de Levis, Dn. de la Volute.
        - Blanca f. Ludovici Com. de Ventadour.
      - Jacobe du Mas.
        - Jacobus du Mas, Dn. de l'Isle.
        - . . . .
  - Joanna de Vesc, de Montlor.
    - Joannes de Vesc, B. de Grimaud.
      - Carolus de Vesc, B. de Forcalqueiret.
        - Stephanus de Vesc, Dn. de Nois & Avelino.
        - Anna de Courtois.
      - Antonia de Clermont Lodeve.
        - . . . . de Clermont-Lodeve.
        - . . . . .
    - Flora de Montlor.
      - Ludovic. de Montlor, B. de Montlor.
        - Ludovicus de Maubec, de Montlor, B. de Maubec & de Montlor, filius Francisci Ludovici nepos Hugonis B. de Maubec, & Joannæ de Montlor heredit.
        - Alix f. Francisci Dn. de Miolans.
      - Philippina de Balsac.
        - Robertus de Balsac, Bar. d'Entragues.
        - . . . .

Digitized by Google

§. XIII. Superest scutulum medium, quod familiam *Bonam* designat, cujus natales apud aliquos in Germania ex civitate *Bonna*, ab aliis ex Burgundia, vel Pedemontio, vel Fucignio repeti testatur *Allardus*. Ipse deducit à *Bosone* seu *Bosonetto de Bonne* circa 1250. patre *Francisci*, avo *Francisci II.* proavo *Francisci III.* qui pater fuit *Gabrielis*, *Martini*, à quo credit *Marchionem de Bonne* descendere, *Iacobi* seu *Iamoneti*, à quo linea Dominorum *d' Auriac* & *de la Rochete*, *Vicec. de Tallard*, nec non Dominorum *des Allods* descendit, & *Raymundi*, qui *Episcopus Vasionensis* mortuus est circa 1387. *Gabriel* genuit *Franciscum IV.* Condominũ de Laye, de S. Laurent du Cros, de Lesdiguieres, du Gresil, &c. hic *Ioannem Dn. de Lesdigueres*, virum bellica laude insignem, patrem *Ioannis II.* qui jure ab Episcopo Vapincensi recepit, quæ ille injuste detinebat bona ad ipsum spectantia; ob quæ deinceps etiam gravis ei cum Episcopo contentio fuit. Hoc natus est *Franciscus V. Dux de Lesdigueres*, *Par Francia Marescallus & demum Conestabilis*, cujus gesta superioris exeuntis & hujus ingressi seculorum annales loquuntur. Mortuus ille est 1626. nullo relicto filio, cum duos, quos genuisset, pueros amiserit. Ex filiabus *Magdalena* & *Francisca*, *Carolo Dn. de Crequy*, tertia *Catharina* Caroli & Magdalenæ filio *Francisco de Crequy Duci de Lesdigueres* nupsere, & ei genti nomen, arma & insignia intulere. Bonne. Dux de Lesdigueres,

§. XIV. Huic clypeo Dux Lesdiguierius imponit cassidem coronatam, ex qua duorum cygnorum colla ex argento pinguntur adversa, rostris, quæ rubent, tenentia annulum aureum adamante insignem. Laciniæ sunt ex auro & cocco. Telamones assistunt duo viri sylvestres colore naturali picti. Apex. Telamones,

§. XV. Diximus præter Lesdiguierium Ducem, etiam *Crequium Ducem* ex hac esse gente. Nam ex Magdalena de Bonne *Carolus Crequius*, non solum *Franciscum Lesdiguierium* genuit Ducem, à quo moderni, sed & *Carolum C. de Canaples*, qui suscepit *Carolum Ducem Crequium*, *Alphonsum C. de Canaples*, & *Franciscum Marescallum Francia & M. de Marines*, patrem *Francisci Iosephi M. de Crequy*, *atque Caroli Francisci C. de Blanchefort*. Hi scuto utuntur simplici *Crequyo*, hoc est, aureo cum chamæceraso rubea. Apicem etiam eundem servant cum patruelibus, nisi quod legi viros sylvestres, qui assistunt scuto, auro tingi. Nec observavi discernicula ab illis usurpari. Scutum Ducis Crequii.

§. XVI. Quod titulos concernit: Carolus communis pater illis utebatur: *Carolus de Crequy, d' Agont, de Vesc, de Montauban, Dux de Lesdiguieres, Par & Marescallus Francia, Dn. de Crequy, de Fressin, & de Canaples, Princeps de Poix. Baro de Vienne & de Dompmart, Dominus de Moreul, de Pontdormy*, &c. Ex filiis Franciscus usurpavit titulos *Ducis de Lesdiguieres*. C. *de Sault*. Ex hujus filiis minor vocatur *Marchio de Ragny*. Alter filius Caroli *Carolus* C. *de Canaples* dictus est; ex nepotibus *Carolus Dux de Crequy*, *Princeps de Poix*, *B. de Pontdormy*, salutatur. De familiarum cognominibus fuse jam dictum est. *Lesdigueres* emit Franciscus de Bonne IV. (vid. §. 13.) *Ducatus* vero & *Pariatus* titulus accessit 1611. confirmatus à curia 1620. *Crequy* audivimus, quomodo ex Crequia originaria familia delatum sit ad Blancofortios. §. 3. Dignitas *Ducatus* & *Pariatus* accessit literis datis 1653. confirmatis à curia 1663. *Fressin* ex antiquis titulis veterum Crequiorum fuit, quem primum adscriptum lego Gerhardo Crequio, Bullionei in expeditione Asiatica comiti. *Canaples* in potestate fuit familiæ Ambianæ, inde in Pequigniam translata est matrimonio Mariæ d' Amiens, viduæ Balduini V. Crequii, & Joannis de Pequigny Dn. de S. Oyn: horum filia Joanna de Pequigny, attulit Canaples & Outrebois marito Joanni II. Dn. de Crequy, unde cum reliquis Crequiis bonis ad Blancofortios transiere. *Poix* principatus conjugio Joannis VII. Dn. de Crequy atque Josſinæ filiæ Joannis de Soissons Dn. de Moreul & Principis de Poix, ad Crequios devenit: quocum jungendus est titulus de *Moreul*, *Vienne* Baronat° obtigit Carolo à matre Christina d' Aguerre, filia Claudii d' Aguerre Baronis de Vienne. *Pontdormy* invenio inter titulos Crequiorum, datum ut plurimum secundogenitis, unde vero primum stirpi obtigerit, non observavi. De comit. *Saltus* seu *Sault* satis dictum §. 6. & 7. *Ragny* Marchionatus spectavit ad familiam *de la Magdelaine*: ex qua filia & heres Leonori de la Magdelaine M. de Ragny Anna Francisco D. Lesdiguierio nupsit, à quo filius secundus titulum gestat: nec tamen Tituli. Lesdigueres. Crequy. Fressin. Canpales. Poix. Moreul. Vienne. Pontdormy. Sault. Ragny.

Ioan. Bapt. Pastor. Ioannes Baptista Pastor, Magdeburgensis Magister, Pastor primarius Ecclesiæ Stadensis, Magdeburgi apud Paulum. Lucæ. 8. pagg. 80. 1681.

Historiam Stadii Archiep. Bremen. quidem scripsisse se, testatur auctor, p. 80. & 83. p. 3.

CAPUT XVII.

Curtius Duc. Aduliaquenſis.

ARGUMENTUM

1 Familia Curtiorum.
2 Curtius Aduliaquenſis.
3 Aduliaquenſium Regio.

4. 5. 6. 7.
8 Aduliaquenſium Regio.
9 Curtius Aduliaquenſis.

§. 1.

Familia Curtiorum.

CUrtiorum illuſtrissimi Hiſpaniæ proceres ſunt in ſumma nobilitate, quorum familiæ ſunt Mendozæ, Aquilares, Cordubenſes, Aduliaquenſes, Bracamontes, Cabrerenſes, Cardonenſes, Aguilares, Gonzalenſes, Aſtorgenſes, Ponſes, Lunenſes, Manriquenſes, Pimentelenſes, Portocarrerenſes, Pacheconenſes, Figueroenſes, Caſtrenſes, Ribadeneirenſes, Quiroganenſes, Sandoval

Caput XVIII.

Dauvet Com. des Mareſts.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum Comitis des Mareſts.*
2. *Famil. Dauvet. Linea.*
3. *Vermandois. Rouvroy S. Simon. Tremouille. Montmorancy. Sarbrucke.*
4. *Apex.*

§. I.

QUI falconum curæ præpoſitus ſeu Magnus Galliæ Falconarius eſt *Nicolaus Dauvet* Com. des Mareſts, Bar. de Bourſau, de Trelou, de Rupereux, Vitryle Croiſe, Aiguilly, Bellan, Petit Nogent, Berneuil, Fraucourt teſte L'eſt. de Fr. (anni 1676.) p. 318. & Sammarth. p. 368. illa utitur diſpoſitione ſcuti, ut ſcutum quadrifidum, prima quadra bipertita hinc teſſelas aureas & cæruleas, impoſito cephalo ſcutatio cæruleo tribus liliis aureis inſcripto, iſthinc nigro ſolo inſcriptam crucem argenteam quinq; conchyliis rubeis impreſſam referat, *Veromanduo* & *Sanſimonio* ſymbolo. Secunda quadra *Tremollia* eſt, hoc eſt aurea inducto cantherio rubeo, cujus cuſpidi impreſſum viſitur lilium argenteum, cantherium vero ſtipant tres cæruleæ aquilæ. Tertius laterculus *Montmorentiam* crucem rubeam 16. aquilulis cæruleis ſtipatam in auro refert. Quartus *Saræpontanæ* ſeu *Sarbruckiæ* ſtirpi notandæ, ſolum cæruleum cruciculis acuminatis argenteis ſparſum ex eodem metallo leone ornat. Toti imponitur ſcutulum gentile *Dauvet*, nempe ternis argenteis & rubeis baltheis diagonalibus exaratum, ut tamen primo argenteo impreſſus leunculus niger obſervetur. Scutum Comitis des Mareſts.

§. II. Rationes areolarum non valde difficiles ſunt. *Dauvet* nomen eſt ipſius gentis, non uno ſeculo inter illuſtriores habitæ. *Iohan. Bapt. de L' Hermite-Souliers* & *Franc. Blanchard* in elogio omnium prim. præſid. curiæ Pariſ. edito 1645. deducunt eam à Simone Dauvet, Dn. de la Bourgogniere in Andibus, cujus uxor fuit Antonia de Breze, filius Jacobus Seneſchallus Andium fuit, nepos Joannes primus Toloſani ſenatus præſes, mortuus 1471. Filius hujus Guilelmus ex Joanna L' Huillier Dn. de Rieux & de Fraucourt ex tribus filiis *Petro*, *Roberto*, *Ioanne* tres lineas ſeverat, *des Mareſts*, de *Rieux*, de *Berneul*. Sed prima mox in Petri filio Nicolao defecit & titulus des Mareſts ad tertiam delatus eſt, ex Joanne proſatam, cujus filius *Petrus Dn. des Mareſts, de Fraucourt, de Berneul* Martham de S. Simon uxorem duxit, qui parentes fuere *Caſparis*, quo & *Iſabella Brulard* Nicolai Cancellarii filia natus eſt, de quo hic loquimur, Illuſtriſſimus *Nicolaus*, & qui nunc munere fungitur ex Chriſtina de Lantage filius. Leunculus diſcerniculum eſt ob lineas priores Dominorum *de Rieux & de S. Valerien* atque Dominorum *de Reines*. Obſervandum, in *Sammarth.* id corrigendum eſſe, cum vult baltheos argento & cyano tingi, nam cocco utitur familia. Fam. Dauvet. Linea.

§. III. Reliqui laterculi ſunt à *Martha de S. Simon*, filia Joh. de S. Simon Dn. de Sandricourt, & Ludovica f. Rolandi de Montmorency Bar. Foſſeux, uxore Petri Dn. des Mareſts, quæ Nicolai avia fuit. *Veromanduæ* teſſellæ & liliæ unde ſint, ex L. 1. c. 85 n. 3. diſcere licet, ob ſucceſſionem Veromanduorum ad gentem *Rouvroy* de la tam. Crux cum conchyliis ſtirpis de *Rouvroy S. Simon*, Marthæ paternum fuit. *Tremollius* laterculus deſignat *Margaretam de la Tremouille d' Ours*, uxorem Joannis de Rouvroy Dn. de S. Simon, qui Marthæ fuere proavus & proavia; Lilium cantherio impoſitum diſcerniculum eſt lineæ de Dours. *Momorantia* ſymbola à matre allegare Martha potuit: *Sarapontana* demum à Gaucherii de Rouvroy Dn. de S. Simon conjuge Maria Saræpontana deduco, quibus parentibus natus eſt Joannes Margaretæ Tremolliæ maritus. Fuit vero Maria filia *Amedei de Sarbruck Dn. de Commercy* ex Maria de Chaſteauvillain. Vermandois. Rouvroy S. Simon. Tremouille. Momorancy. Sarbrucke.

§. IV. Apicem nullum vidi, niſi galeam coronatam; Lacinias pingit Sammarthanus cyano & argento, ſed cyani loco minium ſubſtituendum ex prioribus ſatis liquet. Apex.

tant 1070. vel 1175. Unde ab antiquo vectigal pontis vel ejus pars ad familiam ſpectavit, quod demum ære Auguſtus Elector Saxoniæ redemit. conf. *Zeiler. Itin. Germ.* P. 1. c. 17. p. 387. & P. 2. c. 17. pag. 208. ex Peccenſteinio. Neſcio tamen quid ei tribuendum ſit, quod Voſſ. tr. 1. p. 18. ait: *Licet jus hoc olim à Dhonana familia alio fuerit translatum, tamen jam à multis retro annis illud Abrahamus Dhonanus, qui apud Sileſios libera potiebatur dynaſtia Wartenbergica quaſi poſtliminio recuperavit.* Allegat etiam in ipſo ponte opere antiquo Dhonanæ gentis inſignia bicornia conſpici.

§. 111 Ex Conradi poſteris memorant *Wigbertum 890. Wilhelmum, 933. Wilhelmum* in torneamentis Mersburg. 968. *Hinconem* Imp. Ottonis Vicarium, qui Boleslaum ducem Bohemiæ cepit. 976. *Fridericum* in ludo equeſtri Brunſvic. 996. *Henricum* in Hallenſi 1042. A *Wolfgango* 1074. juſtam ſeriem orditur *Rittershusius*, dato ei filio Jona, in cujus filiis diviſæ ſint lineæ. A *Colbatio*, qui contra Saracenos abierit, & in Monte oliveti 1147. eques creatus fuerit, deducit nepotem *Erneſtum*, qui 1208. cum Duce Saxoniæ de limitibus contenderit, cujus poſteros iterum in tertium gradum deducit. Aſt ex Colbatii fratre *Iona* deducit *Henricum*, patrem Henrici, quo nati *Wernerus* & *Henricus*. A Wernero derivantur, quibus cognomina in Altengera, Graſſen, Holzdorf, Nubey, Craſchen, Heyminsdorf. Inprimis ex ejus poſteritate *Henricus* junior circa 1484. pater conſtituitur *Chriſtophori* Burggravii in Dhona, Dn. in Craſchen, & *Stanislai* item Burggravii Dn. in Deutſchendorf. A Chriſtophoro deducit in primis lineas Sileſias, in quibus celebris *Abrahamus Dn. in Wartenberg & Pralen*, præfectus Luſatiæ ſuperioris, pater *Caroli Hannibalis*. A *Stanislao* autẽ Boruſſicæ lineæ, quæ præſertim gentis gloriam iterum ſuperiori & hoc ſeculo militari aliorumq; virtutum gloria extulere. Inprimis inſigni prole dives fuit Achatio, qui 1601. deceſſit, pater inter alios Chriſtophori Gubernatoris Araſionenſis (ab affine principe arci & urbi iſti præpoſiti) & Fabiani fortis bello Ducis. Ab *Henrico* Werneri fratre plures iterum lineæ. Ejus enim nepos Otto, qui 1282. vixit, *Henricum & Ottonẽ Heiden* genuit: illius poſteritas Dominorum de *Grafenſtein* in *Carolo* videſ ſuperiori ſeculo defeciſſe. *Ottonis Heiden* nepos *Henricus Weinrich* genuit *Iaſtay* ſeu *Jaroslaum & Ioannem*; ab hoc linea Dominorum in *Straubiz* & *Kindsberg*, qui etiam Domini *Muſcaviæ* in Luſatia fuere, quã Caroli Chriſtophori filia Urſula Catharina Calenbergio dotalem attulit. A majori fratre Jaſtay ſeu Jaroslao geniti Jaſtay & Nicolaus, quos 1423. Sigiſmundus Imperator de Comitatu Dhonano inveſtivit. Nicolai filius Fridericus 1454. *Wildenſtein* condidit, à cujus filiis Domini in Droſchiz, in Bonateck, in Okors & Roſtock deſcendunt. Deductio familiæ. Lineæ.

§. IV. Scuto utuntur cæruleo, in quo duo cornua cervina argentea, ſingula ſex dactylis fruticoſa, inferiori ſui parte in decuſſim trajecta ſed ſurſum porrecta viſcuntur. Ex coronata galea inter duo cornua ſcutaria, quæ manibus prehendit, virginea ſpecies exurgit cæruleo habitu, corona & crinibus volitantibus inauratis. Laciniæ ſunt ex argento & cæruleo colore. **Wapenb.** P. 1. pag. 19. Legi aliquando ea cornua non argento pingi, ſed ſubflavida auro ornata eſſe. Inſignia.

§. V. Quod attinet *Burggraviorum* titulum, qui alioqui cum Gallico *Vicecomitum* convenit, audiamus Voſſium: *Quanquam Dhonani* Comitium *axiomate atq; honore fuerint decorati, quod tum aliis è documentis, iisque plurimis atque evidentiſſimis tum etiam Sigismundi Cæſaris libello diſcimus, qui egregio pari fratrum*, Nicolao & Jarislao *Dhonenſem* Comitatum *feudi munere conceſſit (anno 1423.) plurimum tamen* Burggraviorum *titulus iis magis arriſit. Neque eo minus honoris à poſteritate conſequuntur. Nunquam enim non prædicabitur in iis ſingulare decus, divinæ gratiæ pignus, quod cum in aliis prope familiis omnibus, certe in Miſnia* Leiſnickenſium, Altenburgenſium, Starckenbergenſium, Lorbicenſium (forte legendum *Sorbeccenſium*) *aliorum Burggraviæ dignitas expirarit, Dhonani eam & maſcula virtute retinuerint, & pari gloria propagarint, magnanimi heroes, nati melioribus annis.* Titulus Burggraviorum.

§. VI. Dhonam tuam amiſere bello, quod inter Wenceslaum R. Bohemiæ & Wilhelmum Coclitem Miſniæ Marchionem geſtum fuit: Hic enim arcem Dhonenſem, quæ feudum ſemper fuerat Regni Bohemici, obſedit, expugnavit, evertit, Dhona amiſſa.

unde

Digitized by Google

unde ejus rudera ad mœnia opidi ſuperſtitis viſuntur. Alii volunt 1402. deſtructam à Marchione, cui Dhonenſis colaphum inflixerat, ob conjugem inter choreas oſculo exceptam.

CAPUT XXI.

Princ. Com. & Barones de Dietrichſtein.

ARGUMENTUM

1. *Origo. Deductio. Lineæ. Sigismundi primi Baronis virtus.*
2. *Scutum.*
3. *Dietrichſtein. Diverſa teſſera. Cultri vinitorij.*
4. *Diploma Maximiliani Cæſaris conceſſum Sigismundo Dietrichſteinio.*
5. *Arcolarum rationes.*
6. *Rotthal. Thalberg.*
7. *Pincernatus hereditarius, Oſtervvitz.*
8. *Finckenſtein. Holenburg.*
9. *Finckenſtein. Conjectura.*
10. *Galea.*
11. *Alia ſcuti diſpoſitio.*
12. *Principis ſcutum.*
13. *Tituli.*
14. *Principalis dignitas.*

§. I.

Origo. Primus cujus in hac *Carinthiæ* Illuſtriſſima familia fit mentio, eſt *Reinpertus*, quem ex Comitibus de *Czelſchach* derivant, Carinthiæ Ducibus cognatione junctis, qui vero ſingulari animi moderatione, ut familiæ conſuleretur, *Comitis* titulo abdicato, arce *Dietrichſtein* contentus vivere voluerit. Vixit ille 1056. & deni Deductio. Leopoldo Carinthiæ Duci bello Dalmatico adfuit, fortitudinis egregio teſtimonio. Mortuus eſt 1064. octogenarius. Alios enarrat Dietrichſteinios Clariſſ. *Gabr. Bucelin. T. II. appendic. Czelſacum 1050. Reinpertum II.* Ulrici Comitis Palatini in expeditione Palæſtinæ comitem 1090. & alios. Orditur vero genealogiam juſtam ab *Ottone II. Dn. de Dietrichſtein*, qui Ulrico Archiduci Carinthiæ aſtiterit in bello Ungarico 1164. In hujus nepotis *Popponis* filiis cepere diverſæ lineæ: ſed in alterius *Henrici* Lineæ. II. qui in Ratiſpon. torneamentis fuit 1264. nepote altera defecit. In *Rudelmi* ſeu *Rudolphi* ejus fratris filiis *Ottone IV.* & *Nicolao* nova divergia linearum: qui ab illo deſcendere, iterum defecere. Inter *Nicolai* filios *Bernardus* inprimis durabilem habuit poſteritatem. Nepos ejus *Georgius* genuit præter alios *Pancratium* & *Mauritium*: hic lineæ in *Radmanſtorf*, *Waltenburg* & *Bihelſtetten* ſator fuit, quæ defecit: ille genuit *Franciſcum* atque *Sigismundum*. *Franciſcus* lineæ Baronum in *Rabenſtein* autor eſt, nec non Dominorum in *Ebenau*, qui nunc quoq; ſuperant, & ex quibus *Sigismundus*, *Ludovicus* atque *Ioannes Baltaſar Comites* à Ferdinando Imp. creati ſunt. *Sigismundus* vero decus illuſtre gentis ſuæ fuit, Maximiliano Auguſto à ſecretis, ſupremus Camerarius & per 25. annos Styriæ ſupremus Capitaneus (Landshauptmann) ubi rebelles ruſticos ſua autoritate compeſcuit: primus etiam *Baronis* dignitate auctus eſt, & *Lazio* teſte *de migr. gent. L. 6. p. 202.* apud Styros nactus eſt *Pfannenberg*, *Camerberg*, *Ernau*, *Hartperg*, *Wexeneck*, *Dalberg*, *Aſpang*, & alia. Cum moreretur 1540. ut heredibus mandaverat Maximilianus Imperator, ad heri hujus ſui pedes in tumbam ejus reconditus eſt. Ex Barbara de Rottal (cujus nuptias raro exemplo Vladislaus R. Hungariæ, Sigiſmundus Rex Poloniæ & Ludovicus R. Bohemiæ, qui Maximilianum Auguſtum ſanciendæ concordiæ ergo convenerant, exornarunt) genuit *Sigismundus Georgium* & *Adamum*: Ab hoc *Principes*, ab illo reliqui Domini & Comites *Dietrichſteinij* orti ſunt.

Sigiſmundi primi Baronis virtus.

Scutum. §. II. Quod inſignia attinet, ea repræſentantur in *Sibmach. Wapenb.* P. I. p. 24. quadripertita. In area prima *argentea*, *crus* & *pedem vulturis nigrum* videre licet. Secundam *rubeam* ornat *crux argentea*. Tertiam *nigram* percurrit *cantherius argenteus*; In extrema *aurea niger anguis in pali modum ſed gyris ſuis ſinuoſis* pingitur. Media parmula diagonaliter lecta ex *cocco* & *auro duos cultros vinitorios* tergis obverſos *argenteos* ſeu *ferrei coloris*, *capulis aureis* continet.

Dietrichſtein. §. III. Ex his medium ſcutulum *Dietrichſteinium* adeoque gentile eſt. In genealogia, quam à Buceliño operi inſertam ſed á Sereniſſ. Principe Ferdinando ſubminiſtratam

niſtratam §. r. laudavi, videre eſt, non ſemper eadem familiam uſam eſſe teſſera. Jam *Conrad.* ſeu *Chuenzel*, qui circa principium ſeculi decimi quarti vixit, tribuit iteram cum gladio & pugione, quod inſigne etiam à filio *Cholone* ſervatum cribit, qui Henrici II. lineam clauſit. Ex *Rudelini* poſteris Ottonis filiis *Rudolpho II. 340. cultros vinitorios* tribuit, *Bertholdo 1240.* ſcutum *corona* inſcripta exornatum quæ etiam teſſera aſſignatur *Nicolai* nepoti *Petro*, à quo tamen hodierni deſcendunt. Unde ſi quid conjectura valeo, crediderim ab iſtius filio *Georgio* vel hujus filio *Pancratio*, qui omnium nunc viventium communes patres ſunt, cultros ita aſcitos, ut deinceps communis manerent teſſera totius gentis. Porro mirari non debemus, aſcitam in ſcuta illuſtrium figuram ex agricultura & re vinitoria, quo enim in pretio etiam apud nobilitatem priſcam illa fuerit, latere eos non poteſt, qui antiquitatis periti ſunt. Conter quæ de ſuo clypeo Illuſtris *Herberſteinius Baro* ſupra L. 1. c. 37. diſſeruit.

Diverſæ teſſeræ.

Cultri vinitorii.

§. IV. Ut reliquas areolas intelligamus, utile fuerit, partem diplomatis, quo dato Gemundæ 8. Jul. 1514. *Maximilianus I. Auguſtus Sigismundo Dietrichſteinio dignitatem Baronis* & alia privilegia contulit, & cujus communicationem Nobiliſſimo Dn. *Hieronymo Wilhelmo Muffel de Eſchenau & Eckenheid* debeo, huc transferre.

Diploma Maximiliani Cæſ. conceſſum Sigiſmundo Dietrichſtein.

Wir Maximilian von GOttes gnaden / erwählter Römiſcher Käyſer / ꝛc. ꝛc. bekennen offentlich mit dieſem Brieff / und thun kund allermänniglich; wann die Höch Römiſcher Käyſerl Majeſtät und Würdigkeit / je mildiglicher die ihre gnad und ehr unter die unterthanen deß Heiligen Reichs außtheilet / je mehr & ie erleuchten Thron erhebet / und die Liebe und gehorſam der Ihren behaltet und mehret: Und wiewol Wir auß ſolcher Käyſerl. Würde / darzu Wir von gnaden deß Allmächtigen erwählet / auch auß angebohrner Fürſtl. güte und tugend allezeit geneigt ſeyen / aller und jeder Unſer und deß Heil. Reichs / auch Unſer erblichen Fürſtenthum / unterthanen und getreuen ehr / nutz und beſtes zu betrachten und fürzuwenden; So iſt doch Unſer gemüth billich mehr begierig denen Unſere Käyſerliche Gnade mitzutheilen / und die mit mehrern ehren zu erleuchten / die älter von Adelichen und frommen geſchlechten und weſen herkommen ſeyn / und die ſich gegen Uns und das Heilige Reich / auch Unſer erblichen Fürſtenthümer in gehorſamer und unverdroſſener dienſtbarkeit für anderen getreu und emſig beweiſen und erzeigen. Daß haben Wir wahrgenommen und betracht ſolch alt = Adelich herkommen / gutweſen und frommkeit deß Geſchlechts von Dietrichſtein / darzu die getreuen willigen dienſte / ſo daſſelbe Geſchlecht unſeren Vorförderern am Reich und unſerem Hauß Oeſterrich / auch Uns bißhero gethan hat / und fürnemlich die tugend / geſchicklichkeit und redlichkeit deß Edlen Unſers und deß Reichs getreuen Sigmunden von Dietrichſtein / Erbſchencken in Kärndten / Unſers Raths nnd Silber-Cämmerers / damit er ſich von jugend auff in manchen Unſern dienſten / heerzügen / kriegsnöthen / und anderen Unſeren treffenlichen anligenden geſchäfften / zu abbruch unſerer Feinde / eroberung ihrer Lande / auch beſetzung und erhebung unſerer Gräntzen gegen unſern Feinden alles mit darſtrecken und ſchaden ſeines leibes und gutes / fleiſſig / mannlich / ritterlich / und Uns zu angenehmen wolgefallen geübt / damit auch manchmal Uns und deß Heiligen Reichs / auch unſer erblichen Fürſtenthum / ehr / nutz und wolfahrt ſcheinbarlich gefördert / und ſchaden und verluſt gewendet / ſamt vielen andern guten fruchtbaren handlungen / dadurch er gnädigen willen bey Uns gegen unſern erblichen Fürſtenthümern / Landen und Leuten / und herwider derſelben lieb / treu und gehorſam gegen Uns beweget hat / zu dergleichen getreuen redlichen dienſten ſich auch gemelter von Dietrichſtein noch hinfür willig / bereit und ſchuldig gegen Uns erkennet und erbeut. Und ſo dann keine gutthat unbelohnet bleiben ſoll / darumb zu ergetzlichkeit der angezeigten ſeiner tugend / ſchicklichkeit / gehorſamen / getreuen / redlichen und nutzlichſten dienſten: Und ihn / auch ſeine Erben / hinfüro zu dergleichen zu reitzen. Haben wir mit wolbedachtem muth auß eigener bewegnüß und rechter wiſſen / auch mit gutem zeitigen rath / Unſer

genuit *Guidonem Epiſcopum Valentinum* & *Pontium II. Baronem de Montlor* & *d' Aubebenas* Dn. de Paſquieres & de Cabrieres, patrem *Heraclij II.* avum *Pontii III.* proavum *Guidonis*, abavum *Guidonis II.* atavum *Ludovici Magni*, omnium *Baronum de Montlor*. Hic *Armandum* genuit *Baronem de Polignac* à matre, qui ante patrem mortuus eſt, atque *Ioannam hereaem*, quam 1425. duxit Hugo Dn. de Maubec, cujus filii *Montlorium* cognomen aſſumſere. Cæterum antiquiorum Montloriorum parma fuit *aurea* inſcripto *leone coronato* & *vario vellere induto*.

§. XI. Quod *Maubecios* attinet, qui in nomen *Montloriorum* ſucceſſore, & quorum teſſera fuere *duo Leopardi cærulei* in *parma aurea*, nomen habent à *Maubec* in *Viennenſi* Delphinatus agro ſita Baronia, tertia ex quatuor Baroniis ejus Provinciæ, dein ornata *Marchionatus* titulo. Familiam deducit *Allardus* ex *Humberto de Bocſozel*, qui vixerit 1093. cujus pronepos *Aymon* genuerit *Guidonem*, *Aymonem* & *Humbertum*; à *Cuidone* & *Humberto* progenitos illos, qui nomen *Bocſozel* ſervarunt: *Aymon* vero, forte quod heredem *Maubeciam* duxerat, hujus Domini ſumſit nomen, & genuit *Aymonem II. Dn. de Maubec*, qui loco antiquorum inſignium *Bocſozeliorum*, quæ fuere in ſolo *aureo cervus teſſellatus duplici ductu argentei & cyani*, alcivit *Maubeciam* antiquam teſſeram *auream*, cum *leopardo cæruleo*, cui alium poſteri dein junxere: hoc genitus *Humbertus* pater *Aymonis* & *Hugonis*, qui *Franciſcum* genuit, patrem *Hugonis* & *Humberti*, à quo linea de *Renage*. *Hugo II.* genuit *Hugonem Dn de Roche*, cujus nepos lineam terminavit, & majorem *Franciſcum Ludovicum*, qui à matre *Ioanna* Ludovici Montlorii filia & herede nomen de *Montlor* aſſumſit, & reliquit *Ludovicum de Maubec de Montlor Dn & Baronem de Maubec & Montlor*, *Ludovici* patrem, avum *Floræ*, quæ *Joanni de Veſc Baroni de Grimaud* 1526. nupſit, eiq; peperit *Florum* inprolem, *Franciſcam* uxor. Gabrielis de Breſſac, *Ioannam* Dominam de Grimaud, de Caſteauregnard, de Carovil, de Chaſteaneuf de-Mazant, & de Savigny *Franciſco Agoutio C. de Sault* 1526. nuptam, *Franciſcam* Abbatiſſam. Eadem *Flora* ex ſecundo marito *Iacobo de Raymon Dn. de Modene*, genuit *Ludovicum de Montlor*, *C. de Montlor*, *M. de Maubec*, *Baronem de Modene*, qui non niſi filias reliquit.

Maubec.

Bocſozel.

Montlorium nomen aſſumptũ.

§. XII. Ex dictis apparet, quatuor hos laterculos enumeratos uni deberi heretati *Chriſtinæ d' Aguerre*, & quidem quam illa à filio *Ludovico d' Agoult de Montauban de Veſc de Montlor C. de Sault* obtinuerat. Ut vero, qua ratione illæ familiæ in hujus Ludovici patre, Chriſtinæ d' Aguerre (quæ ex priori marito *Antonio Crequio* Carolum Crequium genuerat) ſecundo marito, Franciſco Ludovico confluxerint, clarius pateat, ejus progenitores ſchemate exhibebimus.

Hereditas Chriſtinæ d' Aguerre

Tabula progonologica Franciſci Ludovici Com. de Sault.

- Franciſc. Ludov. d' Agout de Montauban, de Veſc, de Montlor, C. de Sault, marit' Chriſtinæ d' Aguerre ſecund'.
  - Franciſc. d' Agout de Montauban, Com. de Sault.
    - Ludovic. de Montauban d' Agout, B. de Sault.
      - Claudius de Montauban, B. de S. André.
        - Raymundus de Montauban, Baro de S. André.
        - Aymonetta f. Rudolphi de Comiers Dn. de la Baſtie.
      - Luiſa d' Agout,
        - Guilelmus d' Agout d' Dn. de Cypieres, B. de Sault.
        - Albanetta d' Agout de Curban.
    - Blanca de Levis.
      - Gilbertus de Levis, C. de Ventadour.
        - Ludovicus de Levis, Dn. de la Volute.
        - Blanca f. Ludovici Com. de Ventadour.
      - Jacobe du Mas.
        - Jacobus du Mas, Dn. de l' Iſle.
        - . . . .
  - Joanna de Veſc, de Montlor.
    - Joannes de Veſc, B. de Grimaud.
      - Carolus de Veſc, B. de Forcalqueiret.
        - Stephanus de Veſc, Dn. de Nola & Avelino.
        - Anna de Courtois.
      - Antonia de Clermont Lodeve.
        - . . . . de Clermont-Lodeve.
        - . . . .
    - Flora de Montlor.
      - Ludovic. de Montlor, B. de Montlor.
        - Ludovicus de Maubec, de Montlor, B. de Maubec & de Montlor, filius Franciſci Ludovici nepos Hugonis B. de Maubec, & Joannæ de Montlor heredis.
        - Alix f. Franciſci Dn. de Miolans.
      - Philippina de Balſac.
        - Robertus de Balſac, Bar. d' Entragues.
        - . . . . .

Digitized by Google

§. 671. Segundi nominis nonnulli, quod Sanctum Bonum Allobrogum Principem habuerint, Sanctum Bonum dicti, Sanctum Bonum de Crequy, vel Sanctum Bonum de Blanchefort, Sanctum Bonum de Montauban, Sanctum Bonum de Clermont, Sanctum Bonum de Beaumont, Sanctum Bonum de Gruyere, Sanctum Bonum de Gallois, Sanctum Bonum de Montmorency, Sanctum Bonum de Rochechouart, Sanctum Bonum de Chaponay, Sanctum Bonum de Rochefort, Sanctum Bonum de Chandieu

satis dicere possum, utrum etiam Magdalenia insignia patriis junxerit: Sunt vero arma illa *Magdalenia* apud Paillot. La vr. & parf. sc. pag. 187.188. *Scutum hermionicum exaratum tribus baltheis rubeis, quibus inscribuntur* 11. *conchæ aureæ, illo ordine* 3.5.3.

CAPUT XVII.

Cuevæ Duc. Albuquerquii

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Mendozia scutula.*
4. *Apex.*
5. *Aliter ex Pailloto.*
6. *Ex Julio Chifletio vera effigies.*
7. *Discrepantia.*

§. 1.

Familia. *Cevarum* illustris apud Hispanos gens plures ex se ramos emisit, in quibus ille præcipuus, qui *Duces Albuquerquæ* in Estremaduræ finibus dedit, quam dignitatem 1464. *Beltramo de la Cueva*, quem prius *Ledesmæ* comitem creaverat, hoc relicto comitatu, *Henricus IV. R. Castiliæ* contulit.

Scutum. §. II. Gestant illi Duces apud *Ioh. Iac. Chifflet.* E. A. V. num. 170. scutum in summo recta linea bipertitum, utraque parte aurea palo coccineo exarata: in imo rotundatim chlamydatum prasinum aureo dracone impressum. Parmæ limbus circumdatur miniatus, septem aureis decussibus mutilis totidemque scutulis *Mendozio-Vegensi* symbolo exornatis alternatim impressus. Quo cum concordat *Samuarth. l' est. de l'Esp.* p. 32.

Mendozia scutula. §. III. Scutulorum *Mendozierum* rationem petendam puto à Mencia Mendozia filia Didaci Hurtadi de Mendoza Ducis del Infantadgo Beltramo primo Duci Albuquerquio nupta.

Apex. §. IV. Ex galea auro coronata, laciniæ dependent ex auro & minio, exurgit autem draco aureus.

Aliter ex Pailloto. §. V. Aliter *Paillot. parf. sc.* voce *Ente* ea depingit: *Cueva en Espagne porte d' azur à trois fleurs de lis d' or, parti d' or à 2. pals de gueules, ente en pointe de sinople au Dragon couronne d' or, à la bordure de gueules chargee de 8. sautoirs d' or.*

Ex Julio Chifletio vera effigies. §. VI. Et ita quidem rectius depingi non dubito, cum *Iulius* Chiffl. epist. præfixa Claudii Chiffletii libello de Numismate antiquo ad Alfonsum Card. de la Cueva, ita etiam eadem designet, teste Ed. Bissæo NN. ad Nicol. Upton. p. 71. qui integrum ejus locum, quem exscriberet, & adderet figuram æri incisam, dignum judicavit. Ex hoc ergo, quæ à patre aliter tradita, discere malumus, vel dicemus, ex eo tempore Cuevas more toties recepto suum scutum auxisse. *In dextra scuti divisi arte cærulea splendent aurea lilia tria, ab Hugone, è Comitibus Tolosanis oriundo, nominis tui instauratore, qui in memorabili prælio de Salado, contra Maurorum reges, vexillum cruciatum Avenione à S. Pontifice benedictum prætulit, jubentibus Alfonsis, Castellæ XI. & Lusitaniæ VII. regibus A. C.* 1340. *In sinistra parte scuti aurea, duo sunt pali directi coccinei, quos à regibus Aragoniæ ob præclare bellis gesta majores Tui habent. Imo scuto argenteo exaratus est draco prasinus ex antro seu cavea emergens, symbolum fortitudinis, vetustissima gentis Tuæ tessera. Ora scuti miniata, octo decussibus aureis impressa est, quas Tui sibi vindicarunt, post celebrem pugnam Anni* 1227. *qua civitas Baeca à Maurorum servitute liberata est, quæ quia die S. Andreæ festo contigit, nobiles plerique victores, cruce Apostoli, scutorum suorum limbos exornaverant.* Conf. supra P. I. c. 2. n. 41.

Discrepantia. §. VII. Concordat descriptio Chiffletii cum Pailloto, nisi quod infimam scuti partem hic prasinam, draconem aureum vult, cum ille huic viridem colorem, solo argentum tribuat.

CAPUT

CAPUT XVIII.

Dauvet Com. des Mareſts.

ARGUMENTUM.

1. Scutum Comitis des Mareſts.
2. Famil. Dauvet. Linea.
3. Vermandois. Rouvroy S. Simon. Tremouille. Montmorancy. Sarbrucke.
4. Apex.

§. I.

QUI falconum curæ præpoſitus ſeu Magnus Galliæ Falconarius eſt *Nicolaus Dauvet* Com. des Mareſts, Bar. de Bourſau, de Trelou, de Rupereux, Vitryle Croiſe, Aiguilly, Bellan, Petit Nogent, Berneuil, Fraucourt teſte L'eſt. de Fr. (anni 1676.) p. 318. & Sammarth. p. 368. illa utitur diſpoſitione ſcuti, ut ſcutum quadrifidum, prima quadra bipertita hinc teſſelas aureas & cæruleas, impoſito cephalo ſcutatio cæruleo tribus liliis aureis inſcripto, iſthinc nigro ſolo inſcriptam crucem argenteam quinq; conchyliis rubeis impreſſam referat, *Veromanduo* & *Sanſimonio* ſymbolo. Secunda quadra *Tremollia* eſt, hoc eſt aurea inducto cantherio rubeo, cujus cuſpidi impreſſum viſitur lilium argenteum, cantherium vero ſtipant tres cæruleæ aquilæ. Tertius laterculus *Montmorentiam* crucem rubeam 16. aquilulis cæruleis ſtipatam in auro refert. Quartus *Saræpontanæ* ſeu *Sarbruckiæ* ſtirpi notandæ, ſolum cæruleum cruciculis acuminatis argenteis ſparſum ex eodem metallo leone ornat. Toti imponitur ſcutulum gentile *Dauvet*, nempe ternis argenteis & rubeis baltheis diagonalibus exaratum, ut tamen primo argenteo impreſſus leunculus niger obſervetur. Scutum Comitis des Mareſts.

§. II. Rationes areolarum non valde difficiles ſunt. *Dauvet* nomen eſt ipſius gentis, non uno ſeculo inter illuſtriores habitæ. *Iohan. Bapt. de L' Hermite-Souliers* & *Franc. Blanchard* in elogio omnium prim. præſid. curiæ Pariſ. edito 1645. deducunt eam à Simone Dauvet, Dn. de la Bourgogniere in Andibus, cujus uxor fuit Antonia de Breze, filius Jacobus Seneſchallus Andium fuit, nepos Joannes primus Toloſani ſenatus præſes, mortuus 1471. Filius hujus Guilelmus ex Joanna L' Huillier Dn. de Rieux & de Fraucourt ex tribus filiis *Petro*, *Roberto*, *Ioanne* tres lineas ſeverat, *des Mareſts*, de *Rieux*, de *Berneul*. Sed prima mox in Petri filio Nicolao defecit & titulus des Mareſts ad tertiam delatus eſt, ex Joanne profatam, cujus filius *Petrus Dn. des Mareſts, de Fraucourt, de Berneul* Martham de S. Simon uxorem duxit, qui parentes fuere *Caſparis*, quo & *Iſabella Brulard* Nicolai Cancellarii filia natus eſt, de quo hic loquimur, Illuſtriſſimus *Nicolaus*, & qui nunc munere fungitur ex Chriſtina de Lancage filius. Leunculus diſcerniculum eſt ob lineas priores Dominorum *de Rieux & de S. Valerien* atque Dominorum *de Reines*. Obſervandum, in *Sammarth.* id corrigendum eſſe, cum vult baltheos argento & cyano tingi, nam cocco utitur familia. Fam. Dauvet. Linea.

§. III. Reliqui laterculi ſunt à *Martha de S. Simon*, filia Joh. de S. Simon Dn. de Sandricourt, & Ludovica f. Rolandi de Montmorency Bar. Foſſeux, uxore Petri Dn. des Mareſts, quæ Nicolai avia fuit. *Veromanduæ* teſſellæ & liliæ unde ſint, ex L. 1. c. 85 n. 3. diſcere licet, ob ſucceſſionem Veromanduorum ad gentem *Rouvroy* delatam. Crux cum conchyliis *Sέγμα* ſtirpis de *Rouvroy S. Simon*, Marthæ paternum fuit. *Tremollius* laterculus deſignat *Margaretam de la Tremouille d' Ours*, uxorem Joannis de Rouvroy Dn. de S. Simon, qui Marthæ fuere proavus & proavia; Lilium cantherio impoſitum diſcerniculum eſt linearum de Dours. *Momorantia* ſymbola à matre allegare Martha potuit: *Sarapontana* demum à Gaucherii de Rouvroy Dn. de S. Simon conjuge Maria Saræpontana deduco, quibus parentibus natus eſt Joannes Margaretæ Tremolliæ maritus. Fuit vero Maria filia *Amedei de Sarbruck Dn. de Commercy* ex Maria de Chaſteauvillain. Vermandois. Rouvroy S. Simon. Tremouille. Momorancy. Sarbrucke.

§. IV. Apicem nullum vidi, niſi galeam coronatam; Lacinias pingit Sammarthanus cyano & argento, ſed cyani loco minium ſubſtituendum ex prioribus ſatis liquet. Apex.

tant 1070. vel 1175. Unde ab antiquo vectigal pontis vel ejus pars ad familiam ſpectavit, quod demum ære Auguſtus Elector Saxoniæ redemit. conf. *Zeiler. Itin. Germ.* P. 1. c. 17. p. 487. & P. 2. c. 17. pag. 208. ex Peccenſteinio. Neſcio tamen quid ei tribuendum ſit, quod Voſſ. tr. 1. p. 18. ait: *Licet jus hoc olim à Dhonana familia alio fuerit translatum, tamen jam à multis retro annis illud Abrahamus Dhonanus, qui apud Sileſios libera potiebatur dynaſtia Wartenbergica quaſi poſtliminio recuperavit.* Allegat etiam in ipſo ponte opere antiquo Dhonanæ gentis inſignia bicornia conſpici.

§. 111 Ex Conradi poſteris memorant *Wigbertum 890. Wilhelmum, 933. Wilhelmum* in torneamentis Mersburg. 968. *Hinconem* Imp. Ottonis Vicarium, qui Boleslaum ducem Bohemiæ cepit. 976. *Fridericum* in ludo equeſtri Brunſvic. 996. *Henricum* in Hallenſi 1042. A *Wolfgango* 1074. juſtam ſeriem orditur *Rittershusius*, dato ei filio Jona, in cujus filiis diviſæ ſint lineæ. A *Colbatio*, qui contra Saracenos abierit, & in Monte oliveti 1147. eques creatus fuerit, deducit nepotem *Erneſtum*, qui 1208. cum Duce Saxoniæ de limitibus contenderit, cujus poſteros iterum in tertium gradum deducit. A ſt ex Colbatii fratre *Iona* deducit *Henricum*, patrem Henrici, quo nati *Wernerus* & *Henricus*. A Wernero derivantur, quibus cognomina in Altengera, Graſſen, Holzdorf, Nubey, Craſchen, Heyminsdorf. Inprimis ex ejus poſteritate *Henricus* junior circa 1484. pater conſtituitur *Chriſtophori* Burggravii in Dhona, Dn. in Craſchen, & *Stanislai* item Burggravii Dn. in Deutſchendorf. A Chriſtophoro deducit in primis lineas Sileſias, in quibus celebris *Abrahamus Dn. in Wartenberg & Pralen*, præfectus Luſatiæ ſuperioris, pater *Caroli Hannibalis*. A *Stanislao* autẽ Boruſſicæ lineæ, quæ præſertim gentis gloriam iterum ſuperiori & hoc ſeculo militari aliorumq; virtutum gloria extulere. Inprimis inſigni prole dives fuit Achatius, qui 1601. deceſſit, pater inter alios Chriſtophori Gubernatoris Arauſionenſis (ab affine principe arci & urbi iſti præpoſiti) & Fabiani fortis bello Ducis. Ab *Henrico* Werneri fratre plures iterum lineæ. Ejus enim nepos Otto, qui 1282. vixit, *Henricum & Ottonẽ Heiden* genuit: illius poſteritas Dominorum de *Grafenſtein* in *Carolo* videſſuperiori ſeculo defeciſſe. *Ottonis Heiden* nepos *Henricus Weinrich* genuit *Iaſtay* ſeu *Iarislaum & Ioannem*; ab hoc linea Dominorum in *Straubiz & Kindsberg*, qui etiam Domini *Muſcaviæ* in Luſatia fuere, quã Caroli Chriſtophori filia Urſula Catharina Calenbergio dotalem attulit. A majori fratre Jaſtay ſeu Jaroslao geniti Jaſtay & Nicolaus, quos 1423. Sigiſmundus Imperator de Comitatu Dhonano inveſtivit. Nicolai filius Fridericus 1454. *Wildenſtein* condidit, à cujus filiis Domini in Droſchiz, in Bonateck, in Okors & Roſtock deſcendunt. Deductio familiæ. Lineæ.

§. IV. Scuto utuntur cæruleo, in quo duo cornua cervina argentea, ſingula ſex dactylis fruticoſa, inferiori ſui parte in decuſſim trajecta ſed ſurſum porrecta viſcuntur. Ex coronata galea inter duo cornua ſcutaria, quæ manibus prehendit, virginea ſpecies exurgit cæruleo habitu, corona & crinibus volitantibus inauratis. Laciniæ ſunt ex argento & cæruleo colore. **Wapenb.** P. 1. pag. 19. Legi aliquando ea cornua non argento pingi, ſed ſubflavida auro ornata eſſe. Inſignia.

§. V. Quod attinet *Burggraviorum* titulum, qui alioqui cum Gallico *Vicecomitum* convenit, audiamus Voſſium: *Quanquam Dhonani* Comitium *axiomate atq; honore fuerint decorati, quod tum aliis è documentis, iisque plurimis atque evidentiſſimis tum etiam Sigismundi Cæſaris libello diſcimus, qui egregio pari fratrum*, Nicolao & Jarislao *Dhonenſem* Comitatum *feudi munere conceſſit* (*anno 1423.*) *plurimum tamen* Burggraviorum *titulus iis magis arriſit. Neque eo minus honoris à poſteritate conſequuntur. Nunquam enim non prædicabitur in iis ſingulare decus, divinæ gratiæ pignus, quod cum in aliis prope familiis omnibus, certe in Miſnia* Leiſnickenſium, Altenburgenſium, Starckenbergenſium, Lorbicenſium (forte legendum *Sorbeccenſium*) *aliorum Burggraviæ dignitas expirarit, Dhonani eam & maſcula virtute retinuerint, & pari gloria propagarint, magnanimi heroes, nati melioribus annis.* Titulus Burggraviorum.

§. VI. Dhonam ſuam amiſere bello, quod inter Wenceslaum R. Bohemiæ & Wilhelmum Coclitem Miſniæ Marchionem geſtum fuit: Hic enim arcem Dhonenſem, quæ feudum ſemper fuerat Regni Bohemici, obſedit, expugnavit, evertit, Dhona amiſſa.

unde

miniſtratam §. 1. laudavi, videre eſt, non ſemper eadem familiam uſam eſſe teſſera. Nam *Conradi* ſeu *Chuenzel*, qui circa principium ſeculi decimi quarti vixit, tribuit literam A cum gladio & pugione, quod inſigne etiam à filio *Cholone* ſervatum ſcribit, qui Henrici II. lineam clauſit. Ex *Rudelini* poſteris Ottonis filiis *Rudolpho II. 1340. cultros vinitorios* tribuit, *Bertholdo 1240.* ſcutum *corona* inſcripta exornatum, quæ etiam teſſera aſſignatur *Nicolai* nepoti *Petro*, à quo tamen hodierni deſcendunt. Unde ſi quid conjectura valeo, crediderim ab iſtius filio *Georgio* vel hujus filio *Pancratio*, qui omnium nunc viventium communes patres ſunt, cultros ita aſcitos, ut deinceps communis manerent teſſera totius gentis. Porro mirari non debemus, aſcitam in ſcuta illuſtrium figuram ex agricultura & re vinitoria, quo enim in pretio etiam apud nobilitatem priſcam illa fuerit, latere eos non poteſt, qui antiquitatis periti ſunt. Conter quæ de ſuo clypeo Illuſtris *Herberſteinius Baro* ſupra L. 1. c. 37. diſſeruit.

Diverſæ teſſeræ.

Cultri vinitorii.

§. IV. Ut reliquas areolas intelligamus, utile fuerit, partem diplomatis, quo dato Gemundæ 8. Jul. 1514. *Maximilianus I. Auguſtus Sigismundo Dietrichſteinio dignitatem Baronis* & alia privilegia contulit, & cujus communicationem Nobiliſſimo Dn. *Hieronymo Wilhelmo Muffel de Eſchenau & Eckenheid* debeo, huc transferre.

Diploma Maximiliani Cæſ. conceſſum Sigiſmundo Dietrichſtein.

Wir Maximilian von GOttes gnaden / erwählter Römiſcher Käyſer / ꝛc. ꝛc. bekennen offentlich mit dieſem Brieff / und thun kund allermänniglich; wann die Höch Römiſcher Käyſerl Majeſtät und Würdigkeit / je mildiglicher die ihre gnad und ehr unter die unterthanen deß Heiligen Reichs außtheilet / je mehr & je erleuchten Thron erhebet / und die Liebe und gehorſam der Ihren behaltet und mehret: Und wiewol Wir auß ſolcher Käyſerl. Würde / darzu Wir von gnaden deß Allmächtigen erwählet / auch auß angebohrner Fürſtl. güte und tugend allezeit geneigt ſeyen / aller und jeder Unſer und deß Heil. Reichs / auch Unſer erblichen Fürſtenthum / unterthanen und getreuen ehr / nutz und beſtes zu betrachten und fürzuwenden; So iſt doch Unſer gemüth billich mehr begierig denen Unſere Käyſerliche Gnade mitzutheilen / und die mit mehrern ehren zu erleuchten / die älter von Adelichen und frommen geſchlechten und weſen herkommen ſeyn / und die ſich gegen Uns und das Heilige Reich / auch Unſer erblichen Fürſtenthümer in gehorſamer und unverdroſſener dienſtbarkeit für anderen getreu und emſig beweiſen und erzeigen. Daß haben Wir wahrgenommen und betracht ſolch alt-Adelich herkommen / gutweſen und frommkeit deß Geſchlechts von Dietrichſtein / darzu die getreuen willigen dienſte / ſo daſſelbe Geſchlecht unſeren Vorförderern am Reich und unſerem Hauß Oeſterrich / auch Uns bißhero gethan hat / und fürnemlich die tugend / geſchicklichkeit und redlichkeit deß Edlen Unſers und deß Reichs getreuen Sigmunden von Dietrichſtein / Erbſchencken in Kärndten / Unſers Raths nnd Silber-Cämmerers / damit er ſich von jugend auff in manchen Unſern dienſten / heerzügen / kriegsnöthen / und anderen Unſeren treffenlichen anligenden geſchäfften / zu abbruch unſerer Feinde / eroberung ihrer Lande / auch beſetzung und erhebung unſerer Gräntzen gegen unſern Feinden alles mit darſtrecken und ſchaden ſeines leibes und gutes / fleiſſig / mannlich / ritterlich / und Uns zu angenehmen wolgefallen geübt / damit auch manchmal Uns und deß Heiligen Reichs / auch unſer erblichen Fürſtenthum / ehr / nutz und wolfahrt ſcheinbarlich gefördert / und ſchaden und verluſt gewendet / ſamt vielen andern guten fruchtbaren handlungen / dadurch er gnädigen willen bey Uns gegen unſern erblichen Fürſtenthümern / Landen und Leuten / und herwider derſelben lieb / treu und gehorſam gegen Uns beweget hat / zu dergleichen getreuen redlichen dienſten ſich auch gemelter von Dietrichſtein noch hinfür willig bereit und ſchuldig gegen Uns erkennet und erbeut. Und ſo dann keine gutthat unbelohnet bleiben ſoll / darumb zu ergetzlichkeit der angezeigten ſeiner tugend / ſchicklichkeit / gehorſamen / getreuen / redlichen und nutzlichſten dienſten: Und ihn / auch ſeine Erben / hinfüro zu dergleichen zu reitzen. Haben wir mit wolbedachtem muth auß eigener bewegnüß und rechter wiſſen / auch mit gutem zeitigen rath / Unſer

§. v. Ex his forte non difficulter de teſſeris judicari poteſt : primam nempe *vulturis crus & pedem*, tribui audio Dominio *Hollenburg*, quod audivimus venditum eſſe Sigiſmundo Dietrichſteinio à Maximiliano Aug. Crucem tribuunt Dominio *Thalberg*: cantherium *officio hæreditario*, quo pincernæ ſunt Carinthiæ: anguem Dominio *Finckenſtein*. Hæc explicatio eſt, quæ mihi ſubminiſtrata huc merito referenda fuit. Areolatum rationes.

§. vi. Si vero mihi ſit poteſtas, aliqua annotandi & dubia mea adferendi: Crucem ſecundi laterculi non ambigo aſſumtam eſſe ex ſcuto familiæ *Rotthaliæ*. Quod eadem Rotthaliis adſcribitur in *Sibmach* **Wapenb.** P. 1. p. 38. & apud *Bucelin. Germ.* P. 3. p. 194. prout infra etiam peculiare caput huic dabitur familiæ. Ea à *Thoma de Rotthal* deducitur, qui circa 1416. vixit, & patrem fuit Georgii, cujus filiam Barbaram Sigiſmundus in matrimonio habuit. In hoc vero hæreo, quando Bucelinus ei marem filium aſſignat *Joannem*, quem *L. B. de Thalberg* vocat, qui patrem 1487. in Belgium ſecutus & theſaurarius deſignatus poſteritatem in Belgio habuerit, quam ibi recenſet, cum in diplomate Cæſareo ita de eo ſermo ſit, tanquam qui ſine heredib⁹ aliis moriturus exiſtimetur: niſi dicas ſupervixiſſe patrem filio, & nepotum, qui alio migrarint, non habitam eſſe rationem. Porro cum Rotthalia ſucceſſio hac notatur cruce, ſimul Dominium de *Thalberg* includitur. Rotthal. Thalberg.

§. vii. De *cantherio* dubitari poſſet, utrum eo *pincernatus hereditarij* officium denotetur, cum talia officia non ſoleant niſi illis notari figuris, qui ipſi muneri analogæ ſunt, qualis hic eſſet calix; uti in *Limpurgiorum* ſcuto videmus, qui imperii ſunt hereditarii pincernæ. Forte rectius dicemus notari familiam *Oſterwizij*, quæ teſte *Furſt.* **Wapenb.** P. V. p. 25, cantherio hoc argenteo uſa eſt in parma nigra, & eundem apicem etiam geſſit, qui hic lateri jungitur. Ut vero appareat conjecturam fundamento non carere, ſciendum ex W. *Laz. de migr. gent. l. 6. pag. 193. Oſterwizios* pincernas fuiſſe apud Carnos. Addit: *Caterum deficiente hac ſtirpe titulum pincernarum Dietrichſteinij nobiles, modo Barones, in Carnis impetrarunt, una cum Dominis Winckenſtayn & Holenburg circa annum MDXV.* Cui ergo familiæ ſucceſſere, ejus etiam aſſumſere ſymbolum. Quod vero *Wynckenſtayn* dicit, non dubito verim eſſe *Finckenſtein*, quod ipſe pag. 202. *Vynckenſtayn* ſcribit. Unde Oſterwizio ſymbolo ſimul comprehenderetur & dynaſtia hæc & dignitas illa ex gente iſta alcita. Pincernatus hereditarius. Oſterwiz

§. viii. Anguem *Finckenſteinio* Dominio dari audivimus, ſed videtur reclamare *VV. Lazius*, qui equitibus ab *Holenburg* in aureo clypeo ſerpentem nigrum tribuit L. 6. de migr. gent. pag. 202. A quo ut recedamus, non ſufficientem video rationem. Finckenſtein, Holenburg.

§. ix. Supereſt crus & pes avis, quæ *Hollenburgio* Dominio dari audivimus, ſed ſi locum habet Lazii ſententia, aliam ejus teſſeram idem ſcutum continet. Quid ergo hæc deſignat teſſera? Fateor hic me hærere, niſi *Finckenſtein* notetur, atque ita non vulturis ſed fringillæ, nominis indicio, crus eſſe dicatur. Et quidem audivimus in diplomate imperiali nomen Dominii Finckenſtein præpoſitum fuiſſe. Ita res ſi habeat, cantherius ſolum indicium ſucceſſionis familiæ *Oſterwiziæ* fuerit. Has conjecturas meas petitioribus excutiendas propono, neque de illis acriter contendam, ſi Illuſtriſſimæ familiæ aliæ interpretationes probentur. Finckenſtein. Conjecturæ.

§. x. Galeæ tres imponuntur ſcuto, & duæ apponuntur lateri, omnes coronatæ, *Mediæ* tres ſuſtinet ſtruthionicas plumas erectas & antrorſum reflexas nigras, inſcriptis cultris ſcutariis: Laciniæ ſunt coccineæ & aureæ: proximam ad dextram premit pes volucris alveoli primi, cum phaleris argenteis & nigris: ad lævam *extremas* ſuſtinet inter duas alas expanſas rubeas crucem argenteam (*Rottaliorum* apex hic agnoſcitur ex **Wapenb.** P. 1. pag 38.) plumaria ornamenta ſunt ex argento & cocco. Ex galeis, quæ lateri ſcuti apponuntur, altera ſuſtinet alarum jugum complicatum nigrarum, cum cantherio argenteo, lævæ tres plumas ſtruthionicas argenteas. Utrique adduntur laciniæ nigræ & aureæ. Galeæ.

§. xi. In *Sibmacheri* armoriali P. 1. p. 22, alia adhuc extat diſpoſitio, quam exiſtimo lineæ eſſe, quæ à *Franciſco* Pancratii filio oritur. Ea in ſcuti quadripertiti alveolo primo cultros vinitorios, ſecundo cantherium, tertio crus & pedem volucris, quarto anguem refert. Atque ita non niſi *Rotthaliam* ſeu *Thalbergiam* crucem Alia ſcuti diſpoſitio.

omittit, utpote quæ à Barbara Sigiſmundi uxore familiæ allata eſt. Quod amplius meam conjecturam de arcolis confirmare videtur. Huic ſcuto duæ coronatæ caſſides inſiſtunt, prior cum faſciculo pennarum nigro, cui incumbunt cultri ſcutarii, altera alam ſuſtinens nigram cum cantherio. Laciniæ dependent, hinc miniatæ & aureæ, iſtinc argenteæ & nigræ.

Principis ſcutum.

§. XII. Quod *Principes* attinet, eorum ſcutum ſimplex pingit *P. Fürſt. Wa*penb. P. 3. p. 6. ſolo videlicet Dietrichſteinio ſymbolo ornatum. Cum vero alibi viderim Dietrichſteiniam parmam ita pictam, ut *cultris in clypeo corona immineret*, quod etiam in galea & cultris plumario faſciculo inſcriptis obſervatur, inducor, ut credam, illud verum, quod à Principibus uſurpetur, eſſe *ſeῆμα*.

Tituli.

§. XIII. Tituli ſunt Principum; *Princeps de Dietrichſtein. in Niclasburg, Dn. in Hollenburg, Finckenſtein & Thalberg, ſupr. pincerna hereditarius Archiducatus Carinthiæ.* Comitum iſte: *Comes de Dietrichſtein, Baro in Hollenburg, Finckenſtein & Thalberg, Dn. in Reuth, Riethan & Interſeer, ſupremus hereditarius pincerna (* Obriſter Erbſchenck *) Carinthiæ.* Baronum: *Dominus de Dietrichſtein, Baro in Hollenburg, Finckenſtein & Thalberg, ſupremus hered. pincerna Carinthiæ.*

Principalis dignitas.

§. XIV. *Principis* titulo primus ornatus eſt gratia Ferdinandi II. Imperatoris 1622. *Franciſcus Cardinalis*, ea conditione ut ex ſtirpe ſua quem vellet dignitatis heredem eligeret: hic ergo *Maximilianum* ex fratre nepotem huic honori deſtinavit, cui denuo Auguſtus 1631. axioma illud contulit ad poſteros duraturum, ut ſemper in linea deſcendentium *ſenior* titulo illo & dignitate præfulgeret: adjecta vero eſt conditio, ut, inter proceres Imperii ſeſſionem quo obtinerent, bona ſibi in Imperio digna illo faſtigio compararent. Quamvis vero hoc factum non eſſet, *Maximilianus* ob merita 1653. introductus eſt in Principum ſenatum, priſtina tamen conditione renovata, unde etiam 1654. ſubſcripſit receſſui. Conf. Imperiale ad ordines ſcriptum apud *Limn. Jur. publ. T. V. add. ad l. 7. p. 393.* Primi autem Comitum honore videntur ornati patrui *Maximilianus* atque *Sigismundus*.

CAPUT XXII.

Doria Princ. Melfitani.

ARGUMENTUM

1. *Origo gentis.*
2. *Andreas Auria. Succeſſores.*
3. *Inſignia.*

§. I.

Origo gentis.

AUriarum ſeu *Doriarum* Illuſtriſſima apud *Genuenſes* familia apud *Henning. Theat. Gen. T. 4. P. 1. p. 1018.* refertur ad *Arduinum* regulum ex Narbonenſi Provincia, qui religionis ergo in terram ſanctam profecturus duxerit in uxorem *Oriam* fœminam nobilem ex priſca familia *Volta*, quæ Cataneorum fuit, natam, & receptus in Voltorum ſtirpem. His præter tres alios natus *Anſaldus Auria*, cognomine à matre aſſumpto & ad poſteritatem transmiſſo, vir togæ ſagique artibus conſpicuus.

Andreas Auria.

§. II. Ex poſteris multi optime de republica meriti ſunt viri, & præcipuos magiſtratus pluries geſſere, ſæpius etiam legati res difficiles peregere, vel duces terra mariq; hoſtib° graves extitere. Eminet inter omnes *Andreas Auria*, qui à Franciſco I. 1527. claſſi præfectus ad Carolum V. tranſiit, patria libertati vindicata: quæ inſcriptio publicæ columnæ ei conſtitutæ eſt: ANDREÆ AURIÆ CIVI OPT. FELICISS. Q. VINDICI ATQ. AUCTORI PUBLICÆ LIBERT. SENATUS POPULUSQ. GENUENSIS POS. Præterea *Pater Patriæ & alter Neptunus*, ob peritiam navalis militiæ, dici metuit. Ejus 1560. mortui elogia recenſet *Thuan.* L. 16. p. 1196. Heredem ſibi deſtinaverat patruelis Thomæ filium *Janetinum*, 20. jam tribus attributis, ſed ea ſpes & faſtus inde conceptus Janetino feralis fuit, atque prope toti Reipubl. exitialis, ſeditione ob hocà Joh. Ludovico Fliſco Laviniæ Comite 1547. excitata, qua Janetinus interiit. Sed filius *Johannes Andreas* in eas ſpes ſucceſſit, Princeps Melfitanus, qui ad Echinadas Turcis gravem intulit cladem, & 1606.

Succeſſores.

mortuus

mortuus est. A quo descendit *Johannes Andreas Paganus Doria*, *Princeps Melfitanus*, grandis Hispaniæ, M. Toriliæ, & S. Stephani, cujus insignia refert *Sammarth.* l' est. de l'Esp. pag. 89.

§. III. Sunt ea antiqua Auriarum, quæ n. 171. inter Equites A. V. *Andreæ* adscribit *Joh. Jac. Chifflet.* Scutum transverse sectum, sursum aureum, deorsum argenteum, utrique parti aquila nigra impressa, rostro lingua & cruribus miniatis. Apex, aquila emergens, scutariæ similis. Fascia tortilis & laciniæ auro & nigro pictæ. Quæ eadem n. 312. *Andreæ*, hujus Johannis Andreæ Pagani, ut puto, patri, attribuit. Nec non 217. *Antonio Auriæ M. Sanstephani Dn. Ginosæ*, sed cum discerniculo flammarum coccinearum, in primo capitis angulo & in duobus angulis pedis scutarii. Insignia.

Caput XXIII.

Com. ab Erpach.

ARGUMENTUM.

1. *Origo.*
2. *Confirmatio ex veteri documento. De Enhardo & Imma Caroli Magni filia. Donatio Imp. Ludovici Pii. Donatio Enhardi & Imme de cella Michlenstatt. Descriptio Marcha pertinentis ad Michlenstatt. Epitaphium Enhardi.*
3. *Deductio gentis.*
4. *Scutum.*
5. *Erpachius Comitatus.*
6. *Breuberg. Controversia cum Wertheimijs.*
7. *Apex.*
8. *Titulus. Pincerna Palatinatus.*
9. *Bickebach olim in scuto.*
10. *Emta Dynastia ab Erpachijs.*
11. *Iterum amissa ab Hassis.*

§. I.

DE Illustrissimorum *Erpachiorum* Comitum origine, ita *Hub. Thom. Leod.* de vit. Frid. II. Pal. pag. 10. *Comites ab Erpach arbitrantur, se originem ducere ab Eginhardo Archicappellano notarioque Imp. Caroli Magni, cui in Matrimonium data fuit filia Caroli Imma nomine.* Origo.

§. II. Ut vero appareat, non traditione nuda, quæ sæpe fabulis nititur, hanc deductionem constare, illa heic inserere consultū duxi, quæ ab Illustrissimo Comite *Georgio Ludovico* pro gratioso in me ejus affectu communicata sunt: & ita sonant: Confirmatio ex veteri documento.

Hæc sequentia Latino sermone conscripta de Enhardo & Imma, Serenissimi Imperatoris Caroli Magni filia, legitimo matrimonio invicem junctis, in Archivo Selgenstadiensis Monasterij ad Mœnum, (cujus fundator idem Enhardus fuit) memoriæ prodita inveniuntur, & eadem in vetusto privilegiorum (ut vocant) Laureshamensis Monasterij archetypo, antiquis literarum characteribus, in membrana conscripta habentur.

De Enhardo & Imma Caroli Magni Imperatoris, &c. filia.

Enhardus Archicappellanus & Notarius Imperatoris Caroli, cum in aula regia laudabiliter serviens, diligeretur ab omnibus, à filia quoque ipsius Imperatoris Imma nomine, regi Græcorum desponsata, amabatur ardentius. Aliquantum temporis fluxerat, & amor alternus quotidie inter ambos per augmenta crescebat: utrosque enim timor retardavit, & offensio regia, nec non tam gravia conveniendi invicem conamina. Sed amor improbus omnia vincit. Denique cum idem vir egregius inremediabiliter amando æstuaret, auresque virginis per internuncium appellare nec præsumeret, novissime sumta de semetipso fiducia, nocturno tempore, latenter ad puellæ tendebat habitaculum, ibidem ergo pulsans clanculo, & intrare permissus, tanquam allocuturus juvenculam de regali mandato, statim versa vice, solus cum sola secretis usus alloquiis, & datis amplexibus cupido satisfecit amori. Interea cum jam appropinquante luce diei, per silentia noctis, unde venerat, regredi vellet, de improviso nivem haud modicam decidisse cognovit, & ne per vestigia pedum virilium agnitus proderetur, foras exire timuit: ambosque proconscientia facti, anxietas simul & formido intra remanere compulit. Cumque nimia solicitudine fluctuantes, quid facto opus esset, deliberarent, tandem elegantissima juvencula (quam audacem faciebat amor) consilium dedit, ut ipsa quidem super se insidentem inclinata exciperet. eumque usque ad locum, illius hospicio contiguum, ant elu- De Enhardo & Imma Caroli M. filia.

canum deportaret, ibique eo depoſito, rurſum per eadem veſtigia cautius obſervata rediret. Eam noctem Imperator, divino (ut creditur) conſilio, inſomnem duxit, diluculoque exurgens, eminusque de aula proſpiciens, intuitus eſt filiam ſuam, ſub præfato onere nutanti greſſu vix incedere, & ad dictum locum depoſita quam geſtabat ſarcina, celeri repedare recurſu. Quibus multo intuitu perſpectis, Imperator partim admiratione partim dolore permotus, non tamen absque divina diſpoſitione id fieri reputans, ſeſe continuit, & viſa interim ſilentio ſubpreſſit. Interea Enhardus ſibi conſcius, certamque rem nullo modo dominum ſuum regem diu latere poſſe, tandem inter anguſtias reperto conſilio, Imperatorem aggreditur, flexis genibus miſſionem poſtulans, aſſerens ſe & tanius ſervicijs ſuis condigna non rependi præmia. His auditis Rex diſſimulato rerum eventu & exitu diu conticuit. De hinc eum certificans, ſe poſtulationi ejus quanto citius reſponſurum, diem conſtituit, ſtatimque Conſiliarios primosque ſui regni, & cæteros quosque ſibi familiares, paſſim evocatos convenire juſſit. Congregata ita magnifica diverſarum dignitatum frequentia, ita exorſus eſt: Imperatoriam, inquiens, Majeſtatem nimis injuriatam eſſe & deſpectam in indigna filiæ ſuæ notarijque ſui copulatione, & exinde non mediocri ſe agitari perturbatione. Quibus nimio ſtupore perculſis, & de rei novitate ac magnitudine, quibusdam adhuc ambigentibus Rex innotuit eu evidentius, referens à primordio, quid per ſemetipſum oculata fide cognoverit, conſiliumque eorum ac ſententiam ſuper hoc expoſtulans. At illi intra ſe diverſa ſentientes, in præſumptorem hujus rei duras & varias dedere ſententias, alijs ſine exemplo puniendum, alijs exilio damnandum, alijs alio modo diſperdendum, ut cuique impetus erat, adjudicantibus. Porro quidam ex eis tantò mitiores quanto ſapientiores, habita ſecum deliberatione, quam intime regem exoravero, quatenus ipſe rem per ſemetipſum examinare & ſecundum divinitus ei collatam ſapientiam diffinire dignaretur. Verum ubi Rex ſingulorum circa ſe affectum ponderavit, & inter diverſorum ſententias, quid potiſſimum conſilij ſequeretur expendit, ſic eos allocutus: Non ignoratis, inquis, humanum genus variis ſubjectum eſſe caſibus, & frequenter evenire, ut res nonnullæ, quæ contrarijs initijs inchoantur, meliorem aliquando ſortiantur exitum. Proinde non eſt deſperandum, ſed potius ſuper hac re, quæ & gravitate & novitate ſui noſtrum exuperat ingenium, divinæ providentiæ, quæ nunquam in ſui diſpoſitione fallitur, quæque etiam malis bene uti novit, pietas eſt exſpectanda & expetenda. Qua propter tam triſtis facti à notario meo non exigam pœnas, per quas infamia filiæ meæ magis videbitur augeri, quam minui. Unde dignius & laudabilius imperij noſtri gloriæ arbitramur congruere, ut data adoleſcentiæ venia, legitimo eos matrimonio conjungam, & rei probroſæ honeſtatis colorem ſuperducam. Regis ergo audita ſententia fit admirabile gaudium magnitudoque animi ejus ac manſuetudo ſummis effertur laudibus. Interim Enhardus juſſus adeſſe ingreditur. Quem inexopinato Rex ſalutans, ita eum placito vultu alloquitur: Jam dudum auribus noſtris à vobis delata eſt querimonia, quod ſervitijs veſtris regali munificentia hactenus digne non reſponderimus, ſed ut verum fatear, maxime ſuper hoc culpanda eſt veſtra negligentia: quoniam quidem licet ſuſt ineam tot & tanta negotia ſolus, tamen ſi quid voluntatis veſtræ compertum haberem, ſervitia veſtra digno fuiſſem perſecutus honore. Verum ne vos diutino ſermone protraham, querimoniis veſtris ampliſſima donationi ſatisfaciam, & ut vos etiam fidete mihi, ut prius & benevolum poſt hac ſentiam, juri veſtro nuptum tradam meam filiam, veſtram ſcilicet portatricem quandoque alte ſuccincta veſtræ ſubvectioni ſatis ſe morigeram exhibuit. Protinus ad Regis edictum cum multo comitatu adducta eſt ejus filia, quæ roſeo vultum perfuſa rubore, tradita eſt per manus patris in manus prædicti Enhardi, cum dote plurima prædiorum quoque nonnullorum cum innumeris aureis argenteisque donarijs, aliisque pretioſis ſuppellectilibus. Quibus etiam pijſſimus Imperator Ludovicus poſt obitum patris prædia ſua videlicet Michlenſtatt & Mühlenheim quæ nunc appellatur Selingſtatt tradidit, cum hujusmodi donationis privilegio.

Donatio Imp. Ludovici Pii.

Donatio Imperatoris Ludovici Pii.

In nomine Domini DEI & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI.

Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Imperatoriæ celſitudini moris eſt, fideliter ſibi famulantes donis multiplicibus atque honoribus ingentibus honorare atque ſublimare. Proinde nos morem parentum noſtrorum, regum videlicet prædi-

prædeceſſorum noſtrorum ſequentes, libuit celſitudini noſtræ, fidelem quendam noſtrum, nomine Enhardum, de quibuſdam rebus proprietatis noſtræ honorare, atque in ſui juris poteſtatem libertatis noſtræ gratiam conferre. Nec immeritò, quippe cum & fidelitatis obſequio & obedientiæ devotione, hoc apud Serenitatem noſtram dignè mereatur adipiſci, qui totis niſibus usque quaque noſtro ſervitio, noſtris juſſionibus fideliter parere ſtudet. Inde noverit experientia atque utilitas omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum, quia conceſſimus eidem fideli noſtro Enhardo, nec non & conjugi ſuæ Immæ, in partibus Germaniæ locum, qui vocatur Michlenſtatt, in ſylva quæ vocatur Odonewald, in cujus medio eſt baſilica lignea modica conſtructa, de qua in omnem partem quaqua verſus pertinent ad eundem locum inter Campum, &c. ſylvam Leugæ duæ, id eſt, raſta una. Intra cujus menſuræ complexum manent præſenti tempore ſervi noſtri proprii XIIII. *cum uxoribus ſuis & filiis. Præter hos ſunt in eodem loco inter maſculos & fœminas mancipia quadraginta. Hunc locum cum terminis ſuis ſub integritate & mancipiis ſuis, nec non & villam, quæ dicitur Muhlinheim, quæ eſt in pago Moynecgauve ſita ſupra ripam fluminis Moyni, quæ quondam Drogonis comitis poſſeſſio fuit, & habet baſilicam parvam muro factam, in qua villa ſunt manſi* XVIIII. *& ſervi præſenti tempore manentes cum uxoribus & liberis numero* XIII. *ſeu & in altera villa, eodem vocabulo, ſuper eandem fluvium, quæ vocatur inferior Muhlinheim, in qua ſunt manſi* IIII. *& ſervi manentes totidem cum uxoribus & parvulis, qui pertinent ad ſupertus dictam villam. Hanc villam, id eſt, ſuperiorem Mulinheim cum appendiciis ſuis, & mancipiis ad eam pertinentibus, & hæc omnia ſupraſcripta cun Eccleſiis, villaribus, domibus, mancipiis, ſylvis, terris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cultum & incultum, cum omnibus adjacentiis & appenditiis, totum & ad integrum, prædicto fideli noſtro Enhardo, & conjugi ejus Immæ, in proprium per hanc noſtræ donationis autoritatem conceſſimus. Ita videlicet, ut quicquid ab hodiernæ in futurum de prædictis rebus & locis, vel de his, quæ ad eas pertinent, jure hereditario facere voluerint, in omnibus potiantur arbitrio faciendi, & nullus quislibet ex fidelibus ſanctæ DEI Eccleſiæ noſtris, de præſcriptis rebus, memorato fideli noſtro & conjugi ſuæ à nobis conceſſis aliquid abſtrahere aut minuere tentet: ſed liceat eis ipſas res quietè habere & poſſidere, & cui voluerint, jure hereditario relinquere. Et ut hæc autoritas largitionis noſtræ per curricula annorum inviolabilem atque inconvulſam perpetuò obtineat firmitatem, & à fidelibus noſtris tam præſentibus quam & futuris, ſeu etiam à ſucceſſoribus noſtris facta verius certiuſque credatur, eam manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.*

Signum H Ludovici



Sereniſſimi Imperatoris

Heliſachar recognovi data III. *Idus Ianuarii, Anno Chriſto propitio, primo Imperii Domini Ludovici piiſſimi Imperatoris Auguſti, indictione* VII. *Aquisgrani Palatii regio: In DEI nomine fœliciter. Amen.*

Venerabilis itaque Enhardus ob honorem ſimul & amorem Excellentiſſimi Caroli & piiſſimi Ludovici Imperatorum, præfatum locum & Cellam Michlenſtatt cum ſuis pertinentiis Laureshamenſi tradidit, atque per hujusmodi teſtamentum confirmavit.

Donatio Enhardi & Immæ, de Cella Michlenſtatt.

In nomine Domini DEI & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI.

Donatio Enhardi & Immæ de cella Michlenſtatt.

Dominus ac Redemptor noſter corporaliter in terris converſatus homines variis peccatorum ſordibus inquinatos amonere dignatus eſt, dicens: Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt. Et iterum: Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Idcirco nos, in ipſius DEI omnipotentis & iſta jubentis nomine, Enhardus & Imma de ſalute animarum noſtrarum cogitantes, & de abolendis peccatis noſtris beatæque ac perpetuæ vitæ præmijs conſequendis, pari devotione tractantes hoc teſtamentum facere decrevimus, per quod ſpontaneâ & integrâ volun-

tate

tate donamus , quod ab hodierna die donatum esse volumus , id est, cellam nostri juris, vocabulo Michlenstatt , sitam in pago Plumgowve , in sylva quæ dicitur Odonenvald , super fluvium Mümblingen , quam nobis gloriosissimus Princeps Dominus Ludovicus Imperator largissima liberalitate concessit , & de jure suo in nostrum jus solenni donatione transtulit , ac præcepti sui authoritate in proprietatem nobis confirmavit. Hanc ut diximus cellam sub integritate cum omnibus appendiciis & terminis suis, & cum omnibus ad se pertinentibus, id est basilicis, domibus, cæterisque ædificiis , terris, pratis, sylvis, campis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus , cultis locis & incultis , mobilibus rebus & immobilibus ac se ipsos moventibus , mancipiis diversi sexus & ætatis numero centum , donamus & tradimus ad basilicam sive monasterium venerandi Martyris Christi Nazarii , quod vocatur Laureshum, & est constructum in pago Rhenensi in ripa fluminis quod dicitur wisgol , ubi tempore præsenti vir venerabilis Adalungus Abbas , Deo deservientis congregationis Pastor & rector esse cognoscitur. Ea videlicet ratione memoratam donationem atque traditionem facientes , ut quam diu in hac mortalitate , divina jussione vixerimus, habeamus prædictam cellam in nostra potestate & sub nostra ordinatione , absque ullius personæ aut potestatis contradictione vel impedimento, tam simul quam singillatim per successionem , si uno superstite alter e nobis ante decesserit. Filios quoque si nos habere contigerit , unus ex eis , in eadem possessione nobis jure precario succedat. Post obitum vero nostrum memorata cella cum omni integritate ad prænominatum venerabile monasterium absque ullius contradictione recipiatur , & in ejus potestate atque dominio perpetuo permaneat. Et si aliquis contra hoc nostræ donationis testamentum resultare voluerit , aut illud convellere atque evacuare tentaverit, primiter Christum & S. Martyrem ejus Nazarium, nefandis ausibus suis contrarium sentiat , & insuper fisco distringente multam de rebus propriis parti prædicti venerabilis Monasterii coactor exolvat, auri videlicet libram unam , argenti pondo XII. *Et hoc testamentum atque hæc donatio firma & inviolata permaneat. Et si quocunque tempore à quolibet homine aliud instrumentum, in nostro nomine prolatum fuerit , quod huic nostro testamento contrarium sit, indicium datorum anterius vel posterius habens , etiamsi manu nostra videatur vel dicatur esse firmatum , vacuum & inane remaneat & nullum effectum obtineat , sed ut prædiximus hæc donatio nostra perenni stabilitate firma & inviolabilis perseveret , stipulatione subnixa. Et ut hoc testamentum juxta legis consuetudinem integram firmitatem accipiat, propria manus subscriptione illud firmare decrevimus , & idoneorum testium, qui ipsam donationem viderunt , signaculis roborari fecimus. Facta donatio in Laureshamo Monasterio* II. *idus Septembris Anno* VI. *regni Domini nostri Ludovici gloriosissimi Imperatoris in Dei nomine feliciter.*

Ego Enhardus peccator & donator recognovi & manu propria subscripsi.
Ego Imma consensi & subscripsi.
Signum Rabangarii. Signum warboconis.
Signum Wolfberti & aliorum.
Ego Hirmimarus Diaconus & Notarius Imperialis, rogante Enhardo hoc testamentum scripsi & subscripsi.

Descriptio Marchæ pertinentis ad Michlenstatt.

Hujus donationis suæ tenorem & locorum terminorumque descriptionem ipse Enhardus hoc modo designavit.

Descriptio Marchæ pertinentis ad Michlenstatt.

Quoniam sunt quidam, qui fastu sæculari turgentes & semetipsos amantes à Christi fidelibus sacris Ecclesiis seu Monasteriis tradita invadunt , aut ut sibi hæreditario jure retineant, aut mundiali baltheo in beneficio dividant. Ego Enhardus, ne in his , quæ de regia manu Ludovici Imperatoris in loco Michlenstatt contraxi , manus iniquorum prævaleat : advertat obsecro fidelium tam sequentium quam præcedentium memoria, qualiter in unum sint collecta , quibusve expressa vocabulis. Postquam enim locum prænominatum Laureshamensium donationi subjugare disposui, ascitis quibus notum fuerat , terminum & vocabula locorum diligenter investigavi , & recenti memoria notarium Latherum exprimere literis jussi, ea videlicet circumspectione , quia multorum Monasteriorum eis prædia conjunguntur , & diversorum Dominorum beneficia circumquaque terminantur. Hæc ergo terminorum loca & locorum vocabula designantur hoc modo : Dum à monte

à monte Momenhard incipiunt , & totum eundem montem usque ad plateam comprehendunt: à platea usque ad duplicem quercum , inde inter Ulenbuch *&* Rumpelshusen *ad quercum: de quercu in fluvium* Bromaha *: per hujus descensum in* Wllinebach *: per hujus ascensum usque ad lapideum rivulum : unde ad* Wllinebuech *, per unam portam intro, per alteram foras : inde in ripam* Euterun *: per hujus descensum ad* Langenfirst *, ubi* Langenvirst *scinditur : super* Langevirst *ad* Breitensol *: inde per* Eichental *in flumen* Urcella *: per hujus ascensum in* Vinsterbuch*: inde ad* Phaphenstein Enhardi *: à* Phaphenstein *supra* Richgeresnetten *: inde ad verticem* Clophendales *ad* Clophenberg *: inde in* Cuningesbrunnen *: per hujus descensum in* Mümblingen*, per hujus ascensum ad* Manegoldestellam *: abhac in fluvium* Mosaha *: per hujus ascensum in* Beroldesbrunnen *: inde ad* Ellenbogen *, in flumen* Branbach *: per ejus descensum in* Mümelingen *: ex qua ad quercum inter* Brascapht *&* Munttat*: inde iterum ad montem* Momenhart.

Epitaphium Enhardi.

Epitaphium Enhardi.

Enhardus fueram, regum qui clarus amore,
Cui Caroli Magni filia nupta fuit.
Quæque sub hoc mecum tumulo concluſa quiescit,
Ad superos donec nos tuba rauca vocat.
Hoc ego construxi devoto pectore templum,
Fratribus & largas contuleramus opes.
Corpora sanctorum summa tumulata sub ara
Congessi, vivo quæ mihi Roma dedit.

Anno Domini DCCC. XX. quarto Nonas Augusti. Obyt gloriosa Domina Imma filia Imperatoris Caroli Magni*, fundatrix hujus loci, & servatur hic Anniversarius ipsius, & Vastradæ Reginæ genitricis suæ, & Germani ipsius Ludovici Imperatoris , & Eynhardi legitimi sui, & Gertrudæ Abbatissæ sororis suæ , & omnium fundatorum & benefactorum hujus loci. Obitus Eynhardi designatur, pridie Idus Martij , non apposito anno.*

Deductio gentis.

§. III. Hæc ipsa quæ hic designantur, sunt in familiæ hujus ditione, & à *Selinstadiensibus* pro indubiis fundatorum habent Comites nostri successorib⁹: licet, quæ sors pleratumq; domuum illustrium est, singuli gradus genealogici enumerari nequeant. Præter Meinolphum, qui inprimis ludis equestribus 938: celebratis ex circulo Rhenano præses lectus est ludorum, post eum aliis torneamētis subinde plures ex hac stirpe interfuere. Inprimis ex ea claruere *Gerlacus Episcopus Vormatiensis*, qui 1332. & *Theodoricus Elector* Moguntinus, qui 1459. decessere. Et superiori seculo *Georgius*, qui ex quatuor conjugibus numerosam sustulit prolem; ex quibus decem filiæ rato exemplo illustribus conjugiis elocatæ sunt. ex filiis autem non nisi minimus natu *Georgius Albertus* gentem propagavit, hujus enim filii sunt illustrissimi Comites *Georgius Ludovicus*, *Georgius*, & *Georgius Albertus*: ex quibus medius 1678. fatis concessit, in reliquis vero duobus spes generis superat.

Scutum.

§. IV. Quo utatur familia clypeo in Wapenb. P. 1. pag. 15, videre est. Quadripertitus ille in primo & quarto quadrante *Erpachium*, in secundo & tertio *Breubergium* symbola defert.

Erpachius Comitatus.

§. V. *Erpachium* proprium δῆγμα areola constat transversim secta , & superiori parte *cocco*, inferiori *argento* tincta: inscriptis tribus stellis, cocco duabus *argenteis*, argento, una *rubea*. Hæc gentilis tessera est, & Erpachium nunc denotat comitatum qui (diversus à dominio Erpach prope Ulmam, quod ad Paumgartenses spectabat, dein Vicecancellarii Imperii Dn. ab Ulm filios. vid. M. Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 28.) ab arce *Erpach*, prope Michelstatt è regione Fürstenaviæ (unde in his duabus arcibus plerumque comitum sedes esse solent) dictus, ad Ottoniam situs silvam, Hassiæ, Palatinatui & Franconiæ contiguus est: unde in circulo Franconico familiæ locus inter proceres assignatur.

Breuberg.

§. VI. *Breubergia* tessera laterculo constat *argenteo* inductis *fascijs duabus miniatis*.

Controversia cum Wertheimis.

Dynastiam hanc Elisabetha *Michaëlis* ultimi Domini filia *Rudolpho* wertheimio Comiti attulit; unde in ea etiam hæsit, dum duravit : wertheimiis demum extinctis, à *Maria Michaëlis seniorus* Com. Wertheim ij filia *Eberhardi Erpachij* conjuge jus in dominium hoc allatum est. Sororis vero Amaliæ Neuenariæ jus & reliqua successio wertheimia alio titulo ad Lœwensteinios Comites delata est; & ex eo comminu-

niter arcem eam poſſedit utraque familia, tranſactione 1551. inita. Cum 1637. Joanni Theodorico Com. Lœwenſteinio à Cæſare cuſtodia militaris & præfectura Breubergæ demandata fuiſſet, & 1644. cum Georgius Albertus caſtrum occupaſſet, novæ exinde de ſuper lites, & utrinque ſcripta prodiere. Demum Osnaburgenſi ita ſancitum: *Domus Erpacenſis, inprimis Comitis Georgij Alberti heredes, in caſtrum Breubergicum omniaque ejus jura ipſis cum Domino Comite Lœwenſteinenſi communia, tam quoad præſidium ejusdemque directionem quam cætera civilia jura reſtituantur.*

Apex. §. VII. Galeæ duo inſiſtunt cornua: dextri ſuperior pars minio inferior argento tingitur: ſiniſtri partes oppoſitos colores ſervant. Inter hæc cornu ob *Breubergiam* dynaſtiam duæ lanceæ decuſſatim locantur, quarum vexilla rubeis ac argenteis faſciis diſtinguntur. Laciniæ colores ſimiles ſervant.

Titulus. §. VIII. Hæ inſignia ſunt, quibus hodie Illuſtriſſimi fratres *Georgius Ludovicus* & *Gerorgius Albertus* utuntur, illo etiam tituto contenti *Comites in Erpach, Domini in Breuberg.* Olim *Pincernatum* (Schencken) & *Dominorum Erpachij* titulus in uſu fuit, qui dein cum moderno Comitum commutatus eſt. Cæterum *pincernarum* ex eo nomen fuit, quia *Palatinus* ſunt *pincernæ hereditarij.*

pincernæ Palatinatus.

Bickebach olim in ſcuto. §. IX. Superioris ſeculi principio & prioris ultimis annis videas ſecundo & tertio loco ſymbola *Bickenbachia* ab Erpachiis geſtata, quæ ſunt in ſcuto rubeo duplex ordo rhombulorum argenteorum in Baltheos contiguos diſpoſitorum: Clypeo inſidebat inter alas ſymbolo ſcutario pictas equus frenatus candidus, ſedentis ſpecie. Conf. Wapenb. P. 2. p. 29. titulo Bickebach.

Emta Dynaſtia ab Erpachiis. §. X. Videri autem poſſet hoc ſymbolum Erpachiis matrimonio *Margaretæ Bickebachiæ*, atque *Conradi Erpacenſis* obtigiſſe. Sed ſecus habet, quod enim ex documentis Domus edoctus ſum, ultimus Bickenbachii dynaſta *Conradus*, quia filius *Conradus* junior mente æger & regimini ineptus erat, omnia bona ſua & allodialia & conſenſu Dominorum feuda genero *Alberto Comiti Mansfeldiæ* ejusque conjugi reliquit, ea conditione, ut ab ipſis filius Conradus ad dies vitæ aleretur; ita Conrado patre mortuo Albertus uxorio nomine poſſeſſionem addiit. Alberto mortuo tutores liberorum ejus dynaſtiam cum omnibus, quæ ad eam ſpectabant, conſentiente feudi Domino, nempe Moguntino Electore, 1470 Eraſmo Erpachio 7700. flor. vendidere. Ita hoc dominium ad domum emtionis titulo devenit.

Iterum amiſſa ab Haſſis. §. XI. Verum parum ultra triginta annos Erpachii graviſi ſunt: nam 1504. in bello Bavarico, Haſſiæ Landgravius, quo Erpachii nomen ſuum literis diffidationis (ſeu denunciationis bellicæ, Fehde-brieff/) inſeri paſſi eſſent, adeoque Cæſaream Majeſtatem violaſſent, caſatus, armis quæ Erpachiorum erant, dynaſtiam *Bickenbach, Præfecturas Schœmberg, Dannberg, Iugenheim, & dimidiam Præfecturam Habizheim* eis ademit. Quamvis vero & alii Erpachios ut inſontes excularent, & ipſe Imp. teſtimonio ſuo 1507, eos abſolveret, non tamen aliud obtineri potuit, quam ut reliqua quidem redderentur; Bickenbachium autem cum 62. vaſallis, omni abdicato jure, titulo & inſignibus, recepta viciſſim aliqua pecuniæ ſumma, Erpachii Haſſis cederent. Vidi deſignationem 1554. à Comite Eberhardo factam, qua computatis omnibus damna eo bello ſibi illata eo tempore jam 154000. flor. æſtimavit. Ita teſſera hæc denuo ex ſcuto gentili expuncta eſt.

CAPUT XXIV.

Duces Eſtrei.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo & ſeries.*
2. *Eſtree, Ducatus.*
3. *La Cauchie.*
4. *Galeæ.*
5. *Tituli.*

§. I.

Familiæ origo & ſeries. ILluſtriſſima *Eſtrea* Bononienſis agri *primorum Baronum* & *Seneſcallorum* familia apud *P. Anſeaume Palais de l'honn. p. 391.* refertur ad *Antonium Eſtreum Dn. de Vallieu*, patrem alius *Antonii*, avum *Ioannis*, qui *Cœuvres* acquiſivit, rei tormentariæ præfectus

fectus fuit, & geſtis celebre nomen meruit. Hoc natus eſt *Antonius* iterum tormentariæ rei præfectus, pater præter *Gabrielidem Ducissam de Beaufort*, quæ ex Henrico IV. Rege *Vindocinos* genuit, *Franciſci Annibalis M. de Cœuvres*, *Com. de Nantueil*, & legationibus & bellicis expeditionibus celebris viri: qui *primus Mareſcallus Franciæ*, & demum *Ducali* axiomate ornatus, 1670. vivis exceſſit: pater *Franciſci Annibalis*, qui nunc Dux eſt, *Cæſaris Epiſcopi* & *Ducis Laudunenſis*, atque ab anno 1671. *Cardinalis*, & Joannis *Dom. d' Eſtrees*, Viceadmiralis Franciæ.

§. II. Scuto Dux utitur quadripertito; & quidem prima areola & quarta *argentea cancellis nigris clathrata viſitur*, cum *capite aureo tribus nigris merulis* exarato; quæ ipſa gentilis teſſera eſt. Cæterum ſub titulo *Eſtreo* Marchionatus de *Cœuvres* in Sveſſionenſi agro *Pariatus* & *Ducali* axiomate ornatus eſt 1645. ſed à curia rathibita dignitas 1663. Eſtree. Ducatus.

§. III. Laterculus ſecundus & tertius *aureus leone* inſignitur *cæruleo*, cujus *corona, falcula & lingua rubent*. Hoc ſymbolo deſignatur Dominium *la Cauchie* Bononienſi agro, quod *Antonio II.* marito heres ejus *Ioanna* attulit. La Cauchie.

§. IV. Galea imponitur coronata, ſed ei alium impoſitum apicem non vidi. Laciniæ tinguntur auro, argento & nigro colore. Galeæ.

§. V. Titulus eſt: *Dux d' Eſtrees, Par Franciæ*, *March. de Cœuvres*, C. *de Nanteuil*, *primus Baro & Seneſchallus Bononienſis agri*, *Vicecomes de Soiſſons & de Pierrefonds*. Horum vero ſingulorum rationem edere neſcio. Tituli.

CAPUT XXV.

Foxii. Duc. de Rendan.

ARGUMENTUM.

1. *Gentis origo. Succeſſio. Albigenſes.*
2. *Nova ſtirps Foxiorum ex Dominis de Greilly. Succeſſio in regnum Navarræ. Ramus Candalius & Flexius.*
3. *Ducis ſcutum.*
4. *Foxia gens.*
5. *Vaccæ Bearnenſium unde?*
6. *Bearnenſes Vicecomites. Hereditas ad Gabaretios. Moncadas. Foxios.*
7. *Apex.*
8. *Tituli.*

§. I.

ILluſtri ſplendore antiquitatis, rerum geſtarum & aliorum decorum nulla facile Illuſtriſſimam *Foxiam* gentem ſuperat. Eam ad *Arnoldum Comitem Carcaſſonæ* ſeculo decimo referunt, qui pater fuerit *Ottonis Com. Reddarum ſeu de Razez* atque *Rogerii Com. Carcaſſonæ* & *Fuxi* ſeu Fluſſatum ſeu Fluſtatum. Hoc nati *Raymundus Comes Carcaſſonæ* (pater *Ermengardis* ſeu *Mimgardis*, quæ *Rogerio Bernardo Trincavellio Vicecõ. Biterrenſi* ſeu *Bezierio* nupſit, qui ob hoc Carcaſſonenſem Comitatum ſibi vindicavit, ſed ob eum cum Raymundo Berengario Com. Barcinonis contendere neceſſe habuit: ej' etiam poſteri eundem comitatum aſſeruere, & aliquando à Barcinonenſibus ad homagium coacti ſunt, demum Raymundi Rogerii, qui, cum Albigenſibus faviſſet, captus in carcere interiit, filius Raymundus Trencavellus omnia Simoni Monfortio 1211. & demum 1217. regi Ludovico cedere coactus eſt,) & *Bernardus Comes Conſerannorum atque Foxenſis*, qui filiam *Stephaniam* habuit Garſiæ Regis Navarræ thoro dignam habitam, atque *Rogerium Com. Foxenſem*, qui expeditioni Orientali interfuit: Hujus abnepos *Raymundus Rogerius*, qui ad Accaronem Turcam proceræ ſtaturæ ſtraverat, cum eo tempore *Albigenſes* in Papatu varios errores oſtendere cepiſſent, orientis lucis radiis convictus cum uxore ſua patri acceſſit, & ſe ducem etiam præbuit, ſed bis, inprimis poſt 1213. acceptam cladem, ſe ſubmittere coactus eſt; Filius *Rogerius Bernardus* itidem Albigenſium ſectatus partes, regis Ludovici iram in ſe irritavit, qui peculiari expeditione in eum movit, ut ſupplex fieri cogeretur. Tanta eo tempore vis cleri Papæi erat, ut omnes facile armaret adverſus quoscunque, qui ejus potentiæ cœca obedientia ſe ſubmittere reculaſſent, & purioribus oculis veritatẽ intueri amarent, quod de Albigenſib' illis credimus, qui infinitis quidem ab hoſtibus ſuis proſciſſi ſunt convitiis & calumniis. Unde gentis non dedecus ſed decus Gentis origo. Succeſſio. Albigenſes

eſt, tales majores habuiſſe, qui in tenebris tam ſpiſſis nonnihil clari viderũt. Rogerii Bernardi nepos vel pronepos fuit *Rogerius Bernardus V.* qui præter hereditatem *Bearnii*, quæ ab uxore obtigit, à Philippo audace rege, cui prius inobediens fuerat, ſed in gratiam receptus eſt, totius fere Aquitaniæ præfectus conſtitutus, & 1306. mortuus eſt; Sororem habuit *Eſclarmundam* Jacobi Aragonii regis Balearium uxorem, filium autem *Gaſtonem*, quo nati *Gaſto II. & Rogerius Bernardus*; *ille* Gubernator Aquitaniæ, qui Vicecomitatum *Lautrecanum* emit, *Gaſtonem Phœbum* genuit, principem aulæ, magnificẽtia celebrem, qui 1390. deceſſit nulla legitima prole relicta, nam filius *Gaſto Phœbus*, quod capſulam veneno plenam, cujus vim eſſo perſuaſus erat, ut matri cum qua diſſidebat, hic conciliaretur, patri porrexiſſet, tanquam veneficii reus cuſtodiæ datus perierat ante patrem. *Huic* (Rogerius Bernardus) *Vicecomes de Caſtelbon* alium *Rogerium Bernardum* genuit, patrem *Matthæi* qui poſt Gaſtonis Phœbi mortem *Comes Foxii* fuit, ſed ex *Joanna* Joannis Aragonii regis filia, cujus cauſa fruſtra regnum illud affectavit, nulla relicta ſobole 1399 extinctus eſt marium ultimus, & *Iſabellæ* ſeu *Eliſabethæ*, quæ *Archibaldo* ſeu *Archenbaldo Captali de Buch* nupta novam gentem *Foxiorum* orta eſt.

Nova ſtirps Foxiorum ex Dominis de Greilly

§. II. Novæ hujus Foxiæ gentis origo in obſcuro diu fuiſſe apparet, donec eam Celeb. Sabaudicæ Genealogiæ ſcriptor *Samuel Guichenonius*, claræ luci exponeret. Refertur ea indubiis teſtibus ad *Girardum Dn. de Greilly* in Gabienſi tractu non procul Geneva (*païs de Gex*) qui circa 1120. vixit, hoc natus *Joannes*, eo alius *Joannes*, pater *tertii*, quo genitus *Petrus*: quem patrem habuit *Joannes Dn. de Greilly & de Rolle*, qui primus ad Aquitanos tranſtuliſſe fortunæ ſedem videtur, factus pro Edoardo R. Angliæ 1307. *Guiennæ Seneſchallus*, *Vicecomes de Benauges & de Caſtillon*: hujus filius *Joannes* ex priori Foxia gente *Blancam* Gaſtonis Com. Foxii & Vicecom. Bearnenſis filiam uxorem habuit, unde geniti *Petrus* & *Joannes*, hic Dominus de *Langon* fator eſt Dominorum *de Greilly*, *de Ville le grand*, *& de Veygie* in Sabaudia, ille *Petrus Vicecomes de Benauges & de Caſtillon*, ab uxore *Aſſalida Burdegalenſi Captalis Buſſiorum* ſeu *Bajorum* ſeu *Boatum* (Captal de Buch. Fourn. Notit. orb. Geogr. 6, 28. vocat *Captumbuſium*) genuit *Ioannem*, alius *Ioannis* patrem, atque *Archenbaldum* maritum præfatæ *Iſabellæ Foxiæ*, ad quam hereditas prioris ſtirpis delapſa erat: illis parentibus nati *Ioannes Comes Foxius* (pater *Gaſtonis*, qui Leonoram Joannis Aragoniæ & Blancæ Navetræ regum filiam uxorem habuit, atque ita regium genti decus intulit, unde natus præter alios *Gaſto*, reliquit *Franciſcum Phœbum regem Navarræ*, qui 1483. obiit, atq; *Catharinam*, à qua ad *Albretanos* & per hos ad Borboniam gentem regesque Franciæ regnũ Navarræ delatum eſt) & *Gaſto Foxius Captalis Buchii*, Comes de Longueville, Baro de Gurſon, Dn. de Greilly, Ville le grand, la Rolle & Meillein Aragonia, pater *Ioahnis*, qui ex Margaretha Suffolcia de Pol *Comite Candalæ*, *Ioannem* genuit *Candalæ*, & *Benaugii Comitem*, genitorem præter alios *Gaſtonis*, à quo deſcendunt & *Candalius ramus*, qui in *Margaretha* pronepte defecit *Ioannis Ludovici de Nogaret de La Valette Ducis Eſpernonii* conjuge (vid. L. 1. c. 66. ubi n. 10 illud deleri rogo, quando inter affinitates Foxias *de Bourdeaux Puypaulin* mentionem nullibi reperiri aſſerueram; nam Petro Dn. de Greilly Captali de Buch, quod ſupra dixi, Aſſalida ſeu Aſſalie de Bourdeaux Dn. de Puypaulin nupſit) & *Flexius* (de Fleix ſeu Flers) in quo *Iohan. Baptiſta Gaſton de Foix Com. de Fleix* 1646 ad Mardick trucidatus filios habuit *Ioh. Baptiſtam Gaſtonem de Candale D. Rendanum*, qui 1665. extinctus eſt, relicta filia *Maria*, quæ biennio poſt patrem ſecuta, *Henricum Franciſcum Foxium D. Rendanum*, & qui nunc Dux eſt *Henricus Carolum*.

Succeſſio in regnum Navarræ.

Ramus Candalius & Flexius.

Ducis ſcutum.

§. III. Ducis Rendani ſcutum quadripertitum eſt. Prima & quarta quadra *aurea tres palos* defert *rubeos*. Secunda & tertia *aurea* binas *vaccas rubeas*, *cornibus*, *unguli*, *jugis* & *tintinnabulis è collo dependentibus cyaneo* colore tinctis. Alii tamen minio cornua inficiunt.

Foxiagens

§. IV. Pali notant *Foxium Comitatum* vel familiam. Et quidem creduntur illi ex Barcinonenſium comitum ſcuto mutuo ſumti; quia antequam certiora de gentis Foxiæ origine inveſtigarentur, apud *Froiſſardum* ea è Barcinonenſibus derivari amabat. Quæ ſpecies diſcerniculi foret, numero figurarum imminuto, ſi deductio illa

illa fundamento non careret. vid. supra P. 1. c. 8. Verum enim vero in superius allegata Genealogia, quam incerta conjectura acquiescere malo.

§. v. *Vaccæ* symbolum sunt *Bearni* seu *Benearni* in Pyreneis siti Principatus. Ratio harum non una allegatur. Aliqui (*Guilh. Paradino* autore) credunt notari ita antiquum nomen Vaccæorum, ex quib° Bearnenses. Alii cum Labourerio fertilem rei pecuariæ provinciam designari existimant, in qua vaccarum proventus sit uberrimus. vide quæ supra in hanc rem P. 1. c. 8. n. 15. notavimus. Aliam rationem traditio fert, incidisse *Rogerium Foxium* Comitem in corpus *S. Volusiani* Vasconum Apostoli ab Arianis occisi, illudque vehiculo suo quod duæ Vaccæ trahebant impositum ad locum sepulturæ deduxisse (vid supra P. 1. c 2. n. 45.) sed quæ conditio plerarumque traditionum hujus generis est, *Oront. Fine de Brianv. jeu d' Arm.* p. 33. fabellis hoc jactatum miraculum recte annumerat. Vaccæ Bearnenſium unde?

§. vi. Quod hunc *Bearnensem Principatum* attinet, suos ille olim habuit *Vicecomites*, ex quibus *Centullus* memoratur mortuus 940. & quidem oriundus fuisse ex prosapia *Lupi Centulli Vasconum Ducis*, qui 820. vixerat. Trinepos Centulli fuit *Centullus IV. Vicecomes*, qui è secunda uxore *Beatrice hærede Bernardi Comitis Bigerronum* successionem Comitatus hujus nominis suis filiis acquisivit, sed non semel à fœmella in alias stirpes ille delatus est titulus: Ex prima uxore Centullus *Gastonem IV.* suscepit, quo orientali expeditioni interfuit, & 1131. in Hispania bello contra Mauros cecidit, patèr *Centulli V.* qui itidem 1134. cæsus est à Mauris ad Fragam, atque *Guiscardis*, quæ *Petro II. Vicecom. de Gabareto* seu *de Gaverdon* nupta successionem transmisit ad nepotem ex filio Petro præmortuo *Gastonem V. Vicecomitem*, qui 1160. moriens sororem *Mariam* habuit hæredem uxorem *Guilhelmi Moncadæ*, ex Celeberrima gente: his nati *Gasto VI.* seu *bonus*, *Guilelmus Raymundus Vicecomes*, & *Petrus* à quo *Moncadæ* reliqui. Guilelmi Raymundi filius fuit *Wilhelmus*, nepos *Gasto VII.* qui 1290. moriens mares iterum clausit, hereditate transmissa ad filiam *Margaretam* uxorem *Rogerii Bernardi V. Com. Foxii*, excluso genero alio ex *Amata* seu *Matha* filia *Geraldo C. Armeniacensi* nupta, quod ab eo tempore necessitatis bellicæ desertus fuisset: nec Armeniacensis etiam armis ob hoc adversum Foxium gestis aliquid profecit. Ex eo tempore Foxia Bearnensibus armis conjuncta fuere, atque ita ad hunc etiam Candalio Flexium ramum transmissa. Bearnenſes Vicecomites. Hereditas ad Gabaretios. Moncadas Foxios.

§. vii. Apicem Duci dant galeæ coronatæ impositum *caput vaccæ rubeum*: laciniias aureas & coccineas: telamones duos leones. Verum *Ioannes Com. Foxius*, prout Avenione in sacello Cardinalis Foxii, quod in Cælestinorum templo est, repræsentatur teste *Geliot. indic. arm. voce Volbanneret* p. 646. galeam diademate tortili texit, ex quo inter duas alas ad modum veterum scutorum formatas (quas *vol banneret* vocant) & Foxiis pictas palis prospicit caput vaccæ rubeum, cornibus, jugo & tintinnabulo cæruleis. Scutum tenebat draco, cujus caput in galea reconditur, expansæ vero alæ loco laciniarum sunt, & palis Foxiis iterum ornantur. Apex.

§. viii. Tituli sunt: *De Foix, Par Franciæ, Dux de Rendan, Princeps Captalis de Buch*, *Marchio de Senecey*, *Comes du Fleix* seu *Flers*, *de Beaufremont & de Candale*. Quod attinet *Rendan*, Joannis de Polignac Dn. de Rendan filia *Anna*, fœmina multa virtutis gloria illustris, Dominium attulit marito Francisco II. Com. de la Rochefoucaud, unde filius secundus Carolus Rupifulcaudius fuit *Comes de Rendan*, Comitatus titulo Dynastiæ acquisito 1566. pater *Ioh. Ludovici Com. Rendani*, quo nata *Maria Catharina* seu *Clara Catharina* uxor *Henrici de Beaufremont, March. de Senecey*, quæ sua cura Christianissimum regem Ludovicum XIV. educavit, & ut comitatui *Ducatus* atque *Pariatus* axioma 1663 accedente curiæ approbatione inderetur meruit. Ab his parentibus habet *Maria Clara Ioh. Baptistæ Gastonis Foxii Com. de Flers* uxor, Ducis mater. Titulus *Captal de Buch*, ab *Assilida Burdegalensi Dn. de Puypaulin & de Chasteauneuf* allatus est marito *Petro Dn. de Greilly, Vicecomiti de Benauges & Castillon*, à quibus filius habuit *Ioannes*, & nepos *Ioannes* qui annus patruum heredem instituit, alia licet matre natum, *Archenbaldum*, inter hujus filios cum *Ioannes* Foxium & Bigerronum Comitatus atq; Benearnum haberet, *Gasto* alter Captalis de Buch dictus est, & hanc etiam dignitatem ad posteros transmisit. Ex dictis apparet etiam ratio tituli de *Beaufremont & de Senecey*. Tituli.

CAPUT XXVI.

Dom. & Baron. de Frauenberg, Com. de Hag.

ARGUMENTUM.

1. *Familia Frauenberg. Quatuor Imperii Equites. Genealogia. Linea Hagenſis. Maſſenhauſia.*
2. *Lazii error.*
3. *Succeſſio lineæ Prunnenſis. Comitatus dignitas.*
4. *Frauenbergia ſeu Fronbergia linea. Barones.*
5. *Scutum Com. ab Hag. Succeſſio. Nunc penes D. Bavaria.*
6. *Apex.*
7. *Diſpoſitio apud Bucelinum.*
8. *Scutum lineæ Frauenbergiæ.*
9. *Apex.*
10. *Henningeſii error.*
11. *In matricula non amplius reperiuntur.*
12. *Frauenbergii Svevia.*

§. I.

Familia Frauenberg. PErilluſtris familia *Frauenbergiorum* in Bavaria, inter quatuor *equites* (ſeu ut *P. de Andlo* vocat *ſt renuiſſimos milites, proceres* aut *valvaſores*) *Imperii hereditarios* (de quorum quaternionum origine & autoritate videatur *Ioh. Limn. jur. publ. 1, 7.*) re-

Quatuor Imperii Equites. fertur, & familiis *Andloviæ, Strandeckiæ* & *Meldingiæ* additur. Unde etiam in ſubſcriptione Comit. Ratiſpon. *1557.* additur nomini *Caroli Frauenbergii*, deß Heil. Römiſchen Reichs Erbritter. ex ea apud *Gabr. Bucelin. Germ. Tom. III.* p. 150. memoratur *Henricus* in torneamentis *Rotenburg. 948.* Poſt quem in ludorum equeſtrum hiſtoria plures adhuc recenſentur. Juſta ſeries Genealogica apud *Bucelin.* & *Henning. Theatr. T. 3. P. 1. p. 509.* incipit à *Seifrido de Frauenberg*, qui *Hagenſem* dynaſtiam ſeu comitatum eſt nactus, & *Ottonem* fratrem habuit 1251. Hoc *Bertholdus* natus eſt, qui

Linea Hagenſis. 1276. vitam clauſit, pater *Seifridi* atque *Wittilonis*, à quo lineæ duæ, illa *Hagenſis*, haec *Frauenbergia. Seifrido* nati *Conradus*, *Sigfridus*, *Ioannes*, *Bertholdus*. Ex his *Conradus* curiæ Ludovici Bavarici March. Brandenburgici Magiſter, *Wilhelmum* genuit, utriusque Bavariæ præſidem, bellis etiam celebrem, atque *Chriſtianum*, qui 1392. primus Bavaricum fœdus conſtituit, pater *Georgii*, qui lineam terminavit, monaſterio *Ramſau* fundato 1414. & caſtro *Eck* Bavariæ Ducibus vendito; *Ioannes* vero Conradi frater reliquos *Hagenſes Dominos* propagavit, pater *Ioannis*, avus *Stephani*, qui ex *Lucia de Achdorf*, vel potius apud *Henning.* de *Maſſenhauſen* genuit *Georgium* & *Ioannem*,

Maſſenhauſia. *iſtum* patrem *Georgii*, primi ex gratia Friderici Imp. *Liberi Baronis*, avum autem *Wolfgangi*, qui 1474. in Philippi Electoris Palatini nuptiis, ludo equeſtri occubuit, relicta tantum filia *Cunigũdi*, quæ *Wolfgango Com. in Hag* agnato nupſit, *hunc* (Joannes) Dominum in *Maſſenhauſen*, quo natus *Ioannes junior*, *Baro* creatus 1462. qui cum filias tantum haberet, agnatum *Sigismundum* hæredem *Comitatus Hagenſis* inſtituit, vidua vero *Anna Mareſcalla Pappenheimia* 1477. *Maſſenhauſen* Ludovico D. Bavariæ vendidit.

Lazii error. §. II. Ex hac deductione liquet, *Wolfgang. Lazium* labi, cum L. 7. p. 313. *Franciſcum* circa 1468. extinctæ priori familiæ jure feudi à Ducib⁹ Bavariæ impetrato ſucceſſiſſe, eum vero ex *Svevica* nobilitate, gentis equitum de *Freyburg* fuiſſe tradit. Quosidem antiquiores enumerat Comites, *Hartvvicum* 1140, *Sigfridum*, *Eckenbertum*, & *Bernhardum* 1176. *VVernerum* & *Hermodum* 1186. *Eckenbertum II.* quem tamen Comitem de *Hagenau* nuncupat 1213. ex antiquiori ſtirpe fuiſſe, non dubito, quam *Gurrorum* agnomen geſſiſſe, mox audiemus.

Succeſſio lineæ Prunnenſis. §. III. Porro *Sigismundus*, quem dixi à Joanne agnato heredem Hagii relictum eſſe, abavum habuerat *Joannem de Frauenberg & Hag, Dn. in Prunn 1311.* Hic quibus intermediis ad *Seifridum Hagienſium* autorem referatur, non adeo liquidum eſt, habuit vero filium *Joannem L. Bar. de Frauenberg & Prunn*, nepotem *Hippolytum* ſeu *Hiltpoldum*, aulæ Bavaricæ præfectum. Hippolyto natus eſt *Joannes*, vir ſuo ævo Clariſſimus, ſupremus aulæ Bavaricæ præfectus, & legatus in Galliam, qui 1478. moriens

Comitatꝰ dignitas. reliquit *Sigismundum*, quod antea dixi, *Joannis in Maſſenhauſen* agnati heredem in *Hagia* dynaſtia, cujus *Comes 1509.* ob eximia merita à Maximiliano Auguſto creatus

& 1512,

& 1512. *Spirenſis Cameræ Judex* conſtitutus eſt: Eo geniti *Wolfgangus* & *Leonhardus*, hoc *Ladislaus* & *Leonhardus*, quorum prior totam lineam marium 1567. morte ſua terminavit.

§. IV. Hæc linea fuit Hagenſis: *Frauenbergia* (quam ſub nomine ingenuorum à *Fronberg* paulo aliter & confuſius recenſet *W. Zazius de migr. gent. L. 7 p. 345.* & ex eo repetit *Henning. Theatr. T. 3. P. 2. p. 534. 535.* Aliquam etiam lineam vocat *Mareſcallorum de Dornſperg*) à *Wittilone* propagata eſt, patre *Thomæ* & *Wictichij*, illius poſteritas in tertio fere gradu defecit, hic *Sigismundum* genuit ſatorem lineæ in *Hubenſtein*, quã nepos *Warmundus* 1317. videtur terminaſſe, & *Joannẽ* cognomento *Opulentum*. Hunc patrem habuere *Chriſtianus*, cujus pronepos *Joachimus* lineam finivit, & *Wilhelmus*, præter alios *Chriſtophori* pater, quo genitus eſt *Wilhelmus*, hoc *Vitus* Epiſcopus *Ratiſponæ* 1563. & *Joannes Petrus*, Joanne Petro *Ioannes Georgius*, pater *Caroli Baronis de Frauenberg*, qui *Ioannem Victorem* reliquit, Frauenbergii Baronem, cui Bucelinus ſua conſecravit. Frauenbergia ſeu Fronsbergia linea.

§. V. Quod inſignia attinet: Scutum Comitum *ab Hag* videre eſt in Armoriali P. 2. pag. 9. videlicet *rubeum*, in quo *equus* erigitur *argenteus frenatus*. Hæc teſſera eſt *Hagienſis*, forte paronomaſtica, nam à familia *Gurrorum* (die Gurren) ad Frauenbergios Hagia devenit, *Sigfridi* ut Bucelinus opinatur uxore *Eliſabetha* ex illa ſtirpe orta. Ab his ergo equum hunc primitus uſurpatum credo: Inter equorum autem nomina vernaculo idiomate uſitatum hoc etiam eſt Gurrn. Porro dynaſtia, ab arce non procul Oeno inter Oberndorf & Crayburg nomen trahens, inter Seifridi ſeu Sigfridi, qui quod audivimus primus eam obtinuerat, & ab Henning. vocatur *Comes in Gurrenbag*, nepotes ad *Seifridum II.* delata eſt. Inter filios *Conradus* à fratre Seifrido partem ſuam in Hagemit 1359. 4400 florenis. Inde ad alteram lineam translata eſt, donec *Ioannes* ultimus *Sigismundum* agnatum heredem haberet. Hic in *Comitum* dignitatem evectus eſt, ſed titulo illo non uſus, ut nec filii ſed nepotes, in quibus cum *Ladislaus*, Regi Franciſco adhæſiſſet, dimidiam partem Comitatus Carolus V. ei ademit, & *Balthaſari de Rabenſtein* addixit. Demum interceſſione Bavariæ Ducum Cæſari reconciliatus eſt, & ſua recepit, numeratis Rabenſteinio 5000. florenis. Demum iſto ſine liberis mortuo Comitatus ut feudum imperii translatum eſt ad *Duces Bavarie* à Maximiliano II. Imp. qui tamen heredibus maximam pecuniæ ſummam numerarunt. Ex eo tempore Bavari ſuffragium in *Comitum Collegio* hujus Comitatus cauſa ferre, *Svevico ſcamno* aſcripti, ſolent, & Comitiorum receſſibus ſubſcribunt. Scutum C. ab Hag. Succeſſio. Nunc penes D. Bavariæ.

§. VI. Huic ſcuto illum *apicem* tribuit Lib. armor. P. 2. p. 9. ut ex coronata galea, exurgat *imago muliebris coronata cæruleo amictu*, quæ manibus ſurſum porrecti coronæ ſuæ imponit pileum turbinatum rubeum, coronatũ & pavoninis pennis faſtigiatum, ora reducta argentea. Laciniæ etiam ſunt ex argento & cocco. Apex.

§. VII. In Bucelini libro ſcutum *Hagiæ* Comitum quadripertitum pingitur, equo in primam & quartam areolam locato: ſecundam autem & tertiam percurrit palus, videlicet rubeam argenteus. Nec dubito ita geſtaſſe Comites illos. Hic enim palus eſt teſſera Frauenbergia. Diſpoſitio apud Bucelinum.

§. VIII. Quod ad *Frauenbergium* ipſum ramum attinet, ejus clypeus à *Sibmach.* inter *Equites Bavarie* refertur P. 1. pag. 79. Videlicet idem, quem modo ex Bucelino Hagienſibus tributum audivimus, niſi quod laterculorum inverſus eſt ordo. Hic enim palus primum & extremum locum, medium equus tenet: Quo uti *Frauenbergij* potuere, ipſi etiam à Seifrido orti, ad quem dominium iſtud devolutum erat. Scutum lineæ Frauenbergiæ.

§. IX. Scuto imponuntur duæ galeæ, prior tegitur pileo turbinato rubeo, coronato & pennis pavoninis faſtigiato, ora reducta argentea. Qui proprius eſt apex *Frauenbergiorum*, & ob hoc ab Hagienſibus §. 5. etiam geſtatus, quem virginea imago ſupra caput attolleret: Poſterior galea ſuſtinet κεφαλὴν equi ſcutarii frenati, quam perforat aurea linea transverſa, cujus extrema iterum ſuſtinent bacillos ex eodem metallo ſurſum erectos, coronatos & pennis pavoninis ſupra coronulas ornatos. Hunc apicem aliquando *Hagienſium* fuiſſe non dubito, ſicuti alias etiam apices mutare priſcis non inſolitum fuit. Laciniæ ſunt argenteæ & coccineæ. Apex.

§. X. In

Henningeſii error.

§. X. In Henning.uti pag.509.vera teſſera Frauenbergiorum apparet ; ita quam p. 512. Frauenbergiis ab Hag in Prunn tribuit, fallit, potius *Freibergÿs* debita, ut alibi videmus.

In Matricula non amplius reperiuntur.

§. XI. *Frauenbergi Equites* apud M. Zeiler. Itin. Germ. P.2.p.33. inter eos referuntur , qui in matricula non amplius reperiuntur , ſed ad eam ſpectaverint.

Frauenberg adelich geſchlecht.

Frauenbergii Sveviæ.

§. XII. Diſtinguenda vero ut eſt hæc *Fraunbergia* ſeu *Frauenbergia* Bavarica familia ab altera *Fravvenbergia* ſeu *Frovvenbergia* Suevica, quæ in **Wapenb.** P.1.p.115. ſcuto uſa eſt bipertito linea diagonali ex ſiniſtro ſuperiori angulo ducta , ſuperiori parte rubea, inferiori argentea: Galea tegitur mitra Epiſcopali ſimili ſcutaria ſectione tincta : Laciniis dependentibus ex argento & cocco. Cujus familiæ mentionem facit *Cruſ.annal.Suev.Paralipom.*p.18.& 93.

CAPUT XXVII.

Barones in Fraunhofen ſeu Fronhoven.

ARGUMENTUM.

1. *Conditio. Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*

§. I.

Conditio.

MArt. Zeiler. Itin. German. P. 2. pag. 33. *Barones de Fraunhofen* ſeu *Fronhofen* in Bavaria refert inter eos, qui ad imperii onera nihil contribuant, quamvis feuda habeant Cæſarea, & ad Comitia vocentur. Eorum vero Genealogicam deſcriptionem orditur ex *Lazÿ migr.gent.L.7.pag.338. Henningeſ.Theatr.gen.T.3. P. 1. p. 527.* à *Caſpare* qui 1310. floruit, pater ex Sophia Com. Zollerenſi *Georgÿ*, hic avus fuit *Wilhelmi II.* qui *Claram Com. Montfortiam* in matrimonio habuit: his natus *Theſeus*, pater *Joannis, Georgÿ & Martini*, à quibus lineæ, ſed earum reliquam deductionem ſupplere nequeo.

Familia.

Scutum.

§. II. In *Sibmach.* **Wapenb.** P.1 p.25. ſcutum tribuitur quadripertitum , cujus prima & quarta areola *rubea* defert *palum argenteum*. *Lazius* ita eloquitur : *in rubea inſignibus per longum ſectio candida tranſit.* Secunda & tertia *aurea bina cornua venatoria nigra* continet. Palum gentilem teſſeram eſſe reor, & aliis peritioribus æſtimandum relinquo, an cum *Frauenbergÿs* eadem hæc olim familia fuerit, qui ſimili palo uſi ſunt. Cornua venatoria aliunde accerſita oportet.

Apex.

§. III. Clypeo imponuntur duæ galeæ: prior coronata hermam ſuſtinet nigrum ſed cornutum auro: alteri incumbit cornu venatorium nigrum , cujo ligaturæ imponitur faſciculus pavoninarum pennarum: Phaleræ dependent hinc argenteæ & coccineæ, iſthinc atræ & aureæ.

CAPUT XXVIII.

De Freundsberg ſeu *Fronsberg Bar. Dom. de Mindelheim.*

ARGUMENTUM.

1. *Freundsbergia ſ. Fronsbergia familia. Linea.*
2. *Scutum.*
3. *Galea.*
4. *Tituli Georgÿ clariſſima decora.*
5. *Mindelheim Dominium ab Hochſchlizios. Ad Teccenſes. Rechbergios. Fronsbergios. Bavaros.*

§. I.

Freundsbergia ſeu Fronsbergia familia

GEneroſa ſtirps *Freundsbergia* ſeu *Frundsbergia* ſeu *Fronsbergia* inter Sueviæ illuſtres numeratur. Eam *Henning.Theatr.T.3.P.1.p.447.* ut fere ſolet ex *Lazio de migr. gent, L.8.p.468.* exhibet , ſed altius ascendit *G. Bucelin. Germ. P. 2. in appendice* primum ejus autorem conſtituens *Vdalricum*, qui 969. ludis equeſtribus Mersburgicis interfuerit, pater *Albani* circa 1000. avus *Ehrenfridi*, quo alius *Vdalricus* natus eſt ,

à quo

à quo geniti *Henricus, Vdalricus II.* (hunc autorem ſtirpis in ipſo opere conſtitue rat & *Meinhardus*, totidem linearum capita. *Henrici* progenies dicta de *Strasberg* videtur defeciſſe in *Ioanne* & *Conrado III.* qui 1388. mortuus eſt; *Meinhardi* autem poſteritas videtur cognomen in *Thierberg* & *Schindelberg* habuiſſe, & in tertia generatione defeciſſe. *Vdalrici* abnepos fuit *Sigismundus de Freundsberg liber Baro*: pater *Vlrici*, qui Svevici fœderis autor & capitaneus fuit, atque à ſocero Berone vel uxoris *Barbaræ Rechbergiæ* fratribus 1467. (vel 1487. Cruſ. annal. Svev. P. 3. L. 7. c. 4. pag. 379.) Dominium *Mindelheim* emit, & 1501. mortuus eſt. Pater hic fuit præter *Vlricum Epiſcopum Tridentinum*, quem vero Bucelinus neſcit, & *Thomam*, alterius *Thomæ* patrem, inprimis celeberrimi bellici Ducis *Georgii Fronsbergii*, qui 1528. mortuus eſt. Ejus filio *Caſpare* paternæ militaris diſciplinæ herede natus eſt *Georgius*, qui Caroli V. & Philippi Hiſpaniæ regis auſpiciis militavit, & ſua morte 1586. gentem clauſit. Lineæ.

§. II. Inſignia repræſentantur in *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 25. quadripertita. Primo & quarto laterculo *nigro* inſeritur *ſtruthiocamelus* ex *auro, ſoleam ferream argentatam* mordens. Secunda & tertia areola *aurea*, refert *monticulum ſex collium nigrum*. In Hennige l. cit ordo areolarum invertitur. Scutum

§. III. Galeæ ſcuto inſiſtunt duæ. Prior coronata ſuſtinet *cycnum aureum alas argentatas* elevantem. Altera (cui in Henning. itidem imponitur corona) ornatur duobus *cornibus aureis, quæ ligaminibus* (ſchlingen/) *nigris colligantur*, eorum autem ori & exteriori margini quini *ramuſculi foliati argentei* admoti conſpiciuntur. Laciniæ dependent aureæ & nigræ. Galeæ.

§. IV. Titulum *Georgio* ultimo illum vidi aſſignatum: de *Fronsberg Baro, Dn. in Mündelheim, Petersberg & Stezingen.* Quod vero ejus avum attinet, ævi ſui clariſſimus militiæ Dux fuit, & ſub Maximiliano atq; Carolo V. Auguſtis ſtipendia meruit, nemini fortitudine & in Dominos fide ſecundus, cui vitam exercitus integer ſervatus aliquando debuit, & qui ut honori Cæſaris & militum bono conſuleret, conjugis mundum & univerſum patrimonium oppignorare vel alienare non gravatus eſt Juſto prælio quindecies, extraordinaria autem acie ſupra vicies fortitudine maxima decertavit, membrorum vero robore & firmitate plane admirabili polluit. Ejus vitam & filii Caſparis deſcripſit libris 8. *Adamus Reuſnerus.* Conf. *M. Cruſ. annal. Svev. P. 3. L. 7. p. 439. 3, 10, 10. p. 570. 3, 11, 1. p. 598.* Tituli. Georgii clariſſimi decor.

§. V. Porro quando *Mündelheimii* Dominii ab oppido Algoiæ ad fl. Mundelfiti mentio facta eſt: ſciendum *Waltherum Hochſchlitzium de Kircheim apud Halden* 1365. factum *Dominum Mündelheimii*. Cui ſucceſſit *Fridericus Dux Teccenſis*, qui arcem condidit. vid. *Cruſ. annal. Svev. 3, 5, 7. p. 275.* Cæterum ille Waltherus factus Auguſtanus Epiſcopus ſuorum gentilium precibus motus *Mundelheimium* obſidione cepit, ſed in eadem periit. *Cruſ. annal. Svev. 3, 5, 8. pag. 278.* A Teccenſibus Ducibus cum deficerent, per fœminam ad *Rechbergios* delapſa eſt dynaſtia, cum eam Bernhardus ſeu Bero Rechbergius à cohæredibus emiſſet. A *Rechbergiis* iterum emiſſe *Vlricum* n. 1. diximus. Nunc in poteſtate *Bavariæ Ducis* eſt, qui eo nomine in dii eis imperii ſubſcribere ſolet. Mundelheim Dominium ad Hochſchlitzios. Ad Teccenſes. Rechbergios. Fronsbergios. Bavaros.

Caput XXIX.

Bar. de Gera.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Lineæ.*
2. *Scutum.*
3. *Scadel.*
4. *Galeæ.*
5. *Bona.*

§. I.

ILluſtres de *Gera* Barones *Hier. Henning. Theatr. T. 3. P. 1. p. 561.* poſt *VVolfg. Laz.* deducit ex *Georgio*, nobili ex *Oſtro-Francia* oriundo, cujus majores equeſtrem ordinē longa avorum ſerie ibidem tutati ſint: miſſum autem ab Epiſcopo *Bambergenſi* in *Carinthiam* ditionis præfectum factum, & caſtrum *Strasfried* conſecutum. *Gabr. Bu-* Familiæ origo.

celinus Germ.P.3.pag.52. huic patrem addit *Petrum à Gera* seu *Geravv* ex vetustissimis Geræ Dominis, (ita & ex Dresslero *M. Zeiler.itin.Germ.1.p.112.* hos Austriacos ex *Geranis* seu *Ruthenis* Geræ Dominis derivari vult,) qui cum filio *Georgio* 1471. Carinthiæ immigraverit, & alium ei addit filium *Ioannem.* Hunc Georgii filium mavult *Henninges*, & sine liberis 1480. mortuum perhibet. *Georgii* seu juxta Bucel. filius, seu ex *wilhelmo* (quod mallet Henning.) nepos fuit *Andreas.* Hic pater plurium fuit filiorum *Sigismundi, Baltasaris, Andreæ, Iodoci, Ioannis, Erasmi, wilhelmi.* A quibus divertæ ortæ sunt lineæ.

Lineæ.

§.II. Scuto utuntur quadripertito, uti est in *Sibmach* Wapenb. P.1.pag.26. Primus & ultimus laterculus *argenteus* insignitur *furca coccinea colliculo tricipiti nigro impositâ*: quæ gentilis est tessera.

Scutum.

§.III. Laterculus secundus & tertius *aureus* (ita *Sibmach.* sed rectius *argenteus*, quod aliunde habeo, & ratio postulat,) continet *cornua duo cervina inferius conjuncta nigra*, quorum tamen media pars *auro* iterum fulget. Ab illis qui accuratius observarunt didici, utrumque cornu nigrum *quinque dactylos* fruticosum, ex quibus cum reliqui pariter nigri sunt, ab imo proximus *auro* pingitur. Hoc *signum* fuit familiæ *Scædel* in Carinthia: quod jure conjugii Gerani ascivere: nam *Georgii Scödels* ex Margareta ab Edling filia Margareta *Ioanni Gerano* nupserat.

Scædel.

IV. Huic scuto insistunt duæ galeæ coronatæ, prior *Gerana*, cui inter alas expansas insistit furca scutaria tricolli monticulo imposita. Alarum autem prior superi⁹ nigra inferi⁹ auro pingitur, altera superi⁹ cocco, inferius argento fulget. Posterior Scœdelia sustinet hermam muliebrem aureo amictu & corona, ex qua prominent duo cornua cervina scutaria. Laciniæ hinc rubeæ sunt & argenteæ, istinc aureæ & atræ.

Galeæ.

§.V. Titulum expressum non vidi. Quod vero bona familiæ attinet, præter *Strasfried* Carinthiæ, cum ex Carinthia in Austriam venissent, ibi acquisivere sub Ferdinando I. & Maximiliano II. *wachsenburg*, inde *Eschelberg*, *Clement* & *Michelstetten*, nec non hypothecario jure *Freystatt*.

Bona.

Caput. XXX.

Bar. Gienger.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Alterorum Giengerorum tessera.*
4. *Apex.*

§. I.

Familia.

ILlustres *Giengeros*, olim equestri dignitate, inde *Baronum* titulo insignes *Hier. Henning. Theatr. T.III.P.1.* p.500. deducit à *Iacobo Giengero* prætore Ulmensi circa 1324. Cui inter alios filius fuit *Ioannes*, nepos *Damianus*, ex prima conjuge sedecim liberorum pater: ex quibus plures in Austriam commigrarunt: ita *Georgius* Ferdinandi I. intimus Consiliarius atque præfectus Laureacensis, Dominus in *Roteneck & Enseck* super. Austriæ, *Eitel Ioannes* præfectus ejusdem in Petersberg Tirolis, *Iacobus* Consiliarius & Vicedominus Austrię superioris, Dominus in *Grünpühel*, inferioris Austrię, *Leonardus* Ferdinandi junioris Archiducis quæstor & Archimagirus, *Antonius* Ferdinandi R. apud Viennam Architecturæ præfectus, *Cosmas* ejusdem Consiliarius & Dominus in *Wolfseck* (in superiori Austria, jure hypothecario) ac *Roteneck Wilhelmus* Consiliarius fisci superiorum Austriæ provinciarum, *Ioannes Georgius* præfectus in arce Petschach, *Bartholomeus* Maximiliani II. falconum Magister & Dn. in *Ranzenbach* inferioris Austriæ fuere. Ex his præcipue *Cosmæ* & *Iacobi* progenies duravere, ut videre est apud *Bucelin. Germ. T.3.p.53.*

Scutum.

§.II. Insignia *Sibmacherus* describit inter equestres Sveviæ Wapenb. P.1.p.114. Et quidem scutum est quadrifidum, cujus primus & ultimus laterculus *diagonaliter sectus*, superiori parte *nigra*, inferiori *argentea*, ornatur *securi*, quali fabri lignarii

Digitized by Google

lignarii uti ſolent, (Zimmerhacke/) *ferrea*, capulo *ligneo* vel *nigro*. Quæ teſſera antiqua gentilis fuit.

§. III. Laterculus ſecundus & tertius *transverſe ſecatur*, ſuperiori parte *argentea*, inferiori *nigra*. In eo repræſentatur θεσπιὸς *apri*, eadem ſectione ſcuti affecta, coloribus alternantibus. Hæc teſſera eſt alterius *Giengerorum* ſtirpis vel rami, ex quibus *Iacobo* hujus lineæ autori nupſit *Petronella Giengerin*. Unde conjuncta ſunt hæc ſymbola. Alterorum Giengerorum teſſera.

§. IV. Galea ſcuto incumbit coronata, & ex ea exurgit inter alas expanſas nigram & auream *apri* ſpecies, cujus caput & collum nigro colore tinguntur, reliqua cum pedibus anterioribus argento fulgent. Laciniæ ſunt hinc aureæ & nigræ, iſthinc argenteæ & nigræ. Apex.

CAPUT XXXI.

Baron. de Gileis.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*
4. *Titulus.*

§. I.

BAronum à *Gileiſi* familiam G. *Bucelinus Germ. T. 3. p. 54.* refert ad *Ioannem de Gileis*, qui vixerit 1480 pater *Georgii*, avus *Viti*, proavus *VVolfgangi Georgii*, qui primus *L. Baro de Gileis* creari meruit, mortuus 1593. ſed vetuſtior familiæ eſt memoria. Aliqui eam ex *Franconia* arceſſunt: id tamen certum eſt, à multo tempore in Auſtria fuiſſe: & videntur nomen accepiſſe à domicilio veteri & pago *Gileis* prope *Herzenſtein*. Leguntur in chartis veteribus 1310. *Otto, Theodoricus* & *Albero Ottonis Gileiſſii* (deß Gileis) *in S. Viti* (zu S. Veit/) filii. *1370. Troſt* & *Dietrich* die Gileis von S. Veit fratres. *1443. Ioannes* der Gileis in Pezenkirchen: maritus *Annæ de Frizendorf*, quæ ei *Frizendorf* attulit: A quo diximus ordiri *Bucelinum*. Familia.

§. II. Scutum exhibet *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 33. videlicet *cæruleum*, in quo diagonali ſitu repræſentatur *inſtrumentum utrinque hamatum*, cum *annulo*, ex quo ſuſpendi poſſit (qui plerumque ſuperiora clypei reſpicit) ex auro. Gelber Widerhacken / oder inſtrument bey den enden mit zweyen widerſtröhmiſchen Angeln. Forte olim Gileiſen à nomine dictum. Scutum.

§. III. Galea imponitur non clathrata (ſtechhelm/) ſed coronata, ex qua expanditur jugum alarum baltheis cæruleis & aureis exaratarum, pennis vero exterioribus nigris. Laciniæ (neſcio cur contra regulam) ſunt argenteæ & cœleſtinæ. Apex.

§. IV. Bucel. titulum aſſignat: *Liber Baro de Gileis in Sonnberg & Raſchala.* Titulus.

CAPUT XXXII.

Com. de Gleichen.

ARGUMENTUM

1. *Familia origo. An ex Romanis?*
2. *A Vitikindo nigro. De Capeti origine ſententia. Schvvarzburgici ex eadem gente. Comes Ayam. Linea.*
3. *Spiegelberg. Series Comitum. Succeſſio ad Gleichios.*
4. *Pyrmont. Ad Spiegelbergios. Gleichios. Waldeccios.*
5. *Gleichius Com.*
6. *Galea.*
7. *Status imperii, ſed exemti à Saxonibus.*

§. I.

ILluſtriſſimos *Gleichenſes* Comites ad Romanos aliqui referunt. Ita ex annal. Stolbergicis & Gleichiis *Henninges Theatr. T. 3. P. 2.* pag. 322. refert: *In his nominatur Erneſtus quidam nobilis Romanus, qui cum fratre ſuo deſerta Italia propter civilia bella* Familiæ origo An ex Romanis.

circa An. C. 455. in Saxoniam se contulit, ubi circa Gottingam duas arces in montibus æqualis altitudinis ædificarunt, quas Gleichen nominarunt (indeque horum Comitum appellationem ortam volunt) quarum unam adhuc nostris temporibus nobiles à Mittelstein possident. Horum posteri pulsi à Saxonibus in Thuringiam concesserunt, ibique circa Mülbergam & Wachsenburgum aliam arcem ejusdem nominis in monte sitam extruxerunt, quam in hodiernum diem illustres & generosi Comites à Gleichen tenent. Hæc traditio quam fidem repertura sit apud eos, qui norunt quæ Germaniæ isto tempore conditio fuerit, aliis æstimandum relinquo.

A Witikindo nigro.

§. 11. Alii ad *Witikindum* cognomento *nigrum* (cujus tamen majores ad Saxones Gothos referunt) ascendere satis habent: à quo etiam à *Mich. Neandro* Abbate Ilfeldensi submini stratam Genealogiam orditur præfatus *Henninges*. Ajunt vero istũ Witikindum supremum militiæ Ducem nomine *Edelhardi R. Saxonum* advertus Francos militasse, sed ad Bucholzium 779. captum, post quinquennium Caroli Magni suasu ad religionem Christianam accessisse, & in baptismo ab ejus filio *Ludovici* nomen accepisse. Ejus filios *Witikindum* & *Walprechtum* ex Agnete Winsenburgia Comite natos, addunt pariter ad baptismum perductos, illi *Caroli*, huic itidem *Ludovici* indito nomine. Ex altera uxore *Bertha* f. *Waltheri de Elisanz* comminiscuntur alium susceptum filium *Carolum*, post patrem (cui Carolus Magnus ob merita & fortitudinem advertus Saracenos eam dignitatem concesserit) *Andium Comitem* fuisse, & eam condisse stirpem, ex qua *Hugo Capetus* Franciæ hucusq; regum sator prodiit. Porro *Witikindo* & *Walprechto* f. *Walperto* præfatus Carolus M. dicitur in Thuringico saltu 20. miliaria in longitudine & decem in latitudine hereditario jure possidenda tribuisse. A majori natu *Schwarzburgicos* Comites derivant: ab altero *Walprechto* seu *Ludovico Gleichenses*. Hujus nepos *Sigismundus* Magdeburgensibus ludis 938. interfuit. Ex posteris *Ernestus* præter legitimam uxorem Hennebergicam Comitem in thoro habuit *Todegam* mulierem Saracenicam, cujus ope è carcere evaserat. (Alii Comitem *Ebervvinum* vocant, & uxorem *Kevernburgiam*. Sane Erfurtii in ædePetrina eidem lapidi sepulchrali tres hi, maritus videlicet cum duobus uxoribꝰ, quarum Saracena regio induta est amictu, inciſi conspiciuntur. vid. *M. Zeiler. itin. Germ. P. 2. c. 17. p. 212.*) Ernesto nati *Hermannus Episcopus Caminensis*, qui obiit 1287. Henricus Dominorum in *Gleichenstein* tutor, & Ernestus, à quo Domini in *Thonna*. Hujus pronepos *Ernestus* iterum genuit *Henricum* & *Ernestum*. Ab illius altero filio *Ernesto* linea Dominorum in *Rhembda*, *Krakendorf* & *Schonenforst*, quam *Georgius Rudolphus* 1596. terminavit: ab altero *Ludovico* Domini in *Blanckenheim*, *Cranichfeld* & *Rhembda*, qui in *Walrabio* seu *Volratho* vel filio *Friderico Wilhelmo* defecere. *Ernestus* Dominos in *Thonna* propagavit, quorum ultimus 1630. totam stirpem clausit Comes *Joannes Ludovicus*.

De Capeti origine sententia

Schwarzburgici ex eadem gente, Comes διγαμος

Lineæ.

Spiegelberg.

§. 111. Scuto usi sunt quadripertito; In primo & quarto laterculo argenteo gradiebatur *cervus colore naturali* pictus. Δεῖγμα hoc est comitatus *Spigelbergici*. Hos Comites *Henning. Theat. T. 3. P. 2. p. 421*, post antiquiores *Ernestum Wernerum*, *Jodocum*, quorum mentio fit in hastiludiis *Magdeburgio 939. Brunsvicensi 996. Tigurino 1165.* refert ad *Fridericum*. Hujus nepos fuit *Joannes*, quem armis petierunt Otto, Fridericus & wilhelmus Duces Brunsvicenses & Lunæburgii. Ejus filio *Joanne* ab uxore *Ursula comitatus Pyrmontanus* oblatus est; huic *Henninges* filium dat *Fridericum*, ultimi *Philippi* patrem: Rittershus. Joannis filios nominat *Mauritium* genitorem *Philippi* ultimi & *Ursulæ*, ac *Fridericum Walpurgis* patrem. Paulo aliter *Hamelmannus*, quem etiam audiamus de translatione hujus Comitatus ad *Gleichios* differentem. Ita vero ille de fam. emort. L. 3. p. 172. *Ultimus erat masculus hæres Philippus Friderici filius Philippi nepos, abnepos Mauritii, cujus filius Mauritius junior fuit Abbas in Corveie: Iunior Philippus moritur in copiis vel castris Philippi Hispaniarum Regis ante Quintinum positis, transfixus globo an. Dom. 1558. Tunc consentientibus Dominis hujus feudi vel Comitatus Ducibus Brunsvicensibus Henrico juniore Ducis Iulii patre & Erico juniore fratruelibus ducit istius demortui Philippi sororem Ursulam Hermannus Simon Comes Lippiensis, & cum ea sibi conjuge adsociata accipit in feudum à præatactis Ducibus Comitatum hunc, & ei nascitur filius Philippus, qui post patrem demortuum Anno Dom. 1576. & partem Comitatus Lippiæ cum duobus Comitatibus Spiegelberg & Pirmunt obtinuit*

Series Comitum.

Successio ad Gleichios.

Digitized by Google

obtinuit usque ad annum 1583. in quo moritur & ipse, dum esset aulicus & beneficiarius præsulis Padenbornensis Henrici Ducis Saxoniæ & VVestphaliæ, &c. in itinere, quando Episcopus Coloniam tenderet (non ut quidam volunt in bello Colonienſi) turbata morte filii vidua mater Domina Vrsula statim quoque animam agit. Tunc Vrsulæ nepotes ex sorore VValpurga vidua Georgii Comitis in Gleichen & Domini in Thonn, Philippus Ernestus, Ioannes Ludovicus, Georgius junior, ex gratia Principum feudi, ut Ducis Iulii & Ducis Erici admittuntur ad hunc Comitum, & eodem per Principes prædictos clementer investiti sunt. Hoc vero *Iohanne Ludovico* mortuo ad *Brunsvicenses* relapsus est comitatus. Cæterum cervo usi dicuntur hi Comites, quod fuerint imperii *venatores*, prout ex *Hamelmanno Theod. Hæping. de jur. inf.* c. 3. perhibet.

§. IV. Proximam areolam *auream rubea crux in anchoratæ speciem* nonnihil effigiata ornat. Ita *Pyrmontanus* comitatus notatur. Ejus Dominos ex familia *Svalenbergio-Waldeccia* derivant, sed ut heres *Vrsula Ioanni Com. Spiegelbergio* nupta comitatum in eam gentem transtulerit. Inde pari jure cum *Spiegelberga* ad *Lippienses* & demum *Gleichenses* delata est successio: His in *Iohanne Ludovico* extinctis successere *Waldecci* Comites, qui nunc quoq; comitatu illo fruuntur. De quo & controversia cum Episcopo Paderbornensi cap. de insign. Waldeccis agimus. Pyrmont. Ad Spiegelbergios Gleichios. Waldecios.

§. V. Quadris his imponitur medium scutulum *cæruleum* inscripto *leone argenteo, lingua cruenta, corona aurea.* Hoc symbolo ipse notatur comitatus *Gleichius.* Unde eadem tessera nunc ornat scutum Comitum *Hohenlocorum*, ad quos *Ordorf* & alia delata sunt ex hereditate Gleichia. conf. L. 1. c. 42. num. 6. 7. 8. nec non *Hazfeldiorum*, quibus item comitatus illius jus & titulus concessa, uti deinceps videbimus. Eundem leonem clypeo inseruere *VValdecci*, credo ob *Thonnam* inprimis Dominium, quod à Gleichiis hereditate accepere. Gleichius Com.

§. VI. Coronatæ galeæ scutum premunt tres: media *Gleichia* sustinet exortem leonem Gleichium argenteum coronatum & tribus cyaneis plumis struthionicis fastigiatum. Phaleræ circumfluunt argenteæ & cæruleæ. Anterior ante columnam argentatam, & superius pavoninis pennis redimitam, sustinet cervum *Spiegelbergium*, laciniis argenteis cocco reflexis: Extrema galea iterum columnam sustinet sed auream pavoninis pennis fastigiatam, quam perforat crucis *Pyrmontanæ* trabs utrinque repanda rubea. Laciniæ autem sunt aureæ & rubeæ. Galeæ.

§. VII. Gleichii hi Comites inter Imperii proceres locum habuere tanquam Imperii vasalli: eos vero exemit Domus Saxonica Vinariensis, onere quod ad imperii necessitatem illi conferrent, in se recepto. Qua super re lis in Camera à Fisco imperiali ipsis intentata adhuc 1602. pependit. vid. *M. Zeiler. itin. Germ. P. 2. pag. 23* nec non quæ *Peccenſteinius* apud *Ioh. Limn. T. 4. add. ad 4, 7. p. 543.* Status imperii, sed exemti à Saxonibus

---

CAPUT XXXIII.

De Gondy Dux de Retz seu Rais.

ARGUMENTUM

1. *Familia. Linea.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*
4. *Tituli.*

§. I.

ILlustrissimi *Gondii* in Gallia gentem suam referunt ad *Antonium Gondium* ex *Florentina* generosa stirpe ortum, Dominum *du Peron & de Toisſey Com. de S. Trivier.*, qui genuit *Carolum Dn. de la Tour*, *Petrum Episcopum Parisiensem* atque *Cardinalem*, qui 1616. obiit, & *Albertum Ducem Radesiarum* (de Raiz seu de Retz) Franciæ Marescallum. Hoc & *Claudia Catharina* f. *Claudii de Clermont*, quæ ei *Raiz* attulit, nati sunt præter *Henricum Cardinalem Parisiorum Episcopum*, & primum eorum *Archiepiscopum Ioannem Franciscum*, duarum linearum autores *Carolus M. de Bellisle* & *Philippus Emanuel Com. de Ioigny*, Generalis triremium, & demum oratorii clericus: illo natus est *Henricus Dux de Raiz* & uxorio jure de *Beaupreau*, qui habuit generum & heredem (cui Familia. Lineæ.

(cui 1633. Ducatus ſuos reſignavit) *Petrum Philippi Emanuelis* modo dicti filium, *Joannis Franciſci Archiepiſcopi Pariſienſis & Cardinalis 1679.* mortui *fratrem*; ſed his parentibus non niſi filiæ natæ ſunt, *Maria Catharina Benedictina*, & *Paula Margaretha Franciſca*, uxor Emanuelis Franciſci Ducis de Leſdiguieres.

Scutum. §. II. Scuto familia utitur *aureo* inſcriptis *duabus clavis militaribus nigris* in *decuſſim* trajectis & *cocco* ligatis. Henricus Dux, ut videre eſt in Paillot vr. & parf. ſc. pag. 302. ſcuto utebatur quadripertito ex Gondio ipſo ſymbolo & maternis decoribus: cum enim matrem habuiſſet Antoniam natam Leonoro Aureliano D. Longavillæ & Maria Borbonia f. Franciſci Com. de S. Pauli, laterculus ſecundus & tertius denuo quadripertiti teſſeram Longavilleam & Borboniam referebant: quarum utraq; complectitur in ſolo cæleſtino lilia tria aurea, ſed illa lambellam capiti adjicit trifidam argenteam, mediis autem liliis interſerit ſcipionem breviorem diagonalem: hæc ſolo utitur pro diſcerniculo ſcipione ſimili diagonali rubeo.

Apex. §. III. Apex eſt ex coronata galea protenſum brachium auro armatum, nigra clava minans. Laciniæ ſunt ex auro, nigro reflexæ. Telamones duo ſylveſtres viri.

Tituli. §. IV. Titulus eſt: *De Gondy, Dux de Raiz, Par Francie, Com. de loigny. Raiz* ornatum eſt Pariatus & Ducatus dignitate 1581. cui acceſſit curiæ confirmatio anno ſequenti. Iterum vero eandem dignitatem renovavit, ne in fœmina deficeret, *Ludovicus XIII.* 1634. in favorem moderni Ducis, cum agnatam duceret.

CAPUT XXXIV.

De Gorrevod Dux de Pont de Vaux.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum.*
2. *Gorrevod Familia, Linea. Laurentius. Ducalis dignitas.*
3. *Ryvoire.*
4. *Apex.*
5. *Philippi Eugenij Ducis ſcutum. Burgundici laterculi.*
6. *Tituli.*

§. I.

Scutum. EX Illuſtriſſima *Gorrevodia* ſtirpe duos Joh. Jac. Chiffletius recenſet Aurei Vell. Equites, *Laurentium Baronem de Marnay*, num. 131. & *Carolum Emanuelem M. de Marnay, Com. de Pont de Vaux.* Hujus ſcutum quadripertitum eſt. Prima & quarta areola *cærulea aureum cantherium* defert: ſecunda & tertia *coccinea faſcia triplici argentea* exaratur, *baltheo cæruleo tribus lilijs aureis impreſſo* toti ſupercurrente.

Gorrevod Familia. § II. Cantherius *Gorrevodiorum* teſſera eſt; Horum familiam Celeberr. *Sam. Guichenon*, ad *Guidonem Dn. de Gorrevod. 1180.* refert. Hujus atnepos *Joannes*, qui *1364.* vixit, filios habuit *Joannem II. Dn. de Gorrevod*, & *Hugoninum*, qui avus fuit *Ludovici Cardinalis*, Epiſcopi Mauriennæ & Burgi Breſſiæ atque *Laurentij*, quem diximus *Aurei velleris equitem* fuiſſe. Idem à Carolo Sabaudiæ Duce *Comes de Vaux* in Breſſia creatus eſt. Fuit etiam Imperialis aulæ Magiſter & *Nolano Ducatu* donatus eſt. Cum vero liberos ex conjuge non ſuſcepiſſet, ad agnatum *Joannem* ſucceſſionem transmiſit. Nam *Joanne* II. *de Gorrevod*, quem ſupra diximus, natus erat præter *Joannem Dominorum de Cornon* latorem, *Ludovicus* pater *Claudii Domini de Gorrevod*, cujus filio *Ludovico* hereditatem *Laurentius* deſtinaverat, ſed quod in Hiſpania mortuus eſſet, ſpe ſua ſe fruſtratum vidit, & *Joannes Dn. de Condes*, quo natus eſt *Joannes*, demum ex Laurentii ſucceſſione *Comes de Pont de Vaux.* Hic genuit *Antonium Lauſannæ Epiſcopum* & *Laurentium* II. Caroli V. militem, qui victoriæ ad Quintini fanum autor creditus eſt, & filium reliquit *Carolum Emanuelem*, Eq. Aurei Velleris, de cujus ſcuto hic ſermo eſt. Hunc *Ducem de Pont de vaux* poſtquam Breſſia coronæ Francicæ acceſſit, *Ludovicus XIII. 1623.* & eodem anno *Auguſtus Imperii Principem* creavit. Eo vero natus eſt *Philippus Eugenius D. de Pont de vaux* atque *Carolus M. de Marnay, Archiepiſcopus Veſontinus.*

Linea. Laurentius.

Ducalis dignitas.

§. III. Faſc.

Digitized by Google

§. III. Fasciæ cum baltheo notant *Ryvoire*. Ex eo, quia Laurentius aliquoties dictus, *Claudiam filiam Ludovici de Ryvoire* Dn. de Gerbais uxorem habuit. Baltheus cum liliis regium virtute paratum donum esse videtur. Ryvoire.

§. IV. *Apex* est ex galea coronata monocerotis caput argenteum, auro cornutum, barbatum & jubatum; Laciniæ autem sunt ex cyano & auro. Apex.

§. V. Philippus Eugenius, teste Paillot. vraye & part. fc. des arm. pag. 302. scuto usus est quadripertito, ita ut in primo & quarto quadrante quadripertitim repeterentur quæ modo explicavimus Gorrevodia & Ryvoiria symbola. Quadra autem secunda & tertia Burgundica insignia repræsentabat denuo quadripertita, ut prim' & ultimus laterculus constaret symbolo Burgundiæ novo, scuto videlicet liliato cum margine composito ex argenteis & coccineis quadris; secundus bipertitus exhiberet, hinc vetus Λάβαρον Burgundicum, videlicet areolam baltheis cæruleis & aureis exaratam, cum limbo coccineo, isthinc leonem Brabantinum, nempe aureum in nigro: tertius iterum bipertitus, eidem symbolo Burgundico veteri adderet in semisse læva argentea leonem rubeum Lucenburgicum; his Burgundicis quadrantibus incubante media parmula Flandrica aurea cum leone nigro. Hæc omnia assumsit Dux Philippus Eugenius à matre Isabella f. Hermanni Burgundi Com. de Falaise, ex posteritate Balduini Burgundi Dn. de Falaise, qui per naturam filius fuit Philippi Boni Ducis Burgundiæ. Philippi Eugenii Ducis scutum. Burgundici laterculi.

§. VI. Titulus est: *De Gorrevod Dux de Pont de Vaux, Princeps Imperii, March. de Marnay, Comes & Vicecomes de Salins.* Pont de vaux Ducatus, non etiam Pariatus, accepit dignitatem 1623. sed literæ regiæ non nisi in Divionensi curia 1632. confirmatæ sunt. Tituli.

CAPUT XXXV.

Bar. & Com. de Graveneck.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Comites. Iterum Barones. Denuo Comites.*

2. *Scutum.*
3. *Apex.*
4. *Titulus. Inter ordines imperii.*
5. *Graveneck in Austria.*

§. I.

ILlustrissimam *Graveneckiorum Baronum* atque *Comitum* stirpem *Parti IV. suæ German.* inseruit *Diligentissimus Gabr. Bucel.* p. 104. enumerans *Gervicum à Graveneck*, qui inter primates Germaniæ potiores cruentissimo prælio Caroli Martelli adversum Raginfredum 714. interfuit. Integram vero Genealogiam texit à *Conrado de Graveneck* circa 1282. cujus filii *Henricus* & *Eberhardus* circa 1309. floruere. Illo nati *Albertus* & *Henricus Comites de Graveneck*. Alberti filiis *Alberto* & *Eggero* idem axioma additur. In *Henrici* posteritate titulus brevi videtur exoleviſſe, ut simpliciter de *Graveneck* appellari contenti essent. Inde *Baronum de Graveneck* nomen adscribitur *Vdalrico* & *Wolfgango* fratribus, *Wolfgangi senioris* filiis. *Vlrici* nomen in tertia generatione defecit. *Wolfgango* natus *Fridericus Baro*, hoc *Sixtus* communis pater linearum ex filiis *Friderico* & *Iohanne Ludovico*: ab hoc iterum descendunt qui superant *Barones*: ille præter *Georgium Abbatem* & Principem *Campidunensem.* qui 1571. obiit, filios habuit *Vlricum*, quo tantum filia nata, atque *Wilhelmum*, patrem *Ferdinandi*: Hoc nati *Ioachimus S. R. Imp. Princeps & Abbas Fuldensis*, *VVilhelmus*, *Ernestus*, *Ioachimi Godefredi*, pro quo patruus Abbas 1654. Comitiis subscripsit, pater & *Philippus*. Hisce antiqua *Comitum* dignitas restituta est. Familia. Comites. Iterum Barones. Denuo Comites.

§. II. Scutum describitur in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 25. quod *rubeum rhombum oblongiorem* (stein) *argenteum* contineat. Quæ ornamenta rhombo inscribuntur, ex pictoris sunt cura arbitraria. Porro cum dignitate comitum in clypeo nihil mutari maluere. Scutum.

§. III. Scuto incumbit galea coronata, & super hanc inter jugum expansum alarum Apex.

alarum ſcutario typo ornatarum, mitra Epiſcopalis coccinea, auro ornata, ex qua hinc crucicula aurea, iſthinc rhombus ſcuti de nuo eminent.

Titulus. §. IV. Titulus eſt: *Liber Baro* (vel nunc *Comes*) *in Graveneck*: aliquando additur *Dn. in Burgberg*. In matricula apud *Zeiler. Itin. Germ. P. 2. p. 28.* vocantur *Graffeneck* & *Eglingen* Barones. Illisque etiam attribuitur *Marſchalck Zimmern* quod deinceps emptione ad *VVirtenbergicos* devenerit. Porro inter ordines imperii ad rogationem *Ludovici ſenioris* recepti ſunt 1555. in Comitiis Auguſtanis, quamvis jam olim à *Friderico* inter Imperii Barones relati fuerint. vid. *Limn. Iur. publ. T. IV. add. ad 4,7. p. 563.* Unde nunc & in circulo Svevico & in Svevicorum Comitum ſcamno in Comitiis eis dignus eſt locus.

Inter ordines imperii.

Graveneck in Auſtria. §. V. Aliud in *Auſtria* inferiori caſtrum eſt *Graveneck* prope *Crems*, quod ibi in memoriam aviti caſtri condidit *Vlricus Baro Graveneccius*, qui circa 1468. in ſervitio fuit Friderici III. Imp. ſed ea linea jam defecit.

CAPUT XXXVI.

Bar. de Greyſſen.

ARGUMENTUM

1. *Familia origo. Bona in Auſtria.*
2. *Deductio, Linea.*
3. *Scutum.*
4. *Cervus niger in venatione captus.*
5. *Apex.*

§. I.

Familiæ origo. LIberorum Baronum *Greiſſiorum* ſeu de *Greuſſen* ſeu de *Greyſs* familia ex *Thuringia* per *Bavariam* in *Auſtriam* venit, & anno 1600. adhuc in *Thuringia* ſuperfuere ejus gentis aliqui, qui veteri ſymbolo contenti fuere. Ab Imperatore Maximiliano I. in Auſtriam 1497. vocati ſunt, & *VVald* feudo 1510. accepere. dein arcem & opidum *Gemund*, nec non *Roſenau*, *Scheibs*, *Sitzenberg*, & hypothecario jure oppidum *VVeitra* & *Gfell* acquiſiverunt, atque *Baronum* dignitate ornati ſunt.

Bona in Auſtria.

Deductio. §. II. *Gabr. Bucelinus* Germ. T. 3. pag. 61. primum nominat *VVilhelmum præfectum hereditarium venationum Auſtriæ*, cujus pater ludis equeſtribus *VVormatienſibus* 1487. interfuerit: hoc natus *VVilhelmus junior*, iſto poſt alios *Chriſtophorus*: in cujus filiis *Sebaſtiano*, *Iohanne Sigismundo*, & *Ioanne Iacobo* diverſæ ortæ ſunt lineæ.

Linea.

Scutum §. III. Scutum eſt quatuor quadrarum: quarum prima & quarta argenteæ *hamis cuſpidibus coccineis* ex dextro latere in ſiniſtrum ductis diſtinguuntur: quæ teſſera antiqua eſt.

Cervus niger in venatione captus. §. IV. In laterculo ſecundo & tertio *aureo* graditur *cervus niger*. Sibmach. **Wapenb.** P. 1. pag. 39. vocat *capreolum* **Reheböcklein.** Ratio ex eo, quia *VVilhelmus* venationum præfectus in venatione cervum nigrum ceperat; In cujus rei memoriam Maximilianus Primus hunc laterculum ſcuto gratioſe inſeruit.

Apex. §. V. Galea prior tegitur mitra Ducali rubea, ora reducta hermionica, ex qua expanduntur alæ rubea & argentea: ex poſteriori coronata exurgit cervi (Sibmach. capreoli) ſcutarii. Laciniæ ſunt hinc rubeæ & argenteæ, iſthinc nigræ & aureæ.

CAPUT XXXVII.

Grimaldi. Principes de Monaco.

ARGUMENTUM.

1. *Familia origo. Linea prima.*
2. *Duces Eboli, Principes Salerni. Linea Sanfelicia.*
3. *Monaci ſeu Monaci Principes, & linea mata.*
4. *Alii Grimaldi apud Genuenſes.*
5. *Scutum. Apex. Telamones.*
6. *Grimaldi Com. de Beuil.*
7. *Buellii Sancerræ Comites.*
8. *Familia du Bec Creſpin.*
9. *Scutum horum. Apex. Telamones.*
10. *Tituli princ. Monacenſis.*

§. I. Gri-

§. I.

Grimaldorum Illuſtriſſima ſtirps à multis ſeculis in plures ramos excrevit, eosque quaquaverſum extendit. Præ aliis à *Celeb. Labourerio* deſcriptam vidi, ex quo pleraque huc tranſcribam. Refert is eam ad *Grimaldum* (qui à *Grimoaldo* Præfecto Palatii ſub Childeberto Rege deſcendere creditur. Conf. exempla plura nominum gentilium ex unius autoris nomine ortorum apud Jul. Chifflet. Marques de l'honn. de la maiſ. de Taxis. P. 1. c. 1. p. 19.) Ottonis M. Auguſti gratia de Principatu *Monaci* (veteribus *Herculis Monaci portus* vocabatur) inveſtitum , qui ſinum etiam *S. Tropæi*, (unde ei nomen *Grimaut*) Antipolim, Vencium, Vintimiliam & alia poſſediſſe perhibetur. Huic tres dantur filii, *Anſgothus*. qui in Normannia ſedem ſibi ſumſit, autor familiæ *du Bec Creſpin*, *Giballinus*, cui ſinum *S. Tropæi*, ex quo Saracenos ejecerat Guilelmus Provinciæ Comes conceſſit, & his major *Guido Grimaldi Monacenſis* ſeu *Monæcius* princeps, pater *Grimaldi*, qui in Palæſtina fuit, & *Guidonem II.* principem Monacenſem, & ex Vicariis Henrici IV. unum, reliquit, patrem *Oberti* principis, qui aulam Friderici I. moderatus, & ab ea in Franciam atque Angliam legatus eſt. Hoc nati *Ingo*, *Grimaldus*, *Obertus*, *Nicolaus*: totidem linearum autores. Familiæ origo.

§. II. Ab *Ingone* deſcendunt *Duces Eboli*, *Principes Salerni*, *Marchiones Theani*, *C. Polæ*: nam ex illis *Nicolaum*, virum de Genua præclare meritum, qui 1579. floruit , Philippus Rex Hiſpaniarum *Salerni Principatu* & ditionibus aliis donavit, ejusque filius *Auguſtinus Dux Eboli* fuit, vid: *Henning. Theatr. T. IV: P. 1. p.* 1039. ſed 1630: *Nicolaus Dux* morte ſua iſtam lineam terminavit, heredibus *Spinolis* & *Aurijs* ſeu *Dorijs*: nam amitæ *Polyxena*, *Eliſetta* & *Aurelia*, *Philippo Spinolæ* March Venafri (ex quo *Ambroſius Spinola* celeberrimus belli Dux natus) *Simibaldo Doriæ* Domino Cremorini, & *Nicolao Doriæ* D. Genuæ nupſerant. Ex eodem Ingone *Grimaldi de Caſtro*, nec non *Grimaldi Cavalleroni*, *Barones Montispeluſii* & *Sanfelicij in R. Neapolitano* deſcendunt: ex quibus 1643. Urbanus VIII. *Hieronymum Grimaldium* Archiepiſcopum Aquensem in Provincia Cardinalem creavit. Ingonis fratres *Obertus Dominos de Caſteauneuf* & de *Gattieres*, *Nicolaus Carinianos* in Pedemontio ſevit. Duces Eboli. Principes Salerni. Linea Sanfelicia.

§. III. Alius Ingonis frater *Grimaldus IV. Monacenſis* Princeps fuit, pater non ſolum *Luchati*, à quo Marchiones Modunii & Petræ in regno Neapolitano, nec non Barones de Beaufort atq; Grimaldi Hiſpalenſes deſcēdunt, ſed etiam *Franciſci*, principis Monaci, & Provinciæ atq; Niceæ gubernatoris. Hoc *Andarus* natus, ex quo *Comites de Bueil* in Pedemontio & Comites *Sancerrani* in Gallia originem trahunt, nec nō *Raynerius* princeps, pater *Bertoni*, qui ex ſe dedit Dominos de *Miſſimerio* Siciliæ, atq; *Raynerti* II. principis Monacenſis, Admiralis Franciæ. Hujus filii fuere *Carolus* & *Antonius*: ille cognomine *Magnus* , princeps *Monaci* & *Vintimiliæ*, Joannæ I. nomine Provinciam adminiſtravit, navalem rem Genuenſium rexit, nec non Philippi Valeſii 1338. & præter *Henricum principum S. Catharinæ* in Sicilia ſatorem, filium habuit *Raynerium* III. qui non modo *Monaci princeps*, ſed etiam *Baro Ventij* & *ſervienti* , Dominus inſularum Cephaloniæ, Leucatæ, Zacinthi, Leucados, Seneſchallus Pedemontii, claſſis Provincialis, nec non regni Franciæ in mediterraneo mari Thalaſſiarcha fuit, & genuit *Joannem* principem, qui auſpiciis Philippi D. Mediolanenſis 1431. mari Venetos vicit, *Catalani*, Catalanorum victoris pater, *Claudiæ* avus, quæ agnato principatum Monæci attulit. Hic ex *Antonio* Caroli fratre *Dn. de Prata*, Utelles, la Vallee de Lantruſc, deſcendebat: eo enim natus *Lucas* Dominus Antipolis, pater *Nicolai*, avus *Lamberti*, qui ab uxore *Claudia*, quod vidimus, *Monaci principatum* nactus eſt, & genuit *Joannem* Principem, Conſiliarium & Cubicularium Caroli VIII. & Ludovici XII. *Lucianum* item Principem ex fratris ſucceſſione, qui pariter Ludovico XII. atque Franciſco à conſiliis & cubiculo fuit, nec non *Auguſtinum*: hic *Luciani* fratris filium *Honoratum*, cujus tutor erat, in Caroli V. protectionem dedit, ut loco eorum, quæ in Francia amitteret, *Marchionatum Campaniæ* & *Comitatum Canuſiæ* reciperet: hoc nati *Carolus* & *Hercules* principes; hic pater *Honorati* II. fuit , qui cum eousque Hiſpani protectionis nomine eum obnoxium tenuiſſent, 1641. ad Ludovicum XIII. R. Frāciæ confugiens illorum jugum excuſſit, & Dux *Valentini* agri creatus eſt. Leo & Hippolyta Monæci f. Monaci principes, & lineæ enatæ.

CAPUT XXXVIII.

Baron. de Gumpenberg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Linea.* 2. *Scutum.* 3. *Galea.*

§. I.

PEr illuſtres *Gumpenbergios* ſub nomine *Mareſcallorum de Gumpenberg* in ſuperiori Bavaria ex *Laz. de migr. gent. L. 7. p. 336. Henning. Theatr. T. 3. P. 1. p. 524.* recenſet, ad *Hildebrandum Mareſcallum de Gumpenberg* eos referens, qui 1180. floruerit. Abeodem orditur gentem *Bucelin.* p. 4. *p.* 105. & Hildebrando fratrem aſcribit *Henricum*, qui 1284. Ratiſponæ interfuit ludis equeſtribus Hildebrando natus *Henricus ſenior*, Ludovici Imp. Vicedominus, pater *Henrici* & *Stephani*: ab illo linea *Mareſcallorum de Scherneck* dicta, quæ juxta Bucelinum in quarto gradu defecit; ab hoc genitus *Henricus*, qui 1414. partem *Moringenſis* Comitatus conſenſu fratrum vendidit *Erchingero Poppenheimio Marteſcallo*, & filios habuit, *Henricum* & *Stephanum*. *Henrici* poſteros in quintum gradum idem enumerat, videlicet ad *Johannis Dn. de Gumpenberg* filios *Balthaſarum Proſperum* & *Jacobum Chriſtophorum*. *Stephanus* Henrici frater *Georgium* genuit (quem Henning lineæ *Scherneckiæ* inſerit, & Joannis tertii filium facit.) Eo genitus *Erhardus* ſeu *Eberhardus* peculiaris lineæ fator, & *Georgius* junior, qui filium *Georgium*, nepotem *Alexandrum* habuit, quo geniti *Georgius* & *Erneſtus Liberi Barones*, quorum illo nati Barones *Henricus*, *Albertus*, *Stephanus*, *Joannes Ludovicus*. Familia. Lineæ

§. II. Scutum *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. p. 25. fingit quadripertitum. Prima & extrema areola *rubea baltheo diagonali dextro argenteo* inprimitur, inſcriptis *tribus paribus cornuum ſcarabæi proſinis*. Secunda & tertia itidem *coccinea* defert *baltheum dextrum* pariter ex *argento* impreſſis *foliolis tribus viridibus*. Bucelinus ſcuti areolas tranſponit, baltheos facit ſiniſtros, & loco cornuũ ſcarabæi videtur cornua venatoria ſubſtituere. Porro duorum horum ſymbolorum, quorum alterum gentile fuiſſe oportet, rationem reddere neſcio. Scutum.

§. III. Galeæ duæ imponuntur; prior aures aſininas ſuſtinet ex argento, & inter eas duo cornua ejudem metalli maculis nigris ſparſa. Altera ſuſtinet jugum alarum rubearum complicatum, cum baltheo dextro tribus foliis viridibus inſignito. Laciniæ ſunt ex argento & cocco. Galeæ.

CAPUT XXXIX.

Com. de Gutenſtein.

ARGUMENTUM.

1. *Familia deductio.* 2. *Gutenſteinii Carinthia.* 3. *Scutum. Galea.*

§. I.

GUtenſteinios Comites Clariſſ. *G. Bucelinus* refert ad *Burianum I. S. R. Imp. Comitem*, qui 1462. deceſſit, pater *Buriani II.* ſupremi Camerarii Bohemiæ, qui ob Pontificiam religionem cum Georgio R. Bohemiæ bellum 1466. geſſit. Hoc nati *Wolfgangus Victorini* pater, & *Georgius*, *Alberti* genitor, quem patrem habuit *Henricus Albertus*, *Comes Gutenſteinius Dn. in Ryſenberg*: Huic abnepotem dat *Henricum Comitem*, *Dominum in Choceniz* & *Obiz*, Imperatoris in diſtrictu Pilſnenſi Capitaneum, patrem *Wenceslai* & *Maximiliani*. Familiæ deductio.

§. II. Hos Comites an eosdem credere debeam cum Dominis *de Gutenſtein* Carnis, neſcio: hos *Wolfg. Lazius de migr. gent. L. 6. p. 200.* Carnis annumerat, & ex iis Georgium præſidem Carinthiæ 1232. vocat: aliquem etiam *Chryſoſtomum* nuncupat, qui 1500. Comitatum *Weiteneck* in Auſtria à Principibus acceperit. Gutenſteinii Carinthiæ.

Ordinance No. 2018-01

AN ORDINANCE OF THE CITY OF MAPLEWOOD, STATE OF NEBRASKA, AMENDING SECTION 14.03 OF THE MUNICIPAL CODE RELATING TO ZONING DISTRICTS; AND PROVIDING FOR PUBLICATION AND AN EFFECTIVE DATE.

WHEREAS, the City Council of the City of Maplewood, Nebraska, has held a public hearing on the proposed amendment after notice was published in the Maplewood Gazette on January 4, 2018; and

WHEREAS, the Planning Commission has recommended approval of the amendment by a vote of 6 to 1; and

WHEREAS, the City Council finds that the amendment is consistent with the comprehensive plan and in the best interests of the City;

NOW, THEREFORE, BE IT ORDAINED by the City Council of the City of Maplewood, Nebraska:

Section 1. Section 14.03 of the Municipal Code is hereby amended to read as follows:

"14.03 Zoning districts. The City is divided into the following zoning districts: R-1 Single-Family Residential; R-2 Two-Family Residential; C-1 Neighborhood Commercial; C-2 General Commercial; I-1 Light Industrial; and P-1 Public Use."

Section 2. This ordinance shall be published in pamphlet form and shall take effect fifteen days after its publication.

PASSED AND APPROVED this 16th day of January, 2018.

Attest: Linda Kowalczyk, City Clerk

Mayor Thomas Whitfield

Eliſabetha Comitis Ziegenhainia maritus, ex qua tamen non niſi filias genuit, quarum Elisabetha Alberto comiti Hohenloico nupta, prætenſionem in comitatū *Ziegenhain* attulit. Sed 1453. ultimo Comite Joanne extincto Ludovicus Landgravius Haſſiæ poſſeſſionem adiit, contradicentibus Hohenloicis, donec nepotum tempore controverſia Wormatiæ componeretur. Prætenſio Ziegenhainæ.

§. II Porro *Reinhardus*, quem 1451. vivis exceſſiſſe memoravimus, ex Catharina Naſſovia duos ſuscepit filios *Reinhardū & Philippum*. Ille paternis ſucceſſit ditionibus, eas ad poſteros tranſmiſit, qui lineæ *Münzenbergicæ* nomen geſſerunt, & 1642. in *Joanne Erneſto* marium ultimo defecere, hæreditate ad alterum agnatorum ramum tranſmiſſa. Hic à *Philippo* deſcendit, & ex avitis regionibus *Babenhuſam* tenuit, ſed nō unam adjecit novam hæreditatem: demum ad ſucceſſionem totius Comitatus vocatus eſt. Subſiſtit jam ille in Illuſtriſſimis Comitibus *Friderico Caſimiro* & fratre ejus editis *Philippo Reinhardo* atque *Joanne Reinhardo*, quorum iſte Hanoviam moderatur, hi ſub tutela ejusdem nec non Sereniſſimæ matris atque Sereniſſimi avunculi Principis *Chriſtiani Comitis Palatini* in multas ſpes adoleſcunt. Lineæ Münzenbergica. Lichtenbergica.

§. III. Ob illam linearum quæ fuit diſtinctionem **Wap.** P. I. p. 15. duo ſcuta differentia genti aſſignari videmus, alterum *Liechtenbergicus* alterum *Münzenbergicis* proprium. Ea vero in unum nunc compingi juſſit ſucceſſio. Scuta linearum diverſa.

§. IV. *Munzenbergica* lineæ clypeus loco citato quadripertitus pingitur, ita ut prima & quarta area *ſenis cantherius aureis* & *rubeis* exaretur, ſecunda & tertia *aurea* tribus (alibi video quatuor) *faſciis* rubeis exornetur: His vero quadrantibus parmula media incumbat, transverſe ſecta ex *minio* & *auro*. Münzenbergicæ.

§. V. Cantherii ipſum *Hanoviæ* Comitatum denotant. Verum ſi fidem adhibemus Hanoico quondam miniſtro *Bernh. Herzog. Chron. Alſ. lib. 5. p. 62.* antiquum ſcutum Hanoicorum *colore nigro* tinctum *leone aureo* & ſparſis hinc inde ex eodem metallo *cruciculis* ſuperbiit. Cantheriorum vero illam dant originem: nempe Adolpho, qui ex Naſſoviis Imperator fuit, 1298. cæſo, Reinhardum Comitem Hanoviæ Adolphi ex nepte Comitiſſa Catimelibocenſi affinem, & in prælio fatali aquiliferum captum, atque ab Alberto Auſtriaco, qui imperium æmuli morte ſolus obtinuit, coactum eſſe, ut omiſſo leone cantherios rubeos indicio cruenti prælii poſthac geſtaret. Idem Eppſteiniis contigiſſe ajunt, ſed auri loco argentum uſurpatum. vid. **Wapenb.** P. II. p. 14. Hanovius Comitatus. Mutata inſignia.

§. VI. *Faſciæ* quadrantis ſecundi & tertii notant Comitatum *Reineck* ſ. *Rineck*. Familia Comitum *Reinecciorum* item fuit antiquiſſima. Sicuti in ludo equeſtri *Magdeburgico 938. Sigismundi* Comitis fit mentio. Ab anno 1270. certa deductio dari poteſt, quo vixit *Ludovicus Comes à Reineck* ſeu *Ryneka* dictus de *Rotenfels*, qui monaſterium in Neuſtatt ſpoliavit. Hujus ex *Poppona* filio nepos fuit *Gerhardus* 1295. vivis exemtus, qui per factionem *Rex Romanorum* electus eſt. Hujus pronepos *Ludovicus Thomam* & *Philippum* habuit filios, ex quibus duæ lineæ: illa in *Thoma* Canonico Moguntino, Colonienſi & Argentinenſi 1547. hæc, atque ita univerſa gens, in *Philippo* 1559. defecit. Major pars ad Moguntinum Electorem translata, alia ad Herbipolitanum Epiſcopatum, qui ob ea in Franconico circulo imperio certa pendunt, nonnulla ad Erpachicos, nec non Ilenburgios. Sed cum titulo etiam portio Comitatus Hanoicis accrevit. Com. Reineck.

§. VII. Scutulum transverſe ſectum *Munzenbergiam* notat. *Ulricus Dominus de Munzenberg* ſine prole maſcula deceſſit 1236. Elias tamen ſuſcepit ex *Mechtilde Ziegenhaynia* tres *Annam, Adelheidam, Elieſabetham*. Prima *Philippo Dn. de Falckenſtein* nupſit, & duorum Electorum Trevirenſium Cunonis & Werneri mater atque avia fuit. Werneri ſorores Philippi junioris filiæ *Lucardis & Agnes*, illa *Godfredo Dom. ab Eppſtein*, hæc *Ottoni Comiti Solmenſi* elocatæ ſunt. De his in Solmenſibus & Stolbergicis. *Eliſabetha Godofredo Lib. Bar. de Weinſperg* uxor data eſt: ſed eum improlem deceſſiſſe conjicio. *Adelheida Reinhardo Comiti Hanoviæ* nupta medietatem dominii attulit, cujus parmula hæc *λεῦγμα* eſt. Münzenberg Dominii.

§. VIII. Scuto huic impoſitæ viſuntur tres galeæ: media *Munzenbergica* (**Wapenb.** P. 2. p. 28.) tecta coccineo pileo rubeo, ora hermionica reducta, caudam pavoninam ſuſtinet, & ex lateribus duo vexilla Münzenbergica: anterior pro Galeæ.

Hanoico comitatu cygno candido exoriente alis expanſis ornatur: (video lacinias circa hanc volitantes ſolo argento tingi:) tertiæ coronatæ inſiſtit cygnus candidus deſignando Comitatui *Reineccio*. Sed ille quoque Wapenb. P. 2 pag. 7. exorienti pingitur.

Lichtenbergicæ tincæ ſcutum.

§. IX. *Liechtenbergica* ante ſucceſſionem novam itidem quadrifariam ſcutum ſecabat. Primum quadrantem *cantherii Hanoici* occupabant, de quibus jam diximus. Secundum *aureum* ornat *leo coccineus* cum *lingua* & *falculis cæruleis*. Hoc inſigne eſt *Bipontinum* ſeu *Zweybruckenſe*. cont. Wapenb. P. 2. p. 7. & *Bernh. Herzog. Chron. Alſ. l. 5. P. 36.* ubi tamen additur faſciola trifida cærulea, quam ab Hanoicis retentam non vidi. Forte unius Bipontinæ lineæ aliquando illud fuit diſcerniculum. vid. P. 1. c. 8.

Bipontinus Comes.

Familia Bipontina.

§. X. Quod attinet ad familiam *Bipontinam*, ſatis ea antiqua eſt, & legitur aliquis *Weckerus Comes Bipontinus* in exercitu Henrici aucupis 934. ſi tamen illi catalogo vetuſto tuta fides haberi poteſt. Duo fratres *Walramus* & *Eberhardus* conſenſu Imperatoris *Tabernas Montanas* 1285. in formam oppidi conſtruxerunt. Poſtea *Eberhardus*, cui cum fratribus Hermanno & Weckero non optime conveniebat 1385. *Comiti Palatino Ruperto Bipontum* & quæ reliqua ſua erant vendidit, & denuo feudo accepit; Hac ratione *Bipontum* ad Palatinos pervenit, apud quos nunc quoque eſt. Inter *Simonis Weckeri* poſteros duo fratres fuere Friderici filii *Henricus IV.* & *Simon weckerus*: ille uxorem habuit *Cunigundam filiam Volmari Domini ab Ochſenſtein*, unde *Ochſenſteinia* ſucceſſio: duos hic *Eliſabetham filiam Ludovici Domini à Lichtenberg*, ex quo iterum matrimonio dimidia pars ditionum Liechtenbergenſium genti illata eſt. *Simonis Weckeri* ex filio *Reinhardo* nepotes fuerunt alius *Simon weckerus* & *Jacobus*: ille *Barbaram Falckenſteinam* uxorem habuit, (matre natam Cunigunda filia Henrici Bipontini & Cunigundæ Ochſenſteiniæ ſupra memoratorum) & ex illa genuit *Ameliam Philippo Comiti Leiningenſi* & *Weſterburgio* nuptam: hic *Jacobus* ultimus ſuæ gentis mortuus eſt anno 1570. relicta filia *Margaretha Ludovica*, quam duxit *Philippus Comes Hanoviæ* in Liechtenberg 1560. Per hanc ſucceſſio *Bipontina* ad Hanoicos delata eſt. Non tamen ſucceſſio hæc contradictione caruit, cum Leiningenſes partem ejus, inprimis ditiones Ochſenſteinias, à ſuperius dicta Amelia ſibi etiam deberi prætendant.

Bipontum venditum.

Succeſſio.

Lichtenberg.

§. XI. Proxima areola *leonem nigrum* continens *argento candet*, niſi quod *margo minio* tingatur; Symbolum hoc Dominium *Liechtenberg* notat, vid. Wapenb. P. 2. p. 28. Eſt dominium hoc ampliſſimum, atque non contemnendam partem Alſatiæ inferioris complectitur. Porro creditur nonnullis eadem plane familia *Liechtenbergenſium* & *Dagsburgenſium* eſſe, quia hi prorſus eodem inſigni utuntur, niſi quod octo *bacillos liliatos* (ſeu ut alii loqui amant *carbunculum radiatum*) ſcuto inducunt, quod diſcerniculum eſſe poteſt. Illos quod attinet Liechtenbergicos, nonnulli mentionem eorum faciunt ſeculo nono, quo *Conradus* Ilam Altorfenſem uxorem habuerit amitam *Juditha Auguſtæ*. Fuerunt ex hac familia tres Epiſcopi Argentoratenſes *Conradus*, *Fridericus* & *Johannes*: ultimi vero in familia fuerunt *Jacobus* & *Ludovicus*, hic 1771. ille 1480. Sed Jacobus liberis caruit, unde abolito teſtamento, quo prius odio fratris dimidiam partem ditionis Ruperto Epiſcopo Argentoratenſi relinquere conſtituerat, fratris filias *Annam* & *Eliſabetham* hæredes habuit. *Eliſabetha Simoni VVeckero Comiti Bipontino*, ſed primogenita *Anna Philippo Comiti Hanoviæ 1458.* nupſit. Inde hi duo in Liechtenbergicas ditiones ſucceſſere, ſed deinceps cum reliquis Bipontinis, hæc etiam medietas Liechtenbergicorum bonorum ad Hanoicos delapſa eſt, modo quem ſuperiori paragrapho expreſſimus.

Familia.

Succeſſio.

Ochſenſtein Dominium.

§. XII. Quarta area *rubea duas faſcias argenteas* complectitur, unde *Bernhard. Herzog. Chron. Alſat. L. 5. pag. 52.* colligit inter Ochſenſteinios, quorum hæc inſignia ſunt, & domum *Auſtriacam* cognationem intercedere. Cæterum *Ochſenſteinii* Domini etiam inter veteres celeberrimi fuere. Notatur aliquis *Ludovicus Dominus ab Ochſenſtein* in ludis equeſtribus *Tigurinis 1165.* Ultimus horum Ochſenſteiniorum *Georgius* mortuus eſt 1459. & heredem habuit *Henricum Comitem Bipontinum* uxoris ſuæ fratrem & amitæ maritum. Hic enim auxilio Philippi Comitis Palatini ab Epiſcopo Metenſi 1490. feuda Ochſenſteinia obtinuit. Henrico *Georgius* natus eſt, & qui

Domini.

cœlebs

cœlebs vixit, & tandem vivus adhuc dynaſtiam agnato *Iacobo Bipontino* tradidit: qui etiam, quæ Rathſamhauſiis oppignorata fuerant, deinceps 1559. reluit, & arcem Ochſenſtein multo ſumtu reſtauravit, quæ tamen iterum flammis cõſumta eſt. Sed *& Volmari Ochſenſteinii* filia *Cunigunda* atque *Henrico Bipontino* nata *Cunigunda Bipontina* mater *Barbaræ* fuit, quæ *Simoni VVeckero Com. Bipontino* nupſit, ut §. 10. audivimus. A qua tamen & Simonis Weckeri filia *Amelia Leiningenſes* jus ſuum & prætenſionem arceſſunt. A Jacobi filia autem hoc etiam Dominium translatum eſt ad Hanoicos, ut §. 11. vidimus, à Metenſi Epiſcopatu obtenta inveſtitura. Porro illud nuper admodum certis reſervatis juribus Epiſcopatui Argentoratenſi oppignoratum eſt. Succeſſio.

§. XIII. Toti ſcuto incumbit alia parmula *rubea* cum *margine aureo*. Notatur ea Comitatus vel Dominium, *Bitſch*. Lego autem in *Bernh. Herzog. Chron. Alſat. Ls.* pag. 34. quod 1297. *Fridericus II.* Dux Lotharingiæ (cujus proavus Fridericus Matthæi I. Ducis filius, Simonis II. frater, qui tamen ad Ducatum non pervenit, eo titulo à patre mactatus eſt, ut diceretur *Comes & Dominus de Bitſch*, Sire & Comte de Bitſch ex quo apparet, hanc ditionem ejus fuiſſe hereditariam portionem. conf. poſt alios P. *Anſelm. Palais del' honn. pag.* 423.) Eberhardo Comiti Bipontino feudo dederit caſtrum Bitſch quæque inde dependent. 1457. Jacobus & Wilhelmus Comites Luzelſteinii caſtrum Bitſch noctu occuparunt; ſed præter Comites Palatinos etiam *Dux Lotharingiæ*, quippe feudi Dominus, auxilio Bipontinis fuit illi recuperando. Cum Bipontinis reliquis hoc etiam Dominium matrimonio ad Hanoicos delapſum eſt, & inveſtitura à *Lotharingiæ Duce* conceſſa, deinceps vero alia ex cauſa Lotharingia ad ſe revocavit. Bitſch. Ad Bipontinos. Hanoicos.

§. XIV. Huic ſcuto imponuntur galeæ quinque, duabus videlicet ad latera collocatis. Media *Bipontinæ* areolæ reſpondens leonem rubeum ſuſtinet conſidentem inter duos faſciculos pennarum **Wapenb.** P. 1. p. 15. quas pavoninas repræſentat Herzog. Dextra cycnum exorientem argenteum familiare inſigne exhibet, ſiniſtra pro *Ochſenſteinio* Dominio refert hermam virilem, cujus veſtis & pileus turbinatus trabibus Ochſenſteiniis exornantur (alii Ochſenſteinii, ut apud Herzog. videre eſt, aliquando duo cornua bubalina, alias etiam caput bovinum cum collo extans caſſidi imponebant) quarta ad latus coronata eſt, & ſuſtinet pileum turbinatum argenteum, qui in ſphærulam deſinit, pennis ornatam: Pileo imponitur ſcutulum *Bipontinum* cum piſcibus utrinque adjunctis cæruleis: quibus Dominium Bitſch notatur. Ex ultima protenditur olorinum cum collo caput, *Liechtenbergico* Dominio deſignando. Galeæ.

§. XV. Vidimus jam, quæ fuerit diſpoſitio ſcuti utriusque lineæ Munzenbergicæ & Lichtenbergicæ: poſtquam vero hæc illi ſucceſſit, utriusque ſymbola in unum clypeum, quo nunc utuntur, coaluere: qui ſemel tranſverſim, bis ad perpendiculum ſecatur. Uti etiam repræſentatur in P. *Fürſt.* **Wapenb** P. V. p. 10. Prima area notat *Hanoviam*, altera *Reineccium*, tertia *Bipontum*, quarta *Ochſenſteiniam*, quinta *Lichtenbergam*, ſexta *Münzenbergam*, toti vero incumbit parmula *Bitſchenſis*. Hodierna diſpoſitio.

§. XVI. Uti moderni utrumque ſcutum in unum contraxere, ita & junxere galeas, adeo ut nunc quatuor clypeo inſiſtant. mediæ *Bipontina* & *Munzenbergia*, extremæ *Hanoica* & *Reineccia*. Adjunguntur ad latus, hinc *Liechtenbergia*, illinc *Ochſenſteinia*. Galeæ.

§. XVII. Titulus eſſe ſolet, *Comes Hanoviæ, Reineccia & Biponti, Dominus Munzenbergæ, Liechtenbergæ & Ochſenſteinii, Mareſcallus hæreditarius & ſupremus præfectus* (i. advocatus **Obervogt**) *Argentinenſis*. Aliquando etiam titulus *Bitſchiæ* additus, qui nunc omittitur. Quod titulum illum ultimum concernit, eo notatur officium, quod in Epiſcopatu Argentoratenſi Comites hi geſtant. Accepere cum munere nomen à Lichtenbergicis. Unde vero hiſce illud axioma obtigerit ſi inquiratur: Lego Joannem, qui ex Lichtenbergicis Argentoratenſi Epiſcopatui præfuit, morte Johannis de Hunnenberg vacantem dignitatem *Mareſcallatus* contuliſſe ſuo gentili Henrico. conf. *Bernh. Herzog. Chron. Alſat. lib. 5. p.* 134. Alibi tamen memorat *Fridericus Lichtenbergicus* jã 932. Luthardi Epiſcopi Argẽtoratenſis fuiſſe Mareſcallus & Dux copiarum adverſus Obotritos miſſarum. Huic tamen relationi quam priori Titulus. Mareſcallatus & advocatia Argẽtoratenſis.

priori fidem derogare mallem. Poſtquam autem Liechtenbergica Domus defecit, ad duas familias *Hanoicam* & *Bipontinam* cum reliqua ſucceſſione hæc etiam dignitas diviſim tranſiiſſe videtur; & quidem Hanoicis *Mareſcallatus*, *præfectura* autem vel *advocatia* Bipontinis accreviſſe. Ita referuntur in ſolemni Wilhelmi Honſteinii Epiſcopi Argentoratenſis in urbem ingreſſu pompæ adfuiſſe Philippus Comes Hanoicus cum *vexillo Epiſcopali* tanquam *Mareſcallus* (als der Stifft Straßburg Marſchalck/) & cum *Landgraviatus Alſatici* vexillo *Reinhardus Bipontinus* tanquam *ſupremus Præfectus* vel *Advocatus* (als der Stifft Obervogt/) *Herzog. Chron. Alſat. L. 4. pag. 118.* Poſtquam vero Bipontina ſucceſſio iterum transfuſa eſt in Hanoicam domum, ſola hæc iſto etiam axiomate gaudet.

Caput XLII.

Barones ab Haym.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Scutum. Perner de Rauchenſchach. Hoym.*
3. *Scutum medium.*
4. *Apex.*

§. I.

Familia. FAmiliæ *Baronum ab Haym* ſed *Haim* non niſi fragmentum aliquod habet *Bucelin. Germ. T. 3. p. 72.* ab *Andreæ ab Haym*, cui uxor fuit *Dorothea de Moſsham*. Eo genitus eſt *Ioannes ab Haym in Fridburg*, qui 1567. deceſſit, 17. liberorum parens. Hi 1575. ſub Maximiliano II. in Auſtriam venere, & in provincia ſupra Anaſum dynaſtiam *Reichenſtein*, infra eum *Oberſebarn* acquiſiverunt. Porro familia jam defecit.

Scutum. §. II. Scutum quadripertitum in primo & quarto laterculo *ursum erectum aureum* continet. Laterculum autem aliquando *nigro* tinxere colore: deinceps *binis argenteis* & *totidem nigris faſciis* exaraverunt, urſo illis impoſito: In ſecundo & tertio quadrante viſuntur *duo capita aquilina averſa* (von einander ſchauend/) ex *auro*, intermedio *ſceptro argenteo*. Solum olim ad perpendiculum partiebantur, altero latere rubeo altero cyaneo: dein id tenis cæruleis & argenteis tæniis transverſis exaratum eſt. Utraque hæc teſſera ex familia *Pernerorum de Schachen* ſeu de *Rauchenſchach* aſcita eſt, ob conjugium *Chriſtophori ab Haym in Fridburg* & *Apollonia Perneria de Rauchenſchach, Theodorici* filia. Tænias vero aquilinis capitibus ſubſtratas intelligo aſcitas ex inſignibus familiæ equeſtris ab *Hoym* in Marchia Brandeburgica & Ducatu Brunſvicenſi, ex quibus derivari amarint.

Perner de Rauchenſchach. Hoym.

Scutulum medium. §. III. Medium ſcutulum argenteum ex nube dextri anguli prodiens brachium armatum ferrei coloris clava aurea, quæ brachio catena ex eodem metallo alligatur, minax refert. Quod forte aliquandiu ab illis gentile habitum eſt.

Apex. §. IV. *Galeæ tres* apud *Sibmach.* Wapenb. P. I. pag. 20. imponuntur, omnes *coronatæ*: ex priori inter alas expanſas & faſciis argenteis atque nigris primi laterculi exaratas exurgit urſus aureus. Ex ſecunda ſurſum protenduntur, antrorſum reflexæ ternæ ſtruthionicæ plumæ argenteæ & totidem cæleſtinæ. Ex tertia expanditur jugum alarum, quarum prior argento candet, altera cæruleo colore tingitur, utrique vero caput aquilinum aureum inſeritur, inter eas vero ſceptrum viſitur ſeu argenteum ſeu aureum. Laciniæ ſunt circa primam atræ & aureæ, reliquas circumvolant argenteæ & cæleſtinæ.

Caput XLIII.

Com. & Barones ab Hohberg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia affinis nomini. Hochbergii, Hachbergii Marchiones. Comites de Hohenberg Sver. March. Hochinbergii Nordgoia. Dom. de Hohenberg Auſtria. Hohbergia familia.*
2. *Scriptio diverſa. Veteres qui forte ex hac ſtirpe.*
3. *Certior deductio. Barones. Inde equites.*

4. Comi-

4. *Continuatio deductionis. Linea. Baro Wolfgangus Helmhardus. Friedesheim.*
5. *Scuti tessera.*
6. *Apex.*
7. *Scutum auctius Baronum.*
8. *Scutum Comitum linea Furstensteinia.*
9. *Tituli.*

§. I.

CUM de perantiqua *Hohbergiorum* familia & scuto hic agendum sit, ante omnia observandum, plures familias affini nomine gavilas, quod notari ob hoc necesse est, neillas confundamus. Cæterum quinque potissimum sunt familiæ, quorum nomina sonant valde affinia. Prima *Hochbergiorum* seu *Hachbergiorum* erat Marchionum, quæ cum *Badensi* eadem fuit, uti nunc quoque Hochberg in ejus gentis titulis legitur. Altera *Hohenbergensium Comitum*, ab Hohenberg ad Nicrum dictorum, quorum ad Austrios successio delapsa est, cum Rudolphus Imperator *Annam* ex ea habuisset uxorem. Verum apud eundem *Henning. pag. 239.* plane confunduntur illi cum *Hachbergijs* Marchionibus: unde alii eundem hausere errorem, sicuti Henningesio ejusdem prius autor fuerat *Lazius de migr. gent. L. 8. p. 402. seq.* Tertia fuit *Marchionum Hochinbergensium in Nordgoia.* Quorum apud Henning. mentio fit p. *516.* qui memorat, seculo tertiodecimo fratribus quatuor *Bertholdo, Ottone, Diepoldo* & *Ludovico* mortuis sine prole, Episcopum Ratisponensem *Hachenburgum* ad se recepisse. Quarta est Dominorum ab *Hohenberg*, qui una cum Comitibus Stahrenbergiis & Lotensteiniis, atq; Dominis de Perneck ex vetustis Ducibus ac Marchionibus Styriæ orti sunt, & *1529.* defecere in ultimo *Erasmo*, qui filiam reliquit Annam V Vilhelmo Dn. de Roggendorf nuptam, qui arcem Hohenberg Sebaldo Pœgl de Reiffenstein vendidit. Cui per errorem G. *Bucelinus* scutum *Hohbergiorum* attribuit P. 3. p. 87. Cum tamen *Lazius de migr. gent.* L. *6. p. 177.* ei assignet feram Styriam, ob originem, argenteam in scuto nigro: quod *P. 1. c. 9. n. 38.* addi desidero. Quinta est *Hohbergiorum*, quibus istud caput sacrum est.

Familiæ affinis nominis. Hochbergii Marchiones. Comites. de Hohenberg Svev. March. Hochinbergii Nordgoiæ. Dn. de Hohenberg Austriæ. Hohbergia familia.

§. II. Hos ergo quod concernit, non una etiam orthographia in usu fuit, hinc enim *Hohberg*, *Hohenberg* *Hochberg*, *Hoberg*, *Huberg*, *Hubrig* legas: ut majores nostri minus soliciti scriptionis fuere, & hæc nonnunquam pro ratione dialectorum variare solet. Familiæ huic adscribunt *Seifridum* in torneamentorum Magdeburgiorum consultatione: *VVilhelmum Dn. ab Hochaberg*, qui 942. in torneamentis Rotenburgensib⁹ comparuit, nec non *Sigismundum Bar. ab Hochaberg 1042.* in ludis equestribus Hallensibus conspectum. Hunc tamen nobili seu equestri familiæ Alsaticæ seculo decimo quinto extinctæ de *Hohenburg* (cui in usu fuit scutum bipertitum, cujus anterior pars auro fulgebat, posterior cyano. impressa stella aurea; apex cornu venatorium auratum & cauda pavonina fastigiatum. vid. *Sibm.* **Wapenb.** P. 2. p. 131.) annumerat *Bernh. Herzog. Chron. Alsat. L. 6 p. 176.* Legitur inter Episcopos *Herbipolenses Theodoricus de Hohenburg*, quem *Caspar Bruschius Nobilem Heroa de Hohenburck* nuncupat, qui inter Ottonem & Hermannum Bar. de Lodenburg medius Ecclesiam rexit, & 1224. fatis concessit. An vero huic, an alii familiæ debeatur, non fatis dijudicare possum.

Veteres qui forte ex hac stirpe.

§. III. Certior deductio potest referri ad *Melchiorem ab Hohberg*, qui circa 1290. cum *Henrico VII.* Imperatore ex Lucenburgio agro in Silesiam concessit, pater *Henrici* & *Friderici*: ille *Abbas Fuldenses* quatuor fere annorum decades rexit, & *1353.* mortuus est: *Gabr. Bucelino* dictus *vir incomparabilis.* Hic cum filiis sub Carolo IV. qui hunc honorem 1350. tribuit, & wenceslao in *Baronum* ordine fuit, quod ex antiquis monumentis & literis liquet. Unde 1396. titulus legitur **den tüchtigen und wolgebornen/** qui eo tempore procerum erat (1396. **am nähesten Donnerstag vor S. Merten gibt Herr Jencke von Chozimiz der Königl. Mächte zu Böheim Hauptmann der Fürstenthümer Schweidnitz und Jauer eine** Attestation sub sigillo majori regio: **daß vor ihn kommen sind die Gestrengen Herren Hennschil Khoppe und Herr Leupold von Zedlitz/ und haben das Dorff Conradswalde und andere Gülten verkaufft den tüchtigen und wolgebornen Herrn Hansen von Hoberk/ Herrn Nickeln von Hoberk Rittern / und Herrn Hartman von Hoberk Priestern / Gebrüdern amt ihren erben und nachkommen.**

Certior deductio. Barones inde Equites.

imponit, quam quod alias in uſu eſt lateribus jungit, Sed p. 166, *roſæ* figuram *in lilium* commutat.

§. VII. Aucta dignitate clypei etiam auctus eſt decor, uti videre eſt in alleg. *Furſt.* Wapenb P. IV. p. 11. & P. V. p. 13. ita ut antiquum ſymbolum ſecundam & tertiam quadripertiti ſcuti quadram impleat, & apex vetus ſecundam galeam ornet. Additur vero aliqua quadra loco primo & extimo repertita, *argentea* deferens *dimidiam è ſectione perpendiculari coronatam aquilam nigram.* Qualis integra primam, quæ itidem nova eſt, coronatam galeam ornat. Ita à linea Gutmansdorfia hactenus geſtatum eſt. Scutum auctius Baronum.

§. VIII Demum cum *Comitum* acceſſiſſet dignitas, illa parmæ diſpoſitio facta eſt, ut quadripertiti ſcuti primam & quartam arcolam *argenteam* ornaret *leo aureus, rubea corona* & *lingua cauda bifurca* (forte ob ſervitia coronæ *Bohemicæ* & Provinciis dependentibus à gente hac præſtita) ſecundam & tertiam gentilis teſſera *Hohbergiorum* impleret. Huic ſcuto imponitur parmula *media argentea* cum *aquila imperiali bicipiti, imminente corona* imperiali auro decorata, & pectore ſuſtinente ſcutulum Auſtriacum cum litera aurea *L* ex nomine Leopoldi Auguſti faſciæ inſcripta. Clypeo imponuntur *duæ galeæ coronatæ*, prior ſuſtinens *aquilam expanſam nigram bicipitem*, linguam protendentē rubeam, inter duo capita iminente diademate Imperiali: ſuper altera viſuntur inter ternas utrinque plumas, nimirum ſubinde rubea inter duas argenteas intercepta, *duæ truttæ* naturali colore pictæ, capitibus deorſum verſis, & inter has media *roſa* argentea auro gemmata, & caule ac foliis viridib⁹ ſuſtentata. Scutum Comitum lineæ Fürſtenſtein.

§. IX. Tituli ſunt *Comitum: De Hohberg Liber* Baro & Comes *in* F*ürſtenſtein*, (quam dynaſtiam prius oppignoratam 161000. florenorum Chriſtophorus Hohbergius Ducalis Suidnicenſis judicii præſes adhuc numeratis 70000. floren. 1625. hereditariam fecit,) *Freyberg*, (an Fridberg) *Rohnſtock*, F*ridland & Gottsberg. Baronum* autem: *De Hochberg Lib.* Baro *in Sieſſenbach, Obertumeriz, Korbach & Klingenbrun.* Tituli.

CAPUT XLIV.

Hoſpitalii Duc. de Vitry.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo & deductio. Lineæ de Choiſy, de Vitry.*
2. *Scutum. Andino-Sicula teſſera. Aragonia.*
3. *Rouhaut.*
4. *Voluyre de Ruffec. Rohan. Chaſtre.*
5. *Hoſpital. Gratia Henrici IV.*
6. *Apex.*
7. *Tituli.*

§. I.

HOſpitalium Illuſtriſſimam gentem *P. Anſelm. Pal. de l' honn. pag. 414.* refert ad *Franciſcum & Joannem de l' Hoſpitali* fratres circa 1314. Joannis nepos fuit *Franciſcus Dn. de Soiſy aux Loges* ſeu *Choiſy*, qui obiit 1427. pater *Joannis*, avus *Adriani*, quo geniti *Adolfus Dn. de* Choiſy & *Carolus Dn. de Vitry*, unde duæ lineæ. *Adolfo* nati *Joannes Comes de Choiſy*, & *Renatus* autor lineæ Dominorum, dein Comitum & Marchionum *de S. Meſme. Joannes* pater fuit *Jacobi M. de Choiſy*, pater *Caroli*, avus *Renati M. de Choiſy*, & *Caroli Com. de l' Hoſpital.* Quod ad *Vitrios* attinet, *Carolo* natus eſt *Franciſcus*, hoc *Ludovicus M. de Vitry*, pater *Franciſci Comitis de Roſnay, Dn. du* Hallier, *Mareſcalli Franciæ*, bello celebris, qui 1660. deceſſit, & *Nicolai Ducis de Vitry, Mareſcalli Franciæ*, quo geniti ſunt *Franciſcus Maria* Dux, & *Nicolaus M. de Vitry.* Familiæ origo & deductio. Lineæ de Choiſy & Vitry.

§. II. Ducis de Vitry ſcutum *Sammarth. l' eſt. de Fr.* p. 332. quadripertitum proponit: laterculo primo picto ſymbolis *Andino Siculis*, hoc eſt, conſito liliis Francicis & impoſito lambella rubea: ſecundo autem aureo quatuor palis rubeis exarato, quod *Aragoniæ* ſtirpis eſt *σύμμα*. Rationem horum laterculorum non capio, cum in Genealogia Hoſpitalia nullam affinitatem cum regiis illis ſtirpibus reperiam. Scutũm. Andino Sicula teſſera. Aragoniã.

§. III. Tertius laterculus *niger duos pardos gradientes* exhibet *aureos falculis & linguis cruentis.* Ita deſignatur familia *Rouhaut*, ob Annam de Rouhaut filiam *Joachimi de Rouhaut, Domini de Gamaches, Mareſcalli Franciæ*, uxorem *Adriani de l' Hoſpital* Rouhaut.

Dn.de Choiſy, & matrem Caroli del' Hoſpital, Vitriaci rami autoris. Ille *Joachimus de Rouhaut Marescallus*, bello & meritis de Ludovico XI. inclutis, patrem habuerat *Joannem*, avum *Ægidium* Rouhaut, cujus frater *Clemens* dictus *Triſtanus Rouhaut Comes Droci & Vicecomes Thoarſii* fuit ab uxore *Petronella de Thouars*: Uterque, Clemens & Ægidius, cum fratre Ludovico nati erant *Milone Rouhaut* & uxore Iſabella de Beaumont-Breſſuire.

Voluyre de Ruffec. §. IV. Areola extrema bipertita pingitur: latere priori denuo tranſverſe ſecto, ut ſuperior pars *quinis aureis & rubeis faſciis* exaretur; inferior *rubea novem maculas aureas* contineat; ſiniſtro latere *rubeo*, inſcripta *cruce anchorata a vario vellere conſuta*. Faſciæ notant *Voluyre de Ruffec*, propter *Franciſcam de Voluyre* Joachimi Rouhaut, de quo numero præced. uxorem, matrem Annæ, quæ Adriano Hoſpitalio nupſerat. Gens ipſa *Voluyriorum* refertur ad *Herveum de Voluyre Dn. de la Rochecerviere* in Pictonibus, qui 1356. duxit *Alienoram heredem Ruffeti*, ex priſcis *Engoliſmæ Comitibus* ortam, & *Nicolai Baronis de Ruffec*, hic *Joachimi*, quo *Franciſca* genita, pater fuit. *Rohaniorum* Rohan. maculis ſuam aſſignare cauſam neſcio: quod vero crucem variam concernit, Chaſtre. *Caſtream* gentem denotat, ob *Annam de la Chaſtre* filiam Claudii Dn. de la Maiſonfort, Franciſci del' Hoſpital Dn. de Vitry conjugem, Ludovici matrem, Nicolai primi Ducis aviam.

Hoſpital. §. V. Toti incumbit media parmula *rubea* continens *gallum gallinaceum argentatum, roſtro, criſta, barba & pedibus ex auro*, altero pede tenentem *ſcutulum caruleum lilio aureo* pictum. Gallus *Hoſpitaliæ* gentis proprium eſt decus, ſed *ſcutulum liliatum* debetur virtuti *Ludovici Hoſpitalii March. Vitry*, & gratiæ Henrici IV. regis, qui Gratia Henrici IV. ob Meldarum civitatem ad obſequium regis reductam (cui dein præfectus datus eſt) hoc mnemoſynon ſcuto inſeruit, teſte *Geliot. indic. armor. voce barbè p. 79.* Ubi etiam areolas majoris ſcuti nonnihil mutat, ut tertia præter teſſeram Ruhaltiam, Voluyriam & Rohaneam complecteretur, Caſtrea ſola in quartam rejecta, quod ſatis probabile eſt, cum Voluyria familia Hoſpitaliæ per Ruhaltiam affinitate juncta ſit, non per Caſtream. Unde eam diſpoſitionem ſequi malo.

Apex. §. VI. Galea incumbit coronata, quæ ſuſtinet *caput avulſum galli gallinacei* ex *argento*. Laciniæ ſunt coccineæ & argentatæ. Telamones duo infantes vel puelli faſcia cincti cyanea liliis aureis ſparſa.

Titulus. §. VII. Titulus eſt: *De l' Hoſpital Dux de Vitry. Chaſteauvillan, M. d' Arc, Dom. de Coubert.* Quod Vitriacum attinet, dignitas Ducalis ei 1643. beneficio regis acceſſit.

CAPUT XLV.

Barones de Ilſung.

ARGUMENTUM.

2. *Scutum & apex.*
2. *Familia ex Comitibus Morbnga.*
3. *Inde partitii Auguſtani. Baronet.*
4. *An à Witelſpacenſibus.*

§. I.

Scutum & Apex. INter Domiños & Barones *Sibmach.* **Wapenb.** P.1.p. 24. etiam *Ilſungios* recenſet, illisque ſcutum transverſe ſectum tribuit, cujus ſuperior pars *rubet*, inferior *nigricat*, utraque continet *faſciam tortuoſam* (*Lazius de migr. gent. L.7.p. 328.* vocat *ſectionem triangularem*. Sibmach. **frumme balcken**) ex *argento*. Galeæ *coronatæ* imponuntur duo cornua, quorum ſuperiora minio tinguntur (ita quod credo fieri oportet, nam *Sibmach.* argento tingit) inferiora nigro colore, media autem percurrit faſcia tortuoſa: Tum hiantia cornuum ora & oram extimam ornant pavoninæ pennæ. Laciniæ ſunt argenteæ, hinc cocco, iſthinc nigro colore reflexæ.

Familia ex Comitib. Morinæ. §. II. Familiam *Lazius* d.l.p. 329. & ex eo pro more *Henning. Theatr. T.3. P.1.* p.323. refert ad Comites *Moringen.* Recenſet vero *Leopoldum Ilſung Comitem*, qui à Taſſilone poſtremo D. Bojariæ 738. Abbas Monaſterii *Weſenbronæ* conſtitutus ſit. Alium *Ilſungum Comitem de Hohenrieden* recenſet 1545. Inde *Fridericum Comitem de Morin-*

Moringen circa 1141. cujus filii & cognati 22. in bello Ducis Bojariæ, cui nomina dederant, partim interfecti, partim fortunis multati ſunt, ut relinquere agros, & ſe Auguſtam conferre coacti fuerint. Comitatum vero *Moringenſem* Duces Bavariæ *Gumpenbergicis* & *Biperbacenſibus* Marteſcallis contulerunt.

§. III. Ex eo *Ilſungii*, & ex his primus *Sigfridus*, inter *patritios Auguſtanos* (in quibus eorum arma videas in Sibmach. Wap. P. 2. pag. 207.) numerati ſunt, frequenti magiſtratu in ea civitate incluti. Ex illis *Sebaſtianus*, pluries conſul 1464. ab Imperatore in publico conventu meruit cingulum militare, & gentis ſuæ hiſtoriam, ex qua ſua Lazius ſumſit, conſcripſit. Celebris etiam fuit *Georgius Ilſung de Liechtenberg* Colonellus, Caroli V. Ferdinandi, Maximiliani & Rudolphi II. Conſiliarus & Sueviæ Præfectus, cum filii *Maximilianus*, *Fridericus* & *Georgius Baronum* titulo inſigniti ſunt: Verum prolem non reliquere. A Georgii fratre *Melchiore* reliqui Ilſungii propagati, cognomento de *Trazberg*, *de Viſchach*, *de Cunaberg*, qui nunc etiam ſuperant. Inde patritii Auguſtani. Barones.

§. IV. Exiſtimat *Lazius* totam gentem deſcendiſſe à *Palatinis VVitelſpacenſibus*, qui ſuperiorem partem Ilſungiorum vel Moringenſium armorum, argenteam videlicet triangularem ſectionem etiam geſſerint. an à Witelſpacenſibus?

CAPUT XLVI.

Duc. Iuliaci, Clivia, Montium.

ARGUMENTUM

1. *Ditionum ſucceſſio.*
2. *Clivia familia. Origo. Succeſſio.*
3. *Scutum Schœnbergii.*
4. *Com. Teiſterbantii. Dom. Heuda. Ex Heuſdanio orta familia.*
5. *Iuliaci Comites. Duces.*
6. *Montanorum origo. Mutata inſignia. Hereditas ad Limburgios. Ravenſpurgios. Iuliacenſes Clivios.*
7. *Marcani. Succeſſio. Linea.*
8. *Scutum ultimorum Ducum.*
9. *Galea.*
10. *Marcanus apex. Ravenſpergius.*
11. *Aliæ diſpoſitiones.*
12. *Nivernenſis linea.*
13. *Controverſa ſucceſſio.*

§. I.

QUÆ tandem ſub unius Principis poteſtatem redactæ provinciæ *Juliaco Clivio Montanæ*, extincto 1609. *Johanne Wilhelmo* ultimo duce celebri adeo controverſiæ inter plures illuſtres Domos non ſemel armis agitatæ occaſionem præbuere, non unum olim habuere Dominum, ſed matrimoniis demum coaluere. Ditionum ſucceſſio.

§. II. Actum eſt de plerisque huc ſpectantibus L. 1. c. 13. occaſione inſignium *Brandeburgicorum*, in quibus areolæ omnes conſpiciuntur, hic tamen non deerunt, quæ illis addenda ſint, vel repeti mereantur. Initium faciamus à *Clivenſi* ſtirpe, quæ reliquis antiquior habetur. Eam ab *Elia* ſeu *Ælio* ſeu *Helio Gralio*, *Gracili* ſeu *Grajo* deriyant, qui *Carolo Martello* inſervierit, & ab uxore *Beatrice* (quæ 732. paulo poſt maritum deceſſiſſe dicitur) Comitatum *Clivia* obtinuerit. Eam Beatricem ferunt filiam fuiſſe *Theodorici Urſini prætoris Clivia*, ex *Beatrice* ultimi Com. *Teiſterbantii* filia. Huic Eliæ ſeu Ælio tribuunt filios *Theodoricum*, *Godfridum* & *Conradum*, quibus ferunt à patre data, primo inſignia cum aureo gladio, alteri cornu, tertio annulum: & hunc *Haſſiæ* Comitem, illum *Loſſenſem* ſeu *Lœnium*, illum *Clivium* fuiſſe, qua fide, viderint ipſi. Theodoricus tamen, ut Cliviæ Comes, ſcribitur 742. Ultrajectenſi Epiſcopo vaſallus fidem obſtrinxiſſe. Eo natum volunt *Reinoldum*, hoc *Cunonem* ſeu *Cononem*, vel ut Egb. Hoppius vocat *Ludolfum*, patrem *Joannis*, cui tribuitur uxor *Conſtantia Michaëlis Curopalatæ Imperatoris Byzantini* filia. Horum filius fuit *Balduinus*, genitor *Roberti Com. Teiſterbantii*. à quo illa linea, & *Eberhardi Com. Clivii*, cujus filii fuere *Berengarius* Epiſcopus Tullenſis & *Luthardus Comes Cliviæ*, Arnolfi Imper. ex *Bertha* gener: quibus genitos lego *Richfridum Com. Twentiæ*, quam filius *Woldericus Epiſcopus Ultrajectinus* 970. Eccleſiæ illi tradiderit, & *Baldericum Com. Cliviæ*, cujus pronepotem *Conradum* ajunt ob res in Italia bene geſtas Clivia familia. Origo.

Wormatiæ ab Ottone III. *Comitem imperii* creatum: Hoc genitus est *Theodoricus II.* pater *Theodorici III.* seu *virtuosi*, qui *Godofredum Bullioneum* comitatus est, & *Arnoldi II.* cui uxores Henrici V. Imp. filiam, & Friderici Barbarossæ sororem tribuunt. Eo natus *Theodoricus IV.* seu *probus*, *Arnoldi III.* frater vel pater, qui genuit *Arnoldum IV.* qui 1218. Hierosolymis decessit, relicto *Theodorico V.* qui ex *Mechtilde* herede Domini de *Dynslake* filium habuit *Theodoricum VI.* cognomento *Clivensem lupum*, nepotem *Theodoricum VII.* pronepotem *Theodoricum VIII.* (cujus frater *Theodoricus præpositus Xantensis* Novesium Colonienſibus vendidit.) Eo natisunt *Otto*, *Theodoricus*, *Joannes*, ordine Comites Cliviæ, quorum hic 1368. masculos clausit. Inde tres præ-
Successio. tenderunt successionem, *Arculei*, ob *Irmgardim Ottonis filiam*, Iohannis Dn. Arculei & Heusdæ uxorem, *Parweissi* ob aliam *Irmgardim* trium istorum Comitum sororem, Gerhardo Hornano Dn. de Parweys nuptam, & *Marcani* ob Theodorici filiam *Margaretam*, Adolfi Com. Marcani conjugem; sed tandem emto etiam *Parweissiorum* jure, hi adversus *Arculeos* obtinuere, atque Caroli IV. sententia Adolfo pridem Monasterienſium & Colonienſium præsuli Comitatus adsertus est.

Scutum. §. III. Clivia tessera est clypeus *coccineus scutulo argenteo in corde impressa carbunculo radiato aureo, nodato, liliato & smaragdo in medio instructo, in totam aream protenso.* De eo plura loco cit. n. 8. egimus. Porro ex eadem familia Clivia deriva-
Schœnbergii. C. Teisterbantii. amant *Schœnbergij*, pridem equites jam Comites, in eam rem allegata tessera, quæ illis similis in usu est, quod suo loco videbimus.

§ IV. Balduinum Cliviæ Comitem §. 2. diximus patrem fuisse non solum Eberhardi Cliviæ Comitem, verum etiam *Roberti Com. Teisterbantiæ*, quam à fratre acceperit, continentis ditiones *Bommelanam*, *Heusdanam*, *Arculeam*, *Altenacensem*, *Vianensem*, *Culenburgiam*, *Buranam*. Vid. *Henning. Theatr. T. 3. P. 2. pag. 363. 65. ex Ponto Heutero.* Eidantur filii *Ludovicus*, *Robertus*, *Theodoricus*; Hunc volunt Dominum *Altenacensem* fuisse, satorem *Marcanorum* & *Montanorum* Comitum. Illum *Teisterbantiæ Comitem* vocant, cujus abnepos *Anfredus* Episcopus *Trajectinus* 994. Comitatum inter cognatos distribuerit, parte Episcopatui Trajectino & Leodiensi servata; ipsum
Dom. Heusdæ. vero Robertum ajunt beneficio Cliviæ Comitis factum *Dominum Heusdæ*. Huic datur filius *Balduinus*, qui fertur *Sophiam Edmondi R. Angliæ* filiam ductam sibi copulasse, quam à parente missi Heusdæ filanentem repererint, unde Heusdanis datum scutum *aureum cum rota purpurea seu radiorum*, quæ etiam supra galeam cærulea corona ornatam inter asininas aures comparet. Ab hoc continuata familia, ad *Joannem VII.* qui concedente Cliviæ Comite 1290. Hollandiæ Comiti se feudo obstrinxit, pater *Joannis VIII.* & *Joannis Dn. Drongelli*; illo natus *Joannes IX. Anus*, cujus soror *Sophia*, *Sassenburgio* regulo nupta, impedire non potuit, quo minus Joannes D. Brabantinus Heusdam sibi vindicaret, cui demum ille acquievit, annua pecunia recepta, patruelis autem *Guilelmus Drongellanus* itidem potentiæ majori cedere coactus est; sed ad beneficium Hollandiæ ditio rediit. Ex ea vero stirpe Heusdana referuntur ortæ nobiles familiæ *Hesbeen*, *Busering*, *Crayenstein*, *Rosendael*, *Drongelen*, *Elsbeut*, *Hedickhuysen*, *van der Sluys*, *Spiering*, *van Veen*, *VVyck*, *Goudhœven*, *Oudenhofen*. Unde in illarum familiarum plerarumque scuto rota illa comparet, pro *primis* in rubeo aurea; pro *secunda* familia ejusdem metalli in prasino; *tertia* gerebat argenteam in nigro; *quarta* nigram in argenteo; *quinta* argenteam in cæruleo; *sexta* nigram in aureo; *septimo* auream in cæruleo; *octava* argenteam in rubeo; *nona* aurea in nigro. Ipsa *Ex Heusdonis ortæ familiæ.* tas Heusda utitur veteri dynastarum parma.

Juliaci Comites. §. V. Quod *Juliacensem* Ducatum attinet (notatum scuto aureo impresso leone nigro, qui linguam cruentam protendit, & dentibus atque falculis argenteis munitur) habuit ille ab antiquo suos Comites, quos ad *Gerhardum* referunt, qui 933. Henrico aucupi contra Hunnos militaverit. Ab eo reliqui: ex quibus *VVilhelmus* 1329.
Duces. à Ludovico Bavaro Augusto *Marchio* creatus, cui dignitati etiam *Ducalis* 1356. in Comitiis *Metensibus Caroli* IV. gratia accessit. Ejus ex filio *Wilhelmo* nepotes *VVilhelmus* & *Reinoldus*, materno jure etiam *Geldriam* tenuere. Ast cum liberis carerent, *Joanna* soror *Joannis Arculei* uxor successit in Geldria, & post eam *Egmondani*, in *Juliacum* etiam succedere conati, ob quod Geldrico leoni Juliacensis in eodem scuto jungi solet: ast ex agnatis *Adolfus Montanus Juliacum* obtinuit: idem rexit post patruum

patruum *Gerhardus*, pater *Wilhelmi*, quo *Maria* nata est, à quo maritus Joannes III. D. Cliviæ Ducatum Juliacensem & Montanum suo junxit.

§. VI. Quod *Montanam* attinet familiam, sunt qui eam ad Clivios referunt, videlicet ad *Theodoricum Roberti Com. Teisterbantii* filium, Balduini Com. Cliviæ nepotem (§. 4.) Mallem vero in *Adolfo* subsistere, cui *Wern. Teschenmacher. annal. Mont.* fratrem dat *Hermannum Com. Ubiorum* advocatum Tuitii. Adolfum autem vocant etiam *Comitem Ubiorum* nec non *de Monte*, atque *advocatum Tuitii*. Emortualis ejus designatur 1132. vel 1136. aut 1147. Eo geniti *Eberhardus & Adolphus*, qui *Altenanum* castrum extruxere, hic pater fuit *Adolphi Com. Altenani & Montani*, qui obiit 1170. hoc geniti præter *Brunonem* & *Fridericum* Archiepiscopos Colonienses, duarum linearum autores *Engelbertus Com. Montium* & *Eberhardus Com. Altenanus*: de hujus posteris deinceps. *Engelberto* nati sunt *Engelbertus* etiam *Colonienſium præsul* & totius Germaniæ prorex, ab agnato *Friderico Isenburgio 1225.* trucidatus, atque *Adolfus Comes*, quo *Margaretha* nata est, *Henrici D. Limburgii* uxor, mater *Adolphi* & *Walrami*, quorum hic patri in *Limburgio Ducatu*, ille primogenitus in *maternum Comitatum* successit, qui abjecta *rosa*, *Montanorum* & *Altenanorum* hactenus tessera, quam Fridericus parricidio conspurcasse videbatur, *leonem Limburgium* Montanis attribuit, unde deinceps scutum Montanum argenteum ornatum est *leone rubeo, corona & falculis aureis, lingua cærulea, cauda bifida & in decussim trajecta*. Adolfo nati *Adolphus*, qui demum *Dux Limburgius* illum Ducatum vendidit, sed ab Archiepiscopo Colonienſi captus obiit in carcere 1295. *Wilhelmus Comes Montium*, qui 1308. extinctus est, *Conradus præpositus Colonienſis*, ad Archiepiscopatum destinatus, ob quem bellum ortum, atque *Henricus Windeckiæ Dn.* demum *Comes Montium*, pater *Adolphi*, qui 1348. mortuus est, præmortuis filiis *Adolpho* & *Wilhelmo* immorigeris; unde successit filia *Margaretha Ottonis Comitis Ravenſpurgii* uxor, quæ aliam genuit *Margarethã* heredem utriusque Comitatus, nuptam *Gerhardo Juliacenſi* Comiti, quorum hic 1360 ex equestri ludo interiit, illa ad 1389. superfuit. His parentibus natus *Wilhelmus*, quem *Wenceslaus Imperator 1389. Ducem* creavit: ejus filii *Adolphus* Reinoldo agnato in *Juliaco* successit, *Rupertus* Episcopus Paderbornius, eadem dignitate ornatus *wilhelmus* fuit, sed demum *Dux Montanus*, genuit *Gerhardum* Juliaci & Montium Ducem, patrem *Wilhelmi*, quo nata est *Maria*, à qua ad Clivios successio delata est.

Montanenſium origo

Mutata insignia.

Hereditas ad Limburgior.

Ravenſpurgios Juliacenſes.

Clivios.

§. VII. Diximus Adolfo Montano & Altenano Comite præter Engelbertum Montanum, *Eberhardum* natum esse *Altenanum Comitem*: hic *Arnoldum Com. Isenburgium* genuit *Friderici* patrem, à quo Engelbertus cælus, ille vero supplicio affectus est, autor *Limburgio-Styrumiæ* Illustrissimæ, quæ sola ex gente tam incluta supereſt, stirpis, & *Fridericum*, patrem *Adolphi*, qui emto castro *Marck* hoc nomen pro Altenano assumsit, & 1240. decessit, pater *Gerhardi* Episcopi *Monasteriensis* & *Engelberti Comitis*; Hic iterum genuit *Eberhardum*, patrem *Adolphi Episcopi Leodienſis*, atque *Engelberti*. Hunc patrem habuerunt *Engelbertus Episcopus Leodienſis* & demum *Archiepiscopus Colonienſis*, & duarum linearum autores *Adolphus* atque *Eberhardus*. Adolphus genuit *Engelbertum comitem Marcanum*, *Adolphum* pridem *Episcopum Monasteriensem* atq; *Archiepiscopum Colonienſem*, dein vero *Comitem Cliviæ* ex materno jure: Hoc natus est *Adolphus*, qui *Cliviæ Dux* creatus est 1417. filiosq; habuit *Joannem* atq; *Adolphum Dn. Ravenſteinii*, *Philippi* patrem. *Joannes* iterum duas lineas ex se dedit, per *Engelbertum Niverniam* in Gallia, quam pronepos *Jacobus* terminavit 1586. cujus soror Henrica *Nivernium* marito *Ludovico Gonzagæ* attulit: sed per *Joannem II. Cliviam*, quæ continuata per *Joannem III.* ad quem hereditas etiam *Juliaci* atque *Montium*, ejusque filium *Wilhelmum*, atque nepotem *Joannem wilhelmum* Ducem, qui 1609. moriens hereditatem pluribus litibus expositam reliquit, ob quam non semel arma sumta sunt. *Eberhardus* Adolphi Marcani frater *Arenbergæ Dominus* alium ramum ex se dedit, pater *Eberhardi*, quo nati *Joannes* & *Ludovicus Ruptfortius*, Joanne autem *Eberhardus* lineæ *Arenbergiæ*, *Robertus Sedaniæ*, *Wilhelmus Lumainæ* autor. Primam terminavit 1544. *Robertus* Comes, herede sorore *Margareta Joannis Ligneſii Barbanſonii uxore*, (unde in principum Arenbergæ scuto Marcana falcia apparet, ut vidimus L. 1. c. 4.) *secundæ* directam lineam clausit 1594. fratrum heres *Carola Marcana Bullionia Henrici*

Marcani.

Successio.

Lineæ.

Henrici Turrÿ Turennÿ uxor, reclamante patruo *Carolo Roberto* Com. *de Maulevrier*, qui liberos etiam reliquit, ex tertia ſupereſt *Franciſcus Comes*.

Scutum ultimorum Ducum.

§. VIII. Scutum ultimi Duces, qui familiarum iſtarum omnium collegerant ſucceſſionem, illud geſtarunt, quod repræſentatur in *Sibmach*. Wapenb. P. 1. p. 6. ut videlicet totum ſcutum tranſverſa linea, caput duæ perpendiculares, pedem una in quinque areolas diſpertirentur. Ita ſuperiores laterculi ſunt *Juliacenſis*, *Clivius*, *Montanus*, Inferiores *Marcanus*, videlicet aureus cum faſcia triplici ductu teſſellata & argento & minio, atque *Ravenſpurgius* argenteus cum tribus cantheriis rubeis.

Galeæ.

§. IX. *Galeæ* tres imponuntur, media *Clivia* ſuſtinet caput taurinum ſeu bubalum adverſum rubeum, cornibus & annulo qui pernates trajicitur argenteis, cum corona aurea, cujus tamen inferior circulus argento & minio teſſellatus conſpicitur, ut in *Marcana* ſimul, ex quibus Clivii ultimi, origo indicetur. Porro ſi vera eſſet traditio apud *Geliot. indic. armor.* p. 54. Beatrici Cliviæ, quam *Ælius Gralius* duxit, ſcutum fuiſſe argenteum cum capite taurino rubeo adverſo cornibus nigris annulo pernares trajecto argenteo, exemplum eſſet moris, qui aliis exemplis non caret, veteris teſſeræ in apicem rejectæ: ſed alibi idem pag. 272. 273. Cliviis apicem dat *cygnum coronatæ caſſidi incubantem*, quia *Halius* dictus ſit *eques cygni*. Quæ *Juliacum* notat exorientem aquilam ſeu gryphum aureum, rubea lingua & qua collum vincitur tæniola (Halßband) alas nigras expandentem ſuſtinet. Extrema *Montana* coronata ornatur cauda pavonina. Laciniæ ſunt, circa primam atræ & aureæ, circa ſecundam aureæ cocco reflexæ, ex tertia dependent argenteæ & rubeæ.

Marcanus apex.

§ X. Marcanus apex hic non ſimul notatur, eum vero in Wapenb. P. 2. p. 17. ſub nomine *in der Marck*, videmus, ex corona, cujus circulus teſſellis ſcuti exornatur, tenſum jugum alarum complicatum. Eadem facie notatur ſcutum Comitum *in der Marck*, quod faſciam teſſellatam duorum ordinum & ex ea exſurgentem leonem rubeum refert. Galeæ inſiſtit corona, & ex ea inter duo cornua aurea leo exſurgit rubeus. Credo notari lineam *Lumainam*, vel aliam ex poſt genitis, quæ leonem diſcernendi cauſa aſſumſerit. Non æque facile diſcernas, quid ſibi velit, quod pro titulus adſcribitur *zu der Marck*: cui tribuitur ſcutum diagonali linea dextra diſpertitum hinc minio iſtinc argento, inſcripto ſcutulo pariter ſecto & coloribus alternato, toti autem inductis ſceptris liliatis Cliviis aureis. Sane cui illud *Ravenſpergius*, proprium fuerit, non aſſequor. *Ravenſpurgii* comitatus apicem pag. 17. itidem videre licet videlicet galeæ coronatæ impoſitum pileum oblongum rubeum, in globulum terminatum, cui utrinque terna vexilla Ravenſpurgia adduntur. Sed in *Fürſt.* Wapenb. P. 3. pag. 9. imponitur ſine corona pileus hermionicus additis aliquot pennis pavoninis. In ipſo ſcuto viſuntur quatuor pro tribus cantherii.

Aliæ diſpoſitiones.

§. XI. Quod alios attinet, antequam ditiones hæ conjungerentur, Clivii Cliviæ & Marcanam teſſeram, Juliacenſes, Juliacenſem, Montanam & Ravenſpurgiam conjungebant. Apud Chifflet, Eq. A. V. n. 47. *Joannis Ducis Clivÿ* ſcutum pingitur quadripertitum ex *Clivio* & *Marcano* ſymbolo, & num. 55. *Adolphi Clivii Ravenſteinii* clypeus plane eadem diſpoſitione apparet, ſed imponitur ſcutulum medium novo & veteri Burgundico ſymbolo quadrifidum, impoſita Flandrica parmula. Horum ratio ex eo eſt, quia Adolphus matrem habuit Mariam Joannis Ducis Burgundiæ filiam.

Nivernenſis lineæ.

§. XII. *Cliviorum Nivernenſium* in Francia, quos §. 7. ex Engelberto Clivioſitos dixi, quæ fuerit diſpoſitio, ex *Gonzagarum Nivernenſium* ſcuto videre licet. Nam ejus ſecunda & tertia quadra cum areolis omnibus huc ſpectat. Nolumus vero actum agere, ut illud hic luſtremus, quando L. 1. c. 29. n. 1. 17. & ſeq. id contemplati ſumus.

Controverſa ſucceſſio.

§. XIII. Quæ argumenta pro ſucceſſionis jure adducant familiæ *Palatina*, *Saxonica*, *Brandeburgica*, ſuo loco videre, neque hic ea repetere neceſſe eſt.

CAPUT

Deductio. Gentem hanc idem *Lazius* deducit ab *Achatio* & *Henrico*, qui *Artenburgenſium* Comitum Vaſalli fuerant circa 1395. Bucelinus autem d. l. orditur ab *Vdalrico* circa 1327.

Bona. Ex poſteris fuere *Burcardus 1461.* in *Archiepiſcopum Salisburgenſem* electus, dein *Cardinalis*, & *Vlricus*, qui primus lares in *Auſtriam* tranſtulit: Ejus filius *Ioannes* maſculos clauſiſſe videtur. Cæterum in Carinthia fuerunt in poteſtate horum dynaſtarum *Geſieß*, *Vinckenſtein*, *VVildeck*, *Greiffenfels*, *Veiſtriz*, *Gumpazdorf*, *VVeitenſtein*, *Gutenſtein*, *nec non Koblſtorff*, cujus *Barones* ſe dixere. In *Auſtria* vero utraque *Mämmerstorf* & *Manſee* hypothecario jure tenuere. Maſcula progenie hujus familiæ extincta Khevenhüllerii διγαμίᾳ hæc ſuis adjecere teſſeris, credo ob *Signum* Udalrici filiam, Auguſtini Khevenhüllerii uxorem.

Kellerberg §. IV. Tertia regio, (quod idem de ſexta dicendum) bipertita hinc in *argento duas alas coccineas*, iſthinc in *minio argenteas* dorſis obverſas & in palum extenſas complectitur: quæ teſſera fuit gentis *Kellerbergiæ*. Ex ea *Annam* f. *Caſparis Kellerbergii Vlrico Khevenhüller*, qui 1494. mortuus eſt, nuptam lego. Familiæ hujus *Kellerorum de Kellerberg* fragmentum Bucel. Germ. P. 3. pag. 97. inſerit, iſtius vero Annæ & Caſparis parentis ei mentionem nullam facit; unde quia præſertim eam ad finem usque ſuperioris ſeculi deducit, ambigerem, eademne hæc ſtirps eſſet, niſi communis teſſera ſcutaria ab ipſo etiam adducta conveniret.

Aquila Weisbriachiorum. §. V. Laterculus quartus & quintus iterum conveniunt: nam *argento* inſcribitur *aquila nigra auro coronata*, *lunam creſcentem auream pectori* impreſſam gerens, & eodem metallo cornua & roſtrum tingens, linguam autem cruentam exerens. Hic laterculus cum gentili quadrifariam locatus olim *VVeisbriachiorum* conſtituebat clypeum: ut Wap. P. 4. p. 15. & P. 5. p. 15. conſpiciatur. Sive gratioſum domum id fuit, cum inter proceres allegerentur ſive hereditatem aliquam quæ genti obtigerit notavit. Eadem vero ratio eſt hujus areolæ ſcuto inſertæ, quæ Weisbriachiæ ipſius.

Auffenſtein §. VI. Scutulum imponitur his laterculis medium bipertitum, cujus *anterior pars argentea ululam* (einen auffen/ *hibou* Chifflet,) *monticulo tricolli viridi inſiſtentem coronatam*, & *orbiculis pavoninis deſuper ornatam* refert, quæ omnia naturalem ſervant colorem. Ita deſignatur familia *Aufenſtein*, ex qua *Otiliam de Aufenſtein* in conjugio habuit *Sigismundus Khevenhüller*, qui 1185. centenarius obiit. De hac familia ita Laz. de migr. gent. L. 6. pag. 190. *Mareſcalci de Aufenſtein, potentiſſimi Carinthiæ reguli, ibidem, excepto munere, feuda habuerunt à Ducibus Carinthiæ ſeu Auſtriæ, Gutenſtein, Sieburg, Schwarzenbach, Rochberg, Dragburg, Gurnicz, Charlsperg, Veldkirchn: & a Patriarchis Aquilejenſibus Gneczau, Treven, VValdeck, VVindiſchgracz, Buhenſtein. Hujus Mareſcalci erant hæ prærogativæ, quod curiales Mareſcalci Principum ab eo facultatem accipiant, quod in bello, ſeditione & tumultu, Provinciæ Principe abſente, ad eum conveniatur, vexillaque Ducatus penes eum ſint: qui nocentes & facinoroſos queat morti condemnare: ita tamen quod omnibus per Carinthiam iter agentibus ſalvum conductum præbeat, & alia hujuscemodi cum privilegia tum onera impoſita.* Idem Conrado Auffenſteinio, qui Carinthiæ præfectus ſit Gubernator, tribuit *Seldenhoven* Dominium ad Dravi ripam, quod extincta familia feudi beneficio acceperit. *Fridericum* autem ultimum dicit, quod in Auſtriæ Principes conſpiraſſet, Majeſtatis reum factum, ob quod 1396. munus Rudolpho Liechtenſteinio collatum ſit.

Familia.

Mansdorf. §. VII. Siniſtra medietas ſcutili medii transverſe ſecatur, ſuperiori parte *nigra*, inferiori *aurea*, velut in Sibmachero eſt teſſellata. Ita notatur familia de *Mansdorf* ſeu *Mandorf*. Ex qua *Chriſtophorus*, qui 1557. obiit, *Eliſabetham*, frater ejus *Bernhardus*, qui 1548. mortuus eſt, *VVandulam* uxorem duxit. Porro diu Khevenhullerii non niſi gentilem & Kellerbergiam teſſeram ſcuto inſerere, & huic mediam parmulam Mansdorfiam imponere ſoliti erant, donec adderentur Weisbriachia geſtamina.

Galea. §. VIII. Clypeo inſiſtunt quatuor galeæ, duæ vero lateribus apponuntur, omnes coronatæ, ſed ut Sibmach. notat non niſi mediæ duæ auratæ, reliquæ *ferreæ*: ex *prima* exſurgit caper aureus, cornibus nigris; quem apicem familiæ proprium eſſe reor *ſecunda* inſiſtit ulula parmulæ mediæ, cum corona & pennis pavoninis, deſignandis *Aufenſteinis*. *Tertia* ſuſtinet rubeam & argenteam alam *Kellerbergiorum*, *quarta* aquilam cororatam & lunæ pectori impoſita inſignem *VVeisbriachiorum*;

horum

horum apex proprius fuit, qui galeam ornat dextro lateri ſcuti aſſiſtentem, & ternis argenteis, totidem nigris (alii ajunt auratas, argenteas & nigras apparere, uti eſt in **Wapenb.** P. V. p. 15.) ſtruthiomicis plumis ſuperbit. Olim vero gentilis apex fuerat pileus acuminatus (**geſpitztes hütlein/ oder vielleicht ein zwickelein/ wie im ſchild/**) globulo faſtigiatus. Lateri ſiniſtro clypei (Sibmach. monet, dextro potius adponendam) adjicitur galea *Mansdorfia*, inter alas expanſas nigras parmulam illius gentis ſuſtinens. Laciniæ ſunt aureæ & nigræ, aureæ & cyaneæ, coccineæ & argenteæ, argenteæ & atræ.

§. IX. Bartholomæo illum à Rittershuſio video titulum aſſignari: *Comes in Frankenburg, L. Baro in Landscron & VVehrnberg, Hereditarius in Oſtervviz & Carlsberg* Johanni Baroni & Franciſco Chriſtophoro Comiti, qui *Equites aurei velleris* fuere, Chifflet. n. 280. & 351. addit titulum *grand eſcuyer hereditaire de Carinthie*, ſeu *magnus ſcutarius hereditarius Carinthiæ.* Tituli.

Caput XLVIII.

Com. de Kœnigseck ſeu *Künigseck.*

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Chunoniſegg. Deductio. Fam. de Scutellis in Hiſpan.*
2. *Vlterior deductio. Kœnigseckii Boruſſiæ. Barones Comites. Leopoldus VVilhelmus Imperii Vicecancell.*
3. *Alia linea.*
4. *Tituli variati.*
5. *Saulgaviæ Comites. Inſignia.*
6. *Tabula progonologica Com. Leopoldi VVilhelmi & conjugis.*
7. *Scutum.*
8. *Apex.*
9. *Tituli.*
10. *Familia Sanclementia in Hiſpania.*

§. I.

Antiquiſſimam gentem ſubminiſtrata ab *Illuſtriſſimo Comite Leopoldo Guilelmo, Imperii Vicecancellario*, domeſtica documenta referunt ad quendam *Cunonem*, qui ex priſcis Alemanniæ & Alſatiæ Ducum Guelforum Palatinis ſatus duobus circiter ab Alſtorfio miliaribus ſedem fixerit, & de ſuo nomine caſtrum extructum circa 650. *Künigseck* ſeu *Chunonisegg* dixerit. Hunc patrem ajunt *VVintholdi I. de Chunsegg*, qui prælio Caroli Martelli contra Reginfredum 715. occubuit, cum fratre *Henrichmanno* ſeu *Henrico*. Tertium fratrem *Marquardum I. de Chunsegg* interfuiſſe ajunt eidem prælio, ſed ejusdem Caroli bello contra Bavaros 720. interemtum. Hoc genitus eſt *Ioannes I. de Chunsegg* dictus *Comes* anno 777. ita citatus in Partiſtipario in ſyllabo virorum illuſtrium inter alios Comites. Hic filium habuit *Erhardum I. de Chunsegg*, qui circa 801. ſub Carolo Magno floruit cum Mangoldo Truchſeſſio de Walpurg, Egone Com. Fürſtenbergio & Henrico de Stôpheln. Poſt hunc gradus generationis incerti ſunt per ſeculum fere, usque ad fratres *Beatum* ſeu *Battum de Chunsegg* ann. 922. & *Seifridum* circa 930. cujus vidua *Dietburga* ex familia de *Caltenthal* interfuit torneamentis Magdeburgicis 942. Hos excipit *Iacobus de Chunsegg* in Trevirenſibus 1019. Poſt hunc denuo aliquis hiatus intercedit usque ad *VVilhelmum*, qui Tigurinos ludos 1165. ornavit, *Battum* ſeu *Beatum II. 1170.* cui cum Rechbergio duellum fuit, *Erneſtum* in torneamentis Colonienſibus 1179. & *Ioannem 1170.* cujus vidua *Margarita de Hattſtat* Alſata in ludis equeſtribus 1165 Tiguri fuit: quos fratres fuiſſe ætas perſvadet. Hoc nati *Bertholdus* præcipuus benefactor *Augiæ albæ 1203.* atque *Eberhardus* ejusdem cœnobii dotator, qui 1203. obiit, & qui horum fuiſſe frater videtur, *Rudolfus* vel *VVolfgangus Abbas Campidunenſis 1208.* Eberhardo nati *Fridericus Dominus de Chunigsegg 1229.* qui in Hiſpanias profectus Jacobo Regi Aragoniæ fuit probatiſſimus, qui ei *Principem Cardonæ* deſponſavit, (unde natus *Iacobus de Chunigseck* ſeu *de ſcutellis* vel *Sentellis* ab inſignibus *Kœnigseccii* dictus, autor illuſtris quæ in Hiſpania floret familiæ de *Scutellis* vel *Sentellis*,) *Berthol-*

Familiæ origo.

Chunonisegg.

Deductio.

Famil. de Scutellis in Hiſpania.

Bertholdus Dominus de Chunigseck & Frauenhofen Cæſaris Conſiliarius 1244. 1257. & *Adamus* in torneamentis Herbipolitanis 1235. Bertholdo creduntur nati *Orto* & *Rupertus* equites, quorum mentio 1278. *Vdalricus* ſeu *Vlricus* 1287. qui caſtrum *Leutenberg* Monaſterio Salemnitano vendidit, & circa 1300. deceſſit, *Bertholdus de Chunigseck, Dominus in Aulendorf*, aulicus Ducis Sveviæ 1257. *Eberhardus II.* qui *Frauenhofen* Dominium monaſterio Weingartenſi vendidit, *Bernhardus*, qui Svinfurtenſibus ludis interfuit 1296. Eberhardo II. nati *Eberhardus III.* qui claruit 1396. *Vlricus IV.* (ſi tamen non cum III. unus eſt) 1369. Catharinæ Com Caſtellæ maritus & *Bertholdus IV. 1363. 1396.*

Ulterior deductio.

§. II. Ab *Vdalrico* ſeu *Vlrico* prædicto fere certior ſeries eſt ; Hic enim patet traditur *Ioannis*, qui Svinfurtenſes ludos inviſit 1296. *Henrici* Domini in Appenweiler 1297. & *Vlrici II.* Domini in Chunigseck 1315. qui 1375. mortuus perhibetur, conjux *Catharinæ Comitis de Sulgau*, & dein *Annæ Baroniſſæ de Kazenſtein.* Hic genuit *Bertholdum V.* mortuum 1370. Sradianiæ maritum, *VValterum* præfectum Ducatus Sveviæ, 1390. adhuc ſuperſtitem, *Eberhardum IV.* 1369. (qui duas uxores habuit, Anaſtaſiam ex Dominis de Liechtenſtein in Svevia & Annam de Clingenberg Dominorum in Hohentwiel.) *Anſelmum* 1370. (cui conjux *Mareſcalla de Biberbach* ex Pappenheimiis) & *Vlricum IV.* qui 1387. deceſſit, uxore uſus *Margarita Baroniſſa de Bickenbach*; ex hujus filiis claruere *Ludolphus*, an *Leutoldus*, qui 1418. obiit, maritus *Annæ Dominæ de Hornberg in Tripperg*, *Benzius* ſeu *Benzo*, qui mortuus 1400. (cujus conjux *Eliſabeth de Stuben.*) *VValtherus 1392. Marquardus M. Magiſter Ordinis Teutonici & Princeps Boruſſiæ 1434.* qui mortuus eſt 1440. *Ioannes IV. Sigismundi I.* Conſiliarius, qui 1415. mortuus eſt, atque familiæ propagator *Vlricus V. Dominus in Cunigseck*, qui 1444. extinctus eſt, maritus *Eliſabethæ Com. de Sulgau.* His geniti *Ioannes V.* & *Leutoldus* (cui uxor datur *Anna Einingerin de Balzheim Röſ. 1472.*) ex quibus unus ad patruum in Boruſſiam ſe tranſtulit, & ibi cum nobili fœmina matrimonio inito Dominos *de Kœnigseck*, qui ibi in illuſtri ſplendore ſuperant, ſevit, atque *Vlricus VI.* qui circa 1480. mortuus eſt, pater ex *Eliſabetha Comite Iſenburgia*, præter alios *Marquardi III. Baronis de Chunigsegg 1470.* qui circa 1500. obiit, ex *Magdalena Mareſcalla Pappenheimia* relicto *Ioanne X. Barone de Chunigsegg Domini in Aulendorf 1520.* quo & Dorothea Dapifera in Waldpurg nati præter alio *Ioannes Marquardus I.* vir eruditiſſimus & Enſisheimiæ Cameræ Præfectus 1548. qui nulla prole ex *Eliſabetha Com. Fürſtenbergia* deceſſit 1553. atque *Ioannes Iacobus Baro de Kunigseck in Aulendorf*, mortuus 1567. relictis ex *Eliſabetha Com. Montfortia* inter alios *Georgio II. Barone de Künigseck & Rotenfels*, *Domino in Aulendorf & Stauffen*, qui obiit 1622. *Bertholdo VI.* cui ex *Cunigunda Com. Zimmerenſi in VVildenſtein & Rordorf* liberi non fuere, atque *Marquardo* Conſiliario Bavarico intimo, Gubernatore Ingolſtadii, qui 1626. deceſſit, pater ex *Iuſtina Baroniſſa de Stauffen*, *Iohan. VVilhelmi I. Com. in Kunigseck*, qui 1663. moriens ex Walpurga Truchſeſſia nullo ſuſcepta filio lineam maſculam terminavit. *Georgius II.* vero ex *Cunigunda Truchſeſſia* prima conjuge ſuſcepit *Bertholdum VII.* & *Ioannem Iacobum* Canonicos, qui 1663. extincti, & duarum linearum ſatores. Ex his *Iohannes Georgius* Intimus Cæſareus Conſiliarius & Supremus Conſilii ſecreti Oenipontani Director ex *Eleonora Comite Embſia* ſuſcepit *Antonium Euſebium* Ducatus Sveviæ præfectum, maritum Annæ Genevræ Comitis de Thun; *Hugo* autem Cæſaris & Archiducis Camerarius atque Conſiliarius, ex uxore prima *Renata Principe Zollerana*, poſt alios, Canonicos Colonienſes & Argentinenſes ſuſcepit *Leopoldum VVilhelmum*, gentis ſuæ ſidus, qui Imperii Vicecancellarius, & legatione Cæſaris nomine ad Angliæ regem cum honore defunctus eſt, & nunc quoque non inter Camerarios ſolum numeratur, ſed intimis conſiliis Auguſtæ aulæ intereſt, à Rege Hiſpaniæ etiam Aurei Velleris torque ornatus.

Kœnigseckii Boruſſiæ.

Barones.

Comites.

Leopold. Wilhelmus Imp. Vicecancell.

Alia linea.

§. III. Præter iſtas linea etiam fuit *Kœnigsecciorum* ex *Eberhardo IV.* circa finem ſeculi decimi quarti egreſſa, quæ ſeculo ſuperiori defeciſſe videtur in tribus ſororibus

Digitized by Google

ſororibus, Erhardi IV. filiabus, ex quibus *Scholaſtica Georgio Baroni de Falckenſtein in Bechburg* nupſerat, Johannis Chriſtophori, qui gentem terminavit, mater.

§. IV. Porro nemini mirum hoc videri debet, neque quod accurata graduum ſingulorum ratio non ubique reddi poteſt : Germani enim noſtri ſuperioribus ſeculis faciendi quam ſcribendi fuere ſtudioſiores: neque quod non eodem elogio omnes uſi, ſed cum *Comitis* ante tot ſecula titulus geſtatus fuerit, deinceps ſucceſſores *Dominorum* contenti fuere nomine, donec ad *Baronum* & *Comitum* elogia rediretur: nam uti apud veteres titulorum, quale nunc eſt, ſolenne diſcrimen minus obſervatum fuit, ita nulli ſibi religioni duxere, pro ratione temporum ex illis aliquid remittere. Qualia in aliis etiam exempla adeò non infrequentia ſunt. Ita *Rutheni* ſeu *Reuſſii de Plavia* ex *Oſterodiis*, *Ahlefeldii* ex *Balzhuſio-Schwabecciis*, *Ranzovii* ex *Leisnicenſibus* Comitibus oriundi, diu antiquo titulo abſtinuere, & noſtra demum memoria ad eundem redierunt. Tituli variani.

§. V. Duas inter conjuges veterum Kœnigsecciorum legimus Comitiſſas *Saulgaviæ* ſeu *Sulgaviæ*, ut ex hoc quoque clareat, quam illuſtres habiti ſint, quos illuſtriſſimæ familiæ ſua non dedignitatæ ſunt affinitate. Nam *Saulgavii* Comites creduntur (ut alibi in Sylloge Genealogico-hiſtor. p. 417. retuli, ex *Gotbaldo* oriundi, cujus frater *Dancko* totam *Zolleranam* familiam, ex qua hodienum Sereniſſimi Electores & Marchionus Brandeburgici atque Principes Zollerani ſuperſunt, ſevit. Saulgoviorum illorum Comitum ſtirpi aſſeritur etiam *Meinradus Bertholdi Comiti Saulgaviæ filius*, qui cum vitam anachoreticam ageret 861. vel 863. trucidatus eſt: unde celeberrimum illud, ad quod plures peregrinationes ſuſcipiuntur, cœnobium *Einſideln* ortum ſuum accepit, ibi conditum 934. ubi iſte cellam habuerat. Comites illi *Saulgaviæ* uſi ſunt pro inſignibus in parma *argentea leone rubeo, columnam*, ut ad nomen alluderetur, *nigram pedibus anterioribus portante*, ut videre eſt in *P. Fürſt.* Wapenb. P. III. pag. 27. ſub vitioſo titule *Sulgen*. Saulgaviæ Comites. Inſignia.

§. VI. Ut vero Illuſtris Domus hujus affinitates magis pateant, quatuor tabulis exhibebimus progenitores (Ahnichen/) liberorum, quos præfatus Illuſtriſſimus *Leopoldus Wilhelmus* ex conjuge Illuſtriſſima *Maria Polyxena* Dom. de *Scherfenberg* genuit, illius gratia mihi communicatos. Tabulæ progonologicæ C. Leopoldi Wilhelmi & conjugis.

TAB. I.



Digitized by Google

TAB. III.

JOANNES WILHELMVS Dom. de Scherfenberg. Pater Mariæ Polyxenæ uxoris Vicecancellarii.

- Carolus Dom. de Scherfenberg.
  - Joannes Dom. de Scherfenberg.
    - Christophorus Dom. de Scherfenberg.
      - Bernard. Dn. de Scherfenberg.
        - Ulricus Dn. de Scherfenberg.
          - Rudolphus Dn. de Schärfenberg seu Scherfenberg.
          - Margareta Dn. de Lofenſtein.
        - Cathar. Dn. de Lofenſtein.
          - Bernardus Dn. de Lofenſtein.
          - Anna Dn. de Zelcking.
      - Elisabetha de Flädniz.
        - Ulricus Dn. de Flädniz.
          - Fridericus Dn. de Fladniz.
          - Cunigunda Göslin zum Thurn.
        - Pravedis de Haunſperg.
          - Joannes Dn. de Haunsperg.
          - Catharina de Haslang.
    - Radegundis Com. de Arberg.
      - Georg. C. & Dn. de Aarb.
        - Petrus jun. C. & Dn. de Aarberg.
          - Petrus ſen. C. & Dn. de Aarberg.
          - Catharina C. de Montfort.
        - Agnes de Thierſtein.
          - Wilhelmus C. de Thierſtein.
          - Roſina C. de Hochberg.
      - Agnes Dom. de Hohenberg.
        - Joan. Dn. de Hohenberg.
          - Fridericus Dn. de Hohenberg.
          - Margareta Dn. de Pottendorf.
        - Barb. D. de Lichtenſt. in Murau.
          - Achat. Dn. de Liechtenſt. in Murau
          - Barbara Dn. de Stubenberg.
      - Stephan. B. de Eyzing.
        - Georgius B. de Eyzing.
          - Stephanus Baro de Eyzing.
          - Gertrudis Dn. de Wallee.
        - Margareta Dn. de Seiſeneck.
          - Bernardus Dn. de Seiſeneck.
          - Barbara Gilleiſin.
  - Christina B. de Eyzing.
    - Michaël B. de Eyzing.
      - Cathar. Dom. de Bozkoviz & Tſcher.
        - wancko Czembra D. de Bozk. & Tſchern.
          - Henricus, Dom. de Borzkoviz & Tſchernahot.
          - Catherina Dn. de Kunſtatt.
        - Joanna de wlaſyme.
          - Carolus Dn. de Wlaſyme.
          - Eliſabetha de Kleiniz.
    - Anna Dom. de Seeburg.
      - Bozko Dom. de Seeburg.
        - Henricus Dn. de Seeburg.
          - Henricus ſen. Dn. de Seeburg.
          - Lucia Dn. de Bernſtein.
        - Anna Nothattin de Wernberg.
          - Emeran. Nothaft de Werenberg.
          - Anna Pflugin de Rabenſtein.
      - Anna Schlickin C. de Paſſaun.
        - Matth. Schlick C. de Paſſaun.
          - Hieronym. Schlick C. de Paſſaun.
          - Suſanna Burggravia de Leiſnick.
        - Cunigũda B. de Schvvarzenb.
          - Erckinger B. de Schvvarzenberg.
          - Barbara Dn. de Abenſperg.
  - Polyxena Dn. de Roggendorf.
    - Joh. wilhelmus Dom. de Roggendorf, Mareſcallus Provinc. Auſtr. infer.
      - Wilhelmus Dn. de Roggendorf.
        - Wolfg. Dn. de Roggendorf.
          - Caſpar Baro de Roggendorf.
            - Sigismundus Dn. de Roggendorf.
            - Catharina Rindſcheidin.
          - Margareta B. de Wildhauſs.
            - Eraſmus Dn. de Wildhauſs.
            - Eliſabetha Dn. de Aurſperg. (purg.
        - Eliſabet. Dom. de Liechtenſtein.
          - Henricus Dn. de Liechtenſtein.
            - Georg. D. de Liechtenſt. in Niclas-
            - Hedvvigis Dn. de Pottendorf.
          - Agnes Dn. de Starenberg.
            - Joannes Dn. de Stahrenberg.
            - Eliſabetha Dn. de Puchheim.
      - Anna Dom. de Hohenberg.
        - Eraſmus Dom. de Hohenberg.
          - Joannes Dn. de Hohenberg.
            - Fridericus Dn. de Hohenberg.
            - Margareta Dn. de Pottendorf.
          - Margar. Dn. de Eberſtorf.
            - Joannes Dn. de Eberſtorf.
            - Catharina Dn. de Velderndorf.
        - Barbara Dom. de Volckersd.
          - Caſpar. Dn. de Volckersdorf.
            - Sigismundus Dn. de Volckersdorf
            - Anna Dn. von der Albm.
          - Clara Weisbeckin.
            - Henricus Weisbeck.
            - Clara de Mallenſtein.
    - Anna Com. de Wiedt.
      - Joannes Com. de Wiedt.
        - Joannes C. de Wiedt.
          - Theodoricus Dn. de Runckel.
          - Anaſtaſia C. de Wiedt.
        - Agnes Com. de Virnenberg.
          - Philippus C. de Virnenberg.
          - Catharina C. de Saffenburg.
      - Eliſabetha C. de Naſſau.
        - Joannes C. de Naſſau.
          - Joannes ſen. C. de Naſſau in Dil-
          - Maria C. de Lœn. (lenburg.
        - Eliſabeth. Land gra. Haſſiæ.
          - Henricus Landgravius Haſſiæ.
          - Anna C. de Cazenelebogen.
      - Catharina C. de Hanau.
        - Philip. C. de Hanau.
          - Reinhardus C. de Hanau.
            - Philippus C. de Hanau in Münzen-
            - Adriana C. de Naſſau. (berg.
          - Catharina C. de Schvvarzenb.
            - Guntherus C. de Schvvarzenburg.
            - Catharina C. de Querfurt.
        - Juliana Com. de Stolberg.
          - Botho C. de Stolberg.
            - Henricus C. de Stolberg.
            - Mechtildis C. de Manſfeld.
          - Anna C. de Kœnigſtein.
            - Phil. de Eppſtein C. de Kœnigſtein.
            - Luiſa Com. de Marca.

Digitized by Google

| | | |

ιδ ἐγὼ εἰμι· καὶ ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν καθήμενον τῆς δυνάμεως καὶ ἐρχόμενον μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. 63 ὁ δὲ ἀρχιερεὺς διαρήξας τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ λέγει· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; 64 ἠκούσατε τῆς βλασφημίας· τί ὑμῖν φαίνεται; οἱ δὲ πάντες κατέκριναν αὐτὸν ἔνοχον εἶναι θανάτου. 65 καὶ ἤρξαντό τινες ἐμπτύειν αὐτῷ καὶ περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον καὶ κολαφίζειν αὐτὸν καὶ λέγειν αὐτῷ· προφήτευσον· καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον.

66 Καὶ ὄντος τοῦ Πέτρου κάτω ἐν τῇ αὐλῇ ἔρχεται μία τῶν παιδισκῶν τοῦ ἀρχιερέως, 67 καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον θερμαινόμενον ἐμβλέψασα αὐτῷ λέγει· καὶ σὺ μετὰ τοῦ Ναζαρηνοῦ ἦσθα τοῦ Ἰησοῦ. 68 ὁ δὲ ἠρνήσατο λέγων· οὐκ οἶδα οὐδὲ ἐπίσταμαι σὺ τί λέγεις. καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησεν. 69 καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν ἤρξατο πάλιν λέγειν τοῖς παρεστηκόσιν ὅτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστιν. 70 ὁ δὲ πάλιν ἠρνεῖτο. καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν οἱ παρεστῶτες ἔλεγον τῷ Πέτρῳ· ἀληθῶς ἐξ αὐτῶν εἶ, καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. 71 ὁ δὲ ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ὃν λέγετε. 72 καὶ ἐκ δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώνησεν. καὶ ἀνεμνήσθη ὁ Πέτρος τὸ ῥῆμα ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δὶς ἀπαρνήσῃ με τρίς. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιεν.

15 Καὶ εὐθὺς πρωΐ συμβούλιον ποιήσαντες οἱ ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ γραμματέων καὶ ὅλον τὸ συνέδριον δήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπήνεγκαν καὶ παρέδωκαν Πιλάτῳ. 2 καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλᾶτος· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγει· σὺ λέγεις. 3 καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ ἀρχιερεῖς πολλά. 4 ὁ δὲ Πιλᾶτος πάλιν ἐπηρώτησεν αὐτὸν λέγων· οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; ἴδε πόσα σου κατηγοροῦσιν. 5 ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκέτι οὐδὲν ἀπεκρίθη, ὥστε θαυμάζειν τὸν Πιλᾶτον.

6 Κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον ὃν παρῃτοῦντο. 7 ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαραββᾶς μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν. 8 καὶ ἀναβὰς ὁ ὄχλος ἤρξατο αἰτεῖσθαι καθὼς ἐποίει αὐτοῖς. 9 ὁ δὲ Πιλᾶτος ἀπεκρίθη αὐτοῖς λέγων· θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; 10 ἐγίνωσκεν γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παραδεδώκεισαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς. 11 οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς. 12 ὁ δὲ Πιλᾶτος πάλιν ἀποκριθεὶς ἔλεγεν αὐτοῖς· τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέγετε τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; 13 οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν· σταύρωσον αὐτόν. 14 ὁ δὲ Πιλᾶτος ἔλεγεν αὐτοῖς· τί γὰρ ἐποίησεν κακόν; οἱ δὲ περισσῶς ἔκραξαν· σταύρωσον αὐτόν. 15 ὁ δὲ Πιλᾶτος βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, καὶ παρέδωκεν τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας ἵνα σταυρωθῇ.

16 Οἱ δὲ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστιν πραιτώριον, καὶ συκκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν. 17 καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον, 18 καὶ ἤρξαντο ἀσπάζεσθαι αὐτόν· χαῖρε, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. 19 καὶ ἔτυπτον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ καὶ ἐνέπτυον αὐτῷ καὶ τιθέντες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ. 20 καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια. καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν ἵνα σταυρώσωσιν αὐτόν.

21 Καὶ ἀγγαρεύουσιν παράγοντά τινα Σίμωνα Κυρηναῖον ἐρχόμενον ἀπ' ἀγροῦ, τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου καὶ Ῥούφου, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. 22 καὶ φέρουσιν αὐτὸν ἐπὶ Γολγοθᾶν τόπον, ὅ ἐστιν μεθερμηνευόμενον κρανίου τόπος. 23 καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ἐσμυρνισμένον οἶνον· ὃς δὲ οὐκ ἔλαβεν. 24 καὶ σταυροῦσιν αὐτὸν καὶ διαμερίζονται τὰ ἱμάτια αὐτοῦ βάλλοντες κλῆρον ἐπ' αὐτοῖς τίς τί ἄρῃ. 25 ἦν δὲ ὥρα τρίτη καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. 26 καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη· ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. 27 καὶ σὺν αὐτῷ σταυροῦσιν δύο λῃστάς, ἕνα ἐκ δεξιῶν καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ. 28 καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. 29 καὶ οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν καὶ λέγοντες· οὐά, ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ οἰκοδομῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις, 30 σῶσον σεαυτὸν καταβὰς ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. 31 ὁμοίως καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες πρὸς ἀλλήλους μετὰ τῶν γραμματέων ἔλεγον· ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. 32 ὁ χριστὸς ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν. καὶ οἱ συνεσταυρωμένοι σὺν αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν.

33 Καὶ γενομένης ὥρας ἕκτης σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐνάτης. 34 καὶ τῇ ὥρᾳ τῇ ἐνάτῃ ἐβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ· ἐλωΐ ἐλωΐ λεμὰ σαβαχθανί; ὅ ἐστιν μεθερμηνευόμενον· ὁ θεός μου ὁ θεός μου, εἰς τί ἐγκατέλιπές με; 35 καί τινες τῶν παρεστηκότων ἀκούσαντες ἔλεγον· ἴδε Ἠλίαν φωνεῖ. 36 δραμὼν δέ τις καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους περιθείς τε καλάμῳ ἐπότιζεν αὐτόν λέγων· ἄφετε ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν. 37 ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσεν. 38 καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. 39 ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ ὅτι οὕτως κράξας ἐξέπνευσεν εἶπεν· ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗτος υἱὸς θεοῦ ἦν.

40 Ἦσαν δὲ καὶ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, ἐν αἷς καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆτος μήτηρ καὶ Σαλώμη, 41 αἳ ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ἠκολούθουν αὐτῷ καὶ διηκόνουν αὐτῷ, καὶ ἄλλαι πολλαὶ αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἰερουσαλήμ.

42 Καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης, ἐπεὶ ἦν παρασκευή, ὅ ἐστιν προσάββατον, 43 ἐλθὼν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας εὐσχήμων βουλευτής, ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, τολμήσας εἰσῆλθεν πρὸς τὸν Πιλᾶτον καὶ ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. 44 ὁ δὲ Πιλᾶτος ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκεν, καὶ προσκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα ἐπηρώτησεν αὐτὸν εἰ πάλαι ἀπέθανεν· 45 καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος ἐδωρήσατο τὸ πτῶμα τῷ Ἰωσήφ. 46 καὶ ἀγοράσας σινδόνα καθελὼν αὐτὸν ἐνείλησεν τῇ σινδόνι καὶ ἔθηκεν αὐτὸν ἐν μνήματι ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας, καὶ προσεκύλισεν λίθον ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου. 47 ἡ δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰωσῆτος ἐθεώρουν ποῦ τίθεται.

16 Καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου καὶ Σαλώμη ἠγόρασαν ἀρώματα ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. 2 καὶ λίαν πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. 3 καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς· τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; 4 καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος· ἦν γὰρ μέγας σφόδρα. 5 καὶ εἰσελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς περιβεβλημένον στολὴν λευκήν, καὶ ἐξεθαμβήθησαν. 6 ὁ δὲ λέγει αὐταῖς· μὴ ἐκθαμβεῖσθε· Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον; ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε· ἴδε ὁ τόπος ὅπου ἔθηκαν αὐτόν. 7 ἀλλὰ ὑπάγετε εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε καθὼς εἶπεν ὑμῖν. 8 καὶ ἐξελθοῦσαι ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου, εἶχεν γὰρ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπαν· ἐφοβοῦντο γάρ.

9 Ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτου ἐφάνη πρώτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. 10 ἐκείνη πορευθεῖσα ἀπήγγειλεν τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις πενθοῦσιν καὶ κλαίουσιν. 11 κἀκεῖνοι ἀκούσαντες ὅτι ζῇ καὶ ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς ἠπίστησαν. 12 Μετὰ δὲ ταῦτα δυσὶν ἐξ αὐτῶν περιπατοῦσιν ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ πορευομένοις εἰς ἀγρόν. 13 κἀκεῖνοι ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν τοῖς λοιποῖς· οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν.

14 Ὕστερον ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη καὶ ὠνείδισεν τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ σκληροκαρδίαν ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν. 15 καὶ εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει. 16 ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται, ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. 17 σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασιν ταῦτα παρακολουθήσει· ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσιν, γλώσσαις λαλήσουσιν καιναῖς, 18 ὄφεις ἀροῦσιν, κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ, ἐπὶ ἀρρώστους χεῖρας ἐπιθήσουσιν καὶ καλῶς ἕξουσιν.

19 Ὁ μὲν οὖν κύριος μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς ἀνελήμφθη εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ. 20 ἐκεῖνοι δὲ ἐξελθόντες ἐκήρυξαν πανταχοῦ τοῦ κυρίου συνεργοῦντος καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων.

Culenburgia, & eo major *Carolus primus 1522. Lalani* Comes, & Eq. A. V. creatus. Hunc patrem habuere *Carolus* & *Philippus* duarum linearum capita: Ille *Comes Lalani, Baro d'Eſcornaix*, Gubernator Hollandiæ, reliquit *Philippum Lalani Comitem*, Magnum Ballivum Hannoniæ, patrem *Margaretæ Comitis de Lalain & Baroniſſæ d'Eſcornaix*, à qua illa habuit maritus *Florentius Comes de Berlaymont*, atque *Philibertum Emanuelem B. de Montigny*. Altera linea cepit à *Philippo* Eq. A. V. & Geldriæ Gubernatore, quem patruus *Hochſtrate* Comitem ſcripſit, hic genuit *Georgium C. Rennebergium*, & *Antonium C. Hochſtratæ Eq. A. V.* Bar. Borſelæ, patrem *Guilelmi C. de Hochſtraten & de Renneberg*, quo natus *Antonius*, cui ab uxore *Margareta Barlaymontia* etiam comitatus avitus *Lalanius* oblatus, ſed liberis non ſuſceptis alio iterum delapſus eſt, *Philippi Hermanni Baronis de Nivelle*, & *Caroli*, qui fratris filio ſucceſſit *Comes Hochſtratæ & Rennebergi Eq. Aurei velleris*, genuitque *Albertum Franciſcum C. Hochſtratæ*, & *Petrum Iacobum Procopium Com. Rennebergii*, quorum illo natus eſt *Franciſcus Paulus* Comes & uxor *Caroli Florentini Rhingravii*. Lineæ.

§. II. Scutum hujus familiæ eſt, juxta *Chifflet. in inſign. Eq. A.V.* (qua dignitate duodecim hujus gentis claruere) *coccineum*, in quo viſuntur *deni rhombi continentes argentei, terni ternis ductibus deſcripti, ac decimo in media ſede pedis ſcutarii collocato.* Et inſiſtit galea *aurea corona* redimita, cujus apex eſt *caput aquilinum aureum, roſtro argenteo, lingua & oculus coccineis in medio tripteromatis* (au milieu d'un vol de trois rangs) *argentei*. Pennæ autem ſeu laciniæ volitantes ſunt cocco & argento pictæ. Scutum. Apex.

§. III. Hæc teſſera genti communi eſt: ea vero ſine *diſcerniculo* uſi ſunt apud Ghiffletium inter equites aurei velleris *Iocobus Dn. de Bugnicourt.* n. 51. *Carolus Dn. de Lalain.* n. 117. ejus filius *Carolus.* num. 179. *Pontus Dn. de Bugnicourt.* n. 199. *Emanuel Dn. de Renty.* n. 275. *Antonius C. Hochſtratæ.* n. 326. & ejus filius *Carolus Com. Hochſtratæ.* num. 344. Diſcerniculum addidere ex ſecundo genita linea, & quidem *leunculum coccineum* primo rhombo ſcutario impreſſum, *Simon Dn. de Hantes* n. 26. ejus filius *Iodocus Dn. de Montigny.* n. 80. hujus iterum filius *Antonius Dn. de Montigny.* n. 135. Caroli II. filius *Philippus C. Hochſtrate*, nempe vivo adhuc patre, n. 203. *Antonius C. Hochſtratæ*, n. 238. Diſcernicula.

§. IV. Tituli Carolo aſcribuntur: *Comes de Hochſtraten, de Renneberg, Baro de Hachicourt, de Leuſe, de Borſele, Dn. de VVimy, Farbus, Eckeren, Borcht, Goortresſon:* Chifflet. ei etiam Com. *Hornani* titulum addit. Quod *Hochſtratam* attinet, Eliſabetha filia Joannis de Buren Dn. Hochſtratæ ex Eleonora Borſelia nupſit Gerhardo Dn. de Culenburg, & ei attulit *Buram, Borſeliam, Zulam, S. Martensdyck, Svvyck & Dodendal:* ejus filius Caſpar Dn. Culenburgi, avunculo etiam ſucceſſit, quo nata Eliſabetha, quæ Hochſtratam marito Antonio Lalano attulit, cujus primus creatus eſt Comes, quam dignitatem dein fratris filio transſcripſit. *Renneberg* habuit Philippus Hochſtratæ Comes ab uxore Anna f. Guilelmi Com. de Renneberg. *Hornanum* titulum puto eſſe à Caroli matre Eleonora Montmorencia f. Joſephi Dn. de Nivelle, cujus frater fuit Florentius Comes de Horn, qui Dominium Leuſe emit, & amiſſis filiis hanc ſororem heredem habuiſſe videtur. Tituli. Hochſtraten. Renneberg. Horn.

Caput L.

Lannoii Princ. Sulmonæ, &c.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Lannoy opidum ſeu Alnetum.*
2. *Origo. Deductio. Linea. Carolus Lannoius Prorex Neapolit. Sulmonæ Duces.*
3. *Linea de VVillerval & Rollancourt. De Molembaix & Solre. De la Moterie & Orgemont.*
4. *Scutum.*
5. *Diſcernicula minorum natu.*
6. *Diſcernicula ex quadris novis adſcitis.*

§. I.

Lannojorum Illuſtriſſimam ſtirpem ex *Ponto Heutero* Theatro ſuo inſeruit *Hieron. Henninges T. 3. P. 2. pag. 399. 400. 401.* Nec non *Ioh. le Carpentier l'Hiſt. du Cambr. P. 3. p. 718. ſeq.* ubi notat, nomen eſſe ab opido *Lannoy*, quod bihorio ab Inſulis diſtat, & in Familia. Lannoy opidum ſ. Alnetum.

Digitized by Google

& in vetuſtis chartis appellatur *L'annois*, *L'annoe*, imo etiam *L'Aulnais*, & *L'Aulnoy*, unde I. Meyerus vocat ſæpius *Alnetum*, & familiam. *Alnetanam.*

Origo. §. II. Carpenterius primum invenit *Hugonem de Lannois* inter equites in ludis Anchiniis (d'Anchin) 1096. *Gilbertum 1171. Hugonem Dn. de Lannoy* ſeu *Lannais 1186.* patrem ex Richilde de Sainghin. *Hugonis*, *Iacomarti* & *Ioannis* Canonici. Heuterus

Deductio. incipit ab *Hugone Domino de Lannoy & de Lys* (pagus is eſt prope Lannoy) qui uxorem habuit *Margaretam Dn. de Maingoval* ſeu *Mingoval* in Arteſia. His nati *Robertus* ἄπαις, *Hugo Dn. de Lannoys, de Maingoval & de Lys*, atque *Guibertus Dn. de Santes & de Beaumont*, à quibus duæ lineæ. *Hugo* pater *Ioannis* fuit, avus *Ioannis Dn. de*

Lineæ. *Lannoy* Eq. A. V. tantum filiarum patris, & *Antonii En. de Maingoval*, Magni Mag. aulæ Imperialis, hoc *Ioannes* natus eſt Dominus de Maingoval, de Rieulay, d'Iwy, pater *Iohannis* Dn. de Maingoval & d'Audregnies, (quo natus *Nicolaus*, qui filiam reliquit *Bonam*, Philippi de S. Aldegonde Dn. de Noircarmes uxorem,) atque ex alia

Carolus Lannoius prorex Neapolis. Sulmonæ Duces. uxore magni bellici Ducis *Caroli Lannoii Dn. de Senzelles Eq. A. V.* Hic gentis ſuæ primarium ſidus Gubernator fuit Tornacenſis, inde prorex Neapolis 1521. & *C. d'Entremont*, tum Imperator exercitus Cæſarei adverſus Franciſcum regem, quem ad Ticinum cepit: Donatus etiam à grato Cæſare Principatu *Sulmonenſi* & *Com. Aſtæ* in regno Neapolitano, nec non *Com. de la Roche* in Ardenna, demum mortuus 1527. relictis filii *Philippo* Princ. *Sulmonæ*, Eq. A. V. atque *Ferdinando*; Philippo iterum natus eſt *Carolus* Sulmonæ Princeps, Eq. A. V. quo forte natus *Horatius Princ. Sulmonæ*, qui maſculos clauſiſſe videtur, cum Sulmonam deinceps videam in titulis *Iohannis Baptiſtæ Borgheſii*, qui neſcio matrimonii an alio titulo Principatum hunc obtinuerit.

Lineæ de Willerval & Rollancourt. §. III. *Guibertus Dn. de Santes & de Beaumont*, alterius lineæ caput, ex *Catharina de S. Aubin Dn. de Molembaix* genuit *Hugonem Eq. A. V. Guibertum*, *Balduinum*, *Goſſelinum* & *Ioannem.* Ex quibus ſecundus, tertius & quintus lineas novas dedere. *Guibertus Dn. de VVillerval* & *Tronchienes* Eq. A. V. pater fuit *Philippi Dn. de VVillerval* & *Petri Dn. du Freſnoy*, quo *Fridericus*, hoc non niſi filiæ natæ. *Philippus Dn. de VVillerval, de Santes, de Tronchienes*, ex Maria de Chaſtillon Dn. de Dampierre, de Sompuis, de Rollancourt, reliquit ante alios *Philippum Dn. de Santes* & *B. de Rollancourt Eq. A. V.* qui 1535. deceſſit, & ex conjuge *Bona* agnata *Dn. de Lannoy & de Sebourg* ſuſcepit *Hugonem*, ſed ante ſe 1527. extinctum vidit, patrem *Franciſcæ heredis de Lannoy, de Rollancourt, de VVahagnies*, quæ Maximiliano Egmondano C. Buræ omnia illa attulit. *Balduinus* tertius Guiberti filius cognomento *Balbus Dn. de Molembaix* & Eq. A. V. fuit, pater ex *Adriana de Berlemont, Dn. de Solre le Chaſteau*; *Balduini* iterum Eq. A. V. & magni aulæ Magiſtri Archiducis Auſtriæ Philippi, qui ex Michaëlide d'Enne Dn. de Cauroy & de Beauvoir reliquit *Philippum Dn. de Molembaix, de Solre le Chaſteau, de Cauroy, Eq. A. V.* patrem *Ioannis*, quo nata *Mariæ heres de Molembaix* & *de Solre*, quæ tamen ex Johanne M. Bergarum ſuper Scaldim nullos ſuſcepit liberos, *Balduini Dn. de Turcoing Eq. A. V.* (quo alius *Philippus* natus *Philippi Dn. de Beauvoir*, *Ludovici.* Demum ultimus Guiberti filius *Ioannes Dn. de la Motterie*, genuit *Ioannem Dn. de Motterie & d'Orgemont*, quo nati *Robertus Dn. d'Orgemont*, cujus ex *Petro* neptis, *Ioanna Dn. d'Orgemont* nupſit Carolo de Miraumont, *Antonius Dn. de la Mottrie*, pater *Ludovici*, avus *Iacobi*, proavus *Claudii Com. de la Mottrie*, abavus *Philippi Com. de la Mottrie* & *Alberti B. de Clervaux*, & *Petrus Dn. de Leſdain*, ex cujus majori filio *Nicolao Domini de Lesdaing*, ex altero *Antonio Domini* de *Hardiplanc* & *de Hautpont* deſcendunt.

De Molembaix & Solre.

De la Motterie & d'Orgemont.

Scutum. §. IV. Gentile *Lannojorum* ſcutum eſt *argenteum*, *ornatum tribus leunculis praſinis, coronis & falculis aureis, linguis coccineis.* Apex eſt ex *galea coronata* caput *Monocerotis argenteum, cornu, barba & juba aureis.* Laciniæ autem ſunt argenteæ & viridis.

Diſcernicula minorum fratrum. §. V. Diſcernicula minorum fratrum ex *Chiffletio* notare opere pretium eſt, is enim ex hac gente *quatuordecim aurei velleris Equites* enumerat. Ex quibus ſolus *Iohannes Dn. de Lannoy* ſcuto ſimplici uſus eſt. n. 50. *Hugo Dn. de Santes*, qui equitum ſeptimus fuit, (n. 7.) inſtitam ſeu limbum miniatum introrſus ſtriatum circumdedit clypeo; ejus frater *Guibertus* ſeu *Guillebertus Dn. de VVillerval* pectoralem faſciolam

trifidam

trifidam cæruleam in imo ſcuti capite exaravit, num. 12. *Balduinus* (num. 19.) eorundem frater *Dn. de Molembais* mediæ ſcuti areæ inſeruit ſcutulum argenteum zona quadruplici cærulea exaratum, quod denotat *Molembais* ex materna ſucceſſione. Quod dignum notatu eſt, inter 23. primos ordinis equites 1429. lectos, tres hujus ſtirpis fratres numerari. *Balduinus Dn. de Molembaix* medio ſcutulo inſeruit parmulam *Berlaymontiam*, quæ ſexies vario vellere & minio transverſe faſciata conſpicitur, num. 89. quod iterum fuit maternum βάγμα. *Petrus Dn. de Freſnoy*. Hugonis uſus eſt diſcerniculo, num. 98. *Carolus Dn. de Senzelles* & dein *Sulmonæ Princeps* lunulam cornutam coccineam cordi parmæ inſeruit, n. 136. *Philippus Dn. de Santes* denuo Hugonis limbum accepit, ſed pro *apice* uſus eſt *lyciſcæ* ſeu *lupæ capite fulvo, in medio tripteri argentei* (vol de trois rangs.) n. 182. quod *Philippus* princeps *Sulmonæ* ſecutus eſt. n. 197. *Philippus Dn. de Molembais*, uſus eſt in media area nigro ſcutulo cum decem rhombis continentibus argenteis in tres ordines ternis & decimo in ima ſede locatis, quo deſignatur *Eſne*, ex qua ſtirpe mater Michaëlis fuerat. n. 183. *Balduinus Dn. de Turcoing* n. 233. *Barbanſoniam* parmulam medio ſcuto matris cauſa inſcripſit, quæ ſola tinctura leonum à Lannoiis differt, utpote qui pro viridibus miniati conſpiciuntur.

§. VI. Hæc diſcernicula omnia relinquebant ſcutum Lannoium ſimplex: Aliqui tamen in quadrantes ſecare maluere ſcutum. Ita *Iohannes Dn. de Molembais*, n. 208. uſus eſt ſcuto quadripertito; In quadram primam & ultimam Lannojis leonibus locatis, in ſecundam & tertiam *Manuelio* & *Legionenſi* ſymbolis repoſitis; toti vero ſcutulum *Philippi boni Ducis Burgundiæ* imponebatur: quod iterum à Joannis matre fuit *Margareta Burgunda*, quæ patrem habuit Balduinum Dn. de Fallais, Philippi Ducis Burgundiæ per naturam filium, & matrem Mariam f. Joannis Manuelis de la Cerda. Pariter *Carolus Sulmonæ Princeps* n. 237. quadripertito uſus eſt ſcuto, ita ut Lannoji leones laterculum primum & quartum ornarent, ſecundum autem & tertium *columnæ Columniorum*, ex qua familia matrem habuerat. Ideni etiam apice eo uſus eſt, quem à Philippo Dn. de Santes aſſumtum dixi. Cum Carolo eadem teſſera uſus eſt, quem filium fuiſſe credo, *Horatius Princeps*. n. 269.

Diſcernicula ex quadris novis adſcitis.

CAPUT LI.

Duces Limburgi, Comites Limburgii in Styrum.

ARGUMENTUM

1. *Familiæ nominis affinis.*
2. *Comites & Duces Limburgii ex Salmenſibus derivati.*
3. *Iidem deducti ex Ardennatibus. Succeſſio.*
4. *Scutum Limburgium. Valckenburg. Lucemburg.*
5. *Limburgiorum ad Lainam origo.*
6. *Deductio.*
7. *Ramus Limburgius & Bruchius. Succeſſio.*
8. *Ramus Styrumius.*
9. *Scutum Comitum.*
10. *Limburgius comitatus. Quò delatus?*
11. *Broncborſtii. Linea. Hereditas.*
12. *VViſchia ſucceſſio.*
13. *Scutum hodiernum. VVilhelmus Mauritius Naſſovius.*
14. *Gehmen.*
15. *Borckelohe. Controverſiæ origo & hiſtoria.*
16. *Controverſia armis acta. Compoſitio.*
17. *Fundamenta ordinum Geldriæ in dominium Borckeloanum.*
18. *Fundamenta Limburgiorum Styrumiorum in idem.*
19. *Galea.*
20. *Tituli.*

§. I.

DIximus L. 1. c. 53. quatuor in imperio noſto à pluribus ſeculis floruiſſe familias vel ejusdem vel ſimilis (una ſolum & quidem in aliam ejusdem inſtrumenti variata litera) nominis, & ex illis *Limpurgios* pincernas imperii, Franconiæ proceres, eaque occaſione *Limpurgios ad Lanum* Dominos vidimus. Supereſt ut *Limburgios* nunc conſideremus, tum *Comites* atque *Duces Limburgi*, quæ civitas & una ſeptemdecim Provinciarum Belgicarum eſt, tum Comites *Limburgi ad Lainam* in Weſtfalia, ad nomen alterius Limburgi ita dicti, qui nunc vulgo *Styrumio* nomine notiores ſunt.

Familiæ nominis affinis.

Digitized by Google

Comites & Duces Limburgii ex Salmensibus derivati

§. II. Quod attinet *Limburgios Comites* atque *Duces*, eorum ſtirps longe illuſtriſſima fuit. *Salmenſes* eos ex ſua gente arceſſunt, & perhibent, *Carolum Salmenſem*, cum Otto ex Carolinis ultimus Lotharingiæ Dux deceſſiſſet, ab Henrico III. Imperatore Lotharingiam inferiorem obtinuiſſe, præter quam deinceps etiam ſuperiorem occupavit, ſed à Gotelone iterum dejectus eſt. Dicitur vero *Limburgum* arcem ad *Veſam* ab Hunnis vaſtatam reſtauraſſe, cui filius *VValramus* (al. *Henricus*) titulum *Comitatus* ab Henrico III. obtinuerit. Filius *Henricus* ab Imperatore Henrico IV. Principatu inferioris Lotharingiæ donatus eſt, ſed iterum ab Henrico V. exutus: Hic tamen *Ducali* axiomate *Limburgum* exornavit. Huic aliqui filium dant *Henricum Luſitaniæ regum ſatorem*, cujus tamen ex Burgundiæ Ducibus deductio ex hiſtoricis documentis jam inter doctos pene indubitata habetur. Certius tamen eſt, quod ille *Henricus* primus Limburgi Dux *VValramum* genuerit reliquorum Ducum *Limburgenſium*, tum Comitum atque deinceps Ducum *Lucenburgiorum*, ſtirpis in varios ramos, in quibus Imperatores & Reges leguntur, diſtinctæ, & demum, qui adhuc ſuperant, *Salmenſium Reifferſcheidiorum* Comitum profatorem.

Iidem deducti ex Ardennatibus.

§. III. Alii rerum Genealogicarum peritiſſimi Salmenſium nulla facta mentione, Limburgenſium originem referunt ad *Giſelbertum* aliquem, Comitem *Manſvariæ*, qui *Ermengundam Lotharii Imperatoris filiam* rapuerit, & ex *Raginerio* altero filio Duces *Hasbaniæ*, Comites *Hannoniæ* & *Lovanii*, quorum hi *Brobantinorum* Ducum & *Haſſiæ* Landgraviorum autores, ſeverit, alterum filium habuerit *Ricuinum* Comitem *Ardennæ*, patrem *Ottonis Ducis Lotharingiæ* (à quo alii Duces & Barri Comites) atque *Ricuini II.* cujus nepos *Sigfridus Lucenburgi Comes* fuit. Hujus nepos conſtituitur *Theodoricus Limburgi Dominus*, pater & axus *Henricorum* primorum *Comitis* & *Ducis Limburgici*, quorum hoc *VValramus*, ex altera Ermeſinda Com. Namurcenſi & Lucenburgica *Henricus Lucenburgii* Comes, ex quo *Imperatores*, *Reges Bohemiæ* & *Vngariæ*, *Electores Brandenburgici*, Duces & Comites *Lucenburgici*, & multi illuſtres variis titulis in Francia & Belgio rami. *Henricus* vero iſtius frater major, *Limburgi Dux VValramum* genuit *Limburgi* Ducem, atque *Adolphum* materno jure *Montium* Comitem: illius filia Reinoldo Com. Geldriæ nupta ante patrem exceſſit, unde

Succeſſio.

patruo ſucceſſit ex *Adolpho* nepos *Adolphus*, qui 1282. quamvis contra propinquorum ſententiam Limburgium Ducatum Brabantino Duci Joanni *vendidit*: ex quo communes cum Brabantia Duces non ex una familia habuit.

Scutum Limburgium.

§. IV. Limburgici hujus Ducatus clypeus eſt *argenteus* referens *leonem rubeum, corona & falculis aureis, lingua cærulea, cauda biſida decuſſim trajecta.* Ita Chifflet. Inſ. Eq. A. V. in primo cap. Philippo bono. Idem δᾶγμα fuiſſe credo linearum ex poſtgenitis. Certè *Valckenburg* c. 8. n. 4. in Brederodio ſcuto vidimus ſimili leone, niſi quod corona non aduitur, notari. Quod etiam *Lucenburgiam* gentem attinet, ſimile plane ſcutum illi aſſignat Chifflet. in eq. 10. Unde ſimilem leonem Dux Lucenburgius ex Momorantiis in Gallia nunc quoque gerit. *Lucenburgiæ* tamen provinciæ dat Brianvill. jeu d'arm. p. 157. ſcutum *quinis taniis argenteis & cyaneis* transverſe faſciatum, incumbente illis *leone* illo Limburgio coccineo coronato. Quæ tæniæ ſcuti forte alicujus fuere diſcerniculum, quod dein ducatu hæſit.

Valckenburg. Lucemburg.

Limburgiorum ad Lainam origo.

§. V. Sed tranſeamus ad alteram familiam *Limburgiorum ad Lainam*, qui de Styrum cognominantur. Horum ortus eſt à *Friderico C. Iſenburgio*, & ita per illum ex *Comitibus Montium* atque *Altenaci:* Friderici enim pater vel ex filio *Arnoldo* avus *Eberhardus* fuit, ad quem caſtra *Lippe*, *Nienberg* & *Iſenburg ad Ruram* ſpectarunt, cum *Fridericus* vel frater vel major vel filius Eberhardi *Altenam* retenuiſſet ex paterna hereditate, ſator totius Illuſtriſſimæ *Marcanæ* familiæ, ex quibus deinceps *Duces Cliviæ* orti ſunt (vide c. 46. num. 6. 7.) patrum memoria extincti, quorum juſti agnati ſunt moderni *Limburgii Styrumii*, de quibus nunc ſermo eſt. Verum deductio majorum alibi altius repetita eſt.

Deductio.

§. VI. *Friderico* illo *Iſenburgio* & *Margareta Limburgia* (quam tamen alii non uxorem ſed matrem Friderici faciunt, nati erant *Theodoricus* & *Fridericus* filii, atque tres filiæ, qui paterna calamitate oppreſſi ſubſidium habuere in avunculo *Henrico* Limburgenſi Duce, qui orphanorum protector & quaſi tutor novum illis caſtrum ad *Lainam* ſeu *Lenam* Weſtfaliæ conſtruxit, quod paterna caſtra diruta eſſent, idque à ſuo nomine

nomine *Limburgum* seu **Hohen-Limburg** seu **Nieu-Limberch** / apud Hamelmann. dixit: unde abolita rosa, quæ prius gentibus fuerat tessera, *leone* etiam *Limburgio* uti cepere. Itaque *Theodoricus* primus *Comes de Limburg* dictus est. Cum vero adolevisset, avunculi & consanguineorum auxilio partem ditionum ab agnato *Adolpho C. Marcano* occupatarum recepit ; demum transactio 1243. instituta est. Theodorici hujus tanquam novi autoris, à quo gens hæc ortum repetit, Genealogiam videre est apud *VVern. Teschenmach. annal. Iul. Clev. & Mont. P. 2. p. 452.* Nos solum divisiones linearum quæ iam delibamus. Theodorico ergo natus est præter *Fridericum* alius *Theodoricus*, hoc *Henricus*, pater *Gerhardi* atque *Ludovici* ἀπαίδων, & *Ioannes* duarum linearum communis pater. Aliquanto aliter manuscripta quam vidi genealogia habet : in qua *Theodorico II.* filii dantur *Eberhardus Theodoricus* & *Henricus* (qui cum fratre *Eberhardo* simul vixere 1308) *Eberhardus* autem pater fuit *Theodorici III.* qui à 1308. ad 1364. ditionibus præfuerit, & filium habuerit *Theodoricum*, & quidem ante parentem decessserit, sed communis pater fuerit duarum linearum.

§. VII. Duas illas lineas dicere possis *Limburgiam* & *Styrumiam*, & descendunt hæ à fratribus duobus *Theodorico* atque *Ioanne* (f. *Theodoricus* f. *Ioannes* pater illorum fuerit, ut modo diversas sententias retulimus.) Erat vero alius etiam horum frater *Eberhardus C. Limburgius, Dominus in Hirtenberg*, sed de ejus posteritate nihil lego. Cæterum *Theodoricus* alterius lineæ autor avo 1364. successit, & *Lucardim* heredem *Bruchii* seu Dominii *Broich* uxorem habuit, & adhuc 1398. in vivis fuit. *Teschenmacherus* autem hunc Theodoricum Bruchiæ maritum, non facit fratrem Joannis, sed filium alterius *Theodorici*, qui Joannis frater fuisset, & Comitissæ Sainiæ. Quicquid ejus sit, Theodorico & Lucarde nati sunt *VVilhelmus* atque *Theodoricus*. Ille *Comitatum Limburgium* & *dimidiam dynastiam Bruchiam*, atque in eo castro superius domicilium habuit, uxorem vero nactus est *Mezam* seu *Mechtildem Salma-Reiferscheidiam, Bedburia & Hackenbruchii* heredem. His quidem geniti fuerant parentibus *Eberhardus* & *VVilhelmus* sed præmaturo fato, cum Joanni Duci Cliviæ militarent 1468. cecidere: unde parentibus (non tres, ut *Hamelmann. de famil. emort. L. I. p. 50.* tradit, quarum duæ totidem comitibus de *Neuenar*, cum dote altera Comitatus *Limburgii*, altera Dominii de *Bethar*; tertia *Comiti de Falckenstein* & *Oberstein* cum dote *Broichii* Dominii elocatæ sint, sed) una superfuit filia *Margareta*, quæ marito *Gumberto C. Neuenaria Limburgum, Bruchium, Bedbur* & *Hackenbroich* attulit, quæ tamen posteriora materna Dominia ad Salmenses retracta sunt ex prætenso jure feudorum Colonienſium : Limburgo etiam dejecere Gumbertum Margaretæ patrueles. Quod vero *Theodoricum* Wilhelmi fratrem attinet, is in divisione 1412. obtinuerat arcem *Vitinchoven*, præfecturam *Rellinghausen*, dimidiam dynastiam *Bruch*, & in ea inferius castrum. Hic pater fuit *VVilhelmi, Henrici* & *Theodorici*, qui 1459. vi Gumbertum Neuenarium, qui 1342. de eo comitatu à *Friderico IV.* investitus fuerat, maritum patruelis suæ arce & comitatu Limburgi expulere. Demum *VVilhelmus* genuit *Ioannem* atque *Mariam* uxorem *Sebastiani Com. Saynensis*. Cum vero *Ioannes* ex Elisabetha Neuenaria uxore sua prolem non sustulisset, contra pacta familiæ, ut allegabant agnati, *Limburgium* atque dimidium *Bruchii* transtulit in *Irmgardim Saynensem* atque ejus maritum *VVirichium Comitem Falckensteinium*.

Ramus Limburgius & Bruchius.

Successio.

§. VIII. Illa Theodorici linea fuit, quæ defecit, & ditiones suas aliorsum quam ad agnatos delabi maluit: Quod fratrem ejus *Ioannem* attinet, *Styrumiæ* lineæ autorem, hic *Theodorici* pater fuit, ille *Eberhardi*, quo iterum natus *VVilhelmus C. Limburgi*, pater *Adolfi*, quo genitus *Georgius*, hoc & *Irmgardi VVischiâ Hermannus Georgius*, pater *Georgii, Iodoci, Ioannis* & *Erici*, quorum hi Ecclesiastici fuere, *Iodocus* ex Maria Schaumburgia genuit inter alios *Hermannum Ottonem, Georgium Ernestum & Bernardum Albertum. Georgii Ernesti* filia *Maria Magdalena Henrico* Principi *Nassovio 1646.* nupta & 1653. extincta parentis hereditatem marito atque ita Nassoviæ stirpi intulit, ob quod filius *VVilhelmus Mauritius* princeps insignia Limburgensia suo scuto medio loco inseruit. *Hermanni Ottonis* filii fuere *Otto*, qui ex *Elisabetha Carola Dhonana* filios genuit, *Adolphus* (quo & Isabella Alexandri C. de Vehlen filia nati, qui adhuc superant, *Hermannus Otto*, & *Maximilianus VVilhelmus Ego*;) & *Mauritius* qui ex Bernardina patrui filia filios suscepit.

Ramus Styrumius.

§. IX. Quod

Scutum Cognitem. §. IX. Quod attinet ad ſcutum gentile, illud in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 17. pingitur quadripertitum, primo & quarto laterculo *argenteo* cum *leone rubeo*, ſecundo & tertio *rubeo* cum *leone coronato argenteo:* toti incumbente alia parmula *aurea* cum *duobus leonibus gradientibus.* Huic ſcuto imponuntur tres galeæ coronatæ: prior ſuſtinens caudam pavonſinam, ante quam leo *Limburgius* rubeus exurgit; ex ſecundo proténduntur *(VViſchius apex)* duo equini pedes, alter minio, alter auro tinctus: ex tertia prominent pedes duo urſini (Chifflet. vocat leoninos, & eos argento tingit) nigri ſingulos globos argenteos (Chifflet. coccineos dicit) unguibus ſtringentes. Laciniæ omnes cocco rubent, circa mediam auro, circa reliquas ſequiori metallo reflexæ.

Limburgius comitatus. §. X. In ſcuto hoc *leo rubeus Limburgius* eſt, ut §. 4. vidimus, rationem autem, cur hæc familia eo utatur, §. 6. expreſſimus. Cæterum qua ratione Comitatus ille ad alios ex ſtirpe hac translatus ſit, §. 7. cæpimus dicere: quibus addendum, inter Neuenarios & Falckenſteinios, cum Amæna Falckenſteinia Gumberto Neuenario Comiti nupſiſſet, ita transactum eſſe, ut *Limburgum* penes *Neuenarios* eſſet, *Broichium* autem totum Dominium in Falckenſteiniorum poteſtate maneret. Gumberti filius *Adolphus* etiam ἄτεκνος fuit, unde ſororis ejus Magdalenæ connubio *Arnoldus Comes Bentheimius* Domino feudi conſentiente Limburgum adiit. Hac cauſa non tantum Neuenarii in ſcuto ſuo hoc leone utuntur, verum etiam Falckenſteinii Comites, quod alibi vidimus. Linea vero *Styrumia*, licet exſors aviti Comitatus, gentilem hanc teſeram in parma ſua itidem ſervat. Cæterum quia comitatus ad alios translatus eſt, huic lineæ hactenus inter ordines imperii in comitiis locus non fuit, nullo tamen illuſtriſſimæ proſapiæ præjudicio.

Quo delatus?

Bronchorſtii. §. XI. Leo *argenteus, corona, lingua & falculis aureis, cauda biſida & in decuſſim trajecta*, in area *rubea*, quod δίγυια diximus eſſe laterculi ſecundi & tertii, notat *Bronchorſtios* Comites (vide Chifflet. inſ. A. V. num. 372.) Cæterum *Bronchorſtiorum* gentem alibi nonnihil conſideravimus. Ea in *VVilhelmi* Comitis Bronchorſtii

Lineæ filiis *Gisberto* atque *Theodorico* circa ſeculi decimi quarti finem in duas ſtirpes diſtincta eſt. A *Theodorico Dn. de Batenburg* iterum tres rami ſunt *Anhaltinorum Dominorum* & dein *Comitum*, quorum maſculi defecere, *Batenburgiorum* Baronum, & *Gronsfeldiorum* Comitum, qui omnes extinctis Bronchorſtiis *Comitum Bronchorſtiorum* nomen aſſumſere. *Gisberti* autem poſteritas defecit in *Iodoco* ſeu *Iuſto* Comite 1553. cujus vidua Maria Hojenſis ad mortem usque ſuam in poſſeſſione manſit. De Jodoci hereditate gravis erat contentio, cum præter agnatos *Bronchorſtios* ſucceſſionem quærerent inprimis *Diepholtini*, *Irmgardis* Abbatiſſa Eſſendienſis, & ejus ex fratre nepos *Rudolphus* Comes, quorum avia & proavia Hedvigis amita Juſti fuerat: ſed vicit *Irmgardis VViſchia* matre *VValpurgi Montana* nata, quæ *Iuſti matertera* fuerat, atque adeo proxima conſanguinea, quæ præterea alio etiam modo ex *Gisberto II. Com. Bronchorſtio* Juſti proavo deſcenderat, quod credo ex avia Margareta Bronchorſtia Henrici Wiſchii uxore.

Hereditas.

Wiſchia ſucceſſio. §. XII. Mediæ parmulæ leones notant familiam *VViſchiam*, cujus heres *Irmgardis* filia *Henrici*, ſoror *Ioachimi* improlis & vidua Sheiffardi Merodii *Georgio Limburgio* marito ditiſſimam attulit ſucceſſionem, ac prima hujus rami attritas facultates iterum erexit. Per eandem etiam jus ſucceſſionis Bronchorſtiæ obtigiſſe modo vidimus.

Scutum hodiernũ. §. XIII. Hæc eſt deſignatio ſcuti, quod apud *Sibmacherum* extat; Hodierno tempore paulo alia eſt diſpoſitio: ut videlicet clypei quadripertiti primam argenteam aream occupet *Limburgius leo rubeus, coronatus auro*, (unde quod Sibmacherus n. 9. coronam omiſit, παράλειψις fuit) linguam *caeruleam* protendens: ſecundam *leo Bronchorſtius*; tertiam *leones VViſchii:* quartam rubeam ornent *tres vitelli crocei* ſeu *numi Byzantini aurei*, notandæ dynaſtiæ *Borculo* ſeu *Borckelohe.* Huic ſcuto majori imponitur parmula media *Gehmenſis*, videlicet argentea inſcripta *faſcia rubea* palis *tribus aureis* exarata. Quæ diſpoſitio etiam eſt medii ſcutuli, quod parmæ gentili Celſiſſimus Wilhelmus Mauritius Naſſovius ob maternam hereditatem (vid. §. 8.) inſeruit, excepta parmula *Gehmenſi.*

Wilhelm. Mauritius Naſſovius

§. XIV. Quod

§. XIV. Quod Dominium *Gehmen* attinet, ejus L. 1. c. 86. n. 4. mentio facta eſt, qua ratione ad Schauenburgios ſit delatum: cum autem familia tota extingueretur, dynaſtia hæc fœmininæ ſucceſſionis capax ad Limburgios hos delata eſt, utpote deſcendentes ex Maria, Ottonis filia, Erneſti Principis ſorore, Jodoci Limburgii conjuge. Gehmen.

§. XV. Quod dynaſtiam *Borckeloe* attinet, pluribus de ea agendum, quod noſtra etiam memoria non litium ſolum, ſed & belli fuerit materia. Cæterum ea allodialis prius naturæ, quæ poſt mortem ultimi Domini *Gerhardi* 1385. ad *Bronchorſtios* per iſtius filiam delapſa, atque adeo utrique ſexui idonea erat, 1406. à *Gisberto Com. Bronchorſtio* voluntarie *Epiſcopo Monaſterienſi* oblata, & ab hoc inveſtitura conceſſa eſt, ut relevet ab Epiſcopo & Diœceſi Monaſterienſi. Quæ eadem inveſtitura contigit filio *Ottoni* 1420. & nepoti *Gisberto* 1477. hujusque fratri *Friderico* 1490. Friderico ſucceſſit filius *Iodocus* ſeu *Iuſtus*, quo ſine liberis 1553. moriente, (ut tamen vidua Maria uſumfructum ad mortem usque 1579. retineret) lis exorta eſt: quod Monaſterienſis vacuum feudum, de quo in Camera litem intendebat, ſibi vindicaret, ex altera parte *Limburgo-Styrumii* hereditatem ſibi aſſererent; Demum *Geldrica provincia* de ſuperioritate Dominii & foro, ubi dijudicanda eſſet controverſia, Epiſcopo ſe opponeret. Epiſcopus equidem citatus à Limburgiis coram *Geldrica Curia* comparuit per procuratorem, conteſtans cauſam coram ea agi non poſſe, quia Dominium ad Monaſterienſem ſpectaret diœceſin. Ob hoc tutor Geldriæ ad ſervandum jus provinciæ ſe jungit Limburgiis, & cum ipſa iſtorum confeſſione probaſſet, Dominium non in diœceſi eſſe, alteram exceptionem, quod dynaſtia immediate ſubeſſet imperio, aliis argumentis elidere conatus eſt. Hiſce opponebatur actus homagii & jurisdictionis poſt 1579. ex jure conſolidationis utilis & directi Dominii. Cum cauſa initio voce acta fuiſſet, ex ſententia curiæ 1612. ſcriptis agi cæpit, & 1613. procuratores utriusque partis renunciantes ulterioribus productionibus concluſere cauſam, ut in curia Geldria jus diceretur. Cum dicta eſſet ſententia 1613. Monaſterienſes querelas ad *Status Generales* devolvunt, ut hi à Conſiliariis Geldriæ peterent informationem & negotii rationes. Ob hoc Geldri, licet rationem ſententiarum ulli dare non tenerentur, Borckeloe. Controverſiæ origo & hiſtoria.

reputant ex ſuo ordine aliquos, & ſententiam in præſentia Monaſterienſium, eorum objectionibus depulſis, juſtificare conantur: & deinceps in cauſa pergentes, cum Epiſcopi Procurator procurationi ſuæ renunciaſſet, nec alius ageret ejus nomine, ſed potius ille mandatis *Cameræ Spirenſis* Comitem ad omittendam in curia Geldriæ litem urgere vellet, proceſſum contumaciæ inſtruunt, atque 1615. 20. Decembr. Epiſcopum ad reſtitutionem Dominii, fructuum, damnorum & impenſarum damnant. Hæc ſumma 1622. 3. Maji taxata 523995. florenis. Sententia indicata Epiſcopo, ſed quæ ab Ordinibus proponebantur ad transactionem amicam, ut Comiti & poſteris feudum nomine diœceſeos ſecundum formam antiquam iterum conferretur, & Ordinibus liquidatio æqua fructuum atque damnorum permitteretur, caruere ſucceſſu. Executio vero in præſentia commiſſariorum à curia Provinciali deputatorum peracta, quoad reſtitutionem Limburgenſis in Dominium. Summam vero eidem adjudicatam Epiſcopus ſolvere aut agnoſcere ſententiam iterum obtenta Cameræ mandatis renuebat. Unde poſtea decreto Ordinum generalium 1635. & Geldrorum 1640. ut manu forti executio inſtitueretur ad Comitis Limburgii ſatisfactionem, è bonis Epiſcopi in Ducatu ſitis, cum collatio 1640. de compoſitione fructra fuiſſet, & non alia bona adeſſent, è quibus ſententiæ ſatisfieri poſſet, præter ſolum directum Dominium de Borculo, 1641. Epiſcopus à poſſeſſione prædicti Dominii rejectus eſt, & Limburgenſis admiſſus: mox jura & prætenſiones Monaſterienſis 1642. 23. Mart. haſtæ ſubjectæ, atque adjudicatæ plus offerenti. Is fuit *Conradus Rous Reſenſis*, qui 32000. taler. obtulerat, quæ à ſumma debita ob hoc auferenda erat. Cum vero redemtionis tempus in Geldria inter peregrinos ſex annis definitum eſt, id exſpiravit 1648. Reſiduum vero cum uſuris, quod à tempore rei judicatæ conficiat circiter aum millionem cum dimidio, non deſtitere amplius exigere ab Epiſcopo; unde ea de re etiam fruſtra actum in dieta Monaſterienſi. Inde novo Epiſcopo *Chriſtophoro Bernardo* 1653. & 1654. literis itidem illis jus ſuum & Comitis indicarunt, qui perrexit, ut ſæpius hactenus factum, & Comes contumaciæ accuſatus erat,

tanquam in priori inſtantia cauſam deſeruiſſet, mandatis è Camera urgere Comitem, ut Dominium per formam attentatus occupatum reſtitueret, & à ſententia Geldrica ab incompetenti judice lata deſiſteret : viciſſim ut olim quoque aliis literis Ordines monent, & jubent Comitem, ne morem gerat, aut ſententiæ præjudicari patiatur, pro fide qua illis obſtrictus ſit, promiſſa protectione & defenſione. Mittuntur etiam ad Cameram literæ, totius negotii ſeriem exponentes, & quod Comites obſequentes deſerere Ordines non poſſint, declarantes. Iterum 1657. apud Epiſcopum inſtitere Ordines, ut componeretur controverſia, qui tamen potius cauſam renovari & aliorum judicum deciſioni ſubmitti volebat. Huic ſe Ordines oppoſuere novo 1663. decreto facto. Quam actorum ſeriem ex ſcripto, cui titulus: *Deductio qua repræſentatur jus territorii, quod Geldriæ competit in Dominium de Borculo*, &c. juſſu Ordinum Geldriæ 1663. huc referre non incommodum nec lectori ingratum credidi.

Controverſia armis acta.

§. XVI. Cæterum ſicuti controverſia illa jure prius acta, ita poſtea armis agi cæpit : cum 1665. Epiſcopus hanc etiam cauſam epiſtolæ ſuæ, qua rationes, ob quas arma capere neceſſe haberet, Ordinibus expoſuit, inferebat, quod Dominium ſuæ diœceſi debitum vi ipſi detinerent. Cui epiſtolæ aliis literis ab Ordinibus reſponſum eſt. Epiſcopus vero vi in Transiſalaniam irrupit, caſtellum autem *Borculoicum*, poſtquam aliquandiu reſtitiſſet, in poteſtatem redegit. Demum 1666. 2. Aprili *Clivis* concluſæ pacis articulo 3. reſtitutio opidi & caſtelli ſancitur: articulus autem XI. ita conceptus eſt : **Was die herrlichkeit Borckeloh anbelangt / ſo begehren die Herren General Staaten nicht / daß wegen der berechtigung oder deß** directi Dominii ſeu utilis **halben durch dieſen** tractat **etwas verändert werde / ſondern es ſolle das gantze werck in dem ſtande verbleiben / in welchem es vor dieſem krieg geweſen. Der Herr Biſchoff aber** renunciret **mit** conſens **deß Capitels dem** Superioritäts**recht auff die beſagte herrlichkeit Borckelohe / und dero** dependenzen **und zugehörden: jedoch alſo / daß dieſe** renunciation **der gerechtigkeit deß Reichs nicht** præjudicire, **ſondern daſſelbe in allem ſeinem weſen verbleibe: welches aber gleichwol zwiſchen der Röm. Käyſerl. Majeſt. und denen Herren Staaten anders nicht / als durch freundliche wege / oder durch einige andere mittel / wie von beyden ſeiden für rathſam erachtet wird /** decidirt **und erörtert werden ſoll.** vid. *Theatr. Europ. Contin. X. p. 158.* Ex eo tempore aliquid actum in hac controverſia non recordor.

Compoſitio.

Fundamenta ordinum Geldriæ in Dominium Borckeloanum.

§. XVII. Subjungere viſum eſt, quod alibi fecimus, controverſiæ iſtius momenta. Et quidem *Epiſcopi Monaſterienſis* pro ſuo jure argumenta reſervamus ad explicationem iſtius ſcuti: Huc referemus ante omnia *Fundamenta Ordinum Geldriæ*, quibus Dominium in diſtrictu & ſubjectione Geldriæ eſſe aſſeverant: pro quibus allegatur : Relatio bene fundata in negotio Borculonenſi : Sunt vero iſta:

1. *Confeſſio Monaſterienſium*, qui in ipſa actione petitoria Spiræ faſſi in defenſional. poſit. 36. **Dat de herrſchaft Borculo niet im ſtifft Münſter und deſſen bezirck ſondern en auſſerhalven deſſelben ſtiffts gelegen ſey.** Sed dein Monaſterienſes perhibuere immediate imperio ſubjectum.

2. Cum *Henricus Dn. de Borculo* 1236. Ottoni Geldro venderet *Grollam*, hic Comes promiſit Dominium Borculo non pluribus in hoſpitationibus aut exactionibus oneraturum quam pater feciſſet. Itaque jus hoſpitationis & collectarum habuit, quod indicium ſuperioritatis.

3. Domini de Borculo ſemper cum aliis Ordinibus præſentes fuere *Decretis* & *Privilegiorum* urbis *Zutfaniæ* confirmationibus. Singulatim 1190. 1324.

4. *Gisbertus Bronchorſtius Dn. de Borculo* cum f. Guilelmo Dn. Bronchorſtio 1372. & alii Geldriæ nobilibus ſubſcripſit ſuſpenſioni armorum & ſecuritati præſtitæ adjutoribus Ducis Geldriæ & Comitis Zutfaniæ. Sed & illo bello Gisbertus tantum æris alieni conflavit, ut 1375. cogeretur Dominium *Diepenheim* oppignorare.

5. *Otto Bronchorſtius Dn. de Borculo* & frater *Guilelmus* cum aliis ordinibus Zutfaniæ, comparuere, & ſe obligarunt ſigillo appoſito in conventu 1418. ut Geldria & Zutfania non ſeparari poſſint. De quali comparitione vid. *Reink. de reg. ſec. & Eccl. L. 1. cl. 5. c. 4. n. 98. 99. 100.*

6. Gisbertus III. 1469. ſolemniter recognovit & declaravit cum nobilitate Dominii

Dominii & Magiſtratu opidi de Borculo: *Patrem ſuum & præceſſores cum ſuis terris, vaſallis & ſubditis ſemper obſequium & obedientiam præſtitiſſe, Dnn. Principibus Ducibus Geldriæ & CC. Zutfaniæ, velut bonos & fideles ſubditos facere convenit.* Unde ſe etiam Adolpho Duci Geldriæ velut *bonum clientem* ſe ſubmittit, promittens fidem & aſſiſtentiam, ac ut oppida & caſtella Dominii ſemper pateant Ducibus. Nec minus ut idem poſthac omnes officiales de Bronchorſt, Borculo & Liechtenvoorde obſervantiam horum articulorum jurarent. Adjecit ſigilla Nobilitas, Officiales, opidum.

7. *Fridericus Bronchorſtius* 1505. ſe ſubmiſit obedientiæ Philippi Regis Hiſpaniæ tanquam Ducis Geldriæ.

8. *Iuſtus Comes Bronchorſtius*, cum ei 1589. controverſia intercederet cum oppido *Grolle* de limitibus, ſupremi Provinciæ Principis judicium convenit, nempe ſtatuum conventum Zutfaniæ, non vero arbitros ab utraque parte nominari petiit, quod futurum erat, niſi Dominium Geldriæ fuiſſet ſubjectum.

9. *Iuſtus* Comes, conqueſtus 1540. Carolo V. tanquam D. Geldriæ Neomagi, quod fiſcalis exigere voluerit contributiones ad bellum Turcicum, & alia onera imponere, contra quam præceſſorum tempore, qui ſubditi Geldriæ & ita exemti fuerint, factum ſit, obtinuit à Cæſare mandatum, ut fiſcalis actionem omitteret. Quin & Carolus V. cum terrarum à Geldria dependentium *tabulam Geographicam* confici curaret, voluit Dominium hoc inſeri.

10. Contribuere hi Domini, ut ab anno 1480. ex catalogis contributionum probari poteſt, in omnibus oneribus & exactionibus cum aliis ſtatibus.

11. Aliqui etiam nobiles è Dominio vocati fuere ad ſtatus Provinciæ & Comitia unius è tetrarchiis, plurimi etiam adhibiti negotiis ſtatus contra Hiſpanos.

12. Non ignaris Monaſterienſibus hactenus incolæ Dominii Comitatui Zutfaniæ ſuas contributiones ſolverunt, & ſolvunt.

13. Cum 1560. novi crearentur Epiſcopi in Belgio, *Daventrienſi* addictum *Dominium Borculo*, cum tamen Bulla Pii V. tantum loquatur de ditionibus regi Hiſpaniæ jure hereditario ſubjectis.

14. In *matricula* Imperii non reperitur hoc Dominium.

Obj. Homagium à ſubditis poſtquam utile & directum Dominium conſolidatum, 1579. obtinuit Epiſcopus, & ex eo jurisdictionem donec vi dejeceretur exercuit.

§. XVIII. Subjungimus *Fundamenta Limburgo-Styrumia*, qui ſibi Dominium utile vindicant in dynaſtiam. Fundamenta Limburgiorum Styrumiorum in idem.

1. *Vetus Dominii natura*, cum terra fuiſſet initio libera & allodialis, dein feudo oblata Monaſterienſi Epiſcopatui, ſed ut non periret jus fœmininis, ſi maſculi deficerent.

Except. Monaſterienſ. In inveſtitura Gisberti III. diſerte dicitur: *Veri feudi maſculini.*

2. *Hereditas Iuſti Comitis Bronchorſtii & Domini in Borculo* ejus morte 1553. transmiſſa ad conſobrinam (materterâ Juſti natam.) *Irmgardam Com. Limburgiam, Dn. de Styrum & de VViſch*, tanquam proximam conſanguineam, & aliàs quoque à Gisberto II. primo vaſallo recta linea deſcendentem, adeoque proximam heredem. Hæc ad nepotem *Iuſtum*, is ad filium *Hermannum Ottonem* & iterum hic ad *Ottonem* ſucceſſionem transmiſere.

Except. Maſculini feudi natura hanc hereditatem non admittebat.

3. Eadem *Irmgarda*, cum pridem in poſſeſſionem admiſſa eſſet, eam adverſum Rudolphum C. Diepholtinum obtinuit adjudicatam. Conf. *Frid. Sand. de feud. Geldr. 3. c. 1. §. 3.*

Except. Si ſucceſſio hereditaria locum habuiſſet. Irmgardi ante Diepholtinum conveniebat: hac vero ſententia Domino feudi nihil præjudicatum.

4. Limburgii per vim 1579. dejecti, cum precibus nihil impetraſſent, litem in *curia Geldrica* in caſu redintegrandæ poſſeſſionis intendunt: Procurator nomine Epiſcopi & Capituli comparet. Tandem 1613. 17. Jul. partes (aderat *D. Goſvinus Steenlet* Procurator Monaſterienſis.) ut jus dicatur conſentiunt litemque concludunt.

Except. Monaſter. Procurator Monaſterienſis non habuit poteſtatem conteſtandi de competentia.

Reſp. Limburg. Originale oſtenſum ipſis Monaſterienſibus, & quod Procurator ille Goſvinus 13. Decembr. 1613. poſt ſententiam latam renunciaverit procurationem & poteſtatem, quam præſens in negotio hoc habuerit.

5. *Sententia Geldricæ* curiæ & adjunctorum deputatorum Hollandiæ, Ultrajecti, Friſiæ, ac tetrarchiæ Neomagenſis atque Arnheimiæ, 1613. 19. Novembr. Monaſterienſes exceptiones, cum jurisdictionis Geldricæ dominium hoc eſſe negarent, rejiciuntur, & tandem proceſſu contumaciæ inſtructo 1615. 20. Decembr. jubetur Limburgius reſtitui, & ut ei pretium fructuum perceptorum & jacturarum à die invaſionis 1579. una cum impenſis refundatur. Quæ etiam ſententia in rem judicatam abiit, cujus validitas ubique maxima eſt. Unde adhuc Epiſcopus vigore ejus judicii 150000. floren. Limburgiis deberet.

Except. Monaſt. Sententia ab incompetenti judice lata jus non dat.

Galeæ. §. XIX. Galeæ quot imponantur nondum vidi; forte tamen præter tres veteres, *Gehmenſis* etiam & *Borckeloenſis* caſſides imponuntur, quorum illam in Schaumburgicis inſignibus vidimus L. 1. cap. 86. Hanc ſuo ſcuto etiam Monaſterienſis Epiſcopus imponit, ornatam ala Borcoloenſes orbes continente.

Tituli. §. XX. Tituli ſolennes ſunt: *Comes in Limburg & Bronchorſt, Dominus in Styrum, VViſch & Borckeloe, hereditarius vexillifer* (Erbpanerherr/) *Ducatus Geldriæ & Comitatus Zutfaniæ.* Plerorumque rationes ex ſuperioribus repeti poſſunt.

Caput LII.

De Matignon C. de Thorigny.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Linea. De Launay. La Mouſſaye. Thorigny.*
2. *Scutum.*
3. *Longueville & Bourbon.*
4. *Apex.*
5. *Tituli.*

§. I.

Familia FAmiliam *Gobioniorum* (ſeu *Govionum*, de *Goyon*) refert Celeb. *le Laboureur* ad *Stephanum Gobionem* Dn. de la Gouiniere & de Chaſteaugoyon circa 1210. cui uxor fuit *Lucia* f. *Dionyſii Dn. de Matignon:* Ei verò etiam pater aſſignatur *Dionyſius*, avus Linea. *Stephanus.* Stephano nati *Alanus Dn. de Matignon* & *Ioannes*, lineæ autor, quæ defecit in nepte *Philippa*, uxore Guilhelmi le Bouteller Dn. la Cheſnaye, cum dote Dominorum des *Landes* & *Maupertuis*. *Alano* nati *Alanus Matignonius* & *Ioannes Dn. de la Gouiniere*, à quo iterum poſteritas. In *Alani* poſteris aliqua intercedit differentia inter dictum *Laboureriun* & *de la Caillere*, qui *Mareſcalli de Matignon* res deſcripſit. *Stephano Gobione Dn. de Matignon* nati *Bertrandus*, *Ludovicus* & *Stephanus* trium linea-De Launay rum autores, ex quibus media Dominorum de *Launay* defecit: Tertiæ etiam titulus fuit *Dominorum de Launay Goyon*, in qua abnepoti *Stephani* Guidoni nupſit *Guilelma* La Mouſ-faye. f. *Amalrici Dn. de la Mouſſaye*, unde nepos *Amalricus Baro de la Mouſſaye* fuit: eo natus *Carolus Comes de Plouer*, qui ab uxore Claudia f. Claudii Dn. du Chaſtel doti *Marcé* & *Pommerith* accepit, unde natus *Amalricus M. de la Mouſſaye, Comes de Quintin* & *de Plouer*. In priori vero linea *Bertrandus Gobio Dn. de Matignon* præter *Ioannem*, autotem Dominorum de *Beaucours* & aliorum, genuit *Stephanum*, hoc natus *Bertrandus*, pater *Ioannis* qui 1452. deceſſit *Franciæ magnus Scutarius*, pater *Bertrandi*, avus *Guidonis*, quo natus eſt *Iacobus*, hoc alius *Iacobus Gobio de Matignon, Com. de Thorigny Franciæ Mareſcallus & Normanniæ Gubernator*, geſtis clarus, qui filios habuit *Odetum Com.* Thorigny. *de Thorigny*, & *Carolum* item *Comitem de Thorigny*, Principem *de Mortagne*, patrem præter *Leonorum Epiſcopum Lexovienſem, Iacobi* & *Franciſci*, quorum hic *Henricum C. de Thorigny* & plures filios genuit.

Scutum. §. II. Scutum *Thorignii Comitis* eſt apud *Sammarth. l'eſt. de Fr.* p. 403. quadripertitum: in prima & quarta quadra *argentea* conſpicitur *leo rubeus, auro coronatus*, quæ teſſera

teſſera eſt vetus *Matignania:* ſecunda defert *tria lilia regia,* impendente *triſida lambella argentea,* & interpoſito *ſcipione breviori rubeo* transverſo, quod eſt ſymbolum *Longavilleum:* tertia *Borbonia* eſt areola, iisdem liliis regiis interponens ſcipionem rubeum breviorem.

§. III. Quod *Longavilleum* & *Borbonium* δεῖγμα attinet: aſſumtum id eſt à Caroli uxore Eleonora f. Leonori Aurelianenſis Ducis Longavillei, cujus mater fuerat Maria Borbonia Comes de S. Paul. Longueville & Bourbon.

§. IV. Galeæ coronatæ imponitur *leo aureus.* Duo etiam leones aurei ſcutum tenent; & laciniæ argento atque cocco fulgent. Apex.

§. V. Titulus Caroli fuit; *De Matignon, Comes de Thorigny, Princeps de Mortagne, Baro de la Roche-Teſſon & de S. Lo, Dn. de la Rocheguyon, de l'Eſpare, de S. Celerin.* Filii vero Franciſci: *De Matignon, Comes de Thorigny, Marchio de Lonray, Baro de S. Lo & de Guacé, Dn. de la Rocheguyon;* Ex hujus nepotibus Henrici filiis ſecundus *Baro de Luthumiere* ſalutatur. *Thorigny* allatum eſt domui conjugio Joannis M. Scutarii Franciæ & Margaretæ f. Oliverii de Manay, Dn. de *Thorigny. Rocheguyon* neſcio, an ab *Anna de Silly,* quæ Jacobi Mareſcalli mater fuit, vel Catharina uxore Franciſci de Silly D. de la Rocheguyon derivare debeam. *Guacé* ſeu *Gacé* eſt ab Eleonora Aurelianenſi doti allatum cum Dominio Meyon. *Baronia Luthumiere* eſt à Maria Franciſca Bar. de la Luthumiere uxore Henrici Com. de Thorigny. Tituli.

Caput LIII.

Bar. de Maxelrain ſeu *Meichſelrein, C. de Hohen-vvaldeck.*

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Scutum. Maxelrain.*
3. *Areola ſecunda.*
4. *Hohenvvaldeck.*
5. *Galea.*
6. *Hereditatis Fronsbergia controverſia.*

§. I.

ILluſtrium *Baronum de Maxelrain* ſeu *Meichſelrein* ſeu *Mexelrein* Genealogiam *Celeb. Bucelin. Germ. T. IV. p. 174.* refert ad *Armenricum de Mexelrein,* qui in ludis equeſtribus Tigurinis 1165. comparuit, & filius *Leonardus* in Norimbergenſibus anno 1198. Juſtam vero deductionem orditur ab *Ottone* circa 1340. quo *Conradus* & *VVilhelmus* nati, hoc *Ludovicus, VVilhelmus, Ioannes:* Ludovico *Sigismundus, Vitus, Georgius. Vito* & *Margareta de VValdeck, VVolfgangus Theodoricus,* hoc alius *VVolfgangus Theodoricus,* & *VVolfgangus VVilhelmus,* à quibus diverſæ lineæ. Comitiis Ratiſponenſibus 1654. ſubſcripſit *VVilhelmus Comes de Hohenvvaldeck, Dn. de Maxelrain, Supremus Venator Bavariæ.* Familia.

§. II. Scutum in *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 19. quadripertitum eſt mediante *cruce aurea pedata.* Prima & quarta aurea diagonaliter diſtinguitur, inferiori regione *nigra,* ſuperiori *argentea,* per eam labitur *fluvius, undoſa ſimili ſectione diſtinctus,* tinctura oppoſita. (**ſchwartz und weiß/ ſtrohmweiß abgetheilt.**) Hanc teſſeram gentilem eſſe reor. Scutum Maxelrain.

§. III. Secundus & tertius laterculus *niger leonem aureum* defert, cujus ſignificationem non capio. Areola ſecunda.

§. IV. Medium ſcutulum *argenteum* eſt, in quo apparet *avis expanſa coronata* cum ſuppoſita *decuſſi ſeu lignis in decuſſim diſpoſitis miniatis*; An dicemus *phœnicem* eſſe, rogo incubantem? Ita deſignatur dynaſtia *de Hohenvvaldeck,* quam *Vito de Maxelrain, Margareta* heres & filia Wolfgangi attulit. Hanc gentem idem Bucelin. P. 307. ad quendam anonymum refert Dominum in *VValdeck, VValdenburg* & *Schliers,* patrem circa 760. *Adalundi, Hildevaldi, Odoacri,* qui cum fratribus monaſterium Schlierenſe condidit, *Gariovaldi, Antonii.* Inde patrem, filium & nepotem *Sigismundum, Emericum, Sigismundum* juniorem allegat ex haſtiludiis Rotenburgiis 942. Conſtantienſibus 948. Brunſvicenſibus 996. Juſtam ſeriem autor de novo orditur ab *Ottone* cognom. *Seniore.* Hohen-Waldeck.

Cujus atnepos fuit *VVolfgangus*, qui Margaritam genuit Viti Maxelrainii conjugem. Porro eam dynaſtiam *comitatus* titulo ornatam vidimus.

Galeæ. §. V. Galeæ inſiſtunt tres coronatæ; *prima & ultima* inter ſingula juga complicata alarum ſcutario amne diſtincta, exhibet exurgentem leonem aureum. Media ſuſtinet triplici colli nigro inſiſtentem *urogallum* (auerhan/ ut Sibmacher vocat,) auro coronatum. Laciniæ adduntur circa primam argenteæ & nigræ, circa ſecundam ſeu mediam coccineæ & argenteæ, circa ultimam aureæ & atræ.

Hereditatis Fronsbergiæ controverſia. §. VI. Ob hereditatem *Fronsbergiam* huic ſtirpi ſuperiori ſeculo controverſia fuit; nam celeberrimi bellici Imperatoris *Georgii Fronsbergii Dn. Mündelheimii* filia, Caſpari ſoror, *Anna VVolfgango Theodorico* Maxelreinio nupſerat, unde cum deinceps Caſparis filius Georgius ἄπαις deceſſiſſet, Maxelrainii etiam ad hereditatem admitti poſtularunt, controverſia *Schvvarzenbergicis & Fuggeris* mota. Donec ad Wolfgangi Viti Maxelrainii inſtantiam Fronsbergiæ hereditati ſe miſceret *Maximilianus Dux Bavariæ*, ex quo tempore in poteſtate Bavarorum Mündelheim manſit. Conf. *Mart. Zeiler. itin. Germ. P. 2. c. 30. p. 399.*

Caput LIV.

Com. de Meckau.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ ortus.*
2. *Deductio.*
3. *Scutum.*
4. *Apex.*
5. *Tituli.*

§. I.

Familiæ ortus. BAronum & Comitum à *Meckau* ſeu *Meggau* illuſtris familia ex *Miſnia* in *Auſtriam* venit, & ſub Maximiliano & Ferdinando I. dynaſtiam *Creuzen* ab Hardeckiis Comitibus acquiſivit.

Deductio. §. II. Familiam G. Bucelinus Germ. Tom. 3. p. 132. refert ad *Melchiorem*, qui ex *Clara ab Haunſperg* genuit *Melchiorem Cardinalem* & *Caſparem* Maximiliani II. Camerarium, quo natus *Helfridus* Capitaneus Provinciæ ſupra Anaſum, hoc *Ferdinandus Helfridus* primus *Baro*, pater *Leonardi Helfridi Comitis*. Sed tota maſcula progenies ſuperioribus annis defecit.

Scutum. §. III. Scutum *rubeum tres palas* (ſeu ventilabra dicere malis, wurffſchauffeln/) *capulis brevioribus ex auro* refert. Joh. Jacob. Chifflet. inſign. Eq. A. V. n. 349. ita exprimit, *ſcutum rubrum tribus batillis foſſoriis caſtrenſibus* (paëles de pionnier ſans manches) *aureis manubrio carentibus impreſſum.*

Apex. §. IV. Galeæ coronatæ imponitur *cauda pavonina* ter tæniis ſeu lemniſcis rubeis undulatis transversè ligata, Laciniæ ſunt minio & auro tinctæ.

Tituli. §. V. Titulus fuit: *Comes de Meggau, Baro de Creuzen.*

Caput LV.

Com. & Baron. de Molart.

ARGUMENTUM

1. *Familiæ origo, Deductio.*
2. *Scutum.*
3. *Altera areola.*
4. *Apex.*
5. *Scutum auſtriæ.*

§. I.

Familiæ Origo. PEr-illuſtris *Molartiorum* familia, quæ Comites & Barones tulit, ex *Burgundiæ Comitatu* oriunda eſt: & ex ea *Ludovicus Guilelmi* filius ſuperiori ſeculo primus in Auſtriam conceſſit; filius Petrus *Liber Baro* creatus eſt 1571. Ferdinandi & Maximi-

Deductio. liani II. Camerarius & Mariæ Archippocomus. Hujus filii omnes in Imperatorum & Archi-

Digitized by Google

& Archiducum ſervitiis ætatem egere, Duo autem linearum capita facti ſunt: *Erneſtus* Rudolphi II. ſupremus Camerarius, Conſiliarius intimus atque aulæ Vicepræfectus, & *Iacobus* aulicæ Cameræ præſes & Provinciæ ſupra Anaſum Capitaneus. Illius filii *Petrus Erneſtus* & *Franciſcus Erneſtus Comites* 1652. creati ſunt.

§. II. Scutum tribuit genti *Sibm.* Wapenb. P. 1. p. 26. quadripertitum. In prima & quarta quadra *cærulea canis venaticus argentatus currit*, & ſuper eum *tres* fulgent *ſtellæ aureæ*. Hæc gentilis parma eſt. Scutum.

§. III. Secunda & tertia areola *cærulea* inferiori parte *undis argenteis* permeatur, ex quibus exſurgit *turris miniata*. Hujus teſſeræ ſignificationem non capio, niſi ea *Droſendorf*, quod ſub Ferdinando I. acquiſivere, vel *Reineck* notatur, quorum in titulo mentio fit. Altera areola.

§. IV. Duæ coronatæ galeæ clypeum premunt: quarum priori inſidet canis venaticus cum millo coccineo, ex altera ſurſum protenditur brachium armatum pugionem nudum deorſum vibrans. Laciniæ utrinque ſunt ex cyano & argento. Apex.

§. V. Aucta dein ſunt inſignia, uti videre eſt in *Fürſt.* Wapenb. P. V. pag. 9. Nam explicato ſcuto quadripertito (Hic tamen loco undarum turri τριπύργῳ ſubſternitur ſolum praſinum) imponitur in quadrarum medio parmula *aurea cum aquila nigra bicipiti*, quæ inter capita diadema imperiale ſuſtinet, & pedibus enſem atque ſceptrum tenet. Qualis etiam novam, quæ inter priores locatur media, caſſidem coronatam premit. Millus canis (qui hic moloſſi ſpecie eſt) in priori galea non cocco ſed auro tingitur. Quod vel etiam gratiæ peculiari tribuendum, vel dicendum eſt, in Sibmachero erratum fuiſſe. Scutum auctius.

Caput LVI.

Com. Montfortii & Tubingenſes.

ARGUMENTUM.

1. *Origo familiæ. Plures ex ea ſtirpes.*
2. *Deductio. Linea Styria.*
3. *Veldkirchii. Margareta de Pfannenberg. Linea in Argen. Rotenfels. Tetnang.*
4. *Linea Brigantina. Styria bona.*
5. *Scutum. Vexillum Eccleſiaſticum in pluribus ſcutis.*
6. *Apex*
7. *Tituli.*
8. *Tubingenſes Comites. Linea. Tubinga vendita. Liechteneck.*
9. *Brigantina ſucceſſio.*
10. *Vetera bona.*
11. *Scutum. Apex.*
12. *Tituli.*

§. I.

Montfortiorum, ab arce Montfort in valle Rhenana ſeu Rheinthal ſita doctorum, & *Tubingenſium* Comitum Illuſtriſſimam familiam conjungimus, quia eadem utriusque perhibetur origo. *Felix Faber. L. 1. H. Svev.* eam deducit à quodam *Curione Romano* nobili, qui tempore Leonis I. Pontificis cum ſuis in Rhætiam conceſſerit, & *Montem fortem* condiderit. *Lazius de migr. gent. L. 8. p. 439.* originem refert ad *Rodericum Comitem Palatinum Rhætiæ altæ*, qui privatus à Ludovico II. Francorum & Germaniæ rege multis in Rhætia alta caſtris ad marginem lacus Bodmanici ſe contuleritt, ubi alia ſit mercatus, *Argum*, *Tetnangiam*, *Immenſtadium*, *Buczium*, quibus poſteri adjecerint in Algovia *Rotenfels*, *Haugenfels*, *Libenau*, *Sommerau*, *Stauffen* & *Blaichach*. Ei vero tribuit fratres *Cadalochum Comitum Brigantinorum* autorem, *Anſelmum Rhineccenſium* & *Veldkirchiorum*, *Henricum VVerdenbergiorum*, & *Rolandum Tubingenſium* atque *Herrenbergenſium*, ex quibus etiam *Beblingenſes*, fatores. Eadem repetit *Henninges Theatr. T. 3. P. 1. p. 354. 355.* ſed ut de *Cadalocho* diſſentiat. Nobis jam curæ erunt ſoli Montfortii & Tubingenſes. Origo Familiæ. Plures ex ea ſtirpes.

§. II. Roderico qui circa 840. vixit filium ex conjectura dat Lazius *VVolfradum*, qui à monte Vetrenberg usque in Tirolim & Alpgoiam ditionem extenderit. In poſteris inprimis celebris eſt *Vlricus*, qui circa 1160. vixit, pater *Hugonis*, *Ioannis*, *VVolfgangi*, *VVilhelmi*. Quorum hic (Megiſerus vero in *L. 6. annal. Carinth. Rudolphum* Ulrici filium facit) pater ſit *Henrici* & *Rudolphi*. Illum Lazius facit *Præfectum Styriæ*, Deductio. Linea Styria.

Styriæ, *Henninges Episcopum Curiensem*. *Rudolphus* autem post primam conjugem *Helfensteiniam* potentissimi Styriæ *Mareschalci à Patovione* seu à *Pettau* filiam duxit: Hunc ait Lazius successisse *Vlricum* filium, huic *Ioannem*, cujus filiam *Margaretam VVilhelmus* agnatus *Comes Montfortius* in *Algoja* duxerit, iterum hujus filiam *Hugo* agnatus ex illis, qui ad Bodmanicum lacum habitabant. Addit ad sua usque tempora in *Styria* stemma unum hujus nominis & generis permansisse, ex quo *Georgium* Comitem noverit, cujus adhuc eo tempore vixerint liberi. Sed *M. Zeilerus itin. Germ. P. 1. p. 150.* sua ætate nescit illis aliquid in Styria superfuisse. De his vero paulo post.

Veldkirchii

§. III. Ab *Hugone* Montfortio *Vlrici* filio *Veronicæ Rappolsteiniæ* marito certior fere deductio est, eorum qui deinceps vixere. Ei tamen in altera Montfortiorum διατυπώσει, quam post priorem *Part. 2. T. 3. p. 55.* edidit non solum alium dat patrem, *Hugonem* videlicet, avum autem *Rudolphum*, qui ab *Elisabetha Tubingensi* uxore *Brigantium* in gentem suam reduxerit; verum etiam fratrem *Ludolfum Dn. in Veldkirch*, à quo linea Dominorum in *Tosters*, inprimis vero Dominorum *Veldkirchii*; quorum ultimus *Rudolphus*, qui 1390. decessit, Veldkirchium 1376. vendidit *Leopoldo Austriaco*. Quam quidem lineam *Veldkirchiam* etiam ex *Lazio* agnovit *Henninges*, sed tantum duobus *Rudolfis* absolvit, seniore & juniore, inter quos Bucelinus *Vlricum* alium & *Rudolfum* seniorem interjicit, ut Rudolfus ille venditor Veldkirchii Rudolfi, qui Hugonis frater, pronepos constituatur. *Hugone* natus *VVilhelmus*, cui Lazius, Henninges & in prima editione Bucelinus uxorem *Margaretam de Pfannenberg* tribuunt, in altera vero deductione Bucelinus filio *VVilhelmo* juniori conjugem adscribit *Vrsulam Com. de Pettau*, & hujus filio *Hugoni Margaretam C. de Pfannenberg*. Si conferamus, quæ §. superiori ex Lazio audivimus, & liceat indulgere conjecturis, hanc *Margaretam Com. de Pfannenberg* eandem credo, quam iste *Ioannis* ex Montfortiis in Styria ultimi filiam dicit, mallemque *VVilhelmo* nuptam, & eandem esse cum ea, quam Bucelinus *Vrsulam de Pettau* vocat; quem vero Lazius dein Wilhelmi generum ex alia linea facit *Hugonem*, ipsum esse existimo, qui Bucelino filius, id quod probabilius. Sed nemini conjecturas obtrudo. Id vero certum est, in duobus fratribus *VVilhelmo* & *Henrico*, Wilhelmi senioris filiis duas lineas ortas esse: cum ab illo *Brigantini* reliqui descenderint, ad quos etiam *Pfannenberga* & *Peckha* Dominia *Styriæ* spectarunt; ab hoc reliqui, ad quos *Tetnang*, *Rotenfels*, *Schär*, *Langenargen* & alia. Henrico natus *Vilhelmus* & hoc *Hugo*, *Vlricus* & *Henricus*, à quibus iterum lineæ in *Argen*, in *Tetnang*, in *Rotenfels*, *hæc* neptibus defecit, *ista* itidem in neptibus; *illa* vero Hugonis in pronepotis Ulrici, qui 1574. *Tetnangensem* ramum, quod mares attinet, finivit, filiabus *Magdalena* sponsa Georgii agnati, quæ ante nuptias 1578. & *Barbara* Antonii Fuggeri uxore, quæ 1599. extinctæ sunt. Bona hujus lineæ aliqua à familia deinceps alienata: sicuti *Rotenfels* & *Stauffen* Kœnigseccliis vendita sunt, *VVasserburg* ad Fuggerios pervenit: unde his etiam pars onerum, quæ Imperio debent Montfortii, assignata.

Margareta de Pfannenberg.

Lineæ in Argen. Rotenfels.

Tetnang.

Linea Brigantina.

§. IV. Quod *VVilhelmi* posteritatem attinet, ea hodie superest, fuit vero *Hugonis* & *Conradi* pater; *Conradi* neptis *Elisabetha* 1458. mortua, quæ maritos habuerat Conradum Nelleburgium & Wilhelmum Rœtelanum, *Brigantii* partem dimidiam, quæ ad lineam ejus spectabat, vendidit. *Hugo* alteram lineam produxit, ad quam bona in *Styria* spectabant. Ejus pronepos *Hermannus* præter alios genuit *Georgium* & *Hugonem*, quorum hic *Brigantii* reliquam partem 1525. vendidit. Lazius vero prodit *Hugonem*, quem IX. vocat, & qui Ulrici filius fuit, Sigismundo Austriæ Duci *Veldkircham* & *Brigantiam* vendidisse 1490. Alterum *Hugonem X.* qui 1519. mortuus est, quod reliquum erat in Dominio *Brigantiæ* Ferdinando Austriaco vendidisse. *Georgius* idem est, quem §. 2. Lazius novisse perhibet, & qui in Styria *Pecka* & *Mansberg* possedit. Ad ejus filium *Iacobum* vel nepotem *Ioannem*, extincta *Tetnangia* linea, jus *Montfortii* aviti *Comitatus* recidit. Bona vero in Styria alienata esse oportet; suo enim tempore *Zeilerus* testatur *Itin. Germ. T. 1. p. 302. Peckach* ad Barones *Eibiswaldios* spectasse. Hodie autem Comitatui præest istius Joannis nepos Illustrissimus *Ioannes Comes*.

Styria bona

Scutum.

§. V. Diutius nos occuparunt stirpis intricatioris variæ lineæ. Nunc scutum videamus, quod ex vetustatis more familia simplex gerit, videlicet *argenteum* inscripto *rubeo Ecclesiastico ter pinnato vexillo, aureis tribus annulis* ex quibus suspendi debet.

Cæterum

Vexillum Eccleſiaſticum in plurib. ſcutis.

…rum obſervandum, omnes illas familias, quæ ejusdem fuere proſapiæ, vexillo hoc …leſiaſtico uſas, variata tantum tinctura, quam ſpeciem diſcriminis Germanis vetu… …aprimis placuiſſe P. 1. c. 8. oſtendi. Ita *TVerdenbergii*, quod in Furſtenbergico o… …notavimus, utuntur in *rubeo* ſcuto *candido vexillo*, quod enim *Lazius de migr. …* *L. 6. p. 439.* clypeum illis dat nigrum, vel memoriæ vel hypotheſi lapſus eſt, nam …43. ipſe aream minio tingi aſſerit. Eadem p. 439. Comitibus *Rhinecci & Veldkirchii* …*nigrum vexillum* in *parma candida*, *Tubingenſibus* & *Herrenbergenſibus aureum* in …clypeo: Com. *Beblingenſibus*, qui ex iſdem ſorti, *rubeum* in *auro*. In **Wapenb.** P. …12. plures annotantur, qui ex hac gente vexillis uſi, nonnulla alter exprimuntur. …*erdenbergii*, ſed haud dubie per errorem, tribuuntur *rubeum* in *argento*, *Veldkirchii* …et quam Lazius aſſeruerat *rubeum* in *auro*, *Tetnangii*, quæ item linea *Montfortio*… …eſt, æque ac reliquis *rubeum* in *argento*, *Aſpergii* in *nigro* ſcuto *bipertitum* ex *ar*… …*& minio*, *Phannenbergii*, quo eadem nomen eſt cum *Pfannenbergii*, id eſt, linea … in Styria conſedit, *argenteum* in *nigro*. Alibi legi *Herrenbergii* olim patuiſſe … illum *aureum* in *cærulea* parma.

Apex.

§. VI. Huic clypeo Montfortii imponunt *tiaram Epiſcopalem cocco* fulgentem: …iniæ vero, quæ dependent, eodem & argento inficiuntur. Aſt in **Wapenb.** P. II. p. …alius Montfortiis datur apex, videlicet *herma juventutis argenteo amictu*, pectore ve… …um ſcutarium referens, & tiaram Epiſcopalem capite ſuſtinens, dependentibus …nis. Quem apicem ibidem etiam *Tetnangiis*, *Phannenbergiis* & *Herrenbergiis* …gnat.

Tituli.

§. VII. Titulus eſt: *Comes Montfortii, Dominus de Bregenz in Ortna & Arga.* …los veteres aſcribere neceſſe non eſt, quod illi amiſſi, poſtquam bona ut vidimus …que non uno modo ad alias delapſa ſunt familias.

Tubingenſes comites.

§. VIII. Supereſt ut de *Tubingenſibus* dicamus, quos (ut jam de *Raboto Comite* …*genſi* non dicam, qui Romanis A. C. 71. in expugnatione Hieroſolymorum ad… …, & *Raboto* alio, qui Tubingam circa 419. muro cinxiſſe, ab illis perhibentur, qui …is fabulis delectantur. vid. *M. Zeiler. itin. Germ. P. 1. pag. 201.*) *a Rolando Roderici* …rtfortiorum ſatoris fratre, ut §. 1. dictum, deducere amant. Eorum genealogiam …*inges Theatr. T. 3. P. 1. p. 302. 303.* & ex illo Celebert. *Rittershuſ.* deducunt ab *Adel*… …*Comite Palatino Tubingenſi Dn. Gernhuſæ & Brentianæ vallis* circa 1100. Ejus filio …*one I.* aut natos *Hugonem II. Sigobotum*, *Anshelmum Tubingæ Palatinos* Comites à …ous lineæ diverſæ, ſed ſola duravit, quæ ab *Hugone II.* propagata, patre *Hugonis III.* …ab uxore *Eliſabetha* f. *Rudolfi Com. Pfullendorfii* & *Brigantii* illi allati ſunt Comita… …Qua ratione vero hi iterum ad *Montfortios* delati ſint, non memorat; *Eliſabetham* …in Tubingenſem marito *Rudolpho Montfortio* illum attuliſſe Comitatum diximus …ſicuti etiam penes ejus poſteros manſit, donec v…nderetur. *Hugoni III.* filius Rit… …huſius dat *Rudolphum* & *Henricum Mangoldi* patrem: *Rudolpho* qui natus eſt *Hu*… …genuit *Rudolfum II.* cui titulum *Domini Beblingæ* addutum lego, ſicut etiam filio …*ſ do Herrenbergius* titulus jungitur. Illo natus eſt *Godfridus* ſeu *Gozzo ultimus* …*o Palatinus Tubingenſis*, qui cum fratre *VVilhelmo*, cujus in ſecundo gradu defe… …linea, *Tubingam Ulrico Comiti VVirtembergico* 20000 libris obolorum (heller) ſeu …floren. vendidit 1342. Ab uxore vero *Clara Furſtenbergia-Friburgia* arcem *Liech*… …*k* in Briſgovia prope Kenzingam obtinuit, quæ penes familiam manſit. Ea in hoc …ſum duravit, terminata 1630. & 1631. in *Conrado VVilhelmo* & *Georgio Eberhardo* …bus, nepotibus *Georgii*, qui 1570. miſera morte in Bachanalibus ambuſtus perierat. …lo Wilhelmo filia nata eſt *Eliſabetha Bernardina*, deinceps Carolo Comiti Sal… …ſi nupta.

Brigantina ſucceſſio.

§. IX. Audivimus ad Tubingenſes delatam eſſe ſucceſſionem *Brigantinam*; …*Lazius de migr. gent. L. 8. p. 409.* cum dicat, deficiente ſtirpe Tubingenſium Hu… …filium Rudolphi Brigantini Comitis, ut qui ex eadem ſtirpe prognatus eſſet, …iſſe, & ita novam condidiſſe ſtirpem. Sed cum Henningio facere malim.

Vetera bona.

§. X. De eorum Comitum poſſeſſionibus veteribus ita *Lazius* l. c. pag. 408. *Ad …obſequium pertinebant Tubinga ad Neccarum amnem, cum proximo agro, Blau… …Waldtal, valles notiſſimæ VVirtenbergiæ, cum caſtris eorum finium Gernhauſen & …ren, ubi & cœnobium condiderunt. Habebant hi Palatini in Briſgovia pariter*

arcem ac Dominium Liechteneck, & in Rhætia castrum Ruckhausen & primordia potuit Comitibus videlicet de rubro vexillo Rhætiæ altæ, a quibus & Montfortii Comites [illegible] debergenses, Brigantini, Veldkirchenses atque de Rhæzuns profecti sunt. [illegible] horum multæ superstant fundationes, veluti Flanburen in Vallis Prettigoia, Rhäzüns, Bingam, Ambasen in valle Brentiana, & Martal ad Danubium, ubi ex ruinis [illegible] visuntur. Verum enim vero ad tenuem admodum fortunam, si primas [illegible] cias, tandem redacti sunt, & abdicato Palatinorum, *Comitum* titulo contenti [illegible] runt. Testatur vero Lazius, eos in hanc usque diem, cum feudalia seruent, [illegible] cio imperii prouidione *Tubingensi* cum Principibus Wirtembergicis pare [illegible] Ob istas autem ditiones quæ superant ab *Austriacis* exemti sunt 1548. Conf. *Limn. publ. T. IV. add. ad 4. c. p. 497. 158.*

Scutum. §. XI. Scutum Tubingensium ut Montfortiorum simplex fuit: nimirum [illegible] *um* impresso *vexillo Ecclesiastico*, cui *crux* superius additur, ex *auro*. Conf. [illegible]

Apex. Apex etiam à Montfortio parum differebat. Erat enim *mitra Episcopalis rubea ornamentis aureis*. Lacinæ tingebantur minio & auro. vid. *Sibmach.* Wapenb. P. [illegible] pag. 14.

Tituli. §. XII. Tituli veteres apud Henningesium: aliquando: *Comes Palatinus* [illegible] titulum *Felix Fabri* frustra ex eo deduxit, quod quidam Comes Montfortii filiam *Comitis Palatini Rhenani* uxorem habuerit, & ex hoc titulum assumserit: nam Palatinorum Comitum alibi quoque memoria est sine affinitate cum Rhenanis. *Tubingæ Comes Pfullendorfii & Brigantii, Dom. in Ruck & Gernhusen*: inde *Beblingen* & *Hirrenberg* addita. Ultimi dicebantur *Comites à Tubingen, Domini in Liechteneck*. Conf. de illis *M. Zeiler. Itin. Germ. P. 2. p. 27.*

Caput LVII.

Com. de Nelleburg.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Deductio. Ex Thenganis continuatio.*
2. *Scutum. Nelleburg.*
3. *Thengen.*
4. *Galea.*
5. *Tituli. Hegovia.*

§. I.

Familiæ Origo. *Nelleburgii* olim *Landgravii* dicti sunt; Eos *Henninges Theatr. T. 3. P. 1. p. 381.* ad *Burchardum Veringensium & Nelleburgensium Landgravium, Ducem Sueviæ vel Alemanniæ*, refert, cujus prosapia ad *Veringenses* soleat duci. Eum vixisse [illegible] seculi noni finem vel decimi principium. Filium dat *Epponem*, nepotem [illegible] *Landgravium* vel *Comitem Nelleburgensem*, qui 1052. fundavit monasterium [illegible] *Sanctorum Scaphusiæ*, (unde civitatis ejus primordia) patet *Udonis Archiepiscopi Treverensis*, qui obiit 1077. *Echardi* Abbatis Augiæ divitis, *Burcardi Com. de N. Landgravii Hegoviæ & Madeccia*, à quo stemma propagatum est; ut porro vi [illegible] diligentissimum *Gabr. Bucelinum Germ. T. 3. pag. 57.* (qui iterum *Bertholdum* [illegible] gentis ex *Agilolfingis* suis & Guelphis deducit.) Apud hunc *Henricus* Burchardi [illegible] datur, à quo septimo gradu distat *Conradus*, cujus iterum apud *Henningesium* [illegible] qui genuit *Fridericum G. Nelleburgi, Landgravium Hegoviæ, Episcopum Constantiensem* anno 1381. qui tamen denuò, quod audiret Episcopatum adeo obæratum, [illegible]

Ex Thenganis continuatio. tate abdicavit, *Margaretam* (quæ *Henning.* Sophia vel Anna) & *Cunigundam* [illegible] nis Baronis Schwarzenbergii uxorem. *Margareta* ex his (vel si quo alio [illegible] nupsit *Eberhardo Com. Thengano*, eique tituli & successionis jus attulit. [illegible] *Nelleburgiorum* familia, quæ extat apud *Henning.* p. 340. nam Eberhardus [illegible] *nes* dictus est Comes *Nelleburgius & Thengianus*. Hujus pronepos fuit [illegible] *Ladislaus* Canonicus & demum Præpositus Argentinensis, qui 1592. obiit, & [illegible] nor totum Nelleburgiam gentem finivit.

Scutum. §. II. Scutum horum Comitum exhibet *Sibmach.* Wapenb. P. I. p. [illegible]

primus & quartus *aureus tria cornua cervina cærulea* continet: quod ſymbolum ipſius Comitatus *Nelleburgici* credo, ſicuti etiam *Henninges* id ei tribuit. Male vero *Chifflet.* *inſ. E. A. V. n. 263.* nigra cornua cervina dat *Nelleburgicis*, quæ *VVirtenbergicorum* ſunt. Cæterum *Nelleburg* arx ſita eſt prope civitatem *Stockheim* ſeu *Stockach*, quæ ob hoc Comitatus primaria eſt, & poſtquam hic in Auſtriacorum poteſtatem venit, ibi præfectus habitat. vid. *M. Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 343.* Nelleburg.

§. III. Laterculus ſecundus & tertius *rubeus* exhibet *unicornu argenteum*, deſignando Dominio *Thengen*: ut nos docet Wapenb. P. 2. p. 21. Ratio hujus geſtaminis facile invenitur, quia ultima familia Nelleburgica ex Thenganis Baronibus orta eſt. Cæterum hoc Dominium etiam ad Auſtriacos delapſum eſt familia extincta. (Apud *Limn. Iur. Publ. T. IV. 7.* im Anſchlag-regiſter de anno 1576. dicitur, Comitatum hunc venditum *Zolleriis*, neſcio tamen an forte *Thüngen* legendum, ita enim in alio indice apud eundem *T. IV. add. ad 4, 7. pag. 541.* legitur inter *Bitſch* & *Rapin*) Inde Sereniſſimus *Iohannes VVicardus Princeps Aurſpergius* ea conditione inter Principes Imperii receptus, ut bona in Imperio ſibi pararet, Comitatum hunc *Tengenſem*, Principali dignitate inſignitum (gefürſtete Grafſchafft) comparavit, & ob eum 1664. in dieta circulari Svevica receptus eſt teſte *M. Zeiler. de X. circ. Imp. nov. append. p. 6.* Thengen.

§. IV. Galeæ inſiſtunt clypeo duæ: prior *Nelleburgica* duo cornua cervina exhibet, lacinias vero circa ſe habet aureas & cæruleas: poſterior *Thengenſis* repræſentat media corporis parte exurgens unicornu ſcutarium, juba & pluma capiti impoſita rubeis. Laciniæ iterum ex cocco & argento ſunt. Galeæ.

§. V. Titulos primæ familiæ ex Henningeſio videmus, *Landgravius Nelleburgi*, dein *Comes Nelleburgi*, *Landgravius Hegoviæ & Madecciæ* ſeu *Madachiæ*. Cæterum *Hegovia* pars Sveviæ eſt, cujus nomen *M. Cruſ. annal. Svev. L. 3. P. 2. c. 3.* vult ſonare tanquam *Hevvengevv* ab arce *Hohenheuvven*. Incipit autem Hegovia à lacu Cellenſi, intercipitur Rhenum & Danubium, ditio exigua, ſed fertilis & frequens, ſex miliaria in longitudinem numerans, totidem lata. Dicuntur in ea 46. arces numerari. Porro ad Auſtriacos jam ſpectat, ſunt tamen in ea quæ etiam alios agnoſcunt Dominos, conf. *M. Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 343. 344.* In altera familia ultimi Chriſtophori Ladislai titulum non alium legi, quam *Comitis Nelleburgi & Thenge*. Tituli. Hegovia.

CAPUT LVIII.

De Neufville Duc. de Villeroy.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Titulus.*

§. I.

ILluſtriſſimam *Neovilliorum* in Francia familiam potiſſimum novo ſplendore auxit *Nicolai de Neufville Domini de Halincourt & de Magny*, Gubernatoris Pontiſæliæ & Meulanti, filius *Nicolaus Dn. de Villeroy* Miniſter & Secretarius ſtatus, qui ſub 5. regibus 56. annis regni negotia primaria expedivit. Eo natus eſt *Carolus M. de Villeroy, d'Halincourt & de Magny*, qui Lugdunenſes, Forenſes & Bellijocenſes rexit, quibus etiam filius præfuit, quondam regis moderator, *Nicolaus Mareſcallus Franciæ & Dux de Villeroy*, frater *Camilli* Archiepiſcopi Lugdunenſis, & *Ferdinandi* Maclovii fani & deinceps Carnutum Epiſcopi, pater verò *Franciſci M. d'Halincourt & Ducis de Villeroy*. Familia.

§. II. Scutum eſt *cæruleum ornatum cantherio aureo*, quem comitantur *ex eodem metallo tres cruces anchoratæ*. *Galea* coronata ſuſtinet caput monocerotis argenteum, dependentibus vittis aureis & cæleſtinis. *Telamones* vero ſunt duo equi ferocientes naturali colore picti. Scutum

§. III. Titulus eſt: *De Neufville, Dux de Villeroy, March. d'Halincourt, Dominus de Magny & de la Foret-Thaumier.* Ducatus & Pariatus dignitas collata eſt 1651. poſtridie quam rex majoritatem attigiſſet. Curiæ vero approbatio acceſſit 1663. 15. Dec. Titulus.

CAPUT LIX.

Barones de Neuhauß.

ARGUMENTUM.

1. *Familia Neuhauſia. Bona in Auſtria.*
2. *Stadler.*
3. *Soyrer ſeu Soydern.*
4. *Apex Neuhuſius.*
5. *Stadelius.*
6. *Soyrerius.*
7. *Scutum Joachimi Neuhuſii.*
8. *Conjectura de eo.*
9. *Neuhuſii in Carſtia.*
10. *Neuhuſii in Greiffenfels.*
11. *Neuhuſii equites Carinthiæ.*

§. I.

Familia Neuhauſia. ILluſtrium *Baronum de Neuhauß* ſcutum deſcribit *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 34. quadripertitum, impoſita media parmula *rubea duobus raſtris aureis decuſſatis* inſignis. Hæc teſſera eſt ipſius gentis *Neuhuſiæ*, quæ ex Bavaria Rietinga in Auſtriam venit, & ſub Ferdinando I. liberum prædium (freyhof) in *Haggenburg*, nec non *Prinzendorf* infra Anaſum, atque *Blumau* & *Stadlkirchen* ſupra Anaſum præter alia acquiſivit.

Bona in Auſtria.

Stadler. §. II. Area prima & quarta *argentea* continet ex *ferro* vel *ſeram*, uti Sibmacherus vocat, vel *oſtium* (ein eyſen-farb oder ſchwartz ſtadelthor mit gelben öpfeln und zincken/) quo ſymbolo deſignatur familia *Stadelia*, die Stadler von Stadelingen zu Blumau/ cujus ſucceſſio ad hanc gentem.

Soyrer ſeu Soydern. §. III. Areola ſecunda & tertia etiam *argento* pingitur, & *tribus foliolis viridibus*, uno ſurſum, duobus deorſum converſis, quorum petioli in corde coëunt, (grüne drey-angel mit drey blättlein/) ornatur. Ita deſignatur familia *Soyrer* ſeu *Soydern* ex Bavaria: cujus itidem ſucceſſio ad Neuhuſios.

Apex. Neuhuſius. §. IV. Galeæ inſiſtunt clypeo tres: media coronata ſuſtinet theculæ oblongæ aureæ ſuperius apertæ inſertas pennas galli gallinacei nigras, & ante has duo raſtra ex auro decuſſatim locata. Laciniæ ſunt ex auro & cocco. Qui apex eſt *Neuhuſius*.

Stadelius §. V. Prior galea coronata *Stadelia* ſuſtinet inter duo cornua, quorum prius ſuperiori parte argento inferiori nigro colore tingitur, alterum contrariam ſervat exſectione tincturam, pileum oblongum nigrum, auro coronatum & plumis ſtruthionicis argenteis faſtigiatum. Phaleræ ſunt nigræ & argenteæ.

Soyrerius. §. VI. Extremam galeam premit pileus oblongus niger, plumis ſtruthionicis tribus argenteis faſtigiatus, ora reducta argentea, in qua viſuntur tria foliola praſina: quæ galea reſpondet *Soyreriæ* areolæ. Laciniæ ſunt iterum ex argento & nigro colore.

Scutum Joachim. Neuhuſii. §. VII. Aliud *Ioachimi Neuhuſii Baronis*, M. Cancellarii Bohemiæ, Equitibus A. V. à Philippo ſecundo aſcripti, ſcutum refert Chifflet. num. 239. quadripertitum: *I. Quadrans cæruleus cum corolla laurea nexili praſina (percunctationis cauſa,* pour enquerir) *quinque roſis aureis quinquefoliis inſtructa. II. Auro & minio transverſe bipertitus. III. Cyaneus litera M. antiqua aurea coronate impreſſus. IV. Cæruleus cum anchora aurea. Omnibus ſymbolis impoſita parmula cærulea, aureo flore pentaphyllo impreſſa. Galea auro coronata, Apex: corona pactilis primi quadrantis inter alas geminas obverſas, dextra coccinea, ſiniſtra cærulea, unaquaque novem cordibus aureis impreſſa, extremus pennarum auro antrorſus reflexis. Lacinia dextræ cyanea & aurea, ſiniſtræ coccinea & argentea.*

Conjecturæ de eo. §. VIII. Hæc deſcriptio eſt apud Chiffletium, verum prout familiæ deductio non ſuppetit, ita areolarum etiam interpretatio mihi ignota eſt. Gentilem tamen teſſeram non tam in primo quadrante quam medio ſcutulo quæro. Nam etiam in *Fürſt.* Wapenb. P. 3. p. 42. *Bar. de Neuhauß* roſa datur aurea (ſed τετραφύλλος, quod forte ex ſculptoris eſt impetita,) in parma cærulea. Quæ etiam in apice inter duo cornua aurea iterum comparet. Literam M. coronatam, ſi conjecturis agendum ſit, gratiæ Maximiliani II. tribuerim.

Neuhuſii in Carſtia. §. IX. Duos adhuc clypeos Baronum *Neuhauſiorum*, ſed haud dubiè ex diverſis ſtirpibus, apud *Fürſt.* Wapenb. P. 4. conſpicio. Alter exhibetur p. 9. quadripertitus, prima

Digitized by Google

prima & quarta *areola argentea* cum *baltheo diagonali ex teſſellarum nigrarum & rubearum triplici ductu*: ſecunda & tertia *aurea alam* continet *argenteam ſimili baltheo impreſſam.* Galeæ ſunt duæ; Prior tecta pileo oblongo, quem baltheus ſcutarius percurrit, argento autem ora reducta candet. Ex altera coronata protenditur ala ſcutaria. Hoc διάγραμμα eſt *Neuhuſiorum in Carſtia* (am Karſt/) qui cum Illuſtribus de Tſchernembl ejusdem creduntur originis, ob quod commune illis eſt geſtamen, Conf. L. 1. c. 93. n. 3.

§. X. Alius clypeus p. 11. repræſentatur *Baronum de Neuhauſs in Greiffenfels.* Cui puæ incumbit media parmula cum majoris ſcuti laterculo ſecundo & tertio convenit: Nam *ſolo rubeo è ſiniſtro capitis angulo ductâ lineâ triangulum* ſeu *cuſpis ex argento inducitur.* In primo & quarto quadrante *aureo* ſeu *aquila* ſeu *corvus niger coronatus expanſis alis roſtro annulum gerens* conſpicitur. Galeæ autem ſcuto tres incumbunt coronatæ, mediæ aquila ſcutaria inſiſtit; Prior & extrema ſingula juga complicata alarum ſuſtinent, quas rubeas tranſmeat baltheus argenteus, alteram ſiniſter alteram dexter. Neuhuſii in Greiffenfels.

§. XI. Vix dubium mihi eſt, eandem notari familiam, quam inter Carinthios equites exhibet *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 46. ſed nonnihil variata teſſera ſcutaria. Nam prima & quarta areola *linea diagonali ſiniſtra* diſtinguitur ex *argento* & *nigro*, *cephalo rubeo* impoſito. In ſecunda & tertia *avis coronata nigra roſtro annulum gerens aureum in areolo argentea monticulo tricolli viridi* inſiſtit. Galeæ item duæ ſunt coronatæ: prior ſuſtinens jugum alarum complicatum cum typo primi quadrantis: altera avem ſecundi laterculi. Unde vel hic vel in altero diagrammate erratum eſſe exiſtimo. Neuhuſii equites Carinthiæ.

Caput LX.

Barones de Neydeck.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ. Linea.*
2. *Raynenſis ſcutum.*
3. *Raina.*
4. *Galeæ.*
5. *Linea Raſtenbergia.*
6. *Apex vetus.*

§. I.

ILluſtris *Neydeckiorum* pridem *Equitum*, inde *Baronum* familia in *Auſtria* diu claruit. *Gabr. Bucelinus Germ. T. 3. p. 142.* allegat *Ioannem Georgium*, qui Brunſvicenſibus interfuit ludis equeſtribus 990. Poſt eum longo intervallo ſequitur *Ioannes*, 1358. à quo reliquam nectit genealogiam. Verum præter eos quos recenſet, *Ortholphus de Neydeck* vixit 1305. 1381. *Vlricus* miles 1395. *Ioannes, Conradus* & *Nicolaus.* Familia diſtincta eſt in aliquot lineas, ex quibus præcipuæ *Rainenſis* (de Raina) & *Raſtenbergia.* Familiæ. Lineæ.

§. II. *Rainenſis* linea quæ defecit, uſa eſt ſcuto quadripertito, ita ut in prima & quarta area *argentea tres conchæ marinæ Iacobeæ* (Jacobs-muſchelt/) *rubeæ diagonali ſitu* (non ſiniſtro, ut eſt apud *Sibm.* Wapenb. P. 1. p. 40. ſed dextro) conſpiciantur: quod ipſum διάγραμμα eſt avitum *Neydeckiorum.* Raynenſis ſcutum.

§. III. Secunda & tertia quadra *nigra* repræſentat *baſiliſcum aureum tricolli monti inſiſtentem.* Quam teſſeram aſſumſere ab extincta familia de *Raina*, cum arcem eam hereditate hi adirent. Raina.

§. IV. Galeæ inſiſtunt clypeo tres coronatæ: ex *priori* emergit herma virilis nigro amictu, collari aureo, barba cana, caput revinctus faſciis tortilibus nigris & aureis, impoſita capiti ſtruthionica pluma erecta aurea: *ſecundæ* inſiſtit pileus orientalis hermionicus ora reducta argentea, impreſſis tribus conchis rubeis, coronatus & faſtigiatus plumis ſtruthionicis duabus nigris, media aurea. *Tertiæ* inſiſtit baſiliſcus ſcutarius. Laciniæ dependentes circa mediam galeam ſunt coccineæ & argenteæ, reliquæ atræ & aureæ. Galeæ.

Linea Raſtenbergia. §. V. Quod attinet lineam *Raſtenbergiam* adhuc ſuperſtitem, ea (uti denuo apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 39. videre eſt,) ſimplici ſcuto *Neydeckio* conchyliato utitur. Galeam olim unam tantum uſurpabat, tectam pileo acuminato rubeo candidis flammulis ornato (weißgeflammt/) cujus ora reducta argentea tres conchas impreſſas referebat, coronato & plumis ſtruthionicis argenteis & rubeis faſtigiato. Inde alterius lineæ *Rainenſis* apicem addidit, eundem videlicet, quem §. 4. ſuper prima galea contuiti ſumus, niſi quod pluma capiti impoſita (ſi Sibmachero fides) non auro fulget, ſed cocco rubet. Laciniæ ſunt hinc nigræ & aureæ, iſthinc rubeæ & argenteæ.

Apex vetus. §. VI. In vetuſtis aliquibus monumentis galearum neutra, ſed alia conſpicitur, alâ inſignis, cui impreſſa conchylia ſcutaria conſpiciuntur.

Caput LXI.
Dux de Noailles.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo, Deductio,*
2. *Inſignia.*
3. *Tituli.*

§. I.

Familiæ origo. *Noalliorum* inclutam ſtirpem *P. Anſeaume Palais de l'honn. p. 525.* refert ad *Eliam Dn. de Noailles* in Lemovicibus, quo *Guilelmus* natus eſt, pater ex *Magdalena Dn. de Monclard, Heliæ II.* qui 1349. *Margaretam de Maumont* duxit: Horum filius fuit *Ioannes* pater *Franciſci Dn. de Noailles* (quo *Antonius* Eccleſiaſticus & *Ioannes II.* non niſi filiarum parens nati,) & *Ioannis Dn. de Chambre* & *Monclard*, quo natus *Aimarus*, qui Joannis II. patruelis heres fuit, & *Ludovicum* reliquit, quo *Antonius Dn. de Noailles*, *Franciſcus* & *Ægidius* nati ſunt. Illum *Thuanus* vocat *præter nobilitatem generis prudentia inſita, & uſu rerum, quem Anglicana, Veneta & Byzantina legatione magna cum laude obita contraxerat, præſtantem.* Fuit vero *Epiſcopus Aquenſis* (d'Acqs) & ſucceſſorem in Epiſcopatu & muniis habuit *Ægidium* fratrem. *Antonius* regis in Aquitania Vicarius & Burdegalenſium Gubernator genuit *Henricum Baronem de Noailles* & *Comitem d' Ayen*, qui Regis locumtenens in ſuperiori Arvernia, pater fuit *Caroli* Epiſcopi Florenſani, dein Ruthenorum, & *Franciſci Com. d' Ayen*, Gubernatoris Perpiniani, locumtenentis generalis Arverniæ & Ruthenorum, patris poſt alios *Annæ*, qui Gubernator Perpiniani & Ruſcinonis, & primæ prætorianæ cohortis centurio, Ducali axiomate ornatus & 1678. mortuus eſt, relictis filiis, ex quibus primogenitus *Ludovicus Annas Iulius* patri ſucceſſit.

Deductio.

Inſignia. §. II. Scutum *rubeum diagonalem baltheum aureum* defert: ei incumbit *galea* coronata ex qua exſurgit *leo aureus*. *Laciniæ* dependent aureæ & rubeæ. *Telamones* vero aſtant duo leones aurei.

Tituli. §. III. Titulus eſt: *Dux de Noailles, Comes d' Ayen, March. de Montclar, de Chambres & de Mouchy, Baro de Malmort, Carbonieres, Malenchambres, Merles, Chaſtellenies de Larché, Lentour & Maleſſé, Dominus de Brive.* Ducatus & Pariatus dignitas à curia confirmata eſt 15. Decemb. 1663.

Caput LXII.
Bar. ab Oedt.

ARGUMENTUM

1. *Familiæ origo, Nomen, Succeſſio.*
2. *Scutum.*
3. *Duplex teſſera duarum linearum conjuncta.*
4. *Berneck ſeu Perneck.*
5. *Galea.*

§. I.

Familiæ Origo. ILluſtris familia *Baronum ab Oedt* ex vetuſtis *Auſtriacis* eſt, prius tamen incoluit *Auſtriam ſuper Anaſum* quam inferiorem. Et quia aliquandiu vulgari uſu dicti erant die Oeder/ à Ferdinando I. Imperatore 1534. illis jus antiqui nominis *ab Oedt*, quod ante

…ntio ſecula ſolenne fuerat, recipien…i & cera rubea in ſigillo utendi collatum eſt. Nomen.
…*nus Germ. T. 3. p. 102.* deducit gentem ab *Henrico ab Oedt* equite circa 1230. Hunc …ſcunt *Bertholdi* & *Marquardi* circa 1270. hunc *Henricum II.* circa 1310. quingentus …*ddus*, qui 1350. vixit. Verum praeter hos claruere 1300. *Wernhardus* dus **der Oeder.** Succeſſio.
Marquardus ab Oede. 1333. iterum *Marquardus*. In *Matthaei* ſeu *Mathei* filios *Marco* & …*rthaeo* lineae in diverſum abiere. Matthaei quoque filius *Wolfgangus* ex tribus filius *Georgio*, *Sebaſtiano* & *Henrico* totidem lineas fecit.

§. II. Eorum ſcutum apud *Stbmach.* **Wapenb.** P. 1. p. 34. ſub nomine *ab Oeth* Scutum
…ſentatur quadripertitum. Prima & quarta areola *bipertita* eſt ex *rubeo* & *argento*. …**einen weiſſen mutterſtrich durch ein rothes feld.**) Secunda & tertia *rubeo* con-…net *aureum lepuſculi ex argento*. Media parmula *argentea* ornatur *pantherae* ſeu *fera …uroma nigra* coronata.

§. III. Quod primum areolas attinet majoris clypei, duae *Oedtianae* lineae de- Duplex
…ſa teſſera uſae ſunt, altera lateculo bipertito, altera lepuſculo. Dein utraque conjun- teſſera dua-rum linea-rum con-junctio. Bernick ſ. Perneck.
…ſunt quadripertitim, ſed lepuſculo in primum quadrantem collocato.

§. IV. Parmula toti impoſita *Berneccium* ſeu *Perneccium* ſymbolum continet. …am *Wolfgangus ab Oedt* uxorem habuerat *Eliſabetham Dominam Perneck* filiam …Matthiae ſororem *Sebaſtiani*, qui lineae unius ultimus 1519 deceſſit. P…*Perneccii* hi …que ac Loſenſteinii & Stahrenbergii ex vetuſtis *Styriae Marchionibus* oriti erant: qua …ſa pantheram Styriae ſed coloribus aliis geſtarunt.

§. V. Galeae ſunt tres coronatae, ex *priori* exſurgit lepuſculus argenteus: Ex *ſecunda* Galeae.
…*ſecunda* pantherae coronatae, cujus collo cuſpides aureae adhaerent, pennis pavo-…is ornatae: **der kamm auf den rücken.** *Tertiae* inſiſtunt duo cornua, tranſverſe ſe-…quorum prioris ſuperior pars cocco inferior argento tingitur: in alteto autem con-…rus colorum ſitus eſt. Laciniae ſunt circa priorem & ultimam galeam argenteae & …ceruleae, circa mediam nigrae & argenteae.

CAPUT LXIII.

Com. ab Oppersdorf.

ARGUMENTUM

Origo. Ex Sileſia in Auſtriam.
Antiquiora. Deductio.
3. Scutum.
4. Praemium fortitudinis bellicae.
5. Apex.

§. I.

Illuſtriſſimi Comites ab *Oppersdorf* ex *Sileſia* oriundi ſunt, & inde in *Auſtriam* ſe Origo. Ex Sileſia in Auſtri-am.
…tranſtulere. In allegato non ſemel indiculo procerum Auſtriacorum video nomin…Oppersdorf additum annum 1560. quo cum familis *Eck*, *Torring* & *Tanhauſen* iſta co-…optata ſit: alibi legi 1595. ſub Rudolpho II. *Wilhelmum Baronem ab Oppersdorf* rece-…ptum eſſe in inferiori Auſtria.

§. II. Cum his ſatis conciliare nequeo, quae apud Celeber. *Bucelin. Germ. T. 3.* Antiquio-ra.
…*ſec.* 11. tra ſuntur: quando ille circa principium ſeculi decimitertii memorat *Bertholdum* de …*Thierberg* & *Eberſtorf* dein *Oppersdorf*, *Dapiferum Ducum Auſtriae*, cui filios dat *Lu-…dolphum Dn. ab Oppersdorf* & *Calochum* ſeu *Cadalechum ab Hindperg Camerarium he-…reditarium*, qui 1227. claruerit. Autorem autem gentis vocat *Udalricum de Thierberg* …*dictum de Oppersdorf*, cui fratrem dat *Marquardum de Thierberg* dictum ab *Hindperg*, …*quos Hindbergii*. Iterum *Ioannem Dn. de Ebersdorf* dein de *Oppersdorf* 1300. vocat Deductio.
…*Camerarium hereditarium Auſtriae*. Juſtam ſeriem genealogicam orditura *Ioannis* di-…*cti ab Oppersdorf* cognomento *Rolle* obagilitatem, qui ſupremus cubicularius …*Ducis* fuit, deceſſerit 1445. Cujus filium *Henricum* iterum vocat *Camerarium* heredi-…*tarium Auſtriae*: in ejus filius *Friderico*, patre *Georgii*, *Ioannis* & *Wilhelmi*, & *Wences-…lai* Capitaneo Burgenſi lineae in diverſum abiere. *Georgio II.* primi filio nati ſunt *Ge-…orgius III. Venceslaus II. Fridericus* Comitum axiomate ornati.

§. III. Scutum repraeſentat *Stbmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 29. quadripertitum, Scutum
…ut: prima & extrema areola *rubea* contineat *aquilinum caput oblongo collo ex argento*,

Cujus atnepos fuit *VVolfgangus*, qui Margaritam genuit Viti Maxelrainii conjugem. Porro eam dynaſtiam *comitatus* titulo ornatam vidimus.

Galeæ. §. V. Galeæ inſiſtunt tres coronatæ; *prima* & *ultima* inter ſingula juga complicata alarum ſcutario amne diſtincta, exhibet exurgentem leonem aureum. Media ſuſtinet triplici colli nigro inſiſtentem *urogallum* (auerhan/ ut Sibmacher vocat,) auro coronatum. Laciniæ adduntur circa primam argenteæ & nigræ, circa ſecundam ſeu mediam coccineæ & argenteæ, circa ultimam aureæ & atræ.

Hereditatis Fronsbergicæ controverſia. §. VI. Ob hereditatem *Fronsbergiam* huic ſtirpi ſuperiori ſeculo controverſia fuit; nam celeberrimi bellici Imperatoris *Georgii Fronsbergii Dn. Mündelheimii* filia, Caſpari ſoror, *Anna VVolfgango Theodorico* Maxelreinio nupſerat, unde cum deinceps Caſparis filius Georgius ἄπαις deceſſiſſet, Maxelrainii etiam ad hereditatem admitti poſtularunt, controverſia *Schvvarzenbergicis* & *Fuggeris* mota. Donec ad Wolfgangi Viti Maxelrainii inſtantiam Fronsbergiæ hereditati ſe miſceret *Maximilianus Dux Bavariæ*, ex quo tempore in poteſtate Bavarorum Mündelheim manſit. Conf. *Mart. Zeiler. itin. Germ. P. 2. c. 30. p. 399.*

Caput LIV.

Com. de Meckau.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ ortus.*
2. *Deductio.*
3. *Scutum.*
4. *Apex.*
5. *Tituli.*

§. I.

Familiæ ortus. BAronum & Comitum à *Meckau* ſeu *Meggau* illuſtris familia ex *Miſnia* in *Auſtriam* venit, & ſub Maximiliano & Ferdinando I. dynaſtiam *Creuzen* ab Hardeckiis Comitibus acquiſivit.

Deductio. §. II. Familiam G. Bucelinus Germ. Tom. 3. p. 132. refert ad *Melchiorem*, qui ex *Clara ab Haunſperg* genuit *Melchiorem Cardinalem* & *Caſparem* Maximiliani II. Camerarium, quo natus *Helfridus* Capitaneus Provinciæ ſupra Anaſum, hoc *Ferdinandus Helfridus* primus *Baro*, pater *Leonardi Helfridi Comitis*. Sed tota maſcula progenies ſuperioribus annis defecit.

Scutum. §. III. Scutum *rubeum tres palas* (ſeu ventilabra dicere malis, wurffſchauffeln/) *capulis brevioribus ex auro* refert. Joh. Jacob. Chifflet. inſign. Eq. A. V. n. 349. ita exprimit, *ſcutum rubrum tribus batillis foſſoriis caſtrenſibus* (paëles de pionnier ſans manches) *aureis manubrio carentibus impreſſum.*

Apex. §. IV. Galeæ coronatæ imponitur *cauda pavonina* ter tæniis ſeu lemniſcis rubeis undulatis transversè ligata, Laciniæ ſunt minio & auro tinctæ.

Tituli. §. V. Titulus fuit: *Comes de Meggau, Baro de Creuzen.*

Caput LV.

Com. & Baron. de Molart.

ARGUMENTUM

1. *Familiæ origo. Deductio.*
2. *Scutum.*
3. *Altera areola.*
4. *Apex.*
5. *Scutum auctum.*

§. I.

Familiæ Origo. PEr-illuſtris *Molartiorum* familia, quæ Comites & Barones tulit, ex *Burgundiæ Comitatu* oriunda eſt: & ex ea *Ludovicus Guilelmi* filius ſuperioti ſeculo primus in Auſtriam conceſſit; filius Petrus *Liber Baro* creatus eſt 1571. Ferdinandi & Maximi-

Deductio. liani II. Camerarius & Mariæ Archippocomus. Hujus filii omnes in Imperatorum & Archi-

& Archiducum ſervitiis ætatem egere, Duo autem linearum capita facti ſunt: *Erneſtus* Rudolphi II. ſupremus Camerarius, Conſiliarius intimus atque aulæ Vicepræfectus, & *Iacobus* aulicæ Cameræ præſes & Provinciæ ſupra Anaſum Capitaneus. Illius filii *Petrus Erneſtus* & *Franciſcus Erneſtus Comites* 1652. creati ſunt.

§. II. Scutum tribuit genti *Sibm.* Wapenb. P. 1. p. 26. quadripertitum. In prima & quarta quadra *cærulea canis venaticus argentatus currit*, & ſuper eum *tres* fulgent *ſtellæ aureæ*. Hæc gentilis parma eſt. Scutum.

§. III. Secunda & tertia areola *cærulea* inferiori parte *undis argenteis* permeatur, ex quibus exſurgit *turris miniata*. Hujus teſſeræ ſignificationem non capio, niſi ea *Droſendorf*, quod ſub Ferdinando I. acquiſivere, vel *Reineck* notatur, quorum in titulo mentio fit. Altera areola.

§. IV. Duæ coronatæ galeæ clypeum premunt: quarum priori inſidet canis venaticus cum millo coccineo, ex altera ſurſum protenditur brachium armatum pugionem nudum deorſum vibrans. Laciniæ utrinque ſunt ex cyano & argento. Apex.

§. V. Aucta dein ſunt inſignia, uti videre eſt in *Fürſt.* Wapenb. P. V. pag. 9. Nam explicato ſcuto quadripertito (Hic tamen loco undarum turri τειτύεγω ſubſternitur ſolum praſinum) imponitur in quadrarum medio parmula *aurea cum aquila nigra bicipiti*, quæ inter capita diadema imperiale ſuſtinet, & pedibus enſem atque ſceptrum tenet. Qualis etiam novam, quæ inter priores locatur media, caſſidem coronatam premit. Millus canis (qui hic moloſſi ſpecie eſt) in priori galea non cocco ſed auro tingitur. Quod vel etiam gratiæ peculiari tribuendum, vel dicendum eſt, in Sibmachero erratum fuiſſe. Scutum auctius.

Caput LVI.

Com. Montfortii & Tubingenſes.

ARGUMENTUM.

1. *Origo familiæ. Plures ex ea ſtirpes.*
2. *Deductio. Linea Styria.*
3. *Veldkirchii. Margareta de Pfannenberg. Linea in Argen. Rotenfels. Tetnang.*
4. *Linea Brigantina. Styria bona.*
5. *Scutum. Vexillum Eccleſiaſticum in pluribus ſcutis.*
6. *Apex*
7. *Tituli.*
8. *Tubingenſes Comites. Linea. Tubinga vendita. Liechteneck.*
9. *Brigantina ſucceſſio.*
10. *Vetera bona.*
11. *Scutum. Apex.*
12. *Tituli.*

§. I.

Montfortiorum, ab arce Montfort in valle Rhenana ſeu Rheinthal ſita doctorum, & *Tubingenſium* Comitum Illuſtriſſimam familiam conjungimus, quia eadem utriusque perhibetur origo. *Felix Faber. L. 1. H. Svev.* eam deducit à quodam *Curione Romano* nobili, qui tempore Leonis I. Pontificis cum ſuis in Rhætiam conceſſerit, & *Montem fortem* condiderit. *Lazius de migr. gent. L. 8. p. 439.* originem refert ad *Rodericum Comitem Palatinum Rhætiæ altæ*, qui privatus à Ludovico II. Francorum & Germaniæ rege multis in Rhætia alta caſtris ad marginem lacus Bodmanici ſe contuleritt, ubi alia ſit mercatus, *Argum*, *Tetnangiam*, *Immenſtadium*, *Buczium*, quibus poſteri adjecerint in Algovia *Rotenfels*, *Haugenfels*, *Libenau*, *Sommerau*, *Stauffen* & *Blaichach*. Ei vero tribuit fratres *Cadalochum Comitum Brigantinorum* autorem, *Anſelmum Rhineccenſium* & *Veldkirchiorum*, *Henricum VVerdenbergiorum*, & *Rolandum Tubingenſium* atque *Herrenbergenſium*, ex quibus etiam *Beblingenſes*, ſatores. Eadem repetit *Henninges Theatr. T. 3. P. 1. p. 354. 355.* ſed ut de *Cadalocho* diſſentiat. Nobis jam curæ erunt ſoli Montfortii & Tubingenſes. Origo Familiæ. Plures ex ea ſtirpes.

§. II. Roderico qui circa 840. vixit filium ex conjectura dat Lazius *VVolfradum*, qui à monte Verrenberg usque in Tirolim & Alpgoiam ditionem extenderit. In poſteris inprimis celebris eſt *Vlricus*, qui circa 1160. vixit, pater *Hugonis*, *Ioannis*, *VVolfgangi*, *VVilhelmi*. Quorum hic (Megiſerus vero in *L. 6. annal. Carinth. Rudolphum* Ultici filium facit) pater ſit *Henrici* & *Rudolphi*. Illum Lazius facit *Præfectum Styriæ*, Deductio. Lineæ Styriæ.

Styriæ, *Henninges Epiſcopum Curienſem*. *Rudolphus* autem poſt primam conjugem *Helfenſteiniam* potentiſſimi Styriæ *Mareſcalci à Patovione* ſeu à *Pettau* filiam duxit: Huic ait Lazius ſucceſſiſſe *Vlricum* filium, huic *Ioannem*, cujus filiam *Margaretam VVilhelmus* agnatus *Comes Montfortius* in *Algoja* duxerit, iterum hujus filiam *Hugo* agnatus ex illis, qui ad Bodmanicum lacum habitabant. Addit ad ſua usque tempora in *Styria* ſtemma unum hujus nominis & generis permanſiſſe, ex quo *Georgium* Comitem noverit, cujus adhuc eo tempore vixerint liberi. Sed *M. Zeilerus itin. Germ. P. 1. p. 150.* ſua ætate neſcit illis aliquid in Styria ſuperfuiſſe. De his vero paulo poſt.

Veldkirchii §. III. Ab *Hugone* Montfortio *Vlrici* filio *Veronicæ Rappolſteiniæ* marito certior fere deductio eſt, eorum qui deinceps vixere. Ei tamen in altera Montfortiorum διατυπώσει, quam poſt priorem *Part. 2. T. 3. p. 55.* edidit non ſolum alium dat patrem, *Hugonem* videlicet, avum autem *Rudolphum*, qui ab *Eliſabetha Tubingenſi* uxore *Brigantinum* in gentem ſuam reduxerit; verum etiam fratrem *Ludolfum Dn. in Veldkirch*, à quo linea Dominorum in *Toſters*, inprimis vero Dominorum *Veldkirchii*; quorum ultimus *Rudolphus*, qui 1390. deceſſit, Veldkirchium 1376. vendidit *Leopoldo Auſtriaco*. Quam quidem lineam *Veldkirchiam* etiam ex *Lazio* agnoſcit *Henninges*, ſed tantum duobus *Rudolfis* abſolvit, ſeniore & juniore, inter quos Bucelinus *Vlricum* alium & *Rudolfum* ſeniorem interjicit, ut Rudolfus ille venditor Veldkirchii Rudolfi, qui Hugonis frater, pronepos conſtituatur. *Hugone* natus *VVilhelmus*, cui Lazius, Henninges & in prima editione Bucelinus uxorem *Margaretam de Pfannenberg* tribuunt, in altera vero deductione Bucelinus filio *VVilhelmo* juniori conjugem adſcribit *Vrſulam Com. de Pettau*, & hujus filio *Hugoni Margaretam C. de Pfannenberg*. Si conferamus, quæ §. ſuperiori ex Lazio audivimus, & liceat indulgere conjecturis, hanc *Margaretam Com. de Pfannenberg* eandem credo, quam iſte *Ioannis* ex Montfortiis in Styria ultimi filiam dicit, mallemque *VVilhelmo* nuptam, & eandem eſſe cum ea, quam Bucelinus *Vrſulam de Pettau* vocat; quem vero Lazius dein Wilhelmi generum ex alia linea facit *Hugonem*, ipſum eſſe exiſtimo, qui Bucelino filius, id quod probabilius. Sed nemini conjecturas obtrudo. Id vero certum eſt, in duobus fratribus *VVilhelmo* & *Henrico*, Wilhelmi ſenioris filiis duas lineas ortas eſſe: cum ab illo *Brigantini* reliqui deſcenderint, ad quos etiam *Pfannenberga* & *Peckha* Dominia *Styriæ* ſpectarunt; ab hoc reliqui, ad quos *Tetnang*, *Rotenfels*, *Schär*, *Langenargen* & alia. Henrico natus *Vilhelmus* & hoc *Hugo*, *Vlricus* & *Henricus*, à quibus iterum lineæ in *Argen*, in *Tetnang*, in *Rotenfels*, *hæc* neptibus defecit, *iſta* itidem in neptibus; *illa* vero Hugonis in pronepotis Ulrici, qui 1574. *Tetnangenſem* ramum, quod mares attinet, finivit, filiabus *Magdalena* ſponſa Georgii agnati, quæ ante nuptias 1578. & *Barbara* Antonii Fuggeri uxore, quæ 1599. extinctæ ſunt. Bona hujus lineæ aliqua à familia deinceps alienata: ſicuti *Rotenfels* & *Stauffen* Kœnigsecciis vendita ſunt, *VVaſſerburg* ad Fuggerios pervenit: unde his etiam pars onerum, quæ Imperio debent Montfortii, aſſignata.

Margareta de Pfannenberg.

Lineæ in Argen. Rotenfels. Tetnang.

Linea Brigantina. §. IV. Quod *VVilhelmi* poſteritatem attinet, ea hodie ſupereſt, fuit vero *Hugonis* & *Conradi* pater; *Conradi* neptis *Eliſabetha* 1458. mortua, quæ maritos habuerat Conradum Nelleburgium & Wilhelmum Rœtelanum, *Brigantii* partem dimidiam, quæ ad lineam ejus ſpectabat, vendidit. *Hugo* alteram lineam produxit, ad quam bona in *Styria* ſpectabant. Ejus pronepos *Hermannus* præter alios genuit *Georgium* & *Hugonem*, quorum hic *Brigantii* reliquam partem 1525. vendidit. Lazius vero prodit *Hugonem*, quem IX. vocat, & qui Ulrici filius fuit, Sigismundo Auſtriæ Duci *Veldkircham* & *Brigantiam* vendidiſſe 1490. Alterum *Hugonem X.* qui 1519. mortuus eſt, quod reliquum erat in Dominio *Brigantiæ* Ferdinando Auſtriaco vendidiſſe. *Georgius* idem eſt, quem §. 2. Lazius noviſſe perhibet, & qui in Styria *Pecka* & *Mansberg* poſſedit. Ad ejus filium *Iacobum* vel nepotem *Ioannem*, extincta *Tetnangia* linea, jus *Montfortii* aviti *Comitatus* recidit. Bona vero in Styria alienata eſſe oportet; ſuo enim tempore *Zeilerus* teſtatur *Itin. Germ. T. 1. p. 302.* *Peckach* ad Barones *Eibiswaldios* ſpectaſſe. Hodie autem Comitatui præeſt iſtius Joannis nepos Illuſtriſſimus *Ioannes Comes*.

Linea Brigantina. Stria bona

Scutum. §. V. Diutius nos occuparunt ſtirpis intricatioris variæ lineæ. Nunc ſcutum videamus, quod ex vetuſtatis more familia ſimplex gerit, videlicet *argenteum* inſcripto *rubeo Eccleſiaſtico ter pinnato vexillo*, *aureis tribus annulis* ex quibus ſuſpendi debet.

Cæterum

Cæterum obſervandum, omnes illas familias, quæ ejusdem fuere proſapiæ, vexillo hoc Eccleſiaſtico uſas, variata tantum tinctura, quam ſpeciem diſcriminis Germanis vetuſtis imprimis placuiſſe P. 1. c. 8. oſtendi. Ita *VVerdenbergii*, quod in Furſtenbergico dato notavimus, utuntur in *rubeo* ſcuto *candido vexillo*, quod enim *Lazius de migr. gent. l. 6. p. 439.* clypeum illis dat nigrum, vel memoriæ vel typothetæ lapſus eſt, nam p. 443. ipſe aream minio tingi aſſerit. Eadem p. 430. Comitibus *Rhinecii & Veldkirchii* *nigrum vexillum* in *parma candida*, *Tubingenſibus* & *Herrenbergenſibus aureum* in *rubeo* clypeo: Com. *Beblingenſibus*, qui ex iſtis orti, *rubeum* in *auro*. In **Wapenb.** P. I. p. 12. plures annotantur, qui ex hac gente vexillis uſi, nonnulla alter exprimuntur. *Werdenbergiis*, ſed haud dubie per errorem, tribuitur *rubeum* in *argento*, *Veldkirchiis* alter quam Lazius aſſeruerat *rubeum* in *auro*, *Tetnangiis*, quæ item linea *Montfortiorum* eſt, æque ac reliquis *rubeum* in *argento*, *Aſpergiis* in *nigro* ſcuto *bipertitum* ex *argento & minio*, *Phannenbergiis*, quo fidem nomen eſt cum *Pfannenbergiis*, id eſt, linea ex in Styria conſedit, *argenteum* in *nigro*. Alibi legi *Herrenbergiis* olim patuiſſe fuiſſe *aureum* in *cærulea* parma. Vexillum Eccleſiaſticum in pluribus ſcutis.

§. VI. Huic clypeo Montfortii imponunt *tiaram Epiſcopalem cocco* fulgentem: Apex.
Pinias vero, quæ dependent, eodem & argento inficiuntur. Aſt in **Wapenb.** P. II. p. 1. alius Montfortiis datur apex, videlicet *herma juvenilis argenteo amictu*, pectore vexillum ſcutarium referens, & tiaram Epiſcopalem capite ſuſtinens, deponentibus ſuis. Quem apicem ibidem etiam *Tetnangiis*, *Phannenbergiis* & *Herrenbergiis* aſſignat.

§. VII. Titulus eſt: *Comes Montfortii, Dominus de Bregenz in Ortna & Arga.* Tituli.
Titulos veteres aſcribere neceſſe non eſt, quod illi amiſſi, poſtquam bona ut vidimus eaque non uno modo ad alias delapſa ſunt familias.

§. VIII. Supereſt ut de *Tubingenſibus* dicamus, quos (ut jam de *Raboto Comite* Tubingenſes comites.
Tubingenſi non dicam, qui Romanis A. C. 71. in expugnatione Hieroſolymorum adeſſe, & *Raboto* alio, qui Tubingam circa 419. muro cinxiſſe, ab illis perhibentur, qui rebus fabulis delectantur. vid. *M. Zeiler. itin. Germ. P. 1. pag. 201.*) a *Rolando Roderici* Montfortiorum ſatoris fratre, ut §. 1. dictum, deducere amant. Eorum genealogiam *Hemminges Theatr. T. 3. P. 1. p. 302. 303.* & ex illo Celebrr. *Rittershuſ.* deducunt ab *Adelberto Comite Palatino Tubingenſi Dn. Gernhuſæ & Brentianæ vallis* circa 1100. Ejus filio *Hugone I.* ait natos *Hugonem II. Sigebotum*, *Anshelmum Tubingæ Palatinos* Comites à Lineæ.
duabus lineæ diverſæ, ſed ſola duravit, quæ ab *Hugone II.* propagata, patre *Hugonis III.* cui ab uxore *Eliſabetha* f. *Rudolfi Com. Pfullendorfii* & *Brigantii* illi allati ſunt Comitatus. Qua ratione vero hi iterum ad *Montfortios* delati ſint, non memorat; *Eliſabetham* enim Tubingenſem marito *Rudolpho Montfortio* illum attuliſſe Comitatum diximus §. 3. ſicuti etiam penes ejus poſteros manſit, donec v. n. deretur. *Hugeni III.* filios Rittershuſius dat *Rudolphum* & *Henricum Mangoldi* patrem: *Rudolpho* qui natus eſt *Hugo* genuit *Rudolfum II.* cui titulum *Domini Beblingæ* adhibitum lego, ſicut etiam filio *Godfrido Herrenbergius* titulus jungitur. Illo natus eſt *Godfridus* ſeu *Gezzo ultimus* Tubinga vendita.
Comes Palatinus Tubingenſis, qui cum fratre *VVilhelmo*, cujus in ſecundo gradu defectu linea, *Tubingam Ulrico Comiti VVirtembergico* 20000 libris obolorum (**Heller**) ſeu Liechtenfl. floren. vendidit 1342. Ab uxore vero *Clara Furſtenbergia Fribergia* aream *Liechteneck.* *eck* in Briſgoja prope Kenzingam obtinuit, quæ penes familiam manſit. Ea in hoc ramo duravit, terminata 1630. & 1631. in *Conrado VVilhelmo* & *Georgio Eberhardo* fratribus, nepotibus *Georgii*, qui 1570. miſera morte in Bachanalibus ambuſtus perierat. Horum *VVilhelmo* filia nata eſt *Eliſabetha Bernardina*, demceps Carolo Comiti Salmenſi nupta.

§. IX. Audivimus ad Tubingenſes delatam eſſe ſucceſſionem *Brigantinam*; Brigantina ſucceſſio.
Lazius de migr. gent. L. 8. p. 409. cum dicat, deficiente ſtirpe Tubingenſium Hugonem filium Rudolphi Brigantini Comitis, ut qui ex eadem ſtirpe prognatus eſſet, defuiſſe, & ita novam condidiſſe ſtirpem. Sed cum Henningeſio facere malim.

§. X. De eorum Comitum poſſeſſionibus veteribus ita *Lazius* l. c. pag. 428. *Ad* Vetera bona.
eum obſequium pertinebant Tubinga ad Neccarum amnem, cum proximo agro, Blaubeuren, Blaufal, valles notiſſimæ VVirtenbergiæ, cum caſtris eorum finium Gernhauſen & Tubingen, ubi & cœnobium condiderunt. Habebant hi Palatini in Briſgovia pariter

arcem ac Dominium Liechteneck, & in Rhætia castrum Ruckhausen, & tremordia petuit. Comitibus videlicet de rubro vexillo Rhætiæ altæ, a quibus & Montfortii Comites de Tübergenses, Brigantini, Veldkirchenses atque de Rheineck progressi sunt. Horum multæ superstant fundationes, veluti Flaubenreuten in Vilthal, Feldkirch, Bingam, Anhausen in valle Brentiana, & Martal ad Danubium, ubi & tumuli conspiciuntur. Verum enim vero ad tenuem admodum fortunam si primus Comes, tandem redacti sunt, & abdicato Palatinorum, *Comitum* titulo contenti fuerunt. Testatur vero Lazius, eos in hanc usque diem, cum feudi illa feminea ditione imperii proditione *Tubingensi* cum Principibus Wirtembergicis jure communi. Ob istas autem ditiones quæ superant ab *Austriacis* exemti sunt 1548. Conf. *Lampadius publ. T. IV. add. ad 4, 7. p. 497. 158.*

Scutum. §. XI. Scutum Tubingensium ut Monfortiorum simplex fuit: nimirum *um* impresso *vexillo Ecclesiastico*, cui *crux* superius additur, ex *auro*. Conf. Apex.

Apex etiam à Montfortio parum differebat. Erat enim *mitra Episcopalis* [illegible] *namentis aureis*. Laciniæ tingebantur minio & auro. vid. *Sibmach.* Wapenb. P. pag. 14.

Tituli. §. XII. Tituli veteres apud Henningesium: aliquando: *Comes Palatinus* [illegible] titulum *Felix Fabri* frustra ex eo deduxit, quod quidam Comes Montfortii filiam *mitis Palatini Rhenani* uxorem habuerit, & ex hoc titulum assumserit: nam Palatinorum Comitum alibi quoque memoria est sine affinitate cum Rhenanis. *Tubingæ Comes Pfullendorfii & Brigantii, Dom in Ruck & Gernhusen:* inde *Beblingen* & *Herberg* addita. Ultimi dicebantur *Comites à Tubingen, Domini in Liechteneck.* Conf. illis *M. Zeiler. Itin. Germ. P. 2. p. 27.*

Caput LVII.

Com. de Nelleburg.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Deductio. Ex Thenganii continuatio.*
2. *Scutum. Nelleburg.*
3. *Thengen.*
4. *Galea.*
5. *Tituli. Hegovia.*

§. I.

Familiæ Origo. *Nelleburgii* olim *Landgravii* dicti sunt; Eos *Henninges Theatr. T. 3. P. 1. p. 2.* *Burchardum Veringensium & Nelleburgensium Landgravium, Ducem Alemanniæ*, refert, cujus profapia ad *Veringenses* soleat duci. Eum vixisse

Deductio. seculi noni finem vel decimi principium. Filium dat *Epponem*, nepotem *Landgravium* vel *Comitem Nelleburgensem*, qui 1052. fundavit monasterium *Sanctorum Scaphusiæ*, (unde civitatis ejus primordia) patet *Vdonis Archiepiscopi Trevirensis*, qui obiit 1077. *Echardi* Abbatis Augiæ divitis, *Burcardi Com. de Nelleburgravii Hegoviæ & Madeccæ*, à quo stemma propagatum est; ut porro videri diligentissimum *Gabr. Bucelinum Germ. T. 3. pag. 57.* (qui iterum *Bertholdum* gentis ex *Agilolfingis* suis & Guelphis deducit.) Apud hunc *Henricus* Burchardi datur, à quo septimo gradu distat *Conradus*, cujus iterum apud *Henningesium* qui genuit *Fridericum G. Nelleburgi, Landgravium Hegoviæ, Episcopum Constantiensem* anno 1381. qui tamen denuò, quod audiret Episcopatum adeo obæratum, re-

Ex Thenganii continuatio. state abdicavit, *Margaretam* (quæ *Henning.* Sophia vel Anna) & *Cunigundam* [illegible] nis Baronis Schwarzenbergii uxorem. *Margareta* ex his (vel si quo alio nupsit *Eberhardo Com. Thengano*, eique tituli & successionis jus attulit. *Nelleburgiorum* familia, quæ extat apud *Henning.* p. 340. nam Eberhardi *nes* dictus est Comes *Nelleburgius & Thengianus.* Hujus pronepos fuit *Ladislaus* Canonicus & demum Præpositus Argentinensis, qui 1592. obiit, & nor totam Nelleburgiam gentem finivit.

Scutum. §. II. Scutum horum Comitum exhibet *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 10. [illegible]

primus & quartus *aureus tria cornua cervina cærulea* continet: quod ſymbolum ipſius Comitatus *Nelleburgici* credo, ſicuti etiam *Henninges* id ei tribuit. Male vero *Chifflet.* *inſ. E. A. V. n. 263.* nigra cornua cervina dat *Nelleburgicis*, quæ *VVirtenbergicorum* ſunt. Cæterum *Nelleburg* arx ſita eſt prope civitatem *Stockheim* ſeu *Stockach*, quæ ob hoc Comitatus primaria eſt, & poſtquam hic in Auſtriacorum poteſtatem venit, ibi præfectus habitat. vid. *M. Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 343.* Nelleburg.

§. III. Laterculus ſecundus & tertius *rubeus* exhibet *unicornu argenteum*, deſignando Dominio *Thengen*: ut nos docet Wapenb. P. 2. p. 21. Ratio hujus geſtaminis facile invenitur, quia ultima familia Nelleburgica ex Thenganis Baronibus orta eſt. Cæterum hoc Dominium etiam ad Auſtriacos de lapſum eſt familia extincta. (Apud *Limn. Iur. Publ. T. IV. 7.* im Anſchlag-regiſter de anno 1576. dicitur, Comitatum hunc venditum *Zolleriis*, neſcio tamen an forte *Thüngen* legendum, ita enim in alio indice apud eundem *T. IV. add. ad 4, 7. pag. 541.* legitur inter *Bitſch* & *Rapin*) Inde Sereniſſimus *Iohannes VVicardus Princeps Aurſpergius* ea conditione inter Principes Imperii receptus, ut bona in Imperio ſibi pararet, Comitatum hunc *Tengenſem*, Principali dignitate inſignitum (gefürſtete Grafſchafft) comparavit, & ob eum 1664. in dieta circulari Svevica receptus eſt teſte *M. Zeiler. de X. circ. Imp. nov. append. p. 6.* Thengen.

§. IV. Galeæ inſiſtunt clypeo duæ: prior *Nelleburgica* duo cornua cervina exhibet, lacinias vero circa ſe habet aureas & cæruleas: poſterior *Thengenſis* repræſentat media corporis parte exurgens unicornu ſcutarium, juba & pluma capiti impoſita rubeis. Laciniæ iterum ex cocco & argento ſunt. Galeæ.

§. V. Titulos primæ familiæ ex Henningeſio videmus, *Landgravius Nelleburgi*, dein *Comes Nelleburgi*, *Landgravius Hegoviæ & Madecciæ* ſeu *Madachiæ*. Cæterum *Hegovia* pars Sveviæ eſt, cujus nomen *M. Cruſ. annal. Svev. L. 3. P. 2. c. 3.* vult ſonare tanquam *Hevvengevv* ab arce *Hohenheuvven*. Incipit autem Hegovia à lacu Cellenſi, intercipitur Rhenum & Danubium, ditio exigua, ſed fertilis & frequens, ſex miliaria in longitudinem numeraus, totidem lata. Dicuntur in ea 46. arces numerari. Porro ad Auſtriacos jam ſpectat, ſunt tamen in ea quæ etiam alios agnoſcunt Dominos. conf. *M. Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 343. 344.* In altera familia ultimi Chriſtophori Ladislai titulum non alium legi, quam *Comitis Nelleburgi & Thenge*. Tituli. Hegovia.

CAPUT LVIII.

De Neufville Duc. de Villeroy.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Titulus.*

§. I.

ILluſtriſſimam *Neovilliorum* in Francia familiam potiſſimum novo ſplendore auxit *Nicolai de Neufville Domini de Halincourt & de Magny*, Gubernatoris Pontiſæliæ & Meulanti, filius *Nicolaus Dn. de Villeroy* Miniſter & Secretarius ſtatus, qui ſub 5. regibus 56. annis regni negotia primaria expedivit. Eo natus eſt *Carolus M. de Villeroy, d'Halincourt & de Magny*, qui Lugdunenſes, Forenſes & Bellijocenſes rexit, quibus etiam filius præfuit, quondam regis moderator, *Nicolaus Mareſcallus Franciæ & Dux de Villeroy*, frater *Camilli* Archiepiſcopi Lugdunenſis, & *Ferdinandi* Maclovii fani & deinceps Carnutum Epiſcopi, pater verò *Franciſci M. d'Halincourt & Ducis de Villeroy*. Familia.

§. II. Scutum eſt *cæruleum ornatum cantherio aureo*, quem comitantur *ex eodem metallo tres cruces anchoratæ*. *Galea* coronata ſuſtinet caput monocerotis argenteum, dependentibus vittis aureis & cæleſtinis. *Telamones* vero ſunt duo equi ferocientes naturali colore picti. Scutum

§. III. Titulus eſt: *De Neufville, Dux de Villeroy, March. d'Halincourt, Dominus de Magny & de la Foret-Thaumier.* Ducatus & Pariatus dignitas collata eſt 1651. poſtridie quam rex majoritatem attigiſſet. Curiæ vero approbatio acceſſit 1663. 15. Dec. Titulus.

CAPUT LIX.

Barones de Neuhauß.

ARGUMENTUM.

1. *Familia Neuhauſia. Bona in Auſtria.*
2. *Stadler.*
3. *Soyrer ſeu Soydern.*
4. *Apex Neuhuſius.*
5. *Stadelius.*
6. *Soyrerius.*
7. *Scutum Joachimi Neuhuſii.*
8. *Conjecturæ de eo.*
9. *Neuhuſii in Carſtia.*
10. *Neuhuſii in Greiffenfels.*
11. *Neuhuſii equites Carinthiæ.*

§. I.

Familia Neuhauſia. ILluſtrium *Baronum de Neuhauß* ſcutum deſcribit *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 34. quadripertitum, impoſita media parmula *rubea duobus raſtris aureis decuſſatis* inſignis. Hæc teſſera eſt ipſius gentis *Neuhuſiæ*, quæ ex Bavaria Rietinga in Auſtriam venit, & ſub Ferdinando I. liberum prædium (freyhof) in *Haggenburg*, nec non *Prinzendorf* infra Anaſum, atque *Blumau* & *Stadlkirchen* ſupra Anaſum præter alia acquiſivit.

Bona in Auſtria.

Stadler. §. II. Area prima & quarta *argentea* continet ex *ferro* vel *feram*, uti Sibmacherus vocat, vel *oſtium* (ein eyſen-farb oder ſchwartz ſtadelthor mit gelben düpfeln und zincken/) quo ſymbolo deſignatur familia *Stadelia*, die Stadler von Stadelingen zu Blumau/ cujus ſucceſſio ad hanc gentem.

Soyrer ſeu Soydern. §. III. Areola ſecunda & tertia etiam *argento* pingitur, & *tribus foliolis viridibus*, uno ſurſum, duobus deorſum converſis, quorum petioli in corde coëunt, (grüne drey-angel mit drey blättlein/) ornatur. Ita deſignatur familia *Soyrer* ſeu *Soydern* ex Bavaria: cujus itidem ſucceſſio ad Neuhuſios.

Apex. Neuhuſius. §. IV. Galeæ inſiſtunt clypeo tres: media coronata ſuſtinet theculæ oblongæ aureæ ſuperius apertæ inſertas pennas galli gallinacei nigras, & ante has duo raſtra ex auro decuſſatim locata. Laciniæ ſunt ex auro & cocco. Qui apex eſt *Neuhuſius*.

Stadelius §. V. Prior galea coronata *Stadelia* ſuſtinet inter duo cornua, quorum prius ſuperiori parte argento inferiori nigro colore tingitur, alterum contrariam ſervat ſectione tincturam, pileum oblongum nigrum, auro coronatum & plumis ſtruthionicis argenteis faſtigiatum. Phaleræ ſunt nigræ & argenteæ.

Soyrerius. §. VI. Extremam galeam premit pileus oblongus niger, plumis ſtruthionicis tribus argenteis faſtigiatus, ora reducta argentea, in qua viſuntur tria foliola praſinæ quæ galea reſpondet *Soyreriæ* areolæ. Laciniæ ſunt iterum ex argento & nigro colore.

Scutum Joachim. Neuhuſii. §. VII. Aliud *Ioachimi Neuhuſii Baronis*, M. Cancellarii Bohemiæ, Equitibus A. V. à Philippo ſecundo aſcripti, ſcutum refert Chifflet. num. 239. quadripertitum: *I. Quadrans cæruleus cum corolla laurea nexili praſina (percunctationis cauſa,* pour enquerir) *quinque roſis aureis quinquefoliis inſtructa. II. Auro & minio transverſe bipertitus. III. Cyaneus litera M. antiqua aurea coronate impreſſus. IV. Cæruleus cum anchora aurea. Omnibus ſymbolis impoſita parmula cærulea, aureo flore pentaphyllo impreſſa. Galea auro coronata, Apex: corona pactilis primi quadrantis inter alas geminas obverſas, dextra coccinea, ſiniſtra cærulea, unaquaque novem cordibus aureis impreſſa, extremus pennarum auro antrorſus reflexis. Lacinia dextra cyanea & aurea, ſiniſtra coccinea & argentea.*

Conjecturæ de eo. §. VIII. Hæc deſcriptio eſt apud Chiffletium, verum prout familiæ deductio non ſuppetit, ita areolarum etiam interpretatio mihi ignota eſt. Gentilem tamen teſſeram non tam in primo quadranto quam medio ſcutulo quæro. Nam etiam in *Fürſt.* Wapenb. P. 3. p. 42. *Bar. de Neuhauß* roſa datur aurea (ſed τετραφύλλος, quod forte ex ſculptoris eſt impetita,) in parma cærulea. Quæ etiam in apice inter duo cornua aurea iterum comparet. Literam M. coronatam, ſi conjecturis agendum ſit, gratiæ Maximiliani II. tribuerim.

Neuhuſii in Carſtia. §. IX. Duos adhuc clypeos Baronum *Neuhauſiorum*, ſed haud dubiè ex diverſis ſtirpibus, apud *Fürſt.* Wapenb. P. 4. conſpicio. Alter exhibetur p. 9. quadripertitus, prima

Digitized by Google

prima & quarta *areola argentea* cum *baltheo diagonali ex teſſellarum nigrarum & rubearum triplici ductu*: ſecunda & tertia *aurea alam* continet *argenteam ſimili baltheo impreſſam.* Galeæ ſunt duæ; Prior tecta pileo oblongo, quem baltheus ſcutarius percurrit, argento autem ora reducta candet. Ex altera coronata protenditur ala ſcutaria. Hoc διάγμα eſt *Neuhuſiorum in Carſtia* (am Karſt/) qui cum Illuſtribus de Tſchernembl ejusdem creduntur originis, ob quod commune illis eſt geſtamen. Conf. L. 1. c. 93. n. 3.

§. X. Alius clypeus p. 11. repræſentatur *Baronum de Neuhauß in Greiffenfels.* Cui puæ incumbit media parmula cum majoris ſcuti laterculo ſecundo & tertio convenit: Nam *ſolo rubeo è ſiniſtro capitis angulo ductâ lineâ triangulum* ſeu *cuſpis ex argento inducitur.* In primo & quarto quadrante *aureo* ſeu *aquila* ſeu *corvus niger coronatus expanſis alis roſtro annulum gerens* conſpicitur. Galeæ autem ſcuto tres incumbunt coronatæ, mediæ aquila ſcutaria inſiſtit; Prior & extrema ſingula juga complicata alarum ſuſtinent, quas rubeas tranſmeat baltheus argenteus, alteram ſiniſter alteram dexter. Neuhuſii in Greiffenfels.

§. XI. Vix dubium mihi eſt, eandem notari familiam, quam inter Carinthios equites exhibet *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 46. ſed nonnihil variata teſſera ſcutaria. Nam prima & quarta areola *linea diagonali ſiniſtra* diſtinguitur ex *argento* & *nigro*, *cephalo rubeo* impoſito. In ſecunda & tertia *avis coronata nigra roſtro annulum gerens aureum in areolo argentea monticulo tricolli viridi* inſiſtit. Galeæ item duæ ſunt coronatæ: prior ſuſtinens jugum alarum complicatum cum typo primi quadrantis: altera avem ſecundi laterculi. Unde vel hic vel in altero diagrammate erratum eſſe exiſtimo. Neuhuſii equites Carinthiæ.

Caput LX.

Barones de Neydeck.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Linea.*
2. *Raynenſis ſcutum.*
3. *Raina.*
4. *Galea.*
5. *Linea Raſtenbergia.*
6. *Apex vetus.*

§. I.

Illuſtris *Neydeckiorum* pridem *Equitum*, inde *Baronum* familia in *Auſtria* diu claruit. *Gabr. Bucelinus Germ. T. 3. p. 142.* allegat *Ioannem Georgium*, qui Brunſvicenſibus interfuit ludis equeſtribus 990. Poſt eum longo intervallo ſequitur *Ioannes*, 1358. à quo reliquam nectit genealogiam. Verum præter eos quos recenſet, *Ortholphus de Neydeck* vixit 1305. 1381. *Vlricus* miles 1395. *Ioannes, Conradus* & *Nicolaus.* Familia diſtincta eſt in aliquot lineas, ex quibus præcipuæ *Rainenſis* (de Raina) & *Raſtenbergia.* Familiæ. Lineæ.

§. II. *Rainenſis* linea quæ defecit, uſa eſt ſcuto quadripertito, ita ut in prima & quarta area *argentea tres conchæ marinæ Iacobeæ* (Jacobs-muſchel/) *rubeæ diagonaliſitu* (non ſiniſtro, ut eſt apud *Sibm.* Wapenb. P. 1. p. 40. ſed dextro) conſpiciantur: quod ipſum διάγμα eſt avitum *Neydeckiorum.* Raynenſis ſcutum.

§. III. Secunda & tertia quadra *nigra* repræſentat *baſiliſcum aureum tricolli monti inſiſtentem.* Quam teſſeram aſſumſere ab extincta familia de *Raina*, cum arcem eam hereditate hi adirent. Raina.

§. IV. Galeæ inſiſtunt clypeo tres coronatæ: ex *priori* emergit herma virilis nigro amictu, collari aureo, barba cana, caput revinctus faſciis tortilibus nigris & aureis, impoſita capiti ſtruthionica pluma erecta aurea: *ſecundæ* inſiſtit pileus orientalis hermionicus ora reducta argentea, impreſſis tribus conchis rubeis, coronatus & faſtigiatus plumis ſtruthionicis duabus nigris, media aurea. *Tertiæ* inſiſtit baſiliſcus ſcutarius. Laciniæ dependentes circa mediam galeam ſunt coccineæ & argenteæ, reliquæ atræ & aureæ. Galeæ.

…dio seculo solenne fuerat, recepit & cera rubea in sigillo utendi collatum est. Nomen.
…nus Germ. T. 3. p. 102. deducit gentem ab *Henrico ab Oedt* equite circa 1230. Hunc …ntiunt *Bertholdi* & *Marquardi* circa 127… hunc *Henrici II.* circa 1310 equi gentilis …*ddus*, qui 1350. vixit. Verum praeter hos classicos ipse *Veneandus* **der Oeder.** Successio.
Marquardus ab Oede. 1357. iterum *Markardus*. In *Matthaei* vero filius *Marco* & …*ichaeo* lineae in diversum abiere. Matthaei quoque filius *Wolfgangus* ex tribus filiis …*rgio*, *Sebastiano* & *Henrico* totidem lineas fecit.

§. II. Eorum scutum apud *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. p. 32. sub nomine *ab Oeth* Scutum …*sentatur* quadripertitum. Prima & quarta areola *bipertita* … & *argento*. …**einen weissen mitterstrich durch ein rot bes feld.**) Secunda & tertia *rubea* con… *segnum lepusculi ex argento*. Media parmula *argentea* ornatur *pantherae* seu *fera …roma nigra* coronata.

§. III. Quod primum areolas attinet majoris clypei, duae *Oedtiorum* lineae de… ista tesseratae sunt, altera laterculo bipertito, altera lepusculo. Dein utraque corpus … sunt quadripertitum, sed lepusculo in primum quadrantem collocato. Duplex tessera duarum linearum conjunctio. Bernecck cf. Perneck.

§. IV. Parmula toti imposita *Bernecckum* seu *Perneccium* symbolum continet. …am *Wolfgangus ab Oedt* uxorem habuerat *Elisabetham Dominam à Perneck* filiam Matthiae sororem *Sebastiani*, qui lineae unius ultimus 1519 decessit. … *Perneccii* hu… que ac Lofensteinii & Stahrenbergii ex vetustis *Styriae Marchionibus* oriundi erant: qua… pantheram Styriae sed coloribus aliis gestarunt.

§. V. Galeae sunt tres coronatae, ex *priori* exsurgit lepusculus argenteus: … Galeae. …*da* … pantherae coronatae, cujus collo cuspides aureae adhaerent, pennis pavo… nis ornatae: **der kamm auf den rücken.** *Tertiae* insistunt duo cornua, tantus esse se… quorum prioris superior pars cocco inferior argento tingitur: in altero autem con… trus colorum situs est. Laciniae sunt circa priorem & ultimam galeam argenteae & … coccineae, circa mediam nigrae & argenteae.

Caput LXIII.

Com. ab Oppersdorf.

ARGUMENTUM

Origo. Ex Silesia in Austriam.
Antiquiora. Deductio.
3. Scutum.
4. Praemium fortitudinis bellicae.
5. Apex.

§. I.

Illustrissimi Comites ab *Oppersdorf* ex *Silesia* oriundi sunt, & inde in *Austriam* se … transtulere. In allegato non semel indiculo procerum Austriacorum video nomini… Oppersdorf additum annum 1560. quo cum familiis *Eck*, *Torring* & *Tanhausen* ista co… optata sit: alibi legi 1595. sub Rudolpho II. *Wilhelmum Baronem ab Oppersdorf* recen… sum esse in inferiori Austria. Origo. Ex Silesia in Austriam.

§. II. Cum his satis conciliare nequeo, quae apud Celeber. *Bucelin. Germ. T. 3.* … Antiquiora.
…ra funtur: quando ille circa principium seculi decimitertii memorat *Bertholdum* de … *Eberberg* & *Eberstorf* dein *Oppersdorf*, *Dapiferum Ducum Austriae*, cui filios dat *Lu… dolfum Dn. ab Oppersdorf* & *Calochum* seu *Cadalochum ab Hindperg Camerarium he… reditarium*, qui 1227. claruerit. Autorem autem gentis vocat *Udalricum de Eberberg* … *de Oppersdorf*, cui fratrem dat *Marquardum de Eberberg* dictum ab *Hindperg*, … *Hindbergii*. Iterum *Ioannem Dn. de Ebersdorf* deinde *Oppersdorf* 1350. vocat … *rarium hereditarium Austriae*. Justam seriem genealogicam orditurâ *Ioanne* di… *Rab ab Oppersdorf* cognomento *Rolle* ob agilitatem, qui supremus cubicularius … *rici* hoc esse[rat] 1445. Cujus filium *Henricum* iterum vocat *Camerarium* hereditarium *Austriae*: in ejus filis *Friderico*, patre *Georgii*, *Ioannis* & *Wilhelmi*, & *Vincesl…* Comitum axiomate ornati. Deductio.

§. III. Scutum repraesentat *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 29. quadripertitum, Scutum
ut prima & extrema areola *rubea* contineat *aquilinum caput oblongo collo ex argento*,

argento, auro coronatum. Vidi additum, quod *lingua* rubeat, & *ignis* ex ore prodeat. Hæc teſſera gentilis eſſe videtur.

Præmium fortitudinis bellicæ.

§. IV. Areola ſecunda & tertia *aurea* ex *angulo prodiens brachium [illegible] armatum & ſtricto gladio minax* (quæ omnia naturali colore tinguntur) [illegible] Hoc δῆγμα videtur præmium virtutis militaris eſſe, in bello Turcico (cujus argumentum apex eſt) demonſtratæ. Quem honorem Georgio II. habendum [illegible] judicio.

Apex.

§. V. Galeæ duæ clypeo imponuntur: prior coronata ſuſtinet *aquilinum [illegible] coronatum*, cum laciniis argenteis & rubeis. Poſteriori quem phaleræ ex auro & [illegible] ornant, imponitur *Turcica tiara rubea, diademate argenteo ambita*, (**der Türckiſch roth mit einem weiſſen bund**) Juxta eum ſurſum protenditur *brachium armatum* quod *lanceam minio & argento variegatam, & tiaræ impoſitam, ex qua pendet vexillum rubeum luna aurea inſignitum, apprehendit.*

Caput LXIV.

Com. & Bar. Palfi.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Apex.*

§. I.

Familia.

EX *Ungaria* proceribus Perilluſtres *Palfi Barones* fuere, inde ad *Comitum* [illegible] evecti. Ex ea gente *Nicolaus Palffy de Erdeöd Comes* filius *Petri* Baronis & [illegible] phiæ Derſfiæ ſub Rudolpho II. 1589. inter proceres *inferioris Auſtriæ* receptus eſt, [illegible] reliqui Illuſtriſſimi Comites.

Scutum

§. II. Scuto utuntur in *Fürſt.* **Wapenb.** P. 3. pag. 30. *cyaneo*, in quo *dimidia rota argentea* viſitur, ex cujus circumferentia exurgit *cervus aureus.*

Apex.

§. III. Ex galea coronata ἀστομὴ *cervi ſcutarii* exſilit. Laciniæ ſunt cæruleæ & aureæ.

Caput LXV.

Pleſſii Duc. de Liencourt ſeu *de la Rocheguyon.*

ARGUMENTUM.

1. *Familia, Lineæ. Ducatus.*
2. *Scutum. Pleſſis Liencourt.*
3. *Schomberg.*
4. *Pons.*
5. *Apex.*
6. *Tituli.*

§. I.

Familia

VEtuſta Illuſtriſſimorum *Pleſſiorum*, qui de *Liencourt* denominantur, familia eſt, [illegible] ad *Hugonem de Pleſſeys* refertur, qui 1280. ſub Philippo Audace rege vixit. [illegible] *Ioannis Dn. de la Chaiſe*, qui *Ioannem II.* genuit parentem *Macæi* Dn. de la Chaiſe [illegible]

Lineæ.

Guilhelmi Dn. de la Perine & d'Orgieres, qui *Michaelem* ſuſcepit, hic *Ioannem Dn. de Perigny, la Perine, Ouſchamps & Savonieres*, Magiſtrum aulæ Ludovici XI. & Caroli VIII. quo *Carolus, Wilhelmus & Petrus* nati ſunt: ille *Dominus de Savonieres*, [illegible] minorum & Marchionum *de la Perrine* ſator fuit, hic Dominorum de *Perigny* [illegible] *Malicorne*, iſte *Dn. de Liencourt Carolum* genuit *Comitem de Beaumont, Marchionem de Montfort & de Guercheville*, Gubernatorem Metenſem & Pariſinum, quo [illegible] genitus eſt, *Dux de Liencourt* ſeu *de la Rocheguyon*, 1674. mortuus, qui ex filio [illegible] tuo *Henrico Com. de la Rocheguyon* reliquit neptem *Ioannam Carolam* uxorem [illegible] D. de la Rochefoucand Principis de Marſillac.

Ducatus.

Scutum

§. II. Ducis ſcutum *Sammarth. l'eſt. de Franc.* pag. 302. quadripartitum [illegible] Prima & quarta quadra *argentea crucem ſtriatam rubeam* continet, qua de [illegible]

Pleſſis Liencourt.

ipſa familia *de Pleſſis Liencourt.*

§. III. S[illegible]

§. III. Secunda & tertia areola *aurea* continet *leonem in medio ſectum*, cujus ſuperiora *rubea*, inferiora *praſina* ſunt. Ita notatur gens *Schombergia*, quam *Caſpar Schombergius* ex Saxonia in Galliam intulit, cujus filius *Henricus Mareſcallus Franciæ* fuit præter *Carolum M. d'Eſpinay C. de Nantueil*, qui Mareſcallus 1656. maſculos ſuſtulit, *Ioannam*, quæ præfati Ducis Rogerii uxor fuit. Schomberg.

§. IV. Totum imponitur parmula *argentea*, quam tranſit *faſcia ternis baltheis aurea & coccineis* exarata: deſignandæ familiæ *Pontiæ* (Pons.) Hæc deducta à *Bertrando Dn. de Pons*, qui 1173. vixit & *Eliſabetham Tholoſanam* uxorem habuit. In ejus poſteris *Franciſcus Dn. de Pons*, *Com. de Marennes* filios habuit *Franciſcum Dn. de Pons de Marennes* & *Iacobum B. de Mirambeau*, reliquorum hujus tituli, nec non Dominorum ac Marchionum *de la Caſe* fatorem. *Franciſcus* autem genuit, cujus filiæ *Antonia Dn. de Pons* nupſit *Henrico Albretano B. de Mioſſens*, & *Antonia M. de Guercheville*, *Henrico de Silly C. de la Rocheguyon*, & poſt hunc *Carolo du Pleſſis M. de Liencourt*, ex quo Rogerium Ducem peperit. Pona.

§. V. Clypeo inſiſtit galea coronata, ex qua eminet inter duas alas *aureas arietem caput equinum*. Laciniæ ſunt ex argento & minio. Telamones duo leones aurei. Apex.

§. VI. Titulus fuit: *Du Pleſſeys de Liencourt, Dux de la Rocheguyon, Marchio de Montfort & de Guercheville, Comes de Beaumont. Ducatus & Pariatus* dignitas Ruguidonis ſeu Rocheguyon in Normannia ſeu Vexino attributa eſt 1643. 31. Decemb. & confirmata à curia 1663. 15. Decembr. Ipſa vero Rupisguidonia ab Antonia Ponta genti obtigit, quæ eam à priori marito habuerat. Cui etiam *Guercheville* defertur. Tituli.

CAPUT LXVI.

Pleſſii Duces de Richelieu.

ARGUMENTUM.

Familia. Cardinales duo.
Sororum poſteri, titulorum heredes.
3. Scutum.
4. Pont Courlay. Duciſſa d'Aiguillon.
5. Titulus.

§. I.

QUam familiam præclara merita *Cardinalis Richelii* plurimum illuſtrarunt, *Pleſſia* à *P. Anſeaume Palais de l'honn. p. 538.* ex *Andrea du Cheſne hiſt. Dom. Drocenſ.* refertur ad *Franciſcum I. Dn. de Richelieu*, patrem *ſecundi*, avum *tertii*, qui *Annam Roy Dn. de Chillou* uxorem habuit, cujus proavia fuit *Ioanna de Dreux Beauſſart* ex ſtirpe regia; *Franciſco* & *Anna* geniti *Franciſcus Dn. de la Iabiniere*, qui fortitus geniis ſtirpem illuſtrem reddidit, *Iacobus Epiſcopus Lucionius* & his major *Ludovicus M. de Richelieu*, pater *Franciſci quarti*, qui genuit præter *Henricum*, qui duello periit, *Cardinales* duos *Alphonſum Ludovicum Archiepiſcopum Aquenſem* & *Lugdunenſem*, atque *Armandum Ioannem* inter Politicos hujus ſeculi celeberrimum & regiorum conſiliorum adminiſtrum feliciſſimum, *Ducē de Richelieu & de Fronſac, admiralem Franciæ*. Familia. Cardinales duo.

§. II. Cardinalis ſorores fuere, minor *Nicolaa* uxor *Vrbani de Maillé, M. de Brézé* mater *Armandi Ducis de Fronſac* & *de Caumont*, atque *Claræ Clementiæ* Condeo Principi nuptæ; major *Franciſca* poſt primum maritum *Iohannem de Beauveau Dn. de Pimpean* maritum habuit *Renatum de Vignerod Dn. du Pont de Courlay* in Pictonibus, unde geniti *Maria* Duciſſa *d'Aguillon*, & *Franciſcus M. du Pont de Courlay*, pater *Armandi D. Richelii*, quem Cardinalis avunculus magnus heredem inſtituit, ſed ea conditione nominis & inſignium, *Armandi* (ſeu Amadori) *Ioannis Baptiſtæ* Marchionis Richelii atque *Emanuelis Ioſephi* Abbatis. Sororum poſteri, titulorum heredes.

§. III. Scutum eſt *argenteum tribus rubeis cantheriis* inſigne. Cui galea coronata incumbit, & laciniæ argento atque cocco tinguntur. Scutum.

§. IV. Genuinum ſeu primum familiæ *de Vignerod du Pont de Courlay* ab illo differt, *argenteum tria capita aprugna nigra* repræſentat, & clypeo coronatum galeam imponit, laciniis dependentibus nigris & argenteis. Qua teſſera etiam uſa eſt præfata Pont Courlay.

Ducissa d'Aiguillon. Ducissa *d'Aiguillon* Comitissa *d'Agenois*, *Maria de Vignerod*, quæ hereditate titulum transmisit ad neptem ex fratre *Mariam Magdalenam, heresiam de Vignerod*, Ducis Richelii sororem: quæ in scuto quadripertito symbola enarrata Vignerodia & Plessio-Richelia infert.

Titulus. §. V. Titulus est: *Du Plessis de Vignerod Duc de Richelieu, Par Francie, March. du Pont de Courlay, Comes de Cosnac, Princeps de Mortagne, Baro de Barbejieux, de Coze, de Saugeon & d'Albert. Ducatus & Pariatus* axioma cepit 1631. ea conditione, ut ad masculos & fœmellas transiret. Et quidem affixa ea dignitas Richelocio cum Dominus de Marabeau, l'Islebouchard, Faye la Vineuse, le Comté de la Chappelle Belloum en Loudunois, Chinon.

Caput LXVII.

Com. & Bar. de Pôtting.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Scutum Pôtting.*
3. *Schaul in Engelstein.*
4. *Galeæ.*

§. I.

Familia. Illustris familia *Pœttingia* nomen suum sortita videtur à sede jam vasta *Pœtting* prope *Mursterten* in sylva Viennensi, quæ utraque ad hanc gentem spectarunt, sed dotali titulo ad *Althannios* translata sunt. *G. Bucelinus Germ. T. 3. p. 170. VVolfgangum Dn. de Pœttingen* allegat ex equestribus ludis Trevirensibus 1019. sed post aliquot seculorum lapsum Genealogiam orditur à *Mainrado* 1364. vixit *VVolfgangus Pœttinger* Rudolphi Archiducis Archippocomus. Accessit demum *Baronum*, inde *Comitum* titulus.

Scutum. §. II. Insignia scuto constant quadripertito: cujus prima & ultima *area rubea* continet *duo ligna jugi equini (Sibm.* Wapenb. P. 1. pag. 87. qui eos nobilitati Bavaricæ annumerat, vocat **Kummet-hölzer.** Alii **zwo gelbe creutz-oder schragenweiß geschrenckte Roßäntzen**) ex *auro.* Quæ tessera est gentilis.

Pötting.

Schaul in Engelstein. §. III. Laterculus secundus & tertius *rubeus canem venaticum* continet *argentatum* cum *millo aureo.* Ita notatur familia *Schauliorum in Engelstein.* (**die Schaulen zu Engelstein.**) Ratio hujus gestaminis est ex matrimonio *VVolfgangi de Patting & Maurstetten* atque *Catharinæ Schaliæ in Engelstein* Joannis filiæ: quibus patentibus præter alios nati *Sebastianus, Leopoldus* & *Caspar* posteritatem habuere.

Galeæ. §. IV. Galeæ premunt clypeum duæ coronatæ: ex quarum prima expanditur *jugum alarum rubearum*, inter quas apparet figura primi laterculi: Ex secunda emergit *canis venaticus argentatus, coronatus & tribus plumis struthionicis cocco & argento infectis fastigiatus, millo aureo.* Laciniæ dependent hinc rubeæ & aureæ, ifthinc rubeæ & argenteæ.

Caput LXVIII.

Bar. de Prag.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Bona.*
2. *Linea.*
3. *Scutum. Apex.*

§. I.

Familia. Illustrium Baronum de *Prag* seu *Praga* familiam isto elogio ornat *VVolf. Lazius de migr. gent.* L. 6. p. 180. *Marescalci de Praga ex Bohemia in Carinthiam migrarunt,*

Bona. *ubi post mortem Dominorum de Auffenstein, quibus sanguinis erant vinculo juncti, Marescalci munus impetrarunt: deinceps à Ducibus Austriæ feudis accumulati, & in Austriam pervenerunt, ubi adhuc manent. Porro quæ in Carinthia possidebant, Drugsen, VVolfseck & Schoneck divenditis, in finibus utriusque Austriæ comparavarunt VVeitra, VVind-*

Digitized by Google

VVindhag, Arbing & Ratenſtein. Enumerat vero *Fridericum*, qui vixerit circa 1460. *Franciſcum* circa 1490. qui in Carinthia poſſederit *Oberdrugſen, Presberg & Saaneck, Eraſmum*, qui primus in *Auſtriam* conceſſerit, conſtitutus a Friderico III. *Præfectus Auſtriæ ſupra Anaſum*, ubi & feuda in *Machlandia* comparavit *VVindhag* (unde dein *Barones* dicti) *Arburg* & alia, *Ladislaum* qui ab Henrico C. Hardeck *VVeitram* ſub Maximiliano emit.

§. II. Gabr. Bucel. Germ. Tom. 3. pag. 171. gentem orditur à *Ioanne Prager* ſeu *de Prag*, patre *Ladislai L. Baronis de Prag, Dn. in VVindhag*, qui 1514. obiit. Ex ejus filiis *Ioanne & Andrea*, diverſæ ortæ ſunt lineæ: iterum in *Andreæ* filiis *Chriſtophoro & Friderico*, nec non ex *Chriſtophoro* nepotibus Joanne Chriſtophoro atque Ladislao. Linea.

§. III. Scuto utuntur *rubeo*, in quo conſidet *ſimia aurea*, collum tevincta *catena ferrea*, quam per poſteriores pedes tranſeuntem anterioribus ſurſum levat. Eadem ſimia galeæ coronatæ inſidet; circa quam pendent laciniæ cocco & argento (ſi ſculptoris diligentiam accuſare liceret, aurum mallem) tincto. Scutum. Apex.

Caput LXIX.

Bar. de Præſing.

ARGUMENTUM

1. *Familia, Deductio. Linea.*
2. *Scutum.*
3. *Galea.*

§. I.

Illuſtres Barones de *Præſing* ex Comitatu *Cileienſi*, ubi vaſtatum caſtrum (öder burgſtall/) & Parochia *Præſing* ſita, per *Carinthiam* in *Auſtriam* penetrarunt. In Carinthia tamen ſitum eſt Dominium *Stayn*, cui *Baroniæ* titulus adhæret. Præter illud *Lazio* teſte *de migr. gent.* L. 6. pag. 203. alia quædam poſſident in agro, quem vulgo Jaintall appellant. Ex his enumerat d. loc. Lazius *Hartwicum 1260. Hermannum 1370. Ioannem & Diepoldum 1388. Ioannem & Leonardum* Dominos arcis *Suaneck* in agro Cilejenſi 1458. *Leonardum II.* præfectum Windiſchgræcii ſub Maximiliano. *Leonardum III. & Baltaſarum, Præſidem Auſtriæ ſupra Anaſum.* Ab hujus *Baltaſari* filiis apud Bucelin. Germ. Tom. 3. pag. 172. *Franciſco, Ioanne, Ioſepho, Davide & Rudolpho*, totidem lineæ cepere. Familia. Deductio. Linea.

§. II. Scuto utuntur non *faſciis duabus* exarato, ut apud Bucelinum pingitur: ſed uti rectius à *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 27. exhibetur, ex ſiniſtro angulo *diagonaliter ſectum*, *ſuperiori* parte *teſſellatum nigro & auro* teſſellas quatuordenas vel quindenas utriusque tincturæ, alii tamen pauciores pluresve volunt) *inferiori totum nigrum.* Scutum.

§. III. Coronata galea clypeum premit, ex qua expanditur jugum alarum, typo ſcutario affectarum. Laciniæ circumvolitant aureæ & atræ. Galea.

Caput LXX.

Com. & Bar. de Pucheim.

ARGUMENTUM

1. *Familia, Nomen.*
2. *Ex Scotia. Deductio. Linea.*
3. *Scutum.*
4. *Parmula media.*
5. *Galea.*

§. I.

Pucheimiorum Baronum & Comitum familia antiquitate & aliis decoribus jam diu in Auſtria illuſtris eſt. Et nomen videtur ſortita eſſe à dynaſtia *Pucheim* ſupra Anaſum pro *Facklebruck*, quam diu poſſederunt, & demum à Principe ejus loco permutationis titulo *Littſchau* accepere. Alii putant prius dictos eſſe *Dapiferos* ſeu *Truchſeſſios* de *Feldſperg*, quod hereditarium munus Rex Ottocarus Bohemiæ, tum Auſtriæ Dominus, circa 1276. illis conceſſit. Familia. Nomen.

Digitized by Google

Ex Scotia. §. II. Alii gentem ex *Scotia* allegant, ubi adhuc superst: familia de *Bonan* seu *Poucan*, cujus scutum *carulum aureo mergite* insigne sit: quæ etiam apud majores sententia tenuit, eamque sequitur Celebert. *Gabr. Bucelinus T. 2. Germ.* Primum vero recenset *Alexandrum Cumineum de Pucheim*, qui Richardo rege, quem secutus erat, Deductio. ab Archiduce capto sedem fixerit in Austra 1193. Huic filius datur *Pilgramus Dn. de Pucheim* 1235. isti *Albertus*, qui primus *Dapifer Austriæ* 1276. ab Ottocaro declaratus est, quod ex eo munus familiæ hereditarium redditum est. Hic pater fuit inter alios *Pilgrami II.* iste *Pilgrami* seu *Peregrini Archiepiscopi Salisburgensis*, qui 1397. decessit, Lineæ. *Ioannis* & *Henrici*, in quorum filius posteritas defecit, atque *Alberti III.* qui communis linearum diversarum parens est, ex filiis *Pilgramo IV. Alberto IV. Alberto V.* & *Georgio*, sed secundi & quarti posteritas itidem diuturna non fuit. *Peregrino* seu *Pilgramo* cognomento Juniore natus *Pilgramus junior* & *Ioannes*, alterius *Ioannis* pater, avus *Hartneidi*, quo natus *Vitus* autor lineæ *Hornensis*, &; *Ioannes*, quo nati *Michaël Ludovicus*, *Ioachimus*, *Sigismundus Wolfgangus*, qui omnes genuere liberos: primus pater fuit *Ioannis Christophori*, hic alterius *Ioannis Christophori*, *Comitis* axiomate ornati quo iterum geniti *Iohannes Rudolphus* Ferdinandi III. supremus aulæ præfectus, *Otto Fridericus Episcopus Labacensis*, & *Ioannes Christophorus* Campi Mareschallus. Alter capitalis ramus est Dominorum de *Raps* & *Krumpach*, ortus ab *Alberto V.* Pilgrami supra dicti fratre, qui tamen ipse etiam in varias denuo lineas distinctus nunc quoque superest.

Scutum. §. III. Insignia repræsentantur in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 33. Ubi scutum quadrifidum, in prima & quarta area *nigra tres mergites avenæ* ex *auro* continet, antiquum & gentile symbolum: in secundo & tertio alveolo *argenteo fasciam rubeam* refert. Quæ tessera nonnunquam sola usurpata, deinceps cum altera eodem scuto sub Maximiliano I. inserta est.

Parmula media. §. IV. Media parmula quadris his incumbens *rubea* complectitur *leonem argenteum aurea corona* redimitum, & ex eodem metallo *catena* revinctum. Hanc tesseram Baronibus *de Raps* & *Krumpach* Ferdinandus I. concessit. Quid vero eo symbolo designetur, mihi non satis constat.

Galeæ. §. V. Scuto huic imponuntur tres galeæ, omnes coronatæ: Prima continet mergitem ex scuto repetitam. Alteri insistit leo coronatus & catenatus. Tertia, quæ sine clathris prisco more formatur (stechhelm/) sustinet jugum complicatum alarum argentearum, fascia rubea exaratarum. Hujus galeæ coronam *Pilgramus* Provincialis Mareschallus 1430. obtinuit.

Caput LXXI.

Bar. de Rappach.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Bona.*
2. *Deductio familiæ. Tituli.*
3. *Scutum.*
4. *Apex.*

§. I.

Familia. Illustris *Baronum de Rappach* familia à multo tempore in Austria floret, quo olim ex *Styria* (ubi domicilium *Rappach* subter Strechau prope Rotenman inhabitasse dicuntur,) transierant. Bona. Unde veteres etiam suas fundationes & sepulturam Viennæ habent ad Minoritas. Possedere etiam aliquandiu *Prunn*, nec non *Falckenstein* seu *Valckenstein* in *Enstal*, *Schvvechat*, *Erdberg*, *Achau*, *Simoning*, & alia in Austria.

Deductio. §. II. Genealogiam *VV. Laz. de migr. gent. L. 6. p. 213.* & *Gabr. Bucelinus Germ. T. 3. p. 184.* deducunt ab *Henrico*, qui circa 1322. apud Albertum Ducem Austriæ *Præfectum curiæ* egit. Familiæ. Hujus filius *Henricus* iterum Rudolphi Austriaci aulæ Præfectus Tituli. fuit. A quo reliqua gens descendit. In ea *Dominorum* titulus in usu fuit, dein alio *Baronum* commutatus.

Scutum. §. III. Scutum simplex est & *argento* tinctum permeatur *rubeo* seu *baltheo* seu *rivo diagonali*, ut nomini respondeatur *Rotbach* olim, dein contracta & corrupta

FUCI

voce *Rappach*. Hunc rivum ex ſiniſtro angulo derivat *Sibm.* Wapenb. P. 1. pag. 30. rectius Bucelinus ex dextro.

§. IV. Ex coronata galea expanditur *jugum alarum argentearum*, quas ſinguli Apex. balthei vel horum in modum rivi diagonales tranſeunt dexter alter, alter ſiniſter. Laciniæ ſunt ex argento & minio.

CAPUT LXXII.

Com. & Domini de Rappolſtein ſeu Rupisſpoletanæ.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ bona, Rappolſtein. Hohenack.*
2. *Immediate ſub imperio. Exemti ab Auſtriacis. Sub Francia regis poteſtate.*
3. *Origo gentis. Ex Spoletanis Ducibus. Rochus. Traditionis teſtes. Duces de Vrslingen.*
4. *Gentis deductio.*
5. *Continuata. Margareta Duciſſa Lotharingiæ. Maximinus, VVilhelmus.*
6. *Elogia VVilhelmi Eq. A. V. Vlrici. Egenolphi. Eberhardi. Philippi Ludovici. Georgii Friderici. Joannis Jacobi.*
7. *Privata autoris erga familiam obligatio.*
8. *Circa inſignia Sibmacheri error.*
9. *Scuti area.*
10. *Rappolſtein, Vrslingen, VVeinſperg.*
11. *Hohenack.*
12. *Geroldseck ad Vogeſum. VVangen.*
13. *Apex Rappolſteinius. Saracenus à Conrado ſtratus.*
14. *Galea Hohenaccia.*
15. *Geroldseccia.*
16. *Titulus. Rappoltenſtein. Rappersvvila.*
17. *Chriſtiano Com. Pal. à Rege ſucceſſio collata.*
18. *Ducet Vrslingenſes, Bona eorum vendita.*
19. *VVeinſpergii Domini Succeſſio.*
20. *Dignitas hereditarii Imperii Camerariis.*
21. *Reichelſperg ad Herbipolitanos, nunc Schœnbornios.*
22. *Trautmansdorf.*

§. I.

Rappolſteiniorum Comitum Dynaſtarumque Illuſtriſſima familia, quæ quod mores attinet, nuper demum anno 1673. in *Ioanne Iacobo Comite*, heroe non avorum magis quàm propriis virtutibus incluto, defecit, à pluribus ſeculis Alſatiam ſuperiorem ornavit, ejusque non exiguam portionem in poteſtate habuit, cujus tamen partes jam à tempore plurimo ad alios non uno titulo delatæ ſunt: ipſum verò Dominum *Rappolſteinium* & *Hohenaccium*, (quorum illud ita dictum eſt ab arce Hohen-Rappolſtein, quæ vetuſtate nunc collapſa cum duabus aliis uni monti inſidebat, & Rupisvillæ ſeu Rappolsvillæ in radice ejus inter Colmariam & Seleſtadium ad latus ſitæ imminet, hoc ab alia arce Hohenack, quæ valli Urbiæ ſeu d'Orbes (Urbiſthal) in monte incumbebat, donec à præfato ultimo Domino, ejus incommoda tempore belli experto, deſtrueretur) in poteſtate ad extremum permanſit. Familia bona. Rappolſtein. Hohenack.

§. II. Gaviſa eſt familia pari cum aliis *Comitibus* & Dynaſtis jure, ut *ſine medio ſubeſſet Imperio*, unde in *Comitiis* etiam eorum ſubſcripta nomina leguntur. Inde verò paulatim à Sereniſſima Auſtriaca familia, cui plures inſervierant, & viciſſim præclaris muniis ornati erant, eximi hæc cepit, atque ditionibus hereditariis annumerari, quod factum eſt ſuperiori ſeculo. Unde cum anno 1648. pace Monaſterienſi Alſatia Auſtriaca Franciæ transſcriberetur, res prope abfuit ab eo, ut ab Auſtriacis provinciis iterum ſeparatæ ditiones Rappolſteiniæ immediato ſtatui reſtituerentur, hancque gratiam Svecorum favori & Wirtenbergici Ducis pro affini officiis Franci indulſuri credebantur: aliorum verò malevolorum, quo minus res optatum exitum ſortiretur, obſtitit invidia: unde eædem ditiones cum aliis Auſtriacis in Alſatia ab Imperio avulſæ & Francis earum ſumma poteſtas tradita eſt: ſub quibus etiam hactenus perſeveravit. Immediate ſub Imperio. Exemti ab Auſtriacis. Sub Franciæ regis poteſtate.

§. III. Quod ipſam ſtirpem concernit, ejus origo juxta cum aliis antiquitatis tenebris obvoluta eſt. Si verum ſequamur traditionem, *Rochus* ex Urſinorum familia vel factione, *Spoleti Dux*, Italia pulſus in Alſatia conſedit & quædam emit, atque vel ipſe vel poſteri arcem condidere, *Rochſpoletin* ſeu à *Rocho* ſeu à Gallorum *Roche* dictam, ex quo corrupta dictione *Rappolſtein*. Fidem hæc traditio habuit in ipſa familia: unde *VVilhelmus* in literis ad Conſil. Wirtenbergicos 1514. ſcriptis ita loquitur: Origo Gentis. Ex Spoletanis Ducibus. Rochus. Traditionis teſtes. Nachdem unſere vordere / vertriebene Hertzoge von Spolet geweſen / und

Fürſtlichen ſtaat nicht mehr halten mögen / haben ſie und wir den titul / Herren zu Rappolſtein / uns genommen. Ita hæc de Rocho canit *Ioh. Paulus Cruſius* in encomio Rappolſtein: præfixo *Sylloge numiſm. Ioh. Iac. Luckii.*

Ille ſibi Alſatiæ partem parat ære coruſco,
Hic ubi declivi placide delabitur Ellus
Valle ſupraque caput miratur in æthere montes.
Sed tamen ut memorare queant primordia ſedis
Et nati natorum & qui naſcentur ab illis,
Rupe ſuper celſa regales conſtruit arces.
Roch-Spoletin voluit patria quas voce notatas,
Rappolſtein noſtra ſolitas ætate vocari.
Hinc fuit Alſatiæ non laus hæc ultima dudum,
Vna rupe ſuper tres arces poſſe videri.

Conf. *Wolf. Laz. de migr. gent.* L. 3. p. 109. *Hieron. Henning. Theatr. Genat.* T. 3. P. 1. p. 443. *Bernh. Herzog. Chron. Alſat.* L. 5. p. 130. Porrò qui ex Italia venerint, tres fratres fuiſſe dicuntur, à quorum altero *Duces Vrslingenſes* ſeu *Schiltacenſes*, ab altero *VVeinſpergii* Domini, ab uno vel alterius ex illis filio Rappolſteinii noſtri exorti. Duos fratres facit *Petrus ab Andlo* (qui ſeculo decimo quinto vixit) *de Imp. Rom.* L. 1. c. 8. (ubi vid. *Marq. Freherum.*) *Idem quoque de famoſis Baronibus de Rappolſtein legitur, quod tempore Conradi II. Imperatoris Sveviæ Ducis nobiliſſimi Principes de Spoleto fratres Germani per eundem Conradum, eò quod ſibi rebelles exiſterent, de Spoletano Ducatu propulſi fuerunt, quos cum Imperator ſecum in Germaniam duxiſſet, unus in Svevia propè oppidum Rotvvyl caſtrum Vrslingen, quod denominari ſic voluit, eo quod de genere eſſet Vrſinorum,) fundavit: qui ab eodem caſtro titulum contraherent a Svevorum gente primum Dux de Vrslingen, poſtea de Schiltach nuncupatus fuit. Alter verò frater Alſatiam intrans, prope Galliam, Baroniam de Roma à progenie in progenies Baronum deinceps nominavit. Et quamvis titulos progenitorum abdicaſſent, paterna tamen arma fratres illi minimè variarunt.* Sed antiquior eſt memoria Rappolſteiniorum, quam ut Conradi II. vel III. (qui ſolus Svevus fuit) ævo in Germaniâ ceperint. Eadem ferè verba etiam ſunt *Fœlic. Malleoli dial. de nobil. & ruſticit.* apud *Matt. Cruſ. annal. Svev. P. 2. L. 6. c. 8. p. 96.* Niſi quod Ducatu Spoletano à Romanis ſibi victis fratres expulſos dicat, & Baroniam de *Rapolzſtein* nominet.

Duces de Unlingen.

Genus deductum.

§. IV. *Rochum* excepiſſe dicuntur filius, nepos, pronepos *Ortolphus*, *VVipoldus*, *VVilhelmus*, quos in ludis equeſtribus *Rotenburgicis*, *Trevirenſibus*, *Auguſtanis* 942. 1019. 1080. recenſent. Hoc, natus *Anshelmus pius*, qui Godofredum Bullionium comitatus ad *Gibellum* cecidit Conf. *Robert. Monach. Hiſtor. Hieroſol. L. 8. p. 73.* & alios autores in *Geſtis Dei per Francos P. 1.* Filius *Conradus* dicitur Conradum III. Imperatorem 1047. comitatus in orientem, ibique Saracenum ſtatura gigantea, qui Cæſarem ad monomachiam provocaverat, ſingulari certamine ſtraviſſe, & ob hoc in rei geſtæ memoriam hermam apicis loco geſtandum obtinuiſſe. Hunc excepit filius *Rudolphus*, cujus nomen ſervavit equeſtris ludus Tigurinus 1165. Iſtius filium *Egenolphum* matrimonium *Gertrudis* filiæ *Theodorici Dn. Hohenacciæ* auxit: His natus *Vlricus*, qui cum uxore *Guta Comite Egesheimia* 1176. cœnobium *Pæris* fundarunt: Parentes *Egenolphi* qui Fridericum II. in expeditione Orientali comitatus dicitur, *Vlrici ſenioris* & *Anshelmi prudentis*. Ille cum uxore *Eliſabetha* ſepultus eſt Colmariæ, creditque ea vidua *Friderici* ſeu *Theodorici Ducis Lotharingiæ*, filia autem *Alberti I. Imperatoris* fuiſſe. (ſi tamen tempus, quod non videtur, congruit:) Hic in thoro habuit *Sigubertam Landgraviam Alſatiæ* ſeu *Elſam Sigisberti* filiam. Ulrico *Vlrico IV.* ſeu *Iunior* & *Henricus*, *Anshelmo Hermannus* & *Vlricus III.* nati ſunt *Vlricus* junior cum patruo Anshelmo ab Imperatore Henrico jus in oppidum & ſuburbium *Keiſersbergium* accepit, ſed filium non reliquit. *Vlricus III.* 1273. cum patrueli cognomine à Rudolpho Imperatore 260. marcas argenti accepit ob res præclarè geſtas. Sed non nrſi filias habuit. *Hermannus* verò plures filios reliquit, unde ſimul tres quatuorve Domini præfuere, & arcem *Hohen-Rappolſtein*, tum ſuperiorem & inferiorem partem opidi Rupiſvillani incoluere. Et quidem lineæ reliquæ defecere, *Henrici* & *Hermanni* filiis progenies durabilis fuit. Hunc frater *Anshelmus audax* ditione depulerat, ſed

Imperator

quit, qui verò altero anno ἄπαις parentem ſecutus eſt: Alium verò filium habuerat
Ulrici, *Vlricum*, qui in Ticinenſi prælio Carolo V. forte operam navavit, & è lectis B. Lu-
theri libris, quos clam parentibus conquirebat & comparabat, veritatem agnovit.
Ejusdem uxor *Anna Alexandria C. Furſtenbergia* nat. nimis ex iisdem Evangelium
hauſerat, de mariti ſententia ignara, donec tandem alter alteri, quod in corde fove-
rant, aperirent, mutuo cum gaudio: utriusque in illa confeſſione, cum ea periculo non
vacaret, conſtantia maxima fuit. Conf. *Cyriac. Spangenb.* Adelſp. *P. 2. L. 6. c. 41. p. 64.*
Ulricus 1531. ante patrem in fata conceſſit, vidua ad 1585. ſuperfuit, ſummaque fide &
Egenolphi, cura *Egenolphum* filium educavit, qui dein avo & patruelı ſucceſſit, pacis artibus, pie-
tate atque literarum patrocinio clariſſimus. Cùm in Alſatiam Henricus II. R. Fran-
Eberhardi. ciæ exercitum duxit, hic per affinem *Ioanem B. Heideccii* ruinam à patria averſit.
Eo natus eſt *Eberhardus*, qui Matthiæ Imperatoris & Maximiliani Archiducis cubi-
cularius, illius nomine 1616. nec non Ferdinandi II. Imperatoris 1619. 20. 21. 25. fre-
quentes legationes in maximi momenti negotiis obiit, & cauſis dijudicandis aut com-
ponendis Imperiali autoritate delegatus eſt: cæteroqui magnificentia, juſtitia & li-
teris inclutus vir. Eo nati tres filii, ut uno tempore quatuor dynaſtæ viverent in ma-
Phil. Ludovici trimonio aut matrimoniis idonei, quod ab aliquot ſeculis factum non erat, ſed me-
Georgii rituræ familiæ ultimum illud decus. *Philippus Ludovicus* minimus natu patre vix
Fridrici. non niſi ab aliquot menſibus maritus 1617. deceſſit: *Georgius Fridericus* natu maxi-
mus, ſpecie verenda corporis & omnibus virtutibus, quæ vitam aulicam ornant, cum
paucis comparandus, patri ſucceſſit, ſed moriens, 1651. non niſi *Annam Elisabetham*
Joannis Ja- reliquit *Chriſtiano Ludovico Com. VValdeccio* deinceps elocatam. Ultimus *Joannes Ja-*
cobi. *cobus* cum fratre & poſt eum ditiones rexit, oculorum uſu pluribus annorum ſecuri
orbus, ſed mentis acie tanto perſpicacior, prudentia, pietate, beneficentia, clemen-
tia & optimo regimine immortale elogium promeritus eſt, & incredibile fui, cum
1673. decederet, relictis *Catharina Agatha Chriſtiani Com. Palatini Rhenani* conju-
ge & *Anna Dorothea* filiabus, reliquit deſiderium.

Privata auto- §. VII. Mirabitur lector, quod in recenſendis Rappolſteiniis deconibus & Dy-
ris erga naſtis fuerim quàm alibi prolixior, ſed dabit hoc pietati, qua Illuſtriſſimæ domui ſtu-
familiam dia noſtro obſtricta ſunt, cui per 40. annos & amplius pater meus *Ioh. Philippus Spe-*
obligatio. *nerus*, Philippi Ludovici Ephorus & itinerum ejus comes, deinceps vero domus hu-
jus Conſiliarius & archivi curæ præfectus, nec non totidem annis avus maternus *Io-*
annes Iacobus Salzmannus conſiliis & Rupisvillæ præfectura, tum ad ejus usque finem
affinis *Ioachimus Stollius* ſacrorum primaria cura, & germanus frater *Philippus Hen-*
ricus Spenerus Weieriæ vallis adminiſtratione fideli ſervitia præſtitere, ab eadem om-
nibus viciſſim gratiæ documentis atque beneficiis exculti. Nec minus ea, quibus ulti-
mus, videlicet Illuſtriſſimus Comes *Ioannes Iacobus* ejusque conjux Illuſtriſſima *Anna*
Claudia Rhingravia, memetipſum obruerunt, beneficia poſtularunt, ut hac oc-
caſione, quod ſolum poſſem, gratitudinis ſtatuerem monumentum, ea quæ publicis
ſcriptis juncta nullibi extant, hic colligens, & poſteritati gentis à tot ſeculis clariſſimæ
memoriam commendans.

Circa inſi- §. VIII. Quod inſignia gentis attinet, in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 19. eacem
gnia Sib- ſpiciuntur ſub *Baronum* titulo, de quo erat ut conqueretur Illuſtriſſima familia, po-
machen- majores ſuos *Principes*, *Dominorum* & aliquando *Comitum* nomine appellari ſve-
ſium error. non æquè *Baronum*, prout hi gradu Comitibus inferiores ſunt: niſi quod eadem pa-
gina, aliæ ſtirpes etiam recenſentur non diſſimili dignitate conſpicuæ. Præterea ille
in ſculptura commiſſus eſt error, ut *Hohenaccio* ſymbolo *Heroldseccium* præponatur,
quod vel ipſo titulo indice fieri non oportuit.

Scuti area. §. IX. Diſpoſitio, qua uti ſolebant, illa erat, ut quadripertito ſcuto media par-
mula incubaret *argentea*, *tribus ſcutulis coccineis* ornata: Primam areolam & quar-
tam iterum *argento* tinctas exornabant *terna capita corvorum* (an aquilarum?) *ſtir-*
pata, *avulſa*, *auro* coronata: Secundam & tertiam itidem *argenteas plinthidibus* ſeu *fu-*
ſidis caeruleis ſparſas, ſinguli implebant *leones rubei*, linguis, falculis & coronis *auri-*
Rappol- §. X. Parmulæ tres ipſam dynaſtiam *Rochiſpoletanam* ſeu *Rappolſtein* (Gallis
ſtein. *Ribeaupierre*) cujus primaria civitas *Rupisvilla* ſeu *Rappoltsvilla* (patria mea) Dyna-
Urslingen. ſtis ſedem præbuit, deſignat. Ducibus *Vrslingenſibus* in Wapenb. P. 5. p. 1. nec non

§. Comitibus

§. XXI. Ultima hujus gentis *Catharina VVeinſpergia* uxor *Eberhardi Eppſteinii Dn. Kœnigſteinii*, Dominium *Reigelſperg* ſeu *Reichelſperg*, quod ad familiam ſpectaverat, Herbipolitano Epiſcopo 52000. florenis vendidit; nuper vero illud *Schœnbornii* conceſſum eſt, qua cauſa illi tria hæc ſcutula Weinſpergia ſuis inſignibus inſeruere, notandæ dynaſtiæ, cujus propria teſſera non occurebat, aſcito ſymbolo ipſius familiæ, ad quam olim iſta ſpectaverat. Reichelsperg ad Herbipolitanos, nunc Schœnbornios.

§. XXII. Titulum Comitis Weinſpergii ex donatione à Maximiliano Com. Trautmansdorfio geſtum infra audiemus. Trautmansdorff.

Caput LXXIII.

Bar. de Redern ſeu *Rædern.*

ARGUMENTUM

1. Familia.
2. Inſignia.
3. Alia familia.
4. Scutum. Melchiorii Rederi virtus.
5. Galea.

§. I.

QUII 1566. in bello Turcico adverſus hoſtem operam navaverat *Iohannes Fridericus de Redern* ex Marchia Brandeburgica 1585. ſub Rudolpho II. Auguſto inter Auſtriæ proceres receptus eſt (**zum Landmann**) autor reliquorum Baronum. Familia.

§. II. Clypeus eſt (**Wapenb.** P. 1. pag. 36.) rubeus, quem tranſit baltheus ſiniſter (an aliquando dexter?) argenteus, inſcriptis ſtellis tribus rubeis vel juxta alios aureis: Galea corona tegitur, & ex ea exſurgit miles cataphractus, qui tria vexilla ſymbolo ſcutario picta, duo manibus tenet, tertium galeæ capitis impoſitum geſtat. Laciniæ ſunt ex argento & minio. Inſignia.

§. III. Alia illuſtrium Baronum *Rædcrorum* familia eſt, cujus ſcutum *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 29. recenſet quadripertitum. In prima areola cærulea apparet rota argentea. Secunda & tertia bipertita, hinc in auro dimidiam aquilam nigram pectori lunula argentea impreſſa, iſthinc rubeo ſolo inductam faſciam argenteam, cum inſcripta cruce Burgundica rubea refert. Alia familia.

§. IV. Rota, quæ ad nomen alludit, ipſam gentem *Rædcrorum* notat. Sibm. P. 1. pag. 50. quæ equeſtris *Sileſiæ*, videtur illuſtrior reddita virtute *Melchioris Rederi*, qui ſtrenuam in Varadino defendendo operam navaverat, & in Pappenſi obſidione cæſo Adolfo Schwarzenbergio, ei ſuffectus eſt, Pappamque demum devicit. (conf. *Thuan.* L. 124. p. 699. 700.) Unde etiam alterum laterculum gratiæ Cæſareæ ſymbolum explico, quod ei Sileſiæ aquila, & Auſtriæ faſcia cum Burgundica cruce, ob merita in domum Auſtriacam conceſſa ſint. Melch. Rederi virtus.

§. V. Galeæ imponuntur duæ coronatæ: prior caudam ſuſtinet pavoninam, in rota ſcutaria imprimitur. Ex altera protenduntur in utrumque latus terna vexilla rubea cum faſcia Auſtriaca. Laciniæ ſunt argenteæ, hinc cyano, iſthinc cocco reflexæ. Galeæ.

Caput LXXIV.

Com. & Bar. de Roggendorf.

ARGUMENTUM.

1. Origo gentis. Bona.
2. Deductio.
3. Scutum.
4. VVildhauß.
5. Galeæ.
6. In matricula imperii.

§. I.

ROggendorfia gens Per-illuſtris ex Styria in Auſtriam conceſſit, atque ſub Friderico IV. & Maximiliano *Peckſtall*, cujus arx dicta eſt *Roggendorf*, nec non *Mollenburg* acquiſivit. Inde *Comitum* titulus conceſſus, ſed non niſi ab uno uſurpatus eſt Origo Gentis.

Example 1 Find the distance between $P_1(-1, 2)$ and $P_2(3, -4)$.

Solution We apply the Distance Formula directly:

$$|P_1P_2| = \sqrt{(3 - (-1))^2 + (-4 - 2)^2} = \sqrt{4^2 + (-6)^2} = \sqrt{52} = 2\sqrt{13}.$$

Example 2 Find the distance between $P_1(a, b)$ and the origin.

Solution We apply the Distance Formula directly:

$$|P_1O| = \sqrt{(0 - a)^2 + (0 - b)^2} = \sqrt{a^2 + b^2}.$$

Example 3 Show that the triangle with vertices $P_1(1, 1)$, $P_2(5, 3)$, and $P_3(3, 7)$ is isosceles.

Solution We find the lengths of the three sides:

$$|P_1P_2| = \sqrt{(5 - 1)^2 + (3 - 1)^2} = \sqrt{4^2 + 2^2} = \sqrt{20},$$

$$|P_2P_3| = \sqrt{(3 - 5)^2 + (7 - 3)^2} = \sqrt{(-2)^2 + 4^2} = \sqrt{20},$$

$$|P_1P_3| = \sqrt{(3 - 1)^2 + (7 - 1)^2} = \sqrt{2^2 + 6^2} = \sqrt{40}.$$

Since $|P_1P_2| = |P_2P_3|$, the triangle is isosceles.

Example 4 Show that the triangle with vertices $P_1(1, 1)$, $P_2(5, 3)$, and $P_3(3, 7)$ is a right triangle.

Solution We find the lengths of the three sides:

$$|P_1P_2| = \sqrt{(5 - 1)^2 + (3 - 1)^2} = \sqrt{4^2 + 2^2} = \sqrt{20},$$

$$|P_2P_3| = \sqrt{(3 - 5)^2 + (7 - 3)^2} = \sqrt{(-2)^2 + 4^2} = \sqrt{20},$$

$$|P_1P_3| = \sqrt{(3 - 1)^2 + (7 - 1)^2} = \sqrt{2^2 + 6^2} = \sqrt{40}.$$

Since $|P_1P_2|^2 + |P_2P_3|^2 = |P_1P_3|^2$, the triangle is a right triangle.

Example 5 Find the midpoint of the segment joining $P_1(-1, 2)$ and $P_2(3, -4)$.

Solution We apply the Midpoint Formula directly:

$$\left(\frac{-1 + 3}{2}, \frac{2 + (-4)}{2}\right) = (1, -1).$$

Example 6 Find the midpoint of the segment joining $P_1(a, b)$ and the origin.

Solution We apply the Midpoint Formula directly:

$$\left(\frac{a + 0}{2}, \frac{b + 0}{2}\right) = \left(\frac{a}{2}, \frac{b}{2}\right).$$

Example 7 Find the midpoint of the segment joining $P_1(a, b)$ and $P_2(c, d)$.

Solution We apply the Midpoint Formula directly:

$$\left(\frac{a + c}{2}, \frac{b + d}{2}\right).$$

Ioannem S. R. Imp. Comitem de Rottal, Auguſti noſtri Conſiliarium intimum, & Camerarium, atque per Ungariam Plenipotentiarium, hereditarium Dn. in Napayedel, Caſtro Quaſſii & Holeſchau, Eq. A. V.

§. III. Scutum eſt *rubeum* impreſſum *cruce argentea*, quæ in *Sibm.* Wapenb. P. 1. pag. 38. pingitur extremis nonnihil curvatis, ſed Bucelinus planam facit, quod rectius credo. Hac utuntur etiam ob *Thalberg* Dominium Dietrichſteinii, quod vidimus loc. cit. Scutum.

§. IV. Galea corona tegitur, ex qua inter expanſas alas rubeas conſpicitur *crux ſcutaria*. Laciniæ etiam ſunt ex argento & minio. Galea.

Caput LXXVI.

Rouxel Com. de Grancey.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Inſignia.*
3. *Tituli.*

§. I.

Ioannes Rouxel Dn. du Pleſſis Morvent, ex nobilitate *Normannica*, ex Maria L'Arconneur Domina de *Medavy* genuit *Georgium*, à quo *P. Anſeaume Palais de l'honn. p. 615.* orditur: quo *Florus* (Fleury) natus eſt, pater *Iacobi*, parentis alius *Iacobi*, qui locumtenens generalis Alenſonii Ducatus & Comitatus Perticenſis, atque Franciſci Alenſonii Cubicularius fuit. Hunc genitorem habuit *Franciſcus Epiſcopus Lexovienſis & Petrus Baro de Medavy*, qui Normanniæ regis nomine Vicarius præfuit, & ſuſcepit præter *Franciſcum Epiſcopum Seenſem*, & dein *Archiepiſcopum Rotomagenſem*, atque *VVilhelmum Baronem de Marey*, (Joſephi Com. de Marey & Cleſmont, March. de Lenoncourt patrem,) *Iacobum Mareſcallum Franciæ, Com. de Grancey & de Medavy*, Gubernatorem Gravelingæ & Theodonisvillæ, qui exercitum in Italia, Campania & Lotharingia duxit, & pater ſuperat *Petri Comitis de Grancey* aliorumque filiorum. Familia.

§. II. Scutum familiæ eſt *argenteum* inſignitum *tribus gallis gallinaceis*, quorum pedes, roſtra & criſtæ inaurata conſpiciuntur. Apici ſervit ſimilis *gallus* coronatæ galeæ impoſitus, ex qua dependent laciniæ argenteæ & coccineæ. Telamones ſunt duo leones aurei. Inſignia.

§. III. Tituli ſunt: *Rouxel, Comes de Grancey & de Medavy.* Quorum hoc eſt ex matrimonio Joannis Rouxel & Mariæ L'Arconneur, quæ Dominium hoc attulit. *Grancey* autem familiæ obtigiſſe videtur ex matrimonio *Petri Rouxel B. de Medavy* & *Carolæ de Hautemer* filiæ Guilelmi Dn. de Fervaques Com. de Grancey, Mareſcalli Franciæ. Tituli.

Caput LXXVII.

De Sainƈte Maure, Duc de Montauſier.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Diploma Roberti Sanmaurii.*
2. *Continuatio. S. Maure ad Craonios. Rupifulcaudios. Rohaneos.*
3. *Linea de Montgaugier. Neelle. Joigny.*
4. *Linea de Montauſier. De Jonſac. De Montauſier. De la Guiraire. De S. Maure. Caroli Ducis decora.*
5. *Scutum. Apex.*
6. *Ducis ſcutum. Chaſteaubrient.*
7. *Vexilla ex proavis.*
8. *Tituli Ducis. Piſany. Rambouillet. Berckeim.*

§. I.

Illuſtriſſima ſtirps. *San-Maura* nomen ſortita eſt à *S. Maure* opido Turonum, cujus caſtrum circa 940. à Fulcone Comite Andino conditum hiſtoria Andina MSta teſtatur; Eam probationes à Duce Arpajonio & M. Surdiſio confirmatæ & ſignatæ deducunt à *Goſſelino Dn. de S. Maure* (quam aliqui ab ipſo conditam volunt) circa 1010. Eo natus eſt *Gilduinus Dn. de S. Maure, S. Cire* & aliorum locorum, Familia.

quæ nepotes armata manu repetiere ab Hugone Dn. Amboſiano, qui ea uſurpaverat. Hunc patrem habuit *Hugo I. Dn. de S. Maure* maritus Anordiliæ f. Berlæi Dn. de Monſtreuil, quæ peperit *Goſſelinum II.* & *Hugonem*; ille ob avita bona bellum intulit inſtinctu & copiis Fulconis Comitis Andini Hugoni Amboſio, ſed cum fratre 1080. à militibus cæſus eſt, ex Quaſimotta Dn. de la Haye pater *Hugonis II.* cujus mentio 1105. quo genitus *Hugo III.* circa 1172. pater *Guilelmi*, quem *Anſeaume Palais de l'honn. p. 669.* vocat *Guilelmum de Peroigny, Dn. de S. Maure*, & ab eo orditur genealogiam.

Diploma Joberti Sanmaurii.

Diploma, quo ejus patris & fratrum mentio fit, communicatum ipſi à Dn. de *Vyon. Dn. de Herouval* dignum eſt, quod etiam hic legatur: *IOBERTVS DE SANCTA MAVRA DOMINVS NVCASTRI ET SANCTÆ MAVRÆ. Omnibus viſuris & audituris præſentes literas, ſalutem in Domino. Noveritis univerſi, quod cum ego peterem ab hominibus ſanctæ Crucis. Pictavienſes de ballio de ſancto Romano, & de ballia de Velleche, quod ad queſtam in cauſa de tertio in tertium annum mihi pro voluntate mea prædicti homines tenebantur, Euſemia nunc temporis Abbatiſſa & Conventus ſanctæ Crucis homines ipſos ad id non teneri firmiter proponebant. Factum nobilis viri VVILELMI DE PERCIGNI PATRIS MEI: deducentes in medium, qui queſtis eisdem renunciaverat, &c. proponebat inſuper quod VVILELMVS DE SANCTA MAVRA MILES PRIMOGENITVS FRATER MEVS, dictos homines abſolverat penitus, & quittaverat à queſtis prænominatis, dum ageret in extremis, &c. Facta ſunt hæc omnia cum aſſenſu, conſilio, voluntate & laudatione dilectiſſimi fratris mei HVGONIS DE SANCTA MAVRA, Canonici Turonenſis & Prioris de Lochis. Dominus etiam IOANNES ARCHIEPISCOPVS TVRONENSIS pater venerabilis præſentes litteras & factum quod in eisdem litteris continetur auctoritate & ſigillo proprio munivit, &c. Actum anno Domini 1223. 6. Kalendas Aprilis, Philippo Rege Francorum, Ioanne Archiepiſcopo Turonenſi.*

Continuatio.

§. II. *Iobertus* prædictus Guilhelmi ut audivimus filius (cujus & filii icones in ſigillis repræſentantur equis inſidentium cum gladio in manu, faſcia Sanmauria ſcuto & equi ſtragulis impreſſo) ex filia Comitis Vindocini reliquit *Guilelmum II. Dn. de S. Maure* Eq. qui vivens 1269. ex Joanna de Rancon reliquit *Guilelmum Dn. de S. Maure* & *Petrum Dn. de Montgaugier*. Ille pater fuit *Iſabellæ Dn. de S. Maure* & *Marſillac*: quæ ea doti attulit marito *Amalrico III. Dn. de Craon*, qui 1332. ipſa vero 1310. defuncta eſt. Inter Amalrici filios *Guilhelmus* cognomento *Magno* video titulum *de S. Maure* adſcribi, cum tamen ex Amalrici ſecunda uxore *Beatrice Com. de Roucy* derivetur, cujus cauſam non capio: Guilelmi autem ex filio Guilhelmo II. neptis vel ex Guilielmi filio *Ioanne* proneptis *Margareta Marſillac, S. Maure, Montbazon & Nouaſtre-Foucauld* attulit conjugi *Guidoni Dn. de la Rochefoucauld*. Horum primogenitus *Fulco III. Dn. de la Rochefoucaud* videtur ex materna hereditate *Marſillac* ſervaſſe, quod hodie adhuc in familiæ poteſtate eſt, Principatus titulo inſigne; ſecundo genitus autem *Aimardus* fuit *Dominus de Montbazon, de S. Maure & de Nouaſtre*, patet poſt alios *Ioannæ*, quæ hereditatem patris & fororum crevit uxor *Ioannis de Fou*, cujus filia *Renata du Fou* eandem tranſtulit ad *Rohaneos*, nupta Ludovico III. Rohaneo Dn. Guemné: in cujus poſteritate ea nunc hæret. Ut adeo duæ ex præcipuis regni familiis Rohanea & Rupifulcaudia ex Sanmauria ſtirpe ſuum auxerint patrimonium.

S. Maure ad Craonios.

Rupifulcaudios.

Rohaneos.

Linea de Montgaugier.

§. III. *Petrus* Guilelmi illius Dn. de S. Maure frater Dominus fuit *de Montgaugier* in Turonibus gentem propagavit, & 1328. mortuus reliquit *Petrum, Guilelmum Cancellarium Franciæ 1337.* quem tamen *Anſeaume* dicit 1338. mortuum, atque *Guidonem. Petrus II. Dn. de Montgaugier* cognomento *Drumas* à *Margareta Amboſia* accepit *Nellam* in Veromanduis, hujus filius *Ioannes I. Dn. de Neelle* ab uxore Joanna de Roches Dominia *des Roches* & *de la Faigne* habuit, quorum hoc filia *Carola* Guidoni II. Dn. de *Laval* attulit, nepos *Ioannes II.* ab uxore *Iacobeâ de Chartres* acquiſivit Dominium de *Puyſeuls*, hujus filius ex Magdalena Lucenburgia de Fiennes genuit *Adrianum*, cui Comitatus de *Ioigny* obtigit à conjuge Carola Cabillonia, & natus eſt *Carolus Com. de Ioigny, Marchio de Neelle*, qui ἄγαμος 1576. extinctus maſculos *Petri* poſteros clauſit.

Neelle.

Joigny.

§. IV. *Guido*

argento inductus baltheus constans ex fusis rubeis [illegible] fimbriatus: cum utrinque tres fibulæ sapphirinæ. Quæ tamen [illegible]

Tituli. Ducis. §. VIII. Tres [illegible] Duces *De [illegible] Marchio de Pisany & de Rambouillet* [illegible] *larum de Pisany, de Salve & de Breual* [illegible] collatus 1664. & à comit. 1665. 2. Decembr. confirmatus. Pisan. Rambouillet. re habet *Iulia Lucina* filia *Caroli d'Angennes March. de [illegible] vonnia*, natæ *Iohanne de Vivonne March. de Pisany*. Regnant celeberrimo, atque *Iulia Sabella* Romana ex Principibus Alberic. Berckeion. *Medicea* reginæ. Alibi vidi additum titulum *Com. de Berckeem* [illegible] naſtum olim Auſtriacam, ad quam domum à Rappoiſtenis [illegible] regia accepit, & nuper admodum Ciriſtheno Com. Palatino [illegible] ſteinas ditiones à Rege obtinuerat, vendidit. Aliquando etiam in titulo Romano *Eſſars* mentionem factam obſervavi.

Caput LXXVIII.

Baron. & Comites Sauer de Koſiach.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Koſiach.*
4. *Greyſneck.*
5. *Alius laterculus.*
6. *Galea.*

§. I.

Familia. PEr illuſtres Barones *Sauer de Koſiach Bucelin. Germ. P. 3. pag. 201.* [illegible] *Sauer* ſeu *de Sava*, a flumine Savo ita dictum, niſi ex aliorum ſenten[illegible] re malit, flumini antiquum nomen gentis inhæſiſſe. Jodoco & *Bar*[illegible] ſeu potius *Segna* natus eſt *Pancratius Mariæ heredis de Koſiach* [illegible] ſeu *Iuſtum* genuit, à cujus filiis *Georgio* & *Pancratio* duæ lineæ: hoc [illegible] *nes Ludovicus Liber Baro*, pater *Ioannis Caroli* & *Andreæ*, quorum [illegible] Waraſdini & in Carlſtat 1648. ille Styriæ deputatus 1646. vivis exceſſit. [illegible] filii *Comitum* dignitate aucti ſunt.

Scutum. §. II. Scutum *Furſt.* **Wapenb.** P. 3. p. 16. & P. 5. p. 43. ita exhibet [illegible] pendiculari & tribus transverſis in octo areolas diſtinguatur. Areola pri[illegible] *rubea tres remos aureos* continet: quod gentile ſymbolum eſſe accepi[illegible]

Koſiach. §. III. Areola [illegible] cundæ *rubea* continet *leonem aureum*, qui *anno* [illegible] *tro pede* elevato tenet. Quod *insigne* familiæ de *Koſiack* i. *Koſiach* eſt, [illegible] *Mariam* filiam *Ludovici de Koſiack* & *Eliſabethæ Serinæ* duxit *Pancratius* [illegible] ſupra memoratus. Ad eandem ſucceſſionem ſpectat areola quinta, quæ [illegible] di *argentum* ſubſtituit & *mitram bipertitam*, inſcriptis *tribus annulis*, [illegible] reo in medio, inferiori autem qui ſectioni incumbit oppoſitos etiam [illegible] Hanc teſſeram Bucelinus ipſi ſuapte ſponte Sauerinæ tribuit, quod nollem, [illegible] Koſiacenſes ſpectaſſe. Nam Mariæ heredis ſcutum vidi quadripartitum [illegible] ne & hic annulis. Inde filius Mariæ parma uſus eſt etiam quadripartita [illegible] ultimam aream remis familiaribus locatis, in ſecundam leone relato [illegible] lis. Uti videre eſt **Wapenb.** P. 3. p. 89. ſub nomine *Saurer*.

Greyſneck. §. IV. Areola tertia & octava *aurea figuram nigram* continet [illegible] referre tria folia in pythagoricæ literæ formam locata, in corde late[illegible] *Sabin.* **Wapenb.** P. 1. p. 49. ſolum *argento* tingit, & exprimit clar[illegible] ſint *palæ* (ſchauff. Ita) *nigræ ferro* externis munitæ, quarum *mani*[illegible] unum contingit. Ita notatur familia de *Greyſneck*: cujus fragmentum [illegible] exhibet, ſique oriundi à *Ioanne de Greyſneck*, qui circa 1414. floruit. [illegible] gente *Georgius Sauer*, *Barbaram de Greyſneck*, *Ioannes Carolus Sauer* [illegible] *de Greyſneck* uxores habuere. Ob quas hanc teſſeram aſſumtam oportet

§. V. Ad eandem ſucceſſionem ſpectat laterculus quartus & ſeptimus. In eo ſolum *nigrum baltheus* diagonalis percurrit *argenteus tribus cantheriis rubeis* exaratus. Hic etiam in Greyſneccio ſcuto in Wapenb. P. 1. pag. 49. ſecundo & tertio loco viſitur, ita tamen ut appareat baltheus alia linea diagonali ſectus, ut cantheriorum & balthei tincturæ alternent. Oportet hoc ſymbolum ex aliqua affinitate Greyſnecciis obtigiſſe, quam tamen conjectura non aſſequor. Alius latericulus.

§. VI. Ita explicato clypeo imponuntur galeæ quatuor, omnes coronatæ. Ex prima ſurſum protenduntur *duo remi ſcutarii aurei*, & inter eas *duæ plumæ ſtruthionicæ aurea atque rubea.* Secundæ vel inſidet, ut eſt Wapenb. P. 3. p. 81. vel potius ex ea exurgit *leo aureus*, qui annulum ex eodem metallo oſtentat. Tertia galea iterum ſuſtinet *palas duas ſcutarias ſurſum protenſas.* Quarta *jugo alarum nigrarum complicato* ornatur, in quarum anteriori baltheus cantheriis oneratus viſitur. Galeæ.

Caput LXXIX.

Com. de Schallenberg.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Schallenberg.*
4. *Com. de Corbau.*
5. *Lapiz.*
6. *Apex.*
7. *Saleburg per errorem.*

§. I.

ILluſtriſſimi *Comites de Schallenberg* Auſtriæ ſuperioris indigenæ ab antiquo ſunt, ubi etiam *Schallenberg* prope Biberſtein poſſident, ſed in ruderibus jacens. Ex illis *Thomas de Schallenberg* interfuit Tigurinis ludis 1165. Celeb. *G. Bucelinus Germ. Tom. 3.* deducit genealogiam à *VVolfgango de Schallenberg*, qui inclaruit 1209. in ludis Wormatienſibus: Hujus atnepotes *Caſpar & Baltaſar* ſeculo decimo quinto emere *Biberſtein.* Hoc natus eſt *Stephanus* in *Lufftenberg* (quod à matre *Agnete Gruberin* habuit) & *Biberſtein:* à quo reliqui deinceps Barones & demum Comites orti ſunt. Familia

§. II. Scutum (conf. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 37.) transverſe ſectum eſt, inferiori regione *nigra*, ſuperiori *aurea*, in qua ex illa emergit *leo rubeus coronatus.* Galea clypeo imponitur coronata cum exoriente leone ſcutario. Laciniæ ſunt aureæ & coccineæ. Scutum

§. III. Nunc quadripertito utuntur ſcuto, cujus quadris imponunt hanc *Schallenbergiam* gentilem parmulam: Quadræ primæ & extremæ *argentea* inſcribitur *aquila nigra.* Secundæ & tertiæ *inferiora faſciis rubeis & argenteis* exarantur, ſuper quibus in *areola* ſuperiori *parte rubea* ex *corona aurea* emergit *anſerculus argenteus auro coronatus*, & tertiam coronam collo inſertam gerens. Schallenberg.

§. IV. Anſer cum coronis & tæniis deſignat familiam *Comitum de Corbau*, quibus tamen *Bucelin. Germ. T. 3. p. 22.* longe aliud ſcutum tribuit, videlicet perpendiculariter ſectum, & baltheis exaratum, alternante tinctura. Ex gente primum notat *Franickonem Com. de Corbau* Croatum tempore Concilii Conſtantienſis 1418. quo natus *Georgius Com. de Corbau & Lycka*, pater *Magni*, avus *Pauli*, proavus *Caroli Torquati Com. de Corbau, Dn. de Lycka & Volvina*, qui ex *Dorothea Frangipania*, nepte *Matthiæ* regis Ungariæ, præter alios genuit *Claram Torquatam*, uxorem Joannis Domini de Lappiz. Com. de Corbau.

§. V. *Lapizios* deſignat aquila, vel apud *Bucelinum* anſer, quem modo dedimus *Corbaviis.* Ex his *Ioannes Claræ Torquatæ* maritus, filius *Andreæ* nepos *Petri*, genuit præter alios *Cornelium de Lapiz*, patrem *Iohannis Andreæ*, qui familiæ ultimus obiit 1567. & *Margaretæ* uxoris *Chriſtophori Dn. à Schallenberg*, in *Lufftenberg, Biberſtein, Leombach, Seiſeneck* & *Achleuten*, qui 1597. obiit, pater *Georgii Chriſtophori* Baronis, Imp. Ferdinandi II. Conſiliarii, Dn. in *Biberſtein, Leombach, Hegenberg, Ruperſtal, Iching, Rotentorf & VVeyer zum Haggen.* Lapiz.

§. VI. In *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 38. Lappizia inſignia etiam repræſentantur, ſed anſere in primum, aquila in ſecundum laterculum locata. Apex eſt duplex Apex

galea coronata: priori insidet *anser scutarius*, alteri insistit *aquila*. Laciniæ pinguntur argenteæ & rubeæ, nigræ & argenteæ. Porro has etiam galeas à Schallenbergiis gentili cassidi jungi non dubito.

Salebnrg per errorem

§. VII. In *Fürst.* Wapenb. P. 1. pag. 10. Com. *de Saleburg* insignia repræsentantur, quod omninò legendum fuit *Schallenberg*. Sed aquila quæ nigra esse debebat, ex errore pingitur aurea. Ibidem comparent galeæ, nempe præter mediam *Schallenbergiam* cum ϖεγομῆ leonis, anterior aquilam *Lapiziam*, posterior anserem *Corbavium* sustinentes. Illam circumvolant laciniæ nigræ & argenteæ, hanc argenteæ & rubeæ.

Caput LXXX.

Dn. de Scherfenberg.

ARGUMENTUM

1. *Familia. An ex regio Bosnia sanguine? Vel Bojorum? Ulrici Reichentaleri commentum. Familiarum regiarum sortes.*
2. *In Vinidorum Marchia. In Carniola. Vetus potentia. Bona in Austria. Varia fortuna.*
3. *Diu in Austria.*
4. *Comitum titulus, inde Dominorum. Lineæ.*
5. *Scutum.*
6. *Apex.*

§. I.

Familia.

Illustrissimam *Scherfenbergiorum Dominorum* familiam traditio vulgaris deducit ex vetustis *Bosniæ Regibus*. Ita etiam Celeberrimus *Gabr. Bucelinus Germ. T. 3. p. 102.* ita inscribit tabulam: *Scherfenbergiæ regiæ familiæ Bosnienſis fragmentum Stemmatographicum.* Et *M. Zeilerus itin. Germ. P. 1. c. 8. p. 191.* sibi idem relatum tradit. Verum

An ex regio Bosnie Sanguine?

consideranti historiam illorum temporum dubium fere exoriri potest, an *Bosniæ* eo nomine aliqui reges fuerint, antequam Scherfenbergii in Germania sedem fixere. Quod forte præfatum *Bucelinum* movit, ut P. IV. p. 245. *Arnulphum*, à quo gentem

Vel Bojorum?

deducit, potius ex regig *Bojorum* seu *Styrorum Agilolfingorum* prisco genere derivaret. Quod sane veritati longe convenientius videtur, & historiarum veterum gnatis facilius persvadebitur. Quod vero *Vlricus Reichenthaler* alicujus Regis hoc nomine *de Scherfenberg* mentionem facit in descriptione *Consilii Constantiensis* p. 89. b. his verbis: **Der Durchleuchtige König von Scherfenberg ist unter dem Soldan/** ipsa absurditate fidem perdit, ut alia illius autoris, qui regna comminiscitur, quæ Geographiæ periti non nisi in Utopia inveniunt: Quis enim unquam vel fando nomen regni hujus audivit? Et quidem Suldano (quo nomine Babylonicum intelligere solet) subjectum cum asserat, in Asia situm oportet: unde verò in Asia Germanicum nomen? Si Turcam intelligere velis, ipsam Bosniam non nisi 1472. & ita post dimidium seculum, ex quo Concilium habitum fuit, Mahometes II. *Stephano* ultimo Despota corio exuto subegit. Hoc tamen colligas ex eo *Reichenthaleri* commento, jam isto tempore illustris *Scherfenbergicæ familiæ* regiam originem ita perereburisse, ut iste regnum exinde peculiare comminiscendi ansam acceperit. Et quidem à regio sanguine non alienos fuisse hos proceres, illo quoque argumento quis probet, quod Perillustris *Baro de Schvvarzenhorn*, qui aliquoties Turciam legatus Cæsareus peragravit, in aliquot sacellis Scherfenbergia δάγμαϛα regiis ornata coronis observarit.

Ulrici Reichenthaleri commentum.

Familiarum regiarum sortes.

Cæterum novum non est, regibus ortos ad inferiorem deinceps sortem variis casibus redigi, quod Scherfenbergiis contigisse videmus. Ita qui nunc Duces *Meckelburgici*, olim *Obotritorum reges* fuisse constat. Non minus tota familia Dominorum & deinceps Comitum *Egmondæ*, in varios ramos divisa, quorum aliqui in tenui fortuna constituti fuere, ex *regibus Frisiæ* descendit: ut jam plura non adducam exempla. Imò quod mireris in ipsa Francia modernæ regnatricis stirpis aliquot rami, e. c. *Drocensis* in aliquot lineas subdistinctus, ad eam sortem redacti sunt, ut nihil supereſſet splendoris originarii: Et nunc *Cortenæi* è regia domo oriundi nec titulis nec fortunis æquales sunt plerisque aliis regni proceribus illustribus.

In Vinidorum Marchia.

§. II. *Arnulphum* præfatum Bucelinus memorat *Marchiæ VVindorum* seu *Vinidorum* jam 928. præfuisse. Filium autem ejus *Ortolphum* originis regiæ insignia præferen-

Digitized by Google

præferentem eo ipſo majorem ſibi apud Vinidos autoritatem conciliaſſe, qui vixit ad 960. Inde in *Carniolam* conceſſit & potentia crevit. Juvat de ea re audire *Lazium de migr. gent.* L. 6. p. 196. *Domini à Scherfenberg, qui latè patentem quondam in Dravi ripa ulteriori ditionem habebant, extinctisque Comitibus à Marchburg, Dominis à Troja, Montparis & Billigracz, cognatis nimirum & proximo ſanguine junctis, Marchburgum civitatem, Landtroſt, Treven, Trojam, Montparis & Billigracz, arces & dominia ampliſſima aliaque pleraque poſſidebant: tam potentes, ut Carinthiæ Principes Auſtriaque Duces ad arma provocare non veriti ſint. A quibus in ordinem redacti, & cum feudorum jura per hanc contumaciam amiſiſſent, ab his translati ſunt in Styriam ſuperiorem atque Auſtriam ſupra Auiſum amnem, ubi tenent adhuc Hohenvvang, Rotengruob, Spielberg & Orthin lacu Trunæ vulgo* Gminder-See. *Superſunt adhuc ac vulgo depravato vocabulo Domini à Schaffſtenberg cognominantur.* (eundem errorem etiam *Stbm.* Wapenb. erravit, qui P. 1. p. 27. hoc nomen præſcribit inſignibus Scherfenbergicis.) Quæ in genere *Laztus* dixerat, deinceps ſpeciatim declarat: quod *VVilhelmus Scherfenbergius* auxiliantibus Dominiis à Weiſſeneck & Comite de Haymburg adverſus Carinthiæ Ducem Maynhardum filiumque Henricum bellum geſſerit, ſed Albertus Dux Auſtriæ ſororio Duci auxilium miſerit 1280. Inde memorat *Hugonem* 1326. avunculo *Henrico Domino à Montparis Cariolano* ſucceſſiſſe; dein *Cholinum* recenſet poſſediſſe caſtra *Pucknſtein* & *Puſſeck*, ſed victum ſingulari certamine à Friderico à Reutenberg, tum proſcriptum, caſtris apud Styros & Carnos ſitis privatum & alio translatum: *VVilhelmum* etiam, cum Salisburgenſem præſulem atque Kœnigsbergios in odium vocaſſet, à Leopoldo Auſtriæ Duce captum, demum dimiſſum, ſed caſtris ſuis in *Carnis* cedere coactum fuiſſe. Pergit *Bernardum*, qui ſuperioris Auſtriæ præfectum egerat, circa 1479. ob navatam in bello Hungarico fidelem operam Friderico III. Auguſto caſtro *Starenberga* donatum eſſe: inde *Iohannem* & *Chriſtophorum* à Maximiliano Imperatore impetraſſe, illum in Styria *Hohenvvang* & *Gallenberg*, alterum in Auſtria ſuperiori *Spielberg*, arcem in Danubii inſula ſitam: iterum *VVolfgangum* à Ferdinando rege præfectum prætorio inferiorum Auſtriæ provinciarum conſtitutum, quem locumtenentem vocent.

In Carniola Vetus potentia.

Bona in Auſtria.

Varia fortuna.

§. III. Hæc paulo fuſius ex Lazio repetere viſum eſt, ut de familiæ hujus ex regibus ſatæ (quæ humanarum rerum viciſſitudo eſt,) varia fortuna conſtaret. Cæterum licet in *Carnis*, quod audivimus, præcipue inclaruerint, in Auſtria tamen, ſaltem aliquam eorum lineam, eos etiam floruiſſe, antequam illic calamitate opprimerentur, argumento eſt tabula, quam deſcribendam communicavit Perilluſtris *VVolfgangus Carolus B. à Polheim*, quæ ſeriem procerum Auſtriæ continebat, qua inter ſtatus recepti ſunt: in ea enim 1269. atque adeo antequam Habſpurgica Domus in Auſtria rerum potiretur, inter proceres Auſtriæ hanc ſtirpem numeratam perlubetur.

Diu in Auſtria.

§. IV. Quod familiam attinet, Bucelinus *Arnolpho* nepotem adſcribit *Henricum*, qui Henrici III. Imp. aulam circa 1040. ſecutus eam ipſam ob cauſam *Comes* dictus credatur: filius etiam *Henricus Comes à Scherfenberg* nominatur, qui juxta Henricum IV. qui deinceps Auguſtus fuit, educatus *Spirenſem Epiſcopatum* rexerit, & 1075. deceſſerit: ſed reliqui *Dominorum* titulum præelegerunt, quod nomen memini aliis etiam à celſiore origine deductis aliquando præ Comitum aut Baronum titulo placuiſſe. Tota genealogia apud Bucelinum videri poteſt. Addendus vero eſt etiam *Hertlingus de Scherfenberg*, qui 1365. vixit, ut in privilegio Univerſitatis Viennenſis videre eſt. Cæterum aliquoties in diverſas lineas familia abiit: Vetuſtiores diviſiones non moramur: illa inprimis notari meretur, quando *Chriſtophorus* belli Dux Maximiliani I. in Carinthia contra Ungaros 1496. *Ioannem*, *Vlricum* & *Eraſmum* genuit, à quibus totidem lineæ, in ....., in *Hohenvvang* & in *Rotengruob* ac *Emerberg*; ex quibus *Eraſmi* poſteritas defecit, *Vlrici* poſterorum τοκεωλογίαν dedimus, Theat. Progonolog. Part. IV. p. 67. *Ioannes* iterum genuit *Fridericum*, *Georgium* atque *Carolum*, totidem denuo linearum autores: Ex *Friderico* prodiit *Ioannes Chriſtophorus*, cujus liberorum avos aviasque dedimus ibid. p. 75. *Caroli* autem neptis eſt *Maria Polyxena* uxor Illuſtriſſimi *Leopoldi VVilhelmi C. Kœnigseckii*, unde illa occaſione ſupra c. 48. hujus progenitores 128. vidimus.

Comitum titulus inde Dominorū.

Lineæ.

Scutum §. V. Quod concernit inſignia gentis, neſcio quid in mentem venerit *Hieron. Henning.* qui Tom. 3. P. 1. p. 556. ubi Scherfenbergios ex *Lazio* deſcribit, ſcutum aſſignat, in quo ex clypei pede tres aſcendant cuſpides, cui totidem aviculæ ἄπτεσθαι innitantur: quod in Wapenb. P. 1. pag. 128. equitum *VValdner de Freundſtein* δῆγμα eſt. Parma autem Scherfenbergia *cæleſtino* colore tingitur, & *auream coronam regiam* apertam origini deſignandæ repræſentat. Uti etiam, ſed ſub falſo titulo *Schæftenberg*, repræſentatur Wapenb. P. 1. p. 27.

Apex. §. VI. Apex conſtat galea coronata, ex qua protenduntur *tres pavoninæ pennæ* ſuo colore & oculis pictæ: Laciniæ dependent ex *auro* & *cyano*.

Titulus. §. VII. Titulus eſt: *Domini de Scherfenberg.*

Caput LXXXI.

Bar. Schifer.

ARGUMENTUM

1. *Familia Lineæ.*
2. *Scutum. Apex.*
3. *Tituli.*

§. I.

Familia. *Schiferorum Baronum* ſtirps illuſtris ab antiquo tempore in *Auſtria ſuper Anaſum* floruit, & xenodochium atque templum in urbe *Eferdinga* fundavit, ubi ejus eſt conditorium. Eos *Gabr. Bucelin. Germ. T. 3. p. 206.* deducit à *Ludovico Schifer*, qui

Lineæ. 1200. vixit, patre *Vlrici*, quo geniti *Theodoricus*, *Bernardus*, *Vlricus* & *Rudolphus*, quorum hunc eſſe reor, qui 1325. fundavit dictum noſocomium, cui fundationi adfuere teſtes *Theodoricus*, *Rudolphus* & *Vlricus Schiferi*, quorum illum fratrem, hos ex Bernardo fratre nepotes fuiſſe reor. *Vlrico* Bernardi filio genitus eſt *Ioannes*, qui *Freyling* ab Aſpaniis emit. *Ioanne* natus *Sigismundus*, hoc *Benedictus*, pater *Sigismundi II.* qui ex filiis *Bernardo* & *Ioanne* duos emiſit ramos, quorum uterque denuo ſuos habet ramuſculos.

Scutum. §. II. Scutum eſt (conf. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 36.) transverſe ſectum, inferiori parte *rubea*, in ſuperiori autem conſiſtit *corvus niger roſtro annulum aureum geſtans. Galeæ* coronatæ imponitur globus ſuperiori parte argento candens, inferiori minio rubens, cui pariter inſiſtit corvus ſcutarius. Laciniæ ſunt ex cocco & argento.

Tituli. §. III. Titulos adſcriptos vidi in tabula Geneal. Excell. *Rittershuſ. Benedicto* G. Sigismundi filio, *Liber Baro de Freyling, Taxberg, Dn. de Puchberg:* ejus fratri *Dietmaro, Lib. Baro de Freyling, Taxberg & Liechtenau:* Carolo Benedicti filio *Lib. Baro de Freyling, Taxberg & Puchberg, Dn. in Albershofen & Eberhartsbuhel.* Sed rationem ſingulorum edere neſcio.

Caput LXXXII.

Schneidpeckii Dn. de Schænkerchen.

ARGUMENTUM

1. *Schneidpach, Schænkirchen.*
2. *Familia.*
3. *Scutum.*
4. *Haslau in Schænkirchen.*
5. *Galea.*

§. I.

Schneidpach. Schœnkirchen. QUI olim à prædio *Schneidpach* quod in Auſtria poſſidebant, dicti erant *Schnaidpeckii* (die Schneidpecken/) de *Schnaitpach*, deinceps cum *Schænkirchen* in Marchfeldia obtinuiſſent, & à Carolo V. in *Dominorum* vel *Baronum* relati eſſent ordinem, priori nomine relicto *Domini de Schænkirchen* nuncupati ſunt.

Familia. §. II. Vixere ex hac gente 1441. *Georgius* der Schneidpeck/ 1451. *VVolfgangus Ioannis* filius. Dein hujus filius *Sigismundus* 1504. Imp. Maximiliani Conſiliarius. Fragmentum Genealogicum gentis videre licet in *Bucelin. Germ. T. 3. p. 208.*

Scutum. §. III. Scutum eſt quadripertitum, vid. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 33. In prima & quar-

& quarta area *aurea* viſitur *cornu venatorium nigrum*, ex quo exurgit *arbuſcula nigra pluribus acuminatis foliis ornata* (darauß ein ſchwartzes bäumlein mit vielen glatten und ſpitzigen von einander geſenckten blättern entſpringet.) Hoc gentile ſymbolum eſt: quondam arbuſcula infra cornu protendebatur, quod videbatur ex ejus medio tanquam ſuſpenſum. Quidam (ut eſt apud Sibmacherum) foliorum numerum indefinitum ad ſeptenarium redegere, quod olim ſecus habebat.

§. IV. Areola ſecunda & tertia *aurea nigrum currentem lupum* complectitur. Quæ teſſera eſt à Dominis *de Haslau in Schœnkirchen*, quorum nomen & poſſeſſionem hi adiere. Haslau in Schœnkirchen.

§. V. Galeæ ſcuto imponuntur duo coronatæ: Ex priori prominet complicatum *jugum alarum*, cum *typo areolæ primæ*: Ex ſecunda exurgit *herma aureo indumento*, pileo & plumis ſtruthionicis nigris. Laciniæ utrinque ſunt atræ & aureæ. Galeæ.

Caput LXXXIII.

Bar. de Schœnborn.

ARGUMENTUM

1. *Familia. Lineæ. Johannes Philippus Elector. Barones.*
2. *Scutum. Schœnborn.*
3. *VVeinſperg. Reigelſperg ſ. Reichelſperg.*
4. *Galeæ.*
5. *Tituli.*

§. I.

INter equeſtres familias Rhenanas jam à non uno ſeculo floret *Schœnbornia*, ex qua 1192. *Euſtachius* quidam memoratur vixiſſe. Juſtam genealogiam vidi deduci à *Gerhardo de Schœnborn* circa decimi quinti ſeculi principium, quo *Gerhardus*, *Reinhardus* & *Gilbertus* nati: ex quibus primus & tertius poſteritatem habuere. *Gerhardo* natus *Ioannes*, *hoc* alius *Ioannes*, *Ioannis*, *Georgii* & *Philippi* pater *Georgio Philippus* & *Valentinus* geniti, ex quibus iterum duo rami; *Philippus*, præter *Ioannem Andream*, & *Ioannem* Canonicum Moguntinum & Herbipolitanum, reliquit *Georgium* parentem *Ioannis Philippi*, qui *Archiepiſcopus* & *Elector Moguntinus* atque *Epiſcopus Vormatienſis* nec non *Herbipolitanus* de imperio optime meritus eſt, & familiam illuſtriorem reddidit, & *Philippi Ervini, Baronis de Schœnborn*, qui 1668. mortuus reliquit filios Perilluſtres *Franciſcum Georgium* Canonicum Moguntinum & Herbipolenſem, *Iohannem Philippum* Equitem Melitenſem, *Melchiorem Fridericum* Conſil. Imper. aulicum, *Ioannem Ervinum*, *Franciſcum Lotharium* Canonicum Moguntinum Bambergenſem & Herbipolitanum. Familia. Lineæ. Joh. Philippus Elector. Barones.

§. II. Baronum ſcutum quadripertitum eſt. Prima & extrema areola *rubea leonem* continet *aureum coronatum*, *tribus rupibus vel cuſpidibus argenteis* inſiſtentem. Quod δῆγμα gentile eſt, ex *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 133. uti etiam vidimus L. 1. c. 64. n. 4. in ſcuto Moguntino Johannis Philippi Electoris. Scutum. Schœnborn.

§. III. Areola ſecunda & tertia *rubea*, *tres parmulas argenteas* defert. Hæc teſſera eſt Illuſtriſſimæ familiæ *VVeinſpergiæ* ſeu *VVinſpergiæ*, de qua ſupra c. 72. n. 19. 20. 21. nonnihil egimus, occaſione ſtirpis Rappolſteiniæ, quæ cum iſta ejusdem originis fuiſſe creditur. Porro nulla inter Schœnbornios & Weinſpergios interceſſit affinitas, ſed jus laterculi hujus ex eo eſt, quia Dynaſtiam *Reigelſperg* ſeu *Reichelſperg* ab Epiſcopatu Herbipolitano impetrarunt. Illa olim ad Weinſpergios ſpectaverat, ſed *Catharina VVeinſpergia* uxor Eberhardi Eppſteinii Dn. de Kœnigſtein eam *Herbipolitano Epiſcopo* 52000. floren. vendidit: unde ejus nomine Epiſcopatus inter Dynaſtas Franconiæ peculiare ſuffragium habuit. Ita in *matricula imperii* legitur *Reigelſperg* Limn. Jur. Publ. Tom. IV. add. ad 4, 7. p. 534. vertritt der Biſchoff zu Würtzburg. Nunc eo jure Schœnbornii utuntur. Porro ea in Schœnbornios translata, cum non ſuccurreret Dominii proprium δῆγμα, illud adſcitum eſt, quod Weinſpergiorum quondam fuerat; quod alias etiam fieri non inſolens eſt. Weinsperg. Reigelsperg ſeu Reichelsperg.

§. IV. Galeæ duæ ſunt, prior *Schœnbornia* inter cornua duo, cuſpidibus in medio diſtincta, ut ſuperior pars rubea ſit, inferior argentea, ſuſtinet leonem aureum Galeæ.

Digitized by Google

conſidentem (alibi in Moguntini Electori inſignibus exorientem pictum vidimus,) coronatum. Obſervavi margini exteriori cornuum additas binas utrinque figuras, quæ videntur eſſe floſculorum. Laciniæ ſunt ex auro & cocco. Galea altera coronata inter duos piſces, qui curvata capita deorſum, caudas ſurſum vertunt, imaginem virginis amictu ex dextro latere argenteo, è lævo rubeo, coronatæ, & plumis pavoninis faſtigiatæ, manibus vero piſces laterales prehendentis ſuſtinet. Qui apex *VVeinspergius* fuit. Laciniæ ſunt argenteæ & rubeæ.

§. V. Titulus eſt: *Barones in Schœnborn, Domini in Reichelsperg.*

CAPUT LXXXIV.

Bar. de Schrattenbach.

ARGUMENTUM

1. *Familia. Linea.*
2. *Scutum.*
3. *Von der Dôrr. Familia.*
4. *Galea.*

§. I.

Familia. *Schrattenbachiorum* ex *Styria* Perilluſtrium *Baronum* genealogiam *Clariſſ. Gabr. Bucelin. Germ. T. 3. p. 209.* exhibet, ſed non niſi ſex graduum: initio ducto à *Iohanne de Schrattenbach* (quem aliunde accepi filium *Ladislai* & *Agnetis Dn. de Khreigg* fuiſſe) patre *Vincentii Dn. de Schrattenbach*, qui ex duabus uxoribus duos filios genuit *Pancratium* & *Chriſtophorum*, duarum linearum autores: illius filii *Maximilianus* & *Georgius*, iſtius *Felix*, *Liberorum Baronum* dignitate aucti ſunt, eamque ad poſteros transmiſere.

Linea.

Scutum. §. II. Scutum eorum *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 26. pingit quadripertitum, quadris incumbente media parmula *nigra*, quam perlabitur *diagonali ſitu aureus fluvius*, addita ex dextra parte ſeu in ſcuti regione inferiori *trunco abſciſſo*, è ſiniſtra vel in ſuperiori regione *ſtella*, utroque ex *auro*. Quæ teſſera gentilis eſt.

Von der Dôrr. Familia. §. III. Majoris ſcuti laterculus primus & ultimus *rubeus chirothecam argentatam* continet: Secundus & tertius *argenteus angulum ſuperiorem ſiniſtrum minio tingit*. Hæc teſſera fuit familiæ *van der Dôrr* ſeu *Dür*. Uti videre eſt in *P. Fürſt.* Wapenb. P. 5. pag. 17. & 40. titulo, *von Derren*, ubi areæ transpoſitæ ſunt. Hanc gentem *Bucelinus Germ. P. 3. p. 26.* refert ad fratres *Fridericum*, *VVolfgangum*, *Baltaſarum*, qui circa medium ſeculi decimiquinti vixere, & à duobus lineæ ortæ ſunt. Tota autem defecit in *Sigismundo Andrea*, qui 1583. extinctus eſt. Ratio aſſumti hujus laterculi eſſe videtur à *Sibylla* (ſeu *Eliſabetha*) *de Dôrr* filia *Baltaſaris junioris*. Quæ ex *Iodoco* vel *Iuſto Sauer de Koſiach Eliſabetham* genuit, *Pancratii de Schrattenbach* uxorem. Cur vero non *Saueria* gens ſed *Schrattenbachii* hanc teſſeram aſſumſerint, rationem reddere neſcio.

Galeæ. §. IV. Galeæ ſcuto tres incumbunt coronatæ: media quæ gentili parmulæ reſpondet, *duo cornua* ſuſtinet, quorum prioris ſuperior & inferior poſterioris pars *auro* fulget, reliqua *nigricant*, cum *ſtella aurea* intermedia; Prima exornatur jugo alarum rubearum expanſo, in quarum utraque *chirotheca* argentea conſpicitur: Ultima ſuperbit duobus cornibus, quorum anterius argento tingit partem inferiorem, poſterius ſuperiorem, reliqua minio rubent. Laciniæ circa primam & tertiam ſunt argenteæ & coccineæ, circa ſecundam aureæ & nigræ.

CAPUT LXXXV.

Com. & Princeps de Schvvarzenberg & Baron. de Sainsheim.

ARGUMENTUM

1. *Familia. Ex Sainsheimiis. Schvvarzenbergii Barones. Comites.*
2. *Linea altera. Comites. Principes.*
3. *Scutum. Sainsheim. C. Schvvarzenberg.*
5. *Galea.*

6. *Al-*

6. *Alterius linea ſcutum. Adolphi Com. in Turcas virtus.*
7. *Galea.*
8. *Tituli.*
9. *Sainsheimii.*
10. *Scutum.*
11. *Galea.*
12. *Tituli Camerarii hereditarii Imperii.*
13. *Pactum inter Schvvarzenbergios & Sainsheimios.*

§. I.

Illuſtriſſima *Schvvarzenbergiorum* familia ad *Sainsheimios* refert originem, illuſtris nobilitatis olim in Franconia equites, qui antiquiſſimi provinciæ ejus habiti. vid. *Zeil. itin. Germ. P. 2. p. 172.* Horum genealogiam legas in *Gabr. Bucelin. Germ. T. IV. p. 254.* qui eam otditur à *Friderico de Seinsheim*, qui primis ludis equeſtribus *Magdeburgicis* 935. interfuerit. Inde reliquorum texit ex hiſtoria torneamentorum ſeriem. *Hildebrando de Seinsheim* ſeniori, qui claruit 1333. præter *Henricum* & *VVilhelmum*, quibus ſoboles non aſſignatur, filios dat *Hildebrandum juniorem* 1384. & *Michaëlem*. Ab illo reliqui *Seinsheimii*, in quibus *Hildebrandi junioris* trinepos *Chriſtophorus* primus *Baro* creatus deceſſit 1582. & ſator reliquorum fuit. *Michaël* autem *Erckingerum* genuit primum *Schvvarzenbergium Baronem* 1417. ab Imp. Sigismundo creatum. Hoc iterum præter alios geniti duarum linearum autores *Michael* & *Sigismundus*. Hic *Ioannem* genuit (de quo *Syriac. Spangenb.* Adelſp. P. 2. L. c. 25. p. 56.) *Chriſtophori* & *Friderici* patrem, *Friderico* genitus *Ioannes Comes* primus cum fratribus & patruelibus à Maximiliano II. 1566. creatus eſt, ſed ἄτεκνος. A *Chriſtophoro* vero, qui præſes Ducatus Wirtenbergici fuit, iterum diverſæ lineæ, ſed poſt reliquas duravit, quæ ex *VVilhelmo* filio deducta, cujus nepos *Georgius Ludovicus* Aurei velleris eques, & generalis finium Vinidorum morte ſua 1642. eam clauſit, herede inſtituto *Ioanne Adolpho* agnato. In altera *Otto Henricus* Chriſtophori etiam filius ex conjuge ſecunda *Catharina Freundſpergia Mariam* filiam genuit, *Chriſtophoro Fuggerio* deinceps nuptam, à qua iſte aliquandiu Dominium *Mündelheim* obtinuit. conf. *Martin. Zeiler. Itin. Germ. P. 2. p. 399.*

Familia.

Ex Sainsheimiis.

Schvvarzenbergii Baronet.

Comites.

§. II. *Michaële* Sigismundi fratre ex priori conjuge *Cronenbergia Michaël* natus eſt, cui *Margareta ab Hutten* uxor, ex *Vrſula Franckengrüneria* autem alius *Michaël*, cui Agnes Comitiſſa Caſtellana uxor, ſator rami, qui *Liberorum Baronum* in Friſia ſupereſt, cui tamen à Michaelis prioris poſteris controverſia movetur. In his *Michaële* illo & *Margareta Huttenia* natus *Erckinger*, qui in Belgium cum Maximiliano I. profectus erat, ibique *Appoloniam Marcanam Com. Arenbergiam* duxerat, ex qua genuit *VVilhelmum* & *Emundum* ſeu *Egmondum*: ex hoc linea Belgica orta eſt. *VVilhelmus* ſub Carolo V. rebelles in Alſatia & vicinia fregit, dein in Friſia totum duxit exercitum, pater alius *VVilhelmi*, qui Caroli V. Conſiliarius bellicus fuit, & ad Quintini ſanum cecidit. Iſto genitus *Adolphus* Turcarum terror & Viennæ Gubernator, ac primus in hoc ramo *Comes*, pater *Adami*, qui Magiſter Ordinis Joannitici fuit, & in aula Brandeburgica conſiliis & negotiis præfuit, Ferdinando II. etiam ita gratioſus, ut hic pro ejus ſanitate votum nuncuparet (teſte *Laimorm. de virt. Ferd. L. 2. c. 7.*) Iſto demum natus Sereniſſimus *Ioannes Adolphus*, ad principale faſtigium proximis annis evectus Conſiliarius Cæſareæ Majeſt. Intimus & Conſilii aulico-Imperialis præſes.

Linea altera.

Comites.

Princeps.

§. III. Quod inſignia attinet, aliquot in armoriali extant διατυπώσεις, quas luſtrabimus. P. 1. p. 15. *Comitum Schvvarzenbergiorum* exhibetur clypeus, quem lineæ *Sigismundo* fatæ fuiſſe reor. Ille quadripertitus primo & quarto laterculo *quaternos argenteos & cæleſtinos palos* exhibet: Quæ *Saynsheimia* eſt teſſera, quod vel ex p. 24. colligas, niſi dicas numero differre, quod tamen παρέφθαρται eſſe poſſit ſculptoris.

Scutum.

Sainsheim.

§. IV. Alveolus ſecundus & tertius *coccineus triplici colliculo nigro impoſitam turrim argenteam* repræſentat. Hoc notari videtur *Schvvarzenberg*, nominis indicio. Hoc niſi attenderem, credidiſſem *Hohen-Landsperg* in Alſatia Dominium notari.

Schvvarzenberg.

§. V. Huic parmæ imponuntur duæ galeæ, quarum dextra *Sainsheimia* eſt, & ſuper eam coronatam inter duo cornua tæniis argenteis & cæruleis diſtincta & pennis pavoninis exterius ornata, herma virilis rubro habitu ac pileolo, collari ac ore reducta

Galeæ.

reducta pilei argenteis, impositis denuò pavoninis. *Chifflet. Inf. Eq. A. V.* n. 365. cum insignia describit *Georgii Ludovici*, qui tamen solis palis usus asseritur, ita enunciat: *Gemina tergis obversis proboscides* (ita solet nuncupare hic autor cornua nostra superius hiantia,) *obliquis taniis cæruleis & argenteis exarata: unaquæque quatuor pavoninis orbiculis extrorsus ambita, tribus plumis è quolibet hiatu erumpentibus: in medio proboscidum, herma virilis, veste coccinea, aureis globulis adstricta: collari argenteo: pileo turbinato rubro, ora reducta & incisuris distincta argentea, corona aurea è quâ pavoninis cauda emicat fastigiato. Plumarius instructus est argenteus & cæruleus.* Sinistræ galeæ item coronatæ cygnus insistit argenteus volatui alas aptans. Laciniæ sunt rubeæ & nigræ.

Alterius lineæ scutū.

§. VI. Alia dispositio est in *P. Fürst.* Wapenb. P. IV. p. 1. qua nuper adhuc usa est *linea Franconica*. Scutum iterum repræsentatur quadripertitum: primam & quartam areolam argenteam percurrunt *pali tres cærulei*, atque ita numerus imminutus est. Hujus areolæ significatio ex prioribus patet. Secundus vero & tertius *aureus* spectaculum exhibet *corvi nigri capitis Turcici oculos fodientis*. Rationem edit Doctiss. *Ægid. Gelen. de magn. Colon. Agrippin. L. 2. f. 31. pag. 191.* hisce verbis: *Cum Schvvarzenburgicus adhuc patrum nostrorum memoria, cum Gaurinum, Germanii Raab, ideſt, corvum compellatum, occupasset, detruncati Turcæ verticem cum insidente corvo vetustissimis gentilitiis tesseris adjecit. Antiquis etiam caput humanum boni ominis indicium dabat. Hinc* Liv. Decad. L. 1. *refert perfossa Tarpeia rupe aperuisse integra facie hominis caput, eamque fore arcem imperii rerumque caput portendisse.* Confer. de illa invasione & expugnatione Javarini *Thuan. L. 121. p. 551. seq.* Inprimis observari illud potest, quod forte occasionem huic tesseræ dedit: quod præfecti obstinatissime pugnantis & tandem cæsi caput mox ad suorum terrorem hastæ impositum ad propugnaculum Hungaricum sublime fixum est. Cæterum linguæ nostræ non peritus *Schvvarzenburgum* vocat, qui *Schvvarzenbergius* dicendus fuerat, luculento apud nos inter utrumque nomen & familias illis notatas discrimine.

Adolphi Com. in Turcas virtus.

Galeæ.

§. VII. Huic scuto tres incumbunt galeæ coronatæ: mediæ insidet idem qui in scuto corvus Turcæ fodiens oculos, cum sex vexillis in sagittas terminatis. In prima conspicitur virilis herma veste argenteis & cæruleis palis distincta, quæ etiam species turbinati atque pavoninis pennis fastigiati pilei est: Tertia cassis duo cornua cyano & argento variegata cum plumis pavoninis oræ exteriori admotis sustinet. Utriusque hujus galeæ laciniæ sunt cæruleæ & argenteæ.

Tituli.

§. VIII. Titulus Principis ille est: *S. Romani Imperii Princeps in Schvvarzenberg, Dominus in Hohenlandsperg, Gimborn, Murau, Frauenberg & VVittingau.* Prius in Comitiis 1654. *Comes in Schvvarzenberg; Dominus in Hohen-Landsperg, Gimborn, Murau, Seehauſs, Hohen-Kottenheim, Marckbrait*, &c. Hic, nescio an semper & abdicato illo alveolo, quem §. 6. vidimus: an aliquando tantum, palis solis iisque quaternis scutum exornat, & ei torquem *A. Velleris* circumdat. Quod enumerata Dominia attinet, *Schvvarzenberg* castrum Franconiæ est prope opidum *Schlusſelfeld. Murau* civitas & arx est ad Muram in superiori Styria; quam *Anna Neumannia* à marito uno *Christophoro Domino de Lichtenstein* hereditario Marescallo Carinthiæ gentis suæ ultimo sibi relictam, (conf. *Zeiler. itin. Germ. P. 1. p. 62.*) cum liberis careret, & 1624. moreretur, sexto marito *Georgio Ludovico Com. Schvvarzenbergio*, de quo superius, legavit, hic itidem ex altera conjuge ἄπαις hæreditatem agnato *Johanni Adolpho* transcripsit. *Hohenkottenheim*, ex bonis antiquis *Sainsheimiæ* familiæ videtur fuisse, & ad Sainsheimios spectat. *Marckbrait* in Franconia ab his acquisivit 1645. Schwarzenbergius ramus. De *Gimborn*, *Frauenberg* & *VVittingau*, non habeo quod dicam.

Sainsheimii.

§. IX. Diximus §. 1. Sainsheimium etiam alterum ex *Hildebrando juniori* ramum in *Christophoro* & ejus agnato *Georgio Ludovico* (quem Bucelinus perperam filium illius Christophori facit, & cujus vitam *Trasyp. Lepta* seu *Conradus Dinner* descripsit, titulo *De vita & rebus gestis G. Ludovici à Sainsheim.*) *Baronatus* dignitate, ut quando commodum & oportunum esset, ea uterentur, 1580. à Rudolpho II. auctum: inde etiam 1598. inter *proceres Franconici circuli* illi susceptus sunt. Conf. *Limn. Jur. publ.*

publ. T. IV. add. ad 4,7. p. 565. Unde etiam Perillustris *Fridericus Ludovicus* Comitiis 1654. subscripsit.

§. X. Scutum eorum exhibet *Sibm.* Wapenb. P. 1. p. 24. quadripertitum. Prima areola *cærulea tribus palis argenteis* exaratur: quod δεῖγμα gentile supra diximus: Laterculus vero secundus & tertius *aureus aprum nigrum auro coronatum erectum & currentem* exhibet: cujus significationem non satis capio: unum tamen Dominiorum mox recensendorum notari arbitror. Scutum.

§. XI. Galeæ insistunt duæ: prior sustinet hermam virilem amictu rubeo, & pileo turbinato, cujus ora reducta argento fulget: super altera coronatâ aper scutarius salit. Laciniæ tinguntur cocco & argento, in quo ut & vestis colore suspicor mendum sculptoris, qui pro cyano minium posuerit, nec tamen temere aliquid muto. Galeæ.

§. XII. Titulus adscriptus 1654. in Comitiis Ratispon. Perillustri *Friderico Ludovico* legitur: *De Sainsheim, Liber Baro in Hohen-Kottenheim, Seehauss, Sinchingen & Erlach.* De his Dominiis parum mihi constat, non dubito autem omnia in Franconia sita esse. Porro dignum observatione est, quod 1504. à Maximiliano Imp. *Georgius à Sainsheim Baro*, ejusque masculi heredes creati sunt *Imperii hereditarii Camerarii*, cur vero ea dignitate gens exciderit, non aliam rationem præter orbitatem & quod masculis caruerit invenire potuit *Lepta* apud *Limn. ad A. B. c. 27. num. 6. observ. 6.* Tituli. Camerarii hereditarii Imperii.

§. XIII. *Martin. Zeilerus itin. Germ. P. 2. p. 174.* ex *Thrasyb. Lepta* supra citato memorat 1588. inter Sainsheimios & Schwarzenbergios pactum initum esse, ut Schwarzenbergii Sainsheimium nomen suo adderent, feuda extra utramque lineam non alienarent, & harum altera alteri, si quæ deficeret, succederet. Pactum inter Schvvarzenbergios & Sainsheimios.

CAPUT LXXXVI.

Baron. Seemann.

ARGUMENTUM 1. *Familia. Barones.* 2. *Scutum. Galea.*

§. I.

Seemanniorum equestris est inter *Bavaros* familia, unde *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 94. in illo catalogo eam locat. Linea vero una ex Bavaria in *Austriam* venit. Dicuntur prius nomen gestasse *de Mangern*, & ex *Seelandia* 1220. ortum duxisse, unde *Seemanniorum* appellatio: In *Bavaria* autem condidere arcem ex ipsorum nomine *Mangern* dictum, & 1255. cœnobium Ordinis Augustiani *Seemanshausen.* Tum teste Comite Franc. Adamo Brandisio in Tirol. Adl. Ehrenkr. p. 92. in Tirolim 1430. venere. Vixit 1242. *Henricus Seemann* Canonicus & Archidaconus Ratisponensis. 1321. *Carolus Seemann*, inter quem & Episcopum Ratisponensem controversiæ fuere de arce *Sigenstein.* 1438. *VVilhelmus Seemann* apud Ducem Henricum venationum præfectus fuit, Magdalenæ Trenpeckiæ maritus. Sub Maximiliano I. in provincia supra Anasum quosdam reditus & decimas, inde *S. Peter* in der Au / initio hypothecario inde proprio nomine, acquisiverunt. Illis demum *Baronum* axioma cum titulo *de Mangern (Lib. Baro de Mangern)* accessit: quo decore Matthias Augustus Wilhelmum ornavit. Familia. Barones.

§. II. Scuto utuntur *nigro*, duobus *baltheis diagonalibus argenteis* exarato. Hoc vetus δεῖγμα fuit, in quo acquievere. Galea tamen duplici usi sunt, utraque coronata: ex quarum priori duo cornua bubalina baltheis scutariis distincta protenduntur: altera sustinet jugum alarum nigrarum complicatum, sed pariter baltheis argenteis distinctum. Laciniæ sunt ex argento & nigro. Scutum. Galeæ.

Digitized by Google

CAPUT LXXXVII.

De Senneterre Dux de la Ferté Senneterre.

ARGUMENTUM

1. *Familia Linea.*
2. *Scutum. Apex.*
3. *March. de Chasteauneuf.*
4. *Tituli.*

§. I.

Familia. ILluſtriſſima familia *Senneterriorum* refertur ad *Gaſtonem* ſeu *Caſtonem Dn. de S. Nectaire* ſeu vulgari pronunciandi dialecto *Senneterre* in *Arvernia*, patrem *Bertrandi*, avum *Caſtonis II.* quo natus eſt *Bertrandus*, quem *P. Anſeaum. pal. de l'honn. pag. 680.* autorem gentis ſtatuit, qui 1365. *Ioannam de L'Eſpinaſſe* duxit, unde natus eſt *Armandus*, hoc *Antonius*, iſto iterum *Antonius*, pater *Nectarii*, qui locumtenens generalis Lineæ. Arverniæ ex *Margareta Stampenſi*, quam 1522. duxerat, genuit præter *Antonium Epiſcopum Podienſem* ſeu du Puy, duarum linearum autores *Franciſcum* & *Iacobum*, hoc geniti *Domini de la Grosliere*, ex quibus *Comites de S. Victour* & *Com. de Brinon*; *ille* (Franciſco Dn. de Senneterre & de la Ferté Nabert, Gubernatore Metenſi) genituseſt *Henricus M. de la Ferté Nabert*, prudentia conſiliorum & legatione Romana clariſſimus, pater *Henrici*, *Gabrielis* & *Caroli*: *hic* Marchio de *Chaſteauneuf* filios reliquit, iſte 1644. ad la Morte cecidit, ille *Mareſcallus* nec non *Dux* & *Par Franciæ*, quondam Lotharingiæ, dein Metarum Gubernator, ex *Magdalena d'Angennes Domina de la Loupe* genuit *Henricum March. de la Ferté Nabert* & *Ludovicum Dn. de la Loupe.*

Scutum. §. II. Scutum gentile eſt *cæruleum* impreſſum *quinque argenteis* in *faſciæ* modum locatis *fuſis ſcutariis*. Ei incumbit galea coronata ſuſtinens *caput taurinum naturali facie* pictum, cui imprimitur *faſciculus ſpicarum colligatus* ex *auro*. Laciniæ ſunt cæleſtinæ & argenteæ; Telamones vero duo *leones* naturali colore.

March. de Chaſteauneuf. §. III. *Marchiones de Chaſteauneuf* gentili teſſeræ in primam & quartam areolam locatis, addunt in ſecundo laterculo ſymbolum *Caſtreum* (de la Chaſtre) & in tertio *Lavalleum*: quorum illud eſt rubeum impreſſa cruce anchorata, vellere vario obtecta: hoc in auro crux rubea aquilis 16. cæruleis ſtipata Momorantiorum, quinque conchyliis argenteis impreſſa. Hæc aſſumta ſunt ob Caroli Marchionis matrem *Margaretam de la Chaſtre*, & aviam *Ioannam de Laval Loué.*

Tituſ. §. IV. Tituli ſunt: *De Senneterre, Dux de la Ferté Senneterre, Par Franciæ, Marchio de la Ferté Nabert.* Alterius lineæ ille eſt: *De Senneterre, Marchio de Chaſteauneuf, Vicecomes de L'Eſtrange & de Cheylane, Baro de Boulogne & de Privas, Dn. de S. Marſal.* *Ducatus* dignitas 1665. 2. Decembr. à curia confirmata eſt. *La Ferté Nabert* eſt ex matrimonio Nectarii & Margaretæ f. & heredis Joannis d'Eſtampes Dn. de la Ferté Nabert. *Chaſteauneuf* eſſe credo à Margareta de la Chaſtre Henrici Marchionis uxore. *L'Eſtrange* attulit Maria de l'Eſtrange uxor Caroli Marchionis de Chaſteauneuf.

CAPUT LXXXVIII.

Com. de Sintzendorf.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Linea.*
3. *Scutum gentile.*
4. *Dignitas hereditarii theſaurarii imperii.*
5. *Galea.*
6. *Reinecciæ lineæ ſcutum plenum.*
7. *Lappizio-Corbavia teſſera.*
8. *Linea Neoburgica.*
9. *Galeæ.*
10. *Tituli.*

§. I.

Familia. ILluſtriſſimi *Comites Sintzendorfii* multo tempore *Auſtriam* incoluere, & quidem primus *provinciã ſupra Anaſum*, ubi in *VVartpergia* parochia *Sintzendorf* reperitur, unde

unde forte nominis origo. Porro ibi *Achleusen* & *Feuereck* & alia bona dudum poſſedere: inde linea in Styriam conceſſit in *Pairdorf*, quæ iterum defecit: alia in *Fridau* inferioris Auſtriæ tranſiit: iterum alia in *Goggitſch*; ad eam ſpectant etiam *Ernſtbrunn*, *Peckſtall* & plura bona.

§. II. Gentem Celeb. Rittershuſius orditur à *Conrado* 1270. patre *Ottonis*, avo *Seiboldi* (cum quo Andreas Sinzendorfius allegatur 1371.) & *Conradi* an der Hornbrub. 1364. Hoc natus eſt *Ioannes*, *Ioannis II. VVolfgangi* & *Eberhardi* pater, ex quibus ſoboles. *Eberhardus* genuit *Leonhardum* in *Aichleusen*, *Sigismundum* in *Feureck* & *Georgium zum VVaſen*. *Leonhardus* hodie viventium ſator eſt, utpote pater, non modo *Tiburtii* in *Paumdorf*, ſed inprimis *Laurentii* atque *Reinperti*. Ab hoc *Fridavienſis* vel *Neoburgica* linea oritur, quam nunc illuſtrant *Illuſtriſſimi Georgius Ludovicus* Cameræ aulicæ præſes, ejusque ex fratre *Ioanne Carolo* nepos. *Laurentio* genitus *Leonardus*, pater *Ioannis*, à quo *Goggitſchia* linea nunc extincta, & *Ioachimi*, cujus filio *Auguſto* nati *Ioannes Ioachimus* Cancellarius aulicus, atque *Rudolphus* Conſiliarius Aulico-Imperialis, quorum ſuperſunt liberi; quæ linea dicitur in *Peckſtall* & *Ernſtbrunn*, ſeu nunc de *Reineck*. Linea.

§. III. Quod attinet inſignia, gentile & vetus ſcutum repræſentat inter equites Auſtriæ *Sibmach*. Wapenb. P. 1. p. 38. quod transverſe ſectum ſuperiori parte *cæruleo*, inferiori *rubeo* colore tingatur, inſertis *tribus quadris* olim quadratis, nunc oblongioribus ſeu plinthidibus majoribus argenteis, quarum una ſectionis lineæ mediæ in ſuperiori parte incumbit, reliquæ duæ inferius ad latera ei adhærent. (Drey weiſſe gevierdte ſchachfeldlein / das eine in der mitten auffwerts ins blaue obertheil / die andern zwey auff beyden ſeiten abwerts in das rothe untere theil ſich erſtreckend.) Olim aliqui ex familia tantum clypeo ex cyano & minio ſecto inducebant faſciolam argenteam in medio ſemel pinnatam. (einen gantzen weiſſen und in der mitten zinnen-weiß erhöheten ſtrich / ſo das blaue und rothe feld geſchieden.) Huic ſcuto inſiſtit galea coronata, ex qua protenduntur duo cornua ternis illis plinthidibus in medio deſtincta, quorum alterius ſuperior pars alterius inferior minio rubent, reliqua cærula ſunt. Laciniæ dependent ex argento, reductæ hinc cocco, iſthinc cyano. Scutum gentile.

§. IV. Hoc tempore lineæ diverſa utuntur diſpoſitione. In *Fürſt.* Wapenb. P. 5. pag. 3. tres clypei diſtincti repræſentantur. Lineæ *Reineccia* datur ſcutum transverſe ſectum, pede gentile ſymbolum continente, capite autem *aurea corona imperiali* peculiaris figuræ exornato. Hoc δῆγμα deſignat dignitatem *hereditarii Imperii theſaurarii*. Cum enim pace Monaſterio-Oſnabrugenſi Sereniſſimæ Palatinæ domui novus Electoratus loco ejus, qui ad Bavaros delatus erat, conferretur, eique dignitas architheſaurarii adderetur, Illuſtriſſimi Sinzendorfii *Subofficiales* deſignati ſunt, & hæc teſſera ſcuto inferri cepit, exemplo aliorum ſubofficialium Limpurgiorum, Waldpurgiorum, Pappenheimiorum, Zolleranorum. Dignitas hereditarii thesaurarii imperii.

§. V. Huic ſcuto Fürſtius imponit quinque galeas: quarum mediæ incumbit mediante pulvinari rubeo corona Imperialis ſcutaria: proximæ ad dextram coronatæ inter duo cornua, ſecta & rubeo ac cyaneo colore inverſo ordine tincta, crater aureus cum operculo: prima coronata cygnum expanſis alis volaturientem argenteum ſuſtinet: pro quo ego *anſerem* coronatum *Corbavienſium* mallem: quartæ galeæ coronatæ inſiſtit aquila ex panſa nigra *Lappiziorum*: aſt (recte ſecusne, non dijudico) coronata: ex ultima coronata protenditur jugum complicatum alarum argento & minio quadripertitarum. Laciniæ ſunt argenteæ, hinc cyano iſthinc cocco reductæ. Galeæ.

§. VI. Ex his galeis crediderim ſcutum etiam plures areolas complecti, quæ forte eædem ſunt cum illis, quas apud Fürſtium primus ejus pagellæ clypeus continet: quem itidem *Reineccia* familiæ reor eſſe. In illo autem, ut quadripertitus eſt, primum & quartum alveolum *quaterna faſcia aurea & rubea* diſtinguunt, quarum ſignificationem non capio: ſecunda & tertia denuo transverſe ſectæ ſuperiori parte argentea aquilam (ſed coronatam) nigram repræſentant familiæ *Lappizia*, ut videre eſt *Sibmach*. Wapenb. P. 1. pag. 38. ſed ſine corona: pars inferior tæniis transverſis rubeis & argenteis caput imponit rubeum, cui Fürſtius d. l. coronam inſcribit, ſed Reineccia lineæ ſcutum plenū.

Digitized by Google

rectius ex l. c. *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 38. ejus loco ſubſtitúas *anſerem coronatum*, alia corona collo inſerta ſuperbientem, & coronæ inſidentem: quæ teſſera fuit *Comitum à Corbau.* Media parma theſaurarii hereditarii coronam imperialem & gentilem Sinzendorfiam areolam continet. Galeæ denuo quinque ſunt, media eſt, quæ pulvinari impoſitam coronam ſuſtinet, proxima ad dextram coronata cornua cum cratere medio, prima coronata jugum alarum quadripertitim tinctarum, quarta coronata cygnum vel anſerem Corbaviorum, ultima coronata aquilam Lapiziam.

Lappizio-Corbavia teſſera.

§. VII. *Lapizio-Corbaviorum* teſſerarum aliquoties facta eſt mentio; has autem aſſumſere à *Suſanna* f. *Ioannis à Lappiz* conjuge *Pilgrami Sinzendorfii*, quæ obiit 1569. Quamvis autem *Reineccia* ſeu *Ernſtbrunnia* linea ab hoc Pilgramo non deſcendat: teſſeram tamen eandem aſcivit. Porro ex pari ratione *Schallenbergii* easdem areolas geſtant, ut c. 75. vidimus.

Linea Neoburgica.

§. VIII. Linea *Neuburgica*, præter mediam parmulam hereditarii theſaurarii dignitate, & teſſera Sinzendorfia inſignem, ſcuto utitur quadripertito. Laterculorum ſecundus & tertius iterum *Corbavio-Lappicia* inſignia ſimili qua altera linea diſpoſitione jungit; prima autem & quarta *argentea rubrum gryphem* continet, qui anterioribus unguibus *leporem* ſeu *cuniculum* abreptum tenet. Hic laterculus notat Comitatum ſeu Dynaſtiam *Scherding* & *Vormpach* ſeu *Neoburgum ad Oenum* (conf. L. 1. cap. 84. n. 8. 9.) Hunc laterculum emto Neoburgo à Salmenſibus ad Sinzendorfios veniſſe exiſtimo.

Galeæ.

§. IX. Galeæ iterum quinque ſunt. Prima ad dextram coronata cornua cum cratere medio, ſecunda coronata aquilam, tertia ſeu media cum pulvinari coronam Imperialem ſcutariam, quarta coronata gryphum cum lepore, extrema coronata ſuſtinet jugum complicatum alarum rubearum, interſtinctarum triangulo argenteo ex latere ſiniſtro prodeunte. Cujus interpretationem non capio.

Tituli.

§. X. Titulos illos reperio, Illuſtriſſimorum *Georgii Ludovici* & *Ioannis Ioachimi* (qui 1654. Comitiis Ratiſponenſibus inter Comites Svevici ſcamni ſubſcripſere, adeoque inter proceres imperii cooptati ſunt.) Illius quidem: *S. Rom. Imp. hereditarius theſaurarius, Comes in Sinzendorf, Liber Baro in Ernſtbrunn, Dynaſtia Fridau, Rennersdorf, Sizendorf & Neuburg ad Oenum*, Conſil. Imperatoris, Camerarius, & Cameræ aulicæ præſidis locumtenens (nunc præſes.) Hujus vero: *S. Rom. Imp. theſaurarius hereditarius, Comes & Dom. in Sinzendorf, Liber Baro in Ernſtbrunn, Dn. in Roggendorf, in Pergſtall*, (an Peckſtall,) *S. Martinsburg & Teutſchen-Proderſtorf*, Conſil. Imper. aulici Aſſeſſor, & *hereditarius pincerna Auſtriæ ſupra Anaſum*: ex qua dignitate elucet ratio crateris cornibus in apice interpoſiti.

CAPUT LXXXIX.

Comites de Solms.

ARGUMENTUM

1. *Familia ex Naſſoviis. Linea Kœnigsbergia.*
2. *Braunfelſia. Hungenſis. Greiffenſteinia.*
3. *Lichenſis. Hohenſolmia. Laubacenſis. Sonnewaldia.*
4. *Scutum.*
5. *Münzenberg.*
6. *Galea.*
7. *Scutum auctius.*
8. *Wildenfels. Sonnewald.*
9. *Galeæ.*
10. *Com. Braunfelſii crux.*
11. *Tituli.*

§. I.

Familia ex Naſſoviis.

ILluſtriſſima *Solmenſium Comitum* familia (quam *Albertus Otto Bilgen* deſcripſit, & hiſtoriam 1622. Francofurti edidit) propago inclutæ domus *Naſſovia* eſt, ex qua *Eberhardus* cognomento potens & magnificus *Naſſovia Comes*, præter *Fridericum* & *Arnoldum*, ex quorum hoc reliqui Naſſovii, qui hodie ſuperſunt, deſcenderunt, *Philippum* ſuſcepetat iſtis majorem, qui ad fluvium cognominem arcem *Solms* extruxit, & ex Catharina Hanovia Ottonem ſuſcepit, qui 890. *Solmenſium* Comes fuit, pater *Wilhelmi*, cujus in torneamentis Magdeburgicis memoria 935. extat. Eo genitus fertur

fertur *Eitelcraffi*, qui circa 946. condidiſſe dicitur *Braunfelſium* & *Arnoldum* reliquit, hic *Philippum*, is *Henricum*, quo *Marquardus* & *Henricus II.* geniti: Ab hoc linea orta eſt, quam *Ioannes* filius *Ioannis* cognomento **Springsleben** / 1410. morte ſua terminavit, heredibus agnatis Bernardo & Joanne. Cui ramo forte attribuenda eſt *linea Kœnigsbergia*, nam *Henrico II.* etiam natus *Philippus 1350. Kœnigsbergam* dicitur emiſſe, alii vero *Philippo* patrem *Gerhardum*, avum *Reinboldum*, proavum *Marquardum* tribuunt. Linea Kœnigsbergia.

§. II. *Marquardus* Henrici II. frater alterum ramum produxit, genito Henrico, qui *Bernardi* pater fuit, 1380. mortui. Hoc *Otto* genitus eſt, qui 1409. obiit pater ex *Bernardo* & *Ioanne* duarum linearum *Braunfelſia* & *Lichenſis*. Illam continuarunt filius *Otto* Friderico Palatino Victorioſo gratiſſimus, nepos *Bernardus* Maximiliano I. inprimis fidus, pronepos *Philippus*, à quo in comitatu Papatus abolitus; Hic 1544. moriens *Conradum* reliquit, communem genitorem trium linearum, ex filiis *Iohanne Alberto*, *Reinhardo*, *VVilhelmo*, Braunfelſiæ, Hungenſis, Greiffenſteiniæ. *Ioannes Albertus* magnus aulæ Palatinæ Magiſter, cujus vitam Abraham Scultetus deſcripſit, præter alias filias *Amaliam* genuit Henrici Friderici Principis Arauſionenſis conjugem, & filium *Ioannem Albertum*, militarem Ducem Batavorum, patrem moderni Illuſtriſſimi *Henrici Trajectani*, itidem armis clari. *Reinhardus* præter alios *Mauritium* reliquerat, militari quoque gloria celebrem, qui filio amiſſo 167... ramum terminavit. Ex *VVilhelmo* Greiffenſteinii ſuperant. Braunfelſia. Hungenſis. Greiffenſtein.

§. III. Quod *Ioannem* Bernardi fratrem concernit, is Lichii & Laubacenſis rami fator fuit, & ab *Eliſabetha Catharina Franconis Cronenbergii* filia conjuge lineæ ſuæ heredle *Rœdelheimium* acquiſivit, moriens vero 1457. *Cunonem* reliquit, quo *Philippus* genitus eſt, Friderici Electoris Saxoniæ in Coburgenſi Principatu locumtenens. In hujus filiis *Reinhardo* & *Ottone*, iterum linearum divergia, *Lichenſis* & *Laubacenſis*. Reinhardus literis & armis clarus, de rebus bellicis & de nobilitate ſcripſit, & (quod exiſtimo ab amita Agatha ſeu Walpurgi) prætenſionem Virneburgicam familiæ attulit, *Erneſtumque* atque *Hermannum Adolphum* genuit, à quorum illo *Lichenſes*, ab hoc *Hohen-Solmenſis*. *Ille* ſuperioris circuli Rhenani Dux de eo optime meritus eſt, genitor *Georgii Eberhardi*, cujus in bellis Belgicis memoria, *Philippi*, cujus filius *Philippus Adamus* mares non reliquit, & *Erneſti*, qui filium *Ludovicum Chriſtophorum*, & nepotes reliquit Illuſtriſſimos Comites, qui nunc ſuperant. *Hic* (Hermannus Adolphus) *Philippum Reinhardum* reliquit, armis quoque clarum, patrem alterius *Philippi Reinhardi*, qui lineam continuavit. *Ottone Laubacenſi* natus *Fridericus Magnus*, reliquit *Ottonem* in *Sonnevvald*, cujus filius Fridericus Albertus 1615. defecit, & *Ioannem Georgium* πολύπαιδα, cujus ſex filiæ Illuſtriſſimis & Celſiſſimis maritis, aliquæ altera vice, elocatæ ſunt, filii omnes militari laude claruere, *Philippus Georgius*, *Fridericus*, *Albertus Otto*, *Henricus VVilhelmus*, *Ioannes Georgius*: ex poſterioribus tres denuò lineæ. Laubacenſem continuavit filius *Albertus Otto*, finivit 1676. *Carolus Otto*, hereditate per teſtamentum Braunfelſio remotiori agnato deſtinata, quam tamen propinquiores obtinuere. *Henricus VVilhelmus* reliquit Illuſtriſſimum *Georgium Fridericum* in *Sonnevvald*. *Ioanne Georgio* nati ſunt Illuſtriſſimi *Ioannes Auguſtus*, *Ioannes Fridericus*, *Ioannes Sigismundus* & *Ioannes Georgius*, qui hactenus *Rœdelheimium*, *VVildenfelſam* & *Baruthum* in inferiori Luſatia inhabitarunt. Hohen-Solmens. Laubacenſis. Sonnevvaldia.

§. IV. Hujus familiæ ſcutum gentilitium in *Sibm.* **Wapenb.** P. 1. p. 15. exhibetur quadripertitum. In area prima & quarta *aurea leo* conſpicitur *cæruleus* rubenti lingua & falculis. Quod ortus indicium eſſe poteſt, inverſis videlicet & permutatis coloribus figuræ & areæ. Naſſoviorum enim parma cærulea leonem aureum continuit. Obſervavimus autem ſuperius P. 1. c. 8. & non uno exemplo probatum dedimus illum agnatorum vel fratrum inſignia per inverſionem tincturæ diſtinguentium morem. Scutum.

§. V. Area ſecunda & tertia transverſe ſecatur, ſuperiori parte *minio*, inferiori *auro* infectâ. Id ſignum eſt Dominii *Münzenbergici*. Fuere autem hoc nomine peculiares dynaſtæ, quorum ultimus *Vlricus* vita exceſſit 1236. prole maſcula carens, ſed tres reliquit filias, quarum una *Adelheidis* Comiti *Reinhardo Hanoico*, (unde ad hanc familiam medietas Dominii Münzenbergici. vid. cap. 41. num. 4. & 7.) *Eliſabetha* Münzenberg.

Gothofredo Dn. VVeinſpergio, *Annæ* autem *Philippo Dn. de Falckenſtein* nupſit. Hic omiſſo familiæ nomine ſe tantum *Dominum Münzenbergæ* dixit, & inſignia etiam hæc aſſumſit: Pater fuit *Cononis Archiepiſcopus Trevirenſis & Philippi junioris, Dn. Falckenſtein & Münzenberg*; hoc & uxore *Anna Domina de Falckenſtein in Falckenſtein* nati ſunt filii *VVernerus Archiepiſcopus Trevirenſis* gentis ultimus, *Philippus Comes de Falckenſtein & Münzenberg* à Carolo IV. creatus, *Vlricus & Cuno* Canonicus Trevirenſis & Metenſis, tum filiæ *Luitgardis*, quæ marito *Gotofrido Domino Eppſteinii*, Comitatum *Kœnigſteinenſem* attulit, *Anna* quæ cuidam Comiti *Schvvarzenburgico* nupſit, &, ob quam hæc referuntur, *Agnes*, quæ Ottoni Comiti Solmenſi nupſit, atque ei titulum cum hæreditatis parte tulit; eodem cum marito anno 1409. vivis exemta.

Galeæ. §. VI. Huic ſcuto inſiſtunt galeæ duæ, in quarum priori inter jugum alarum *Münzenbergicis* coloribus diſtinctarum conſidet leo cæruleus *Solmenſis*. Alteram tegit mitra rubea, cujus ora argento candet; Mitræ verò mediante globulo aureo imponitur pavoninarum pennarum acroterion, & duo utrinque vexilla auro & cocco picta, ſectione *Münzenbergica*; Huic enim Dominio reſpondet hic apex: ut videre eſt Wapenb. P. 2. pag. 28. Laciniæ ſequuntur analogiam arearum & figurarum inſcriptarum.

Scutum auctius. §. VII. Hæc diſpoſitio Solmenſium inſignium antiquior fuit. Inde ſcutum auctum eſt, ut nunc linea perpendiculari, in duo latera dividatur: utrumque vero latus quadripertitum eſt; Primum locum obtinentibus *Solmenſibus* & *Münzenbergiis* ſymbolis, quæ modo explicavimus, ſed aliquando hæc illis præponi vidi: in poſteriori parte iterum quadripertita videre eſt in prima & quarta area (quam Wapenb. P. 1. p. 31. *auro*. P. 2. p. 25. altero metallo tingit) *roſam nigram:* in ſecunda & tertia *nigra leonem argentatum*. Ab aliis etiam hæ areolæ transponuntur. Galeæ his latericulis reſpondent etiam duæ: prior ſuſtinet pileum orientalem teſſellatum auro & nigro colore, apici impoſita roſa nigra. Ex altera galea coronata exurgit πρότομη leonis argentata. Laciniæ priori additæ ſunt *aureæ* & *nigræ*, alteri *argenteæ* & *nigræ*.

Wildenfels §. VIII. Roſa *VVildenfelſe* inſigne eſt; quæ dynaſtia in Voitlandia peculiares ſuos habuit Dominos, qui ſtatus Imperii & membra Saxonici ſuperioris circuli fuere. Cum vero horum familia in Anarco Friderico Conſiliario Saxonico & ſupremo Capitaneo Voitlandiæ defeciſſet 1600. ex certo contractu hoc feudum Saxonicum Co-

Sonnevvald. mitibus Solmenſibus in Sonnenwald obtigit, ut ex *Peccenſteinio* repetit *Limn. Iur. Publ. T. IV. add. ad 4. 7. p. 558.* Leo in reliquis duabus quadris *Sonnenvvaldam* in Luſatia inferiori notat. Hanc Philippus Lichenſis & Laubacenſis lineæ ſator emtione 1357. à *Minckvviziis* comparavit. Unde nunc etiam in poteſtate familiæ eſt. Et quidem Otto Friderici Magni filius Sonnenwaldam tenuit, atque ad filium Fridericum Albertum transmiſit, auctam Wildenfelſia dynaſtia, ſed iſto extincto ad patrueles delapſa eſt hæreditas.

Galeæ. §. IX. Scuto his areolis octo ornato hodie imponere ſolent tres galeas, quarum prior eſt *Munzenbergia:* altera *Solmenſis* (ex §. 6.) ſed alis expanſis & leone adverſa fronte conſidente. Tertiam premit πρότομη leonis, quem *Sonnevvaldium* eſſe non dubito: Aliquando tamen integri leonis imago inſiſtit coronatæ caſſidi.

C. Braunfelſii crux. §. X. Illuſtriſſimus *Henricus Trajectanus* ex Braunfelſiis medium imponit ſcutulum cruce inſigne: ſed id perſonale eſſe reor, ob ea quæ in Belgio Joannitica bona poſſidet commendata.

Tituli. §. XI. Titulos vidi alterius lineæ: *Comites Solmenſes & Braunfelſii, Domini in Münzenberg.* Alterius: *Comites Solmenſes, Domini in Münzenberg, VVildenfels & Sonnenvvald.* Quem nunc omnibus communem eſſe exiſtimo.

Caput XC.

Bar. de Sonderndorf.

ARGUMENTUM

1. *Familia. Bona. Baronum dignitas,*
2. *Familia,*
3. *Scutum,*
4. *Iben.*
5. *Galeæ,*

§. I. Gene-

§. I.

GEneroſa *Baronum de Sonderndorf* familia ex *Bavaria* in *Auſtriam* venit, atque ſub Ferdinando I. Imperatore *Pernau ſupra Anaſum* acquiſivit, inde equeſtris dignitas axiomate *Baronum* Imperiali gratia auctum eſt. Familia. Bona. Baronum dignitas.

§. II. Familiam *Gabr. Bucel. Germ. T. 3. pag. 215.* deducit à *Ioanne Sonderndorfer* ſeu *Sonderſtorfer*, qui 1510. claruerit. Verum antiquior gentis memoria eſt in *Liebhardo Sonderndorfer 1326. 1374. Ioanne Sonderndorfer* præfecto (Pfleger) in *Hohenburg. Ioannes* ille, quem *G. Bucelinus* primum enumerat 1501. præfectus (Pfleger) in Reichenhall bona ſua in Anzeig permutavit cum *Alberto* Bavariæ Duce pro arce *Yben.* Familia.

§. III. Inſignia repræſentat *P. Fürſt.* Wapenb. P. 5. pag. 13. ut in ſcuto quadripertito primam & quartam aream *cæruleam* ornent *bina ſceptra liliata aurea*, decuſſatim locata. Quæ teſſera gentilis fuit. Scutum.

§. IV. Secundus & tertius alveolus, *binis argenteis & rubeis baltheis dextris* exaratur, notandæ familiæ *ab Yben:* cui noſtri ſucceſſere. Yben.

§. V. Galeæ clypeo duæ imponuntur coronatæ: prior ſuſtinet *duo cornua bubalina cærulea*, quorum extremus margo ternis ſceptris liliatis (quæ Fürſtius minus ſcite exprimit) exornata: Ex altera pariter protenduntur *cornua bubala duo argentea*, quibus itidem utrinque ternæ *plumæ ſtruthionicæ praſinæ* (an cocco tingendæ ſunt? quod regula vellet,) adhærent, externo margini admotæ. Laciniæ ſunt hinc aureæ & cæruleæ, iſthinc argenteæ & rubeæ. Galeæ.

Caput XCI.

Com. de Sprinzenſtein.

ARGUMENTUM

1. *Riccii ex Tiroli in Auſtriam.*
2. *Familia. Linea.*
3. *Scutum.*
4. *Vetus teſſera.*
5. *Erinacei Ricciorum.*
6. *Balthei.*
7. *Jochel.*
8. *Galeæ.*
9. *Barones Rizii.*

§. I.

ILluſtriſſima *Sprinzenſteinia* ſtirps olim nomine *Ricciorum* (ſeu *Ritzen*) uſa eſt, & ex *Tiroli* in *ſuperiorem Auſtriam* conceſſit; ſub Ferdinando I. dynaſtiam *Sprinzenſtein* cum *Baronatus* titulo, inde *Neuhauſs* & alia acquiſivit. Riccii ex Tiroli in Auſtriam.

§. II. Familiam *Bucelin. Germ. Tom. IV. p. 226.* deducit à duobus fratribus: quorum *Petrus Antonius Riccius Baronatus* dignitate pro meritis ornatus à Maximiliano I. gratia tamen ea uti intermiſerit, ex ſervitiis Cæſareis ad *Archiepiſcopum Salisburgenſium* tranſiens, pater *Ludovici Riccii à Sprinzenſtein & Gruob*, qui ipſe quoque titulum intermiſerit (à quo reliqui *Ritzii*, ex quibus *Emmeranus* pronepos *Ludovici Liber Baro & Nobilis Dominus de Ritz* in *Gruob* & *Gartenau*, Conſiliarius Salisburgenſis, *Baronatum* renovari curaverit) alter *Paulus Riccius Dn. in Sprinzenſtein* genuit *Hieronymum*, qui *Liberi Baronis de Sprinzenſtein* titulo primus uſus eſt, pater *Alexandri, Ioannis Alberti, Sigismundi* & *Ioannis*; *Alexander* pater fuit *Ioannis Floriani, Rudolphi, Simonis Hieronymi, V Venceslai*, qui omnes habuere filios. Eminuit inter Simonis Hieronymi filios *Ferdinandus Maximilianus Comes in Sprinzenſtein* creatus, inferioris Auſtriæ Mareſcallus & Cæſareus Conſiliarius intimus. Familia. Lineæ.

§. III. Scutum repræſentat *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 20. quadripertitum. In primo laterculo, *argenteo*, cui deſuper cælum vel nubes cæruleæ imminent, *argenteis rupibus* ſeu trunco telluri infixo inſidet nativo colore accipiter (Sprintz ſeu Habich) Quæ teſſera haud dubie eſt Dynaſtiæ Sprinzenſtein, quam ſibi compararunt. Scutum.

§. IV. Secundus alveolus *aureus* continet *gryphum dimidium nigrum* coronatum, geſtantem ex caule viridi floſculos *tres argenteos* (an rubeos?) Quod Vetus teſſera.

Digitized by Google

vetus fuit familiæ. Alias pingitur ex linea rubea exoriens, tum primo etiam latereculo nonnunquam inſeritur, omiſſa illa linea.

Erinacei Riccíorum. §. V. Tertia areola argentea ſeu potius rubea continet tres erinaceos nativi coloris. Forte hæc etiam genti verus eſt paronomaſtica teſſera. Nam *Riccio erinaceum* Italis notat, & priſcum familiæ nomen fuit.

Baltbei. §. VI. Ultima quadra ternis *aureis* & *cæruleis* exaratur *baltheis* : quod niſi ſit donum gratioſum, aliam interpretationem ignoro.

Jöchel. §. VII. Toti imponitur media parmula rubea, τεθρομμένη *bovis argentei* adverſa fronte auratis cornibus exhibens. Quod ſymbolum eſt familiæ *Iöchel* in Tiroli nunc extinctæ. Jus ejus latereculi eſt ab *Helena Iöchlin à Sterzing* Jacobi filia *Hieronymi primi Baronis à Sprinzenſtein* uxore. De hac familia ita Comes Brandiſius **Tirol. Adl. Ehrenkräntzlein** p. 67. 68. **Edle Jöchel oder Frevdanck von Jöchelsthurn haben ſich** Anno 1360. **als Edelleut ehren laſſen / und mit** Wolfgango 1550. **zu ſeyn auffgehöret.**

Galeæ. §. VIII. Galeæ ſcuto imponuntur tres coronatæ, ex quarum media τεθρομμένη bovis adverſa mediæ parmulæ exſurgit, inter lacinias rubeas & argenteas: ſuper primam inſiſtit trunco accipiter ſcutarius, laciniis dependentibus cæruleis & argenteis. Ex ultima exoritur gryphus niger coronatus geſtans flores argenteos. Laciniæ ſunt nigræ & aureæ.

Barones Rizii. §. IX. Lineæ *Baronum Riziorum*, à Petro Antonio Riccio n. 2. derivatæ convenire arbitror ſcutum à *Bucelino* l. c. exhibitum: quod transverſim ſectum in ſuperiori parte gryphem exorientem ἀνθρώφορον exhibet : inferior bipertita hinc erinaceos, iſthinc baltheos repræſentat.

Caput XCII.

Com. Stahrenbergæ.

ARGUMENTUM

1. *Familia ex Styria Marchion. Loſenſteiniorum agnati. Deductio. Lineæ.*
2. *Teſſera gentilis.*
3. *Schaumbergii Com. Auſtriæ, Julbacenſes. Succeſſio Stahrenberg.*
4. *Arx Schaumberg. Ex Bavaria familia in Auſtriam. Inter imperii ordines.*
5. *Pettovio. Julbacum.*
6. *Anckenſtein. Etiam in ſcuto Stubenbergio.*
7. *VVurmberg.*
8. *Galea.*

§. I.

Familia ex Styriæ Marchion. Loſenſteiniorum agnati. FAmiliæ *Stahrenbergiæ* Illuſtriſſimæ, quæ ab antiquo in ſuperiori Auſtria floruit, originem docuimus in capite 57. L. 1. quod *Loſenſteiniis* eorum agnatis dicatum fuit: utrique enim à *Styriæ Marchionibus* ortum ſuum habent, communi patre *Gundaccaro*, conditore *Stahrenbergæ* arcis, (**im Hauſrück viertheil** / quæ *Zeilero* teſte nunc ad Epiſcopum Paſſavienſem ſpectat,) cujus ex *Cunigunda C. à Pleien & Hardeck* filius alter *Gundaccarus II. Stahrenbergios* propagavit, alter *Diethmarus Loſenſteinios*.

Deductio. Gundaccaro II. *tertius* eo nomine natus eſt *Hadamari*, *Rapatonis*, *Ioannis* pater. *Ioanne* linea genita eſt in *VVildberg*, quæ in atnepote *Georgio* 1481. defecit, quam alii malunt à *Caſparis* fratre *Gundaccaro* derivare. *Rapatone* (G. Bucelinus mavult hunc etiam *Gundaccarum* dici) *Gundaccarus* & *Rudigerus*. *Illo* iterum linea orta eſt, quæ

Lineæ. in tertia vel quarta generatione deſiit. *Hic* autem præter *Eberhardum Archiepiſcopum Salisburgenſem*, qui 1429. obiit, filium habuit *Caſparum*, patrem *Georgii*, *Vlrici*, *Ioannis*, qui omnes habuere prolem. Hoc inprimis natus eſt *Bartolemæus*, genitor *Ioannis* & *Eraſmi*. Illius nepos *Ioannes* 1572. lineam clauſit; *Eraſmo* ſati *Rudigerus*, *Gundaccarus* & *Henricus*; primus *Pauli Iacobi*, *Gothardi*, *Ludovici* atque *Martini*, ſecundus præter *Georgium Achatium*, *Ioannis Vlrici*, tertius *Richardi* & *Eraſmi* parentes, à quibus totidem lineæ. Inter ſuperſtites eminent *Illuſtriſſimi Comites Henricus VVilhelmus* & *Conradus Baltaſar*, ex intimo Auguſti noſtri conſilio, ille ſuperioris Auſtriæ provinciæ Capitaneus, hic locumtenens inferioris Auſtriæ; hic *Pauli Iacobi*, ille *Richardi* filius.

§. II. Scu-

§. II. Scutum familiare exhibetur inter *Barones* à *Sibm.* Wapenb. P. 1. pag. 33. Media quæ quadrantibus reliquis incumbit parmula transverſe ſecatur, & in ea ex *inferiori parte minori rubea*, in *ſuperiori ampliori argentea* exoritur *pantheræ* (niſi gryphem alis deſtitutum, aut taurum cum aliis dicere malis,) *ignes auribus & ore evomentis anteriora cærulei coloris.* (ein halbes blaues Panterthier mit außſpeyendem feur zum maul und ohren / im obern gröſſern theil deß weiſſen felds/ auß dem untern kleinern rothen theil entſpringend.) Non ſatis accurate *Zeiler. itin. Germ. P. 1. p. 59.* pantheram cæruleam ſolo inſcribit rubeo. Hæc gentis eſt teſſera, ex antiquis *Styriæ* Marchionibus & Comitibus ortæ. Sicuti etiam *panthera* ſed variata tinctura uſi ſunt, qui ex aliis ramis familiæ deſcendere. Porro pantheram ſcutariam & quæ in apice repetitur, nec non galeam *Sigismundus Imperator* 1437. ſingulis *coronis* aureis ornavit. A Friderico IV. 1467. rubeæ ceræ ſigilla imprimendi jus acquiſitum eſt. Teſſera gentilis.

§. III. Majus ſcutum, cui hæc parmula incumbit eſt Illuſtriſſimæ familiæ *Schaumburgiæ* ſ. *Schaumbergiæ* in Auſtria, non confundendæ cum *Schaumburgia* ſ. *Schauenburgia*, de qua L. 1. c. 86. actum eſt: Multo minus cum *Schœnbergia*, ut Wapenb. P. 2. p. 14. nomen ſcribitur, quod tamen alii convenit genti, de qua alibi agitur. Familia ea vetus eſt, & ab *Henningeſ. Theatr. Geneal. T. 3. P. 1. p. 234.* atque ante eum *VV. Laz. migr. gent. L. 7. p. 314.* orta creditur, quod ex *Aventino* eſt, ex *Babonis Abenſpergii* πολυτόκῳ liberis, & quidem *Diethmaro Abenſpergio* ejus filio. Recenſet ille tres fratres fuiſſe, *Eberhardum Comitem de Iulbach*, qui cum fratribus & *Diethmaro Leonbergenſi* circa 1070. fundaverit Monaſterium *Elſenbacenſe.* (Cujus poſteri *pueri de Iulbach* dicti: ex quibus recenſet *Gebhardum puerum de Iulbach 1130. Raffoldum 1143. Bernardum* ſeu *VVernardum 1146.* patrem *Gebhardi* & *Henrici*, quorum ille conſenſu Alberti Archiepiſcopi Elſenbacenſe cœnobium tranſtulit in montem S. Viti 1171. *Lupoldum* ultimum.) *VVolframum Com. de Schaumberg* & *Henricum Com. de Schaumberg.* Sed *VVolfg. Lazius de migr. gent. L. 7. p. 313. VVolframum* & *Henricum Eberhardi Iulbacenſis* non fratres ſed cognatos facit. Ex *Henrici* poſteris Henning. d. l. plures enumerat, in quibus eminent *Henricus nobilis Comes de Schaumberg 1240. Leopoldus* ſeu *Lutoldus Epiſcopus Friſingenſis*, Antiſtes etiam *Verdenſis* 1338. Indubia ſeries oſtendi poteſt ab *Henrico*, patre *Vlrici*, qui uxorem Eliſabetham Burggraviam Norimbergenſem habuit, avo *Ioannis* præfecti ſuperioris Auſtriæ in Haymburg caſtro ſupra Ænum, & ab uxore *Mareſcalli Styriæ hereditarii.* Huic filios dat *Henninges Sigismundum, VVolfgangum, Albertum, Georgium Epiſcopum Bambergenſem*, defunctum 1475. *Sigismundo* aſſignat filios *Fridericum Archiepiſcopum Salisburgenſem*, qui obiit 1494. *Bernardum* & *VVolfgangum* ἀπαιδας. Quem vero Henninges Wolfgangum vocat Sigismundi fratrem, & patrem Georgii, *Vlricus* dicendus erat, qui ex Magdalena de Kreigk genuit *Georgium*, qui aulam eam inſtituit, ut diceretur *Academia Efferdingenſis*, die hohe Schul zu Efferding / & filios quidem genuit, ſed ipſos prole maſcula deſtitutos, ex quibus *VVolfgangus* ſtirpem clauſit. Filia vero *Georgii Anna* non *VVolfgango de Sarenberg*, ut perhibet Henning. ſed *Eraſmo Dn. Stahrenberg*, qui 1560. deceſſit, nupſit. A quo *Eraſmo*, qui hodie ſuperant, deſcendunt. Ex eo etiam ratio aſſumti hujus ſcuti circa 1560. Quando vero *Lazius de migr. gent. L. 7. p. 314.* tradit, extinctis proſapiis iſtis omnibus, ſc. *Iulbacenſibus*, *Leonſteiniis* vel uti deinceps *Leonbergiis* atque *Dornbergiis*, inſignia omnium à *Schaumburgiis* gentilitiis adjecta, non ſatis capio. Nam in Wapenb. P. 2. p. 9. *Leonbergiis* & *Dornbergiis* video tribui parmæ rubeæ inductum baltheũ ſiniſtrum cæleſtinum, qui in ſcuto Schaumburgio non comparet. Schaumburgii C. Auſtrim. Iulbacenſes. Succeſſio ad Staremberg.

§. IV. Scutum hoc Schaumbergenſe quatuor quadras continet: prima *bipertita* eſt ex *argento* & *minio*, quæ teſſera antiqua fuit ejus familiæ vel Comitatus *Schaumbergici*, ita dicti ab arce *Schaumberg* ſeu *Schaumburg* in monte ſita non procul *Efferdinga* urbe, quam 1367. *Vlricus* & *Henricus* fratres ab *Epiſcopo Paſſavienſi Alberto* emerunt (ex *Lanſio Zeiler. itin. Germ. P. 1. p. 291.*) Hoc tamen Schaumburg ex primo patrimonio familiæ non fuiſſe oportet, utpote cui prior ſedes in *Bavaria. VVolfg. Laz. de migr. gent. L. 7. p. 314.* ſuo tempore dicit, ante plures quam tercentes annos tranſgreſſos in *Auſtriam*, & ab ejus principibus caſtra opidaque beneficio accepiſſe, quæ quondam Comitum à Peilſtein & Machlandiæ fuerint. Addit: *Atque ita ditionem* Arx Schaũberg. Ex Bavaria familia in Auſtriam.

aliquam & in Ducatu Bojariæ & Marchia Bojorum, quæ poſterius Marchiæ Orientali adjecta, Archiducatum effecit, habere cæperunt, ubi adhuc poſſident opida Efferdingam, Peorbachium, Aſchachium, VVaczenhofen, Schaumburgum caſtrum & alia pleraque. Cæterum fuere hi Comites olim *inter Imperii Ordines*, nec niſi 1548. è matricula expuncti, atque per Auſtrios exemti. Vid. *Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 25.*

Inter imperii ordines.

Pettovia.

§. V. Secundus alveolus *ternis rubeis & aureis* vel *argenteis* potius exornatur *faſciis* transverſis, inducto *cantherio cæruleo* (Winckelmaß ſeu geſpitzte ſparre.) Hoc ſymbolum *Pettoviæ* dari lego Wapenb. P. 2. pag. 37. & quidem *Ioannes Schaumbergius* uxorem habuit *Annam* f. *Bernardi de Pætovione Mareſcalli hereditarii Styriæ.* Sed *Lazius de migr. gent. L. 6. p. 190.* ait: in Mareſcallorum à Pætovione inſignibus *albis tria* fuiſſe *militaria vexilla equeſtria, rubro luteoque coloribus diſtincta ac totidem clivis viridibus inſixa.* (confer. alibi in inſignibus Eggenbergiis.) Unde cum perituoribus malo intelligere *Comitatum Iulbacenſem*, de cujus Comitibus aliqua diximus num. 3. Caſtri *Iulbach* ruinæ referente *Lazio p. 313.* ſuperſunt prope *Prunoviam* Bavariæ civitatem ad Ænum annem ſitam. Ubi addit *Schaumbergios deficiente Iulbacenſi ſtirpe arma titulumque & partem prædiorum à Ducibus Bavariæ accepiſſe*, videlicet circa 1360. & quidem id *Vdalrico Schaumbergio* ſ. *Schaumburgio* contigiſſe. Ex *Henning.* d. l. addimus, *Eliſabetham Norimbergenſem Vlrici* viduam Ducibus Bavariæ Ottoni, Stephano, Friderico & Joanni *Iulbacum* 8000. florenis oppignoraſſe 1377. Idem de *Henrico juniore*, Henrici ſenioris (qui quod Alberto III. Auſtriæ Duci ſe oppoſuit, accuſatus coram proceribus Imperii, bello petitus, & caſtris Nechtenſtein, Franckenburg, Aterſee & Wildneck circa 1386. vel 1390. exutus eſt, filio refert, quod 1382. *Iulbacum* conſenſu fratris & patris reſignaverit *Bavariæ Ducibus* Porro *Iulbaco*, quod ſub illo ſymbolo intelligimus, in Wapenb. P. 2. pag. 11. idem plane ſcutum tribuitur, quod §. præced. Schaumbergium diximus, quod agnationem utriusque familiæ amplius probaret.

Julbacum.

Anckenſtein.

§. VI. Tertius laterculus *rubeus anchoram* continet *auream* ſeu lignei coloris aurea *trabe deorſum verſa, per cujus annulum funis trajicitur.* Alibi lego anchoram tingendam *argento*, & ſuperius nigris plumis exornandam, tum funem & annulum auro tingendum. Ita notatur Dominium *Anckenſtein*, cujus etiam mentio eſt in ſcuto *Stubenbergico* (vid. L. 1. cap. 87. §. 5. ſed cum aliqua variatione.) Hæc dynaſtia olim fuit in poteſtate *Mareſcallorum Styriæ à Pætovione* ſeu à *Pettau*, ex qua Bernardi filia Joanni Comiti Schaumbergio nupſerat, eique attulit præter *Mareſcallatum Styriæ Fridavv, VVeiterfeld, Veiſtriz* & alia pleraque juxta Dravum amnem: ut Lazius perhibet. Quia vero *Agnes* ejusdem Bernardi filia *Leutholdo Dn. Stubenbergio* conjux erat data, inde eadem anchora apud Stubenbergios in uſu eſt quod dixi.

Etiam in ſcuto Stubenberg.

Wurmberg

§. VII. Ultimus laterculus *aureus vermem* ſeu *ſerpentem nigrum* (gewundene ſchlang/) gyris aliquot ſinuoſum coronatum refert (aliquando omittitur corona.) Ipſo nomine indice notatur *VVurmberg*, iterum ex *Pætovionenſi* familia. Neſcio an hoc δῆγμα cum priori illud ſit, quod *Lazius* indicat d. p. 190. cum in tumulo *Friderici ultimi Pætovionis Mareſcalli* notat inſignia: dicens *inſignibus anchora cum Dracone jungitur.* Hic etiam vermis Wurmbergius *Stubenbergium* clypeum ornat, quod ſupra diximus.

Galeæ.

§. VIII. Galeæ inſiſtunt clypeo tres coronatæ; *Media Stahrenbergia* vel ſi mavis *Styria* eſt, cum panthera exoriente cærulea ignivoma coronata, cujus collum & dorſum acuminibus & pennis pavoninis ornatur. Laciniæ ſunt cæruleæ & argenteæ. *Priori* inſiſtunt duo cornua bubalina, quorum prioris ſuperior & ulterioris inferior pars argento tingitur, reliqua minio (in Wapenb. P. 2. p. 14. alterum argento pingitur, alterum cocco,) utrumque autem funiculis duobus, nexu duplici, ex auro vel cocco jungitur. Laciniæ dependent argenteæ & rubeæ. *Extrema* ſuperbit jugo complicato alarum, quarum anterior typo laterculi ſecundi (ſcil. faſciis & cantherio) exaratur. Plumarius inſtructus eſt iterum argenteus & rubeus.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XCIII.

Bar. Steger de Ladendorf.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Vetus teſſera.*
4. *Sichelbeck.*
5. *Galea.*

§. I.

GEneroſam familiam *Baronum Steger de Ladendorf*, Celeb. *Bucelinus Germ. T. 3. p. 224.* deducit à *Laurentio Steger de S. Vito in Sichelbach* & *Niedernturnbach*, qui circa 1470. vixit. Fuere autem veteres Auſtriaci, & præter modo enumerata poſſederunt etiam *Ladendorf* & *Hermansdorf.* Familia.

§. II. Scutum eſt apud *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 39. *aureum*, in quo *ponti ſublicio duobus jugis decuſſatis* nixo, quo ſubtus fluens rivus ſternitur, inſiſtunt *duo galli gallinacei nigri adverſi.* Scutum.

§. III. Vetus teſſera fuerat *aureus pons* vel *ligneus cum duobus fulcris decuſſatis* in *ſolo nigro.* (**Ein gelber oder holtz-farber ſtege mit zweyen unterſetzten creutz-ſchrägen.**) Quæ teſſera ad nomen alludit. Vetus teſſera.

§. IV. *Duo galli gallinacei nigri adverſi* conſiſtentes (**gegen einander ſtehend**) *criſtis* & *pedibus rubeis* in *aureo ſolo*, notarunt familiam, jam extinctam, *Sichelbeckiorum* ſeu de *Sichelbach:* Ex qua *Laurentius*, à quo ſuperius cæpimus, uxorem *Margaretam Sichelbeckin* habuit. Dein utraque teſſera conjuncta eſt, & galli ponti impoſiti, quales nunc viſuntur. Sichelbeck.

§. V. Galea imponitur coronata, ex qua prominet *jugum complicatum alarum*, quarum prior *auro* fulget, altera *nigricat*, inter quas pars *pontis ſcutarii* apparet. Laciniæ ſunt aureæ & nigræ. Galea.

CAPUT XCIV.

Bar. Strein de Schwarzenau.

ARGUMENTUM

1. *Origo familiæ. Lineæ. Joannes Georgius ultimus. Richardus.*
2. *Scutum.*
3. *Teſſera gentilis.*
4. *Thiernſtein.*
5. *Galeæ.*

§. I.

PErillustris *Streiniorum Dominorum de Schwarzenau* familia ex vetuſtiſſimis *Auſtriacis* eſt. *Clariſſ. Bucelinus Germ. T. 3. p. 227.* eam orditur ab *Vdalrico* Marchionum de *Pachlern* miniſteriali. Habent vero caſtrum gentilitium *Schwarzenau* ad Teyam infra Anaſum. Aliquando omiſſo *Streimio* id ſolum nomen uſurparunt. 1197. vixit *Pilgrinus de Schwarzenau* & *Vlricus Strein. 1261. Albero de Schwarzenau. 1359. Pilgrinus Strein* Rudolfi IV. Ducis aulæ Mareſcallus. Hujus abnepos *Wolfgangus* ex filiis *Ioanne* & *Henrico* duarum linearum capitalium communis pater eſt: hæc vero nuper 1679. in *IoanneGeorgio* Philipsburgio præſidio præfecto gentis ult. defecit, cujus avus *Richardus Baro Streinius, Baro de Schwarzenau* Cæſareus Conſiliarius intimus & ſacri fiſci præfectus fuerat, & 1579. Lutetiæ inſigne opus Genealogicum de antiquis gentibus atque familiis Romanis edidit, 1600. in arce ſua Freideck defunctus. Origo familiæ. Lineæ. Joannes Georgius ultimus. Richardus.

§. II. Scutum apud *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 24. pingitur quadripertitum. Prima & quarta quadra *transverſe ſecatur* ex *cyano* & *auro.* In ſecunda & tertia *rubea folium excavatum nymphæ* (**außgeholte ſeeblat**) ex *argento* conſpicitur. Scutum.

§. III. Prima teſſera eſt *gentilitia*, nec tamen perpetuo eodem modo uſurpata, aliquando enim duplicata eſt, figura binarum cærulearum & aurearum faſciarum. Sed jam à multo tempore ſola illa ſectione contenti fuere. Teſſera gentilis.

Thiernſtein. §. IV. Folium nympheæ deſignat ſtirpem extinctam Dominorum de *Thiernſtein*, quæ cum linea *Freydeckia* & *Hertenſteinia* conjugio connexa, nam Henricus, quem §. 5. nominavi, Apolloniam de Thiernſtein uxorem habuit.

Galeæ. §. V. Galeæ imponuntur duæ: prior in vetuſtatis memoriam ſine clathris ſervatur (ſtechhelm) & inter alas inferius auro, ſuperius cæruleo colore tinctas inſidet leo coronatus aureus lingua rubea, vel alias etiam rubeus. Aliqui coronam galeæ imponunt. Olim non uno apice familia uſa eſt, pennis pavoninis, cornibus bubalis, alis, donec iſte placeret, qui hactenus ſervatus eſt, inter lacinias aureas & cyaneas. Altera galea tegitur petaſo rubeo, qualis Cardinalium eſſe ſolet, impoſitis tribus ſtruthionicis plumis nigris. Laciniæ ſunt argenteæ & rubeæ.

CAPUT XCV.

Rex Sveciæ.

ARGUMENTUM

1. *Antiquitas regni. Familiæ regnatrices. Guſtavus. Palatini.*
2. *An virgines duæ teſſera regni vetus?*
3. *An merges?*
4. *Scutum hodiernum.*
5. *Trium coronarum origo. Uſus. Cum Danis controverſia. Compoſitio.*
6. *Iterum de coronis.*
7. *Coronarum ſitus.*
8. *Leo Gothicus. Oſtrogothia. Gothia lacus. An Finlandia.*
9. *Conjunctio Gothici & Svecici ſymboli.*
10. *Regum gentilis teſſera.*
11. *VVaſarum ſeu Trolliorum faſciculus.*
12. *Palatinorum parmula media.*
13. *De Daniæ & Norvegiæ aſcita teſſera.*
14. *Quæ ob ditiones Germanicas.*
15. *Apex.*
16. *Teſſera provinciarum Gothicarum.*
17. *Sveonicarum.*
18. *Nordlandicarum.*
19. *Finlandicarum.*
20. *Tituli veteres.*
21. *Modernus titulus.*
22. *Finnonia ſeu Finlandia.*
23. *Scania.*
24. *Eſthonia. Livonia. Pratenſio R. Poloniæ.*
25. *Carelia. Kexholmia. Ingria.*
26. *Provinciæ Germanicæ.*
27. *Titulus Caroli IX. In Lappones jus.*

§. I.

Antiquitas regni. INter antiquiſſima Europæ regna *Svecicum* eſſe, non tantum traditione vulgatum eſt, ex qua *Carafa* prodit, 90. annis poſt diluvium illud cæpiſſe: ſed in genere etiam non improbabile hoc antiquitatis peritiſſimus *Hugo Grotius proleg. ad hiſtor. Goth. p. 8.* exiſtimat: ſicuti apud omnes veteres *Scytarum*, quorum progenies ſint omnes Germanici nominis gentes, antiquitas pro camperto habita ſit. Et quidem originem tribuunt *Magogo* nepoti *Noachi*, qui in *Finlandia* habuerit imperium, & quinque filios genuerit, *Svennonem* à quo Sveones, *Getharum* ſeu *Gogum*, à quo Getæ, *Thorum*, *Germanum*, *Vbbonem*. *Svennonem* in Svecia regnaſſe inquiunt, & poſt eum 246. annis poſt diluvium *Vbbonem* fratrem. *Erico* attribuunt, quod primo inſulas Danicas miſerit colonias. Familias vero Regum ante Caroli M. tempora, quam periodum minus certæ hiſtoriæ dixeris, potiores illas recenſet: *Erici II.* Gothiæ & Sveciæ regis circa 826. poſt diluvium. (Ex cujus poſteris orti *Danus*, *Angul*, *Norus*, à quibus Danorum, Anglorum, Norvegorum nomina.) II. *Svibdageri R. Norvegiæ*, qui cum Svecia & patrio regno Danicum junxiſſe perhibetur. III. *Erici ſapientis*, iterum ex Norvegis tempore Chriſti nati. IV. *Ingonis* ſeu *ingolfi*, cujus poſteritas in duodecim generationes duraſſe fertur. Caroli M. ætate Rex fuit *Gothorum* & *Svecorum Bierno* ſeu *Bero*, cum illo fœdere junctus, qui etiam ab ipſius filio *Ludovico* miſſos Doctores Chriſtianos recepit. Sed demum *Ericus VIII. Stenchillus* ipſe *Chriſtiana* ſacra ſuſcepit, ejusque filius *Olaus* eadem ſtrenue propagavit. Noſtro ævo viciniores familiæ illæ ſunt: 1. quæ ab *Ingonis* regis fratre *Halſtano* rege deſcendit, cujus proneptis *Chriſtina Erico Sancto* regi nupſit; à quo 2. altera familia. Horum iterum proneptis *Ingeburgis* uxor fuit *Birgeri Ierl*, qui nomine tantum abſtinuit regio, ſed regnum rexit; novæ iterum 3. gentis autor: quam clauſere *Magnus Smeek* Sveciæ & Norvegiæ, atq; filius *Haquinus*, hujus tantum Rex. Inde exteros reges per fœminas tamen à prioribus

Familiæ reguatricis. deſcenden-

Digitized by Google

deſcendentes paſſi ſunt Sveci *Albertum Megapolitanum*, *Margaretam Danicam*, Haquini uxorem, illam *Arcti Semiramidem*, *Ericum Pomeranum*, *Chriſtophorum Palatinum*. Inde *Canutus* contra Danos rex ſumtus, ſed varia uſus fortuna: Tum imperarunt ex Danis *Ioannes* & *Chriſtiernus*, ſed fere invitis; unde hujus tyrannide omnino exaſperati 1523. *Danico* regimini nuncium miſere, & ex *VVaſarum* ſeu *Trolliorum* ſanguine *Guſtavum Erici* elegere, qui de regno tam bene meritus eſt, ut hereditaria ſucceſſio poſteritate ejus decerneretur. Unica ex illâ ſupereſt, glorioſi regis Guſtavi Adolphi filia, *Chriſtina*, quæ quod depoſuit ſceptrum transmiſit ad amitinum *Carolum Guſtavum Palatinum*, cujus filius Potentiſſimus *Carolus XI.* nunc quoque feliciter imperat, & quæ pacem & bellum decent virtutes hactenus oſtendit. Guſtavus. Palatini.

§. II. Quod teſſeras ſcutarias attinet: De antiquis conſulendus erit *Theod. Hæping. de Iur. inſign. c. 6 P. 3. cl. 5. §. 2. p. 315.* Qui ita: *A vetuſtiſſima mortalium memoria Svecici regni duas virgines coronatas, aureo veſtitu, ſeſe mutuo in virenti ſilva amplexantes, tanquam Dearum nympharum excellentiam in ea regione oſtendentes, inſignia fuiſſe perhibet Olaus Magnus L. 2. hiſt. rer. ſcept. c. 25. p. 83. quem etiam ſequitur Franc. Mennen. in delic. ord. Equeſtr. rubr. ordo Eq. in regno Svec. p. 158. & huc alludit Felix Malleolus de nobil. & ruſtic. dial. c. 29. dum ita ſcribit:* An virgines duæ teſſera regni vetus?

In ſulva Rex Sveſſionum vult ferre gemellas
& viridi pictas ſub complexu domicellas.

Verum in hoc hallucinari Olaum ſcribit Ioan. Meſſen. in theatr. Nobil. Svec. in paraphr. c. 3. cum hæ binæ virgines coronatæ in virenti nemore ſe amplexantes, non tam Sveonibus regni inſigne, quam concordiæ duntaxat inter ipſos Gothosque inite emblema fuerint.

§. III. *M. Gilb. Varenn. R. d'arm. P. 3. p. 375.* veteribus adſcribit ſcutum diametraliter ex *rubeo* & *cæruleo* colore ſectum, inſcripta *mergite aurea*? ob fertilitatem. Forte ex eo error, quia *VVaſarum* gentile δᾶγμα fere ad hunc modum eſt. An mergeat

§. IV. Quod ſcutum attinet, quod nunc in uſu, id Wapenb. P. 1. p. 2. videre licet: illud qui dripertitum area prima & quarta *cæruleis ternas coronas aureas*: ſecunda & tertia *aureis* (quas tamen terni fluvii *cærulei* ex ſiniſtra parte dextrorſum fluentes diſtinguunt.) *Leones ſingulos rubeos coronatos* refert (Brianvill. jeu d'arm. p. 125. *leonem auro, coronam minio* tingit.) Vidi alicubi partitionem eam fieri mediante *cruce*: an vero iſta aliquid ſingulare notetur, num ſculptoris phantaſiæ illam aſcribere neceſſe ſit, non facile dixerim. Certe negat *Olaus Vexionius* apud *Hæping. d. l. c. 6. num. 527. 528.* Scutum hodiernũ.

§. V. *Tres coronas* vetus δᾶγμα regni ſui perhibent *Sveci*. Ita *Meſſen. theatr. nobil. Svec. paraphr.* c. 3. p. 110. *Sveones à primordio regni ſui pro inſignibus tribus perpetuo uſi diadematibus, moderatores ſuos non Sveciæ ſed Vbſaliæ reges compellantes: idque hac potiſſimum de cauſa, quod cum Rex Vbſalenſis primarius foret regum omnium Borealium, reliquis ab illo ſuas ditiones ſub feudo poſſidentibus, Vbſaliæque ſummus Deorum cultus, ſummum juſtitiæ adminiſtrandæ forum, & ſummum regnorum Aquilonarium faſtigium regale, ab omnibus frequentarentur & colerentur, hanc triplicem præ reliquis prærogativam majeſtatemque triplici diademate Sveones demonſtrare nitebantur.* Eod. c. 3. p. 109. docet, in fragmento uno ruderum antiqui ſaxi, *Moraſteen*, ubi prope Ubſaliam reges Sveciæ eligendi antiquus mos fuerat, adhuc hodie conſpici trium diadematum figuram, argumento, hujusmodi peculiaria extare Svecorum inſignia. Idem *Meſſen.* peculiari tractatu tria illa diademata deſcripſit. Alia myſteria coronarum allegat *D. T. V. T. p. 1159.* amplitudinem ditionum, bellicarum expeditionum gloriam & metallorum in regno abundantiam, quod ex Olao perhibet. Alii *Svecorum*, *Gothorum*, *Vandalorumque* tria regna notari aſſerunt. (Vandalos in *Finlandos* mutat *Varenn.* P. 3. p. 375.) Et quidem alias etiam plurium regnorum teſſeram plures coronas fuiſſe, non inſolitum. Ita *Belino* Britanniæ regi plurium regnorum occupatori, ac ter coronato, haſce tres coronas in ſolo cæruleo, ejusque regibus ſucceſſoribus usque ad Uterpendragonem tribuit *Vpton. de milit. offic. p. 127.* Unde tres has coronas aliqui *Svibdagero* tribuere volunt, qui primus tria Arctoa regna conjunxerit: ſed coronarum aut inſignium uſum quis tam antiquum demonſtraverit? Facilius fidem adhibuero Celebert. *Loccenio Hiſt. Svec. L. 4. p. 111.* qui ita: *Albertum præter Sveciam, quam imperio jam tenebat, etiam Daniam & Norvegiam armis ſubigendi* Trium coronarum origo. Ulus.

animo, tribus coronis pro insigni regni Sveciæ primum usum esse, quidam scriptores perperam opinantur: quum illud dicti regni insigne vetus sit, post alios reges jam ab Erico Sancto cognomine & Magno Birger dudum ante Alberti ætatem usurpatum: uti claris documentis, quæ adhuc extant, probare datur. Idem deinceps circa 1548. L. 6. p. 326. conqueritur, quod Rex Daniæ ceperit uti trium coronarum insigni, quod *Sveciæ* regni vetus ac proprium sit: nec ipse antehac nec pater Fridericus usurpaverit: addit Svecis ita visum esse, quod spe sibi & successoribus præcisa, cum Sveciæ regnum hereditarium factum fuerit, speciem quandam juris in illud retinere vellet, ut ex occasione disceptare & resuscitare posset, quod sopitum erat: obtentum fuisse fœderis & conjunctionis trium regnorum à Margareta ceptæ & quasi Daniæ regni hereditarii tituli. Ob hoc expostulasse cum *Christiano III. Gustavum.* Iterum refert p. 341. quod 1559. *Ioannes Dux Finlandiæ* regis filius Holmiæ, cum appulisset onoraria navis ex Dania, quæ in puppi insigne præferret trium coronarum, illud exscindi jusserit: *Quippe tunc communis fama esse ferebatur, quasi illud R. Daniæ Fridericus successor Christiani patris, ad arrogandum sibi jus aliquod in Sveciæ regnum usurparet, cum ejusmodi insignia regia essent regni veri aut prætensi in id juris signa vel argumenta.* Unde iterum *Gustavus* literis monuit *Fridericum.* Exin inter *Ericum* & *Fridericum* ex hac & alia causa ad arma deventum est. Demum inter *pacis Stetinensis* conditiones illa fuit apud *Loccen. L. 2. p. 386. Trium coronarum insignia uterque rex incolumi singulis jurisdictione & imperio usurpato, donec controversia de illis Cæsaris, Saxonis & Brandeburgici Electorum, Brunsvicensis & Anhaltini Principum, in quos utrinque compromittant, interventu & cognitione utriusque partis documentorum, & quæ potiori jure nitantur, ad finem deducatur.* Iterum in pacificatione 1613. utrique regi servatus trium coronarum usus, sed ut ob eas Dano prætensio in regnum Sveciæ nulla esset. Unde easdam coronas videmus adhuc in Danico scuto.

Cum Danis controversia.

Compositio.

§. VI. Eundem *Ioh. Loccenium* de argumento trium coronarum differentem audiamus *de antiq. Sveo-Goth.* L. 2. c. 9. pag. 58. *Tres coronas esse vetus insigne regni & regum Sveciæ ex antiquo Saxo Moraften, cui incisæ sunt, ex antiquis nummis & sigillis diversorum Sveciæ regum, è tabula ad S. Erici sepulcrum suspensa, aliisque monumentis evidenter liquet. Quæ cum Laurentius Petri in dissert. MS. de tribus Sveciæ coronis, Messenius* c. 13. *specula Sveonum atque alii fusius probarint, ego lectorem ad eos remittendo hic brevior ero.* Idem p. 59. mysteria coronatum examinat, inprimis *Olai M.* & *Messenii* sententiam excutit.

Iterum de coronis.

§. VII. Situm coronarum, non semper eundem fuisse argumento est, quod *Ingo IV.* scutulo medio seu gentili tres coronas ita apposuit, ut una scutulo immineret, duæ à latere illud stiparent. Apud *Messen.*

Coronarum situs.

§. VIII. De *Leone Gothico* audiamus denuò *Loccen. antiq. Sveo-Goth. L. 2. c. 9. p. 58. Leo coronatus cum tribus lacubus vetus Gothorum insigne est, ut Olaus M. L. 2. rer. septentr. c. 25. Pontan. Hist. Dan. L. 9. p. 516. & Ioan. Mariana L. 7. rer. Hisp. c. 3. testantur. Marianæ verba hæc sunt:* Gothorum Regum insignia Leonis in pedes erecti, atque diducto rictu formidabilis. *In VVestrogothia ad templum in Kongshusby, ut appellant à R. Olao Skotkonung, qui accepto Christianismo ibi ex fonte loci baptisatus est, extat monumentum, cui duo leones, ut insigne Gothorum, inciſi sunt. Hinc in nummo unciali argenteo Caroli IX. R. Sveciæ 1610. cuso & publicato leonis imagini seorsim expressæ addita est vox* GOTHIA, *quod hoc priscum Gothiæ insigne esset; velut imagini trium coronarum apposita est vox* SVECIA, *quoll illud vetus Sveciæ insigne esset.* Iterum pag. 59. de significatione ita habet: *quod leo supra tria fluenta assultat, eo quidam Gothorum fortitudinem, olim in* tres orbis plagas *effusam, & variis victoriis expromtam non abs re significari volunt. Leonis enim imaginem robur & fortitudinem signare, in comperto est. Olaus M. autem hac imagine illud adumbrari voluit; ut Gothi provide agant, &* respiciendo *(ponit enim leonem* respicientem*) sibi caveant ab hostium insidiis, nec temere in pericula prosiliant. Caterum ut patet ex antememorato VVestrogothiæ monumento, in cæmiterio templi Husby quondam à majoribus Gothorum posito,* duo leones *ex adverso in unam quasi faciem hiant, & se invicem contuentur. Ita adhuc in insignibus hodiernis repræsentantur, ut prospiciant, non respiciant: qua alia causa vel significatione? quam ut miles Gothus operte & facietenus atque ex adverso cum hoste dimicare*

Leo Gothicus.

Digitized by Google

dimicare promtus ſit. Quod præter candidæ aquæ in adverſum objectæ fluenta etiam campus cœli colorem referens in dictis inſignibus adumbrare videntur, utique Sveo-Gothicus miles palam prælium ineat, & leoninos ſpiritus exſerat.

Hoſtibus haud tergo ſed forti pectore notus.

Et quidem cum *Gothia* notetur hoc ſymbolo, in ſpecie *Oſtrogothiæ* illa dat inſignia *Mich. VVexionius*, unde partis teſſeram toti attributam opottet. Ita aliqui antiquis *Gothis regibus* dant furvum leonem in ſolo argenteo cæruleis undis oblique dextrorſum exarato. vid. *Blondell. Geneal. Franc. plen. aſſert.* P. 2. p. 360. Tribus illis fluviis alii totidem Gothiæ lacus *Mellerum, Vennerum, VVetterum* notari autumant. Alii *Finlandiam* notari cenſuere, ſed errant. Aliud vero Gothiæ σῆμα videre eſt in Daniæ regio ſcuto, quod ibi conſulas. Oſtrogothia. Gothiæ lacus. An Finlandia.

§. IX. De conjunctione *Gothici & Svecici ſymboli* idem Loccen. l. c. p. 58. *Vtraque inſignia trium coronarum & leonis cum tribus lacubus in unum conjuncta ſunt, ex quo Svecia & Gothia ſub unum regnum & regem coiverunt, quod factum eſt ſub* Ingello II. R. Sveciæ. *Licet enim Sveci & Gothi jam ab initio conditi hic imperii in unum corpus coaluerint, ut leges Sveciæ in ipſo limine & Ioannes Magnus in c. 2. præfat. hiſt. Svec. docent: tamen propter æmulationem mutuam, aut crudele nonnullorum regum imperium, & ſub imagine quadam libertatis, ſeceſſione à Svecis ſub* Alarico vel Alrico R. *facta, ſeparatos & proprios ſibi reges aut principes eligere cæperunt; donec ſub Ingello II. vera & ſolida Sveonum & Gothorum conjunctio fieret.* Conjunctio Gothici & Svecici ſymboli.

§. X. His regnorum areolis medio loco ab antiquo peculiari parmula reges ſoliti ſunt inſerere gentiles teſſeras. Ita *Divus Ericus* una cum ſocero ſuo *Ingone IV.* præter Svecorum Gothorumque ſtemmata memorata, *binis* in clypeo *leonibus* jubis promiſſis & manſvete ſibi obverſis utebatur. *Svercherus III. leone* juxta morem Folckungorum, utrinque tamen rhinocerote erecto & haſtam vexillatam cum inſignibus Svecorum Gothorumque præferente ac una clypeum apprehendente, colloque diademate redimito utebatur. Teſte *Meſſen Svercherida* etiam *Colubrum* ad Mediolanenſis modum efformatum, ſed qui loco infantis *ſtellam* levi morſu apprehenderet, geſtarunt. Exteri diverſimode effinxerunt inſignia, ut tamen nunquam aut raro tres intermitterent coronas. Regum gentilis teſſera.

§. XI. Quod in Sibmachero conſpicitur medium *VVaſarum* genti ſeu *Trolliorum* proprium fuit. Id vero trifariam oblique ſecatur (en bande. Perperam apud Sibmacherum, tota parma cocco tingitur inſcripto baltheo argenteo,) ex *rubro, argento & cæruleo*, cum *faſciculo aureo.* Audiamus vero *Meſſenium* ita diſſerentem *Theatr. nobil. Svec. in paraphr. c. 13. p. 133. Cum ad Guſtavidum proſapiam devolutum eſſet Svecorum regnum, obtigit, ut hereditaria vetuſtiſſimæ & celeberrimæ hujus familiæ inſignia, quæ ſuperiori hominum memoria faſciculus ater in ſpatio aureo, ſupernè reſolutus, infernè arctius colligatus, eodemque modo ex Galeæ cono intra bina utrinque cornua promicans, inſtar flabelli ex tenuiſſimis elaborati ſcandulis conſtituebat. Verum cum Anno 1540. Sereniſſimus & Potentiſſimus Guſtavus Svecorum, Gothorum Vandalorumque Rex prædicta gentis ſuæ mutaret inſignia, loco nigri fulvum & utrobique probè colligatum rubea, candida & cærulea in areola faſciculum ſubornavit & exornavit; ſimilique faſciculo utrinque more priſtino cornibus obmunito galeam condecoravit.* Iterum: *Avita & gentilitia potentiſſimæ apud Sveones Gothosque regiæ familiæ inſignia fulvus in clypeo oblique in rubrum, candidum, cæruleum partito colorem, deſignat faſciculus ſupernè inferneque opido vincitus, altero prorſus ſimili de galea inter cornua bina, diademate redimita, eminente,* &c. *Non igitur medium clypei Svecici, qualis hodie eſt, occupans locum interſigne ſceptrum vel lilium, uti vulgo creditur, denotat, ſed antiquiſſimæ inſignium Guſtaidum apud Svecos familiæ haud poſtremæ pars infima exiſtit, Sveticè* en Waſa *appellata, Latine verò faſces. Dicuntur vero faſces à faſciculi ſimilitudine & repræſentatione, haud obſcure regni durationem, ſtabilitatem ac firmitatem ſignificantes, quaſi nulla adhuc externa potentia & vi unquam ſubjugatum fuerit: imo à pluribus olim regnis in unum quaſi faſciculum coagmentum habeatur.* Cæterum ad Waſarum nomen illo ſymbolo alludi nec dubium eſt. Quia autem ex eadem gente reges Poloniæ Sigismundus, Uladislaus Sigismundus & Joannes Caſimirus orti, etiam in parmula Polonicorum regum media faſciculus ille ſeu merges conſpicitur. Waſarum ſeu Trolliorum faſciculus.

§. XII. Qui

Palatinorum parmula media.

§. XII. Qui poſt Chriſtinam ſolium conſcendit *Carolus Guſtavus* Rex Gloriosiſſimus ejusque filius, qui nunc ſceptrum gerit, loco hujus ſurculi Waſarum ſubſtituerunt *Palatinam peltam* quadripertitam ex *Bavarico*, *Juliacenſi*, *Clivio* & *Montenſi* ſymbolis, cujus quadraturæ media incumbit *Palatino* leone inſignis parmula.

De Daniæ & Norvegiæ aſcita teſſera.

§. XIII. *Fridericus II. Daniæ Rex 1562.* de *Erico R. Sveciæ* conqueſtus eſt, quod in ſui injuriam inſignia *Norvegiæ* & *Daniæ* geſtet. Conf. *Thuan.* L. 36. p. 312. Unde 1570. Stetinenſi pace illis abſtinere juſſus eſt. L. 47. p. 808. Qua vero ſerie vel diſpoſitione illa ſuis admiſcuerit, nondum vidi.

Quæ ob ditiones Germanicas.

§. XIV. Poſtquam acceſſere provinciæ *Germanicæ*, ex Oſnabrugenſi pace, nihil in inſignibus mutatum vidi: niſi quod in moneta in Ducatu Bremenſi cuſa obſervavi, ſcutum in ſex areolas una perpendiculari & duabus transverſis diſtinctum, ex quibus primam & quartam *coronæ Svecicæ*, ſecundam & tertiam *leo Gothicus* occupant, quintam *Bremenſes claves decuſſatæ*, (unde eam cocco tingi, claves ex argento formari neceſſe eſt,) ſextam *Verdenſis* crux ornant. Toti autem clypeo Palatina parma incumbit.

Apex.

§. XV. Scuto quæ imponitur *corona* pro more regum hodierno *clauſa* eſſe debet. Nec enim dubium eſſe poteſt, Regem Sveciæ nulli ſubeſſe: prout illum ab Imperii ditione eximit etiam *Conring. de Fin. imp. Germ. c. 14.* Confer. *Loccen. antiq. Sveo-Goth. L. 2. c. 1. p. 29. 30.* Si vero galea imponatur, quo illa ornetur apice non memini legiſſe: niſi huc referre velis *VVaſarum* apicem, qui ex *Ioh. Meſſen.* c. 13. p. 18. eſt inter cornua bina faſciculus ſcutarius. Telamones ſunt ex *Meneſtr. verit. art. dubl. cap. 14. p. 172. duo leones coronati. Svercherus III.* autem uſus eſt ſcuto, quod utrinque *rhinoceros* (an monoceros) *erectus* & haſtam vexillatam cum inſignibus Gothorum Svecorumque præferens colloque diademate redimitus apprehendebat.

Teſſeræ provinciarum Gothicarum.

§. XVI. Alicubi, inprimis in monetis, obſervavi duplici circulo provinciarum Svecicarum ſcutula exhibita eſſe. Series vero cum hæc ſcribo non ſuccurrit. Ex hibebo tamen, quæ ex *VVexionio* & aliis notavi ſymbola provinciarum, ordine vario nec ubique additis coloribus. *Oſtrogothiæ pars Orientalis* (Oeſtanſtäng) utitur clypeo tribus fluminibus perfluo, leone impreſſo, quod diximus regni fuiſſe commune hieroglyphicon: niſi differentia illa ſit, quod campus media parte auro tingatur. *Pars Occidentalis* (Wæſtæſtæng) dicitur notari dracone volante, qui caput & pedes roſis, alvum ſtella ornatur. Alibi vidi *Oſtrogothiæ* dari gryphum, cujus tamen caput & cauda inſtar feræ Styriæ. *VVeſtrogothia* utitur parma ex angulo dextro ſecta, ex auro & cæruleo, leone ad ſimilem ſectionem oppoſitis coloribus tincto inter duas ſtellas in ſuperiori areæ parte. *Smalandia* notatur leone, qui erecto capite, intenſo arcu & impoſita ſagitta minatur. *VVermelandia*, olim regnum, aquila utitur expanſa: *Alandiæ* inſula cervo ſeu rangifero gradiente in parma conſita plinthidibus.

Sveoniorum.

§. XVII. *Sveoniæ* propriæ annumerantur provinciæ *Sudermannia*, *Nericia*, *Dalcarlia*, *Veſtmannia*, *Vplandia*. *Prima* (quæ olim regnum) utitur grypho nigro alas expandente in clypeo aureo. *Secunda* repræſentat in candida planitie decuſſatim locatas duas ſagittas, comitibus quatuor purpureis roſis. *Tertia* iterum in area argentea duas ſagittas decuſſatim locat, imminente illis aurea corona. *Quarta* in ſcutulo candido tres montes exhibet quinas flammas & fumum evibrantes. *Quinta* aureum pomum refert ſupernotata cruce.

Nordlandicarum.

§. XVIII. *Nordlandicas* vocant *Geſtriciam*, *Helſingiam*, *Middelpadiam*, *Angermanniam*, *Bothniam Occidentalem* ſeu *VVeſtrobotniam*. *Geſtriciam* deſignat alce inter novem globulos in ſcuto candenti. *Helſingiam* caper ſaliens. *Middelpadiam* tres argentei coloris amnes, vel juxta alios duo. *Angermanniam*, tres ſalmones, duo in dextram, medius in ſiniſtram converſi, reti univerſo ſcuto cæruleo inducto. *Bothniam* rangifer excelſis cornibus: vidi etiam ſolum ſtellis ſpargi. Huc *Iemtiam* retuleris, cujus inſigne duo leones promiſſa juba Norvegiæ inſignia tollentes: pone ſtante viro, qui arcu & ſagitta minatur. *Lappiam* deſignat vir ſylveſtris caput & verenda ramis tectus clavam humeris impoſitam geſtans.

Finlandicarum.

§. XIX. *Finlandiam* notat leo coronatus dextro pede ſtrictum gladium vibrans, ſiniſtro acinacem conculcans, adjectis novem roſis. Huc referentur *Cajania* ſeu *Botnia Orientalis*, quam notant ſex muſtelæ, vel juxta alios quinque vulpes. 2. 2. 1.

Tavaſthia,

Tavaſthia, cujus teſſera lynx tribus ſuperne ſtellis, inferne rõſis in rubicundo ſolo. *Nordfinnonia*, cujus ſymbolum urſus erectus dextro pede gladio minax, binis in ſolo deaurato adjectis ſtellis. *Sudfinlandia* ſeu *Auſtralis*, cujus δῆγμα galea aurea & coronata, ſubjectis & in decuſſim locatis duobus vexillis cæruleis ſingulas cruces auratas referentibus: *Nylandia*, cujus geſtamen inter duo flumina media cymbula deaurata: *Savolaxia*, cujus nota in fuſca planitie arcus deauratus & intenſus, ſagitta minax: *Carelia*, cujus inſigne bina in ſolo puniceo brachia, alterum acinace, alterum gladio minitantia coronæ interpoſitæ. *Kexholmiam* ſignat arx triplici muro & turribus firmata, cum 2. ſupernè roſis. *Eſthoniam* notant tres cærulei leones gradientes, *Ingriam*, duæ portæ totidem globis candentibus, haſtis, vexillisque cancellatim poſitis exornatæ, quod & *Narvæ* datur. (Vidi pingi ſcutum quadripertitum, prima & ultima areola binis globis ornata, & per utramque protenſo vexillo cruce inſignito: ſecundo & tertio aterculo caſtro διπύργῳ impreſſo.) *Oelandiam* notant in parmula conſita globulis duo ervi gradientes.

§. XX. *De titulo* iterum audiamus *Loccenium antiq. Sveo-Goth. c. 9. p. 59.* **Tituli regum.** *Primo ges hujus regni contenti titulo regum* Ubſaliæ *à ſede iſthic regia, deinceps honoratiori* gum Sveciæ *titulo uſi ſunt. Cujus initium fecit* Olaus Rex, *uti teſtatur Hervari hiſto-a:* Olaus Skötkonung ſumſit primus nomen Sveonum regis. *Poſt eum reliqui ſucſſores reges eundem titulum uſurparunt, teſtibus Olao Petri in præfat. Chron. Svec. & eſſen. ſpec. Svec. c. 7. ſed poſtquam firma & perpetua Sveciæ & Gothiæ conjunctio facta* , Reges Sveciæ Gothiæ *titulo conjunctim uſi ſunt. Illud ex pluribus veterum docuentus evidens eſt, inprimis ex titulo Codicis LL. Oſtrogothicarum, ubi leges iſtæ dicunr à Regibus Canuto S. Erici filio & Birgero Iarl conſtitutæ & emendatæ, qui reges Sveom & Gothorum appellantur. Eundem Regis Sveciæ & Gothiæ titulum præfert numus enteus Magni Ladulãs R. Sveciæ, qui regnavit A.C. 1277. & ita reliqui ſucceſſores orSveciæ Reges. Tandem illi veteri laudatorum Regum titulo acceſſit etiam titulus* ndalorum aut Wendorum, *reſpectu regii cujusdam (per arma) juris, quod vicini es Septentrionales in illas Venedorum aut Vendorum terras, quæ inter Albim & mare thicum ſitæ ſunt uſurpant. Veluti Conring. in L. 1. de Finip. Imp. Germ. cap. 16. obſer-*. Forte huc ſpectat, quod idem Loccen. Hiſt. Svec. L. 2. c. 44. de *Heroto R.* ſeu *aldo*, qui 834. regnavit, refert: *Hunc quidam tradunt etiam Vandalos aut VVendos omeranıa, expugnata eorum principe urbe Vineta, domuiſſe.* Vandaliæ huic inter ica ſcutula attribuitur *gryphus coronatus.*

§. XXI. Titulum moderni regis illum vidi: *Svecorum, Gothorum Vandalorum-* **Modernus titulus.** *Rex & Princeps hæreditarius, Magnus Princeps Finlandiæ, Dux Scaniæ, Eſthoniæ, niæ Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stettini, Pomeraniæ, Caſſubiorum & Vinidorum, Prin-Rugiæ, Dominus Ingriæ & VViſmariæ, nec non Comes Palatinus Rheni, Dux Baæ, Iuliaci, Cliviæ & Montium*, &c.

§. XXII. *Finlandiam* ſeu *Finnoniam* quod concernit, eam regno ſuo adjecit **Finnonia ſ. Finlandia.** es, quem *Sanctum* ex eo dicunt, quod 1151. in Finlandia occiſus ſit, ob religio-Chriſtianam. Finnoniam ſeu Finlandiam ab eo domitam & regno ſimulque Ec- Chriſtianæ adjectam fatetur *Loccenius hiſt. Svec. L. 3. p. 76.* Sed in Svecia à ſa- s cæſum commemorat.

§. XXIII. De *Scania* inter Danos & Svecos diuturna & ſæpe iterata fuit con- **Scania.** ſia. In bello vero ultimo *Carolus Guſtavus* Rex regno eam adjecit, & initio *patſchildenſibus* 1658. dein 1660. pacis ad *Hafniam* concluſæ tractatibus retinuit, petuum coronæ Svecicæ incorporandam: nova acceſſione, quam in ipſa forpacis Hafnienſis regis titulis adjectam videre licet.

§. XXIV. *Eſthonia* 1560. Sveciæ acceſſit, cum à Moſcis bello petitæ ab Im- **Eſthonia.** nulla auxilliorum ſpes eſſet: Unde ſe *Revalia* & tota provincia, quia alia con- auxilium impetrare nequibat, Erico Sveciæ regi ſe ſubmiſit. Confer. *Thuan.* pag. 1195. 1196. De prætenſione Poloniæ in provinciam alibi egimus. Ubi etiam **Livonia. Prætenſio R. Polonis.** *oniæ* actum, quam Sveci jure belli inprimis 1621. & 1625. occuparunt, & in loni, quod alibi vidimus, juri ſuo renunciarunt.

. XXV. *Carelia* & ad religionem Chriſtianam per *Petrum Araſionenſem* Epi- **Carelia.** convertit & in ditionem redegit 1293. Rex *Birgerus:* atque ut in poſterum in

fide retineretur, & simul munimentum adversus Ruthenos & Sarmatarum impressiones esset, arcem urbemque Wiburgensem ibi condidit, ut est apud *Loccen. hist. Svec. L. 3. p. 93.* Iterum 138. Carelia inter Svecos & Moscos divisa, ac limites constituti sunt. p. 104. Careliæ si annumerare velimus, quod ita quidam facere solent, *Kexholmia.* Johannes Svisicius M. Dux Moscoviæ, cum ei Carolus Rex auxilio Jacobum Gardam misisset, eumque obsidione Polonorum liberasset, Svecis diplomate dato eam urbem arcem, & ditionem promisit. Cum vero fraude res ageretur, & clandestinus literis monitus præfectus Nötteburgensis data diplomata admitteret, Carolus irritatus vicit. *Ingriam* etiam virtuti Gustavi Adolphi sui debet Svecia, qui in pacis tractatu cum Moscо 1617. totam retinuit, atque regno suo adjecit. *Kexholmia.* *Ingria.*

§. XXVI. Titulos *Bremæ, Verdæ, Stettini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorum, Rugiæ & Wismariæ*, regnum bello Germanico & pacі Osnabrugensi debet, pro qua satisfactionis loco omnes illi Principatus sub feudi jure ab imperio cessi sunt. *Provinciæ Germanicæ.*

§. XXVII. Cum *Carolus IX.* coronaretur, illo usus est titulo: *Carolus IX. Dei gratia Svecorum, Gothorum, Vandalorum, Finnonum, Careliorum, Lapponum, Transalpinarum Esthonumque in Livonia Rex. Lapponum* mentio offendit Danos. Ubi ea de re ita Loccen. Hist. Svec. L. 8. pag. 490. *Præter hæc inter illos convenit de novo, ut ajebat Christianus, Caroli titulo & jurisdictione in boreales Lapponum pagos, quam Christianus ad Svedos pertinere, & ante à Regibus Svetiæ usurpatam fuisse negabat. Contra Carolus ex pactis & longo usu certisque in locis adscrebat, usque ad electi arbitri cognitionem vi conventionis Flackesiobecensis.* Conf. eund. p. 522. *Titulus Carol. IX.* *In Lappones jus.* teræ Christiani, in quibus querelæ. Cum vero bellum pace mutaretur, in conventionibus illa fuit apud eund. p. 522. *Rex Sveciæ Lappones maritimos ad Tittoram & Varangriam habitantes regi Daniæ cedet; in alios Lappones imperio Svetico subjectos, ut antea sic in posterum jus ac jurisdictionem suam usurpabit.*

Caput XCVI.

Baron. Teuffel.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Tessera gentilis.*
3. *Mällinger.*
4. *Galea.*

§. I.

Familia. Generosa familia *Liberorum Baronum Teufeliorum de Gunderstorf* ex vetusta *Austria* incolis est. *Lazius* vero eorum originem ex *Bavaria* adducit, [illegible] damentum: Quamvis enim in novo Palatinatu gens sit eo nomine, [illegible] tur symbolo. Vide inter Bavaricas apud *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 94. [illegible] *de Buhel & Pirckenfee. Gabr. Bucel.* Germ. T. 3. P. 235. stirpem deducit [illegible] *fel* 1274. Fit etiam mentio 1339. *Ottonis Teufel* (**Herr Ott der Teuvel**) [illegible] gillo dæmonis species visitur cum cornu venatorio. 1385. vixit *Otto Teufel* [illegible] cujus uxor Prendith f. Henrici Peckhoveri.

Tessera gentilis. §. II. Scutum à *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 22. repræsentatur quadripartitum. Prima & quarta *quadra rubea* continet gentilem tesseram, nempe *pulvinum* [illegible] cujus *extrema aureis globulis & panniculis* exornantur (**mit gelben knöpffen und quasten an den zipffen**) impositum *cornu venatorium* (seu *vere loris* [illegible] *nigrum, auro armillatum, nigris ligamentis* (**mit vier gelben beschlächtelen und schwartzen gantzen bändlein.**) Aliquando pulvinum subter cornu [illegible] dam plane omiserunt, solo cornu usi argenteo, cum duobus aureis decussatis [illegible] tis (**mit zwey ledigen creutz-weiß geschrenckten bändlein.**

Mällinger. §. III. In alveolo secundo & tertio *aureo niger equus salit.* Tessera hæc [illegible] tinctæ familiæ *Mällingerorum* ex *Carniola*: sed his usurpabatur *equus niger* in [illegible] *beo*, cujus minium demum à Ferdinando I. 1547. cum hoc scutum illa qua [illegible] tur, in *aurum* mutatum est. Ratio est ex matrimonio *Matthæi Teuffel de Gundersdorf* & *Apolloniæ Mallingerin*, filiæ Fabiani ex Christina Wackerzilin.

§. IV. [illegible]

§. IV. Galeæ clypeo duæ imponuntur coronatæ. Alteri inſiſtit *pulvinar cum impoſito cornu* gentili alveolo. Ex altera *equi nigri* exſurgit. Laciniæ ſunt hinc ex argento & minio, iſtinc aureæ & nigræ. Galeæ.

CAPUT XCVII.

Baron. de Teuffenbach.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Seiſeneck.*
3. *Baron. de VVeiteneck.*
4. *Gentilis teſſera.*
5. *Galeæ.*

§. I.

Illuſtris *Teuffenbachiorum in Mayrhofen Baronum* familia apud *Styros* habitavit, inde Familia.
linea in *Auſtriam* conceſſit, & ibi ſub Ferdinando I. *Hayderſtorf* in ſylva Viennenſi, poſtea alia bona acquiſivit. Celeb. *Bucelinus Germ. P. 3. p. 233.* primum recenſet *Herannum de Teuffenbach.*

§. II. Scutum eſt quadripertitum apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 22. In pri- Seiſeneck.
mo & quarto laterculo *argenteo* pinguntur *tres rhombi, nigri* (weggen) *ſitu diagonali* cati. Quod ſymbolum fuit extinctæ gentis de *Seiſeneck*, *Baronum de VVeiteneck*, inde *Allendorf* in Svevia dictorum. Ratio hujus areolæ eſt ex conjugio *Andreæ de uffenbach*, qui obiit 1571. & *Suſannæ de Seiſeneck.*

§. III. Areola ſecunda & tertia cærulea continet *leonem aureum coronatum*; B. de Weiteneck.
ii Seiſenecciis conceſſus eſt, cum *Baronum* titulo ornarentur. Cæterum iidem etn uti ſolebant *baltheo nigro* in *aurea parma*, quem à cognatis ſuis *Schadiis in Lengend* acceperant: Hic vero deinceps conceſſus eſt familiæ *Püchlerorum de VVeiteneck ronum*, quorum inſignia quadripertita extant in *Fürſt.* Wapenb. P. V. p. 15. qui illi olæ apicem aſſignant duo cornua bubala.

§. IV. Toti incumbit parmula media, ad perpendiculum trifariam partita ex Gentis teſſera.
eo, argento & nigro: quod antiquum δίγαμμα eſt.

§. V. Galeæ imponuntur duæ coronatæ. *Prior* ſuſtinet jugum expanſum ala- Galeæ.
n in palorum formam typo mediæ parmulæ diſtinctarum. Ex altera protenduntur e alæ, prior argentea cum tribus rhombis nigris, poſterior media ſecatur ex auro & no. Ante has coronæ inſiſtit leo coronatus aureus. Laciniæ ſunt hinc argenteæ & eæ, iſthinc cæruleæ & aureæ.

CAPUT XCVIII.

Baron. Thanrædl.

ARGUMENTUM

1. *milia.*
2. *ſſera gentilis.*
3. *Rechberg.*
4. *Sighart.*
5. *Galea.*

§. I.

Eneroſa familia Baronum *Thanrædel* ex *Salisburgenſi* ditione (Lazius tamen ex Familia.
Bajoaria adducit) in *Auſtriam* venit, & ſub Maximiliano I. *Thernberg* & *Rechdein* etiam *Stranzendorf* acquiſivit. Fragmentum genealogicum extat apud *in. Germ. T. 3. p. 232.* ab *Henrico* deductum, cujus pronepos Baltaſar primus Baro obiit.

§. II. Scutum pingitur apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 21. quadripertitum. Teſſera gentilis.
a & quarta quadra *transverſe ſecatur* ex *cocco & argento* cum *ſagitta dimidia, ara cum unco ferreo in rubeo, & rubea in argento.* (der halbe pfeil weiß mit eiſenein im rothen und unten roth im ſelben weiſſen nach der zwerch gleich von der getheilten halben feld.) Quæ teſſera gentis priſca eſt.

§. III. Quadra ſecunda & tertia *cærulea* ornatur *cervo* ſeu *capreolo* (ſi tamen hoc Rechberg.
n ferunt cornua illa, *Sibmach.* vocat tannhirſch / cervum πλατύκερον) *aureo* vel

fide retineretur, & ſimul munimentum adverſus Ruthenos & Sarmatarum impreſſiones eſſet, arcem urbemque Wiburgenſem iſthic condidit, ut eſt apud *Loccen. hiſt. Svec. L. 3. p. 95.* Iterum 1338. Carelia inter Svecos & Moſcos diviſa, ac limites conſtituti ſunt. p. 104. Careliæ ſi annumerare velimus, quod aliqui facere ſolent, *Kexholmiam* Johannes Sviſcius M. Dux Moſcoviæ, cum ei Carolus Rex auxilio Jacobum Gardam miſiſſet, eumque obſidione Polonorum liberaſſet, Svecis diplomate dato eam urbem arcem, & ditionem promiſit. Cum vero fraude res ageretur, & clandeſtinis literis monitus præfectus Nötteburgenſis data diplomata adimeret, Carolus irritatus vicepit. *Ingriam* etiam virtuti Guſtavi Adolphi ſui debet Svecia, qui in pacis tractatibus cum Moſco 1617. totam retinuit, atque regno ſuo adjecit.

Kexholmia.

Ingria.

§. XXVI. Titulos *Bremæ, Verdæ, Stettini, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Vindorum, Rugiæ & Wiſmariæ*, regnum bello Germanico & paci Oſnabrugenſi debet, utpote in qua ſatisfactionis loco omnes illi Principatus ſub feudi jure ab imperio conceſſi ſunt.

Provinciæ Germanicæ.

§. XXVII. Cum *Carolus IX.* coronaretur, illo uſus eſt titulo: *Carolus IX. Dei gratia Svecorum, Gothorum, Vandalorum, Finnonum, Careliorum, Lapponum Septentrionalium Eſthonumque in Livonia Rex. Lapponum* mentio offendit Danos. Unde ea de re ita Loccen. Hiſt. Svec. L. 8. pag. 490. *Præter hæc inter illos contentio erat de novo, ut ajebat Chriſtianus, Caroli titulo & jurisdictione in boreales Lappones uſurpata, quam Chriſtianus ad Svedos pertinere, & ante à Regibus Svetiæ uſurpatam negabat. Contra Carolus ex pactis & longo uſu certisque in locis adſerebat, usque ad ſelecti arbitri cognitionem vi conventionis Flackeſiobecenſis.* Conf. eund. p. 492. ubi literæ Chriſtiani, in quibus querelæ. Cum vero bellum pace mutaretur, in conditionibus illa fuit apud eund. p. 522. *Rex Sveciæ Lappones maritimos ad Titisfiordam & Warangriam habitantes regi Daniæ cedet; in alios Lappones imperio Svetico ſubjectos, ut antea ſic in poſterum jus ac jurisdictionem ſuam uſurpabit.*

Titulus Carol. IX.

In Lappones jus.

CAPUT XCVI.

Baron. Teuffel.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Teſſera gentilis.*
3. *Mällinger.*
4. *Galea.*

§. I.

Familia.

GEneroſa familia *Liberorum Baronum Teufeliorum de Gunderſtorf* ex veteſtis *Auſtriæ* incolis eſt. *Lazius* vero eorum originem ex *Bavaria* adducit, ſed citra fundamentum: Quamvis enim in novo Palatinatu gens ſit eo nomine, alio tamen utitur ſymbolo. Vide inter Bavaricas apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 94. 96. *Teufelios de Buhel & Pirckenſee. Gabr. Bucel.* Germ. T. 3. P. 235. ſtirpem deducit ab *Ottone Teuffel* 1274. Fit etiam mentio 1339. *Ottonis Teufel* (Herr Ott der Teuvel/) in cujus ſigillo dæmonis ſpecies viſitur cum cornu venatorio. 1585. vixit *Otto Teufel de Maters*, cujus uxor Prendith f. Henrici Peckhoveri.

Teſſera gentilis.

§. II. Scutum à *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 22. repræſentatur quadripertitum. Prima & quarta *quadra rubea* continet gentilem teſſeram, nempe *pulvinari argenteo*, cujus *extrema aureis globulis & panniculis* exornantur (mit gelben knöpffen und quaſten an den zipffen/) impoſitum *cornu venatorium* (ſeu *veredarii* poſthorn) *nigrum, auro armillatum, nigris ligamentis* (mit vier gelben beſchlächtlein und ſchwartzen gantzen bändlein.) Aliquando pulvinum ſubter cornu locabant; quidam plane omiſerunt, ſolo cornu uſi argenteo, cum duobus aureis decuſſatis ligamentis (mit zwey ledigen creutz-weiß geſchrenckten bändlein.

Mällinger.

§. III. In alveolo ſecundo & tertio *aureo niger equus ſalit.* Teſſera hæc fuit e tinctæ familiæ *Mällingerorum* ex *Carniola:* ſed his uſurpabatur *equus niger* in ſolor beo, cujus minium demum à Ferdinando I. 1547. cum hoc ſcutum illa quadra auge tur, in *aurum* mutatum eſt. Ratio eſt ex matrimonio *Matthæi Teuffel de Gunderſt* & *Apolloniæ Mallingerin*, filiæ Fabiani ex Chriſtina Wackerzilin.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV. Galeæ clypeo duæ imponuntur coronatæ. Alteri inſiſtit *pulvinar cum impoſito cornu* gentili alveolo. Ex altera *equi nigri* exſurgit. Laciniæ ſunt hinc ex argento & minio, iſtinc aureæ & nigræ. Galeæ.

CAPUT XCVII.

Baron. de Teuffenbach.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Seiſeneck.*
3. *Baron. de VVeiteneck.*
4. *Gentilis teſſera.*
5. *Galeæ.*

§. I.

ILluſtris *Teuffenbachiorum* in *Mayrhofen Baronum* familia apud *Styros* habitavit, inde linea in *Auſtriam* conceſſit, & ibi ſub Ferdinando I. *Hayderſtorf* in ſylva Viennenſi, poſtea alia bona acquiſivit. Celeb. *Bucelinus Germ. P. 3. p. 233.* primum recenſet *Hermannum de Teuffenbach.* Familia.

§. II. Scutum eſt quadripertitum apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 22. In primo & quarto laterculo *argenteo* pinguntur *tres rhombi, nigri* (weggen) *ſitu diagonali* locati. Quod ſymbolum fuit extinctæ gentis de *Seiſeneck*, *Baronum de VVeiteneck*, olim de *Allendorf* in Svevia dictorum. Ratio hujus areolæ eſt ex conjugio *Andreæ de Teuffenbach*, qui obiit 1571. & *Suſannæ de Seiſeneck.* Seiſeneck.

§. III. Areola ſecunda & tertia cærulea continet *leonem aureum coronatum*; qui Seiſenecciis conceſſus eſt, cum *Baronum* titulo ornarentur. Cæterum iidem etiam uti ſolebant *baltheo nigro* in *aurea parma*, quem à cognatis ſuis *Schadiis in Lengenfeld* acceperant: Hic vero deinceps conceſſus eſt familiæ *Püchlerorum de VVeiteneck Baronum*, quorum inſignia quadripertita extant in *Fürſt.* Wapenb. P. V. p. 15. qui illi areolæ apicem aſſignant duo cornua bubala. B. de Weiteneck.

§. IV. Toti incumbit parmula media, ad perpendiculum trifariam partita ex *rubeo, argento* & *nigro:* quod antiquum δίγαμμα eſt. Gentis teſſera.

§. V. Galeæ imponuntur duæ coronatæ. *Prior* ſuſtinet jugum expanſum alatum in palorum formam typo mediæ parmulæ diſtinctarum. Ex altera protenduntur duæ alæ, prior argentea cum tribus rhombis nigris, poſterior media ſecatur ex auro & cyano. Ante has coronæ inſiſtit leo coronatus aureus. Laciniæ ſunt hinc argenteæ & rubeæ, iſthinc cæruleæ & aureæ. Galeæ.

CAPUT XCVIII.

Baron. Thanrædl.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Teſſera gentilis.*
3. *Rechberg.*
4. *Sighart.*
5. *Galea.*

§. I.

GEneroſa familia Baronum *Thanrædel* ex *Salisburgenſi* ditione (Lazius tamen ex *Bajoaria* adducit) in *Auſtriam* venit, & ſub Maximiliano I. *Thernberg* & *Rechberg*, dein etiam *Stranzendorf* acquiſivit. Fragmentum genealogicum extat apud *Bucelin. Germ. T. 3. p. 232.* ab *Henrico* deductum, cujus pronepos Baltaſar primus Baro 1600. obiit. Familia.

§. II. Scutum pingitur apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 21. quadripertitum. Prima & quarta quadra *transverſe ſecatur* ex *cocco & argento* cum *ſagitta dimidia, argentea cum unco ferreo in rubeo, & rubea in argento.* (der halbe pfeil weiß mit eiſenhäcklein im rothen und unten roth im ſelben weiſſen nach der zwerch gleich von einander getheilten halben feld.) Quæ teſſera gentis priſca eſt. Teſſera gentilis.

§. III. Quadra ſecunda & tertia *cærulea* ornatur *cervo* ſeu *capreolo* (ſi tamen hoc nomen ferunt cornua illa, *Sibmach.* vocat rauhirſch / cervum πλατύκερον) *aureo* vel naturali Rechberg.

naturali colore picto *currente* cornibus aureis. Aliqui hoc ſymbolum derivant à familia & caſtro *Rechberg*, quam tamen gentem ajunt uſam dimidio capreolo in ſolo nigro. Cæterum *VVolfgango Thanrædel* Henrici filio uxor datur *Margareta Dietheria* heres in *Ternberg* & *Rechberg*.

Sighart. §. IV. Toti imponuntur parmula *argentea* cum *rota rubea quinque radiorum* (das rothe rädlein mit fünff ſpeichen/) ea, quamvis alludat etiam ad familiæ nomen, venit à familia extincta *Sighartorum*, qui ſanguine his juncti fuere, præter tres monticulos aureos, quibus hi etiam uſi erant.

Galeæ. §. V. Galeæ ſunt tres coronatæ: Ex *priori* expanditur jugum alarum cum ſectione & typo primæ quadræ: Ex *ſecunda* umbilicotenus exſurgit, vir manus circa pectus jungens, rubeo amictu, collari argenteo, redimitus faſcia tortili ex argento & cocco, cujus extrema volitant: ſuper *tertiam* ſalit capreolus ſeu cervus areolæ ſecundæ. Circa hanc ſunt laciniæ aureæ & cyaneæ, circa reliquas autem argenteæ & coccineæ.

Caput XCIX.

Com. & Bar. de Thanhauſen.

ARGUMENTUM

1. *Familiæ ſedes.*
2. *Lineæ.*
3. *Symbolum gentile.*
4. *Æckerl.*
5. *Galeæ.*

§. I.

Familiæ ſedes. GEneroſiſſima gens *Baronum* & inde *Comitum Thanhauſiorum* linea eſt familiæ *Bojaricæ*, quæ per *Tirolim*, *Salzburgum* & *Styriam* (in qua *hereditariam venationum præfecturam*, Erbjägermeiſter-amt / in *Salisburgenſi* autem Archiepiſcopatu *Dapiferiam hereditariam*, Erbtruchſeſſen-amt impetravit) in *Auſtriam* penetravit, quamvis eam Lazius ex *Carinthia* derivet. Sub Ferdinando I. *Immendorf* acquiſivit.

Lineæ. §. II. *Gabr. Bucelinus Germ. T. 3. p. 231.* genealogiam orditur à *Richoldo* circa 1390. cujus pronepos *Baltaſar*, qui circa 1497. claruit, per *Baltaſarem* & *Franciſcum L. B.* diverſas lineas ex ſe dedit.

Symbolum gentile. §. III. Scutum repræſentat *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 22. quadripertitum In primo & quarto laterculo *nigro* conſpicitur *pes gryphinus* ſeu *aquilinus argenteus* ſeu potius *aureus:* quæ teſſera gentilitia eſt.

Æckerl. §. IV. Laterculus ſecundus & tertius *bipertitus ex auro & minio, cantherius* refert itidem *bipertitum, nigrum* in *auro*, *argenteum in rubeo.* Alibi legi bipertitur ex *minio* & *auro*, cum *cantherio* ex *auro* & *nigro* colore bipertito. Hoc ſymbolum fuit familiæ extinctæ die Aeckherl. (*Æckerl.*) Nam *Conradi* Richoldi ſupra dicti nepotis uxor fuit *Æckerlin* ſuæ gentis ultima, quæ adeo marito ſua attulit inſignia.

Galeæ. §. V. Galeæ imponuntur duæ coronatæ: Ex *priori* protenditur pes gryphinus aureus, & laciniæ ſunt aureæ & nigræ. *Poſterior* ſuſtinet jugum alarum complicatum quarum anterior quæ apparet typum ſcutarium ſecundi laterculi refert. Laciniæ ſunt argenteæ & rubeæ.

Caput C.

Com. de Traun & Abenſperg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Inſignia.*
3. *Abenſperg.*
4. *Inter imperii proceres.*
5. *Titulus.*

§. I.

Familia. ILluſtriſſimorum Comitum *Trauniorum* origo ex antiquis *Abenſpergiis* deriv hos vero ex *Schirenſibus* Comitibus: ex quibus *Babo Dn. in Abenſperg* dicitu filio

Digitized by Google

filiorum & octo filiarum pater fuiſſe, ac 1030. deceſſiſſe. Ex filiis quidam *VVolframus* ſeu *VVolfingus Dn. in Traun* nominatur, pater *Conradi Archiepiſcopi Salisburgenſis*, qui 1147. mortuus eſt, & *Ottonis Dn. à Traun*, à quo gens porro propagata. Ex illis *Berchtoldus* Friderici ultimi ex prima linea Auſtriæ Ducis Mareſcallus 1236. vixit. Porro diu in *Auſtria* fuiſſe eos, ex hoc etiam claret, ſed ſuperiorem quam inferiorem prius incoluerunt. Nomen habere videntur à caſtro *Traun* ad cognominem fluvium ſupra Lintium ſito. Alia linea *Eſchelberg* etiam ſupra Anaſum, & *Meiſſau* inferioris Auſtriæ poſſedit. Linearum communis videtur pater *VVolfgangus*, à quo *Ioannes* & *Michael* lineæ *Eſchelbergiæ* & *Meiſſaviæ* autor, ex qua *Sigismundus Adamus*, qui 1621. deceſſit Ferdinandi II. aulæ Mareſcallus fuit. Hereditarium jus habent in omnes Auſtriæ fabros laminarios. (Klampfferer.)

§. II. Scutum ſimpliciſſimum eſt, bipertitum, hinc *argento* ſplendens, hinc *nigricans*. Galea etiam coronata alas *argenteam* & *nigram* ſuſtinet. Insignia.

§. III. *Abenſpergiorum* non multum abludebat clypeus, ſimilis coloris ſed diagonaliter ſectus. vid. Wap. P. 2. p. 9. Galeæ autem apex imponebantur aures duæ aſininæ, argentea & nigra, ſingulæ ſenis ſtruthionicis plumis, illa nigris, hæc argenteis ornatæ. Abenſperg.

§. IV. Olim *Abenſpergii* ſub imperio fuere, & adhuc 1489. decem pedites ſubminiſtrabant, vide *Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 32.* Recens iterum locus familiæ in imperio inter Sveviæ Comites conceſſus eſt, & 1654. ſubſcripſit *Erneſtus Comes in Abenſperg & Traun.* Receptus enim eſt 1662. inter Sveviæ proceres in comitiis circularibus ob emtum Comitatum *Egloſs*. Inter imperii proceres.

§. V. Titulus Erneſto ille datur: *Comes in Abenſperg & Traun, Dn. in Meiſau, Praunſperg, VVolfpaſſing & Puckfluſs.* Titulus.

Caput CI.

Com. de Trautmansdorf.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Caſtelalt.*
3. *Hölzler.*
4. *Kirchberg.*
5. *Gentilis parmula.*
6. *Galea.*
7. *Tituli.*

§. I.

ILluſtriſſima *Trautmansdorfia* Comitum & Baronum familia ex *Styria* ortum trahit: uti inter Styros eam recenſet *VVolfg. Laz. de migr. gent. L. 6. p. 216.* (nam in inferiori Styria caſtrum *Trautmansdorf* ſitum eſt, aliud à *Trautmansdorfio* caſtro in Auſtria inferiori, quod Windiſchgræziorum eſt. vid. *Zeiler. de X. circ. T. 1. p. 80. 81. & append. p. 8.*) Illuſtriſſ. Comes Franciſcus Adamus de Brandis eos Tirolenſibus adſcribit Tirol. Adl. Ehrenkr. pag. 94. **Ritter/ jetzt Grafen von Trautmansdorf ſind zwar in unterſchiedlich Linien entſchieden/ jedoch alle auß Tyrol/ und von dem ſchloß Trautmansdorf entſprünglich.** Anno 1260. **befande ſich Hector im Teutſchen Orden/ ein Sohn** Alberti, **der wegen ſeiner tapfferkeit der kühne Kempffer genennet/ und auf allen Thurnier-plätzen förchtlich war.** Celeb. *Bucelinus Germ. P. 3. p. 239.* genealogiam orditur ab *Alberto Stüchs de Trautmansdorf* circa 1260. Hoc *Herrandus* natus eſt, eo *Herrandus II.* pater *Nicolai*, avus *Vdalrici*, proavus *Andreæ* & *Herrandi*, quorum illo lineæ aliquot ortæ ſunt, quas omnes defeciſſe reor: *Herrandus* autem ſub Friderico IV. juxta *Lazium* præter *Vdalricum* præpoſitum in *Polan* ſeu *Polnenſem*, (hic vero Bucelino *Herrandi* & *Andreæ* frater fuit.) *Ioannem, VVilhelmum* & *Leopoldum* genuit, totidem ramorum autor: nam *Leopoldus* circa 1497. in Tirolenſi comitatu conſedit, illorum qui in eadem provincia propagati ſator: Ex quibus Ehrenricus à 1621. ad 1623. Capitaneus provincialis (Landhauptmann/) ad Atheſim fuit. *VVilhelmus* in *Styria* hæſit; Ex *Ioanne* oritur linea, quæ in *Auſtria* fortunatum ſedem locavit, & ſub Ferdinando I. *Kirchſtetten, Reipottenbach*, nec non *Dozenbach* & alia bona acquiſivit. Ex ea ortus eſt gentis præcipuum ſidus *Maximilianus C. à Trautmansdorf* Familia.

Ferdinandi III. Conſiliarius intimus, Camerarius & aulæ Præfectus, E. A. V. & in pangenda pace Oſnabrugo-Monaſterienſi Plenipotentiarius.

Caſtelalt. §. II. Quod attinet ſcutum, id in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 20. & *Fürſt.* P. 5. p. 10. repræſentatur: utrobique quadrifariam ſectum. Primus laterculus *ternis argenteis & rubeis baltheis* exaratur. Quæ teſſera notat familiam *Caſtelalt* ſeu *Kaſtlalt*, uti videre eſt in *Fürſt.* Wapenb. P. 3. p. 103. ubi vitioſe inſcribitur Cadelalt. Ratio videtur repetenda ex matrimonio *Nicolai Trautmansdorfii* ex *Tirolenſi* linea & *Dorotheæ de Caſtelalt*, Tirolenſis. Porro de hac familia Illuſtriſſ. Comes Franciſcus Adamus de Brandis Tirol. Adl. Ehrenkr. pag. 50. ita: Edle Ritter von Caſtelat oder de Caſtro Alto beſaſſen Anno 1298. das ſchloß Caſtelat in Valzugana, als Lehen deß ſtiffts Velders/ Eliſabeth von Thun war umbs Jahr 1518. vergeſellſchafftet mit Franciſco, der der letzte ſeines namens.

Holzler. §. III. Alveolus ſecundus & tertius *argenteus* continet *tres pileolos acuminatos rubeos*, (triangulorum pene ſpecie,) quorum alter alteri incumbit. Qui, neſcio quam recte, à Sibmachero inſtar pileorum Cardinalitiorum pinguntur. Hoc ſymbolum fuit familiæ *Hælzleriæ* in Auſtria, forte ex conjugio *Herrandi*, qui ſator diverſarum linearum fuit, & *Maximillæ Holzlerin.* Lacius vocat *Holczlerinam* nobilem. De hac etiam inter Tirolenſes agit præfatus Comes Franciſcus Adamus Brandiſius Tirol. Adl. Ehrenkräntzlein. pag. 66. Edle Höltzel haben das hauß/ allwo jetzt der zoll Lueg ſtehet/ Anno 1480. aigen gehabt / und nnter Ertzhertzog Sigmund die Hauptmanſchafft Byſein und Clauſen verſehen/ und ob zwar deß letzten namen nicht wiſſend / ſo iſt doch ihr guter Adelſtand auß dem abnehmlich / daß die Herren von Trautmansdorff ihnen in der erbſchafft/ und auch einem theil deß Wapens Anno 1518. nachgefolgt.

Kirchberg. §. IV. Areola ultima media ſecatur, inferiori parte *aurea*, ſuperiori ex *cocco* & *argento* bipertita. Quod hieroglyphicum fuit *Kirchpergiorum* in Styria. Cum vero legam, *Herrandum* aliquoties jam memoratum ante Maximillam Hölzlerinam in thoro habuiſſe *Catharinam de Kirchberg*, ſuſpicor ab ea eſſe jus hujus areolæ.

Gentilis parmula. §. V. Scuto huic majori imponitur parmula gentilis ex *cocco* & *argento* bipertita, quæ continet *roſam* pari ſectione & contraria tinctura affectam, *auro gemmatam.*

Galeæ. §. VI. Galeæ tres imponuntur, coronatæ omnes. Ex priori *Caſtelaltina* (vid. *Fürſt.* Wapenb. P. 3. pag. 103. ubi herma ſed ſine cornibus, & veſte baltheis exarata,) inter duo cornua bubalina argenteis & coccineis baltheis variegata, quod malim quam teſſellata (ut eſt in *Fürſt.* l. cit.) herma virilis, indutus veſte hinc rubea iſthinc candida, caput tectus pileo orientali. Mediam caſſidem ornat faſciculus pennarum galli gallinacei bipertitus, hinc rubeus iſthinc argenteus, cum roſa ſcutaria pariter bipertita impreſſa, quod notat eſſe *Trautmansdorfiam.* Extrema galea *Kirchpergia* inter cornua teſſellata, prius argento & minio, alterum minio & auro, ſuſtinet hermam Æthiopis argenteo amictu. Ex *Sibmachero* apparet aures ei aſininas appictas, ex *Fürſtio*, detruncatorum brachiorum veſtigia comparere. Laciniæ ſunt omnes argenteæ & coccineæ.

Tituli. §. VII. Titulus *Maximiliani* Comitis ille fuit: *Comes in Trautmansdorf & VVeinſperg, Baro in Gleichenberg, Neuſtat ad Cocarum, Negau, Burgau & Tozenbach, Dominus in Teiniz:* Filii autem *Adami Matthiæ*, qui Cæſareus Conſiliarius, ſupremus provincialias Mareſcallus & Regius locumtenens Bohemiæ in Comitiis 1654. inter proceres Sveviæ ſubſcripſit, ille fuit: *Comes in Trautmansdorf, Liber Baro in Gleichenberg, Negau, Burgau & Tozenbach, Dominus in Teiniz, Grafenſtein, Leitemiſchel & Schlüſſelberg.* In patris titulo *VVeinſperg* & *Neuſtatt* donationis jure fuiſſe oportet, quæ dein pacis jure ad antiquos rediere Dominos. De reliquis vix habeo quod dicam.

CAPUT

Caput CII.

Com. Turriani seu *de Turre* seu *Thurn.*

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo.*
2. *Continuatio. Mediolani prætura.*
3. *Continuatio gentis.*
4. *Comites de Thurn.*
5. *Insignia versu descripta.*
6. *Eadem ex Henningesii typo.*
7. *Ex Sibmachero.*
8. *Turris Turriorum. Advocatia Ecclesiæ Ambrosianæ Mediolan. Mediolanum.*
9. *Sceptra liliata. Conjecturæ de origine.*
10. *Leo Valsassinorum.*
11. *Baronia S. crucis.*
12. *Vnicornu. Brodæ.*
13. *Titulus.*

§. I.

NON ab alio Illustrissimam *Comitum Turrianorum* seu *à Thurn* (qui aliquandiu *Mediolani Domini* Vicecomitum & Sfortiarum potentiæ demum cedere coacti, in *Forum Iulium* concessere, inde alio dispersi sunt,) gentem diligentius tractatam vidi, quam eam *Henninges Theatro* suo (*T. IV. P. I. p. 1113. & seq.*) ex *Leandro*, *Lazio*, *Iovio* & *M. Sebastiano Theodorico VVinsheimio* inserit. Primum ille allegat *Philippum Turrianum* seu de *la Turre* circa 1040. vel apud *Lazium* 1140. Justam autem genealogiam ordiri à *Neapoleonis* (quem *Lazius* memorat primum decertasse de *Mediolani Principatu* adversus *Othonem Vicecomitem* Archiepiscopum sub Conrado III. sed victum Joannis Pontificis autoritate, qui Vicecomitibus favent, & exulatum ivisse,) hisce gemellis *Heriprando* & *Calviano* seu *Calvanio*. Alii fratres hos duos (conf. Nobili. *Inf. Chifflet. les marq. d'honneur de la maif. de Taxis* P. I. p. 41.) Burgundos & ex secunda familia regum *Franciæ* ortos opinantur, dictosque *Sebastianum* & *Heriprandum*, prius vero unum ex ipsorum familia duxisse uxorem ex Ducum Burgundiæ stirpe, & cum ea dynastiam aliquam *de la Tour* nactum, unde *lilii* & *turre* usi sunt. Ita & *Lazius de migr. gent. L. 12. pag. 672.* ait: *Primordia paterna quidem ad Francos, materna vero ad Burgundos referuntur.* Aft incertas illas ex antiquitate conjecturas patiam moramur. Familiæ origo.

§. II. Quo I præfatos fratres attinet, hos ajunt in *vallem Saxinam* delatos *Taccium* a *Tatii C. Valsassinæ* duas filias duxisse, atque ita hereditatem amplam esse nactos: nec desunt qui à *Taccio* illo nomen *Taxiorum* derivare velint, uti non semel prænomina in nomina gentilia abivere. *Heriprando* natum *Henninges* dicit *Martinum* cognomento *Gigantem*, ob corporis & animi magnitudinem, qui in expeditione *Conradi Augusti* ad *Antiochiam* à Saracenis captus & omnibus excruciatus tormentis gloriosum martyrum more vitam finiverit 1147. Eum primum *cognomento de Turre* usum *Chifflet.* tus prodit. Eo vel ejus filio *Martino juniori*, cui etiam *Giganti* nomen, nati *Iacobus* & *Paganus*, illo qui 1227. decessit nati *Paganus*, *Martinus*, *Ioannes*, *Philippus*. Ex his *Paganum* Mediolanenses civitate donarunt, atque honore *Præturæ* auctum publicis consiliis præfecerunt, Imperator etiam *Imperii vicarium Mediolani* creavit, post cujus 1241. mortem *Martinus* successit, dictusque est à populo *Defensor*, *Pater Patriæ*, *Prætoriæque Potestatis Dictator perpetuus & magnus*; hoc etiam 1263. defuncto *Philippus prætoriam dignitatem* à populo in perpetuum impetravit. Ita tres fratres *Mediolanis* rexere, populi adversus Patricios partes tuiti, in hos tamen acerbiores visi. Continuatio. Mediolani prætura.

§. III. Paganus genuit *Hermannum*, *Salvinum*, *Franciscum*, *Napum* seu *Napoleonem*, *Cavernam*, *Paganum* & *Raymundum Patriarcham Aquilejensem* qui juxta alios Hermanni filius.) Ex his *Napus* patri *Philippo* successit, sed homo ferox & crudelis in civitatem, cum *Ottone Vicecomite Archiepiscopo Mediolanensi* gravissimum bellum gessit, adjutus autoritate Rudolphi Imperatoris, qui ei curam generalem *Lombardiæ* demandaverat, demum captus misere in squalore carceris Comi finivit 1270. Ejus germanus frater *Conradus* cognomento *Musca* vinculis à Comensibus solutus 1285. *Dominatorem Mediolani* iterum arripit, & Patritios pellit, demum ipse iterum cedere cogitur. Ex ejus filius *Cassonus* seu *Castonus Archiepiscopus Mediolanensis* fuit atque *Patriarcha Aquilejensis*, qui Henricum VII. 1308. coronavit, & *Floremontanus* cognomine *Musca* Continuatio gentis.

Muscæ gentem propagavit: Ex cujus posteris *Stagnonius Turrianus Comes Valsassinæ* Rudolpho II. consiliis & legationibus utilem præstitit operam. *Franciscus* Napi seu Napoleonis fratre, qui etiam *tribunus plebis* & *Augustæ Libertatis* dici voluit, natus est *Guido*, qui *Castonum* agnatum Archiepiscopum Mediolanensem cum fratribus captos Angeriæ tenuit, Marthæum Vicecomitem inde expulit & 1511. mortuus est pater *Francisci*, *Simonis*, *Nicolai*, *Annurati*, *Guiderti* & *Lunorati*. *Franciscus* Henrico VII. adversus, ejus in fenum concitavit, unde illo Vicecomitibus reconciliato Turriani potentia excidunt, & urbe ejiciuntur: ex illis *Lunoratus* in *Carnia Carneam* in *Forogomaricus* sedem fixit, *Tassiorum* seu *Taxiorum* fitor, de quibus prolixius cap. 93. agimus. *Hermannus* primus Pagani filius, præter *Manfredum Aquilejensem Patriarcham* *Gotfridum* genuit, *Lombardi* patrem, quo genitus *Phœbus* fator *Dominatorum de Capite Istro* ex feudo Principum Goritiæ, cujus posteritas in tertio defecit gradu, & *Raymundus*, cujus nepos *Hermagoras Thomam* genuit & *Phœbum*, quorum hic a Friderico III. Imp. præfectus constitutus *Portus Naonis* & civitatis Pisini, quo natus *Ioannes* a Maximiliano I. constitutus *Præfectus ad S. Viti de flumine*, genitor *Nicolai* celebris bello Ungarico viri & Gradiscæ præfecti atque *Phœbi*, quo *Ioannes* natus est, hoc *Francisco* gratia Ferdinandi prætorio Austriæ inferiorum provinciarum senator datus, tum Maximiliani II. apud Venetos orator, (à quo sua magna ex parte obtinuisse *Lazarus* perhibetur,) cui successit filius *Raymundus Baro* & *Comes Valsassinæ* Rudolphi II. Consiliarius.

Comites de Thurn.

§. IV. Supereſt ut *Salvini* ex Pagani filiis videamus posteritatem, ex qua *Comites de Thurn* descendunt. Illo natus *Volcanus* seu *Volonus Turrianus* cognomento à *Rubiach*, quod à Goritiæ Comite feudo accepit, ab agnato Patriarcha Aquileiensi Goritiam ductus, & Comiti gratissimus: pater *Henrici* & *Wolfoni* seu *Volfoni*, qui à Goritiensibus 1532. *Laurauam* & *Vosetium* accepit. Eo genitus *Richardus* inter Goritienses inclutus, pater *Ioannis*, avus *Richardi* fortis militis, quod clogium cum filius *Matthias* meruit; quo geniti *Georgius*, qui castra *Gurckfeld*, *Samaberg* & *Leonam* possedit, sed filia *Anna Ioanni Vngnadio L. Bar.* nupta doti ea attulit, & *Goritiæ Præfectus*. Hunc patrem habuere *Nicolaus*, *Andreas*, *Vitus*, *Martinus*, *Nicolaus* cum fratre *Vito Liber Baro* & *Comes Imperii* declaratus est, *Cilia Vicedominus* & strenuus in Turcas miles, cum *Matthia* fratre sine liberis extinctus est. A reliquis duabus duæ lineæ. *Andreas Ioannem* cognomento *Phœbum* pincernam Maximiliani I. *Erasmum* supremum finium Croaticorum & Slavonicorum maritimorum Capitaneum, Metlingæ Gubernatorem, *Christophorum* de Ungariæ regno amplissimis meritum & *Antonium* genuit, qui Capitaneus Medlingensis dignitate & Tergestinus à Ferdinando constitutus est, pater *Achatii*, bellis in Turcas clarissimi *Iosephi*, Capitanei Segniæ, inde Generalis finium Croaticorum, Carniolicorum & maritimorum (cujus hoc apud *Henning.* elogium: *Defensor & tutor ... Archiduci Carolo*: *subsidium omnibus Christianis*; *Turcis terrori* ... primi 1579 inter proceres (**Landmann**) *Austriæ inferioris*, ubi ... acquisivit, recepti, *Wolfgangi*, itidem expeditionibus in Turcas ... *Ioannis Ambrosii* Carniolæ præfidis & aulæ Caroli Archiducis M... men nullus filios præter *Achatium* reliquit. Demum *Vitus* Andreæ ... *Mariæ* præfectus, Carniolæ Ducatus proconsul, Ferdinandi Imp. ... gister & omnium ejus liberorum educator, conjux vero educatrix fuit ... annos. Austriacæ domui toga fagove servivit. Eo genitus *Francisci* ... & Tulmini, à *Bohemiæ* proceribus in numerum provincialium ascitus, & ... stro cum opido donatus est, pater *Georgii*, qui præses supremus inferiorum Austriæ ... *Viti Andreæ*, *Martini*, *Hieronymi Wenceslai*, *Henrici Matthiæ*, *Ioannis Iacobi*.

Insignia veris deſcripta.

§. V. Hæc dispositio familiæ fuit: quod ad insignia attinet, hoc carmine ... Henning. illa ornavit:

Majoris imaginibus majorum clarus avitis
Exuberat & excelsum tollit in astra caput.
Splendet imaginibus stirps hac generosa paternis,
nobile quæ à turri nomen & omen habet.

Quinque

Quinque vides galeas ſuper has (hinc nomina ſtirpi,)
Turris, *poſt* aquila *eſt*, *inde* columba, leo.
Cæruleus color eſt, flavensque, albensque rubensque,
in clypeo turris, crux, aquila *atque* leo.
Liliaque *&* cornu, *quod fronte enaſcitur* unum.
Vnde tot obtigerint noſcere ſigna cupis?
Gallica, ſi neſcis, ſtirps eſt ab origine prima,
Regia Gallorum lilia *jure gerit.*
Inde ſed in varias ducta eſt cognatio gentes,
è Burgundiaco turris & orta ſolo.
Venit ab Inſubribus generoſi forma leonis,
Valeſia *inſigni contribuente domo.*
Inſubris huc etiam non parvos ceſſit honores
urbs, Mediolanum *quæ modo nomen habet.*
Romanas aquilas *Germana potentia Regum*
& celebre imperium contulit atque crucem.
Hac propagata ſic jam per ſecula ſtirpe
Clarius haud quicquam Phœbus in orbe videt.
I, ſtatuens teneris aſſveſce laboribus annis,
præmia virtuti nec ſua dêſſe puta.

§. VI. Reſpondet hoc carmen ſcuto, quod ibidem, ſed ſine coloribus exprimit Henninges: quod quadripertitum prima areola *duo ſceptra utrinque liliata decuſſatim locata*, addito inferius *lilio*; altera *turrem*, tertia *leonem*, quarta *monocerotem* refert. Scutulum autem medium bipertitum hinc *dimidiam aquilam*, ifthinc *crucem* continet. Galeæ imponuntur quinque coronatæ, quarum à dextra prima *exorientem aquilam coronatam*, ſecunda *columbam roſtro oleæ ramum*, pede autem *ſchedam* cum voce TRANQUILITE gerentem, media *turrim*, quarta *exorientem lunem coronatum*, ultima *monocerotem* exurgentem ſuſtinet. Eadem ex Henningefii typo.

§. VII. In *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 18. etiam quadrifidum ſcutum vides: Prima quadra *argentea turrim miniatam* referente, ſecunda *cærulea liliata ſceptra* (hic quidem repræſentantur lilia cum radice evulſa) *aurea* decuſſatim locata, cum lilio inferius adpoſito; tertia *aurea leonem rubeum*; quarta *bipertita* altero ſemiſſe *rubeo dimidiam aquilam argenteam*; altero *argenteo crucem rubeam* continente. Galeæ quatuor ſunt; ex quibus primæ inſiſtit *columba candida* rubeis *pedibus* & *roſtro*, quo *ramum viridem* geſtat; ſecunda coronata ſuſtinet *rubeam turrim*; ex tertia coronata exurgit *leo rubeus coronatus*: extremæ pariter coronatæ inſiſtit *aquila coronata*. Laciniæ vero ſunt circa primam & ſecundam *rubeæ* & *argenteæ*, ad tertiam *coccineæ* & *aureæ*, circa extremam *cyaneæ* & *aureæ*. Ex Sibmachero.

§. VIII. *Turris* δάγμα eſt *Turrianæ* ſeu *Turriæ* gentis ipſius, quod nomen indicat. Cæterum non improbabilis eſt doctrina eorum (ita poſt *Bugatum Chiffl. l. c. p. 42.*) qui credunt hac turri deſignari *templum cathedrale Mediolanenſe*, quod fuerint *protectores* ſeu, uti loqui amant, *Vicedomini* aut *Advocati* illius Ambroſianæ Eccleſiæ. Quæ advocatorum dignitas ſuperioribus ſeculis tanti habita eſt, ut etiam Reges & ſumma capita illam ſibi honori ducerent: quo facit *Pagani Turriani* Epitaphium: Turris Turriorũ. Advocatia Eccleſ. Ambroſ. Mediolan.

Magnifici populi Dux, Tutor & Ambroſianæ
robur juſtitiæ, procerum jubar atque Sophiæ,
matris & Eccleſiæ defenſor maximus almæ:
& flos totius regionis nobilis hujus.
Sol ut in occaſu pallet decoratque Latinos.
Heu de la Turre noſtrum ſolamen obivit,
Paganus latebris urnæ brevis utitur iſtis.

Si hæc diſpliceat conjectura, aliam Chiffletius addit, videlicet turre illa notari ipſam *Mediolanum* urbem: ſicuti in nummo *Ludovici Imp. Aug.* (quem ex theſauris Pauli Petavii allegat) cum inſcriptione *Mediolanum* repræſentatur. Mediolanum.

§. IX. De *ſceptris liliatis* non dubium eſt, illa etiam ex δάγμασι Turrianorum fuiſſe, unde *Taxii* etiam illis uſi ſunt: ſed eidem plerumque areolæ inſerebant utrumque Sceptra liliata.

Conjecturæ de origine.

ſymbolum, & lilia poſt turrim locabant; vidi tamen etiam turri ſuperpoſita. Conjectura Chiffletii l. c. p. 44. de his ſceptris denuo quæ afferatur digna eſt: *Quant aux baſtons fleurdeliſez, qui ſouſtienent la tour & la maconnerie par derriere dans l'Eſcu des armes des Torriani: ils teſmoignent, que tout ainſi que les Seigneurs anciens de cette famille avoient pris de la main des Archeveſques de Milan. l'advouerie de l'egliſe & la defenſe de l'eſtat ſpirituel: de meſme auſſi ils avoient receu l'inveſtiture du temporel de cette belle province de la main des Empereurs: car ſemblables inſtruments, figurez en ſceptres, tels qu'aucuns Empereurs les portent en leurs ſceaux, en eſtoient les veritables ſignes: principalement de la tradition des droits des Regales: de laquelle pluſieurs font expreſſe mention. Quod* ſcipiones liliatos *attinet, qui ſuſtinent à tergo turrim & ejus opus cæmentartum in Turrianorum ſcuto, illi teſtantur, quod, ſicuti antiqui ſtirpis hujus Domini ex manu Archiepiſcoporum Mediolanenſium acceperunt* advocatiam Eccleſiæ *& Protectionem ordinis ſpiritualis, ita etiam receperint inveſtituram ſecularis poteſtatis hujus pulchræ provinciæ à manu Imperatorum. Nam ſimilia inſtrumenta in ſceptrorum ſpeciem formata, qualia aliqui Imperatores in ſigillis ſuis geſtant, erant vera ejus ſigna, inprimis traditionis jurium regalium, cujus multi diſertam faciunt mentionem.* Cæterum paulo obſcurius loquitur *Henninges* de *Hermanno* Pagani filio. *Primus ſigna familiæ turrem rubram in area candida mutavit in lilia aurea in area cærulea in formam turris* (atqui hæc non abrogata fuit, ſed tantum lilia vel adjecta vel ſubjecta,) *dicens ſe non tantum ex Burgundia, ut illa ſigna indicabant, ſed etiam ex familia Regum Gallorum ortum eſſe.* Huc etiam facit apud eundem Nicolai ἐπιτύμβιον.

Turriger eſt idem qui liliger, arma leonis
Inſubribus poſuit regia progenies.

Leo Valſaſſinorum.

§. X. *Leonem Valſaſſinam* tefferam eſſe, vix dubium eſſe poteſt. Ita *Sanſovinus* de Turrian. cum recenſuiſſet *Taccium C. Valſaſſinæ* filias duas duobus fratribus elocaſſe, & eos ditionum heredes reliquiſſe. *Per quæſto adunque i Torriani furono fatti* Conti di Valſaſina: *nondimeno ritennero il primo cognome di Signori* della Torre, *& preſero l'Arme di Conti* di Valſaſina, *ch'era un* Leone: *il quale fu meſſo in uſo da Pagano, che fu il primo che meteſſe in grandezza la ſua famiglia. Hac ratione ergo Turriani facti ſunt Comites* Valſaſinæ: *retinuere tamen primum* Turrianum *cognomen, aſcita teſſera Comitum Valſaſinorum* leone. *Quod Paganus, qui primus familiam extulit, in uſum traduxit.* De eo dubium eſſe poſſet, quo *VVolfg. Laz. de migr. gent. L. 12. p. 672.* leonem *aureum* ait in *cæleſtino* ſcuto apparuiſſe. Cæterum ex eo eſſe puto, quod *Henning.* ſub initium Turrianæ genealogiæ ſcutum pingit bipertitum, & hinc leone iſthinc turri inſigne. Ita etiam *Lazius* d. l. *Hinc aureum leonem in clypeo cæleſtino paternæ memoriæ ergo, & rubram turrim in candido clypeo ex matre primi Turriani generis inſignia gerunt.* Ex hoc derivat etiam *Chiffletius Taxiorum leones*, qui ſcuto tenendo adhibentur, quando veteres nonnunquam vetuſtiora vel obventita δείγματα huic uſui adhibere ſint ſoliti.

Baronia S. crucis.

§. XI. *Aquilam dimidiam & crucem* explicare non poſſum. Conjicio tamen ita notari *Baroniam S. crucis*, & forte aſſumtum hoc ſymbolum, cum 1525. Vitus cum fratribus ut membrum Romani imperii ſuſciperetur, ex quo video, titulum ſumtum *Liberi in S. cruce Baronis*, quod nomen iſtam teſſeram forte explicabit.

Unicornu.

§. XII. De *unicornu* pariter dicere nequeo, quid notet, niſi forte ſit *Broda* Bohemiæ, quæ Franciſco Turriano 1561. donata, & ipſe in ordinem provincialium aſcitus eſt in Bohemiæ regno. Unde hunc laterculum, ſi conjecturis agendum, Bohemicæ ipſius lineæ proprium fuiſſe exiſtimarim.

Broda.

Titulus.

§. XIII. Quod titulum concernit, illum Henninges tribuit: *Comites à Turri & Valſaſina, Liberi in S. Cruce Barones, Carniolæ & Illyrici prætorio præfecti, Goritiæ Comitatus Mareſcalli, Domini Liptnitii, Brodæ & VVaſſerſchetii. Carniolæ & Illyrici Præfectura* debetur gratiæ Ferdinandi Imp. qui tam bene de ſe & Auſtriaca domo merito Vito eam tribuit, ut ipſe, poſteri, fratres & conſanguinei ea fruerentur. Crediderim eidem etiam *Mareſcallatum Goritiæ* conceſſum: quamvis majores quoque comitibus Goritiæ in pretio fuiſſe & ob hoc beneficiis pluribus inſignitos legam. *Brodam* diximus eſſe à Franciſco, cui forte reliqua etiam Bohemica tribueris.

CAPUT

Caput CIII.

Vngnad. Com. de VVeiſſen-vvolf.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Elogium Joannis Vngnadii de Evangelio bene meriti.*
3. *Nomen Vngnadium.*
4. *Inter Auſtriæ. Imperii ordines.*
5. *Scutum. Tumersdorf.*
6. *Apex.*
7. *Tituli.*

§. I.

UNgnadiorum de *VVeiſſenvvolf* Illuſtriſſimam ſtirpem *Matthæus Dreſſerus* peculiari excoluit Chronico, edito Lipſiæ 1602. conf. etiam aliqua ap. *VV. Laz. de migr. gent. L. 6. p. 201. 202.* Creduntur ex Epiſcopatu Bambergio *Franconiæ* in *Carinthiam* veniſſe: & quidem nominatim *Theodoricus* de *VVeiſſenvvolf*, qui 1147. Conradi Auguſti in Palæſtinam expeditioni interfuit, memoratur ab Epiſcopo Bambergenſi Capitaneus ditionum Epiſcopalium in Carinthiam miſſus fuiſſe: Hic pater fuit *Sigismundi & Gothardi* equitum Hieroſolymitanorum, nec non *Guntheri*, qui 1191. ab Henrico VI. creatus eſt eques Romæ, in Ducis comitatu fuit adverſus R. Ungariæ Stephanum, victor ejusdem in campo Marannico, & reliquit *Ioannem, Henricum & Conradum*, qui Friderici II. expeditioni orientali interfuerunt, 1220. creati equites Hieroſolymitani. Hunc voluntavum *Vdalrici*, qui cum fratre *Bernardo* 1323. in ponte Tiberis à Ludovico IV. Imp. eques creatus eſt, communis pater duarum linearum ex *Conrado & VVolfhardo*, quarum illa defecit. Familia.

§. II. Inprimis meretur memorati *Ioannes Vngnad* vir ſuo tempore Clariſſimus, *Baro in Sonneck*, Capitaneus provincialis Styriæ, Capitaneus etiam & Vicedominus Cileiæ, Supremus Banus comitatus Warasdienſis, (Obriſter Span der Spanſchafft Varaſdin/) nec non ſupremus militiæ præfectus Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, atque Croaticorum & Vinidicorum limitum: quibus omnibus titulis ille etiam illuſtrior eſt, quem veritatis Evangelicæ amore & ejus promovendæ ſtudio meruit. Audiamus diverſæ partis virum, ſed candidum virtutum æſtimatorem, *Thuan. L. 38. pag. 418. Extremo anno* (ſc. 1564.) *Ioannes Vngnadius Sonneckius, vir & natalium ſplendore & virtute propria clarus jam ætate gravis, fatis conceſſit in Vintricia Sveviæ arce, & inde Tubingam translatus, atque ita jubente Chriſtophoro Virtembergico prope Vlrici parentis ſepulcrum conditus: is cum antea Styriæ & Carinthiæ ſub Ferdinando præfuiſſet, religionis cauſa patriam reliquit, & oblato à Chriſtophoro Virtembergico hoſpitio uſus, aliquandiu Vraci ſubſtitit: ubi cum incredibili propagandæ religionis deſiderio arderet, immenſis quoque ſumtibus Biblia ſacra & Theologorum aliquot ſcripta in linguam Turcicam & Croaticam converti, & ad gentes illarum linguarum peritas transferri curavit, laudabili ſane & digno, quod ad poſteritatem tranſmittatur, pietatis exemplo, quodque Principes, & qui majoribus opibus ſubnixi ſunt, deinceps imitentur.* Hoc ille. Epitaphium ei ſcriptum Tubingæ in templo legitur ſimplex. Anno 1564. den 27. Decembr. ſtarb der wolgebohrne Herr / Herr Hanß Ungnad/ Freyherr zu Sonneck. Dem GOtt gnad. Baumhauer. inſcript. monum. Tubing. B. 3. conf. *M. Zeiler. itin. Germ. P. 1. pag. 318. P. 2. pag. 162.* Prædicat ejus etiam pietatem *M. Cruſ. Annal. Svev. P. 3. L. 12. c. 11. pag. 726.* ubi inter alia de ipſo & poſteriori (nam prior Anna Turria Comes fuerat,) conjuge *Magdalena C. Barbienſi: Quam erat hoc pulcrum ſpectaculum, omni hic populo, & rarum, imo unicum: quando conciones ſacras frequenter adibant, manibus inter ſe junctis incedentes? Canus Dominus, venerando aſpectu: mulier ætate formaque integra, viri & heri ſui obſervantiſſima.* Elogium Joan. Ungnadii de Evangelio bene meriti

§. III. Quod *Vngnadiorum* nomen attinet, quod loco antiqui de *VVeiſſenvvolf* uſurpatum eſt, ajunt ex eo natum eſſe, quod ex hac gente Henricus Guntheri filius, cum tyrannum *Turpinum de Schachenſtein* in arce illa, quæ in gentis hujus Dominio *VValdenſtein* ſita erat, 1240. obſideret, eamque oppugnaret, gratiam ei facere Nomen Ungnadium.

nullam voluerit: unde ab iſtius uxore hoc agnomen inditum non diſplicuiſſe familiæ, quod ipſimet ſibi honori ducerent. Sed cum *Comitum* dignitate ſuſcepta priſcum illud *VVeiſſenvvolfiorum* receptum eſt.

Inter Auſtriæ. Imperii ordines.

§. IV. In Auſtriâ *David Vngnadius* primus fuit, qui inter proceres recipi obtinuerit. Nunc inter *imperii Comites* Svevico ſcamno annumerantur, in quibus *David Comes VVeiſſenvvolfius* præſes Cameræ imperialis (nepos alterius Davidis, qui legatione ad Ottomannicam aulam prudenter obitâ & Cæſarea dignitate ſtudioſe ſervata clarus 1600. deceſſit,) comitiis 1654 ſubſcripſit.

Scutum

§. V. In *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 20. ſcutum attribuitur quadripertitum. Prima quadra *rubea lupum rapacem argenteum* continet, quæ teſſera primæva ipſo nomine teſte fuit. (Unde errat Sibmach. cum canem vocat. Rüde.) Secunda & tertia *cærulea murum* continet *ter pinnatum aureum.* Quod ſymbolum eſt familiæ de *Tumersdorf* in Styria. Quarta areola *rubea* continet *duos moloſſos argentatos averſos & millis aureis colligatos ſalientes.* Cujus laterculi interpretationem non vidi,

Tumersdorf.

Apex.

§. VI. Galeæ tres inſiſtunt coronatæ. *Prima* inſidet lupus ſcutarius. *Secunda* ſuſtinet duo cornua, argenteum & rubeum, & poſt illa alas duas, quarum prioris ſuperior pars auro fulget, inferior cærulea eſt, alterius colores inverſi ſunt. *Tertia* inſident duo moloſſi argentei, millis aureis. *Laciniæ* ſunt circa primam galeam argenteæ & coccineæ, circa ſecundam cæruleæ & aureæ, circa extremam coccineæ & aureæ.

Tituli.

§. VII. Titulus Davidi Ungnadio 1654. in Comit. Ratiſponenſe ſubſcriptione ille datur: *Comes in VVeiſſenvvolf, Baro in Sonn- & Erſſeck, Dn. Dynaſtiarum Steyreck, Erbach, Rayth & Grüeskirch.*

Caput CIV.

Com. & Bar. de Volckrah.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Scutum.*
3. *Miſſendorf.*
4. *Galea.*

§. I.

Familia.

PErillustris familia Comitum & Baronum de *Volckrah* ex vetuſtis inquilinis *Auſtriæ* eſt, prius tamen provinciæ ſupra Anaſum quam infra eum: quamvis juxta *VV. Lazii* ſententiam ex *Svevis* venerint. *Bucelinus Germ. P. 3. p. 246.* eam orditur à *Stephano Volckrah* ſeu *de Volckrain* circa 1422. ſed vetuſtior eorum eſt memoria. Ita legitur in antiquis chartis 1355. *Fridericus Volckrah in Pach* (der Volckhra zu Pach/) *1386. Stephanus Volckrah de Koppenberg*, neſcio an cum ſuperiori idem.

Scutum.

§. II. Scutum quadripertitum *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 38. in prima areola & extrema *aurea* (Sibmach. *argento* pingit) *duæ cornices* (Kräen oder Holkrayen) *criſtis rubeis* (mit rothen käpplein auff dem kopff/) *trunco arboris, cujus radices & abſciſſorum ramorum veſtigia viſuntur, pali inſtar locato utrinque adhærentes* (zu beyderſeits an einem holtzfarben ſtamm mit wurtzeln und abgehackten äſtlein / ſo in mittel deß ſchilds nach der länge erſcheinet/ kleben/) repræſentantur. Hæc gentilis teſſera eſt, olim tamen nonnunquam unica *cornix* comparebat.

Miſſendorf.

§. III. Secundæ & tertiæ areolæ *praſinæ* inducitur *faſcia aurea*, deſignandæ extinctæ familiæ de *Miſſendorf* ſeu *Miſſingdorf*, ob matrimonium *Stephani Volckrah* & *Marthæ de Miſſendorf.* Hæc illis areola in ſcuto quadrifido à Ferdinando I. & jus cera cærulea utendi 1525. conceſſa eſt.

Galeæ.

§. IV. Galeæ ſcuto incumbunt duæ coronatæ, *priori* inſiſtit truncus primi laterculi cum appendentibus cornicibus. Ex *altera* protenditur jugum alarum viridium faſcia aurea exaratarum. *Laciniæ* hinc circumvolitant argenteæ & rubeæ, iſthinc aureæ & praſinæ.

CAPUT

CAPUT CV.

Com. & Bar. de Vrſenbeck.

ARGUMENTUM

1. *Familia.*
2. *Vrſenbeck.*
3. *Pfaffendorf.*
4. *Galea.*

§. I.

PErillustris gens *Vrſenbeckiorum, Comitum & Baronum* titulis incluta, ex *Styria*, ubi munus hereditarium **Erbſtäbelmeiſter-amt** obtinuere, in *Auſtriam* venit, prima tamen origine ex *Bavaria* ſunt. Quia vero diu in hac non ſuperſuere, *VVigul. Hund. f. 346.* eos recenſet inter extinctos, quorum in torneamentis mentio fiat (**die abgeſtorbene Thurnier-genoſſen**/) facit tamen mentionem eorum etiam, qui extra majorum patriam ſuperent, & addit nomen ſortitos ab *Vrſenbach* (**von dem Hofmarck Urſenbach im Mitterfelſer Landgericht**/) & veterem ſepulturam fuiſſe in *Ober-Altaych. 1165. Fridericus Vrſenpeck* eques in torneamentis Tigurinis legitur, & 1179. *Leonhardus* eques in ludis Colonienſibus. 1403. mortuus eſt *Petrus Vrſenpeck Abbas in Ober-Altaych.* Porro ſub Ferdinando I. in Auſtria *Petſchach* obtinuerunt. In *Georgii Bernardi L. B.* qui ſuperiori ſeculo vixit, liberis *Chriſtophoro, Ioanne Chriſtophoro, Georgio Chriſtophoro & Marquardo Chriſtophoro* peculiares ortæ ſunt lineæ. Familia.

§. II. Inſignia repræſentat *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. p. 79. in nobilitate Bavarica. Area prima *transverſe ſecatur*, & ſuperiori regione *nigra* inferius *auro* tingitur: quæ gentilis eſt teſſera. Addit Hundius allegatus, quosdam Urſenpeckios *rotam* apicis etiam ſcuto intuliſſe. Urſenpeck.

§. III. Latereulus ſecundus & tertius *rubeus duo ſceptra liliata & decuſſatim lotata argentea* continet; quod ſymbolum fuit extinctæ familiæ Styriæ *Pfaffendorfer*, ex matrimonio *Bernardi Vrſenpeck* (qui Georgii Bernardi avus fuit,) & *Veronicæ de Pfaffendorf.* Pfaffendorf.

§. IV. Caſſides ſcuto duæ coronatæ inſiſtunt: ex *priori* expanduntur alæ duæ, quarum prioris ſuperiora alterius inferiora nigricant, reliqua auro flavent, ante has autem inter duo cornua, contrariâ ad ſectionem alarum tinctura affecta, *rota argentea* locatur. *Lacinia* ſunt aureæ & nigræ. *Alteri* inſiſtunt tres mitræ latæ (ſeu Ducales) rubeæ ora reducta argentea, una ſuper altetam locatæ: ſuperiori vero imponuntur quinque plumæ ſtruthionicæ, duæ rubeæ tres argenteæ. *Lacinia* etiam ſunt ex argento & cocco. Galea.

CAPUT CVI.

Urſini. Duces Bracciani, &c. Principes & Com. de Roſenberg.

ARGUMENTUM.

1. *Origo familiæ.*
2. *Italici rami.*
3. *Scutum Duc. Bracciani.*
4. *Areæ majoris ſcuti.*
5. *Teſſera propria Vrſinorum.*
6. *Apex.*
8. *Horum deductio.*
9. *Gentis decora. Finis. Succeſſio.*
10. *Scutum. Dignitas principalis. Roſenbergii Franconiæ.*
11. *Apex.*
12. *Roſenbergii Carinthiæ.*
13. *Scutum & Galea.*
14. *Roſa ſolius uſus.*
15. *Spangſtein. Tituli.*

§. I.

URſinorum celebre nomen in Italia eſt, & inter quatuor Principes familias *Romanæ nobilitatis* numerantur, rebus geſtis incluti, & olim *Columniorum* fere perpetui adverſarii, his pro *Gibellina, Vrſinis* pro *Guelfica* parte ſtantibus. *Fr. Sanſovinus* domum Origo familiæ.

hanc deſcripſit, & refert *Mundillam* filium *Alduini Capitanei Gothi* ab *urſa* fuiſſe lactatum, unde nomen *Vrſinorum* ceperit. Alduinum autem occiſum acie, in qua tamen victoria ex ejus parte ſteterit, & ſepultum eſſe in ſuo vexillo, quod baltheis argenteis & rubeis pictum erat, cui incecerint milites roſas candidas, verum hoſtili cruore tinctas. *Raph. Volaterranus* ait, *Primienum* & *Vrſinum* fratres filios *C. Vrſini Capitanei Spoletani*, cum à Lombardorum obſidione Romam liberaſſent, à ſenatu & populo his inſigniis & jure civitatis donatos. Ex Germannia illis originem *Erneſtus Brotuffius Chron. & Gen. Anhalt.* aliam L. 1. c. 10. aſſignat, nimirum *Aribertum* ſeu *Aribonem II.* filium *Ariberti Vrſini*, orti ex *Beringia* Saxonica familia (ex qua majorum aliquis odio Francorum ad Romanos, & quidem Theodoſium juniorem venerit, eique militarem operam navarit, unde *Beringorum* nomen in *Vrſinum* mutatum ſit,) Romæ manſiſſe, cum frater *Radebotus* patri in ditionibus Ballenſtett & Aſcaniæ in Germania ſuccederet, cumque prole careret, ejus hereditatem iterum ex fratre Radeboto nepotem Aribertum ſeu Aribonem III. creviſſe, & autorem Romanorum Urſinorum factum, ac 708. extinctum eſſe.

Italici rami. §. II. Quicquid vero de origine ſit, quæ diſquiſitio cum nimis alte aſcendit, plerumque in fabulas deſinit, ſaltem nihil certi reperit, hodienum gens ea Romæ claret, & plures numerat *Duces* ac *proceres*, qui amplas ditiones poſſident. Ex illis enim ſunt Duces *Bracciani*, *Sanctigemini*, *Gravinæ*, *Montisrotundi*, *Caſtelli*, March. *Montis S. Savini*, Principes *Matriciæ*, Comites *Petiliani*, *Anguillariæ* & alii.

Scutum Duc. Bracciani. §. III. Ducis Bracciani, qui caput familiæ eſt, ſcutum tale repræſentat *Sammarth. l'eſt. de l'Eſp. p. 43.* ut quadris totidem *Aragonici* pali, *Imperialis* aquila, *Andina* lilia, ſubjecta cruce *Hieroſolymitana*, & *Hungarica* falciæ repræſentarentur: eis vero nova parma imponeretur denuo quadripertita. Prima & extrema areola, quæ proprie Urſina & gentilis eſt, ternis baltheis argenteis & rubeis exaratur impoſito cephalo argenteo cum roſa rubea, auro gemmata, alio capite ſ. falcia ſubjecta aurea, cum anguilla cærulea. *Sylv. Petraſancta* ita enunciat *teſſ. gentil.* pag. 488. *Roſa punicea, gemmata guttulis aureolis, & in apice ſcutario argenteolo ſata, cum ſubjecta inſtita aureoli metalli, in qua ſerpit anguillula cyanea, atque inſuper cuſpima parmulæ regione oblique ſexies oſtro atque argento lemniſcata.* Secunda & tertia argentea urſum refert erectum nigrum, cum numella aurea.

Areolæ majoris ſcuti. §. IV. Quod attinet majoris clypei quadras, rationem earum aſſignare neſcio: haud dubie vero ab aliqua filia Regis Siculi ex Aragoniis Urſino alicui elocata allegabuntur: ibi enim facile prædicta *δείγματα* concurrent.

Teſſera propria Urſinorum. §. V. Roſa & faſciæ Urſinorum, quod dixi, ſunt ſymbolum: Anguilla notat Comitatum *Anguillare:* Hunc tenuere peculiares Comites, quos ex parte enumerat *Henninges Theatr. T. 4. P. 1. p. 1065.* Cum vero *Franciſcus Averſi* filius ob itinera publica infeſtata à *Paulo II. Pontifice*, cujus monita aſpernatus erat, captus fuiſſet, & per quinquennium detentus, demum *Innocentius VIII.* Anguillariam his Comitibus ademit, atque *Franciſcetto Ciboni* ſeu *Ciboo* dedit, à quo in familiam *Vrſinam* venit. Hiſce Comitibus Henning. dicto loco anguillam tribuit, quam dein videntur Urſini inſeruiſſe faſciolæ capiti ſubjectæ. Neſcio vero an univerſa gens ea utatur. Certe *Virgino Vrſino* Cardinali idem Sammarth. p. 415. anguillam non adſcribit. Urſus cum numella ad nomen gentis alludit.

Apex. §. VI. Scuto imponitur galea coronata, ex qua naſcitur urſus niger cum numella aurea, dextro pede roſam geſtans purpuream. Laciniæ dependent argenteæ & rubeæ.

Ex illis Roſenbergii. §. VII. Porro ſicuti ad Italos Urſinos & Columnios plurimæ Germanorum familiæ originem ſuam referre amarunt, incerta traditione: quemadmodum cum primis ad Urſinos referre amant Aſcaniam Illuſtriſſimam ſtirpem, quam tamen antiquiorem Urſinis Romanis, & hos ex ea ortos, ſed altero ramo Beringiorum extincto ex illo Romano gentem denuo propagatam eſſe tradit, ut §. 1. diximus, Brotuffus: ita tamen vix dubium patitur Illuſtriſſimæ familiæ Roſenbergiæ ex Urſinis derivatio, cui inprimis inſignia favent.

Horum deductio. §. VIII. *Celeber. Bucelini Germ. P. IV. p. 232.* de origine illa verba ſunt: *Vitellus Vrſinus Romanus circa annum 1550. turbas Arnoldiſtarum fugiens cum cognato an fratre Nicolao*

Nicoloto Vrſino, ille ſub Henrico Duce in Carinthia, hic ſub Hermanno Goritiæ Comite in Slavonia conſedit iſte Vrſinorum Comitum de Blagay in Carniola, ille Comitum Roſenbergiorum in Carinthia autor fuit. Vitellus à Slavis Viteck dictus fuit, quod parvum Vitum ſeu *Vitellum ſonat.* Huic filios dat *Viteck II.* à cujus filio *VVollebius Roſenbergios Bohemiæ* deducat & *Henricum I.* à quo *Carinthii.* Quamvis autem diſſentiant, quæ paulo ante in geneſi Roſenbergiorum Bohemorum p. 230. dixerat, cum Viteckum I. jam Dominum de Roſenberg & Crumlow circa 1150. dicat, & Henrico alios det poſteros, dominos de *Crumlovv, de Alubecka, de Falckenſtein*: non tamen ob hanc differentiam, deductionem totam in dubium revocandam credo.

§. IX. In *Bohemia* certe linea, quæ ibi ſedem fixit, celeberrima fuit. *VVocko* enim, qui 1262. mortuus eſt, *regni Bohemiæ* fuit *Mareſcallus, Capitaneus Auſtriæ & Styriæ* ſub Ottocaro rege; filii *VVitko* iterum regni Mareſcallus, *Henricus* Burggravius ſeu Prorex Bohemiæ, *Nicolaus* Epiſcopus Pragenſis. Henrici filius *Petrus* ſupremus regni fuit Camerarius, & regis *VVenceslai III.* viduam *Violam* ſeu *Eliſabetham Teſchinenſem* in matrimonio habuit. Hujus nepos *Henricus* denuo Prorex in Bohemia claruit. Imo *VVockonis IV.* Gubernatoris Bohemiæ filii quatuor ordine Gubernatores fuere *Henricus, Ioannes, Iodocus, Petrus:* Unde eandem dignitatem deinceps geſſit *VVilhelmus*, gentis, quæ in fratre ejus *Petro VVockone*, qui vivus adhuc *Crumaviam* Bohemiæ civitatem, *Roſenbergiorum ſedem*, cum ditione annexa *Rudolpho II.* Imp. ceſſerat & veluti donaverat, 1611. in Bohemia defecit, penultimus, *Eq. A.V.* qui ex quatuor conjugibus *Catharina Brunſvicenſi, Sophia Brandeburgica, Anna Maria Badenſi* & *Polyxena Bernſteinia* nullam ſuſtulit prolem. Memorat *Zeiler. itin. Germ. P. I. p. 166.* ex veteri pacto Dominos de *Schvvanberg* in bona *Roſenbergia* ſucceſſiſſe. Unde etiam civitas *Sobieslavia*, quæ ſemper Roſenbergiis fidelis manſerat, & ab ultimo *Petro* libertate donata fuerat, *Schvvanbergium* patronum elegerit: qui etiam in teſtamento Petri collegium aliquod condiderit.

Gentis decora. Finis. Succeſſio.

§. X. *VVilhelmi* ſcutum ita deſcribit *Chifflet. Eq. A.V.* n. 267. *Scutum ſexies argento & minio oblique dextrorſus taniatum* (bande) *caput ſcuti argenteum roſa coccinea auro gemmata impreſſum: idem caput ſuſtentatum* (chef ſouſtenu) *aurea transverſa tænia, quæ cærulea anguilla eſt exarata.* Prorſus eodem modo repræſentat clypeum *Sibmach.* Wapenb. P. I. pag. 8. (Principibus Roſenbergios annumerans, forte ob dignitatem, qua in regno cluebant, ſed & *Mart. Zeiler. itin. Germ. P. I. pag. 167. & 621.* eos Principes vocat, **Fürſt und Regent deß Hauſes Roſenberg**/) excepto quod *anguillæ* mentionem non facit, quæ etiam ex his inſignibus merito exulat. Urſini enim Romani, quod §. 5. vidimus, eam ob Comitatum *Anguillariæ* inſeruerunt. Ex eo vero apparet παρέρεμα in Bucelini opere commiſſum, cum his Roſenbergiis ſcutum tribuit transverſe ſectum & palis alternante tinctura diſtinctum, quod *Roſenbergiorum* in Franconia eſt ſymbolum. vide *Sibmach.* Wapenb. P. I. pag. 100. cujus veſtigium in Harzfeldio ſcuto videbimus.

Scutum. Dignitas Principalis. Roſenbergii Franconiæ.

§. XI. Apex eſt galea coronata, cui innititur *roſa rubea auro gemmata.* Chifflet. loc. cit. eam *monticulo argenteo incumbere* memorat. *Lacinia* ſunt ex argento & cocco.

Apex.

§. XII. Quod Illuſtriſſimos *Roſenbergios Carinthiæ* attinet, quos diximus §. 8. à Bucelino derivari ex *Henrico I. VViteckonis* filio, eorum deductio in dicto autore videri poteſt. In *Styriam* immigrarant, ſed reverſus eſt circa 1550. *Vdalricus*, cujus pater *Maximilianus* pleraque vendiderat, in *Carinthiam.* Udalrici nepos *Ioannes Andreas S. R. Comes* creatus eſt, & Imperatoris Conſiliarius intimus atque Camerarius, nec non Burggravius Carinthiæ & Deputatorum præſes perpetuus fuit. Filio ejus *VVolfgango Andreæ* etiam titulus *Hereditarii Carinthiæ aulæ præfecti* tribuitur. In hoc & fratre *Georgio Nicolao*, quorum utrique filii ſunt, Illuſtriſſimum familiæ decus conſiſtit.

Roſenbergii Carinthiæ.

§. XIII. Hiſce ſcutum deberi, quod *Fürſt.* Wapenb. P. V. p. 9. recenſet, exiſtimo. Illud quadripertitum primo alveolo *argenteo diagonalem baltheum nigrum* inſcribit, *tribus numis argenteis oneratum*; ſecunda areola *bipertita* eſt ex *argento & cocco*, inſcripta *roſa tetraphylla ad ſimilis ſectionis modum tincta*; tertia area *aurea ſtellam rubeam* continet; quarta ex *minio & argento diagonaliter ſecta* refert *ferrum quo portæ muniuntur* (ſi figuram recte capio,) utroque extremo trifoliato, ſitu diagonali contrario

Scutum & Galea.

Digitized by Google

contrario , & tinctura item ateæ oppoſitæ. His media incumbit parmula *argentea* cum *roſa rubea.* Galeæ inſiſtunt quinque, *media* ſuſtinet roſam rubeam; *proxima* à dextris coronata alarum expanſarum & primi alveoli ſymbolo exaratarum jugum; *extrema* à dextris iterum coronata alam cum typo laterculi tertii; quæ mediæ ad *lævam* aſſiſtit ſuſtinet columnam vel pileum orientalem acuminatum ex minio & argento bipertitum , & roſa pariter ſecta faſtigiatum : *Ultima* ad ſiniſtram coronata videtur ursi hastam ferentis ſuſtinere. *Laciniæ* hinc pinguntur auro & rubeo colore, iſthinc eodem colore & altero metallo.

Roſæ ſolius uſus.

§. XIV. Quod ſola roſa utantur, *Vrſinam* deductionem non poteſt in dubium revocare; quò faciunt illa Clariſſ. *Æg. Gelenii de Colon. Agripp. magnit.* L. 2. ſ. 33. p. 195. *De Vrſinorum Romæ adhuc florentium Principum armis exiſtimo , ea compoſita eſſe, & initio roſam fuiſſe, inde ob Anguillariæ Ducatum adjectam inſtitam inſignitam anguilla atque lemniſcos navem repræſentantes.*

Spangſtein

§. XV. Quid areolis ſingulis num. 13. repræſentetur , fateor me ignorare (niſi forte ultima areola notat familiam *Spangſtein*, ex qua fuit *Barbara*, uxor *Georgii de Roſenberg*, circa 1460. conf. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 47.) Si quis ex titulo conjecturam facere velit, talem dat *Bucelinus Ioſepho Paridi: Comes in Roſenberg, Baro in Lerchenau & Gravenſtein, Dn. Sonneck, Feyerſpergſtein & Hohenbergen.*

Tituli.

Caput CVII.

Truchſeſſ. ſeu *Dapiferi de VValdpurg, Com. de VVolfeck, Zeil, Scheer, Trauchburg, Friedberg.*

ARGUMENTUM

1. *Origo eadem cum Althanniis.*
2. *Antiquiora.*
3. *Deductio.*
4. *Continuatio. Lineæ Sonnenbergia, VVolfeccia, Scherenſis.*
5. *Scutum. Leones Sveviæ.*
6. *Dignitas Dapiferatus hereditarii in imperio.*
7. *Dapiferatus Sveviæ: inde Imperii. Seldenecii.*
8. *Apex.*
9. *Scutum Com. Sonnenbergiorum.*
10. *Scutum plenum, & galeæ.*
11. *Virgo ſcutum tenens.*
12. *Tituli.*
13. *VValdpurg. VVolfeck. VValdſee. Marſtetten. Trauchburg. Advocatia Iſnenſis. Fridberg. Scheer. Zeil.*
14. *Aliorum Comitatuum & Dominiorum teſſeræ.*
15. *Pincerna de VVinterſtetten.*
16. *Inſignia.*
17. *Rami alio protenſi.*

§. I.

Origo eadem cum Althanniis.

QUod Illuſtriſſimorum *VValdpurgiorum Dapiferorum* attinet originem, de ea nonnihil diximus cap. 1. hujus libri , cum de Comitibus *Althannis* mentio fieret; communes enim majores cum iſtis hæc familia habere perhibetur, usque ad *VVernerum Com. de Thann, Dapiferum VValdpurgium*, patrem *Gebhardi*, à quo noſtri *VValdpurgii*, & *Friderici*, qui *pincernas de VVinterſtetten* & *Althannios* illos ſeverit.

Antiquiora

§. II. Qui altius ad incerta aſcendere amant, his ſufficere poſſunt, quæ ex *Felice Fabro I. H. Svev.* c. 21. adducuntur: *Romulum Ducem Sveviæ* ſub *Conſtantino M.* famulo ſuo *Gebhardo* præter Comitatum Trauchburgium, ob mortem ultimi Theodorici Comitis ad ſe delapſum, domum venatoriam, quam *VValdpurg* ob ſylvas circumſitas dixerit , dediſſe , nec non inſignia *trium conorum* ſeu *botrorum pineorum aureorum* (dannzapffen/) in clypeo *cæruleo* : ſuper galeam vero *pinum* ejusmodi pomis aureis ornatam. *Lyrerus* autem alicujus meminiſſe dicitur , qui 104. vixerit. Dubito autem , an ejusmodi traditiones , quæ hiſtoriarum peritioribus à fabulis parum diſtare videntur, familiarum honori ſerviant, quæ propriis decoribus ſatis ſuperque illuſtres ſunt.

Deductio.

§. III. Cæterum quod aliis etiam uſuvenit familiis , graduum certa deductio vix ad liquidum reducitur , apud alios alia occurrente. Vix aliam vero auſim præferre illi, quæ apud Celebert. *Gabr. Bucelin. Germ. Tom. II.* & dein *T. IV. p. 8.* reperitur.

Unde

Digitized by Google

Unde à *Gebhardo*, ad quem ſupra citato loco deſcendimus, ordiendo illius filii fuerũt, præter alios *Gebhardus Abbas Weingartenſis* & *Conradus Comes de Thann Mareſcallus Conradi III.* Hoc natus eſt *Eberhardus de Thann* Imperatoribus Friderico I. & Henrico VI. chariſſimus. Eo nati *Henricus Waldpurgius* Friderici I. aulæ præfectus, qui Hieroſolymis deceſſit, & *Bertholdus Dn. in Trauchburg*, Judex aulicus Imp. Tiguri, pater *Bertholdi junioris*, quo nati *Bertholdus* Dapifer in *Rhordorf* & *Ulricus in Trauchburg*, unde duæ lineæ, quarum hæc in nepote Henrico, iſta Rhodorfia in abnepotibus *Ottone*, qui obiit 1376. *Friccone*, cujus emortualis 1369. & *Conrado* defecit. *Henrici Waldpurgii*, (qui Bertholdi frater) filius fuit *Eberharnus*, denuo pater *Henrici* & *Friderici*, qui autor *Dapiferorum in Warthauſen*, Henrico genitus *Eberhardus*, qui obiit 1292. hoc *Joannes Dapifer S. R. I. Dn. in Waldpurg*, Judex provincialis Sveviæ mortuus 1338. & pater *Eberhardi*, à quo plerisque autoribus jam certior eſt deductio.

§. IV. Hic *Eberhardus* maritus *Agnetis Duciſſæ Tecciæ* genuit *Ottonem* patrem *Ottonis 1386.* ad Sempacum cæſi atque *Joannem*. (de hoc *Cruſ.* annal. Svev. P. 3. L. 6. c. 3. p. 313.). Hic jam *Joannes* ſolus Dapiferorum ſuperſtes, & inde pater communis factus eſt trium linearum, *Sonnenbergenſis*, *Wolfeccię*, & *Scheerenſis*, per totidem filios *Eberhardum*, *Georgium*, *Jacobum*. Sed prima etiam defecit. Nam *Eberhardus Comes Sonnenbergæ* & *Fridbergæ*, filios quidem genuit *Ottonem Epiſcopum Conſtantiæ*, *Eberhardum*, *Joannem* & *Andream*, qui tres connubia iniere, ſed nulli maſculus ſuperfuit. Quod *Wolfecciam* attinet, *Georgij* pronepos *Georgius III.* Dux fœderis Svevici in wirtenbergico & ruſtico bello, deinceps Ferdinandi locum tenens in Ducatu Wirtenbergico, qui *Præfecturam Sveviæ* pignoris nomine pro 50000. floren. accepit, alium genuit *Georgium IV.* hic *Jacobum*, qui communis pater eſt lineæ *Wolfeccię* per *Henricum*, *Comitem* creatum à Ferdinando II. patrem *Maximiliani Wilibaldi* bello celebris Comitis, & *Zeilenſis* per *Frobenium*, quo natus eſt *Joannes Jacobus* item Comes à Ferdinando II. Imp. creatus, nec non Ferdinandi Camerarius & bellicus Conſiliarius, qui 1677. deceſſit. modernorum genitor. Tertia *Scheerenſis* oritur à *Jacobo*, dicto **der güldene oder heilige Ritter/** ob ſuſceptum Hieroſolyma & ad montem Catharinæ ſeu Sinaitem, *Præfecturam Sveviæ*, Sigismundo D. Auſtriæ vendidit, ejusque geſſit nomine. Hoc inter alios editus eſt *Wilhelmus*. genitor *Ottonis Cardinalis* & *Epiſcopi Auguſtani*, qui ſeculo ſuperiori inclaruit, & *Wilhelmi*, qui de Carolo V. & Maximiliano Imperatoribus benemeritus eſt, legatus ad reges Hiſpaniæ, Galliæ, Poloniæ. Hoc nati ſunt *Gebhardus Archiepiſcopus* & *Elector Colonienſis*, qua dignitate pulſus ob ductam uxorem in exilio vixit, de quo hiſtoriæ ſuperioris ſeculi loquuntur, *Carolus* Cameræ præſes & *Chriſtophorus* gentis propagator. Hujus filii *Wilhelmus Henricus* item Cameræ præſes Comites in *Trauchburg*, *Fridberg* & *Scheer* profevit, *Fridericus* autem Comites in *Fridberg* & *Trauchburg*.

Continuatio.

Lineæ Sonnenbergiæ

Wolfeccia.

Scheerenſis.

§. V. Sed ſcutum familiæ jam videamus apud *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 19. quod eſt *aureum tribus* inſigne *nigris leonibus leopardorum more gradientibus*, *auribus*, *linguis & falculis rubeis*. (**die ohrlöcher/ zungen und griff roth.**) Hoc ipſum *Δεῖγμα Sveviæ* Ducatus eſſe, dubio vacat, vid. **Wapenb.** P. 2. pag. 2. Unde autem ad Waldpurgios venerit, non ex eo eſt, quod originem trahant ab antiquis Sveviæ Ducibus, ut Voſſio placuit in vita Fab. Donavii, ſed ita rem enarrare ſolent; fuiſſe *Henricum VValdpurgium Dapiferum* in ſervitio *Conradini* Svevicæ familiæ ultimi, ipſo cum Italiam petiiſſe, & hero ultima adhuc officia præſtitiſſe, cum Neapoli 1268. à Carolo Andino R. Neapolitano ſupplicio afficeretur, inde acceptam ab eo chirothecam ſeu annulum ſignatorium, ut petierat, *Petro R. Aragoniæ*, heredi inſtituto, attuliſſe: qui, quod heres facere potuerit, ob eam fidem Domino ſuo exhibitam inſignia Svevica Henrico conceſſerit, quibus mutatum avitum ſcutum: creditur que ipſum Ducatũ donaturus fuiſſe, ſi penes ipſum ſtetiſſet. Conf. *VV. Laz. de migr. gent. L. 8.* pag. 432. *VVald.* **Würtenb. Stamm- und Namens-quell** P. 2. c. 8. p. 147.

Scutum.

Leones Sveviæ.

§. VI. Huic ſcuto leonibus exornato Bucelinus ubique addit *caput ſcutarium* impreſſo *pomo imperiali*: quam vis vero non exprimantur colores, certum tamen eſt *pomum auro* & *arcam cocco* tingendam, quia eadem tinctura eſt ſcutuli Palatini vel nunc Bavarici, quo *Archidapiferatus* dignitas denotatur. Hi vero VValdpurgii ſunt

Dignitas Dapiferatus heredita ria in Imperio.

Imperii *Dapiferi hereditarii* atque ita domus illius Sereniſſimæ in hoc officio Vicarii. Conf. *Limn. Jur. publ. 3, 7, 73.* Ob quam cauſam, exemplo familiarum Limpurgiæ, Pappenheimiæ, Zolleranæ, hæc etiam dignitatis teſſeram ſcuto inſeruit, & quidem ſi contractius ſit ſcutum, quod audivimus, capiti inſcriptum. **Das Simpel oder ordinari Wapen beſtehet in den dreyen ſchwartzen Löwen / ſamt einem obgeſetzten rothen ſchwenckel / worinnen der vergüldte Reichs-apffel geſetzt iſt:** id vero eo facilius fuit, quia vexillum plerumque ita repræſentabatur, ut ſuperior ora rubea tænia latiori prætexta eſſet, **mit einem rothen ſchwenckhel /** ob quod etiam inſcripta eſt dignitas hereditaria.

Dapiferatus Sveviæ inde Imperii.

§ VII. Cæterum pridem fuerant *Svevici Ducatus hereditas Dapiferi*, unde eorum nomen ortum videtur, quod officium, niſi vetuſtius eſt, nam *Henning. Theat. T. 3. P. 1. p. 375.* memorat *Comites à Maurſtetten & VVeiſſenburg, Barones de Neyffen*, antiquos Ducatus Sveviæ Dapiferos,) ſaltem à familia Auguſtorum *Svevica* poterat ortum trahere, in cujus ſervitiis hi noſtri aſſidui fuere. Porro in A. B. c. 27. num. 6. officio nomen datur *Magiſter coquinæ*, qui ad analogiam reliquorum diceretur, *Vicedapifer* ſeu *Subdapifer*, noſtris **Truchſeß (Erbtruchſeß und Küchelmeiſter.)** Conf. *Limn. ad d. l. obſ. 8.* Fuit vero eo tempore hæc dignitas penes *Nortenbergeos* familiam, deinceps ad *Seldenecctos* devenit: ut ex Beſoldo Limn. d. l. obſ. 9. **Solches Erbküchenmeiſters- und Truchſeſſen-Amt haben die von Seldeneck zu Lehen getragen bey dem Churfürſten bey Rhein / und hat Anno 1638. Churfürſt Ludwig Pfaltzgraf wegen beſorgenden Abgangs deß Seldeneckiſchen Stammens ſolches Amts Anwartſchafft denen von Waldpurg verliehen.** Inde expectativam gente priori extincta impletam oportet. Hac vero cauſa Thuan. L. 32. *Seldenecciis* hanc dignitatem tribuit. Porro cum in **Wapenb.** P. 2. pag. 72. iisdem inſignibus utrumque nomen *Seldeneck-Nordenberg* in nobilitate Franconica tribuatur, non immerito forte cogitari poſſet, eandem fuiſſe familiam in diverſis lineis diverſa nomina ſortitam, de quo alii cogitent. Quod autem Limneus dubitat, ex ſenſu waldpurgenſis tempore *Friderici & Philippi* dicatur *Dapifer*, dubitatione vix egebat, quia Svevorum, atque ita ex Svevica familia ortorum Imperatorum hi fuerant Dapiferi, & ipſe poſtea obſerv. 29. p. 569. ex *Papenheimio Sveviæ Dapiferos* vocat nobiles viros de VValdpurg.

Seldenecctii.

Apex

§. VIII. Galeæ hujus ſcuti imponitur culcitra *rubea* (holoſerica) quarreau ou couſſin de velours cramoiſy,) *aureis* ornata *globulis* & *panniculis*, & ſuper ea *cauda pavonina*. Tum adjicitur magno gentis decore *vexillum Svevicum*: laciniæ vero ſunt aureæ & nigræ.

Scutum C. Sonnenbergiorũ.

§. IX. Hæc inſignia vetuſta ſunt, quibus nunc etiam utuntur, cum contractus ſcutum placet; ſed alias aliæ etiam adduntur areolæ. Linea *Sonnenbergia*, quæ jam extincta eſt, utebatur, ut apparet **Wapenb.** P. 2. pag. 19. ſcuto quadripertito, cum enim in areola prima & quarta eſſent *leones waldpurgii* (*Henninges. Theatr. T. 4. P. 1. p. 369.* ordinem areolarum invertit, quod & aliunde intelligo rectius eſſe,) latere culo ſecundo & tertio *caruleis* inſcripta eſt *Solis radioſi* imago *aurea*, *monticulo* (*tricipiti*) (Henning. hunc etiam omittit) *nigro* innixa. Imponitur galea ſcuto non *waldpurgia* ſed *Sonnenbergia* coronata, cum jugo expanſo alarum cærularum, ſole ſcutario ornatarum. *Laciniæ* ſunt ex auro & cyano. Porro Comitatum Sonnenbergium non procul à Gerolitztal & valle Pretigovia ſupra Veldkirchiam ſitum) nunc cum Bludenz una dynaſtia eſt,) ab Imp. Friderico III. emit Eberhardus 1463. ſed demũ eundem 53000. floren. Sigismundo Auſtriæ Duci iterum vendere coactus eſt. Alibi legi à Sigismundo emiſſe, ſed brevi iterum amiſiſſe, atque interpoſitione Helvetiorum pecuniam pro eo accepiſſe.

Scutum plenius, & galeæ.

§. X. Nunc quando pleniori placet ſcuto uti, in ejus primo & quarto quadrante leones *Svevici* familiares gradiũtur: in ſecundo cærulæo ſuper triplici monte nigro Sol radioſus *sonnenbergiorum* fulget: in tertio cæleſtino tres botri pineiformes *waldpurgii* comparent, de quibus num. 2. Media incumbit parmulæ rubeæ cum mundi ſphæra aurea, *Dapiferorum* dignitatem notans. Incumbunt clypeo quatuor galeæ: ex quibus prior coronata pinum viridem ornatam pomis aureis ſuſtinet: *ſecunda* mediante culcitra rubea cum globulis & panniculis ex meliori metallo

ex eodem

ex eodem incumbit mundi figura: *tertia* gentilis eſt pulvino tecta, cum cauda pavonina & vexillo Svevico, imminente leonibus pomo imperiali: *Extremam* coronatam ornant alæ cæruleæ ſingulis ſolibus aureis inſignes: alibi legi ſolem innitentem monticulis inter alas haſce conſpici. Myſterium hujus apicis illud ex illuſtriſſima gente intellexi: **Dieſe Blaue Sonnen-flügel zeigen an den eyfer/ ſo ein jeder Menſch zu der liebe GOttes und zu der ſeligkeit haben / und gleichſam mit flügeln dazu aſpiriren ſolle.** Laciniæ circumfunduntur ſcuto aureæ & nigræ.

§. XI. Scutum ſtipat virago ſeu heroina veſte candida, quæ longum tyrma trahit, ejus fimbriis auro prætextis, collari ex priſco more ornata, crinibus contortis quæ altera manu ſcutum tenet, altera vexillum Svevicum. Une pucelle Heroine en habit d'argent bordé or, trainant une queue à la moderne, la traiſe é au col pliée & les cheveux entrelaſſées ou tortillés à l'antique. Virgo ſcutum tenens.

§. XII. Quod titulos attinet, diverſæ lineæ diverſis utuntur. *wolfeccia* illum vidi: *S.R. Imp. hereditarius Dapifer* ſeu *Truchſeſſius, Com. in Wolfeck, Baro in Waldpurg, Dominus in VValdſee, Zeil. & Marſtetten. Zeilenſis* ex illa ortæ iſtum: *S.R. Imp. Dapifer hereditarius, Comes in Zeil, Dominus in VValdpurg, VVurzach, Marſtetten, VVolfeck & VValdſee.* Lineæ *Trauchburgicæ* hunc: *S.R.Imp. Dapifer hereditarius, Comes in Trauchburg & Fridberg, Dominus in VValdpurg & Scheer.* Demum *Fridbergenſis* unica transpoſitione: *S.R. Imp. Dapifer hereditarius in Friedberg & Trauchburg, Dn. in VValdpurg & Scheer.* Titulus.

§. XIII. Titulorum horum rationes jam reddendæ ſunt: De *Dapiferatu* dictum eſt. *VValdpurg* in Algovia prope Ravenſpurgum ex veteri patrimonio & imperii feudum eſt: illius vero dimidiam partem ab agnato VVilhelmo 1200o. floren emit Georgius ex VVolfeccia linea. *wolfeck* in Algoja attulit marito Joanni *Clara Dn. de Neyffen*, ſed caſtrum dicitur conditum à Joanne Com. Sonnenbergenſi, & ab ejus filia Apollonia Georgio agnato marito ſuo allatum. *waldſee* arx eſt & opidum non procul Biberaco: videtur etiam ex antiquis poſſeſſionibus domus eſſe, quam feudo à VValdpurgiis tenuerit familia, cui à VValdſee nomen, quæ forte cum in Auſtriam conceſſiſſet, ubi amplis ditionibus aucta eſt, Svevicas has poſſeſſiones reliquit. Sane *Lazius de migr. gent. L. 8 p.* 465. de Henrico VValdſeenſi ſcribit, in Svevia prædia habuerat à Dapiferis à VValdpurg beneficio. Cæterum ibi Fridericus II. monaſterium fundavit, ubi Dapiferis ſepultura eſt. Conf. Cruſ. annal. Svev. P. 2. L. 11. c. 11. pag. 478. *Marſtetten* nmere Truchſeſſi à *Kœnigsecciis*, cum hi *Rotenfels* emiſſent. *wurzach* ex iis eſt, quæ à *Clara de Neiffen* conjuge obtinuit Joannes. *Trauchburg* ſupra vidimus traditione tribui dono Romuli D. Sveviæ. Rectius apud *Henning. Theat. T. 3. P. 1. p. 299.* ab *Eberhardo Landgravio* vel *Comite Nelleburgenſi* partem Comitatus Trauchburgici in Algovia Joanni Dapifero VValdpurgio conceſſam legitur. P. 367. id de toto Comitatu dicitur, & additur *Advocatia iſnenſis*, tum una cum Eberhardo Nelleburgio fit mentio *Henrici C. Veringenſis*, nec non redemtum eſſe 190. marcis argent. Lazius ita de migr. gent L. 8. p. 432. *Comitatum Trauchburg ab Henrico C. à Veringen & Eberhardo à Nellenburg redimens totum ſuæ familiæ adjecit.* Ex quo colligo, jam prius partem penes hanc ſtirpem fuiſſe. Unde ſeculo decimo memoratur *Heſſo Dapifer de VValdpurg, Comes de Thann & Comes de Trauchburg*, qui advocatus cœnobii Campidunenſis ab Abbate conſtitutus ſit. Porro *Advocatiam Iſnenſem* vendidit *Otto Dapifer*, 9000. libris obolorum civibus, qua ratione civitas ad imperium pervenit. Literæ emtionis ſcriptæ ſunt 1365. Alii memorant, eum ab Iſnenſibus 8000. aureor. quæ Leopoldo Auſtrio mutuo dederat, viciſſim accepiſſe, ea cõditione, ut ſi ex bello non reverteretur, libertate gauderent, quod factum, ipſo 1386. ad Sempacum cæſo. *Fridbergium* (ab arce *Fridberg* inter Mengen & Saulgen ſita,) comitatum cum *Scheer* opido (à quo etiam ditioni vicinæ ad Danubium nomen **das ländlein Scheer** inditum *Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 46.*) à Friderico III. emit Eberhardus C. Sonnenbergius 1463. Filius autem Andreas circa opidum Scheer arcem ædificare cæpit 1486. Porro etiam ex Sonnenbergiis bonis aliqua in ipſorum poteſtate manſiſſe oportet, ex eo quia in matricula imperii ob ea ipſis certa quota aſſignatur. vid. *Mart. Zeiler itin. Germ. P. 2. p. 20. 21. Zeil* in Algoia prope Leutkirch quomodo obtigerit, non exprimere poſſum. Waldpurg. Wolfeck. Waldſee. Marſtetten Trauchburg. Advocatia Iſnenſis. Fridberg. Scheer. Zeil.

Recital of 13 Car. 2. c. 4. Whereas by one Act of Parliament made in the Thirteenth Year of the Reign of His Majesty that now is, Intituled, An Act for the Confirmation and Restitution of Corporations, it is amongst other things enacted, That no Person or Persons which then were, or thereafter should be Mayor, Bailiff, Alderman, Recorder, Common Council-man, Town Clerk, Steward, or any other Officer or Officers, Imployed in the Government of any City, Corporation, Cinque Port, Ancient Demesne, Borough, Town Corporate, or Member thereof, within the Kingdom of England, Dominion of Wales, or Town of Berwick upon Tweed, or Members thereof, should be capable to use, exercise, or enjoy his or their said Office or Offices, or any Part thereof, for the Space of One whole Year next after the Feast of St. Michael the Archangel, which should be in the Year of our Lord One thousand six hundred sixty and one, unless he or they, and every of them, within One Year before the Day of the Election of such Officer or Officers, should have taken the Sacrament of the Lord's Supper according to the Rites of the Church of England, and should have taken the Oath of Allegiance and Supremacy, and Subscribed a Declaration, mentioned in the said Act, and should have received the Sacrament of the Lord's Supper accordingly, in such Church or Chapel where he or they should be Members, and Inhabitants, or Parishioners, and Subscribed the Declaration aforesaid, and should have delivered a Certificate thereof under the Hands of the Minister and Churchwardens, or Chapelwardens, of the Parish or Chapelry where he or they should be Members, and Inhabitants, or Parishioners, and Subscribed the Declaration aforesaid, and should have delivered a Certificate thereof under the Hands of the Minister and Churchwardens, or Chapelwardens, of the Parish or Chapelry where he or they should receive the Sacrament as aforesaid, unto the Mayor, Bailiff, Alderman, Recorder, Common Council-man, Town Clerk, Steward, or other Officer or Officers, Imployed in the Government of any City, Corporation, Cinque Port, Ancient Demesne, Borough, Town Corporate, or Member thereof, within the Kingdom of England, Dominion of Wales, or Town of Berwick upon Tweed, or Members thereof, to whom the Oath should be administred, or his Deputy, in the Open Court, Hall, or Place where the Oath should be administred, at or before the Time of his taking the Oath of

neptibus defeciſſe videtur. Medius *Ioannes de Waldſtein in Stara & Stepaniz*, qui 1556. exceſſit, genuit *Wilhelmum & Zdenckonem*, Zdencko *Georgium*, hic *Wilhelmum Alberti VVenceslai Euſebii Ducis Fridlandiæ* patrem, quorum iſte non niſi filiam reliquit. *VVilhelmus* habuit filium *Ioannem*, hic *Adamum* Comitem Wallſteinium, cui deſtinatus erat torquis Equeſtris Aurei Velleris, ſed mors eum præripuit, hic reliquit *Maximilianum* Comitem, ſupremum Imperatoris Camerarium, aliquot liberorum patrem.

§. II. Familiæ ſcutum repræſentat *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 31. *quadripertitum* ex *auro* & *cyano*, totidem *leonibus coronatis inſcriptus, qui aureis cæleſtinas quadras, cærulei aureas implent, adverſis frontibus.* Cum in Bucelin. d. l. ſolus leo genti tribuatur, neſcio an ſculpturæ habenda ſit fides, nec ne? ſi ſculptor non erravit, alterum leonem ex aliqua affinitate acceſſiſſe oportet, quam tamen deſignare potis non ſum. Scutum.

§. III. Apicem conſtituunt ex coronatâ galeâ protenſæ *alæ cærulea & aurea*; quæ etiam tinctura eſt laciniarum. Apex

§. IV. Celebre inprimis nomen fuit ex hac ſtirpe præfati Fridlandii Ducis. Cujus illud elogium *Brachel.* hiſt. noſtri temp. *L.* 5. p. 230. inſeruit: *Natus eſt in Bohemiâ loco nobili. Adoleſcens varias regiones peragravit, ſed in Italia præcipue litteris operam dedit. Ingenio fuit inquieto varioque & ad arma promptior. Gloriæ & famæ, cujus ſi moderata ſit, eſt commendabilis cupiditas, ſupra modum appetens: ſæpe ſolitus dicere ad ſuos, ab humili & depreſſo animo, nihil magnum egregiumque expectari poſſe. Cultu vitæ habituque magnifico fuit, & ex quo celſitudinem animi æſtimares. Primum illi matrimonium cum illuſtri ac prædivite Hungaricâ viduâ fuit. Quæ non multo poſt defunctâ Comitis Harrachii, qui magna in aula Cæſaris gratia floruit; filiam duxit. Hic illi primus gradus atque aditus ad benevolentiam Cæſaris fuit. Qua ita deinceps valuit, ut Comes primum, deinde Dux, ac Princeps Imperii, denique his ſummus exercitus Imperatorii Præfectus, cum ampliſſima poteſtate renunciaretur. Cæterum exorientem potentiam ſuam, donec adjici aliquid poterat, temperatè habuit. Iræ injuriarumque impatientiſſimus fuit; adeo ut multi exiſtiment, jam inde ab eo tempore, quo in Comitiis Ratiſponenſibus ante triennium Præfecturâ militari exutus eſt, concepiſſe animo ultionem, qua Cæſarem Imperiumque peſſundaret. Sed hæc utut ſint, Scriptorum fidei relinquo: nam nihil de iis affirmate habeo.* De eo quicquid ſit, dubitari nequit, quod ejus in Imperatorem ſumma fuerint prius merita. 1611. Bethlemio Gabori oppoſitus fuerat. 1625. bello Danico inſignia ejus geſta extitere. 1626 ad Deſſaviam Manſfeldio gravem intulit cladem, inde in Ungariam arma tranſtulit. 1628. Megapolitanus Ducatus antiquis Ducibus Adolfo Friderico & Johanne Alberto remotis proſcriptisque, eo quod Daniæ regi militaſſent, neque Cæſari revocanti paruiſſent, ipſi collatus eſt, & Dominium Balthici maris affectatum, aut ſaltem tentata maritimo litore occupato irruptio in Daniam validior. Facile in poteſtatem conceſſere Roſtochium & Viſmaria, ſed victori reſtitit Stralſundia, licet ſumma vi impugnata, quæ ad Daniæ & Sueciæ auxilia reſpexit, non ultima cauſa Sueciæ in imperium expeditionis. 1630. ita jam imperii ordinibus potentia ejus ſuſpecta reddita erat, ut in Comitiis Ratiſponenſibus commune omnium poſtulatum eſſet, ut præfectura militaris Wallenſteinio abrogaretur, cum ipſi ut ſupremo capiti non modo delicta militiæ imputarentur, verum etiam novi principis, qui fortunæ felicitatem imperantius ferret, morum aſperitate & æqualium contemtu cunctos offenderet, ac unius gratiæ Cæſaris ſecurus nullo Principum aut legum Imperii reſpectu teneretur, vulgo *Dictator Imperii* dictus, apud omnes eſſet extremum odium. Imperium militare ſibi abrogari non moleſte vitus eſt ferre, qui forte ad ſe brevi redeundum proſpexerat. Quod 1632. factum eſt, ut Cæſareis rebus Lipſienſi prælio attritis, novus militiæ Dux poſtularetur. Cum renuiſſet oblata accipere, ab Eggenbergio Principe animum expugnari paſſus eſt, & ſuſcepit imperium, ſed iis conditionibus, ut ſuo arbitratu bellum gereret, hoſpitia & hyberna pro lubitu aſſignaret, pacem cum quibus viſum eſſet faceret, neque eorum quæ gereret rationem reddere cogeretur. Inde brevi collecto exercitu Bohemiam recuperavit, regis Svecici ſucceſſus ad Norimbergam cunctando fregit, ad Lüzam vero victus eſt, quo prælio tamen Rex cecidit. 1634. Cum novo ſacramento Ducis Fridlandiæ fata.

om nes primorum ordinum Duces obſtrinxiſſet, ne paterentur ſibi invito imperitum militare abrogari, exitium ſibi maturavit, & Egræ Leslæo autore à præſidiariis loci Scotis & Hiberniscum Terskio, Kinskio & Illoo, qui conſiliorum habebantur complices, de uno tamen dubitatum, trucidatus, tragicum tantæ potentiæ habuit exitium, variantibus de ejus delicto vel innocentia judiciis.

Scutum apud Chifflerium.

§. v. Equitibus Aurei Velleris ab Hiſpano rege aſcriptus erat, qui tamen minime videbatur illi parti addictus, ex quo nonnulli credidere ruinam ejus promotam. Scutum ipſius, quo utebatur, Chifflet. Eq. A. V. n. 362. ita deſcripſit. *In ſcuto miniato aquila aurea* (in Gallico d'argent, argentea, quod etiam malim, ob ea quæ ſequuntur) *corona & cruribus aureis, alia item corona circa collum aurea: Aquilæ corporis appictum ſcutulum ab ſummo bipertitum: Pars dextra argentea, Angelo dimidiato impreſſa, veſte & alis caruleis cum mitella argentea pectori decuſſatim impoſita; ſuſtentante laſerculo cyaneo, aureo leone impreſſo: Pars ſiniſtra, cyano & auro quadripertita, cum quatuor leonibus, binis ſibi vultu utrinque diverſis, metallicis in ſolo colorato, coloratis in metallico: Galea coronata tortili regum priſcorum diademate, ſpiris mixtis, ex auro & argento & minio: Apex, aquila ſcutariæ ſimilis. Laciniæ utrinque, in ſummo ex argento & minio: in media ex argento & cyano: in imo ex auro & minio.*

Fridland.

§. vi. Ex his quatuor in totidem quadris leones notare Waldſteiniam ſeu Wallenſteiniam ipſam gentem, ex prioribus liquet: Angelum cum ſuppoſito leone aureo crediderim *Fridlandiæ* Ducatum deſignare, Cæſarea gratia ipſi collatum.

Sagan.

De aquila quod dicam, ſi Chifflerii deſcriptio mendo caret, vix habeo. Quando vero *Sagani* etiam Ducatum titulis adſcripſit, hujuſque Ducatus (Wapenb P. 2. p. 5.) teſſera continet in auro aquilam nigram, forte non immerito aliquis dubitet, ut ôte à Chifflerio tinctum eſſe ſcutum & aquilam, eique Saganenſem ſubſtituendam dicat. At nihil definire audeo.

Scutum auctius Megapolitanis laterculis.

§. vii. Cum jam Megapolitanum etiam Ducatum teneret, ampliori clypeo uſus eſt, illorum quoque laterculorum aſcitis decoribus. Unde vidi 1633. in moneta illam diſpoſitionem, ut duæ transverſæ lineæ in tres regiones dividerent ſcutum. In ſuprema regione ſeu capite tres areolæ juxta poſitæ continebant *caput bubalum Megapolitani* ſeu *Meckelnburgii Ducatus ſignum*, quam ego *Saganenſem* exiſtimo, *Angelum*, ut puto, *Fridlandium* cum ſubjecto leone. Faſcia clypei iterum tres laterculos exhibebat; ex quibus in medio viſebantur *VVallenſteinii* quatuor leones, ſtipati hinc bubalo capite *Vandaliæ*, iſthinc *Stargardiæ* ſectione transverſa. Demum ſcuti pes bipertitus gryphum *Roſtochii*, & manum quæ annulum porrigit, *Swerini* notam, referebat. De quibus areolis Megapolitanis L. 1. c. 61. actum eſt. Ratio vero, quare illas aſciverit, ex beneficio Imperatoris eſt, qui eum his Principatibus ornaverat, Principibus ex læſæ Majeſtatis capite exauctoratis. Quæ inter alias cauſa eorum conſanguineum Guſtavum Adolphum regem ad arma capienda induxit: Hujus ope recepere Duces avitum patrimonium, & cæde VVallenſteinii expiravit ei facta donatio.

Titulus.

§. viii. Titulum eidem monetæ illum adjectum vidi: *Albertus D. G. Dux Megapolis, Fridlandiæ & Sagani, Princeps Vandaliæ.*

CAPUT CIX.

Bar. de VVelz.

ARGUMENTUM.

1. *Familia, Linea.*
2. *Teſſera.*
3. *Reichenburg.*
4. *Galea.*

§. I.

Familia.

PErilluſtris gentis *VVelziorum Barônum* origo ex *Carinthia* eſſe videtur, de *Ober & Nider-Wels* nomine aſſumto, inde in *Styriam* & *Auſtriam* ſe diffuderunt. Capitales vero lineæ eſſe videntur apud Celeb. G. *Bucelin. Germ. P. 1. p. 269. 270. Carinthia & Styria.* Quarum *illam* à *Balthaſaro Welzer* circa 1400. orditur, quæ in ejus nepotibus

Mauritii

Mauritii filiis *Balthasaro* & *Georgio* in duas lineas abiit: *Hujus* primum constituit *Conradum Welzer* sub principium seculi decimi quarti. Ejus nepos *Conradus Wulfingum* & *Joannem* genuit, à quibus iterum duo rami, nisi quod in Wulfingi nepotibus *wulfingo* & *Sigismundo* iterum unus in duos furculos distinctus est. In *Austria* potissimum tres numeratæ sunt lineæ, *Stichartia*, *Pruzendorfia* & *Eberstseinia*. Potissimum vero hæc stirps in Austriam venit sub Ferdinando I. Imperatore, & *Stcharts* jure connubiali, inde hereditate *Greizenstatt* & *Pruzendorf* obtinuit. Accessit etiam *Liberorum Baronum* dignitas, qua hodierno etiam tempore familia caret. Lineæ.

§. II. Scutum exhibet *Sibmah.* Wapenb. P. I. pag. 34. quadrifariam divisum. Prima quadra bipertita est ex *minio* & *argento*: in illo *brachium curvatum* & *armatum ex argento*, in hoc iterum *brachium curvatum cocco indutum* repræsentatur. Quæ duo brachia manus jungunt, tanquam *fidei* dandæ symbolo. Secunda vero & tertia *nigra triangulum argenteum ex inferiori dextro angulo in caput scuti & latus sininistrum ducti* (ein weisser zwickel nach der schrens unter sich geneigt/) ostentat. Hæc tessera gentilis est, & aliqui ex ea gente solo illo triangulo, alii solis brachiis utebantur, demum quadrifariam dispositio scuto tota familia utrumque σύγμα conjunxit. Tessera gentilis duplex.

§. III. Toti incumbit parmula media *argentea*, referens *lupum cæruleum auro coronatum*. Quæ tessera est ab extincta familia *Reichenburg*, affinitate illis, quantum reperio, bis connexa. Nam *Ruperti à Welz* ex *Styriâ* uxor prior fuit *Margareta* vel *Barbara de Reichenburg* & ex *Carinthiis Sigismundus Polyxenam de Reichenburg* quartam uxorem habuit. Hanc gentem esse autumo Dominorum à Reichenburg Styrorum, qui in Carnoliæ finibus castra habebant, & à Lazio migr. gent. L. 6. pag. 211. aliqui recensentur, ultimo expresso Joanne, qui 1511. vixerit. Reichenburg.

§. IV. Galeæ scutum tres premunt coronatæ, quarum *priorem* ornant duo alæ expansæ coccinea & argentea cum brachiis & manibus junctis, symbolo primi lateralis scutarii: *secundæ* insidet lupus coronatus; *ultimæ* sustinet quinque plumas struthionicas argenteas & nigras. *Lacineæ* autem argento pinguntur, cui adduntur colores circa primam rubeus, circa secundam cæruleus, circa tertiam ater. Galeæ.

CAPUT CX.

Com. de VVirbm.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Linea.* 2. *Insignia.* 3. *Ratio.*

§. I.

CElebertrimus *Gabr. Bucelinus Germ. Tom. 3. pag. 257.* Illustrissimos *de Wirbm* seu *VVrbna* Dominos & Comites refert ad *Werboslaum de Wirbm* sub Arnolfo seu Ottone II. Imperatore. Inde quatuor fratres enumerat, qui 1220. fundarint monasterium in *Schweyniz* & alterum *Gryskiense*, *Stephanus senior*, *Franciscus*, *Stephanus junior* & *Andreas*: quod vero eos Werboslai filios constituit, cum Chronologia concilia ri nequit. A *Stephano III.* Wirbm (qui 1241. funestissimo Silesiæ adversus Tartaros prælio prope Lignicium cum filio Andrea cecidit) justam seriem nectit. Ejus autem filio Andrea natus *Joannes*, hoc *Gindricus senior*, pater *Gindrici junioris* 1301. Episcopi Uratislavienses & *Henrici* seu *Hinconis*, tutoris Principum Uratislavienium: hujus filio *Michaëli* & nepoti *Joanni* titulus datur *Comes & Dominus de Wirbm*. Joanne natus est *Hinck* seu *Henricus*, qui 1445. obiit, relicto filio *Joanne Domino & Comite de Wirbm & Freudenthal in Franckenstein*, qui 1477. excessit. Familia. Hoc geniti linearum autores *Bernardus* & *Joannes*, sed quæ ex hoc prodiit, defecit. Bernardo alii nati *Joannes* & *Stephanus*, illo *Henricus Com. à Wirbm*, Capitaneus provincialis Moraviæ, plurium liberorum pater. *Stephanus* genuit *Joannem de Wirbm in Hilschin* Capitaneum provincialem Troppaviensem *Carolum in Schilersdorf*, *Bartholomæum in Trüdeck*, & *Albertum in Dobroslavviz & Neukirchen*, patrem *Joannis*, *Stephani* & *Bernhardi*, ex Linea.

quibus

Statute of Additions.

1. A. B. late of C. in the County of Warwick, Yeoman, is indicted of Felony, and pleads Not Guilty, and is found guilty by the Jury, he shall not have his Clergy, because he is not named Gentleman, nor Esquire, nor Yeoman, nor Husbandman, nor Labourer, nor Servant to any Man.

Pro.

2. A. B. Husbandman, is arraigned and found guilty of Felony, and the Indictment wants Addition, he shall have his Clergy, because he is not named Gentleman, nor Esquire, nor Yeoman, nor Husbandman, nor Labourer, nor Servant to any Man.

Cap. XV.

Cum Statutum de Finibus levatis.

A Statute, that Fines levied in the Kings Bench, Common Pleas, and in the Exchequer

1. Fines levied in the Kings Bench, Common Pleas, and in the Exchequer, shall be proclaimed in the Courts where they are levied, and not elsewhere.

§. v. Titulus eſt Illuſtriſſimi Comitis *Gotliebii: S.R.Imp. Com. & Dom. in Windiſchgrätz, Liber Baro in Waldſtein & in Thal, Dn. in Trautmansdorf, Stabuli Provincialis Styriæ Magiſter hereditarius.* (**Erblandſtallmeiſter in Steyr.**) Quod *Trautmansdorf* attinet, Archidux Carolus 1576. vel 1578. eam, quæ prius ad cœnobium Milleſtadium in Carinthia ſeu ordinem ſancti Georgii ſpectaverat, Windiſchgræcius vendidit. Tituli. Trautmansdorf.

CAPUT CXII.

Com. de VVolckenſtein.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Ejus deductio. Linea.*
3. *Linea Troſtburgia.*
4. *Rodneccia.*
5. *Scutum ex Chifletio.*
6. *Ex Sibmachero.*
7. *Wolckenſtein à Maulrappiis.*
8. *Villanders & Pradel.*
9. *Rodnegg.*
10. *Inter ordines imperii.*

§. 1.

ILluſtriſſima *Wolkenſteiniorum* Comitũ ſtirps ex antiquiſſimis Tirolẽſis agri eſt. De ea ita Illuſtr. *Comes Brandiſius* **Tirol. Adl Ehrenk.** p. 101. **Edle Ritter von Villanders und Pardell/ befanden ſich** Anno 650 **rittermäſſig und herrſcher deß Gerichts Villanders/ ob wohl auch andere allda wohnende Geſchlechter dieſen Namen führeten/ ſo ſeynd dieſe die jenige/ von denen die jetzige Grafen von Wolckenſtein unmittelbar abſteigen. Dann Randl von Villanders und Pardell erkauffte** Anno 1291. **das alte ſchloß Wolckenſtein von** Ruberto **Maulrappen/ deſſen Sohn** Conradus **alsdann** Anno 307. **die überſchrifft von Wolckenſtein zu brauchen angefangen/ deſſen Mit-Erben gleichwohl den Namen von Villanders allein behalten.** Familia.

§. II. *Gabr. Bucel. Germ. T. 2. Bb. 2.* primum nominat *Chunonem Dn. de Villanders,* Juſtam autem ſeriem deducit à *Chunone II.* ſeu *Chunrado de Pradelle 1150.* Cujus filii *Bertholdus* & *Henricus* poſteritatem habuerunt, quam omittit, medii fratris *Tegenonis de Villanders* potiſſimum rationem habens: eo natus *Wilhelmus*, hoc *Gerlochus I.* qui 1296. obiit, judex civitatis Bolzanenſis: hoc præter alios nati *Henricus* junex in *Graveſich* lator, qui in ejus pronepote Joachimo defecit, & *Randoldus* ſeu *Randoldus*, qui 1319. obiit, pater ex Dorothea Dn. de Rottenburg & Kaltern *Henrici V.* cujus poſteri nomen de Villanders & Pradel retinuere, atque *Conradi*, qui primus Wolckenſteinii nomen aſſumpſit, & Burggravius fuit in Seben, extinctus 1373. genitor præter *Ezelinum*, *Wilhelmum* & *Joannem*, quorum brevior fuit poſteritas, inprimis *Friderici*, quo *Michael* & *Oſwaldus* nati, duarum linearum autores in *Troſtburg* & *Rodneck*, diviſione inſtituta 1402. Ejus deductio. Lineæ.

§ III. *In Troſtburgia* linea Michael *Bertholdum* ſuſcepit, hic *Wilhelmum* primũ lineæ Baronem, qui 1522. exceſſit, pater *Wilhelmi II.* Baronis, quem ex duabus conjugibus plurimi genitorem agnovere: in quibus eminet ſuſcepti *Wilhelmus* (*Bertholdi* Comitis parens) *Marcus Siticus, Engelhardus, Caſpar, Melchior Hannibal*, qui omnes poſteritatem habuere. Ultimo genitus eſt *Franciſcus Chriſtophorus*, maritus Com. Eberſteiniæ, ob quam pars Comitatus ad Wolckenſteinios. Linea Troſtbergia.

§. IV. Quod attinet *Rodnecciam* lineam, Oſwaldus *Oſwaldum III.* ſuſcepit, primum ejus Baronem, hic *Mattheum, Sigismundum* & *Joannem*, quorum non diuturna foit progenies. & *Michaelem* Equitem Velleris aurei, qui *Vitum* reliquit geſtis bellicis clarum, hic *Chriſtophorum*, in cujus filiis *Carolo, Chriſtophoro juniore, Sigismundo* totidem rami exivere, horum vero filii Comitum dignitate exornati ſunt. Rodneccia.

§. V. *Michaelis* ex Rodnecciis, quem diximus Equitem Aurei Velleris fuiſſe, ſcutum ita deſcribit Chifflet. Eq. A. V. num. 142. *Scutum quadripertitum I. & IV. quadrans, oblique deexrorſus in nubem diviſus, ex argento & minio. II. & III. caruleus palo tripertito argenteo in ſummitate peracuto impreſſus. Galea auro coronata. Apex. Elephantinæ promuſcides gemina coccinea, tergus obverſæ, pictis pavonum orbiculis in* Scutum ex Chifletio.

externo ambitu ornatæ: in promuſcidum medio aureum ſepimentum, plumis tribus argenteis faſtigiatum. Plumatile acroſtolium argenteum & miniatum.

Ex Sibmachero. §. VI. In *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 26. non multo aliter repræſentatur, niſi quod ſecundus laterculus & tertius transverſe ſed inæqualiter diſtinguitur, inferiori anguſtiori parte *rubea*, ſuperiori latiori *cæleſtina*, in qua *tres acuminati pali* ſeu *pyramides ex argento* viſuntur. Toti huic clypeo imponitur parmula media *cærulea* cum *cantherio argenteo*. Imponuntur duæ coronatæ galeæ, ex quarum *anteriori* cornua (quæ Chiffletio ſæpius in proboſcides commutantur) rubea, utraque quinis orbiculis pavoninis in exteriori margine ornata, protenduntur, inter ea autem ſepi aureæ impoſitę conſpiciuntur tres plumæ ſtruthionicæ argentatæ; Laciniæ vero dependent rubeæ & argenteæ: ex *poſteriori* caſſide coronata protendunur naturali colore picta duo cornua cervina, inter quæ conſiſtit pileus orientalis ex cyano & minio bipertitus, coronatus & plumis cæruleis atque argenteis faſtigiatus, ora reducta argentea. Laciniæ etiam ſunt argenteæ & cæleſtinæ.

Wolckenſtein a Maulrappis. §. VII. Laterculus nubibus diſtinctus nomine indice deſignat *VVolckenſtein*, ſeu familiam *Maulrappiam* quæ arcem illam poſſedit. De hac Illuſtriſſ. *Com. Franciſcus Adam Brandiſius* p. 75. **Edle Maulrappen haben ihr herkommen von der alten Veſte/ ſo auff einem hohen felſen in Greden ſtehet/ allezeit mit wolcken umbgeben/ und darumb Wolckenſtein genennet wird. Dieſe iſt** Anno 1291. **oder** 1292. **von den Maulrappen** Rudolpho **von Villanders zu Pradel verkaufft worden/ dannenhero** Anno 13. 8. **ſich Conrad oder Randold von Villander deß obgedachten Rudolffs Sohn zum erſten mahl von dieſem ſchloß von Wolckenſtein geſchrieben/ von dem die jetzige Graffen von Wolckenſtein herſtammen. Sie/ Maulrappen / waren umbs Jahr** 1356. **erb-beamte und belehnte deß ſtiffts B. ixen / ſollen auch mit den edlen Vingen eines gleichen geſchlechts geweſen ſeyn/ und iſt/ nachdem ſie auff den Landtag zu Meran** Anno 1361. **erſchiehnen/ von ihnen nicht mehr wiſſend.**

Villanders & Pradel. §. VIII. Pali acuminati ſeu pyramides videntur teſſera vetus & gentilis eſſe de *Villanders & Pradel.*

Sumo 88. Orbis Datæ 21ª & Orbis Datæ 22ª. Subtrahe Orbem Datæ 21ª ab Orbe Datæ 22ª, & habebis Orbem Datæ 23ª.

Sumo 89. Tempus Datæ 3ª & Orbem Datæ 23ª. Per Tempus Datæ 3ª & Orbem Datæ 23ª, Data 4ª invenitur per Casum 1. & 2ª.

Sumo 90. Semidiametrum ☉ Apparentem Datæ 4ª, & Semidiametrum ☉ Apparentem Datæ 1ª. Si hæ æquales sunt, Data 4ª æqualis erit Datæ 1ª. Sin autem Semidiametrus Apparens Datæ 4ª major fuerit Semidiametro Apparente Datæ 1ª, Data 4ª minor erit Data 1ª. Si vero Semidiametrus Apparens Datæ 4ª minor fuerit Semidiametro Apparente Datæ 1ª, Data 4ª major erit Data 1ª.

Sumo 91. Orbis Datæ 1ª & Orbis Datæ 2ª. Subtrahe Orbem Datæ 1ª ab Orbe Datæ 2ª, & habebis Orbem Datæ 3ª.

Sumo 92. Orbis Datæ 3ª & Orbis Datæ 4ª. Subtrahe Orbem Datæ 3ª ab Orbe Datæ 4ª, & habebis Orbem Datæ 5ª.

Sumo 93. Orbis Datæ 5ª & Orbis Datæ 6ª. Subtrahe Orbem Datæ 5ª ab Orbe Datæ 6ª, & habebis Orbem Datæ 7ª.

Sumo 94. Orbis Datæ 7ª & Orbis Datæ 8ª. Subtrahe Orbem Datæ 7ª ab Orbe Datæ 8ª, & habebis Orbem Datæ 9ª.

Sumo 95. Orbis Datæ 9ª & Orbis Datæ 10ª. Subtrahe Orbem Datæ 9ª ab Orbe Datæ 10ª, & habebis Orbem Datæ 11ª.

Sumo 96. Orbis Datæ 11ª & Orbis Datæ 12ª. Subtrahe Orbem Datæ 11ª ab Orbe Datæ 12ª, & habebis Orbem Datæ 13ª.

Sumo 97. Orbis Datæ 13ª & Orbis Datæ 14ª. Subtrahe Orbem Datæ 13ª ab Orbe Datæ 14ª, & habebis Orbem Datæ 15ª.

Sumo 98. Orbis Datæ 15ª & Orbis Datæ 16ª. Subtrahe Orbem Datæ 15ª ab Orbe Datæ 16ª, & habebis Orbem Datæ 17ª.

Sumo 99. Orbis Datæ 17ª & Orbis Datæ 18ª. Subtrahe Orbem Datæ 17ª ab Orbe Datæ 18ª, & habebis Orbem Datæ 19ª.

Sumo 100. Orbis Datæ 19ª & Orbis Datæ 20ª. Subtrahe Orbem Datæ 19ª ab Orbe Datæ 20ª, & habebis Orbem Datæ 21ª.

Sumo 101. Orbis Datæ 21ª & Orbis Datæ 22ª. Subtrahe Orbem Datæ 21ª ab Orbe Datæ 22ª, & habebis Orbem Datæ 23ª.

Sumo 102. Orbis Datæ 23ª & Orbis Datæ 24ª. Subtrahe Orbem Datæ 23ª ab Orbe Datæ 24ª, & habebis Orbem Datæ 25ª.

Sumo 103. Tempus Datæ 3ª & Orbem Datæ 25ª. Per Tempus Datæ 3ª & Orbem Datæ 25ª, Data 4ª invenitur per Casum 1. & 2ª.

Sumo 104. Semidiametrum ☉ Apparentem Datæ 4ª, & Semidiametrum ☉ Apparentem Datæ 1ª. Si hæ æquales sunt, Data 4ª æqualis erit Datæ 1ª. Sin autem Semidiametrus Apparens Datæ 4ª major fuerit Semidiametro Apparente Datæ 1ª, Data 4ª minor erit Data 1ª. Si vero Semidiametrus Apparens Datæ 4ª minor fuerit Semidiametro Apparente Datæ 1ª, Data 4ª major erit Data 1ª.

Sumo 105. Orbis Datæ 1ª & Orbis Datæ 2ª. Subtrahe Orbem Datæ 1ª ab Orbe Datæ 2ª, & habebis Orbem Datæ 3ª.

Sumo 106. Orbis Datæ 3ª & Orbis Datæ 4ª. Subtrahe Orbem Datæ 3ª ab Orbe Datæ 4ª, & habebis Orbem Datæ 5ª.

Sumo 107. Orbis Datæ 5ª & Orbis Datæ 6ª. Subtrahe Orbem Datæ 5ª ab Orbe Datæ 6ª, & habebis Orbem Datæ 7ª.

Sumo 108. Orbis Datæ 7ª & Orbis Datæ 8ª. Subtrahe Orbem Datæ 7ª ab Orbe Datæ 8ª, & habebis Orbem Datæ 9ª.

Sumo 109. Orbis Datæ 9ª & Orbis Datæ 10ª. Subtrahe Orbem Datæ 9ª ab Orbe Datæ 10ª, & habebis Orbem Datæ 11ª.

Sumo 110. Orbis Datæ 11ª & Orbis Datæ 12ª. Subtrahe Orbem Datæ 11ª ab Orbe Datæ 12ª, & habebis Orbem Datæ 13ª.

Sumo 111. Orbis Datæ 13ª & Orbis Datæ 14ª. Subtrahe Orbem Datæ 13ª ab Orbe Datæ 14ª, & habebis Orbem Datæ 15ª.

Sumo 112. Orbis Datæ 15ª & Orbis Datæ 16ª. Subtrahe Orbem Datæ 15ª ab Orbe Datæ 16ª, & habebis Orbem Datæ 17ª.

Sumo 113. Orbis Datæ 17ª & Orbis Datæ 18ª. Subtrahe Orbem Datæ 17ª ab Orbe Datæ 18ª, & habebis Orbem Datæ 19ª.

Sumo 114. Orbis Datæ 19ª & Orbis Datæ 20ª. Subtrahe Orbem Datæ 19ª ab Orbe Datæ 20ª, & habebis Orbem Datæ 21ª.

Sumo 115. Orbis Datæ 21ª & Orbis Datæ 22ª. Subtrahe Orbem Datæ 21ª ab Orbe Datæ 22ª, & habebis Orbem Datæ 23ª.

Sumo 116. Orbis Datæ 23ª & Orbis Datæ 24ª. Subtrahe Orbem Datæ 23ª ab Orbe Datæ 24ª, & habebis Orbem Datæ 25ª.

Sumo 117. Orbis Datæ 25ª & Orbis Datæ 26ª. Subtrahe Orbem Datæ 25ª ab Orbe Datæ 26ª, & habebis Orbem Datæ 27ª.

Sumo 118. Tempus Datæ 3ª & Orbem Datæ 27ª. Per Tempus Datæ 3ª & Orbem Datæ 27ª, Data 4ª invenitur per Casum 1. & 2ª.

Sumo 119. Semidiametrum ☉ Apparentem Datæ 4ª, & Semidiametrum ☉ Apparentem Datæ 1ª. Si hæ æquales sunt, Data 4ª æqualis erit Datæ 1ª. Sin autem Semidiametrus Apparens Datæ 4ª major fuerit Semidiametro Apparente Datæ 1ª, Data 4ª minor erit Data 1ª. Si vero Semidiametrus Apparens Datæ 4ª minor fuerit Semidiametro Apparente Datæ 1ª, Data 4ª major erit Data 1ª.

Sumo 120. Orbis Datæ 1ª & Orbis Datæ 2ª. Subtrahe Orbem Datæ 1ª ab Orbe Datæ 2ª, & habebis Orbem Datæ 3ª.

Sumo 121. Orbis Datæ 3ª & Orbis Datæ 4ª. Subtrahe Orbem Datæ 3ª ab Orbe Datæ 4ª, & habebis Orbem Datæ 5ª.

Sumo 122. Orbis Datæ 5ª & Orbis Datæ 6ª. Subtrahe Orbem Datæ 5ª ab Orbe Datæ 6ª, & habebis Orbem Datæ 7ª.

Sumo 123. Orbis Datæ 7ª & Orbis Datæ 8ª. Subtrahe Orbem Datæ 7ª ab Orbe Datæ 8ª, & habebis Orbem Datæ 9ª.

Sumo 124. Orbis Datæ 9ª & Orbis Datæ 10ª. Subtrahe Orbem Datæ 9ª ab Orbe Datæ 10ª, & habebis Orbem Datæ 11ª.

Sumo 125. Orbis Datæ 11ª & Orbis Datæ 12ª. Subtrahe Orbem Datæ 11ª ab Orbe Datæ 12ª, & habebis Orbem Datæ 13ª.

Sumo 126. Orbis Datæ 13ª & Orbis Datæ 14ª. Subtrahe Orbem Datæ 13ª ab Orbe Datæ 14ª, & habebis Orbem Datæ 15ª.

Sumo 127. Orbis Datæ 15ª & Orbis Datæ 16ª. Subtrahe Orbem Datæ 15ª ab Orbe Datæ 16ª, & habebis Orbem Datæ 17ª.

Sumo 128. Orbis Datæ 17ª & Orbis Datæ 18ª. Subtrahe Orbem Datæ 17ª ab Orbe Datæ 18ª, & habebis Orbem Datæ 19ª.

Sumo 129. Orbis Datæ 19ª & Orbis Datæ 20ª. Subtrahe Orbem Datæ 19ª ab Orbe Datæ 20ª, & habebis Orbem Datæ 21ª.

Sumo 130. Orbis Datæ 21ª & Orbis Datæ 22ª. Subtrahe Orbem Datæ 21ª ab Orbe Datæ 22ª, & habebis Orbem Datæ 23ª.

Sumo 131. Orbis Datæ 23ª & Orbis Datæ 24ª. Subtrahe Orbem Datæ 23ª ab Orbe Datæ 24ª, & habebis Orbem Datæ 25ª.

Sumo 132. Orbis Datæ 25ª & Orbis Datæ 26ª. Subtrahe Orbem Datæ 25ª ab Orbe Datæ 26ª, & habebis Orbem Datæ 27ª.

Sumo 133. Orbis Datæ 27ª & Orbis Datæ 28ª. Subtrahe Orbem Datæ 27ª ab Orbe Datæ 28ª, & habebis Orbem Datæ 29ª.

Sumo 134. Tempus Datæ 3ª & Orbem Datæ 29ª. Per Tempus Datæ 3ª & Orbem Datæ 29ª, Data 4ª invenitur per Casum 1. & 2ª.

Sumo 135. Semidiametrum ☉ Apparentem Datæ 4ª, & Semidiametrum ☉ Apparentem Datæ 1ª. Si hæ æquales sunt, Data 4ª æqualis erit Datæ 1ª. Sin autem Semidiametrus Apparens Datæ 4ª major fuerit Semidiametro Apparente Datæ 1ª, Data 4ª minor erit Data 1ª. Si vero Semidiametrus Apparens Datæ 4ª minor fuerit Semidiametro Apparente Datæ 1ª, Data 4ª major erit Data 1ª.

Sumo 136. Orbis Datæ 1ª & Orbis Datæ 2ª. Subtrahe Orbem Datæ 1ª ab Orbe Datæ 2ª, & habebis Orbem Datæ 3ª.

Sumo 137. Orbis Datæ 3ª & Orbis Datæ 4ª. Subtrahe Orbem Datæ 3ª ab Orbe Datæ 4ª, & habebis Orbem Datæ 5ª.

Sumo 138. Orbis Datæ 5ª & Orbis Datæ 6ª. Subtrahe Orbem Datæ 5ª ab Orbe Datæ 6ª, & habebis Orbem Datæ 7ª.

Sumo 139. Orbis Datæ 7ª & Orbis Datæ 8ª. Subtrahe Orbem Datæ 7ª ab Orbe Datæ 8ª, & habebis Orbem Datæ 9ª.

Sumo 140. Orbis Datæ 9ª & Orbis Datæ 10ª. Subtrahe Orbem Datæ 9ª ab Orbe Datæ 10ª, & habebis Orbem Datæ 11ª.

Sumo 141. Orbis Datæ 11ª & Orbis Datæ 12ª. Subtrahe Orbem Datæ 11ª ab Orbe Datæ 12ª, & habebis Orbem Datæ 13ª.

Sumo 142. Orbis Datæ 13ª & Orbis Datæ 14ª. Subtrahe Orbem Datæ 13ª ab Orbe Datæ 14ª, & habebis Orbem Datæ 15ª.

Sumo 143. Orbis Datæ 15ª & Orbis Datæ 16ª. Subtrahe Orbem Datæ 15ª ab Orbe Datæ 16ª, & habebis Orbem Datæ 17ª.

Sumo 144. Orbis Datæ 17ª & Orbis Datæ 18ª. Subtrahe Orbem Datæ 17ª ab Orbe Datæ 18ª, & habebis Orbem Datæ 19ª.

Sumo 145. Orbis Datæ 19ª & Orbis Datæ 20ª. Subtrahe Orbem Datæ 19ª ab Orbe Datæ 20ª, & habebis Orbem Datæ 21ª.

Sumo 146. Orbis Datæ 21ª & Orbis Datæ 22ª. Subtrahe Orbem Datæ 21ª ab Orbe Datæ 22ª, & habebis Orbem Datæ 23ª.

Sumo 147. Orbis Datæ 23ª & Orbis Datæ 24ª. Subtrahe Orbem Datæ 23ª ab Orbe Datæ 24ª, & habebis Orbem Datæ 25ª.

Sumo 148. Orbis Datæ 25ª & Orbis Datæ 26ª. Subtrahe Orbem Datæ 25ª ab Orbe Datæ 26ª, & habebis Orbem Datæ 27ª.

Sumo 149. Orbis Datæ 27ª & Orbis Datæ 28ª. Subtrahe Orbem Datæ 27ª ab Orbe Datæ 28ª, & habebis Orbem Datæ 29ª.

Sumo 150. Orbis Datæ 29ª & Orbis Datæ 30ª. Subtrahe Orbem Datæ 29ª ab Orbe Datæ 30ª, & habebis Orbem Datæ 31ª.

Sumo 151. Tempus Datæ 3ª & Orbem Datæ 31ª. Per Tempus Datæ 3ª & Orbem Datæ 31ª, Data 4ª invenitur per Casum 1. & 2ª.

Sumo 152. Semidiametrum ☉ Apparentem Datæ 4ª, & Semidiametrum ☉ Apparentem Datæ 1ª. Si hæ æquales sunt, Data 4ª æqualis erit Datæ 1ª. Sin autem Semidiametrus Apparens Datæ 4ª major fuerit Semidiametro Apparente Datæ 1ª, Data 4ª minor erit Data 1ª. Si vero Semidiametrus Apparens Datæ 4ª minor fuerit Semidiametro Apparente Datæ 1ª, Data 4ª major erit Data 1ª.

Sumo 153. Orbis Datæ 1ª & Orbis Datæ 2ª. Subtrahe Orbem Datæ 1ª ab Orbe Datæ 2ª, & habebis Orbem Datæ 3ª.

Sumo 154. Orbis Datæ 3ª & Orbis Datæ 4ª. Subtrahe Orbem Datæ 3ª ab Orbe Datæ 4ª, & habebis Orbem Datæ 5ª.

Sumo 155. Orbis Datæ 5ª & Orbis Datæ 6ª. Subtrahe Orbem Datæ 5ª ab Orbe Datæ 6ª, & habebis Orbem Datæ 7ª.

Sumo 156. Orbis Datæ 7ª & Orbis Datæ 8ª. Subtrahe Orbem Datæ 7ª ab Orbe Datæ 8ª, & habebis Orbem Datæ 9ª.

Sumo 157. Orbis Datæ 9ª & Orbis Datæ 10ª. Subtrahe Orbem Datæ 9ª ab Orbe Datæ 10ª, & habebis Orbem Datæ 11ª.

Sumo 158. Orbis Datæ 11ª & Orbis Datæ 12ª. Subtrahe Orbem Datæ 11ª ab Orbe Datæ 12ª, & habebis Orbem Datæ 13ª.

Sumo 159. Orbis Datæ 13ª & Orbis Datæ 14ª. Subtrahe Orbem Datæ 13ª ab Orbe Datæ 14ª, & habebis Orbem Datæ 15ª.

Sumo 160. Orbis Datæ 15ª & Orbis Datæ 16ª. Subtrahe Orbem Datæ 15ª ab Orbe Datæ 16ª, & habebis Orbem Datæ 17ª.

Sumo 161. Orbis Datæ 17ª & Orbis Datæ 18ª. Subtrahe Orbem Datæ 17ª ab Orbe Datæ 18ª, & habebis Orbem Datæ 19ª.

Sumo 162. Orbis Datæ 19ª & Orbis Datæ 20ª. Subtrahe Orbem Datæ 19ª ab Orbe Datæ 20ª, & habebis Orbem Datæ 21ª.

Sumo 163.

§. x. Quomodo adhanc gentem ſucceſſio *Bergarum* delata, ſed denuo ad Montanos ſeu Bergenſes Comites delapſa ſit, §. 3. dictum eſt. Bergæ.

CAPUT IV.

Brancaccii Duc. de Villars.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Cardinales. Linea.*
2. *Brancaccii in Francia.*
3. *Scutum ex Gelioto.*
4. *Rationes. Ioyeuſe. S. Didier.*
5. *Ex Sammarthano ſcutum. Apex.*
6. *Titulus.*
7. *Brancacciorum in Neapol. teſſera.*

§. I.

ILluſtriſſimam familiam *Brancaciorum* ſeu de *Brancas* P. Anſeaume Palais de l'honn. pag. 358. ad *Brancaccios Neapolitanos* refert: Ex quibus *Cardinales* fuere *Renaldus* Brancaccius 1385. *Ludovicus* 1408. *Nicolaus* in Concilio Piſano, *Thomas* 1411. *Martus* Archiepiſcopus Viterbienſis 1633. Inprimis celebris fuit *Alexander Brancaccius* Eq. cognomine *Imbriac*, Mareſcallus Siciliæ & Achaiæ 1364. à quo plures lineæ, *Brancacci-Imbriachi, Brancacci de Veſcovo, Brancacci del Gliuolo, Brancacci del Cardinale.* Familia. cardinales. Lineæ.

§ II. *Buffilius Brancaccius* Mareſcallus Papæ Clementis, ſecutus partes Ludovici Andini R. Siciliæ circa 1384. in *Provincia* fortunarum ſedem fixit, & ex Margareta de Amoroſis genuit *Nicolaum* Cardinalem, *Joannem* (à quo *Avenionenſes*) & *Bartholomæum Dn. de Maubec*, qui ex Maria de Forcalquier filiũ habuit *Scævolam* ſeu *Gaucher*, ex donatione avunculi Raymundi, Baronem de *Cereſte*, cum obligatione nominis & armorum de Forcalquier, unde natus *Gaucher II. B. de Cereſte* maritus Iſabellæ d'Agoult de Sault, pater *Caſparis B. de Cereſte*, à quo reliqui Barones de Cereſte, nec non Comites de Forcalquier, & *Emondi* ſeu *Animondi B. d'Oiſe.* Hic ex Catharina de Joyeuſe genuit *Gaſparum B d'Oiſe*, *Andream* Gubernatorem Rotomagi & Gratiæ portus, ab Henrico IV. Admiralis Franciæ creati, & *Georgium*, qui Dux de Villars creatus eſt, pater *Ludovici Franciſci* Ducis de Villars ac *Caroli* Com. de Brancas. Ille filios habet C. de *Maubec* & *M. d'Oiſe.* Brancaccii in Francia.

§. III. *Admiralis* ſcutum ita deſcribit *Geliot. indic. pag. 343.* 'quod quadripertito uſus ſit: ita ut primam & quartam *aream rubeam* divideret *palus argenteus tribus turribus caruleis exaratus*, additis utrinque *binis gryphinis pedibus* in palum converſis, areæ circumducto *limbo denticulato ex argento & caruleo.* Secundus & quartus quadripertitus erat ex *Iouſanis* & *Sandidieriis* ſymbolis, quorum *illa* ſunt areola palis ternis aureis & cæleſtinis exarata, cum capite ſcutario rubeo tribus hydris aureis onerato: *hæc* autem leo argenteus in campo cæruleo, cui circumdatur limbus ex cocco inſcriptis octo liliis aureis, quæ Carolus VI. domui bene meritæ conceſſerat. Media parmula *aurea* incumbebat quadrantibus, & ornabatur *rubea cruce florida.* Scutum. ex Gelioto

§. IV. Area prima eſt *Brancaccia* ipſa, hujus ſc. Francicæ lineæ. *Iouſana* & *Sandidieria* eſt aſſumpta ob matrem Admiralis Catharinam ſororem *Guilelmi Vicecom. de Ioyeuſe*, Mareſcalli Franciæ, cujus filius Dux fuit. Ipſa gens deducitur à *Guidone Dn. de Ioyeuſe*, qui 1255. vixit. Quod S. *Didier* attinet, Ludovicus Dn. Joyeuſe ſibi heredem de S. Didier & la Malche junxerat. Crucis floridæ non capio ſignificationem. Rationes. Joyeuſe. S. Didier.

§. V. *Sammarthanus l'eſt de Fr. p. 321.* aliter tingit ſcutum, illudque *caruleum*, turres autem *minatas* eſſe jubet, opere cæmentario nigro, tum pro pedibus gryphinis ſubſtituit *leonem*, & *limbum* omittit: quocum ego etiam facere malim; inprimis quod pedes *leoninos* attinet. *Galea* ſcuto incumbit coronata cum protenſo pede leonino ex auro. Laciniæ autem dependent argenteæ, azureæ & rubeæ. Ex Sammarthano ſcutum. Apex.

§. VI. Titulus eſt: *De Brancas Dux de Villars, Par Franciæ, Marchio de Graville & de Grandchamp, Comes de Maubec, Vicecomes de Coutance, Baro d'Oiſe, de l'Iſle de la Ferté Bernard, Dominus de Beaubet. Ducatus* dignitas collata eſt 28. Jul. 1627. *Pariatus* 1652. ſed non niſi in Provinciali curia Aquenſi confirmata. *Villars* ſitum eſt in Provincia, pridem Marchionatus titulo inſigne, inde conjunctum cum Baronia d'Oiſe & Champtercier, cum Ducale axioma accederet. Tituli.

§. VII. Qua-

Brancaccio-rum in Neapol. tessera.

§. VII. Quatuor in Neapolitano regno linearum scuta ita describit *Paillot sc. des Arm.* p 517. *Brancacci Imbriachi* utuntur in cæruleo scuto argenteo palo, inscriptis tribus aquilis coccineis cum quatuor pedibus leoninis aureis, quorum bini ex lateribus utrinque protenduntur. *Brancacci del Vescovo* seu *Voscovio*, palum vellere vario tegunt, & sex pedes leoninos lateribus jungunt. *Brancacci del Gliuolo* solum utuntur quatuor leoninis pedibus; *Brancacci de Cardinale* fasciæ argenteæ addunt quatuor pedes leoninos.

CAPUT V.

Com. de Brandis.

ARGUMENTUM.

1. *Comes Franciscus Adamus.*
2. *Familia linea Rhatica.*
3. *Tirolensis. Deductio. Eq. de Lanaburg. Comitum dignitas.*
4. *Scutum linea Rhatia.*
5. *Tirolensis.*
6. *Apex.*
7. *Conjectura de duplici tessera.*
8. *Titulus.*

§. I.

C. Francisc Adamus.

ILlustrissimus *Franciscus Adamus Comes de Brandis* insigni cura & industria *Tirolensis Comitatus* historiam nuper admodum 1678. Bolzani edidit, sub nomine **deß Tirol. Adlers immergrünendes Ehrenkräntzel.** In eo suæ etiam inclytæ stirpis pag. 47. & seq. brevem διατύπωσιν exhibet, ex qua huc transferemus, quæ in rem nostram faciunt.

Familiæ linea Rhæticæ.

§. II. Ex Joh. Stumpf. Chron. Helvet. ostendit, hos *Brandisios* jam ante 600. annos *Comitibus Suevicis* annumeratos fuisse. Lineæ vero duæ fuere, quarum altera in Walgovia, non procul Curia Rhætiæ circa 1500. defecit, ejusq; heres *Verena Ulrici Dn. Brandisii* filia *Alvici Comitis Sultzensis* conjux, illi genti attulit successionem ditionum Rhætis conterminatum *Vaduz*, *Schellenberg*, *Blumeneck*. De qua re in Sulziis Comitibus videbimus, quorum scutum hanc etiam aream complectitur.

Tirolensis

§. III. Altera linea, quam etiam Rhætis illis subjicit *Henning. Theatr. Geneal. T. 3. P. 1. pag. 480.* illo titulo: *à Brandis & Leonburg, Barones in Tyrolensi Comitatu.* Ubi hi ex priori trunco exierint, non memini me legisse. Præfatus vero Comes asserit, eos

Deductio.

cum istis unius esse originis. Et quidem Henricum 1179. fortalitium *Launeburg* possedisse, & modernã arcem *Brandis* condidisse, unde deinceps dicti sint *Nobiles Brandisii de Launeburg* (**Edle Brandiser von Launeburg/**) quod castrum montanum supra pagum *Lana* situm est. Hic Henricus, (à quo etiam seriem orditur, sed nomen ignorat *Gabr. Bucelin.* Germ. T. II. F. 3.) qui nomine de Leunam usus est, advocatum se dixit Ecclesiæ Wiltinensi seu de Wiltau monasterii. Ejus filius *Hildeprandus de Launburg* itidem 1212. advocatia illa gavisus, inq; ea ab Alberto C. Tirolensi confirmatus est, pater ex Mechtilde de Pardell *Brandochi*, *Berchtoldi*, *Henrici & Conradi*, (Bucelinus vocat Brantolonem, Hildeprandum, Conradum,) qui 1236. 17. Sept. bona sua & castra inter se partiti sunt, in præsentia Alberti Com. Tirolensis, pluriumq;

Eq. de Lanaburg.

generosorũ virorum. Junioribus natu arx *Leonburg* seu *Lanaburg* cum appertinentiis obtigit, unde dicti sunt equites de Leonburg, quorum linea 1461. occidit. *Brandochus* I. *Brantolo* sortitus est veterem turrem, & novam conditam arcem *Brandis*, unde ei nomen *Eq. de Brandis*. Eo, qui 1250. mortuus est, ex Trautlonia matre nati *Hildeprandus* III. & *Brandochus* II. Isto autem ex Liechtensteinia uxore *Swichardus*, *Burchardus*, *Nicolaus*. Swicardum & Mazam de Villandres parentes agnovit 1338. *Randoldus I.* seu *Rudolphus* & *Hildeprandus IV.* Ille Catharinam de Mareuth uxorem habuit, & filium *Randoldum* II. qui 1400. ex secunda uxore Margaretha Botschia de Zwingenberg reliquit *Leonem* & *Christophorum*. Ex tertia vero Margareta de Villandres *Wolfgangum*, *Burchardum*, *Randolphum*. (quorum medius posteritatem habuit in tertium gradum.) *Leo* autem ex Catharina Hälin de Maynburg suscepit *Leonem* II. *Gotthardum*, *Randoldum* III. *Burchardum* III. & *Wolfgangum*, qui tres tamen ex Bucelino videntur potius Burchardi filii fuisse) *Gothardi* linea in nepotibus videtur

videtur defeciſſe. Ex his Leo autem 1461. poſt mortem Cypriani Eq. de Leonburg iſtam arcem & quæ adhærebant ad Brandiſios poſtliminio reduxit, pater ex Anna de Stätten *Jacobi II. Antonii* & *Joannis*; Jacobus ex Helena de Niederthor ſuscepit *Jacobum Chriſtophorum*, ſed ex Anna Fiegerin de Fridberg (cujus mentionem Comes Franciſcus Adamus non facit) *Antonium*, *Joannem Henricum*, *Leonem*. *Antonius* plures filios habuit, ex quibus Antonius Baro alterius Antonii Baronis pater fuit. *Joannes Henricus* ex Margaretha Thanrädlin Bar. de Tärenberg genuit *Jacobum Andream* Baronem, Capitaneum Provincialem ad Athelin, & ſecretioris Conſilii Cæſarei Senatorem, omnium Brandiſiorum hodie avum: illo enim nati ſunt poſt alios ex Sibilla Barbara Händlin, *Andreas Vilhelmus*, ex Maria Iſabella Barone Lambergia *Vitus Benno*, iſte Camerarius Auguſti, & inferioris Auſtriæ Cameræ Vicepræſes, hic Capitaneus provincialis ad Athelin & Archiducis Conſiliarius ſecretior, qui duo Illuſtriſſimum decus *Comitum Imperii* à Ferdinando III. aſſecuti ſunt; eorum vero hunc *Franciſcus Adamus*, ex quo plura allegavi, patrem agnoſcit. Comitum dignitas.

§. IV. Quod *Rhæticam* lineam attinet, ejus ſcutum (ſub nomine *Prandis*) exhibet **Wapenb.** P. 2. pag. 32. Videlicet *argenteum* cum *titione nigro*, cujus ramorum detruncatorum veſtigia viſuntur, *ardente*, ſitu diagonali locato. Qualis etiam coronatæ galeæ inſiſtit, dependentibus lacinis nigris & argenteis. Hæc areola, quod diximus, in Sulzorum etiam Comitum clypeo comparet. Scutum lineæ Rhæticæ.

§. V. *Tirolenſis* rami alia eſt teſſera, quam in nobilitate Tirolenſi exhibet *Sibmach*. **Wapenb.** P. 1. p. 42. In ea enim quadripertiti ſcuti aream primam & quartam *argenteas* ornant ſinguli *leones rubei* introrſum verſi. Secundus & tertius laterculus bipertiti ſunt; Cæterum in ſuperioris priori, in inferioris poſteriori latere argenteo leo iterum comparet rubeus, cum oppoſito tanquam colludens, reliqua (videlicet ſuperioris ſiniſtra, inferioris dextra medietas) cærulea eſt. Tirolenſis

§. VI. Scuto imponuntur duæ galeæ; ex *priori* exurgit leo rubeus, cujus collum acuminibus aureis, quæ pennis nigris ornantur **gelber kamm mit ſchwartzen ſeder-lern**) alperatur: *Poſteriori* inſiſtit pileus orientalis argenteus ora reducta rubea, coronatus & pennis nigris faſtigiatus, à lateribus adhærent pileo ſinguli pedes urſini rubei. Laciniæ ſunt ex argento & cocco. Apex.

§. VII. Unde duplex Δεῖγμα hos Brandiſios notet, non legi. Conjectura autem non improbabilis eſt, alteram lineam eorum, qui de Lanaburg ſeu Leonberg deinceps dicti, gentili leoni addiſſe medietatem cæruleam, quam teſſeram, cum iſtarum iterũ hereditatem creviſſent, cæteri potuere recipere. Sed nihil affirmo, nec etiam mihi conſtat, an cum dignitate Comitum ſcutum novo decore fuerit illuſtratum. Conjectura de duplici teſſera.

§. VIII Titulum non alium vidi, quam quem præfatus Comes ſuo nomini adjicit: *Comes de Brandis, Comitatus Tirolenſis hereditarius Camerarius.* **Erbſilber-Cämmerer.** Titulus.

Caput VI.

Epiſcopus Brixinenſis.

ARGUMENTUM.

1. *Brixia. Sabiona. Epiſcopi. Cardinales. Damaſus II.*
2. *Scutum modernum.*
3. *Epiſcopatus agnus. S. Agnes.*
4. *Officiales.*
5. *Dignitas Principum Imperii. Diplomata imperialia. Exemtio Auſtriaca.*
6. *Capitulum cathedrale.*
7. *Epiſcopi Paulini teſſera. Symbolum.*
8. *Apex. Titulus.*

§. I.

IN Ampliſſimo Comitatu Tirolenſi in Italiæ finibus *Brixia* ſeu veteribus *Brixino* conf. *Mart. Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 179.* ſita eſt, urbs Epiſcopatu nobilis, alia à *Brixia* Cenomanorum ſeu Lombardiæ (*Breſcia*) Autor Epiſcopatus traditur *S. Caſſianus*, qui 360. ſub Joviano Imp. vel ut Brixinenſia documenta volunt, tempore Juliani Apoſtatæ & Damaſi Epiſcopi Romani *Sabionæ* (ſeu Säben) ubi regium caſtrum fuerat, Brixia. Sabiona.

fuerat, Evangelium annu nciare cepit, verum pulſus ab idololatris ad Imolam trucidatus eſt 365. à diſcipulis inſtinctu parentum piorum. Allegatur vetus diſtichon:

Vox Patris alminona Chriſtum docet in Sibiona
Imola transfixum graphiis hic immolat ipſum.

Epiſcopi. Poſt hunc allegatur S. *Lucanus* ex Paulo Diacono & Matthæo *Radero* (quem tamen Bucel. Germ. P. 1. p. 46. neſcit.) Inde S. *Ingenuinus*, circa 395. vel juxta alios demum 590. quod turbulento tempore ob Hunnorum irruptiones non ſolum Sabiona, ſed & alia plane devaſtata eſſent. Inde numeratur S. *Conſtantius* circa 645. Demum Sibiona Brixiam translatus eſt Epiſcopatus, quod alii *Richperto*, alii *Albuino*, quem Sanctis quoque annumerant, Bucelinus *Hartvico* trigeſimo Epiſcopo tribuunt; ejus anteceſſori *Herbardo* Bucelinus adſcribit, quod Brixiam ſeu Brixinam cinxerit; verum Illuſtriſſ. *Comes Franciſcus Adamus Brandiſius* hoc ab Hartvico factum memorat **Tirol. Ehrenkr.** p. 6. Forte dixeris, non ſimultaneam translationem illam fuiſſe. Inter ſequentes Epiſcopos plures fuere Cardinales, *Nicolaus Cuſanus*, ſui temporis miraculum habitus, *Melchior à Meckau*, *Bernardus à Gloſs*, *Chriſtophorus Madrucius*, *Andreas Auſtriacus*. *Poppo* autem vel juxta alios *Stephanus* ab hoc Epiſcopatu ad Patriarchalem *Aquilejenſem*, inde *Papalem* ſedem *Romanam*, translatus eſt 1048. ſub nomine *Damaſi ſecundi*.

Cardinales

Damaſus ſecundus.

§. II. Qui nunc ſedem premit Reverendiſſimus Epiſcopus *Paulinus* ſcuto utitur ſemel perpendiculariter, bis transverſe ſecto. In prima area *rubea* gradítur *agnus argenteus retroſpiciens, unguis & fulgore qui caput ambit ex auro, qui geſtat vexillum argenteum rubea cruce inſignitum, ex cruce aurea ſuſpenſum.* *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 11. agnum non facit retroſpicere, & ei tricollem montem ſubjicit.

Scutum modernum.

Epiſcopatus agnus.

§. III. Hæc teſſera ipſum notat *Epiſcopatum*. Non deſunt vero, qui ad eam traditionem reſpici exiſtimant, quod cum Jesus *Chriſtus* virgini *Agneti* appareret, eamque de imminente glorioſa martyrii corona edoceret, niveum agnum à dextris ſuis conſiſtere virgo viderit: hujus vero ſanctæ Martyris caput ſe poſſidere Eccleſia illa credit. Affert hanc quorundam conjecturam præfatus *Franciſcus Adamus Com. Brandiſius* p. 6. 7. ſed aſſentiri nequit, quod caput hoc Eccleſiæ demum Pontifex *Damaſus II.* quem diximus Epiſcopum ipſius fuiſſe, dono dederit; Eccleſia vero prius hac teſſera uſa ſit.

S. Agnes.

Officiales. §. IV. Huic Epiſcopatui tribuunt majores officiales teſte C. Brandiſio & veteri libro membranaceo, Mareſcallum *Ducem Bavariæ*, Camerarium *Ducem Carinthiæ*, Pincernam *Ducem Meraniæ*, Dapiferum *Sveviæ Ducem*. Alios, forte iſtorum ſubofficiales, Bucelinus recenſet Dominos *de Schoneck* Mareſcallos, de *Rodnegg* Camerarios, de *Seben* Pincernas, de *Caſtelruto* Dapiferos: quibus hodie ſucceſſere, primis *Barones à Welſperg*, Camerariis *Columnii B. de Vels*, Pincernis *Comites de Thun*, ultimis *Barones nunc Comites de Wolckenſtein*. Multos etiam nobiles & illuſtres vaſallos Eccleſia hæc habet, imo Sereniſſima *Domus Auſtriaca* quædam ab ea feuda inſignia recognoſcit.

Officiales.

Dignitas principum Imperii. §. V. Annexa ei eſt, ut aliis plerisque Epiſcopatibus, dignitas *Principis Imperii*. Oſtenditur in Archivo Epiſcopali privilegium authenticum *Ludovici Pii*, quod jam 814. cum ædes adhuc Sebionæ eſſet, Imperator præfatus Epiſcopum *Landfridum*, cum Eccleſiæ ſubditis & appertinentibus, in peculiarem Imperii tutelam ſuſcepit, eo addito ut ipſe & ſucceſſores non alii quam Rom. Imperio obedirent: Quod 909. ſolemniter repetiit Rex Rom. *Ludovicus V.* addito, avum & patrem, nec non prædictum Ludovicum primũ hanc Eccleſiam & Epiſcopatum in peculiarem protectionem ſuſcepiſſe. Quibus accedunt alia ab Imperatoribus & regibus obtẽta diplomata *Conradi* 916. *Ottonis II.* 977. *Henrici IV.* 1111. *Friderici I.* 1155. 1179. *Friderici II.* 1218. *Conradi IV.* 1240. 1252. *Alberti I.* 1303. *Caroli IV.* 1349. 1366. *Sigismundi* 1423. *Friderici IV* 1473. Inprimis Fridericus I. Henrico Epiſcopo jus Telonii, Pedagii & Monetæ cudẽdæ conceſſit, teſte *Avent. Chron. Boj. L. 5. p. 524.* & *Wigul. Hund. Metrop. Saluburg.* Imp. Henricus tempore Pontificis Benedicti VIII. Epiſcopatui Dynaſtiam *Veldes* in Carniola octo milliaribus Labaco diſtantem, cum inſula dicta **Inſul bey unſer Lieben Frauen im Werth/** conceſſit. Epiſcopo *ſeſſio* & *ſuffragium* in principum ſenatu eſt, quo quoties res fert, etiam uti ſolet: Quod vero attinet onera imperii (præter

Diplomata imperialia.

contri-

contributionem ad *Cameram*, quam Episcopus ipse solvit,) *eximitur* ab Archiducibus *Austriæ*, ex pactis initis ob defensionem subditorum & ditionum, quæ Episcopales ubique cinctæ vel mistæ sunt Austriacis, verum absque detrimento & præjudicio dignitatis immediatæ, & aliorum in Imperio jurium: in quod 1548. in Augustanis Comitiis reliqui Imperii status consentere, cum prius 1511. contradixissent. Observat vero etiam ex *Matthæo Burglechnero* Comes *Brandisius*, sæpius in Dietis provincialibus, quas Duces Bavariæ, cum Tiroleusibus imperarent, instituerant, compamisse, haud dubie ob defensionem & tutelam ditionū. De querelis, quas Episcopat⁹ Brixinensis moverit ob nimiam gravationem diœceseos, & extēsionem jurium Austriacorum ultra ea, quæ ab antiquo ob beneficium protectionis, coinprimis tempore cœptæ, quo adversus Venetos Maximilianus I. bellum gesserat, recepta fuerint, conf. *Limn. Jur. publ. T. IV. add. ad L. 5. c. 2. p. 687. 688.* Exemtio Austriaca.

§. VI. Laterculus secundus *argenteus* continet *aquilam* expansam *rubeam*, *cruribus* & *rostro aureis*, ex quo metallo etiam *corona* capiti, & transverso situ medio corpori & alis *Episcopale pedum* imponitur. Ita ajunt notari *Capitulum Cathedrale* (**Dum-Capitel**) quod constat Canonicis, partim ex equestri, partim Doctorum ordine, quorum hos Theologiæ vel Juris prudentiæ in universitate una vel pluribus quinquennalem operam navasse, & gradum Doctoris vel Licentiati assecutos, istos generis nobilitatem quatuor avorum vel aviarum (**vier ahnen**) nobilium demonstratione ostendere necesse est. Huic capitulo in Dietis provincialibus Tirolensibus locus est honorificus, quem per legatum servare solet. Capitulum Cathedrale.

§. VII. Tertia & extrema quadra *rubea pelicanum ex argento* continet, aureo rostro pectus mordentem, cum ternis pullis argenteis. Tum quarta & quinta *cærulea* refert *sagittam* diagonali situ *argenteam*, aureis pinnulis (**gefieder**) armatam, stipante eam utrinque stella sexangulari aurea. Hæc tessera est familiaris moderni Episcopi, quem ordine 89. numerant, & qui prius dictus *Paulinus Mayr*, antea Canonicus & Summus Pœnitentiarius, post mortem Sigismundi Alfonsi ex Comitibus de Thun Episcopi Tridentini & Brixinensis 1677. à Canonicis unanimi suffragio singulari Imperatoris Augusti virtutibus ejus faventis beneplacito electus est. In ejus scutum modo explicatum ita lusit nescio quis: Episcopi Paulini tessera.

Hic aquila est, agnus, pelicanus, sidera, tela,
Quam bene pro patria junxerat ista Deus.

Symbolum vero sibi elegit sciurum cum lemmate; *Mansvete & seriò.* Symbolum.

§. VIII. Huic scuto quæ imponi soleant galeæ non vidi, sed tantum tiaram Episcopalem argenteam auro & gemmis ornatam, adjectis hinc pedo Episcopali isthinc gladio potestatis temporalis indice. Titulus simplex est; *Episcopus Brixinensis & S. R. Imp. Princeps.* Apex. Titulus.

CAPUT VII.

Bronchorsti, Com. ab Anholt.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum.*
2. *Progenitores Comitis Anholtini.*
3. *Bronchorst. Controversia.*
4. *Barr.*
5. *Batenburg.*
6. *Milendonck. Drachenfels.*
7. *Columnia origo.*
8. *Laterculus ignotus.*
9. *Meuland.*
10. *Reuland.*
11. *Apex.*
12. *Barones Batenburgii. Comit. Gronsfeldæ.*

§. I.

CEleberrimus *Chifflet. Insign. Eq. A. V.* num. 372. exhibet scutum Comitis Johannis *Jacobi Comitis de Bronchorst & de Anholt*, *Baronis de Battenburg*, *Milendonck & Latum*, transversè & ad perpendiculum in quadras novem sectum. Scutum.

Progenitores Comitis Anholtini.

§. II. Ægre laterculorum ratio intelligitur, niſi Comitis illius ante oculos ponantur majores:

- Theodoricus & Carolus fratres Com. de Bronchorſt.
  - Jacobus Dn. de Bronch. & Batenb. †1583.
    - Theodoricus Dn. de Bronch. & Batenb. †1558.
      - Theodoricus Dn. de Bronchorſt & Batenburg †1509.
      - Anna Wickeden Dn. de Moiland.
    - Getrudis de Milēdonck
      - Eliſabetha de Noyelle.
        - Gislenus Dn. de Noyelle.
        - Eliſabetha de Liechtervelde.
      - Joannes Dn. de Milendonck & Drachenfels.
        - . . . . de Milendonck.
        - . . . de Merode.
      - Maria Limburgia.
        - Hermannus Georgius C. de Limburg & Stirum.
        - Maria C. Hojenſis.

Bronchorſt.

§. III. Laterculus primus *coccineus argenteum leonem* defert in lævam converſum (non alia ratione quam ob laterculorum diſpoſitionem, ut more Germanis recepto fera introrſus convertatur) corona, lingua & falculis aureis, cauda biſida, & in decuſſim trajecta. Hoc emblema eſt *Bronchorſtiæ* gentis. Hæc ſatis antiqua fortunæ tamen ſuæ incrementa fere Henrico VII. debet. Primum in illa legi *Gisbertum* anno 1233. Inde 1275 *Joannes Epiſcopus Trajectinus*, dein alius *Gisbertus Archiepiſcopus Bremenſis* fuit. Cæterum cum *Guilelmus Bronchorſtius* uxorem habuiſſet *Joannem Bonam Batenburgiam*, inde nati *Gisbertus Theodorus*, & *Balduinus*. Ex quibus hic ἄπαις deceſſit, iſte *Batenburgios* Dominus profevit: ille *Bronchorſtios*. Hi defecere in *Jodoco* ſeu *Juſto C. Bronchorſtio & Dn. Borculoenſi*, qui 1553. improlis, licet Mariæ Hojenſis maritus, deceſſit. Succeſſionem vero prætenderunt ex amita ejus *Hedvige* Ottoni Comiti Diepholtino nupta, hujus neptis *Irmgardis Eſſendienſis* Abbatiſſa, & ejus ex *Friderico* fratre nepos *Rudolphus, Diepholtini* Comites, nec non alia ex origine *Irmgardis Limburgia Wiſchia* cum filio *Hermanno Georgio*: ut & agnatus *Theodoricus* ex *Batenburgis*: ſed vicere *Limburgii*: Unde etiam in Limburgio-Styrumiorum ſcuto ille leo conſpicitur: ut vidimus L. 2. c. 51. n. 11.

Controverſia.

Baer.

§. IV. Altera areola *aurea baltheo miniato* exaratur, notandæ dynaſtiæ *Baer*. Hæc in *Egmondiorum* patrimonio, & inter titulos Wilhelmi Egmondani Domini Iſelſteinii fuit. Filia vero *Elieſabetha* Gisberto Bronchorſtio nupta *Baram & Latum* attulit genti.

Batenburg

§. V. Qui huic contiguus eſt laterculus *rubeus decuſſim* ex *auro, quatuor ad angulos forficibus comitibus ex eodem metallo*, continet. Ita notatur *Batenburg* dynaſtia, de qua notat *Teſchemacher.* p. 539. eam ſeu juxta aliquos à *Batto Cattorum Regis* filio ſicut etiam *Bataviam* inſulam totam, ſeu quod malit utramque à *bonitate agri*, quod ſaltus nempe paſcuis irriguis ſit optimus, dictam. Cæterum eam Wilhelmo Bronchorſtio *Joanna Batenburgica* uxor attulit: & à parentibus ſecundus filius *Theodoricus* accepit à quo novæ lineæ tres *Batenburgiorum Anholtinorum, Batenburgiorum Brechtiorum* & Comitum *Gronsfeldiorum* ortæ.

Milendonck.

Draahenfels.

§. VI. Quadra quarta ſe medii ordinis prima *ſexies auro & furvo tranſverſe faſciatur*, quo *Milendonckium* notatur, cui mox addemus ſextæ δεῖγμα: quod eſt in *minio argenteus draco corona & falculis aureis, Drachenfelſio* Dominio ex alluſione nominis deſignando. Hos laterculos Joannes Jacobus habuit à matre *Gertrude* & avo *Joanne Dn. de Milendonck & Drachenfels*, Burggravio hereditario Archiepiſcopatus Colonienſis.

Columnia origo.

§. VII. Media areola *coccinea columnam* defert *argenteam capitulo coronato & baſi aureis*. Quod alias *Columnenſium* in Italia eſt hieroglyphicum, nomini alludens: ſed inde *Anholtinis* datum: qui originem à Columnis derivant, & ajunt aliquem in Germaniam conceſſiſſe, & illam condidiſſe arcem.

Laterculus ignotus.

§. VIII. Ultimæ regionis primus laterculus *rubeus ſcutulum argenteum* refert, *mitella cærulea oblique dextrorſus toti ſuperimpoſita*. Ejus ſignificationem nec apud Chiffletium vidi, nec ipſe conjectura aſſequor.

§. IX. Pro-

§. IX. Proximus laterculus *nigro & auro quadripertitus* viſitur, cum *geminis leonibus coronatis, obverſis frontibus commiſſis, toti ſuperappictis, media parte metallicis in ſolo colorato, coloratis in metallico.* Ita notatur *Meuland* ſeu *Moiland*: quam prope Calcariam ſitam *Annæ VVickedenæ* matrimonio Theodoricus quartus acquiſivit. Meuland.

§. X. *Aureus* laterculus extremus *baltheum cochleatum cæruleum* extrema laterculi non attingentem defert: quod *Reuland* interpretatur Chiffletius: Hoc Dominium à Maria Limburgia Joannis Jacobi avia materna, quam Teſchenmacherus *Meidericenſem Rulandam* vocat, derivandum exiſtimo. Reuland.

§. XI. Galea inſiſtit ſcuto coronata. ex qua protenduntur *bini pedes leonini falcatis digitis ſtringentes ſinguli globulum coccineum.* Hunc apicem exiſtimo eſſe *Bronchorſtium*, ſed uti eſt L. 2. c. 31. n. 9. pedes potius urſinos agnoſcendos, nigroq; colore, globos autem argento tingendos. Nihil tamen definio. *Lacinia* autem dextræ argenteæ, ſiniſtræ aureæ ſunt, utrinque minio reflexæ. Apex.

§. XII. Quod *Batenburgiorum Baronum*, qui *Brechtium* ad Moſam, *VVeſtberen-trecht* & *Morkirch* in Hollandia, in Juliaco autem *Frecheim* poſſident, & *Bronchorſtiis* extinctis illius Comitatus aſſumſere titulum, atque ſecundum gentis ramum conſtituunt, tum *Gronsfeldiorum Comitum*, in quib⁹ tertia linea conſiſtit, inſignia attinet, ea exhibere nequeo, cum nondum ea videndi copia fuerit. *Gronsfeldij* Comitis ille titulus legitur in Comitiis Ratiſponenſibus 1654. *Comes de Bronchorſt, in Gronsfeld & Eberſtein, Baro de Batenburg & Rimburg, Dominus in Alpen & Hunneppel.* Baron. Batenburgii. Comit. Gronsfeldiæ.

CAPUT VIII.

Colonienſis Archiepiſcopus & Elector.

ARGUMENTUM

1. *Colonia.*
2. *Scutum Electorale.*
3. *Archiepiſcopatus. Archicancellariatus per Italiam.*
4. *VVeſtphalia. Equum. Color albus.*
5. *VVeſtphalia ad diœceſin.*
6. *Diploma conceſſionis.*
7. *Angrivaria* ſeu *Angaria.*
8. *Arnſperg comitatus. Quomodo ad diœceſin?*
9. *Inſignia myſtice explicata.*
10. *Media parmula.*
11. *Apex. Telamones. Pedum. Enſis.*
12. *Moderni Electoris reliquæ dignitates.*
13. *Leodium. Epiſcopatus.*
14. *Buillon. Ad Leodienſes.*
15. *Turris domus in Buillon jus.*
16. *Franchimont.*
17. *Com. Loſſenſis. Ad Heinsbergios. Epiſcopatum.*
18. *Scuta Electoriu plura.*
19. *Bullionii ſcuti augmentum.*
20. *Hildesheim Com. VVinzenburg. Homburg. Clades illata Epiſcopatui. Controverſia.*
21. *Berchtelsgaden.*
22. *Leuchtenberg.*
23. *Com. Horn. Familia. Succeſſio. Ius in Imperio.*
24. *Scutum ex his compoſitum.*
25. *Tituli.*

§. I.

SIcuti *Colonia Agrippinæ* in Ubiis, Romanis jam temporibus celebre nomen fuit, ita *Archiepiſcopatus* etiam, qui ab ea civitate nomen nanciſcitur, ampliſſimus eſt, & à multo tempore *Electorali* faſtigio clariſſimus. Colonia.

§. II. Scutum Electorale pingit *Sibmach.* Wap. P. 1. pag. 3. & *Fürſt.* P. 3. p. 3. quadripertitum ex *Colonienſi, VVeſtphalica, Angrivaria* & *Arnſpergia* teſſeris. Toti vero imponi conſvevit parmula cuivis Electori gentilis. Scutum Electorale

§. III. Primam aream *argenteam* crux *nigra* ornat, deſignando ipſi *Archiepiſcopatui*, qui fere Rheno, Trevirenſi diœceſi, Juliacenſi, Geldrico & Clivenſi Ducatibus includitur. Poſt *Maternum*, qui Evangelii in illa etiam Eccleſia prima ſemina jeciſſe traditur, in ſerie Epiſcoporum, quæ ad nos usque nectitur, primus legitur *Euphrates Photinianus* anno 378. à Gothis Arianis Eccleſiæ præfectus, ſed iterum loco motus: cui ſucceſſit *Severinus* Burdegalenſis electus 396. qui Merſlæo ſecundus legitur. Sed Æg. *Gelen. de Colon. Agripp. amplitudine* L. 1. ſynt. 6. *Aquilinum*, *Maternum* ſecundum & alios anonymos interjecit: *Euphratem* autem duodecimum enumerat. Archiepiſcopatus

communi ipſorum conſilio Ducatum, qui dicitur Weſtphaliæ & Angariæ, in duo diviſimus, & conſideratione meritorum, quibus dilectus Princeps noſter Philippus Colonienſis Archiepiſcopus, *ob honorem Imperialis coronæ promovendum, & manutenendum, nec rerum diſpendia, nec perſonæ formidans pericula, gratiæ Imperialis promeruit privilegium. unam partem, videlicet, quæ in Epiſcopatum Colonienſem, & per totum Patheburnenſem Epiſcopatum protendebatur, cum omni jure & jurisdictione, videlicet cum comitatibus, cum advocatiis, cum conductionibus, cum manſis, cum curtibus, cum beneficiis, cum miniſterialibus, cum mancipiis, & cum omnibus ad eundem Ducatum pertinentibus, Eccleſiæ Colonienſi legitimo donationis titulo Imperatoria liberalitate contulimus, & requiſita à Principibus ſententia, an id fieri liceret, adjudicata, & communi Principum & totius curiæ aſſenſu approbata, accedente quoque conſenſu publico dilecti conſanguinei noſtri, Ducis Bernhardi, cui reliquam partem Ducatus conceſſimus; Prænemoratum Archiepiſcopum Philippum, portione illa Ducatus ſuæ collata Eccleſiæ, vexillo Imperiali ſolemniter inveſtivimus,* &c. Inde *Gelen.* pag. 46. hoc diſticho colit Philippum:

Ortu Heinsbergiacus magnus virtute Philippus,
Mœnia, & Angariam Weſtphaliamque dedit.

Mirari tamen ſubit, qui fiat, quod à Weſtphalico circulo Weſtphaliæ Dux excluſus ſit, Electorali circulo ſolo contineri malens?

§. VII. Laterculus tertius *coccineus tria cordã aurea* repræſentat. Alii *tria* malunt *folia marina rubra.* Hæc *Angrivaria* vel ut in diplomate Auguſto legitur *Angaria* (**Engern**) eſt, ipſa quoque Weſtphaliæ pars, quam cum Weſtphaliæ Ducatu Colonia ex Henrici Leonis Principatibus accepit. Cum vero ea in Saxonum Aſcaniorum ſeu Lauenburgiorum ſcuto *tribus ſcarabæi cornibus* repræſentari ſoleat, de differentia non habeo quod dicam. Certe in **Wap.** P. 2. p. 4. Angariæ illa cornua rubea in argenteo ſolo tribuuntur, ita tamen pinguntur, ut videri poſſint corda, quibus impoſita ſint trifolia ſingula. Conf. *Hæping. de jur. inſign. c. 6. P. 1. n. 46. ſeq. P. 5. n. 83. ſeq.* & quæ ego ſuperius L. 1. c. 5. n. 6. 7. de errore, quo Brenenſe ſymbolum pro Angrivario ſubſtitutum ſit, notavi. Angrivaria ſeu Angaria.

§. VIII. Laterculus extremus *caruleus aquilam* continet *argenteam, roſtro & cruribus aureis*, notando comitatui *Arnſpergio*, qui ab opido & arce ad Ruhram ſito nomen habet. Aquilam vero ſcuti ad nomen alludere ipſe ſonus oſtendit. Qua ratione ad Colonienſem Archiepiſcopatum delatus ſit hic comitatus, audiamus ex *Gelenio, Lamneum Jur. publ. T. 5. add. ad 3. 7. p. 175. Godefridus poſtremus ex familia Arensbergica Comes, cum ex anna Clivica nullos heredes amplius exſpectaret, ſuadentibus, & ſigillorum ſuffragio confirmantibus nobilibus, oppidis, totoque ſtatu, Anno MCCC LXVIII. 25. Auguſt. ditionem ſuam, quæ inter Weſtphalici Ducatus limites alias etiam continebatur, cum univerſis clientibus, armamentario, Archivis, jurisdictionibus & juribus vendidit Cunoni Adminiſtratori, & S. Colonienſi Eccleſiæ, ipſam etiam dignitatem, officium ſeu prærogativam juris principilariatus ſeu Antebellatoris inter Viſurgim & Rhenum: atque ex eo tempore Epiſcopi Colonienſes unicipitem aquilam inſignibus ſuis addiderunt, & jus habent Archiſtrategi & Generalatus bellorum, inter Rhenum & Viſurgim, cum poteſtate dandæ conductum, & mandare, ne abſque Archiepiſcopi conſenſu in eo inter amnes Rhenum & Viſurgim tractu arces aut munimenta quisquam moliatur, quibus aut ducendi exercitus officium, aut cæteri conductus libertas impediatur.* Idem porro Godefridus, de quo dixi, Arnsbergenſium regulorum poſtremus in MS. Genealog. notatur obiiſſe 1371. ut necrologia docent 21. Febr. *Gelenio de admir. ſacra & civili magnit. Colon. L. 3. ſynt. 1. §. 6. pag. 251.* Audiamus de eadem re alium ſcriptorem luculentum. *Browerus* annal. Trevir. L. 18. pag. 242. ita recenſet. *Godefridus Comes, poſtquam magnis olim diœceſin bellorum injuriis laceraſſet, & exacta jam ætate, omniſque amiſſa ſpe prolis ſuſpicienda, in votis eſſet, cum conjuge effata otio ſe dicare atque ſervitio divino, Comitatu ſuo in manus Cunonis & Eccleſiæ tradito ſubſidioque viciſſim quantum ad ſuſtinendam dignitatem & impenſas honeſti miniſterii ſatis eſſet, ex Eccleſiæ poſſeſſionibus accepto, Brulam opidum haud procul Agrippinenſi urbe ad quietem conceſſit.* Arnſperg Comitatus. quomodo ad diœceſin?

§. IX. In

Insignia mystice explicata.

§. IX. In hæc insignia sensu mystico ludentem audiamus ex eod. *Limneo Mersæum in Catal. Elect. Eccles.*

Si virtus, si vera fides, si gloria Christi,
Est cordi & patriæ si Tibi cura Tuæ.
Sub cruce sis fortis, cor spemque fidemque coruscat,
Hostibus esto metus, civibus esto pater.
Hac tendis virtute velut Jovis ales ad astra,
Victricique levas pulcra trophæa manu.
Acer equus, cor, crux, aquila insignesque leones,
Hoc sacri in clypeo Præsulis ecce monent.

Media parmula.

§. X. Toti imponere solet Elector gentile gestamen, quale nunc est *Bavaro-Palatinum*, quadripertitum ex rhombis Bavaricis & leone Palatino.

Apex. Telamones. Pedum. Ensis.

§. XI. Clypeo huic insistit *mitra Archiepiscopalis* solito ornatu instructa: adjiciuntur etiam *pedum Episcopale* & *gladius*; nec non *telamones*, hinc *gryphus*, isthinc *leo*: aliquando solos *leones* usurpari existimo. Cæterum ensis pedo pastorali additus & quidem præpositus temporalem jurisdictionem notat. Dicitur primus *Otto I. Augustus* fratri *Brunoni Archiepiscopo* Lotharingiæ Ducatum cum seculari potestate concessisse. Quamvis autem Lotharingiæ dominium ex eo ad alios delatum sit, semel assumtum symbolum reliquorum dominiorum, quæ summa potestate tenet, ratione retineri utique potuit; prout aliis etiam Episcopis usu venire novimus.

Moderni Electoris reliquæ dignitates.

§. XII. Qui nunc Colonienſem diœcesin regit *Eminentissimus Maximilianus Henricus* Bavatiæ Dux, simul etiam *Leodiensem* Episcopatum & Principatum moderatur, nec non *Hildesheimium* & præpositurum *Berchtolsgadensem*. Addamus ergo nunc primo scutum, quod *Leodii* gratia aliquando peculiariter usurpare solet.

Leodium.

§. XIII. Clypeus *Leodiensis* quadripertitus est; inque eo primam areolam *rubeam* insignit *columna* (peron) *argentea basi quadrangulari*, aliquot constanti gradibus, innitens, *coronide* seu *epistylio aureo* ornata. Hoc Wapenb. P. I. p. 220. *Leodiensi civitati* datur symbolum, & in monetis etiam Episcopatui dari video: Ita tamen, ut conspiciam *columnam meliori metallo* tingi, & imponi summitati *cruciculam*. Hoc certius est, quam ut *Sibmachero* credamus, qui Wapenb. P. I. p. 10. *Leodiensi Episcopatui* assignat parmam *auream*, cum *baltheo dextro tessellis rubeis & argenteis* exarato. Forte vidit nonnemo gentile *Erardi Marcani* Episcopi Leodiensis scutum, & quod familia fuit, Ecclesiæ adscripsit, fascia etiam illa tessellata in baltheum immutata. In sigillo Electorali alicubi vidi columnæ addi literas, hinc L. inhinc C. sed in monetis Leodienses tesseras exhibentibus non comparent.

Episcopatus.

Porro Episcopatus initio in *Tungris* fuerat, ubi *S. Maternum* primum nominant, qui in aliis etiam sedibus primus numeratur. Ultimus Tungris præfuisse dicitur *S. Servatius* trisecli senex, quo à Tungrensibus pulso Trajectum sedes translata est. Hic substitit usque ad *S. Hubertum*, qui 700. cæpit Ecclesiam moderari, & primus *Trajecto Leodium* migravit, quæ in hanc usque diem Episcopatus amplissimi caput permansit. Cæterum hic Episcopatus ab anno 1580. atque ita per integrum pene seculum eundem cum *Coloniensib.* præsulem habuit, & nunc quoque habet.

Buillon.

§. XIV. Laterculus proximus *rubeus* continet *fasciam argenteam*. Quod insigne est *Bullionensis Ducatus*, nomen suum sortiti à castro *Buillon* ad fluviolum Semoy sito in Ardennatibus. Hoc inclaruit inprimis à *Godofredo Bullioneo*, qui Christianiad occupandam Palestinam exercitus dux, & dein primus Hierosolymorum Rex fuit.

Ad Leodienses.

Ab hoc Bullionium ad Episcopatum *Leodiensem* venit: Unde vidi Bullionii parmam bipertitam, ut hinc fascia esset, sinistro autem latere columna Leodiensis, verum aurea in cæruleo: nisi pictoris aliquis interceſſit error. Qua ratione vero ad Leodienses pervenerit hoc Buillonium, *Petri Mersæi* quam meis verbis eloqui malo. Ita autem hic; *Hic* (Godofredus de Buillon Dux Lotharingiæ) *ob devotionem cum aliis multis nobilibus profectus est Hierosolymam. Convenit igitur cum Otberto Episcopo, ut traderet castrum Bullion fortissimum* (*unde ditioni Leodiensi multa damna accedebant*) *certa conditione, ut si rediret, redimeret, sin minus, in perpetuum esset Ecclesiæ D. Lamberti & B. Virginis Mariæ. Otbertus igitur postulatam pecuniam obtulit, sc. mille & quingentas marcas* (apud alios legi 6000. marcas) *argenti puri. Dux igitur & ejus*

heredes

heredes ante aſſignatam diem obierunt, & ſic poſſeſſio caſtri cum ſuis attinentiis ceſſit Epiſcopatui Leodienſi. Sub *Alberto II.* caſtrum Bullion *Comes Barrenſis* doloſe occupavit, ſed Epiſcopus vi expugnatum ad Eccleſiam reduxit. Cæterum primus ex Epiſcopis Ducale nomen ſumſiſſe legitur *Joannes Heinsbergius*, qui comitabatur Philippum bonum ad tractatus Atrebat. 1435. (diſc. du duche de Buillon) Epiſcopum illum *Spertum* vocat, cui Godofretus vendiderit Bullionium, *Duard. Nonius Leo* cenſ. in Jof. Teix. & ait venditionem factam majori gloria, ut tunc dicebant, venditoris quam emtoris.

§. xv. Quamvis vero ad Leodienſes modo prædicto hic Principatus devenerit, domus tamen *Turris* & titulo & ſymbolo hoc ſcutario æque utitur. De qua re dixi- mus L. 1. c. 93. num. 7. Porro nupera pace Neomagenſi Cæſareo-Gallica 1679. con- cluſa, ita art. 28. de hoc Ducatu diſponitur: *Cum ab antiquo controverſia ſit, de caſtro & Ducatu Bullionenſi, inter Epiſcopum & Principem Leodienſem & Duces ejus nomi- nis, conventum eſt, ut Duce Bullionenſi in ea in qua nunc eſt poſſeſſione manente, controver- ſia illa amicabili via vel per arbitros à partibus intra trimeſtre à ratihabita pace nominandos terminetur, . . via facti penitus excluſa.* Ob hunc articulum Elector Colonienſis proteſtationem in comitiis Ratiſponenſibus eodem anno interpoſuit, atque ad pro- tocollum referri poſtulavit, hujus tenoris: *Sereniſſima ſua Celſitudo Electoralis, Do- minus Maximilianus Henricus Epiſcopus & Princeps Elector Colonienſis . Epiſcopus & Princeps Leodienſis, Viſo tractatu pacis Cæſareo - Gallicæ tot votis expetitæ, cogitur ex neceſſitate juramenti, quo erga dictam Eccleſiam Leodienſem obligatur, declarare, prout declarat, articulum 28. Ducatum Bullionenſem concernentem citra ullum ſuum man- datum aut conſenſum fuiſſe & eſſe inſertum, neque inſeri debuiſſe, quia notorium eſt, dictum Ducatum ab Imperio ſeparatum eſſe & independentem, ideoque ſperat fore, ut integrum jus ejusdem Eccleſiæ Leodienſis, quæ nullas in præſenti bello habuit partes, permaneat, conteſtando quod hac declaratione nullatenus intendat dictum tractatum aliunde convelli. Sign. Colon. d. 27. Febr. 1679.*

Turriæ Domus in Buillon jus.

§. xvi. Proximus laterculus *argenteus tres leones praſinos* linguis cruentis conti- net. Hic notat *Marchionatum de Franchimont*: qui jam diu Epiſcopatui junctus fuit, nec tamen reperi, quando primum ad eum delatus fuerit. Ejus cauſa Wazo Juliacenſis Comes Epiſcopus (qui 1048. mortuus eſt) cum Dux Lotharingiæ Marchionatum hunc ſibi aſſererere conaretur, auxilio Comitis Limburgii, hos excommunicavit, & armis ad petendam pacem coëgit.

Franchimont.

§. xvii. Ultima areola *quaternas faſcias rubeas auro* inducit. Alibi eam quinis auri & cocci faſciis exaratam vidi. Ita deſignatur comitatus *Loſſenſis* ſeu *Læ- uenſis* (de Looz) latis amplus & antiquus, ad quem Haſſelt, Maſeyck, & alia ſpe- ctant. In *Stbmach.* Wapenb. P. 1. pag. 19. ſcutum Loſſenſe exhibetur, & quidem in illis faſciatæ quadræ comparent, verum aurum in argentum commutatur. Loſſenſes hos comites ad *Immonem* referunt, qui Lotharienſes adverſus Brunonem Archie- piſcopum Colonienſem concitarit 958. (cont. David. Blondell. plen. aſſert. Geneal. Franc. T. 2. p. 90. tab. 143.) Hujus nepos fuit *Gilebertus Comes Loſſenſis* Emmæ C. Namurcenſis maritus & Baldrici Epiſcopi Leodienſis frater, reliquorum autem Comitum propagator. Ex poſteris *Ludovicus* Comes 1202. dicitur Epiſcopatui & Ec- cleſiæ Leodienſi comitatum donaſſe, feudo deinceps tenendum, ut deficientibus maſculis ad Eccleſiam relaberetur. Cum vero *Ludovicus* ultimus Comes ipſa nocte Vicentii ſine maſculis deceſſiſſet 1336. ejus ſorore & Godofredo II. Domino Heins- bergio natus *Theodoricus III.* comitatum Loſſenſem occupavit, refragante Eccleſia Leodienſi, quæſtam Ludovici donationem, Theodoricus conſanguinitatem & ulti- mam avunculi voluntatem allegabant. Inde diſſidia: & 1338. Theodoricus per filiũ Godofredum quinque capituli Leodienſis villas incendit, vaſtavit, & depoſitis co- mitatus Officialibus magnam partem ſubditorum contra Epiſcopum eduxit, ſed & ducem Brabantinum contra Epiſcopum juvit, atq; demum per ſententiam Archiepi- ſcopi Colonienſis & Hannoniæ Comitis, ipſo Epiſcopo Adolpho Marcano, qui affinis erat, clam favente Loſſenſis Comes declaratus eſt. Sed 1343. reſumta lite & compoſitione fruſtra tentata autoritate Apoſtolica excommunicatus eſt. Inde ab Imperatore Carolo IV. ſententiã Archiepiſcopi confirmari deſideravit. Tandẽ 1346.

C. Loſſen- ſis.

Ad Heins- bergios.

Epiſcopa- tum.

per Abbatẽ S. Nicasii Rhemensem, ad hoc à Pontifice ablegatũ, quinque arbitros à capitulo obtinuit, eorumque opera eo rem reduxit, ut Episcopus Engelbertus ei investituram Comitatus, Abbas ablolutionem impertirentur. Cum vero Theodoricus filium Godofredum vivus extulisset, heredem dixit propinquum *Godofredum III.* Heinsbergium Dn. Dalenbrachii, qui inde *Comes Lossensis* dictus. Hic 1361. occupato Stochheimio & vicinis oppidis fortiter quidem sed frustra Comitatum retinere studuit. Demum seu de jure seu de viribus suis desperans, quicquid sibi in eum competeret, in athinem tum *Arnoldum de Rumines* pro certa pecuniæ summa transtulit. (Hæc fere ex *Wern. Teschenmach. annal. Jul. Clev. & Mont. P. 2. p. 408. 409. & seq.*) Inde Joannes Arculejus Episcopus comitatum Episcopatui plene junxit. Ita *Mersii Catal. Elect. Eccles.* in indice Episc. Leod. de Joanne. *Obsedit castrum Rumines, cepit & funditus subvertit: Dominus ejus cessit de comitatu Lossensi, tradens eum Ecclesiæ Leodiensi.* Titulum tamen Lossensem seu Lænensem in posteris Godfredi Heinsbergii continuatle video, dum illi durarent.

Scuta Electoris plura

§. XVIII. Hoc scutum fuit Leodiense, cujus quadris media parma *Bavaro-Palatina* incubare solet. Alibi vidi scuto gentili Electoris mitra Electorali tecto circũdari duodecim scuta peculiaria, superne *Colonience*, cum cruce nigra, inde hinc *Hildesheimium*, isthinc *Leodiense*, mox *Berchtelsgadium*, & ex opposito *Westphalicum*, tum *Angarience*, inde *Bullionium*, iterum *Leuchtenbergense* & ex opposito *Francimontanum*. Infimo loco tria sunt scuta *Arnspergium*, *Lossense* cum intercepto *Hornano*. Ex his quatuor mitra Episcopali, totidem Ducali, reliqua corona Comitum tecto conspiciuntur.

Bullionii scuti augmentum.

§. XIX. Ex his illa notari merentur: quatuor hic scuta reperiri, quorum in prioribus non est facta mentio, & scutum *Bullioneum* auctius pingi, videlicet bipertitum, ut dextram pattem coccineam permeet fascia argentea, sinistrum latus cælestinum ornetur aurea columna cum basi gradibus constante & imposita crucicula Leodiensium tessera. Quam parmæ medietatem additam reor, cum Ducatus Episcopatui accederet, ut ita hujus in illum jus in ipsa parma compareret. In monetis tamen Episcopalibus solius fasciæ usum vidi, scuti etiam in Turrio scuto nullum hujus columnæ est vestigium. Scuta vero nondum commemorata sunt *Hildesheimium*, *Berchtelsgadium*, *Leuchtenbergium* & *Hornanum*.

Hildesheim.

§. XX. *Hildesheimia* parma simplex est nempe *bipertita* ex *argento* & *minio*: quod adeo idem symbolum est cum *Halberstadio*: conf. L. 1. c. 13. num 21. nisi quod alicubi observavi tincturæ ordinem aliquando inversum. Longe aliud *Insigne Hildesheimio* Episcopatui tribuit *Sibmach*, **Wap.** P. 1. pag. 10. videlicet ex cocco & auro quadripertitum, sed fallitur. Ipsum *Hildesheimium* Episcopatum quod attinet, magna ex parte Brunsvicensibus ditionibus cinctum; eum fundavit (ut est in epitome Casp. Bruschii) *Carolus M.* apud *Elzum* seu *regiam aulam* amœnissimum quendam pagum in concursu Salæ ac Lynii piscolentissimorum fluviolorum situm, ubi templum cathedrale in honorem S. Petri conditum, & Episcopatus *Aulicensis* dictus est inde *Ludovicus pius* eum transtulit in locum, quem à cœlitus missa nive *Hildesheim*, & demum parum immutata voce *Hildesheim* dixere. Primus vero Episcopus fuit *Guntharius* seu *Guntherus*, qui 835. decessit. De Episcopo vigesimo primo Bernardo Comite Rotenburgio ita idem Bruschius: *Acquisivit per revelationem ac admonitionem familiaris cujusdam spiritus* (*quem Chronica Saxonum a rustico pileo, quo tectus incedebat,* Hudikhin *vocant.*) Winzenburgensem *Comitatum & opidum* Alveldense: *post quam Hermannus ultimus Comes à Winzenburg, Saxonici cujusdam ac prapotentis regalis interfector, relictis suis omnibus ditionibus in spontaneum exilium abierat, nemini postea suorum unquam visus. Eum comitatum totum cum consensu imperatoris Lotharij Saxonis possedit.* De Adologo vigesimo quarto Episcopo ait: *Emit cum consensu Friderici Barbarossæ Comitatum* Homburgensem. Joannes, qui 1261. decessit, *Paynensem Comitatum* emit, quem vero Brunsvicenses Duces sibi asserere conati. De Henrico II. Episcopo 34. iterum Bruschius: *Consecutus est privilegia & novorum comitatuum Dasselensis & Canini tergi investituram ab Imperatore Henrico VII. Lucenburgio. Emit Bochheimium opidum cum adjacente territorio* Uti vero non uno modo creve-

C. Winzenburg.

Homburg.

rat

Nuenariam duxit ſopiendæ controverſiæ, ſed 1568. decollat° ab Albano prole caruit, ut & frater *Florentius*, poſt eum Comes. Cæterum fuit comitatus hic, cui à caſtro *Horn* non procul Rurmonda ſito nomen eſt, feudum imperiale, & in matricula imperii recenſetur. Vid. *M. Zeil.* itin. Germ. P. 2. p. 22. & ex eo *Limn.* T. IV. Addit vero ab anno 1567. nihil imperio contribuiſſe, quod eum *Domus Burgundica* in poteſtatem redegerit, cum adhuc iſto anno Comes 1400. flor. ſolviſſet. Idem d. l. pag. 234. memorat, Comitiſſam Nuenariam & Mærſiam decollati Hornani viduam cum 1600. moreretur *Hornanum Comitatum* legaſſe *Georgio Eberhardo Com. Solmenſi.* Qua ratione vero ad Epiſcopatum Leodienſem delatus ſit hic comitatus, nondum comperi, niſi forte ex eo eſt, quod *Hornanus* comitatus in Loſſenſi comitatu ſitus ſit.

Jus in Imperio.

Scutum ex his compoſitum.

§. XXIV. Ex his confectum vidi majus ſigillum Colonienſe, quod ſuperioribus annis in uſu fuiſſe apparet, cum Elector *Abbatiam Stabulenſem* adminiſtraret: quod tribus perpendiculatibus & totidem tranſverſis lineis ſecabatur. Primus ordo areolarum erat *Leodienſis* & *Hildesheimii* Epiſcopatuum, *Berchtelsgadii* & *Stabulenſis* Principatuum: In ſecundo viſebantur *Weſtphaliæ*, *Angariæ* (ſi recte expreſſum typum diſcerno.) *Bullionii* Ducatus, *Leuchtenbergii* Landgraviatus. In tertio ordine occurrebant *Franchimontium*, *Arnſperga*, *Loſſia*, & areola vacua, forte regalium indicio: cuſpide m ſcuti occupabat teſſera Hornana. Medio autem incumbebat *Colonienſe* ſcutum, cum Bavaricis λαγμασι cruci mediæ impoſitis.

Tituli.

§. XXV. Tituli ſolennes ſunt: *Archiepiſcopus Colonienſis. & Elector S. R. Imp. Archi cancellarius per Italiam, Dux VVeſtphaliæ & Angariæ*, &c. moderni autem Electoris: *Archiepiſcopus Coloniæ, S. R. Imperii Elector & per Italiam Archicancellarius, Epiſcopus Hildesheimii & Leodii, Adminiſtrator in Berchtesgaden, Superioris & Inferioris Bavariæ, nec non Superioris Palatinatus, VVeſtphaliæ, Angariæ & Bullionii Dux, Comes Palatinus Rheni, Landgravius Leuchtenbergæ Marchio Franchimontii.* Rationes ſingulorum elogiorum ex ſuperioribus evidentes ſunt.

CAPUT IX.

Com. & Bar. de Criechingen.

ARGUMENTUM

1. *Familia & Lineæ.*
2. *Scutum.*
3. *Galea.*
4. *Parma media. An Büttingen?*
5. *Galea altera.*
6. *Titulus. Mareſcallatus Ducatus Lucenburg.*

§. I.

Familia & lineæ.

ILluſtriſſimam *Criechingiorum* in Auſtraſia Comitum gentem vidi referri apud *Henning. Theatr. T. 3. P. 1. p. 436.* ad *Joannem Baronem de Criechingen & Pyttingen*, Eliſabethæ Dauniæ maritum: eo natus eſt alius *Joannes*, hoc iterum *Joannes* Irmgardis Rollingenſis maritus, pater *Georgii & VVirichii*, illo natus iterum *Georgius*, qui tamen *Henningeſio* filius eſt *VVirichii*, pater *Petri Erneſti*, avus *Alberti Ludovici*, quo geniti *Caſimirus Otto*, *Georgius Otto*, *Joannes Ludovicus*, & qui hujus manu 1665. cecidit *Erneſtus Caſimirus*: *VVirichius* genuit *Petrum Erneſtum*, *VVilhelmi* patrem *Chriſtophorum*, & juxta aliquos *Georgium juniorem*, de quo modo diximus; *Chriſtophorus* filios habuit *Franciſcum Erneſtum*, qui Rubeaqui nomine Epiſcopi Argentinenſis locum tenens fuit, *Petrus Erneſtus* & *Lotharius*; *iſte* iterum *Franciſcum Erneſtum* reliquit Decanum Argentinenſem, qui 1671. deceſſit; *hic* (Lotharius) *Franciſcum Erneſtum* alium. Obſervant à duobus ſeculis genti huic jus fuiſſe, in *Capitulo Argentoratenſi* Canonicum præſentandi.

Scutum.

§. II. Scutum exhibet *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. *28.* quadripertitum: ut primâ & quartam *areolam argenteam* permeet *faſcia rubea*: ſecundam vero & tertiam *rubeam* ornet *crux aurea anchorata*. Priorem teſſeram gentilem eſſe non dubito: de cruce quod dicam non habeo, niſi ſit ex *Rollingenſi* affinitate: memini enim in Rollingenſi ſcuto me crucem iſtam aliquando vidiſſe.

§. III. Cly-

§. III. Clypeo imponitur galea ſuperbiens jugo expanſo alarum, quarum priorem argenteam faſcia rubea, poſteriorem rubeam aurea permeat. Laciniæ etiam coccineæ ſunt, hinc argento, iſthinc meliori metallo reflexæ. Galeæ.

§. IV. Recentius vidi quadrantibus impoſitum ſcutulum *leone* inſignitum, ſed colores expreſſos non vidi; ſi conjectura agere liceat, dixerim notari *Buttingen*, nam in Wapenb. P. 2. pag. 13. huic familiæ datur in parma rubea leo aureus, qualis etiam inter alas nigras foliis ſparſas conſidet ſuper caſſide. Parma media. An Büttingen.

§. V. In ſigillo vidi galeas duas: alteram cum jugo alarum, alteram cum inſidente vulpecula. Galea altera.

§. VI. Tituli fuere: *Barones de Criechingen* (ſeu Chrehanges) *& Püttingen, Mareſcalli hereditarij Ducatus Lucenburgii*. Poſtquam vero 1617. inter *Comites Imperii* aſciti ſunt, titulum alterius lineæ iſtum vidi: *S. R. Imp. Comites in Dorſtweiler, Criechingen & Püttingen, Dn. in Taintrou, Lonois & Leſenich, Mareſcalli hereditarii Ducatus Lucenburg.* Præcipue obſervari meretur dignitas *Mareſcallatus*, quæ in *Daunia* familia fuit, quod in illo capite videbimus: ſed à filia *Rollingenſibus* obtigit, inde *Vilhelmi Dn. de Rollingen, Daun & Sibenborn* filia *Irmgardis* hereditatem marito *Joanni Baroni Criechingio* attulit, contradicentibus tamen reliquis Rollingenſibus. Titulus. Mareſcallatus Ducis Lucenburg.

CAPUT X.

Domus Croviaca ſeu *Crojenſis*.

ARGUMENTUM.

1. *Domus origo ex Regibus Hungariæ. Lineæ.*
2. *Scutum lineæ Arſchotanæ.*
3. *Croje faſcia. Renty.*
4. *Guilhelmi Dn. de Chieuvres diſcernicula.*
5. *Guilhelmi M. Rentiaci.*
6. *Scutum lineæ Havreanæ.*
7. *Erneſti Bogislai D. Croje.*
8. *Lineæ Rœuxiæ.*
9. *Annæ heredis Cimacenſis.*
10. *Annæ Cimacenſis. Solreorum.*
11. *Tituli.*
12. *Havreanæ.*
13. *Rœuxiæ.*
14. *Cimacenſis.*

§. I.

EX *Hungariæ regibus* Illuſtriſſima *Croviacorum* ſeu *Crojorum* familia deduci amat, atque ita ad *Attilam* referri Hunnorum regem & univerſæ Europæ terrorem: ab hoc quos fabulola antiquitas delectat, ſed nescio qua fide aut ſpecie, per 33. gradus ad *Nimrodum* Chuſi filium, celeberrimum coram Domino venatorem & Babylonici imperii Principem Gen. x. ducunt. A quo ad *Adamum* ex ſacris literis facili ascenſus. Fuerunt autem, *Andreæ II. Regis Hungariæ* filium tertio genitum *Andream* Bela fratre à Tataris pulſo ad *Venetos* habuiſſe perfugium, & ibi *Sibyllam* ſenatoris *Petri Cumani* uxorem duxiſſe, ex qua natus *Marcus*, qui peroſus mercaturam circa 1266. in Franciam concesſerit, & in aula Philippi Regis uxorem impetraverit *Catharinam* heredem Dominiorum *Araine & Croje*. (quæ prope Amiens ſita nunc pagus eſt.) Horum filius fuit *Guilelmus*, cui uxor *Annæ* f. *Arnoldi* C. *de Guines*, unde titulus familiæ illatus. Horum pronepos iterum *Guilelmus Iſabellam de Renty* heredem uxorem habuit, & hujus filius *Joannes*, qui prælio ad Azincourt 1415. cecidit, *Mariam* ſeu *Margaretham* f. *Joannis de Craon* (de Credonio) *Dn. de Dompmart*. Hi communes ſunt parentes reliquæ univerſæ Croviacæ gentis. Inprimis enim illis nati ſunt *Antonius Porceani* (quod à Carolo Duce Aureliano, ut lytron Anglis conficeret, vendere coacto emerat) *Comes* & *Joannes* à Carolo Burgundiæ Duce 1473. *Cimaci Comes* creatus, ac ab uxore *Maria* f. *Simonis Lalani Dominus de Kieurain*. Antonio genitus eſt *Philippus Porceani Comes* & *Joannes Dn. de Rœux*: *Philippo* natus eſt *Henricus*, hoc *Philippus Arſchoti Dux*, pater inter alios *Phiuppi Ducis Arſcotani*, cujus filia hereditatem *Ligneſiæ* familiæ intulit, & *Caroli Philippi M. de Havray* ſeu *Havrè* (à cujus filia reliqui nunc Duces, dicti de *Havrè* & de *Croy*, Marchiones de Renty ex Solreis) & *Erneſti Ducis de Croy*, quo & Anna Pomerana natus 1620. Sereniſſimus *Erneſtus Bogislaus D. Croviaci* locũ tenẽs Brandeburgici Electoris in Boruſſia, Pomerãia ulteriori & Princip. Camini Domus origo ex Regibus Hungariæ.

Ecclesiæ Romanæ ad Ecclesiam Constantinopolitanam, ut ipsa Ecclesia Romana
Primatum habeat, & Ecclesia Constantinopolitana secundum locum teneat, &
Primatus Ecclesiæ Romanæ. Ecclesia Constantinopolitana secundum locum teneat, & Ecclesia Alexandrina tertium locum teneat, & Ecclesia Antiochena quartum locum teneat, & Ecclesia Hierosolymitana quintum locum teneat, & Ecclesia Ephesina sextum locum teneat, & Ecclesia Cæsariensis septimum locum teneat, & Ecclesia Thessalonicensis octavum locum teneat, & Ecclesia Corinthiorum nonum locum teneat, & Ecclesia Philippensis decimum locum teneat, & Ecclesia Nicomediensis undecimum locum teneat, & Ecclesia Ancyrana duodecimum locum teneat, & Ecclesia Gangrensis decimum tertium locum teneat, & Ecclesia Neocæsariensis decimum quartum locum teneat, & Ecclesia Sardicensis decimum quintum locum teneat, & Ecclesia Trevirensis decimum sextum locum teneat, & Ecclesia Mediolanensis decimum septimum locum teneat, & Ecclesia Carthaginensis decimum octavum locum teneat, & Ecclesia Hippo-regiensis decimum nonum locum teneat, & Ecclesia Cæsaraugustana vigesimum locum teneat, & Ecclesia Toletana vigesimum primum locum teneat, & Ecclesia Bracarensis vigesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Arelatensis vigesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Narbonensis vigesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Vienensis vigesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Rothomagensis vigesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Turonensis vigesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Remensis vigesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Burdegalensis vigesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Capuana trigesimum locum teneat, & Ecclesia Tarentina trigesimum primum locum teneat, & Ecclesia Rhegiensis trigesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Panormitana trigesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Salernitana trigesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Neapolitana trigesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Ravennatensis trigesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Aquileiensis trigesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Genuensis trigesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Pisana trigesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Florentina quadragesimum locum teneat, & Ecclesia Venetiarum quadragesimum primum locum teneat, & Ecclesia Ulixbonensis quadragesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Eborensis quadragesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Dolensis quadragesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Compostellana quadragesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Legionensis quadragesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Ebredunensis quadragesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Auxitana quadragesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Lugdunensis quadragesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Bituricensis quinquagesimum locum teneat, & Ecclesia Aquensis quinquagesimum primum locum teneat, & Ecclesia Senonensis quinquagesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Moguntina quinquagesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Colonensis quinquagesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Salisburgensis quinquagesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Bremensis quinquagesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Upsalensis quinquagesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Lundensis quinquagesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Nidrosiensis quinquagesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Hafniensis sexagesimum locum teneat, & Ecclesia Roschildensis sexagesimum primum locum teneat, & Ecclesia Arosiensis sexagesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Wexionensis sexagesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Lincopensis sexagesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Scarensis sexagesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Aboensis sexagesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Strengnensis sexagesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Wiburgensis sexagesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Calmariensis sexagesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Gothlandensis septuagesimum locum teneat, & Ecclesia Hamburgensis septuagesimum primum locum teneat, & Ecclesia Brandeburgensis septuagesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Misnensis septuagesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Pragensis septuagesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Olomucensis septuagesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Gnesnensis septuagesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Cracoviensis septuagesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Wratislaviensis septuagesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Posnaniensis septuagesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Varmiensis octogesimum locum teneat, & Ecclesia Plocensis octogesimum primum locum teneat, & Ecclesia Lubicensis octogesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Ratisponensis octogesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Augustana octogesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Basiliensis octogesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Constantiensis octogesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Argentinensis octogesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Spirensis octogesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Wormatiensis octogesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Herbipolensis nonagesimum locum teneat, & Ecclesia Eistetensis nonagesimum primum locum teneat, & Ecclesia Wirtzburgensis nonagesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Bambergensis nonagesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Ratisponensis nonagesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Frisingensis nonagesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Pataviensis nonagesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Salisburgensis nonagesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Tridentina nonagesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Brixinensis nonagesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Aquileiensis centesimum locum teneat, & Ecclesia Forojulensis centesimum primum locum teneat, & Ecclesia Gradensis centesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Tergestina centesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Pedemontana centesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Mediolanensis centesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Papiensis centesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Cremonensis centesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Mantuana centesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Brixiana centesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Bergomensis centesimum decimum locum teneat, & Ecclesia Veronensis centesimum undecimum locum teneat, & Ecclesia Vicentina centesimum duodecimum locum teneat, & Ecclesia Patavina centesimum decimum tertium locum teneat, & Ecclesia Feltrensis centesimum decimum quartum locum teneat, & Ecclesia Cenetensis centesimum decimum quintum locum teneat, & Ecclesia Aquileiensis centesimum decimum sextum locum teneat, & Ecclesia Concordiensis centesimum decimum septimum locum teneat, & Ecclesia Ravennatensis centesimum decimum octavum locum teneat, & Ecclesia Faventina centesimum decimum nonum locum teneat, & Ecclesia Bononiensis centesimum vigesimum locum teneat, & Ecclesia Mutinensis centesimum vigesimum primum locum teneat, & Ecclesia Regiensis centesimum vigesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Parmensis centesimum vigesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Placentina centesimum vigesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Lucensis centesimum vigesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Pisana centesimum vigesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Florentina centesimum vigesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Senensis centesimum vigesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Aretina centesimum vigesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Perusina centesimum tricesimum locum teneat, & Ecclesia Ravennatensis centesimum tricesimum primum locum teneat, & Ecclesia Ariminensis centesimum tricesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Pisaurensis centesimum tricesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Anconitana centesimum tricesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Camerinensis centesimum tricesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Firmana centesimum tricesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Asculana centesimum tricesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Spoletana centesimum tricesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Tudertina centesimum tricesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Narniensis centesimum quadragesimum locum teneat, & Ecclesia Viterbiensis centesimum quadragesimum primum locum teneat, & Ecclesia Tiburtina centesimum quadragesimum secundum locum teneat, & Ecclesia Prænestina centesimum quadragesimum tertium locum teneat, & Ecclesia Albanensis centesimum quadragesimum quartum locum teneat, & Ecclesia Portuensis centesimum quadragesimum quintum locum teneat, & Ecclesia Ostiensis centesimum quadragesimum sextum locum teneat, & Ecclesia Tusculana centesimum quadragesimum septimum locum teneat, & Ecclesia Sabinensis centesimum quadragesimum octavum locum teneat, & Ecclesia Veliterna centesimum quadragesimum nonum locum teneat, & Ecclesia Romana centesimum quinquagesimum locum teneat.

Ecclesiæ Romanæ Primatus.

Ecclesiæ Romanæ Primatus.

Ecclesiæ Romanæ Primatus

adjectæ rem faciunt dubiam. Fasciam quinti laterculi vix ambigo *Vinstingensem* esse, adeoque *argenteam* in *cæruleo*. Nam nonsolum *Dianæ Dommartiniæ*, quæ Principis avia, proavia *Magdalena Vinstingensis* fuit, sed & dynastiæ illius pars hucusque ad hunc spectavit Principem. conf. de Rheingrav. In ultimo quadrante sculptus visitur *baltheus comitibus plinthidibus*: hunc *Orguillier* vel *Ogiville* exponi legi, ex qua gente fuit Magdalenæ mater Beatrix. Demum quartæ areolæ conspicitur impressa *crux*, & hujus medio imposita parmula, iterum scutulo insignita. De hac quod dicam non habeo, nisi *Dommartinia* illa fuerit tessera.

§. VIII. *Rœuxia* linea item ab Antonio derivatur. In ea *Fridericus Crojus* E. A. V. apud Chifflet. n. 123. gentili & Rentiaco symbolo, imposuit aliud scutulum quadripertitum. In cujus primo & quarto quadrante *Lotharingicum*, secundo *Alensonium*, tertio *Harcurtium* gestamen videre est. Hanc distinctionem credo assumtam & ad filios transmissam à Joanne patre, ob matrem ipsius Margaretham Lotharingicam, natam Antonio Lotharingio & Maria herede Harcuria, filia Joannis IV. Dn. Harcuriæ & Mariæ Alensoniæ. Patris scutum retinuit apud eundem Chiffletiũ n. 163. *Adrianus Dn. de Beaurain*. Lineæ Rœuxiæ.

§. IX. *Joannes* Antonii frater alterius rami autor est, & apud *Chifflet*. n. 22. inter Equites aurei velleris scuto *Crojo* & *Rentiaco* tesseris ornato mediam imposuit parmulam quadripertitam, cujus primus & quartus quadrans *rhombis aureis* & *coccineis* exaratus, secundus & tertius *Flandrico leone* insignitus fuit. Hæc iterum distinctio à matre sumta est. Nam rhombi illi *Craoniam* gentem designant, quæ à Roberto Landerici Com. Nivernensis filio descendit. Hic enim Robertus, cum Godofredo *Martello* Comiti Andino se addixisset, ab eo *Craonio* donatus est dominio. Ab eo reliqui Domini de *Craon* usque ad Amalricum IV. qui 1373. sine liberis decessit, & heredem habuit *Isabellam* sororem, unde successio ad *Sullniacam* Domum, in quam elocata erat. Amalrici autem istius patrui Petrus & Guilelmus novas emisere lineas, ille Dominorum *de la Suse*, quorum successio matrimonio Ambrosiæ uxoris Joannis ad Domum *Campanam* delapsa est: hic Dominorum *de S. Maure*, de Fertebernard, & demum de Dompmart, ex qua *Margareta Joannis Croji* uxor, & *Joannis* istius mater fuit. *Flandrica* autem tessera Craoniæ miscetur ob *Margaretæ* aviam *Margaretam* f. Joannis Flandri Dn. Nigellæ (de Neelle) *Guilelmi Craonii* cognomento *Magni Dn. de S. Maure* uxorem. Quod vero apicem Joannis hujus attinet, non alius fuit quam Antonii fratris. Patris scutum denuo inter Equites A. V. servarunt filii *Philippus C. Cimacensis* (n. 74.) & *Michael Dn. de S. Piat* (n. 112.) & nepotes *Carolus* (n. 104.) *Antonius* (n. 134.) abnepos *Philippus Comes de Solre* (n. 288.) & hujus filius *Joannes* (n. 327.) Annæ heredis Cimacensis.

§. X. Ita universa Joannis posteritas eadem usa fuerit dispositione. nisi quod *Annæ* heres *Cimaci*, filia Caroli, *Albretano* & *Britannico* symbolo suum scutum oneratse videtur, ex eo quia filius iisdem deinceps usus est, uti vidimus num 5. Tum *Havrea* successione ad Solreos delata, cum titulo etiam distinctio, à qua prior linea materno jure usa erat, simul translata est, ut videlicet integrum scutum Lotharingicum toti incumbat. Annæ Cimacensis. Solreorum.

§. XI. Quod titulos attinet. In primo ramo fuere illæ dynastiæ, quarum titulis usi sunt. Ducatus *Arescotanus* in Brabantia. Arescorum autem & Birbecam à Margaretha Lotharinga Antonio marito allatam lego. In ejus Antonii vero patrimonio prius erant *Crojæ*. *Renty*, *Senegem* & *Arain*. Inde accessere etiam *Beaumont*, *Monticornet*, *Porcean*: Inprimis Annæ Cimacensis connubio Principatus de *Cimay*, Dominia de *Avenes*, *Landrecy*, *S. Venant*, *Kiurain* seu *Queurain*, quam Isabella Godfrido Asperimontio marito, hujus filia *Mathildis* iterum suo *Ottoni Lalano* attulit, à matre habuit *Simon* filius, cujus proneptis *Maria* attulit marito *Joanni Crojo Annæ* proavo. Demum comitatus *Megensis* accessit Caroli Cimacensis & Mariæ Brimeæ matrimonio. Tituli.

§. XII. In altera linea sunt tituli Marchionum de *Havray* & demum Ducum de *Croy*. Lego vero Henricum IV. Regem Franciæ Croviaco 1598. dignitatem Ducalem cõtuliſſe. Tum Com. de *Fontenoy* à Diana Dommartinia Caroli Philippi uxore, nec non ab eadem ob aviam *Annam* filiam *Ferdinandi de Neuchastel Dn. de Montagu* & *Magdalenæ Dominæ Vinstingiæ*, Baronum *Vinstingiæ* seu *de Fenestranges*. Integer titulus Havreang.

Celsissimi

Celsissimi Ernesti Bogislai est: *Dux Croja & Arschoti, S. R. Imperii Princeps, Marchio in Havray, Comes & Dominus in Fontenoy, Bajone, Dompmartin, nec non in Neugarten & Massau.* Quæ duo posteriora prius ad Ebersteiniam apud Pomeranos gentem spectarant, unde oportet, gente illa nostra memoria extincta, adhunc ea beneficia transiisse.

Rœuxiæ. §. XIII. In tertia tituli sunt Dominorum & dein Comitum de *Rœux*; nec non Dominia de *Crecq.* & de *Clargues* attulit Joanni lineæ autori uxor Joanna. Tum lego nomina Dominorum de *Beaurain*, de *Fremessen*, & demum Comitum atque nunc Principum de *Megen*.

Cimacenses. §. XIV. Cimacenses tituli jam §. II, occasione Annæ heredis recensiti sunt. In ultima linea leguntur Comites de *Solre*, nunc etiam duces de *Havre* & *Croy*, Marchiones de *Renty*: tum tituli Dominiorum *S. Piati* seu *Saimpy*, *Thou*, (quod Maria Craonia attulerat) *L' Escluse, Fontaines*, &c.

CAPUT XI.

Episcopus Curiensis.

ARGUMENTUM.

2. *Episcopatus. S. Lucius.*
2. *Asimo. Episcopus maritus.*
3. *Reliqui Episcopi. Episcopatus incrementa.*
4. *Modernus Episcopus.*
5. *Scutum.*
6. *Episcopatus Officiales. Ducis Austriæ potestas.*
7. *Familia de Monte.*
8. *Apex.*
9. *Titulus. Ius in imperio.*

§. I.

Episcopatus. INter Episcopatus Rheno adsitos, qui plures numerantur, primus est in Rhætia *Curiensis* seu *Curensis*, inde dici solet *Curia summa*, quia non procul Rheni fontibus prima occurrit. Episcopatus initium *Casp. Bruschius* refert ad annum 440. sed *Bucelin. Germ. P. 1. p. 3.* putat ab ipso Apostolo *S. Petro* fundatum, unde & opidum Veldkirchium & adsita proxime regio Campus S. Petri appelletur. Primum tamen Episcopum vocat *S. Lucium*: cujus etiam mentionem Bruschius facit: sed ostendit incertum esse, *Lucius* ille, an ex regio Britannico stemmate, an potius, quod mallet, Cyrenæus, Simonis τῆ σαυροφόρῳ Luc. 23. 26. filius fuerit? In hoc conveniunt, fuisse primum *Bavarorum ac Rhætorum* Apostolum. Dicitur martyrio coronatus 180.

S. Lucius. Asimo. §. II. Primum post Lucium Episcopum *Bruschius* vocat *Asimonem*, qui Chalcedonensi interfuit Concilio: sed Bucelinus ante eum nominat *Valentinum* etiam *Pasaviensem* antistitem & *Gaudentium*. Inter eos, qui successere, memorabilis est Paschalis numero apud *Bruschium* decimus quartus: Cujus verba huc transferam: *Paschalis Comes Brigantinus, Vigilii Præsidis Rhætiæ filius: Episcopus Curiensis, habuit uxorem, Dominam Esopejam Comitissam de Rhætia alta: quæ etiam in vetustis diplomatibus nominatim ponitur, & se subscripsit Antistitam Churiensem: præsertim in fundatoriis literis vetustissimi monialium cœnobii Caczes in Tumiliasca supra Rhetium siti. Ejus cœnobii fundatores fuerunt, iste Paschalis Episcopus & ejus filius Victor, successor patris in Episcopatu. Prima ejusdem Abbatissa legitur fuisse Domina Vespula, Paschalis Episcopi ex Esopeja conjuge filia: cujus soror Ursicina ejusdem loci monialis fuit.* Episcopus maritus. Successorem habuit filium *Victorem*, de quo necesse non est, ut cum Bucelino dubitemus, an forte non filius sed nepos fuerit; ita enim inscriptio monumenti habet: *Victor Episcopus Curiensis una cum matre sua fundator hujus monasterii: & cum eo Paschalis Episcopus Curiensis, genitor & antecessor ejus.*

Reliqui Episcopi. §. III. *Rothario* Episcopo *Carolus Crassus* Rex Galliæ dedit ditionem & villam *Fluminis 881* *Waldoni* autem 940. *Otto I.* Imperator *Pludentum* opidulum Drusianæ vallis: nec non ejus successori *Hardoberto*, quod Episcopatus Saracenorum irruptionibus damnis affectus esset, quædam bona prædia in Zizers pago & Alsatia: *Otto II. Hildiboldo* pensionem vectigalium pontis Clavennensis in Prægallia: *Waldoni II.* seu *Walchoni* Otto III. totum opidum *Clavennense* in Prægallia *995*. *Egino* qui obiit 1074. primus à Friderico Barbarossa apud Bruschium *Princeps* est salutatus & habitus

Episcopatus incrementa. ob in-

Fortsetzung.

Fortsetzung.

Fortsetzung.

The Penal Statutes of Parliament, Concerning Usury.

3 H. 7.	5.	37 H. 8.	9.
11 H. 7.	8.	1 E. 6.	14.
14 H. 7.	4.	5 E. 6.	20.
1 H. 8.	7.	13 Eliz.	8.
5 H. 8.	6.	18 Eliz.	3.
21 H. 8.	17.	21 Jac.	17.
25 H. 8.	13.	12 Car. 2.	13.
27 H. 8.	9.	4 Ann.	14.
32 H. 8.	20.	12 Ann.	16.

Anno Regni Edwardi Sexti primo. Cap. XIV.

An Act against Usury, or Unlawful Chevisance.

Forasmuch as usury is a vice most detestable, forbidden by the word of God, and by the ancient law of this realm, and yet nevertheless is practised openly in many parts of this realm, without punishment or correction, to the high displeasure of Almighty God, and the great hurt, damage, and undoing of many of the King's subjects, unless remedy be provided: Be it therefore enacted by the King our Sovereign Lord, the Lords Spiritual and Temporal, and the Commons in this present Parliament assembled, and by the authority of the same, That all usury, contract, and chevisance, for any manner of loan of any money, wares, merchandizes, or any other thing whatsoever, to be had or made, upon any bond, covenant, promise, or assurance, had or made, or to be had or made, for any manner of forbearance, shall be clearly void and annihilate, and the parties to the same, and their sureties, shall be discharged of the same, and shall not be bound to pay any penny for the same.

And that it shall be lawful to every person, as well the borrower as the lender, to plead the said statute, and to take advantage of the same, by way of action, or by way of answer, or by way of bar, in any court of record, or elsewhere, where any action, bill, or plaint, shall be brought, or any other process, for any thing concerning the same, contrary to the true meaning of this statute.

And that it shall be lawful to every person, as well the borrower as the lender, to plead the said statute, and to take advantage of the same, by way of action, or by way of answer, or by way of bar, in any court of record, or elsewhere, where any action, bill, or plaint, shall be brought, or any other process, for any thing concerning the same, contrary to the true meaning of this statute.

Usury void.

Pleadable.

§. 11. Superior ſcuti pars ter ad perpendiculum ſecta, quatuor primarias exhibet areas. Prima ex illis *meliori metallo tincta & corculis rubeis ſparſa tres cæruleos leopardos, linguis & falculis* (atque ſi Chiffletio fides eſſet, quæ tamen hic fallit, *coronis*) *aureis* refert. Quæ *corcula* vocamus, alii *lacrymas* exiſtimant: quarum tamen in heraldica arte non eadem cum cordibus figura pingitur. De *leopardorum* colore itidem diſceptatur. *Hæping. l. c.* p. 312. *viridis* eos fingit, nec minus etiam ex ſinopide eos tingi vult *Dav. Blondell. Plen. aſſert. Geneal. Franc. T.* 2. *p.* 363. Accedit *G. Fournier. Geograph. orbis Not. P.* 1 *l.* 2. *cap.* 10. Nec non *D. T. V. T.* auctor libri *les eſtats, empires & princ. du mond. p.* 1457. qui ita: *Lyons verds en champ d' or, ſemés de larmes de ſang ou de cœurs d' hommes.* Sed potior fides *Iona Elverfeldio*, qui de *Holſat.* cl. 2. ita canit, ab ipſo Hæpingio, qui meminiſſe debebat, adductus: Daniæ regnum.

Danidos illuſtris ternorum ſceptra leonum
in croceo jactant cærula colla ſolo.

Leonum color.

Ipſius *Danici regni* hoc emblema eſſe, modo audivimus. Antiquorum autem *Danorum & Alanorum* ſymbolum fuiſſe *Gallum Gallinaceum*, pugnacitatis hieroglyphicum, alibi legi. Regnum hoc, ex Arctois meridionalius, & quod Novegia, Svecia, Eidora atque mari concluditur, reges ſuos ad quendam *Danum* refert, qui (ſupputante Erico Rege) circa Davidis tempora imperaverit genti, & de ſe nomen regno indiderit. A Dano illo non una familia regno potita eſt, initio ipſius *Dani* ſeu *Skioldungorum*, dein *Hotheri*, qui Atisli Svecici regis filius fuit, poſt eam *Vnguini*, qui ex Rege Gothiæ Daniæ Rex teſtamento inſtitutus fertur, demum *Sivvaldina*. Illam hiſtoriæ Danicæ partem ob multas admiſtas fabulas μυθικὴν recte dixeris, ad tempora nimirum Caroli Magni: ab hoc periodus ἱστορικὴ, & in ea iterum non ex una familia Reges: primam à *Gotrico* ſeu *Gotfrido*, cui cum præfato magni nominis Imperatore ob Witikindum Saxonem & Nordalbingiam negotium fuit, deducunt, & *Danicam* recte appellaveris: alteram *Norvegicam* à *Sivvardo* cognomento *Ringone* regis Norvegici filio; hanc excepit, *Anglica* dicta, autore *Svenone III.* cognomento *Eſtritio*, qui Ulfone ſeu Wolf Anglo & Eſtrita Canuti M. ſorore natus fuerat: Hæc defecit in *Margareta*, quæ initio filii Olai, quam ex Haquino R. Norvegiæ ſuſceperat, nomine, dein ſuo, imperavit non Daniæ ſolum, ſed toti ſeptentrioni. Poſt eam non niſi *Erico D. Pomeraniæ*, qui hiſtoricam narrationem gentis Danicæ edidit, & *Chriſtophoro Palatino* interjectis, *Oldenburgica* familia ſceptro admota eſt, quæ nunc etiam illud feliciter moderatur. Creditur vero hos leones *Danus* primus Rex anno 1253. poſt diluvium, cum Seelandiam, Fioniam, Iutiam & alias inſulas ad regni titulum evexiſſet, ei ſymbolicam dediſſe notam, ternario leonum tria freta Oreſundicum, Balticum, & Mittelfahrſundicum deſignaturus. Regni origo. Regum familiæ.

§. 111. Proximam aream *rubeam* exornat *leo coronatus aureus*, *ſecurim militarem* (Amazonicam alioqui vocant Streitart. *Cyr. Spangenb.* Adelſp. P. 2. L. 12. c. 35. pag. 211. b. alias Hellepart) *bipennem argenteam, aureo manubrio* ferens. De hac iterum Elverfeldius: Norvegia. Lego bipenniger.

Ditio Norvegiæ leo regna bipennifer ora,
Indicat in roſea bellaque tractat humo.

M. Gilb. de Varenn. R. d' arm. P. 2. *p.* 276. leonis figuram ab exemplo *Pompeji M.* deducit, qui in gemma inſculptum geſſerit leonem enſiferum. Videbimus tamen in P. generali c. 5. plura exempla leonum, qui falculis varia inſtrumenta apprehenſa geſtant, Emblema hoc *Norvvegiæ* eſſe poëta nos docuit. Commentum ex eo eſſe liquet, cum *Malleolus* apud *Haping de jur. inſign.* p. 313. fingit; Norvvegiæ regis ſcutum ſimpliciter ſine figura eſſe *nigrum*. Porro *Norvegia* (*Adamo Bremenſi* & *Cranzio Northmannia* dicta, ſeu quod probabilius, à ſitu Arctum verſus, ſeu à *Noro* Humli Sveciæ regis filio, Dani fratre, nomen accepit) ad ultimum Europæ ſeptentrionem verſus promontorium *Nortcaep* à confiniis V Veſtrogothiæ protenditur, & Oceano ſinusque Codani faucibus, atque Sveciæ qua contermina eſt Sevone monte clauditur. Habuit regnum hoc ſuos reges peculiares, qui aliquãdo Danis & Svecis graves fuere. Ita primus ex illis octo ſeculis Chriſti ævo ſuperior *Svibdagerus* ſeu *Suigdagero* (uti eum anonymi hiſtoria compendioſa RR. Daniæ ab Erpoldo Lindebrogio edita vocat, atque Grami regis Danici filium facit, cujus tamen non filius ſed ſororius generque fuit, ut ex Saxone *Pontanus R. Dan. L.* 1. *p.* 13.) præter Norvvegiam ſuam duo illa regna vicina rexit, & hujus ſymboli dicitur fuiſſe autor. Ab eo etiã ſecũda, quæ diutius ſceptrum geſſit in Svecia Regum linea.

familiæ deſcendit, nec non ex Norvegis, ut §. præced. diximus, Daniæ regnatrix ſtirps poſt Caroli M. ætatem ſecunda. Viciſſim ab *Haldani II.* R. Daniæ filio *Aſmundo* omnes deinceps reges *Norvegiæ* orti ſunt. Defecit tandem regum progenies in *Olao* Haquini Norvegiæ regis atque *Margaretæ Danicæ* (quæ Danicæ hanc junxit teſſeram) filio, qui vivis exceſſit 1387. Illo inter alia epicedio ornatus, quod apud *Pontanum L. 8. p. 510.* legere eſt, & dignum, cujus ſaltem aliqua huc adſcribam diſticha:

Danica Norvago genuit me Margaris illa,
Quæ fuit Haquino tradita connubio.
Et jus Norvagum, ſed Danum gratia regem
ſignat, ubi fatis cum patre cedit avus.
Sed mihi regna negat mors immatura deinceps,
Norvagia ut Dano pareat imperio.

Jus in eam hereditarium.

Ex eo Danico conjunctum regnum, & nunc quoque conjunctum vel potius ſubjectum manet; ejus *hæreditario titulo* toti jam *Holſatiæ Domui* communicato. Subjectionis plenariæ anſam præbuit ſeditio, quæ autore *Hermolao Hudfad*, inſtigante *Stenone Sturio* adverſus *Ioannem* regem principio ſuperioris ſeculi excitata fuerat. Ei vero compeſcendæ miſſus à patre Chriſtiernus, dein Rex: qui quæ egerit *Ioh. Schvvaning in vita* ejus deſcribit. Paucis complectitur *Ioh. Cluverus epit. hiſtor.* p. 696. *Mittitur in Norvegiam Chriſtiernus regis filius, qui victo acie Herlofo Hudefato* (ita Hermolaum illum nuncupat) *multos cum eo nobiles afficit ſupplicüs, domitosque Norvegos, maſcule & ſevere ad officium reduxit, maxima avitæ libertatis parte dominutos. Ex eo magis heredes ſe Norvegiæ Danorum reges geſſere.* Et hoc argumento Svecos ſuos ad defectionem à rege Ioanne inter alia ſolicitabat Steno apud *Ioh. Meſſ. hiſt. Dan. L. 2. p. 110. Reſpicerent Norvegiam, quæ cum Dania poſtquam fœdus iniiſſet, priſca libertate exuta in extremam ſervitutem miſere dejecta eſſet.* Aſt mirum non eſt, ita loqui, qui defectionis, jure punitæ, autor fuerat.

Com. & B. de Zimmern.

§. IV. Barones & dein Comites *Cimbriæ* ſeu *Zimmerenſes*, qui in Svevia ditiones habuere, in inſignibus geſtarunt *leonem argenteum bipennigerum in ſcuto caruleo.* Uti videre eſt Wapenb. P. 1. pag. 17. Argumento hujus leonis creditî ſunt ex priſca *Norvegorum* proſapia deſcendiſſe. Id certum eſt, familiam in Germania à pluribus ſæculis floruiſſe, unde ſi ex ſeptentrione huc delati ſunt, id à mille fere annis factum oportet. Ex iis vero quæ P. 1. c. 2. diximus conſtat, eo tempore inſignium non eum qui deinceps fuit morem neque uſum hereditarium fuiſſe. Porro memoratur aliquis Cimbriæ Baro *Adelbertus* 912. qui Mutliebam Comitiſſam Calvenſem uxorem habuerit. Gentem, quantum novi, clauſit extremus marium *VVilhelmus* ſeculo hoc ineunte. De reliquis arcolis Zimmerenſis ſcuti actum eſt L. 1. c. 35. n. 7. 8. cum Helfenſteiniorum facta eſt mentio.

Goth ia.

§. V. Qui proximus eſt laterculus *rubeus* in capite *leopardum vel leonem aureum*, in inferiori autem parte *triplici ordine diſpoſita novem corcula ejuſdem metalli* continet apud Sibmach. & alios: ſed didici, rectius laterculum *auro* pingi. *leonem cyaneum*, *corda rubea*, repræſentari. *Elverfeldius* ita exprimit:

Corda novem propero qui tranſilit inclyta ſaltu
Gothorum prodit ſigna vetuſta leo.

Gothorum (de quorum antiquis διλγμασι conf. *Haping. de jur. inſign. c. 2. §. 20. p. 163. & ſeq. P. 3. & 4. n. 516. p. 313.*) gens multis geſtis celebrata, in Italia & Hiſpania regna fundavit non unius ſeculi. Ipſa vero Gothia, quæ Sveciam & Daniam interjacet, aliquando proprios, aliquando cum Svecia communes habuit reges, atque adeo cum hac etiam Danos; hujus memoria ſupereſt in regio ſcuto pariter & in titulo. Niſi malis, cum *Gothiæ* antiquæ pars fuerit *Scania*, cum Hallandia & Bleckingia provinciis, reliquæ Gothiæ, quæ in *Oſtrogothiam*, *VVeſtrogothiam* & *Smalandiam* diſpeſcitur, ad meridiem contigua, hanc regni Gothici partem, quæ ad noſtram memoriam Danico ſceptro ſubdita fuit, iſto leone notari. Videmus enim prædictas reliquas Gothicas ſuum etiã peculiare ſingulas habuiſſe ſignum. Conjecturæ hæ aliorum fuere, verum à Nobiliſſimo *Ioanne Mothio* Regio ſecretario, hiſtoriæ patriæ callentiſſimo & ejus decorum ſtudioſiſſimo, qui magnam eorum partem, quæ hic trado, nec non quæ partem generalem, & librum hujus ſpecialis partis quartum D. V. exornatura ſunt, benevole communicavit,

An Scania?

Digitized by Google

cavit, certiora edoctus sum. Notari videlicet *Iuthiam* seu *Cimbriam*, & quidem leone designari *Limfiordam Iuthiæ* seu Limvicum sinum, quo ab ortu in occasum provincia irrigatur, novē cordibus autē Ducatus seu territoria, quæ quondā in Jutia numerata sunt, quibus omnibus eadem hæc imago leonis & corda. Ita vero appellata sunt *VVensyssel* (Vonsilia seu Vandalica terra). *Cimmersyssel*, *Haresyssel*, *Loversyssel*, *Obsyssel*, *Hammersyssel*, *Varesyssel*, *Almindsyssel* (*Syssel* notat territorium.) Hoc ergo symbolo insignis militaribus utebantur, quod omnes Ducatus fere cærulo & impetuoso mari cingerentur, & sinu illo alluerentur, unde corda eò direxerint, sedibus ibi locādis, & quidem junctis cordibus & manibus unitorum ad defensionem regionum auxiliorum fidem faciebant. Autor ejus symboli fertur fuisse, si tā alte ascendere liceat, *Segudus* primus Iutiæ judex Annomundi 1960. & ita quarto post diluvium seculo. Porro *Iutiam* à *Gothis* traxisse nomen, autor est H. Grot. proleg. ad hist. Goth. p. 10. Potius Jutthia.

§. VI. Extrema area primi ordinis iterum *rubea draconem* (alias serpentem seu vermem alatum seu **lindwurm** vocant) *coronatum aureum* continet, Chiffletio teste. Nam *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 2. laterculum auro tingit, & draconem colore naturali pingi jubet. *Elverfeldius* ita de hoc insigni: Vandalia i. Slavia.

Terribilis Slavos pernicibus extulit alis,
Et loca propugnat sanguinolenta draco.

Primum versum ita eloquitur Pontanus:

Hinc rigidos Slavos effert pernicibus alis.

Vandalorum antiquum etiam signum draconem fuisse, *Olaus M.* refert. Notari vero *Vandalos*, *Venetos* seu *Slavos* (quos tamen rectius distinxeris, ut *Vandali* Germanica gens fuerit, *Venedi* & *Slavi* Sarmatica, quæ Baltici maris oras, indigenis alio profectis vacuas, occuparunt) non ab Elverfeldio tantum sed & è Regum titulo discimus. Unde vero illud jus vel titulus, disceptatur. *Canutum*, qui *sanctus* nuncupatur, à Lothario Imperatore regem Obotritorum constitutum esse constat, quāvis in circumstantiis non eadem omnes autores dicant. conf. *Pont. R. Dan. L. 1. p. 207.* Sed *Obotritorum* & *Vandalorum* seu *Vinidorum* non æque late patet nomen, licet Obotriti utique Vinidis annumerandi sint. Postea vero *Slavicas* gentes bona ex parte à Danis subactas esse, itidem ex scriptoribus liquido probatur. Quamvis vero excusso Danico obsequio ad imperium illæ redierint (conf. de his prolixius differentem *Celeberr. Conring. de finib. Imp. Germ. c. 16. p. 244. seqq.*) atque ita à non uno seculo Daniæ Reges in Slavia nihil possideant, insolens tamen non est, sed plurium magnatum exemplis constat, cum titulis etiam notas servari provinciarum, quæ aliis jam parent. Significationi Vandalorum prius laudatus *Mothius* addit, *Gothos* & *VVandalos* jūctim intelligi: & quidē veteres Gothos usos tali verme seu dracone, ut & simul insulas *Seelandiam*, *Monam* seu *Mœn* & *Falstriam*. Præterea constare ex historia antiqua Danorum, tempore *Guthi* judicis sexti Jutarū, qui & Seelandiam sub potestate sua habebant, Iuthos & Cimbros in Scaniam transisse, atque nomen incolarum mutasse cum appellatione Getharum s. Gothorum, & quidem ad illius nomen Guthos seu Gythingos. Ne vero hæ provinciæ acquisitæ unquam ab invicem separarentur, judicem Guthi eis tesseram militarem *aureum draconem* in minio tribuisse, quem situs provinciæ repræsentare videatur. *Vandalos* seu *Vinidos* quidem etiam usos in insignibus simili verme alato, nonnihil tamen immutato. Verum tamen Vandalorum symbolum esse *caput bubalum*, quod nunc quoque in scuto Megapolitano cōparet. Quod jus ad regnum hoc spectet, *VVoldemarum* ad Daniam reduxisse regnum *Vandalicum*, cum Metas ad Fridericum Augustum profectus cum eo fœdus percussisset, & ab eo regnum hoc susciperet. Ast ante hunc jam pater ejus *Canutus* non modo Ducatum suum Slesvicensē expulsis Saxonibus liberaverat, sed & Slavorum terras occupaverat, captis *Pribislao* & *Nicoloto* principibus eorum: unde quod occupavimus dicere, à *Lothario II.* Imperatore 1128. *Rex Vinidorum* seu *Vandalorum* creatus & coronatus est. Sequenti tempore in sigillis Erici Glippingii & Erici Menvvedi regni *Sclavorum* mentionem nomini regni Danici additum videbimus proximo numero. Porro alibi quoque legas, Gothis tributum fuisse aliquando draconem. Ita de veteri symbolo *Gothorum* duplici *M. Ioh. Fraxineus* apud *Cyriac. Spangenb.* **Adelsp.** P. 2. L. 12. c. 35. p. 319. Danorum in eum jus. Gothi & Vandali. Gothorum draco & duplex symbolum.

Mollia tunc atavis ducentibus otia Gothis
Vexillum effigiem mitis habebat ovis.

Sin vero in populos Mars triſtem accenderat iram,
Horrida flammivomi ſigna draconis erant.

Confirmat illud etiam *Ioh. Loccen. antiq. Svec. Goth.* L. 3. c. 2. p. 120. 121. *In vexillis ſuis olim Gothi præter alia circumtulerunt tempore belli imaginem* draconis *contorti & alati* (textilis anguis *dicitur Sidonio in Panegyr.*) *in pace* agni *figuram. Hujus rei clarum facit teſtimonium inſigne illud monumentum, quod in urbe Thuringiæ Gotha à Gothis ita dicta, repertum, olim veteri iſtic curri affixum, deinde illa deſtructa in veſtibulo curiæ poſitum fuit, una cum verſibus Germanicis, teſte Heidero in Orationibus ſuis, quorum verſuum ſententiam his expreſſi verſibus Latinis:*

Quando vetuſtæ urbis turris deſtructa Gothanæ,
inventum eſt iſthinc inſigne agni atque draconis,
Agni inſigne Gothi geſtarunt tempore pacis,
tempore ſed belli contra hoſtem inſigne draconis.

Hoc egregium monumentum ſignificabat, in armis Gothos formidabiles, in hoſtem acres ac ſtrenuos, domi erga ſuos lenes ac tractabiles, erga deditos atque devictos placabiles mites & humanos eſſe. Idem in ſuis Gothis prædicat Ioannes Magnus hiſt. Svec. c. 41. Gothi non ſecus ac agni domi converſantur, foris autem & contra hoſtes leonum ferociam imitantur.

Tres coronæ.

§. VII. Inferior ſcuti pars, duos iterum quadrantes, quadripertitos, exhibet. Anterior, qui totius ſcuti eſt quintus, in prima area *cærulea* (*Haping. de jur. inſign. c. 6. P. 3. §. 5. p. 314. rubeam* per errorem vocat) *tres coronas aureas* refert. Audiamus iterum Poëtam: *Florentemque trium regnorum fulgida glaucis*
In clypeis unit terna corona ſtatum.

Unio trium regnorum

Aliqui *Sveciam* notari volunt, nonnulli tres Gothicas provincias, *Scaniam, Hallandiam, Blekingiam:* Alii (ita *Haping. de jur. inſ. c. 6. P. 3. cl. 5. §. 2 n. 530*) quod Norvegiæ, Daniæ & provincialis Gothiæ, Hallandiæ, Bleckingiæ & Schoniæ imperet: ſed Elvertelidio & Pontano tutius adhibetur fides, qui *unionem trium regnorum*, nempe *Daniæ, Sveciæ & Norvegiæ* deſignari perhibent. *Svibdagerus*, ut §. 3, occupavimus dicere, primus traditur fuiſſe, qui tria hæc regna poſſideret: qui verò ob hanc cauſam originem trium coronarum ad ipſum referunt, neſcio quam certa fide id faciant. *Vptonus de milit. offic. p. 128. Svenoni* & filiis, qui in Anglia regnarunt, tres coronas tribuit, ſed *aureas* in ſcuto *rubente*, & ut altera alteri incumberet. Verum ſi tres hujusmodi coronas uſurpatas fuiſſe, & illis totidem regna ſignificari concedatur, non tamen alia quam *Daniæ, Angliæ & Norvegiæ* illa fuerint, quod vero concernit trium regnorum ſeptentrionalium unionem, iſta areola ſignificatam, à *Margareta* Regina eſt, quæ tribus regnis imperavit, atque tandem effecit generalibus regnorum comitiis Calmariæ habitis, ut *decerneretur*; verbis utar *Pontani rer. Dan. L. 9. p. 528.*) *unanimi omnium procerum voce, ut uno ſub Rege, unoque Domino tria regna in perpetuum eſſent agerentque. Nec fas eſſet regnorum uni, regem aſſumere eligereve, niſi unanimi regnorum ſingulorum ſuffragio.* Hæc fœderatio año 1397. (vidi ānum 1388. ab aliis exprimi) celebrata, ipſo die Margaretæ virginis, juſſumque *ut hac unione diſcordiæ omnes cæteraque regnorum atque indigenarum odia ſublata, ſopitaque, nec unquam regnorum alterum in alterum inſurgeret, aut bello occaſiones præberet.* Verum enim vero hæc fœderatio paci atque unitati inter regna ſtabilienda inſtituta diſſidiorum tamen ac belli inter Danos Svecosque geſti occaſio identidem extitit, & alteri alteris objecerūt, quod pactis his non ſtetiſſent. De ipſis *tribus coronis* inter duo hæc regna lis fuit, ſed demum terminata anno 1570. pace *Stetinenſi*: Cujus ille articulus (verbis Thuani L. 47. p. 808.) *trium coronarum inſignia, quæ uterque Rex pro ſuis vindicat, utrique uſurpare jus ſit: Dum lis Cæſaris, Auguſti Saxonis Septemviri, Iulii Brunſvicii, Brandenburgici Septemviri, & Georgii Iohannis Palatini, in quos partes compromittere tenebuntur, arbitrio decidatur.* An eo tempore lis deciſa ſit, mihi non conſtat. Sed in pacificatione 1613. inter Chriſtianum IV. & Guſtavum Adolfum Reges, cum prius Sveci unam coronarum eximi poſtulaſſent (quod non niſi Dania & Norvegia cohærerent) vel alio colore pingi vellent, uſus denuo utrique regum ſervatus eſt. Ita nunc quoq; uterque Rex hoc utitur emblemate, licet diverſa explicatione. His illud addi debet, quod etiam ante illam regnorum unionem aliquibus *Daniæ* regibus coronarum uſus fuerit familiaris: ita extat ſigillum *Erici Glippingii* regis 1272. quo exprimitur regia ſcamno inſidens imago, dextra ſceptrum, læva elevatum globum mundi indicem ſuperpoſita cruce tenens,

De illis litis.

Vetuſtior coronarum uſus.

Statute of Merchants.

Writ of Execution.

Proviso.

Statute of Merchants.

gentem admodum ferocem, finitimis gravem, nulli Principi ſubjectam; & libertate uſurpata inſolentem. Eam ſibi, quando non ſit è republica, populum ſine Principe agere, ſubjici petit: tum Holſatiæ ac Stormariæ Comitatum, ac Diethmarſiæ regionem in Ducatum commutari. Nec gravatus Imperator, annuit amici regis poſtulatis, & extincto vetere Comitatus titulo, ac Ducatu ex tribus illis ditionibus uno facto, regi hunc, ſolenni in talibus more, confert: literisque in rem iſtam requiſitis donum firmat. Ex eo tempore *Ducatus* axioma ſervatum, & Reges ſequentes & agnati (de quo infra n. 30.) ditiones, inter ſe tamen diviſas, nec non tanquam Principes & membra imperii, inter reliquos Principes ſuum locum tenuerunt.

§. XI. Holſatiam excipit, quæ illius generaliori nomine ſæpe ſimul comprehenditur, *Stormaria*, denotata proximo laterculo, *rubeus cycnum argenteum pedibus nigris*, cujus *collo inſerta aurea corona* conſpicitur (Pontanus dicit cervicem coronatum) defert. Figura rationem aliqui dant, quia magnam partem ad Albim ſita provincia paluſtris ſit, (conf. *Pontan. Chorogr. Dan. p. 666.*) De hoc ita Poëta: Stormaria.

Candidus exili juncto diademate collo
In mineis clypei ſedibus extat olor.

Porro eosdem ſemper cum Holſatia Comites *Stormariæ* habuit; initio ſeculi noni principio *Vdonem de Meyendorf*, & ejus poſteros; poſt hos in *Saxoniæ Ducum*, quos à *Bilingto* ſatore cognominant, poteſtate iterum uterque comitatus hæſit, & plerumque Ducis frater illos rexit. Demum in *Schauenburgicam* familiam delapſus uterque, quæ ibi fata expertus ſit, ex priori §. conſtat. Porro an Stormaria olore hoc antiquitus uſa ſit, aſſeverare non auſim, cum nec in Schauenburgicis inſignibus ejus ſit veſtigium, nec *Hamburgum* (in Stormaria, non Holſatia proprie dicta, ſita urbs) inſignibus prioris illius avis ſed urticæ figuram adjiciat: In qua urtica Domus Holſatica juris in urbem ſui nonnullum indicium quærit. (conf. *Thuan. L. 47. p. 804.*) Itaque ab aliquot ſeculis demum, & à familia, quæ nunc imperat, cycnum hūc ut Stormariæ eſſet διῆγμα aſſumtum, ſi liceat, conjicio: forte tunc cum ab Imperatore dignitas Ducalis collata eſt. Primum vero Holſatorum, qui ſe *Stormariæ Dominum* inſcribi voluerit, lego fuiſſe *Henricum* Oſnabrugenſem electum apud *Pontan. R. Dan. L. 9. p. 565.* Porro præter Stormariam etiam *VVagria* Holſatiæ latius dictæ provinciis annumeratur. Sed de hac *Elverfeld. de Holſat. cl. 1.* Nulla de hac provincia Principes Holſati uſurpant, caput tamen bubalum, cum Obotritorum olim ſub poteſtate fuerit, ipſi aſſignatur. Et Hamburgum. Wagria.

verſu:

Hæc ſed Obotritis olim ſubjecta ſuperbis,
Frontis habet torvi ſigna tremenda bovis

Addit *Pontanus Chorogr. Dan.* p. 668. *Nec aliud fuiſſe Cimbris vetuſtiſſimis, cum Italiam invaderent, gentilitia imaginis loco, Plutarchus autor eſt, illud inſuper adjiciens, caput illud tauri, atrum inſolo croceo locatum fuiſſe.*

§. XII. Quadrans ultimus iterum quadripertitus *Sleſvicenſe*, *Islandicum*, *Oldenburgicum* & *Delmenhorſtenſe* inſignia exhibet. Prima areola *aurea duos leones gradientes cæruleos* continet. Elverfeldius ita exprimit: Sleſvicum.

Exhibet in clypeo geminus flavente Ducatus
Fortia Sleſvigæ cærulus arma leo.

Et expreſſis ſimul limitibus:

Regia Slesvigæ ſignat Coldinga Ducatum,
Eidora quem refluens turbidus ambit aquis.
Fertilis Anglorum per teſqua virentia terra
Clauditur excellens amne, Livolde, tuo.
Illius in crocea duplices tellure leones
Fortia cærulei ſigna coloris erunt.

Quia leones duos etiam *Normanniæ Duces* geſtarunt, Danckwerth de Holſat. L. 2. c. 3. p. 74. concludit, eandem cum Sleſvicenſi fuiſſe familiam, de quo ipſe viderit. Aliqui credunt, Sleſvicenſes hos leones duos jam ante ann. mundi 1960. cognitos fuiſſe. Neſcio añon probabilius ſit, cum tres ejusmodi leones Daniæ emblema ſint, à Sleſvicenſibus Ducibus duos geſtos, cum illi Regii ſanguinis fuerint. Quod genus diſcerniculi Parte 1, c. 8, notavimus. Conjecturam juvat hiſtoria, nam hic Sleſvicenſis (ſeu

Digitized by Google

uti olim etiam vocitatum fuiſſe ex fœderis formula apud Pontan. Rer. Dan. L. 7. pag. 439. videre eſt, Jutiæ vel Jutiæ Auſtralis apud eund. L. 6. p. 317.) Ducatus (antea enim Imperator ibi *Marchionatum* conſtituerat excurſionibus Danorum cohibendis, ſed eum ſuſtulere Dani. vid. *Cranz. Dan. L. 4. p. 81. 82.*) initio in regia familia hæſit. Primus mihi ſuccurrit *Canutus* Erici Eigodi filius, quem Sleſvicenſi hoc Ducatu à Nicolao Rege donatum fuiſſe, memorat *Pontan. Rer. Dan. L. 5. p. 206.* Inde ejus filius *Valdemarus* ſummoto competitore, Ducatum obtinuit (p. 218.) Poſt patrem filius ei ὁμώνυμος, à fratre Rege Canuto impetravit (L. 6. p. 281.) Hic ipſe filium Abelem Ducem deſignavit (p. 317.) Poſtea hac conditione inter Regem Chriſtophorum atque Holſatos bellum compoſitum eſt, ut Rex liberis Abelis (fratris quondam ſui) ubi ad annos pubertatis veniſſent, Sleſvicenſem Ducatū reſtitueret, atque ea præfectura eosdem ornaret. L. 6. p. 349. Id factum ita eſt, unde Sleſvicenſis Ducatus in *Abelis* poſteris ad *Henricum* uſque abnepotem, qui 1385. extinctus eſt, hæſit. De eo tempore ita *Pontanus L. 7. p. 439. Iſtis temporibus Sleſvicenſis Ducatus, cum eum regno clientelarem haberi Duces atque eis ſanguine juncti Holſati nollent, quod tamen Daniæ Reges ſibi deberi judicabant, veluti Eridis pomum ac contentionis perpetuæ ſeges materiaque fuit.* Cum in Henrico illa Ducum ſtirps defeciſſet, Rex *Olavus* annuente matre *Margareta*, in publicis regni comitiis Neoburgi ſub feſtum D. Joannis, præſentibus regnorum ſuorum Epiſcopis aliquot, & regni proceribus, Gerhardo Henrici ferrei defuncti Holſatiæ Comitis filio *Ducatum* eundem detulit, ea ſcilicet lege, ut Regis ac regni Daniæ beneficium agnoſceret; eoque præſtito promiſſaque fide vexillum illi de manu in manum pro more Rex tradidit, ipſe Dux ac regni cliens declaratus eſt, univerſis qui aderant bonum factum acclamantibus. Fratres interim *Albertus* ac *Henricus* Comitum Holſatiæ titulum retinuere, nec ad Ducum dignitatem tum evecti ſunt. Pontani iterum verba fuerunt, L. 8. p. 509. *Quæ poſtea, Gerhardo à Dietmarſis 1474. cæſo, ejus viduæ & filius cum Rege Daniæ ob feudum hoc, quod iſti hereditarium eſſe volebant, hoc id non largiente, & feuda Daniæ ad vitam modo & gratiam concedi aſſeverante, controverſiæ interceſſerint, ut etiam armis ageretur, L. 9. ejusdem autoris pluribus enarratur*, ſed non omnia exſcribam. Imperator etiam *Sigismundus* electus arbiter pro rege & regno pronunciavit 1424. Demum 1435. tranſactio facta eſt inter Ericum Regem & Adolfum Ducem: qui iterum à Chriſtophoro Rege 1440. feudum accepit per vexilli Ducalis exhibitionem, ac ad finem vitæ tenuit. Extincto *Adolfo, Ioh. Meurſ. Hiſt. Dan. L. 1. p. 32.* inquit, *nullum omnino dubium fuiſſe, quin corona iterum Danicæ ipſo jure jungeretur*, & *Alb. Crantzius Saxon. L. 11. p. 309.* Ducatus tum corona conſolidatur; quod diu à regibus per multos labores erat quæſitum. Verum enim vero Chriſtiano I. Rege mortuo inter filios de Sleſvici æque ac Holſatiæ Ducatu actum eſt, quos (ita idem Meurſius L. 2. pag. 61.) Ducatus jure ſibi hereditario Chriſtianus acquiſiverat. Et Holſati quidem arbitrabantur, æquum eſſe, ut quando Ioannes major natu Daniam & Sveciam obtineret, Fridericoe integri Ducatus cederent; Sleſvicum quidem inſtar feudi, unde regno obnoxius deinceps foret: Holſatia vero ac Stormaria in regnorum tam inſignium compenſationem quandam. Regni autem proceres ſic cenſebant, quando Ioannes duo regna non ſucceſſione certa, verum electione & fortuito teneret, non iniquum exiſtimandum, ut *Fridericus* aut Norvegiæ ſibi regnum totum ſumeret, inque vicem integros Ducatus eos fratri traderet; aut ſi illud diſpliceret, facta diſtributione, quanta æquitate poſſet, ſorte fratres inter ſe partirentur. In hanc demum ſententiam itum eſt. Iterum inter *Friderici* hujus filios *Chriſtianum III. Regem, Ioannem* & *Adolfum* 1544. partitio Ducatuum inſtituta eſt. Ioanne autem mortuo nonnihil de ſucceſſione ejus diſceptatum. Ex eo hucusque partem *Sleſvicenſis* Ducatus (in quem totum jam à longo tempore Imperio Romano-Germanico nullum jus fuiſſe, ipſe juris alioqui Germani acerrimus vindex *Conring. de finib. Imp. Germ. c. 15.* largitur, (Regia familia, alteram Ducalis, quæ à ſede principali *Gottorpina* vocatur, ſed tanquam feudum Danicum usq; ad Rotſchildenſem pacē, qua ſuperioritas conceſſa, tenuere.

Ad Danos.

Diviſio.

Islandia. §. XIII. Areola Sleſvicenſi proxima *rubea Islandiam* notat, eique ſignandæ *aſellum piſcem argenteum auro coronatum* defert. Quali emblemate etiam urbs *Berga* Norvegiæ in ſiniſtra ſcuti parte utitur apud Hæping.

Atque

Atque loco capitis ſatpam diadema gerentem
Portat hyperborei dona beata maris.

Islandia illa Arctoi maris inſula, quæ *Thule* antiquorum agnoſcenda ſit nec ne, inter doctos diſceptatur, à Nurvegis exulibus primum habitata eſſe fertur. Detecta à pirata Norvego *Madoder* tempore Norvegiæ regis Haraldi Haarfager, dicta ab eo *Snæland*: Inde iterum à *Gardo Glumſon*, à quo dicta *Garderholm*. Poſtea à rege Haraldo eò miſſi *Flocke, Heriolf, Torolf* & *Faxe* 872. Ex quibus Flocke beneficio corvi eo delatus eſt. Torolfus iterum, qui regionem laudaverat, cum univerſa familia & frequenti colonia juſſus eò abivit. Extat de Islandicæ gentis primordiis & veteri republica (quæ Ariſtocratica fuit) tractatus *Arngrini Ionæ*, qui ipſe Islandus fuit. Cum Norvegiæ regno in poteſtatem Danorum hanc inſulam deveniſſe, arbitror: Nunc per præfectum regium gubernatur. Teſſera autem hac primum uti cepit 1380. *Margareta* regina: quia ex illo piſcium genere optimi circa hanc inſulam & copioſiſſimi capiantur: quæ coronæ ratio eſſe poteſt.

§. XIV. Sequitur *Oldenburgica* area, quæ ſcuti totius penultima eſt, *aurea* nempe *rubeas duas faſcias* continens: Alii Delmenhorſtum his trabibus notari, Oldenburgum autem cruce ſignari exiſtimant. Ita certe Elverfeldius & Pontanus: Oldenburgum.

Celſa trabes gemini pingit Delmhorſta coloris:
Oldenburgiacam crux velut (vehit) *alba domum.*

Ac iterum:

Oldenburgiaca crux candida ſtirbis acerba
Immemores Chriſti nos vetat eſſe crucis,
Picta trabum facies gemino diſtincta colore,
Delmhorſtæ Comitum ſtemmata priſca notat.

Sed *Hamelmannus* ipſe ſcriptor Oldenburgicus, trabes Oldenburgo, Delmenhorſtio crucem aſſignat. Ei ſuffragatur ſeries laterculorum, ſi titulo conferatur: & quod *Fürſtenbergia* nobilis VVeſtphaliæ familia (vid. Wapenb. P. 2. p. 107. conf. ſupra quæ ego de hac gente L. 3. c. 25. n. 21.) idem διγαμα faſcias nempe geſtans, aliquam cum Oldenburgicis agnationem evincere ſtuduit apud *Haping. de jur. inſ. c.* 13. *n.* 44. Porro Oldenburgicis Iulii Cæſaris tempore *caput virgineum* pro ſigno fuiſſe, à Carolo M. autem datam *crucem* ferunt, quibus fingere volupe eſt. Nec tamen verior fuerit illa *Hamelman.* ſententia apud *Haping. de jur. inſ. c.* 6. *P.* 7. *p.* 374. quod olim ſcutum quadripertitum fuerit, ita ut primus & quartus laterculus *equum candidum*, ſecundus & tertius *leonem dimidiatum* referret: ſed quod ſymbola ab *Henrico Aucupe* ſint immutata, ut leoni ſubſtitueretur crux, in argumentum, quod æque ac Flandriæ, Tirolis, Ferrariæ Comites, Imperii & fidei eſſe debeant defenſores. Tum quia *Imperii* ſint *Architecti*; ac per Friſiam hinc inde extruxerint arces & pontes, *trabes* datas eſſe. Aliorum itidem ratio forte non plus ex vero trahit *Fridericus*, filius *Hunnonis* Oldenburgici, cum pater conjurationis in Henricum IV. Imperatorem poſtulatus & ad leonem condemnatus eſſet, pro eo certamine ferino defunctus, victor leonis, ab Imperatore acceperit faſcias, quas Henricus tincto in leonis ſanguinem digito pinxerit. *Haping. de jur. inſ. c.* 6. *P.* 7. *p.* 374. Porro *Oldenburgicorum* Comitum ſtirps traditione communi ex Witikindi Saxonis poſteris, & nominatim *Ringelheimii* Comitibus deducitur. Prima eorum linea, in qua celebris *Otto*, cui argenteum inauratum cornu, quod adhuc oſtenditur, à ſpectro oblatum, defecit in *Friderico* Hunonis glorioſi filio, cujus modo mentionem fecimus. Hereditatem ejus poſtulabat agnatus proximus *Milo Alveslebiæ* Comes, ſed ſpe ſuæ excidit, ad ſucceſſionem ex teſtamento Friderici vocato hujus amitino *Elimaro* Hajonis Friſii Dn. *in Potenburg* & *Memmenburg* filio, qui ipſe etiam agnatus, ſed pluribus gradibus intercedentibus, fuiſſe fertur. Ab Elimaro reliqui *Oldenburgici*, in quibus vero lineæ *VVildeshuſana* & *Bruckhuſina* extinctæ citius. Inprimis celebris fuit *Theodoricus* cognomento *Fortunatus*, ad quem Comitatus Oldenburgicus & Delmenhorſtanus integri delapſi, & à ſecunda uxore ejus filiis jus in Sleſvicenſem & Holſaticum Ducatus. Hi tres fuêre *Chriſtianus I.* Daniæ Rex, regum ſucceſſorum & Ducum Holſatiæ ſator, *Mauritius* cujus filius *Iacobus* cælebs vitam clauſit & *Gerhardus* ſequentium Oldenburgicorum pater,

Cruta faſciæ.

Imperii architecti.

Familia

Lineæ.

Succeſſio

pater. Comitatus vero Oldenburgicus in diviſione huic obtigit, atque ita ad ultimum usque in poſterorum fuit poteſtate. Reges vero Daniæ & Duces Holſatiæ utpote agnati non minus notam hanc ſuis in clypeis ſervarunt: & extincto 1667. Comitum ultimo *Anthonio Gunthero* ſucceſſio ad Regem pariter atque Holſaticam domum, non tamen ſine diſceptatione inter lineas, delata eſt. Licet enim Chriſtianus I. pro ſe & poſteris Comitatibus renunciaſſet, 1571. novum jus familiæ acquiſitum eſt, cum Adolpho Holſatiæ Duci, ejus fratri ac regi fratriis filio in Spirenſibus Comitiis *Maximilianus II. Auguſtus* ultro expectativam, ſi Oldenburgicam ſtirpem extingui contingeret, atque ita feuda imperio aperirentur, offerret & conferret.

Delmenhorſt

§. XV. Ultima quadra *carulea, cancem in imo ſpeculatam auream* ſeu potius rubea argenteam (uti à regia linea uſurpari vidi, nam in Holſaticis ſcutis illa tinctura ex cyano & auro ſervatur) continet. Quod aliqui *Oldenburgum* hac cruce notari velint, §. proximo diximus. Abſurdi vero ſunt, qui *Luthiam* deſignari autumant, absque ulla ratione: & quidem ſi Jutiæ hoc δῆγμα eſſet, hic non ei deberetur locus. Significatio autem genuina eſt *Delmenhorſti* Comitatus. Hic contiguus Oldenburgico nomen à caſtro habet, quod 1247. ad *Delmam* fluvium *Otto Comes Oldenburgicus* condidit & ibi *Otto* ejus ex fratre nepos 1263. Canonicorum Collegium inſtituit, tum 1270. civitatis jus conceſſit. Hic fratris *Ioannis* filios *Ioannem* & *Chriſtianum* heredes ſcripſit, qui communi regimine ditionibus præfuere, donec 1334. diviſione inſtituta illi *Oldenburgum* & *Delmenhorſtum* ceſſit. Eorum filii *Conradus Oldenburgius* & *Otto Delmenhorſtius* 1360. *de non alienando pactum* inierunt; ſed qui Ottonis fratre Chriſtiano natus eſt *Otto V.* ſua Capitulo Bremenſi oppignoravit, demum 1414. feudo obſtrinxit hac conditione, ut ſi filius debitum 6000. marcarum Bremenſium exſolvere non poſſet, à Capitulo Archiepiſcopus eligeretur, & dominium Delmenhorſtii Archiepiſcopatui accreſceret. Filius *Nicolaus* Archiepiſcopus electus eſt, ſed ea dignitate ob debitorum onus iterum ceſſit, ac dein patris ac propriam donationem, poſtquam de pactis familiæ hæreditariis edoctus fuiſſet, revocavit, & agnato atque affini *Theodorico Comiti Oldenburgico* Comitatum adhuc vivus addixit. Cum dein inter iſtius filios *Mauritius Delmenhorſtum* nactus eſſet, hoc defuncto *Henricus Schvvarzeburgius* Adminiſtrator Bremenſis & Epiſcopus Monaſterienſis, cujus autoritate prius, quæ Mauritio & Gerhardo fuerant diſſenſiones, erant compoſitæ, bello Gerhardum, qui Mauritii liberorum erat tutor, aggreditur, & demum 1482. *Delmenhorſtum* fame in poteſtatem redigit. Gerhardi filii deinceps vi, ut ei Delmenhorſtum cederent, coacti ſunt: ita Henricus Monaſterienſi Epiſcopatui junxit. 1538. *Antonius Oldenburgicus* Comes & fratres aviam poſſeſſionem à Monaſterienſibus repetierunt, obtento priori anno à *Camera Spirenſi* mandato reſtitutorio. Inde bellum, ſed iterum compoſitum, & ut juri res committeretur à mediatoribus injunctum. Demum 1547. vi ſua recuperavit Antonius. Unde 1566. cum Rex Daniæ & Holſatiæ Duces, ut agnati, Comitatuum Oldenburgici & Delmenhorſtani feuda ab Imperatore ſimul requirerent, hic C. Delmenhorſtanum Comitatum *recens acquiſitum* haberi voluit: ſed fruſtra obnitente Comite expectativa Holſaticæ domui conceſſa eſt. Inter ejus filios *Ioannes Oldenburgium, Antonius Delmenhorſtanum* Comitatum nactus eſt; hujus filius *Chriſtianus* ἄπαις 1647. heredem habuit patruelem *Antonium Guntherum*, qui 1667. moriens Comitatus ſuos Daniæ Regi & Holſatis reliquit. Porro 1660. in *pace Rothſchildenſi* Rex Sveciæ juri ſuo, quod ratione Archiepiſcopatus *Bremenſis* in pace Oſnabrugenſi in Comitatum *Delmenhorſtium* vel *Dietmarſiam* prætendere poſſet, omnino *renunciavit Daniæ & Holſatorum* bono. Monaſterienſes autem ob Delmenhorſti occupationem litem Spiræ proſecuti ſunt, ſed 1670. 21. Oct. ab actione intentata ſpolii Holſatica domus omnino abſoluta & lis terminata eſt.

Comites.

Ad Bremenſes.

Recuperata ab Oldenburg.

Ceſſio Svecorum

§. XVI. Unica ſupereſt parmula, quæ toti imponitur *rubea cataphractum aureo thorace equo albo, cujus inſtructus niger, inſidentem & ſtricto gladio minantem* continet. Hac *Dietmarſia* notatur. *Elverfeldius* ita:

Dietmarſiæ Domini.

Enſe

Digitized by Google

Enſe quid eductocataphractus? Marte rebelles
Holſatiæ victos denotat eſſe viros.

Dietmarſiam hanc ab ortu Eidora flumen, ab occaſu Oceanus Britannicus, ab Aquilone foſſæ & aggeres, à meridie Albis cingunt. Initio *Comites* cum rexere, quos tamen plerosque male habuerunt feroces populi: Unde tandem *Hartvicus Rudolphi Marchionis*, quem cum filio trucidârant, ipſamque iſtius conjugem *Valpurgim* naribus & auribus inhoneſto vulnere mutilatam, in profluentem abjecerant, frater & heres, ea immanitate perculſus, accepta compenſationis titulo Stadenſi ditione jus omne in Dietmarſiam ſuum *Bremenſi* antiſtiti reſignavit. Hinc ab *Henrico Leone* etiam ſubacta eſt: ſed ab eo iterum tempore non ſemel Dominos mutarunt, nullius patientes. Inprimis ſæpius cum Holſatis, jus antiquum ſubinde repetituris, pugnatum, & datæ acceptæque clades. Ubi vero *Chriſtianus I.* Daniæ Rex ſucceſſionem Holſatiæ adeptus eſt, eamque (conf. n. 10.) *Ducatus*, non jam Comitatus, titulo beneficio Friderici III. Cæſaris acceperat, (Meurſius Hiſt. Dan. L. 2. pag. 91. *terram nulli Domino ſubjectam, ſed Eccleſiæ Bremenſis, ſi quandoque urgeretur, Dominatum prætendentem, & à multis ante ſeculis Daniæ regibus, quibus ſubdita olim fuerat, rebellantem*, ab Imperatore donatam aſſerit.) *Dietmarſi* Holſatiæ ambitu ſimul comprehenſi potentiorem experti ſunt adverſarium. Evocati tamen ut in verba Chriſtiani jurarent 1474. illi antiquiorem Bremenſi antiſtiti olim datam cauſati fidem recuſavêre. conf. *Albert. Cranz. Sax. L. 12. c. 12. p. 317.* & *Dan. L. 8. c. 38. pag. 196.* Filius *Ioannes* ipſo ſeculari anno 1500. vi eos ad obſequium perducere conatus, ſed expeditione in eos ſuſcepta cladem graviſſimam perpeſſus eſt. Unde iterum genti uſus libertatis ſuæ ad annum usque 1559. quo à Rege *Friderico II.* atque *Ioanne & Adolfo* Holſatiæ Ducibus bellum in eos ſuſceptum, & *Ioanne Ranzovio* ſummo rerum præfecto intra unius fere menſis ſpatium confectum eſt, *Dietmarſi* ut ſe imperio eorum ſubmitterent vi adactis (conf. de hiſce omnibus *Thuan. L. 12. p. m. 979. ſeq.* & qui peculiari commentario bellum Dietmarſicum 1569. deſcripſit, *Chriſtianum Cilicium Cimbrum.*) Ex quo tempore in obſequio manſere, & ſicuti reliqua Holſatia diviſa eſt, hujus quoque provinciæ pars Regi pars Gottorpinæ domui adſcripta ab utrisque regitur. Pace Danica 1660. Rex Sueciæ itidem renunciavit omni juri, quod ratione *Bremenſis Archiepiſcopatus*, in Ducatum converſi, in Dietmarſiam æque ac Delmenhorſtum haberet vel prætendere poſſet, quod §. proximo allegavimus. Porro demum poſt hanc victoriam provinciæ iſtud emblema datum eſſe, & prius vel nullum habuiſſe vel id omiſſum, conjicio, non tantum ex recitatis Elverfeldii verbis, verum etiam quia Chriſtierni II. ſcutum aliis ſymbolis inſigne equite hoc caruit apud *Chifflet. E. A. V. n. 160.* Unde ſub Holſatiæ nomine hanc etiam ditionem, cujus prætenſionem abdicaſſe credendus non eſt, complexus fuerit.

A Danis victa.

§. XVII. Ita vidimus areas, quas regius clypeus defert: Circa quas illud etiam obſervandum, inferiorem ſeriem, quæ *Holſatiam*, *Stormariam*, *Oldenburgum* & *Delmenhorſtum* deſignat, una cum *Dietmarſico* equite ditiones eſſe, quas Rex *clientelari ab Imperio* jure tenet, reliquas vero ob hoc ſuperiori ſe locatas Daniæ ſuæ proprio. In titulis etiam, illarum mentio has antecedit; omnium tamen, quod deinceps patebit, non exprimitur. Unde ſeries omnium horum δειγμάτων in monetis argenteis exhibetur illa, ut mediam *Danicam* parmam ſtipent leo *Norvegicus*, *coronæ tres*, (vides hic ordinem ſcuti nonnihil variari, Leo *Gothicus*, draco *Sclavicus*, agnus *Gotlandiæ*, piſcis *Islandiæ*, leones *Sleſvicenſes*, urtica *Holſatica*, cygnus *Stormariæ*, eques *Dietmarſiæ*, trabes *Oldenburgica*, crux *Delmenhorſtana*. Poſt hanc parmulam medio inter eam & Norvegicam loco alia comparet, quam non alibi expreſſam vidi, & ob hoc colores exprimere, imo ne quidem figuram aliter quam quod avis ſit, complicatis conſiſtens alis, diſcernere poſſum, credo tamen eſſe aquilam *Oſiliæ*, de qua n. 26. agemus.

Diverſitas teſſelarum

Scutula ditionum regio circumdata.

§. XVIII. Quod ſæpius imò plerumque contigit, ſcutum iſtud regium ſubinde crevit areolis, neque ſemper omnes illas continuit vel continere potuit. *Chriſtierni II.* ſcutum à *Chiffletio* deſcribi *Eq. A. V. num. 160.* aliquoties allegavi: Illius vero iſta fuit diſpoſitio, ut ſcutum *coccineum crux argentea* plana in quaternos quadran-

Scuti ſucceſſiva incrementa.

Digitized by Google

quadrantes angulares diſtingueret: illa ſerie, ut *Dania* primum, proximum *tres corona*) quas Chiffletius *Sveciam* interpretatur.) *Norvegia* tertium, ultimum *Slavia* impleant. Scuti majoris medio impreſſum aliud ſcutum quadripertitum repræſentatur, in quo primam & quartam aream leones *Sleſvicenſes*, ſecundam *Holſatica* urtica, & tertiam *Stormaricus* cygnus occupabant: omnibus ſymbolis demum adjecta parmula aurea zona duplici coccinea exarata, qua *Delmenhorſtum* notari ille credit: quo merito? Supra vidimus §. 14. Quæ vero ante familiam *Holſato-Oldenburgicam* ſolio admotam clypei fuerit diſpoſitio, hactenus nullibi vidi, neque niſi aliunde edoctus conjecturas proprias venditare ſuſtineo.

Corona clauſa.

§. XIX. Scuto huic ſi imponatur *corona, clauſa* eſt, ex more hodiernorum regum univerſali. De quo P. 1. cap. 6. actum. Reclamat quidem *Lud. Guyon. T. 2. de diverſ. leçons L. 2. c. 26.* alleg. *Limn. Iur. publ. addit. T. IV. ad 6, 6. p. 106.* & Regi Daniæ, quia ſit *Imperii vaſallus*, coronam clauſam abjudicat, in regem non parum hoc ſuo aſſerto injurius. Si eo reſpicit, quia Rex Daniæ feuda Imperii, Holſatica nimirum & Oldenburgica, teneat, & eorum ratione obſtrictus ſit: abſurdus etiam eſt: quis enim fando audivit, eo nomine imminui quæ aliunde eſt Majeſtatem, ſi eadem perſona aliorum beneficiorum nomine obſtringatur alii? vel quis Hiſpaniæ regi coronam clauſam abjudicaverit, eo quod Mediolani & Burgundicarum ditionum vel aliarum ratione beneficiarius ſit imperii? Vel an regis ſui coronam aliter effigiandam credidiſſet Guyon, ſi Alſatiam, & aliaquæ Monaſterienſi pace regno ſuo acquiſivit, nō pleno ſed fiduciario jure accepiſſet? Si vero ipſius regni ratione Danum *Imperio* ſubjicere velit, majeſtatem illius nimium violat. Si enim aliquando homagii vinculo Dania Imperio ſubjecta fuiſſet, de quo facto inter hiſtoricos controvertitur, neque res plane expedita eſt, ſaltem à quingentis fere annis nexu illo clientelari ſolutam & priſtinam ſuæ Majeſtatis libertatem ſetvaſſe, accuratiſſimus jurium Imperii aſſertor *Herm. Conring. definib. Imp. Germ. cap. 14. p. 220.* non diffitetur, unde ex eo nullum Guyoti aſſerto præſidium. Porro vidi repræſentari regiam coronam, ut quatuor ſemicirculis clauderetur, regii principis tribus, fratris regii duobus.

Regni nulli ſubjecti jus.

Apex.

§. XX. *Galea*, ſi quæ clypeo addatur, ex Chiffletio d. l. imponi deberent *octo vexilla quadrata carulea, cruce argentea picta*, haſtis *aureis*, quatuor in dextram totidem in lævam converſa. Plumarium inſtructum idem auro & cyano tingit. Si vero addantur *Atlantes* ſcuto, illi viri ſunt duo ſylveſtres.

Atlantes.

Ordo Elephanti.

§. XXI. Adjicitur demum inſigne *Ordinis equeſtris*, qui ab *elephanti* emblemate nomen accepit. De eo ita Pontanus:

Turrigeri hæc celebres cingunt Elephantis honores,
Fama volans quorum tollitur æqua polo.

Ordinem inſtituiſſe refertur *Chriſtianus I.* 1458. Lundæ Metropoli Scaniæ, cum filius ejus Ioannes Chriſtianam Saxonicam Principem nuptiis ſibi jungeret. Torques ita deſcribitur à Gallis: *P. Paillot. vraye & parf. ſc. des arm. voce ordre* p. 501. *De croix ancrées & d' Elephans, au bout duquel eſtoit ſuſpendu par trois chainettes une image de la vierge à demy corps tenant le petit IESVS, ſouſtenue d' un croiſſant, & entouré de rayons de ſoleil faits en pointes & en ondes.* Quod videlicet conſtet alternatim crucibus ancoratis & elephantibus, ex torque tribus catenulis ſuſpenſa imagine virginis Στεφάνη Lunæ bicorni inſidentis, & in gremio filiolum foventis, radiis ſolaribus rectis & flexuoſis circumdata. Hujus ratio, quia ſub invocatione *B. Matris Virginis*, uti temporis ſuperſtitio habebat, ordo inſtitutus. Loco crucium ancoratarum *calcaria* ſubſtituit ſupra §. 2. citatus *D. T. V. T. Eſtats des emp. p. 1457.* Qui idem numū aureum, in quo eo repræſentari *tres clavos* addit. Ita ſi res habeat, ratio ex §. 9. facile peteretur. Quo vero equites ornari ſolebant torques aureus, hunc in modum depingitur ab *Anſelm. de la V. Mar. Paſ. de l' honn. P. 2. c. 39. p. 161.* quod ex eo dependeat elephas aureus argenteo ornatu, dorſo geſtans turriculam argenteam lapidum juncturis atris, & inſiſtens terræ viridi & floridæ. Rationem, cur elephas ſymbolo huic adhibitus ſit, memoratus *D. T. V. T.* allegat, quia elephas inter feras proxime homini accedat, ornatus virtutum, fortitudinis militaris, prudentiæ, religionis, pietatis, clementiæ, quarum admoneri geſtantes utile ſit, imaginibus. Plura quæ illuſtrando huic argumento, inprimis: domeſti-

Digitized by Google

domeſticis Daniæ ſcriptoribus, ſerviunt, hactenus non reperi. Neq; etiam habeo, quæ de recentius à Rege, qui nunc feliciter imperat, inſtituto ordine *Dannebrogio* ejuſque inſignibus dicam.

§. XXII. Illuſtrando clypeo, quem modo explicavimus, ſervit titulus Regis ſolennis, qui ille eſt: *Daniæ, Norvegiæ, Vinidorum* ſeu *Vandalorum, Gothorumque Rex, Dux Sleſvici, Holſatiæ, Stormariæ & Dietmarſorum, Comes Oldenburgi & Delmenhorſtii*, &c. Titulus.

§. XXIII. Et hæc quidem explicant *ſcutum regium*, quale communiter illud repræſentari ſolet, amplioris vero aliquando clypei uſus eſt in negotiis ſolennioribus, qualia ſunt *tractatus*, *fœdera* & hujus generis ſimilia. Porro in eo medium occupat novum *ſcutum regium* tranſverſe ſectum, cujus ſuperior bipertita *Danicum* & *Norvegicum* exhibet σύγμα, inferior pars auguſtior *tres coronas*, unionis regnorum; cui ſcutulo *regia corona clauſa* incumbit, circa illud reliquæ areolæ ſunt, inſcuti capite, quod parmæ iſti mediæ imponitur, repræſentantur teſſeræ, *Vandalica, Iuthica, Sleſvicenſis, Holſatica*: Secunda & tertia regio, mediæ parmæ, non niſi utrinque ſingulas quadras addunt; quæ ſunt in illa hinc *Stormaria*, iſthinc *Dietmarſia*, in hac à dextris *Oldenburgia*, à ſiniſtris *Delmenhorſtana*: quarta ſeries ſub ſcutulo medio quatuor laterculos exhibet, ex quibus primus *cyaneus* refert *aurum coronam*, ſecundus *rubeus draconem aureum*, tertius *rubeus agnem paſchalem Gotlandiæ*, quartus *caruleus aquilam* vel argento vel ſuo colore pictam: In pede ſcuti tres denuo ſunt areæ, quarum media eſt *Islandica*, à dextris ſtipata *proſinâ* (ſittig-grün /) inſcripto *ariete argenteo*, à ſiniſtris *cæleſtina* cum *urſo argenteo*. Scutum regium majus.

§. XXIV. Ex his videmus quinque novas comparere areolas, nunc ordine luſtrandas. Corona aurea laterculi cyanei notat inſulam *Femariam* ſeu *Femern*. De qua ita *Iohan. Iſaac. Pontan. Chorogr. Dan. deſcr.* pag. 721. *Fimbriam Cimbrici nominis veſtigium unica tantum litera immutata referre quibusdam placet. Vnde & Cimbria parva iisdem dicitur. At ſi nomen, quo cenſetur, vernaculum inſpiciamus propius, vix quidquam ejusmodi apparebit. Eſt autem id* Femern / *nihil cum Cimbria aut Cimbris commune aut conſonum habens. Superius non eſſe eam Burchaniam Plinii, quam & Fabariam appellatam idem ait, ſatis eſt demonſtratum. Sita vero ex oppoſito VVagriæ, à continente brevi trajectu ſeparata, piſcatu & grata fertilitate famoſa eſt, cum vix ulla ſit in tota inſula terræ gleba, quæ non ſiliginem & maxime quidem triticum copioſe producat; & ejusmodi quidem, quod in oras exteras ob grani præſtantiam ut plurimum avehitur.* Olim in ea munita fuit arx *Glabecenſis*, cujus non niſi rudera ſuperſunt. Hujus patriæ ſuæ miſerabile excidium, quod 1416. & altera vice potiſſimum 1420. pepeſſa ſit tota inſula à Rege Erico, cum ei adverſus Holſatos inſulæ Diminos bellum, & ab inſulanis ſemel iterumque magna cum clade addito ludibrio ipſe rejectus eſſet, deſcribit Celeberrimus Kilonienſis Theologus primarius *D. Chriſtianus Kortholt* peculiari tractatu: *Femaria deſolata:* cujus crudelitatis, cum nec ætati, nec ſexui, necordini, nec ſacris parcitum ſit, conſcientia præcipua cauſa eſſe dicatur, ob quam Ericus expiandis peccatis peregrinationem ſacram Hieroſolyma ſuſceperit. Femern.

§. XXV. *Draco* coronæ huic proximus notat inſulam *Bornholmiam*. (Quam aliis etiam *Borundiam* dictam legi in vita *Chriſtierni II.*) De qua itidem nonnihil ex Pontano adferamus Chorogr. Dan. pag. 733. *Superato promontorio Falſterboenſi Bornholmia ſe offert, quinque milliaribus ab Auſtrali littore, à Scania circiter quatuor remota.* Memorat ejus arces *Santvvicum* & *Hamerhuſium*, & opida *Nexoam*, *Rondeam*, & quam olorum paludem vocent *Svaneker* vulgo. Longitudinem miliaribus Germanicis ſeptem protendi, duobus latam patere. Saxoni Grammatico dici *Boringiam*: Adamo Bremenſi, omiſſa priori ſyllaba *Holmam*: qui etiam vocat *Daniæ portum ac fidam ſtationem navium, quæ à barbaris in Græciam dirigi ſoleant.* Addit: *Præterea pecore ac paſcuis adeo fertilis habetur, ut ad exteras etiam regiones præter butyrum & ſevum, frumentum quoque itemque lanam & carnem ovinam bovinamque muria conditam abunde tranſmittat.* Traditur vero anno 607. poſt diluvium ſuperius non ſemel Bornholmia.

memoratus *Guthi* judex Iutarum ſextus claſſem frequentem duce filio *Thielvaro* emiſiſſe, novas ditiones quæſitum. Primum ergo occurriſſe hanc inſulam quam occuparint, & à nomine ducis è primariis Beori *Beorsholm* dixerint. Conjectura etiam eſt, quod Gothico regno connumerata inſula teſſeræ illius regiæ jus quoque nacta ſit.

Oſilia. §. XXVI. Aquila *Oſiliam* inſulam deſignat. De qua ita *Pontanus Chorogr.* pag. 734. *Gotlandiam proxime ſequitur Oſilia magno ſinui Livoniæ ab occaſu objecta, quatuordecim miliaribus in longitudinem ſeptem circiter in latitudinem patens. Quondam collegiata Canonicorum Ordinis Teutonici ſocietas totam poſſedit, ſalvo tamen jure, quod Regi Danorum perpetuo competiit. Nunc Danica in univerſum coronæ innexa, eidem regno adhæret. Caſtrum habet Arnsburgum, regio præſidio communitum. Numerus incolarum ad 4000. & ultra cenſetur. In his ex nobili proſapia habentur familiæ triginta. Meminimus ſuperius, hanc videri Plinii Oſerictam*, &c. Idem in *Hiſt. Rer. Dan. L.* 6. p. 318. memorat olim ad Archiepiſcopum Lundenſem relatos, præter Revalenſem, Torpatenſem ac Curlandiæ, etiam Oſiliæ Epiſcopum, eosque inter ſenatores Daniæ regni accenſos. Poſtea verò conqueritur L. 7. pag. 340. *Abelem regem univerſam Oſiliæ jurisdictionem, quam ejus majores ſartam tectam conſervarant, Hermanno ejusdem Epiſcopo in totum conceſſiſſe: literis ſcriptis Nyborgi* 1251. quas Pontanus ibi refert. Addit deinceps: *In eum modum à regni poſſeſſione abalienata eſt tum temporis Oſilia. Quæ poſtmodum Magiſtri ſubinde Prutenorum, ſubinde & regni Daniæ patrocinium ſecuta. Conſtatque Chriſtophorum* | *Bavarum & Chriſtianum I. ſicuti & ante eos Valdemarum III. & Ericum Pomeranum, non modo diœceſin Oſilienſium tutatos, ſed & immunitates eorundem confirmaſſe. Quamvis ſuus poſtremo temporibus regem Fridericum II. in confeſſo ſit, inſulam totam ab Epiſcopo Oſilienſi ultimo Ioanne Munchauſen dato pretio redemiſſe.* Hujus emtionis etiam mentionem facit *Thuan. L.* 26. p. 1195. Porro exinde in *Svecorum* poteſtatem inſula hæc conceſſit; de qua ita ſonant verba pacifc. *Bromſebroenſis* num. 25. Nomine Regis & regni Daniæ in compenſationem & ſatisfactionem pro reſtitutis provinciis, caſtellis, urbibus & terris bello occupatis cedi poſt alia *Oeſiliam cum Arensborgo & ſuis ſubjacentibus inſulis & attinentiis, una cum omni eò pertinente populo, terra, eminentia, dominio, jurisdictione Eccleſiaſtica & civili, cenſibus, reditibus, vectigali, penſionibus & juribus terra marique, prout reges Daniæ & ſpeciatim R. Majeſtas Rex Chriſtianus IV. jam regens, hactenus eis fruiti ſunt ac poſſederunt, ut cedant in poſterum R. Majeſtati, ejus ſucceſſoribus & coronæ Sveciæ in perpetuam poſſeſſionem, velut de ea rem ſigillatim concepta ceſſionis literæ à R. Majeſtate & univerſo regni Daniæ ſenatu ſubſcriptæ & ſignatæ prolixius oſtendunt.*

Feroenſes inſulæ. §. XXVII. *Aries* teſſera eſt inſularum *Ferroë* ſeu *Feroënſium*, de quibus hoc obſervandum: Anno 868. tempore Haraldi Harfageri Regis Norvegiæ multos Norvegos eo ſe contuliſſe, commodius habitaturos, cum pirata Grimerus Camban primus detexiſſet, & nomen Feroe indidiſſet. Tempore autem Sigurti Hieruſalafaris Regis Norvegiæ circa 1100. plane inſulæ Norvegis ſubditæ ſunt, Epiſcopis & judicibus eo miſſis. *Vrſus* ultimæ quadræ *Grænlandiam* deſignat, à viriditate ita dictam, ſenſu magni *Scaligeri Exerc.* 104. *ſ.* 1. De hac ita *G. Fourn. Geogr. Orb. Notit. P.* 1. *L.* 1. *c.* 10. p. 16. *Vaſta eſt regio Americanis plagis vel conjuncta, vel ab iis tantum freto Davis disjuncta circa gradum latitudinis Borealis* 60. *Appulſus ad eam Ericus Rufus anno Domini* 982. *Gronlandiam dixit, hoc eſt, terram viridem, quod gramen & illud paſcentes capreolos in ea reperiſſet. Sinum ad quem appulit, de ſuo nomine Erricsfiorden dixit, & in eo pagos Brattalyd & Stokanes extruxit. Leifus Erici filius ſacro fonte ablutus in Norvagia ſtudio Olai Truggeri Norvagiæ Regis. Gronlandos ad fidem convertit. Diviſa aliquanto poſtea in Orientalem & Occidentalem, in illa paroëcorum regiones* 12. *conſtitutæ, in hac tantum quatuor? omnes Norvagis tributo obnoxiæ ſunt factæ anno* 1123. *Sequenti proximo, rogatu Regis, Arnhaldus à Lundenſi Epiſcopo Scaniæ factus Episcopus Gronlandiæ, ſedem poſuit Gardiæ? Cui undecim ſucceſſores tribuunt annales ad annum ſcilicet* 1389. *quo Henricus quidam præfuit, qui Neoburgi in Fionia comitiis dicitur adfuiſſe; cui etiam ſucceſſerunt alii ad annum* 1416. *Sed illa noſtratibus nautis, qui Spitsbergam petunt, plane incomperta ſunt, qui dum ad eas partes appellunt, ut ex Balenis oleum exprimant, nihil non vaſtum & glacie obſitum*

Gronlandia.

obſitum hic reperiunt. Qua vero occaſione hæc fuerit olim à Norvagis intermiſſa navigatio, incertum. In peſtilentiam dictam nigram referunt aliqui, quæ olim Norvagiæ magnam intulit vaſtitatem, alii ex coacervata glacierum copia, quæ impedita adeo ea reddit littora, ut vix ea præterquam à parte qua Libonotum Borealem ſpectant hodie, quamvis & id ſubinde difficulter, detur contingere. Quando Guilielmus Baffin huc ſe contulit ſub annum 1616. incolas adhuc reperit, qui pectora tundebant. Porro *Ericus* ille *Rufus* ſeu *Raude* Torvvaldi filius cum patre ob cædem profugus initio in Islandiam conceſſerat, & patre mortuo ipſe Gronlandiam detexit, Islandos autem ut eodem tranſiret illexit. Epiſcopos, qui è Norvegia eo venere, iſtos vidi. 1. Ericus. 2. Arnhatus, qui 1150. in Norvegiam rediit. 3. Jon Kœter 1150. 4. Jon. qui 1200. mortuus. 5. Halga, 1230. extinctus 6. Nicolaus mortuus 1242. 7. Olaus factus Epiſcopus 1280. 8. Tord. 1288. 9. Arne. 10. Jon Skalle 1342. Hi vero omnes Trundheimii ordinati, & iſti Archiepiſcopo ſubditi fuere. *Pontanus Rer. Dan. L. 5. p. 222.* ad annum 1153. notat, *Nicolaum Breckſparre Cardinalem, qui poſtea fuit Hadrianus IV. Pontifex, miſſum à Papa Eugenio Norvegiam, quæ tum adhuc Lundenſi Danorum Archiepiſcopo parebat, Nidroſiæ (Trundheimum aliàs diximus) primum Metropolitanum Ioannem conſtituiſſe, ejusque ditioni atque imperio ſubjectos dictoque audientes eſſe voluiſſe Asloenſem, Bergenſem, Stavangrienſem, Hamerenſem, Orcadenſem cum Islandenſi & Gronlandenſi Episcopos.* L. 7. p. 476. idem tradit, quod Fournierus etiam perhibuit: *Eſſe qui tradant, poſt eam epidemicam luem (1348.) fuiſſe intermiſſam ac neglectam, quæ ad oras Gronlandiæ ſolennis antea atque annua fuerat incolarum regni navigatio.* Iterum L. 9. p. 521. ad ann. 1389. *Eadem circiter tempeſtate Naucleri nonnulli atique negotiatores Gronlandiam claſſe petierant contra morem ac præter edicta regia id temporis longa conſvetudine ſervata. Iis etenim diebus Islandia, VVeſtenora, Helgelandia, Feroa, Findmarckia regis reginæque propriæ erant, nec aliorum niſi regis ſolius claſſibus frequentari ſolebant. Eaque de cauſa dies dicta negotiatoribus jam nominatis. Qui cum declaraſſent, ac vero oſtendiſſent, ſe nullo ſtudio, ſed ſola neceſſitate ac vi ventorum molibusque glacierum aquis innatantium compulſos id feciſſe, indemnes ac liberi pronunciati ſunt. Liquetque per ea tempora Gronlandicam navigationem minus fuiſſe periculoſam, cum nondum coacervata eſſet ex Trollebottis glacierum ea copia, quæ nunc impedita ea omnia ac difficilia reddit; adeo ut vix niſi à parte inſulæ, qua Libonotum Borealem ſpectat, terra hodie quamvis & id ſubinde difficulter, detur contigere.*

§. XXVIII. Priores & conſvetos latercules ſcuti regii Celeberr. *Svaningius Chronologiæ Daniæ* 1650. inſeruit abaco, cujus tantum hic exhibemus ſummam: 1. *Cimbria ſeptentrionalis & Gothia* notatur leone novena corda tranſiliente: autor perhibetur *Segadus* primus Cimbrorum Judex Anno mundi 1960. 2. *Gothlandia* ſignatur agno Amalonico albo. Autor *Thielvarus* primus Gothlandiæ Princeps Ann. mundi 2264. 3. *Dania* tribus leonibus, quibus ſingulis tria adjecta ſunt corda, à *Dano* primo Rege Daniæ Anno mundi 2910. 4. *Slavia* regio Obotritorum ſeu Wandalorum gaudet dracone fulvo ſeu aureo in ſolo rubro. Aſſumſit *VValdemarus I.* An. Chr. 1153. 5. *Norvegia* utitur leone cum bipenni: *Margareta* regina attulit. 1380. 6. *Islandia* jactat piſcem coronatum à *Margareta* 1380. 7. *Vnio* trium regnorum Arctoorum coronis tribus denotatur à *Margareta* 1388. 8. *Oldenburgum* duas defert trabes à *Chriſtiano I.* 1448. Ab eodem 9. *Delmenhorſtum*, quod notatur cruce alba. 10. *Cimbria meridionalis & Ducatus Sleſvicenſis* utitur binis leonibus cæruleis in ſolo luteo, à *Chriſtiano I.* 1459. 11. *Holſatia* delectatur urtica argentea, à *Chriſtiano* eodem 1459. Nec non 12. *Stormaria* cum cygno candido, cujus collum corona aurea ornatur. 13. *Dietmarſiæ* ſymbolum eſt eques cataphractus albo inſidens equo, ex victoria *Friderici II.* 1559. Ac ita notat illa ſymbola jam duraſſe annos illa ſerie. 3640. 3336. 2690. 498. 271. 271. 263. 1203. 203. 192. 192. 192. 92. Addit vero quatuor primis tantum probabiliter Chronologiam accommodatam eſſe, & ſagacioribus eſſe poſſe dubium, an iisdem temporibus ea fuerint Cimbris & reliquis coæva. Poſſe tamen eos ad annos monſtratos referri, quod diligentius inquirentibus ſit manifeſtum. Addit illa etiam: agno Amalonico additum 1219. vexillum cum cruce tempore waldemari. Tum non omnium δειγμάτων primam originem deſignari, ſed quando illis ſcutum Danicum augeri ceperit.

Svaningii abacus contractus

§. XXIX. Uti

Scutum Principis Georgii.

§. xxix. Uti hactenus ista de ipso regio scuto tractata sunt, quibus & majores & qui nunc etiam feliciter regnat Potentissimus Rex *Christianus V.* usi sunt & utitur, ita nunc de reliquis etiam ejusdem regiæ familiæ agere convenit. Cum vero Regi frater sit Serenissimus Princeps *Georgius*, hujus clypeum merito ante reliquos lustrabimus. Utitur vero ille iisdem pene areolis, quibus regia parma plenior ornatur, sed aliter dispositis. Scutum enim ejus duabus transversis lineis, in tres regiones secatur. Caput seu suprema regio quinque quadras continet, tesseris *Iuthiæ, Gothiæ & Vandaliæ, Bornholmiæ Gronlandiæ, Islandiæ* repletas. Fascia præter medium scutulum, ex latere ejus complectitur hinc *Femeræ & Slesvici*, isthinc *Holsatiæ* atque *Gotlandiæ* hieroglyphica. Pes scuti quatuor quadras refert *Stormariam*, *Oldenburgicam, Delmenhorstanam*, *Diethmarsicam* cum inserta triquetra areola, quæ imum scuti implet, cum aquila *Osiliæ*. Quam vero diximus mediæ fasciæ incubare parmula eadem cum regia sectione tesseras complectitur *Danicam*, *Norvegicam* & *unionis*: eidem corona incumbit duobus semicirculis clausa, qualis toti etiam scuto majori incubat: neque enim hactenus videre licuit galeas isti scuto debitas. Titulus est: *Princeps hæreditarius Daniæ*, *Norvegiæ*, *Vandalorum & Gothorum*, *Dux Slesvici*, *Holsatiæ*, *Stormariæ & Diethmarsiæ*, *Comes Oldenburgi & Delmenhorstæ*, &c.

Titulus

Scutum Ducum Holsatiæ.

§. xxx. Ex illis quæ dicta sunt de regio scuto, nullo negotio intelliguntur insignia Serenissimorum *Holsatiæ Ducum*, qui Regis gentiles sunt, & in duos inprimis ramos *Sonderburgensem*, ex quo iterum *Nordburgicus*, *Glucksburgicus*, atque *Plænensis* pullularunt, & qui Holsatiæ nomine cum Rege in Imperii conventibus sessione fruitur, *Gottorpinam* distinguuntur. Nullam vero insignium inter lineas istas vidi differentiam: sed (conf. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 7.) universi scutum linea transversa in duas secant partes, quarum superior aureas continet binas, in priori leone bipennifero *Norvegico*, in altero leonibus *Slesvicensibus* expressis: inferior pars tres laterculos continet, & in his symbola inter *Holsaticum* ac *Stormarium* medium quod nonnunquam areolæ triquetræ inseritur *Dietmarsicum*: toti incumbit parmula quadrata divisione trabes Oldenburgicas atque crucem Delmenhorstensem, sed quod monitum auream in cælestino solo, referens.

Norvegiæ jus hereditarium.

Slesvicum.

Holsatia.

§. xxxi. *Norvegiæ* utuntur hieroglyphico Holsatiæ Duces, quia in potestatem redactum illud regnum, patrimoniale hactenus familiæ creditum est, quod supra §. 3. jam monui: Ex eo titulus etiam toti Holsaticæ Domui communis heredum Norvegiæ. *Slesvicensis* Ducatus itidem ex media parte, alteram enim Rex tenet, à Ducibus tenetur, quod §. 12. diximus: De reliquis etiam *Holsatia*, *Stormaria & Dietmarsia* nec non *Oldenburgo & Delmenhorsto* illa tantum consulere necesse est, quæ superius diximus: pari enim jure & titulo cum Daniæ regibus Holsatiæ Duces ista possident, cum & hic, nonnisi qua ex Holsatiæ Ducibus est, portiones suas teneat. Id tamen observari meretur, obtinuisse Christiernum II. Daniæ Regem, ab Imperatore affine suo 1522. ut Holsatiam solus feudo Imperiali teneret, ab ipso vicissim patruus reciperet: id vero à Friderico obtineri non potuit, atque adeo successu caruit: neque ex eo memini tentatum est.

Scutum Episcopi Lubecens.

§. xxxii. Hoc solum discrimen occurrit, si quis ex Ducibus *Episcopatum* teneat, quod non semel contigit. Ita nunc quoque Serenissimus Dux *Augustus Fridericus*, ejus qui Gottorpinæ lineæ Princeps est Serenissimi Ducis Christiani Alberti frater, Lubecensium Episcopus audit, & scuto utitur bis secto, ut supremam regionem impleant *Norvegicum* & *Slesvicense*, mediam circa scutulum Episcopale, hinc *Holsaticum*, isthinc *Stormarium*, infimam hinc *Dietmarsicum*, isthinc quadripertitim *Oldenburgica* & *Delmenhorstana* symbola. Qua vero areolæ coëunt, mediam sedem implet parmula cærulea, *Lubecensis Episcopatus* hieroglyphicon, auream crucem, imposita desuper quæ præsulum esse solet, mitra auro ornata, repræsentans. Scuto pro more subjiciuntur decussatim hinc ensis politicæ potestatis index, isthinc pedum Episcopale. Apicem huic Episcopatui Elverfeldius addit sex vexilla Holsaticis urticis picta, & de illis ita canit:

Bella

Bella gerenda monent ancilia juncta bacillo
ara pro solo munere proque focis.

Verum justus apex potius non nisi tribus constat vexillis, & quidem rubeis sed crucc Lubecensi pictis.

§. xxxiii. Huic scuto imponi tres *galeas*, omnes coronatas, ut tamen etiam mitra Ducalis per coronas emineat, solemne est: *Media* leonem bipennifer. Galeæ Holsaticæ.
rum repræsentat: *Dextra* sustinet bacillos tres argenteos, qui in aureos globulos desinunt, vel juxta alios aureos, hi vero pavoninis pennis insertis superbiunt, Slesvicensi Ducatui repræsentando. *Sinistræ* imponuntur septem vexilla rubea urticis Holsaticis picta, lanceis aureis. Laciniæ cassidibus circumfusæ anteriori auro & cyano, mediæ auro & minio, ulteriori cocco & argento tinguntur.

§. xxxiv. *Titulis* respondet clypeo: *Heres Norvegiæ, Dux Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Dietmarsorum, Comes Oldenburgi & Delmenhorstii*, &c. Additur, si quæ dignitas *Episcopalis* est, ilico post hereditarii in Norvegiam juris mentionem. Titulus

§. xxxv. Addenda est delineatio *Oldenburgici* scuti, quale illud esse solebat, cum supereesset extra Holsaticum ramum, qui illa symbola sola gestaret. In *Elverfeldii* Holsatia ita pingitur, ut quadratim sectum in prima & quarta area trabes *Oldenburgicas*, in secunda & tertia *Delmenhorstanam* crucem, de quibus §. 14. & 15. contineat. In *Sibmach.* Wapenb. P. 2. pag. 19. media parmula additur cum *leone*, sed non exprimitur color. Unde eam explicare integrum mihi non est. Si tamen conjiciendi sit libertas, parmulam cæleſtinam, leonem aureum vellem, ut ita designaretur *Ieverana* dynastia, quam *Ioannes Oldenburgius* Comes obtinuit à *Maria Edonis VVimecken Domini Ieverani* & Heilvigiæ Oldenburgicæ filia, cum *Rustringia, Oistringia & VVangelandia*, quarum etiam subditos Maria ei adhuc viva jurare voluit. Scutum C. Oldenburgii.

§. xxxvi. Clausit lineam morte sua *Antonius Guntherus* 1667. nulla ex conjuge susceptæ prole: unde successio delapsa est ad agnatos. De modo succedendi, cum Serenissimus Dux Joachimus Ernestus, ex *Plænensi* linea, gradu propinquior esset, inter hanc, nec non regiam & Gottorpinam domum, ortæ lites, & eæ ad Cæsaream aulam delatæ sunt. Pronunciatum pro *Plænensibus*, quibuscum *Rex* pro sua parte transegerat, compensationis loco pecunia numerata & nonnullis in Holsatia concessis locis. Unde *Rex* possessionem Comitatus adivit. *Ieverana* vero dynastia ad Anhaltinos Severstanos translata est. Successio in ult. Comitis ditiones.

§. xxxvii. E regio sanguine sunt *Guldenlövvii*, quod per naturam filiis Regum nomen conceditur, in quibus primas tenet Illustrissimus *Vlricus Fridericus Guldenlovv* Friderico III. Rege genitus. Scutum quadripertitum est mediante *cruce argentea*, cujus extrema medio paulo latiora sunt: *Prima & ultima area cærulea* referunt *leopardum argenteum auro* coronatum, qui *bipennem incurvam Norvegicam auream* tractat: Quod symbolum est Comitatus *Iarvvigen* in Norvvegia. Secunda & tertia area linea *diagonali* sinistra distinguitur, hinc *rubea* isthinc *atra*, designando Comitatui *Iarlsberg*. His incumbit medium scutulum coronatum rubeum, quod pingitur cruce angustiori argentea impositis toti duobus leonibus gradientibus (*gestreckte löwen*/) aureis coronatis. Scuto imponitur *corona Principum*, cui insidet adversus leo coronatus aureus, qui utroque pede anteriori gestat bina vexilla quadrata, & singula oblonga in duas lacinias terminata; Vexilla omnia rubea crucibus argenteis exornantur, oblongis autem dextro angulo superiori litera *F.* numero 3. implexa, corona desuper incumbente (indicio nominis Friderici III. Regis) inprimitur. *Telamonum* vicem subeunt duo elephantes candidi tergis obversi, quorum nonnisi capita & pedes apparent, reliqua corporum parte post clypeum latente. Scutum Guldenlœvvionis. Jar Wigen. Jarlsberg.

§. xxxviii. Ti-

Titulus. §. XXXIII. Titulus eſt: *Güldenleu, in Iarvvigen, Iarsberg & Herzhorn*, &c. *Comes, R. M. Dan. Prorex regni Norvvegiæ, Conſil. intimus, Generalis Campi Mareſcallus, ſupremus Camerarius, Gubernator Provinciæ & urbis Bergenſis, Eq. ordines Elephanti.* Tribuitur titulus, Hohe Excellenz.

Scutum C. Antonii Aldenburgii. §. XXXIX. Ultimo Comite *Oldenburgio* & Illuſtri *Vngnadia* ſub ſpe matrimonii genitus eſt Illuſtriſſimus *Antonius*, qui ab Imperatore legitimationem & Comitis Imperii titulum aſſecutus eſt. Scuto utitur quadripertito in *P. Fürſt.* Wapenb. P. 4. pag. 1. Prima & ultima quadra *carulea equum ſalientem argenteum* continet; ſecunda & tertia *argentea ternas roſas rubeas auro gemmatas.* Media parma incumbit his laterculis bipertita, hinc *aurea aquilam bicipitem nigram*, (Auguſtæ gratiæ ſignum) iſthinc item *aurea duas faſcias Oldenburgicas rubeas* deferens. Scuto imponuntur tres galeæ coronatæ: quarum *anteriori* innituntur tres plumæ ſtruthionicæ erectæ antrorſum reflexæ, *media* cærulea, reliquæ *aureæ*: *Mediæ* inſiſtit aquila imperialis nigra; ex *ultima* exſurgit leo aureus rubeam linguam exſerens. Laciniæ ſunt argenteæ, cæleſtinæ & rubeæ.

Titulus. §. XL. Titulum vidi: *S. Romani Imperii Comes, Baro in Aldenburg, Nobil. Dominus in Varel, Kniphauſen & Dortvvart, Eq. Regiæ Majeſt. Daniæ conſiliarius intimus, & Prorex Comitatuum Oldenburgici & Delmenhorſtani.*

CAPUT

Caput XIII.

Com. à Daun.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ series. Quædam ſucceſſio ad Rollingenſes. Ad Manderſcheidios. Reineccios. Domini in Daun. Comites.*
2. *Scutum. Apex.*
3. *Scutum auctum. Saſſenheim.*
4. *Scutum comitum.*
5. *Apex. Titulus.*
6. *Domini in Zevel.*
7. *De Marte. De Zolver.*

§. I.

ILluſtriſſima Familia *Daunia* ſ. *Dhaunia* (à caſtro *Dhaun* ſ. *Dhuyn* ſ. *Dune* in Eifelia ſito ita nuncupata) alibi à me aliqua ex parte recenſita eſt, videlicet in apendice priori ſubjuncta parti IV. ſeu auctario ſecundo *Theatri Progonologici*. Unde hic breviores eſſe poſſumus. Antiquiſſima memoria ejus eſt in *VVilhelmo Dn. de Daun*, quem Trevirenſis Archiepiſcopus adverſus Hunnos auxilio Henrici Aucupis 933. miſſiſſe memoratur, & commilitones *Vlricus Dn. de Oberſtein*, *Diepoldus Dn. de Reipolzkirch*, *Ludovicus Raugravius* nominantur. Poſt hunc leguntur in torneamentis comparuiſſe 968. *VVilhelmus Dn. in Dhun* Mersburgi, 996. *Fridericus Dn. in Dhun* Brunſvici, 1042. *Henricus* Dn. in Dhun, Halis, 1197. *Andreas* Norimbergæ, 1209. *VVernerus* Wormatiæ. Plenam tamen ex his vel aliis genealogiam nectere non audeo. Ea quam ex communicatione Illuſtriſſimi Comitis Dhaunii Wilhelmi Joannis Antonii accepi, deſignatio orditur ab *Henrico de Duna*, qui *Mareſcallus Comitatus Lucenburgici* factus eſt 1223. & pater fuit *Richardi*, qui cum matre *Sobilia de Linzer* monaſterio Clarifontis 1256. villam *Elter* dedit, ut & *Henrici*, à quo linea *de Zevel* orta eſt. Sed Richardo natus *Ægidius*, hoc *Henricus Dn. de Duna in Dinſporn*. Henrico nati *Richardus*, *Ægidius*, *Henricus*, *Fridericus*, &, quem modo dicta deſignatio adjicit reliquis, illa vero, quam alio capite, quo *Comitis Falckenſteinii* deſcribetur ſcutum, adducemus, relatio aliunde eum derivat, *Cuno* Falckenſteiniorum ſator. *Richardi* filia *Anna Ioanni de Rollingen* nupſit, eique familiæ attulit *Mareſcallatum Lucenburgii*, qui deinde per Rollingenſem filiam iterum tranſiit ad *Criechingios*. Et hæc cauſa eſt, quod in Rollingenſium clypeo clathri Daunii viſuntur. *Henrico* nati duo *Richardi ſenior & junior*: illo *Theodorici* iterum duo nati, quorum ſenior non niſi filiam *Luciam*, junior filium *Richardum* genuere: qui conjuges parentes fuere *Theodorici*, *Irmgardis* atque *Gatharinæ*: ex his fratre ſine liberis mortuo Irmgardis *Theodorico C. Manderſcheidio* habitationem in arce Daun & vetus caſtrum in Daun (qua cauſa Manderſcheidii etiam clathris Dauniis utuntur, ſed 1667. Electori partem ſuam in Daun vendidere.) Catharina *Ioanni Dn. de Reineck Broich Eifeliæ & Cluſſart* attulit, de quibus uterque à Trevirenſi, qui partem caſtri *Daun* ſibi reſervavit, & nunc quoque ſervat, ſunt inveſtiti. *Richardus junior* item Henrici filius diuturniorem habuit proſapiam, ab eo enim deſcenderunt *Domini de Dhaun*, qui licet partem & plerumque domicilium in caſtro Daun, (in quo hodie Electori Trevirenſi & iſti lineæ ſoli pars ſupereſt) & alia deductionis ſuæ documenta haberent, per plures generationes ſervatum nomen Dominorum de Daun paulatim omiſere, & ſe ſimpliciter de *Daun* ſeu *Dune* appellare contenti fuere: unde quia bona poſſidebant matriculæ nobilitatis inſerta, ſortis ſublimioris, quam equeſtris conditio eſt, non eſſe per errorem à multis crediti & proditi ſunt. Cæterum ex his Richardi atnepos *Petrus de Duna* Magnus aulæ Trevirenſis fuit Magiſter, & pater *VVilhelmi*, quo geniti præter alios *VVilhelmus*, *Carolus*, *Theodoricus Nicolaus*: ille & hic uterque filium genuere, ſed *ἄτεκνος*. Iſte *Carolus Dominus in Saſſenheim & Hollefels* ex *Agnete de Hagen* herede & Domina in *Saſſenheim*, uxore ſua, genuit præter alios *Ioannem Iacobum* Commendatorem Balliviæ provincialis Auſtriacæ (Landcommenthur) & *Philippum Erneſtum*, quorum meritis datum eſt, ut Ferdinandus III. Auguſtus eos veteri *Dominorum* titulo reſtitueret, & novo axiomate *Comitum* augeret: qua dignitate nunc etiam Philippi Erneſti filii Illuſtriſſimi *VVilhelmus Ioannes Antonius* & *Carolus Fridericus* germani fulgent: uterque S. Cæſ. Majeſt. Camerarius, ille etiam ejusdem Conſiliarius aulicus bellicus, Colonellus & vigiliarum Magiſter Viennæ, nec

Familiæ ſeries.

Quædam ſucceſſio ad Rollingenſes.

Ad Manderſcheidios.

Reineccios.

Domini in Daun.

Comites.

Bericht der Commission für Gesetzesrevision über die Vorlage betreffend Abänderung des Gesetzes über die Gemeindesteuern.

Bericht der Commission für Gesetzesrevision über die Vorlage betreffend Abänderung des Gesetzes über die Gemeindesteuern.

Hochgeachtete Herren!

Ihre Commission hat sich mit der Vorlage des Regierungsrathes betreffend Abänderung des Gesetzes über die Gemeindesteuern vom 19. Mai 1870 einlässlich beschäftigt und beehrt sich, Ihnen darüber Bericht zu erstatten.

Die Vorlage des Regierungsrathes hat zum Zweck, die Gemeinden zu ermächtigen, die Steuer auf Grundeigenthum, Gewerbe und Kapitalien, welche sie zu beziehen haben, nicht nur in Prozenten des Staatssteuerbetrages, sondern auch in Prozenten des Grundsteuerbetrages zu beziehen. Diese Abänderung ist nothwendig geworden, weil durch die Einführung der Einkommensteuer die Grundlage für die Gemeindesteuern, welche bisher in Prozenten des Staatssteuerbetrages bezogen wurden, wegfällt.

Ihre Commission hat sich mit dieser Abänderung einverstanden erklärt und beantragt Ihnen, dieselbe zu genehmigen.

Bern, den 19. Mai 1870.

Namens der Commission für Gesetzesrevision,
Der Präsident:
Stämpfli.

Der Regierungsrath beantragt, es sei der Vorlage betreffend Abänderung des Gesetzes über die Gemeindesteuern vom 19. Mai 1870 die Genehmigung zu ertheilen.

Bern, den 19. Mai 1870.

Namens des Regierungsrathes,
Der Präsident:
Stämpfli.

Der Staatsschreiber:
Kurz.

Stämpfli, Präsident der Commission für Gesetzesrevision, Berichterstatter. Ich habe Ihnen nicht viel zu sagen. Sie haben gehört, dass durch die Einführung der Einkommensteuer die Grundlage für die Gemeindesteuern, welche bisher in Prozenten des Staatssteuerbetrages bezogen wurden, wegfällt. Es ist daher nothwendig, dass die Gemeinden ermächtigt werden, ihre Steuern in Prozenten des Grundsteuerbetrages zu beziehen. Ihre Commission hat sich mit dieser Abänderung einverstanden erklärt und beantragt Ihnen, dieselbe zu genehmigen.

Kurz, Staatsschreiber. Der Regierungsrath hat nichts beizufügen.

Eintretensfrage.

Eintretensfrage.

Stämpfli, Präsident der Commission für Gesetzesrevision, Berichterstatter. Ich habe Ihnen nicht viel zu sagen. Sie haben gehört, dass durch die Einführung der Einkommensteuer die Grundlage für die Gemeindesteuern, welche bisher in Prozenten des Staatssteuerbetrages bezogen wurden, wegfällt. Es ist daher nothwendig, dass die Gemeinden ermächtigt werden, ihre Steuern in Prozenten des Grundsteuerbetrages zu beziehen. Ihre Commission hat sich mit dieser Abänderung einverstanden erklärt und beantragt Ihnen, dieselbe zu genehmigen.

Kurz, Staatsschreiber. Der Regierungsrath hat nichts beizufügen.

Eintretensfrage.

Stämpfli, Präsident der Commission für Gesetzesrevision, Berichterstatter. Ich habe Ihnen nicht viel zu sagen. Sie haben gehört, dass durch die Einführung der Einkommensteuer die Grundlage für die Gemeindesteuern, welche bisher in Prozenten des Staatssteuerbetrages bezogen wurden, wegfällt. Es ist daher nothwendig, dass die Gemeinden ermächtigt werden, ihre Steuern in Prozenten des Grundsteuerbetrages zu beziehen. Ihre Commission hat sich mit dieser Abänderung einverstanden erklärt und beantragt Ihnen, dieselbe zu genehmigen.

Kurz, Staatsschreiber. Der Regierungsrath hat nichts beizufügen.

Eintretensfrage.

Quæ pleraque ex picturis ab Illuſtriſſimo Comite *VVilhelmo Ioanne Antonio* gratioſe communicatis collegi, & electori exhibeo.

CAPUT XIV.

Barones Dotzi.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.* 2. *Scutum.* 3. *Apex.*

§. I.

EX Ungariæ *Baronibus* Perilluſtris *Andreas Dotzi Baro in Tſchuernovviz* ſeu *Sernovviz* in *Auſtriam* conceſſit, atque inter proceres ejus receptus eſt, atque *Rahenſtein* ac *Gererſtorf* acquiſivit. Familia.

§. II. Familiæ inſignia ſunt apud *Fürſt.* Wapenb. P. V. p. 17. ſcutum diagonali dextra linea ſectum, in cujus anteriori ſeu inferiori parte *cærulea ſtella* micat *aurea:* in ſuperiori *argentea leo* graditur *rubeus, falculis dextri pedis cæruleam ſpharulam* ſeu *orbem* tenens. Scutum.

§. III. Ex *galea* coronata exurgit *leo rubeus orbem cæleſtinum* oſtentans. Laciniæ tinguntur rubeo & cæruleo coloribus. Apex.

CAPUT XV.

De Durfort Dux de Duras.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.* 2. *Scutum.*

§. I.

FAmiliæ illuſtris *Durfortiæ* ſeu de *Durasfort* juſtam longius deductam non vidi arborem. Quod tamen communicatum eſt fragmentum, à *VVilhelmo de Duras* circa 1452. incipit: Ejus nepos *Franciſcus* ad Papiam cecidit 1525. Filius *Symphorianus*, nepos *Iacobus* fuit, quo natus *Iohannes Iacobus Marchio de Duras, Comes de Lorges* ab uxore *Maria* f. *Iacobi C. de Montgommery.* His nati *Guido Aldonzius* & *Henricus de Durfort Marchiones de Duras*, quorum hic 1650. cecidit ad Stephani fanum, iſte 1670. mortuus eſt, pater ex *Eliſabetha Turrio-Bullionia Iacobi, Friderici, Guidonis Aldonzii, Ludovici*; quorum primus *Dux Duraſſius & Franciæ Mareſcallus*, ſecundus *C. de Rozan*, tertius iterum *Mareſcallus Franciæ & Comes de Lorges*, ultimus in Anglia Comes de *Feversham* creatus eſt. Familia.

§. II. *Duci Duraſſio* video tribui ſcutum quadripertitum; in cujus prima & quarta area *rubea leo* conſpicitur *argenteus:* ſecundæ & tertiæ *argenteæ* inducitur *balteus caruleus.* Hoc δεῖγμα eſſe audio gentis: ſed cui attribuam laterculum cum leone non habeo: Neque de *apice* plura vidi. Scutum.

CAPUT XVI.

Com. ab Ems ſeu *Hohen-Ems.*

ARGUMENTUM.

1. *Familia.* 2. *Scutum.* 3. *Apex.* 4. *Titulus.*

§. I.

INter Rhætos à multis ſeculis claruit Illuſtriſſima *Amiſiorum* ſeu *Emſiorum* familia, utpote cujus teſte *G. Bucelin. Germ. T. IV. p. 69.* anno 890. & 910. mentio fit. Memo- Familia.

rantur *Georgius ab Ems Dn. in Alten-Ems* in torneamentis Rotenburgicis 942. *VValtherus* in Hallenſibus 1048. *Theodoricus* in Colonienſibus 1179. Celebres etiam fratres allegantur *VVilhelmus Dn. in Alten-Ems & Arnoldus Dn. ab Ems in Hohen-Ems* circa 1290. qui modernos ex ſe dedit. In his gentis fortunam auxit *VVolfgangus Theodoricus Comes ab Ems*, qui *Claram Mediceam* Pii IV. Pontificis ſororem conjugem habebat, & ex ea præter alios genuit *Iacobum Hannibalem* & *Marcum Siticum* Epiſcopum Conſtantienſem & Cardinalem, 1595. defunctum, quem neſcio qua fide, (niſi typothetæ error ſit) præfatus Bucelinus patrem conſtituit *Roberti ab Ems Com. in Gallara Marchionis Galleſii*, quo natus *Ioannes Angelus Dux Alt-Emſii*, pater Petri II. *Ducis Iacobus Hannibal* uxorem habuit *Hortenſiam Borromæam* Cardinalis Caroli, quem Pontifex ſanctum eſſe juſſit, germanam; unde nati *Caſpar Comes* & *Marcus Siticus Archiepiſcopus Salisburgenſis*. *Caſpar* pater fuit *Iacobi Hannibalis*, quo *Corolus Fridericus* & *Franciſcus VVilhelmus* geniti: ille *Corneliæ Luciæ Duciſſæ Alt-emſiæ*, Petro Duce & Angelica Medicea, quæ Coſmum Magnum Ducem parentem habuerat, genitæ maritus, hic *Eleonoræ Furſtenbergiæ*, uterque filiorum parens.

Scutum. §. II. Scutum apud *Sibmach.* Wap. P. 1. p. 16. cyaneum pingitur cum *capricorno aureo, cornibus nigris*. Ad nomen Ems alludi videtur, uti damas gemſen vocitare ſolemus.

Apex. §. III. Galea ~~mitrom~~ *capricorni ſcrutarii* ſuſtinet, & phaleras circa ſe fundit cyano & auro tinctas.

Titulus. §. IV. Titulus Carolo Friderico Comiti ille 1654. in comitiis adſcribitur, *Comes in Hohen-Ems, Gallara & Vaduz, Dn. in Schellenberg, Doronbeurn & Luſtenau. Hohen-Ems* caſtrum duplex eſt, *vetus & novum*, olim *Amiſum*, inter Brigantium & Veldkirch, ſub quibus Ems ſitum eſt. Titulus comitatus à Ferdinando I. *Iacobo Hannibali* collatus eſt, quem Pius IV. Pontifex *Romani ſtatus generalem* conſtituit. *Gallaram* ſeu *Galeratam* in Mediolanenſi Ducatu conceſſit Rex Hiſpaniæ. *Vaduz* (quod Veldkirchio milliari diſtat) & *Schellenberg* Caſpar comes 1613. à Carolo Ludovico C. Sulzio 200000. aureis emit.

Caput XVII.

D'Eſtampes, M. de Mauny & de Valençay.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Linea de Mauny. De Valençay. D'Autry.*
3. *Scutum.*
4. *Tituli.*

§. I

Familia. ILluſtri ſplendore jam diu *Eſtampia* ſeu *Stampenſis* Domus floruit, quam ad *Ioannem d'Eſtampes* referunt, qui ſub Ludovico Craſſo vixit. Ex eo deſcendit *Robertus* ſeu *Robinetus d'Eſtampes, Dn. de Salbris & de la Ferté Imbaud* cubicularius Joannis Ducis Bituricenſis & ejus teſtamenti executor 1416. pater quinque filiorum, (conf. *P. Anſeaume Palais de l'honn. p. 303. ſeq.*) ex quibus *Ioannes Epiſcopus Carcaſſonis 1455.* obiit, *Ioannes* alius *Epiſcopus Nivernenſis* deceſſit 1452. *Guilelmus Epiſcopus Condomenſis* fuit, duo autem gentem propagarunt: nimirum *Ioannes Dn. de S. Cierques* Dominorum *de la Ferté Nabert* autor, cujus neptis *Margareta* hereditatem *Nectario Dn. de Senneterre* attulit, ſed major *Robertus Dn. de la Ferté Imbaud, de Valençay, de Salbry & de Tillay*, fuit Caroli VII. Conſiliarius & Cubicularius, nec non *Mareſcallus* & Seneſchallus Borbonii, qui 1478. uxorem duxit *Margaretam de Beauvilliers Dn. de la Ferté Nabert*. His natus eſt *Robertus II.* communis pater ex tribus filiis *Ioanne, Ludovico, Roberto* trium linearum.

Linea de Mauny. §. II. Prima linea *Ioannis* eſt Dominorum *de la Ferté Imbaud*, continuata per *Ludovicum* (cujus frater *Robertus* novum ramum Dominorum *de la Motte des Annordre* ex ſe dedit) *Claudium & Iacobum*, quorum hic *Marchio de Mauny* Mareſcallus Franciæ 1651. creatus eſt, & 1668. moriens *Franciſcum Marchionem de Mauny* reliquit.

De Valençay. Altera linea *Ludovici Dn. de Valençay*, hunc titulum geſſit, continuata per *Iacobum, Ioannem,*

Ioannem, Iacobum Colonellum equitatus Francici levis armaturæ, cujus frater *Leonorus Epiſcopus Carnutum* dein *Archiepiſcopus Rhemorum*, alius *Achilles* Generalis Melitenſis, inde exercitus Pontificii, demum *Cardinalis* fuit: Eo natus *Ioannes & Dominicus M. de Valençay* Margaretæ Montmorenciæ Butevilliæ maritus & ex ea pater. Tertia linea *Roberti Dn. d' Autry, d' Ardelon, & de Thellay* iſtos titulos ſervavit. D'Autry.

§. III. Scutum gentile eſt *cæruleum, duabus triangularibus ſectionibus aureis* in quinque partes æquales diſtributum *(d'azur à deux girons d'or, mis en chevron,* vel *à deux girons d'or, partageant l' eſcu en cinq parties egales)* impoſito cephalo *argenteo*, cui inſcribuntur *tres coronæ Ducales rubeæ.* Hoc utrique lineæ commune video aſſignari à *Sammarth. p. 421. & 529.* Apicem quo utantur nullibi vidi. Scutum.

§. IV. Tituli ſunt alterius lineæ: *D'Eſtampes, Baro de la Ferté Imbaud, Marchio de Mauny.* Alterius: *D'Eſtampes Marchio de Valençay, Dn. d'Haplincourt,* &c. Ultimus hic titulus eſt à conjuge Joannis d'Eſtampes, Dn. de Valançay, Sara filia & herede *Ioannis Dn. d'Haplincourt, de Bertencourt, de Preully,* &c. Tituli.

Caput XVIII.

C. Fuchs de Fuchsberg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Linea in Hohen-Eppan. In Lauffenburg. In Lebenberg.*
3. *Scutum.*
4. *Fuchs de Fuchsberg.*
5. *Lebenberg.*
6. *Paſſeyr.*
7. *Galea.*
8. *Titulus. Lauffenburg. Hohen-Eppan.*

§. I.

EX Tirolenſi nobilitate piſca ſunt Perilluſtres *Fuchſii* de *Fuchsberg* Barones, nunc vero Comites. De illis ita Comes Brandiſius **Tyrol. Adlers Eyrenkr.** pag. 54. **Edle jetzt Grafen Fuchſen von Fuchsberg/ Paſſeyr und Lebenberg / flieſſen vom uralten Adelichen hauß her/ ſo ſchon vor vierhundert jahr als rittermäßig in Tyrol gelebt.** Familia.

§. II. Diligentiſſimus *Gabr. Bucelin. Germ. T. 2.* eos deducit ab *Vdalrico Fuchs de Fuchsberg ſeniore* Dn. de Eppan, circa 1257. quo natus *Vdalricus junior*, patet *VVolfhardi*, qui fator ex *Iacobo* & *Vdalrico* duarum linearum. Jacobi abneptis *Eliſabetha* domina in *Hohen-Eppan* & *Korb* lineam clauſit, & majorem partem bonorum attulit primo ſuo marito agnato *Ioanni*. Udalrico natus *Chriſtophorus*, cui *Barbara de Iauffenburg* heres nupſit. His parentibus geniti *VVolfhardus* & *Hildeprandus.* Hildeprandus *Deganum* genuit, hic *Deganum* alium & *Chriſtophorum*, poſt mortem uxoris Margaretæ de Maxelrain *Epiſcopum* Brixinenſem, & *Chriſtophori* patrem. Deganus iſte iterum *Deganum* filium habuit, genitorem *Friderici*, quo natus eſt *Carolus Fuchs de Fuchsberg in Iauffenburg*, marium iterum in hac linea extremus. *VVolfhardus* autem Dorotheæ de Lebenberg maritus iſtum ramum ex ſe emiſit, pater *Thomæ*, avus *Ioannis*, cui agnata Eliſabetha heres lineæ in Hohen-Eppan nupſit, & peperit *Chriſtophorum*, quo editus *Carolus*, parens *Ioannis Chriſtophori* atque *Caroli*, cui primo Illuſtriſſima *Comitis* dignitas collata eſt; quo nunc etiam gens utitur. Linea in Hohen-Eppan. In Lauffenburg. In Lebenberg.

§. III. Scutum in *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. p. 23. repræſentatur quadripertitum. Prima & quarta quadra *aurea vulpem rubeam* complectitur. Secundam & tertiam *argenteam* permeat *faſcia cærulea*, toti impoſito *leone rubeo.* His quadris imponitur parmula media *rubea*, ex cujus pede in capitis marginem exſurgit *triangulum cæruleum:* alii dicent trabeam ſcutariam ſeu chlamydem rubeam ſupra tunicam intextam cæruleam. Scutum.

§. IV. Vulpes ipſo nomine indice deſignat familiam *Fuchs de Fuchsberg*, quæ arx eſt **unter S. Pauls: deſſen war ſchon 1267. Herr Ulrich Fuchs der Lands-Fürſtlichen herrſchafft Lehenträger.** Ut loquitur Comes Brandis. p. 168. Fuchs de Fuchsberg.

§. V. Leo in faſciato laterculo deſignat *Lebenberg.* Familia ea vetus fuit, & nomen geſſit ab arce Lebenberg ſeu Lœwenberg ſupra Lanam. De ea ita Comes Lebenberg.

Brandis. **Tirol. Adl. Ehrenkr.** p.72. **Edle Ritter von Löwenberg / deren ſtammenhauß das ſchloß Löwenberg ob Lana / ſollen mit denen von Lanaburg eines wapens ſeyn / werden ſchon** anno 1250. **ſchrifftlich** angezogen / **und führete** Herbot **ein ſohn** Hugonis de Congo anno 1280. **den ritterlichen titul von Löwenberg.** Leonardus anno 1408. **Landhauptmann an der Etſch iſt ohne mannlichen erben** anno 1410. **der menſchlichheit entgangen. Und weilen er eine einige tochter** Dorotheam **Wolfahrten Fuchs von Fuchsberg und Jauffen ehegeſellin verlaſſen / als iſt das ſchloß Löwenberg an das Fuchſiſche hauß gelangt.** Sed pag. 54. Dorotheæ Wolfardi uxoris patrem Petermannum pro Leonardo vocat, quam iſte 1421. duxit.

Paſſeyr. §. VI. Scutulum medium deſignat familiam *Paſſeyr*, etiam Tirolenſem. De qua ſæpe memoratus Comes Brandiſius p. 80. **Edle von Paſſeyr / Gerichtsherren derſelbigen herrſchafft / und wohnhafft auff dem ſchloß Jauffenburg / Ruebrecht und Berchthold beſuchten** anno 1361. **den Landtag zu Meran / Barbara aber /** Reinberti **deß letzten tochter / hindergabe nach tödtlichem hintritt** 1390. **Chriſtoff Fuchſen ihrem eheherrn dieſes ihr zeitliches vermögen.** Nomen ſtirpi fuit à Paſſeyr, diſtrictu judiciali (**gericht Paſſeyr**) non procul Merania, unde emanat fluvius Paſſer ſeu Paſſeyr, qui exundans Meraniæ aliquoties graviſſima intulit damna.

Galeæ. §. VII. Clypeum premunt tres galeæ: *Prima* tegitur pileolo rubeo, cujus ora argento reducitur, cum inſidente vulpecula rubea. Laciniæ autem ſunt aureæ & coccineæ. *Media* coronata ſuſtinet jugum alarum explicatum, cum typo ſeu ſ ctione medii ſcutuli; phaleris dependentibus cæleſtinis & rubeis. E corona *extremæ* exſurgit leo rubeus. Dependent laciniæ argenteæ & rubeæ.

Titulus Jauffenburg. §. VIII. Titulum ita format Bucelinus: *Fuchs de Fuchsberg, Comes de Lebenberg & Triendenſtein, Dominus in Iauffenburg.* Quod attinet *Triendenſtein*, nihil de eo dicere poſſum. *Iauffenburg* caſtrum eſt in judicio Paſſeyr (**gericht** Paſſeyr) quod condidit Rupertus de Paſſeyr, & feudo obtulit regi Henrico. Margareta autem in proprietatem jus commutavit, & Bertholdo de Paſſeyr 1363. hypothecario jure conceſſit. Cum vero 1383. Chriſtophorus Fuchs Barbaram de Paſſeyr duxiſſet, hanc etiam dynaſtiam nactus eſt. Vidimus etiam §. 2. *Hohen-Eppan* ſeu *Eppan* in patrimonio ſtirpis fuiſſe: caſtrum illud fuit ſedes veterum Comitum de Eppiano, quod volunt brevi poſt Chriſtum natum à Gallis conditum. Inde traditum eſt Comitibus de *Eſcheloch*: Poſt hitem diuturnam 1365. Duciſſa Margareta vel Rudolphus id Petro de *Schenna* attribuit. Inde illud 1400. *Starckenbergii.* 1494. *Iacobus Fuchs.* 1550. *Ioannes de Trautſon.* 1557. *Abundius de Tſchetſch.* & 1614. *Comites Fuchſii* feudo accepere.

Hohen-Eppan.

Caput XIX.

Princ. & Com. de Fürſtenberg & Epiſcopus Argentinenſis.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Deductio. Com. Friburgi. Vracum. Liechteneck. Succeſſio ad Badenſes. Henning. error.*
2. *Fürſtenbergii. Lineæ. Heiligenbergia. Blombergia.*
3. *Scutum.*
4. *Aquila Fürſtenbergia. Friburgia.*
5. *VVerdenberg. Comitum origo. Succeſſio.*
6. *Heiligenberg. Nomen. Comites. Succeſſio. Controverſia cum Abb. in Salmansweiler.*
7. *Galea & apex.*
8. *Vſus ſcutuli VVerdenberga-Heiligenbergii.*
9. *Scutum Epiſcopi Argentinenſis.*
10. *Epiſcopatus Argentinenſis.*
11. *Abbatia Murbacenſis.*
12. *Luderenſis.*
13. *Alſatia Landgraviatus.*
14. *Novum ſcutum Epiſcopi.*
15. *Abb. Stabulenſis.*
16. *Malmundarienſis.*
17. *Galea Epiſcopi.*
18. *Tituli.*
19. *Rationes. Baar. Hauſen. Gundelfingen. VVildenſtein. Meßkirch. Stülingen. Hœwen. VVeitra.*
20. *Principalis dignitas.*

§. 1. Inter

§. I.

INter proceres Sveviæ nulla familia eſt, quæ vetuſtate & illuſtri ſplendore ſuperet Illuſtriſſimam *Fürſtenbergiam* ſtirpem. Eam referunt ad *Henricum Comitem Friburgi & Fürſtenbergæ, Landgravium in Stülingen & Baar*, cui tamen altius adſcendens diligentiſſimus *Gabr. Bucelinus Germ. P. IV. p. 88.* patrem aſſignat *Egonem II. 801.* avum *Chunonem C. Fürſtenberg & Landgrav. Stülingenſem 748.* proavum *Egonem* ſeu *Eganum Agilolfingici* generis heroem circa 670. Henrico filios dant *Ludovicum C. Fürſtenbergæ, Landgravium Stülingenſem 921.* Gregorii Regis Scotiæ ex Agnete filia generum, & *Egonem C. Friburgi* (Bucelinus hunc etiam Fürſtenbergium vocat) cujus linea in pronepote *Conrado* terminata eſt. *Ludovico* juxta aliquos nati *Ego* atque *Henricus*, (Bucelinus vero ſolum *Egonem*, quem IV. vocat, maritum Agnetis Duciſſæ Tecciæ ei dat, *Henricum* autem Verenæ Habſpurgiæ maritum circa 1000. ejus filium facit,) hoc *Ego*, pater *Henrici, Ottonis & Egonis VIII.* Ex quibus *Henricus* poſteritatem habuit, quæ circa principium ſeculi decimi quinti defecit: *Otto* ſator eſt *Fürſtenbergiorum* modernorum, *Ego Friburgiorum*. *Egone* enim natus *Ego IX.* uxorem habuit Agnetem Bertholdi Ducis Zæringiæ filiam, quæ, cum frater Bertholdus ultimus Dux ſine heredibus moreretur, in Briſgoia & nigra ſilva ex ejus hereditate plurima obtinuit, in quibus *Friburgum* fuiſſe reor. His natus præter *Conradum Cardinalem*, qui Papatum recuſaſſe dicitur, & *Bertholdum* Abbatem in *Luzel* al. in *Salmansvveiler* (qui ipſi duo eſſe videntur, quos avunculus Bertholdus ob electionem ſui ad Imperium oppignoraverat electoribus, & qui ex voto ſacro ordini addicti *Comitatum* ſuum *Vracenſem* partim *Eslingenſi* monaſterio, partim vitrico *Eberhardo C. Vvirtenbergio* reliquiſſe dicuntur: nam Uracenſis etiam comitatus in hac gente fuerat. conf. *mea Syllog. Geneal. p. 554. 555.*) *Ego X.* cognomento *Barbatus Comes Friburgi* & aliorum in Brisgoia. Hoc iterum nati *Gebhardus Epiſcopus Spirenſis*, *Cuno* ſeu *Conradus*, *Bertholdus* & *Ego*. *Conrado* autem *Conradus II. Ego XII.* & *Henricus*, qui juxta alios 1265. *Vracum* Wirtenbergicis vendidit. *Ego* pater *Conradi* fuit, hic *Friderici*, à cujus filia nupta *Godofredo Com. Tubingenſi Liechteneck* ad eam gentem pervenit, & *Egonis XIV.* à quo *Friburgenſes*, qui prius multis juvantibus cum Domino ſuo bellum geſſerant victores, libertatem 2000. marcis argenti emere, quo argento ipſe *Badenvveilam* emit; in filio ejus *Ioanne*, quem 1386. ad Sempacum cecidiſſe perhibet Bucelinus, linea tota omnibus fere fatentibus Genealogis terminata eſt. Eum vero ad Sempacum cecidiſſe impoſſibile eſt ex donatione, quam mox allegabimus, cujus apud Badenſes documenta ſunt; Præterea in ſyllabo eorum, qui in cruento iſto prælio cecidere, nullius Friburgenſis mentio fit, ſed *Ioannis C. Fürſtenbergii*, clypeo etiam picto cum limbo Fürſtenbergio. Porro hic Joannes, qui circa 1458. ſine liberis deceſſit heredem habuit *M. Rudolfum* ex *Badenſibus-Hochbergiis Rætelanum* ſororium, cui jam 1444. coram officiali Baſileenſi, ſi ſine liberis deceſſiſſet vivus Badenweiler donaverat. Et quidem hic ab eo præter *Badenvvilam* obtinuit, non equidem *Suſenberg* & dominium *Rætelni*, quæ familiæ jam erant (quod notandum adverſus *Lazium de migr. gent. L. 8. p. 415.* cum dicit: *Qui*, Rudolfus, *mortuo ſororio ſucceſſit in omnes pene Friburgenſium ditiones, videlicet Landgraviatum Briſgoviæ, comitatum Suſenberg, comitatum Rætl, & dominium Badenvviler,*) ſed *feuda Baſileenſia in Briſgoja*, *Comitatum Neocaſtrenſem* ſeu *VVelſchneuburg in Helvetia & in Burgundia Dominium S. Georgii* cum aliis. Quod ad *Novocaſtrenſem* attinet comitatum, illum mater *Ioannis Verena* filia *Henrici ultimi Novocaſtrenſis* filia attuliſſe dicitur. conf. *Henninges Theatr. T. III. P. 1. p. 325.* (Ubi ἀβλεψίαν autoris mirari licet, qui cum Henrici C. Neocaſtrenſis filiam ſeculo decimo quinto, ut ex collatione p. 293. patet, recte dicat attuliſſe marito comitatum, eadem tamen pagina aſſerit, quandam filiam Ulrici, qui floruerit circa 1250. junctam fuiſſe Comiti à *Rœteln*, ratione cujus matrimonii Neuburgenſis comitatus ad *Rœtelenſes* devolutus fuerit, à quibus ad *Hochbergenſes* pervenerit, & inde ad Comites *Friburgenſes*, à quorum ultimo Principes Auſtriaci illum emerint: uti enim falſum eſt, unquam emtum Neocaſtrenſem comitatum ab Auſtriacis, utpote qui ab Hochbergia-Rœtelanis ad Longavilleos pervenit, apud quos adhuc eſt: ita etiam inepte diſtinguit *Rœtelanos* & *Hochbergios*, & quidem hos illis præponit, cum tamen prius Hochbergenſes quam Rœtelani

Familiæ origo.

Deductio.

Com. Friburgi.

Uracum.

Liechteneck.

Succeſſio ad Badenſes.

Henning. error.

Rætelani fuerint : tum non à Rœtelanis vel Hochbergenſibus ad Friburgios, ſed ab his ad illos pervenit hereditas, quod ſui oblitus ſequentibus lineis tradit.) Dominium vero *S. Georgii* videri poteſt Joanni obtigiſſe ab uxore filia *Comitis S. Georgii* in Burgundia (ut *Henning.* tradit l. c. p. 293. nam *Lazius* inepte l. c. p. 415. tradit fuiſſe *Com. de S. Georgio Hungaram*, eamque dat Joanni Com. Fürſtenbergio.) Sed de hoc certi nihil aſſeverare audeo.

Fürſtenbergii. §. II. Hic Friburgius ramus fuit : *Fürſtenbergium* ab *Ottone* deducit Bucelinus, quem aliæ genealogiæ neſciunt : (unde Lazius diviſionem linearum *Friburgenſis* & *Fürſtenbergiæ* vult factam in filiis *Egonis* & *Agnetis Zeringiæ Cunone* atque *Egone* circa 1200. ita & *Zeilerus* :) Eo vero natum ille ait *Bertholdum*, hoc *Henricum* Annæ Lineæ. Montfortiæ maritum, de quo Bucelinus allegat verba Rudolfi I. ad principes & ordines Romaniolæ : *Cum Comes idem ſit os ex oſſibus noſtris & caro de carne transſumtus, eundem quaſi familiaris dilectionis pignus eximium hilares & devoti ſuſcipite.* Hoc natus *Conradus*, Conrado *Henricus*, qui 1443. obiit Agnetis ſeu Viegæ Zolleranæ maritus, iſto poſt alios *Henricus* pater *Conradi*, avus *VVolfgangi*, poſt quem Genealogi fere conſentiunt, in majoribus aſſignandis varii. Hujus alter filius *VVilhelmus* novam videbatur acceſſionem bonis Fürſtenbergicis afferre, cum duxiſſet *Bonam Claudii Novocaſtrenſis* filiam, unde ipſe & qui alteram ſororem Eliſabetham duxerat *Felix Comes VVerdenburgius*, Dominia *Blaumont*, *Hericourt*, *Clemont* & *Chaſtelot* prætenderunt, contra Wirtenbergicos Mompelicardi Comites, & armis in poſſeſſione eorum manſerunt, demum jura ceſſere *Ferdinando Archiduci*, hic *Gabrieli Salamancæ C. Ortenburgio* : ſed & uterque Comes prole caruerunt, atque ita nihil in ſtirpe hæſit : alter filius *Fridericus* communis pater eſt eorum, qui hodie ſuperant; Nam filii *Ioachimus* & Heiligenbergia. *Chriſtophorus* autores fuere rami, ille *VVerdenbergii*, hic *Blombergii*. Joachimo denuo Blombergia. natus eſt *Fridericus*, in cujus filiis iterum lineæ in diverſum abeunt, nam *Iacobus Ludovicus Doneſchingam* habebat, *Heiligenbergam Ego* ; ſed iſtam in filio terminatam credo. *Ego* pater eſt illorum, qui hodie clarent. *Chriſtophori* nepos iterum *Chriſtophorus* pater fuit *Friderici Rudolphi* atque *Vratislai*, à quibus *Blombergia* & *Meſskirchia* linea.

Scutum. §. III. Satis diu nos enarratio linearum tenuit. Videamus nunc clypeum gentilitium. In *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 16. repræſentatur *aureus* cum *aquila rubea, cærulæis roſtro & cruribus*, margine ſcuti *argenteo nubibus cæruleis* variegato, ſeu phraſi Chiffletii, *ex argento & cyano in nubem introrſus diviſo.* Pectori autem aquilæ aliud ſcutulum imponitur quadripertitum, cujus quadra prima & quarta *rubent vexillo Eccleſiaſtico trifariam pinnato argenteo ornatæ*, ſecunda & tertia *argenteæ baltheum diagonalem cochleatum* (krumm ſpatten) continent *nigrum.*

Aquila Furſtenbergia. §. IV. Aquila cum limbo *Fürſtenbergiorum* teſſera eſt propriâ, quia vero *Friburgenſes* (conf. *Fürſt.* **Wap.** P. III. p. 23.) aquila eadem pro ſymbolo uſi, videtur limbus ille *diſcerniculum* fuiſſe *(briſure)* quorum uſum, qui nunc plane exolevit apud noſtros, Germanis olim non fuiſſe ignotum P. 1. c. 8. oſtendimus. Ex hoc colligas, inter Friburgia. fratres, ubi linearum divergium factum eſt, eum majorem fuiſſe, quo *Friburgenſes*, minorem quo *Fürſtenbergii* orti fuere. Quæ conjectura ſi vera ſit, Fürſtenbergii illa linea extincta limbo ſuperſedere potuiſſent. Cæterum comitatus hic majori ex parte in nigra ſylva & circa eam inter Wirtenbergicum Ducatum, Briſgoiam & alia Sveviæ ſitus eſt, atque fontes Danubii poſſidet.

Werdenberg. §. V. *Eccleſiaſticum vexillum* ſcuti pectoralis notat *VVerdenbergium* comitatum. Fallitur enim *Sibmach.* **Wapenb.** P. 2. pag. 12. quod *VVerdenbergiis* dat rubeum in argento vexillum, quod *Montfortiorum* eſt. Cæterum *VVerdenbergia* familia, ſi fides *Lazio de migr. gent. L. 8. p. 443.* deſcendit ab *Henrico*, qui circa 890. vixit, & Ludovico II. imperante caſtrum *VVerdenberg* conſtruxit, à quo dein poſteris nomen : Eum Comitum origo. ait fuiſſe fratrem germanum *Roderici C. Palatini altæ Rhætiæ*, unde deſcendunt *Montfortii Comites, Anshelmi C. à Rheineck & Veldkirch*, & *Rolandi Com. Tubingenſis* atque *Herrenbergenſis*, nec non *Cadelochi*, à quo *Brigantini* deſcendant. Hi omnes dicuntur uſi vexillo Eccleſiaſtico, ſed ejus & arearum coloribus mutatis. Quod genus diſcerniculi apud veteres frequens vidimus P. 1. c. 8. ſed L. 2. c. 56. n. 1. de *Montfortiis* amplius ea de re actum eſt. Cæterum eodem loco *Henninges* memoria labitur, cum

Werden-

Werdenbergiis dat *vexillum candidum* in *atro clypeo*, qui *rubeus* eſſe debebat, quod ipſe alibi tradit. Nec melius ex *Lazio* uni ex ejus nepotibus *Alberto* dat filiam *R. Portugalliæ* circa 920. quod tempus integris duobus ſeculis initia regni Luſitanici anticipat, & hujus filio *Ioanni* Comitiſſam *Sabaudiæ*, cujus tituli non minus recentior eſt memoria. Ex poſteris *Hartmannus*, qui 1419. obiit, *Epiſcopus* fuit *Curienſis*. Ab Henneo Comitiſſæ de Rakünz marito, cujus frater Hugo C. de Sargans fuit, certior extat Genealogia, usque ad *Chriſtophorum* ultimum, qui 1534. deceſſit, & cujus filia *Anna Friderico C. Fürſtenbergio* nupta illam ſucceſſionem attulit. *Chriſtophori* patruus fuit *Ioannes Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus*, qui 1486. obiit. Quod poſſeſſiones eorum attinet, Lazius d. l. illas refert: *Habent in Rhatia alta verſus Engadinos ditionem aliquam Montafun & Gerolczthal: reliqua Auſtriacis vendidere Bludenz & Pretigovv: Qui ad fontes Danubii præterea poſſident Iungnavv, Melchingen, Trochtelfingen: reliqua in Helvetiis à confœderatis ademta ſunt.* Perhibet etiam *M. Zeilerus itin. Germ. P. 1. p. 258. & P. 2. p. 484. 1327.* comitatum *VVerdenbergenſem* ſeu *Caſtrum VVerdenberg* cum ditionibus vid. in Rhætiâ ſitis à *Glaronenſibus* emtione acquiſitum eſſe. Præterea etiam *VVerdenbergia* reliqua bona, quæ videlicet reliquerat Chriſtophorus, lego apud *Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 19.* non niſi ex dimidia parte veniſſe ad *Fürſtenbergios*, ex altera medietate ad *Auſtrios* & inde *Carolum C. Zolleranum.* Succeſſio.

§. VI. Baltheus cochleatus δᾶγμα eſt *Heiligenbergii* comitatus (vid. Wapenb. P. 2. pag. 21.) ſeu ut *Lazius de migr. gent. P. 8. p. 439.* vocat de *Sancto monte*, ita dicto, quod ibi reliquiæ martyrum Rhætiæ repertæ ſint *Felicis, Exuperantii & Regulæ*, quæ Tigurum poſtea à Ludovico II. Germaniæ & Francorum rege translata ſunt. Originem Comitum Bucelinus vult ex *Eginone*, qui unus ex filiis *Iſenbardi* & frater celebris primi *VVelfi* fuerit. Cæterum nullibi Comitum juſtam vidi ſeriem, nam *Lazius* non niſi quatuor ſed ordine non cohærente enumerat: *Egonem*, qui inter Sveviæ Comites enumeretur, qui ſe Carolo Martello oppoſuere, *Henricum* cum fratre Arnoldo Epiſcopo Conſtantienſi 1080. *Arnolphum Epiſcopum Conſtantienſem*, qui idem cum priori eſt, *Bertholdum* autorem cœnobii Eck. Præter hos in progonologica aliqua deductione iſtos vidi gradus. Heiligenberg Nomen. Comites.

Albertus C. Heiligenberg. Uxor C. Küburg.

Albertus. Ux. Agnes C. Tockenburg.

Georgius. Uxor Sophia Burggravia Norimberg.

Albertus. Uxor Urſula C. Schaumburg.

Agnes. Ux. Eberhardi C. de Kirchberg. Barbara. Uxor Conradi Com. de Kaltern.

Ex his id ſolum patet, illuſtribus Comites eos affinitatibus dignos habitos. Qua vero ratione demum ſucceſſio illorum ad *VVerdenbergios* venerit, non reperio; certè cum *VVerdenbergia* hereditate hæc ſimul ad *Fürſtenbergios* delapſa eſt. Et *Felix C. VVerdenbergius* frater *Chriſtophori E. A. V.* apud Chifflet. E. A. V. n. 139. utroque ſymbolo uſus eſt. Porro ob hunc comitatum Heiligenbergicum Fürſtenbergicis controverſia orta eſt cum monaſterio *Salmansvveller*, de qua etiam ſcripta extant publica. *Fürſtenbergici* illud in comitatu ſuo ſitum & ſibi ſubjectum prætendunt. *Abbas* excipit, à Conrado III. Imp. Duce Sveviæ (Ducum autem Sveviæ Heiligenbergicos tantum Vicarios, Vicedominos & temporarios Adminiſtratores fuiſſe,) monaſterium exemtum tractui *Lentienſium* ſeu Lintzgöw / & tantum Romanorum Regi vel Imperatori in perpetuam *advocatiam* 1142. ſubjectum eſſe: uti etiam Abbatia notoriè *ſtatus* eſt *imperii*. conf. *M. Zeil. itin. Germ. P. 2. p. 353. 354.* Succeſſio. Controverſia cum Abb. Salmansvveller.

§. VII. Huic clypeo imponuntur galeæ tres: *prior* coronata mitram Epiſcopalem argenteam minio prætextam, auro ornatam ſuſtinet; ut *Chifflet.* enunciat. *Sibmacher* dicit *rubeam*, argento ornatam. Laciniæ ſunt argenteæ & coccineæ. Hæc *VVerdenbergio* laterculo reſpondet. Wapenb. P. 2. p. 12. niſi quod ibi omittatur corona. *Media Fürſtenbergia* ſuſtinet impoſitum pulvillo coccineo, aureis globulis & panniculis inſtructo, *harpaſtum* (balon) ſeu *globum argenteum*. *Chifflet. Eq. A. V. inſ. 119.* dicit, Galeæ & apex.

dicit, alios dare *aquilam ſcutariam*, cæruleæ & argenteæ tortili faſciæ impoſitam, quod convenit cum *Friburgenſi* apice. *P. Fürſt.* Wapenb. P. 3. p. 23. Laciniæ ſunt ex *auro & cocco. Poſterior* coronata (in Wapenb. P. 2. p. 21. coronæ nulla mentio) ornatur capite & collo canis veſtigatoris argenteis, cujus auri baltheus *Heiligenbergius* cochleatus inprimitur. Laciniæ ſunt atræ & argenteæ. Errat *Henninges*, cum pag. 356. hunc apicem *VVerdenbergiis* dat. Uti vero ille hodiernus apex eſt, ita obſervandum, Fürſtenbergios, qui mos ſuperiorum ſeculorum fuit, aliquando variaſſe: ita vidi picturam equitis ſcuto Fürſtenbergico armati, cujus caſſidi impoſita conſpiciebantur *duo cornua venatoria* cum ſuis ligamentis. Quod etiam ita conſpicitur in epitaphio *Annæ Montfortiæ*, conjugis *Gæzonis C. Fürſtenbergii*, quæ 1341. deceſſit. Alia pictura referebat equitem, cujus caſſidi inſidebat avis advolatum ſe, alas leviter expandendo, parans. Sed cum ſemel orbis ille placuiſſet, & cimeria mutandi mos in deſvetudinem abiviſſet, jam æque gentilis ille apex habetur, atque clypeus genti proprius eſt.

Uſus ſcutuli Werdenberga-Heiligenbergii.

§. VIII. Hoc ſcutulum *VVerdenberga-Heiligenbergium* à linea, quæ à Chriſtophoro deſcendit, alicubi omiſſum vidi, ab aliis tamen retentum. Alteram autem lineam Joachimi eo adhuc uti non dubium eſt.

Scutum Ep. Argentinenſis.

§. IX. Ex hac eſt Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus *Franciſcus Ego, Epiſcopus Argentoratenſis:* qui uſus eſt ſcuto quadripertito. Primus laterculus *rubeus* permeatur *baltheo diagonali argenteo:* ſecundus bipertitus in priori areola *argentea* erectum *canem venaticum nigrum*, cum aureo millo & annulo rubeo; poſteriori vero *rubeâ manum nigram* vel carnei coloris, erectis *tribus digitis jurantem*, indumento brachii *cinereo*, continet: tertius quadripertitim ſymbola *VVerdenbergio-Heiligenbergia* repetit: quartus *rubeus argenteum baltheum* continet, cujus extremitates *trifoliato ornamento* ſeu *reticulo* terminantur. Conf. alia phraſi Gelenii ſupra L. 1. c. 9. n. 69. Media parma eſt Fürſtenbergia.

Epiſcopatus Argentinenſis.

§. X. Baltheus eſt *Epiſcopatus Argentinenſis* ſymbolum. Hunc evocato Ultrajecto, cujus Epiſcopus fuerat, *Amando Aquitano Dagobertus*, ut eum ſibi propiorem haberet, fundaſſe circa 658. ſcribitur: cui deinceps ſucceſſit *Arbogaſtus*, à quo Dagoberti filium *Sigebertum* è mortuis reſuſcitatum tradunt. Cum ſuperiori ſeculo ad finem properante Canonicorum magna pars Evangelicam veritatem agnoviſſet, poſt mortem Joannis C. Manderſcheidii 1592. duo electi ſunt Epiſcopi, ab Evangelicis *Ioannes Georgius Marchio Brandeburgicus* Electoris filius, à Romana parte *Carolus Dux Lotharingiæ*; inde armis res acta, demum in certos principes compromiſſum: Sic penes Carolum Epiſcopatus manſit, alia compenſatione Evangelicis Canonicis conceſſa. Poſt Carolum *Leopoldus*, hoc reſignante & uxorem ducente *Leopoldus VVilhelmus* Archiduces Auſtriæ Epiſcopatum rexere. Hoc demum 1662. extincto *Franciſcus Ego* electus eſt. Cæterum in Collegium *Canonicorum* hujus Epiſcopatus non ab uno ſeculo duntaxat cooptantur illuſtres Principes, Comites & Barones, qui fidem ſuæ illuſtris proſapiæ majorum legitima demonſtratione fecerint. Epiſcopi ſedes eſt *Tabernis Alſaticis.* Ei Epiſcopatui in pace Monaſterienſi, cum Alſatia Regi Franciæ cederetur, ſua ſervata eſt libertas & immedietas.

Abbatia Murbacenſis.

§. XI. Canis niger teſſera eſt Abbatiæ Benedictinæ *Murbacenſis* in *Alſatia* ſuperiori ad Vogaſi montana, quæ Principali dignitate fulget, & olim potentiſſima fuit, plurimosque adhuc nobiles & aliquos illuſtres vaſallos habet. Fundavit eam *Eberhardus Dux Alemanniæ* circa 726. & tandem ſenex in ea vitam finivit, atque ſepulcrum habet: Poſt Abbatem *Iohannem Georgium de Kalckenried*, Leopoldus & Leop: Wilhelmus Auſtriaci Epiſcopi Argentinenſes hujus etiam Abbatiæ adminiſtratores fuere: poſt quos eandem dignitatem geſtat, de quo hic agimus, Celſiſſimus *Franciſcus Ego* Fürſtenbergius. Canis teſſeram conjiciunt ad Guelforum nomen alludere, qui ex Eberhardi fuere poſteris. Porro Abbatia fuit in protectione *Auſtriæ*, & exemta eſt à domo Auſtriaca, ut tamen immedietati ejus non præjudicaretur, nec juri circuli Rhenani, cujus membrum eſt. Conf. *Limn. Iur. Publ. T. 4. add. ad 5, 2. p. 687.* Servatur etiam huic & Luderenſi Abbatiæ ibidem ſua immedietas in pace Monaſterienſi, qua Alſatia Regi Franciæ ceſſa eſt.

§. XII. Pro-

§. XII. Proxima teſſera manus ſurſum porrectæ eſt Abbatiæ *Luders*, quæ ſumtibus *Berthildis* reginæ in *Burgundiæ* & *Alſatiæ* confiniis fundata, & à Clothario Rege plurimum aucta eſt : ſed deinceps *Murbacenſi Abbatiæ* conjuncta. Ipſa quoque *Principali* dignitate fulget ; unde in ſubſcriptione Comitiorum Ratiſponenſium 1654. legitur nomen Leopoldi Wilhelmi, als Adminiſtratoris beyder Fürſtlichet ſtifftet Murbach und Luders. Luderenſis.

§. XIII. Extremi laterculi baltheus *reticulatus* vel *prætextatus* notat *Alſatiæ ſc. Inferioris Landgraviatum* : Cui ſymbolo tamen eidem Alſatiæ notandæ Auſtriaci *coronas* addere ſolent, quod L. 1. c. 9. n. 63. vidimus. Porrò uti in Alſatia inferiori ipſe Epiſcopatus ſitus eſt, ita tamen Landgraviatum demum *Ioannes Epiſcopus Argentinenſis*, gente Liechtenbergicus 1358. ab *Oetingiis Comitibus*, quorum linea, ex ſucceſſione *Egesheimenſium* Comitum, Landgraviatum Alſatiæ tenuerat, emit, de quo quædam diximus L. 1. c. 67. n. 3. 4. 5. & 6. Ejusdem mentionem facit *Bernh. Herzog. Chron. Alſat. L. 4. in Epiſcopo* 70. p. 97. & L. 5. de famil. Liechtenbergica pag. 7. ubi primum hunc Joannem Landgravii titulo uſum eſſe perhibet. Alſatiæ Landgraviatus.

§. XIV. Nunc Epiſcopale ſcutum aliquot auctum eſt arcolis, ut videlicet quadripertitum, primo laterculo *Argentinenſem Epiſcopatum*, ſecundo *Abbatias Ludorenſem & Murbacenſem*, quarto *Alſatiæ Landgraviatum* contineat: Tertius vero bipertitus iterum eſt : priori medietate *argentea*, in qua monti viridi inſiſtit *baſiliſcus* : Poſteriori item *argentea*, in qua ante *arborem viridem* ſuper *gramineo monte* graditur *agnus candidus* pedum *paſtorale rubeum* geſtans. Quadris incumbit parmula media Fürſtenbergia principali mitra contecta: cujus forte pectori ſcutulum Heiligenberga-Werdenbergium imponendum fuerit. Novum ſcutum Epiſcopi.

§. XV. Agnus laterculi tertii deſignat Abbatiam *Stabulenſem* ſeu *Stabuleti*, principali dignitate fulgentem. Cœnobium hoc Benedictinum in diœceſi Leodienſi Sigebertus Rex 657. fundavit & dotavit. Primus ejus Abbas perhibetur *Remaclus* pridem Trajectenſis Epiſcopus. Poſt Chriſtophorum Com. Manderſcheidium à Gerhardo Grosbeckio Epiſcopo Leodienſi hæc Abbatia eosdem habuit Abbates, qui etiam Epiſcopi Leodienſes fuere: niſi quod poſt Ferdinandum Ducem Bavariæ & Archiepiſcopum Colonienſem Abbatiæ præfuit *VVilhelmus à Bavaria Baro de Hollinghoven* : inde *Maximilianus Henricus* modernus Elector, qui ceſſit Epiſcopo (de quo hic agimus) Argentinenſi. Porro aliter de hujus Abbatiæ teſſera loquitur *Hæping.* de jur. inſign. c. 6. P. 1. p. 234. *Admodum memorabile eſt, quod Abbatiam Stablo diœceſeos Leodienſis dictam volunt, quaſi luporum Stabulum, quod tempore D. Remacli nihil aliud hoc loco eſſet, quam ſtabula alta ferarum. Et vulgo narrant, eundem Remaclum, cum monaſterium hoc conderet, aſini uſum miniſterio, ad comportandam materiam, quem cum devoraſſet lupus, Remaclum lupum damnaſſe ad ſubeundas aſini vices, eumque ſemorigerum omnino præſtitiſſe, atque ea de cauſa lupum onera portantem in hujus loci inſignibus effigiari: ex Abrah. Ortelio.* Abb. Stabulenſis.

§. XVI. Baſiliſcus notat Abbatiam *Malmundarienſem* ſeu *Malmedyr* itidem in diœceſi Leodienſi in Lucenbergia ditione à Sigeberto Rege 657. fundatam. Porro Cuono Abbas Stabulenſis 1128. obtinuit à Friderico Archiepiſcopo Colonienſi definiri: *Vt Malmundarium eo ſubjectionis jure Stabulenſi Eccleſiæ obediat, quo jure omnes cellæ vel præpoſituræ ſuis cœnobiis ſubeſſe videntur.* Gabr. Bucelin. Germ. T. 2. p. 280. Idem addit pag. 284. *Monaſteria Stabulenſe & Malmundarienſe congregationi Burſfeldenſi incorporata ſunt ſub Maximiliano Henrico Archiepiſcopo Colonienſi, & prioribus Ioanne Lanſmal & Everhardo de Marteu anno 1656. Guilelmus Comes à Manderſcheid olim quidem illa reformavit ſecundum ſtatuta Congregationis Burſfeldenſis, ſed congregationi illa non ſubjecit.* Malmundarienſis.

§. XVII. Ita deſcripto ſcuto ſubjiciuntur ſitu decuſſato pedum & gladius, temporalis poteſtatis nota: imponuntur autem nonnunquam hinc mitra Epiſcopalis, iſthinc juxta eam principalis rubea, vellere hermionico reflexa : nonnunquam autem quinque imponuntur galeæ, quarum prima coronata apicem *VVerdenburgium* ſuſtinet, videlicet mitram Epiſcopalem coccineam auro ornatam : ſecunda tecta mitra Principali rubea ſuſtinet alam coccineam baltheo *Argentinenſi* pictam. *Mediæ* imponitur iterum tiara Epiſcopalis rubea, è qua exurgit ſpecies virginea, rubeo amictu Galeæ Epiſcopi.

amictu & coronata, dextra annulum ſurſum porrigens. Ita notatur Landgraviatus Alſatiæ, videlicet inferioris, uti videre eſt ex *Herzog. Chron. Alſat. L. 3. cap. 1. p. 1.* ubi hunc apicem & baltheum reticulatum tribuit Alſatiæ inferiori, ſuperiori autem baltheum cum ſex coronis. Idem iſtam galeam primum imponit ſcuto Joannis Liechtenbergici Epiſcopi, qui Landgraviatum hunc, quod audivimus, emerat. p. 92. *Quarta* galea pulvillo impoſitum globum *Fürſtenbergium*; *extrema* coronata caput moloſſi, Heiligenbergium apicem, ſuſtinet.

Tituli. §. XVIII. Tituli ſunt, vetuſtiores quidem: *Comes in Fürſtenberg, Heiligenberg & VVerdenberg, Landgravius in Baare,* Hodierni vero, lineæ *Heiligenbergicæ: Comes in Fürſtenberg, Heiligenberg & VVerdenberg, Landgravius in Baar,* (in der Baar/) *Dominus in Hauſen in valle Kinzigia* (im Kintzigerthal) *& in VVeitra,* (auf Weitra/) alibi additur *Trochtelfingen & VVehrenvvag. Meskirchiæ* lineæ: *Comes in Fürſtenberg, Heiligenberg & VVerdenberg, Landgravius in Baar, Baro in Gundelfingen, Dominus in Hauſen in valle Kinzigia, VVildenſtein & Meſskirchen: Blombergiæ* demum: *Comes in Fürſtenberg, Heiligenberg & VVerdenberg, Landgravius in Baare & in Stülingen, Dominus in Hevven & Hauſen Kinzigiæ vallis, in* (auf) *Liſchau, Trackau & Kornhauß.* Epiſcopi autem Argentinenſis: *Epiſcopus Argentinenſis, Adminiſtrator Murbacenſis, Luderenſis & Stabulenſis, Landgravius Alſatiæ, Princeps in Fürſtenberg.*

Rationes. Baar. Hauſen. §. XIX. Quod attinet *Landgraviatum Baarenſem,* ad eum ſpectant *Fürſtenberg, Hüfingen, Doneſchingen & Blomberg,* apud Zeiler. de X. circ. p. 558. Quod *Hauſen* attinet in valle Kinzigia, in ſylva nigra ſitum eſt ad fluvium Kinzig. Hoc quoque ex gentis veteri patrimonio eſt. Tituli *Gundelfingen, VVildenſtein & Meſskirch* ab Helfenſteiniis, cum *Vratislaus* Comes Joannam Eleonoram ex Meskirchiis, & Franciſcam Carolinam ex Wieſenſteigiis, atque ita Helfenſteinia utraque linea, uxores habuiſſet, aſciti ſunt, gente illa tota extincta, cujus ditiones ex parte adiverunt. *Stülingen* vidimus §. 1. ex primis poſſeſſionibus gentis fuiſſe. Inde vero ad *Lupfenſes* translatum fuiſſe oportet, nam Henricus Lupfenſium Comitum ultimus legitur *Landgravius Stulingæ, Dn. in Hohenhevven & Roſneck* fuiſſe. Hoc 1582. mortuo obtinuit ſucceſſionem *Conradus Pappenheimius*, licet multa cum difficultate, qua de re in capite de inſignibus Pappenheimiis agitur. Tenuit eandem *Maximilianus* filius, qui 1639. obiit, ſed non niſi filiam reliquit Maximilianam Mariam *Friderici Rudolfi Com. Furſtenbergici* uxorem. *Hevven* ſeu *Hohenhevven* in Hegoviâ dynaſtia eſt, in quâ opidulum Engen. In matricula imperii legitur apud Zeiler. itin. Germ. P. 2. pag. 26. Habuit ſuos peculiares dynaſtas, quorum ultimus *Albertus Arbogaſtus* 1570. mortuus eſt. Poſt Lupfenſis ultimi Comitis mortem Conradus Pappenheimius, quod audivimus, eam beneficio Imperatoris adiit. *VVeitra* opidum, arx & dynaſtia eſt inferioris Auſtriæ in Bohemiæ finibus. Quædam alia evolvere neſcio.

Gundelfingen. Wildenſtein. Meſskirch. Stülingen. Hœwen. Weitra.

Principalis dignitas. §. XX. Acceſſit demum gratiâ Auguſti noſtri certis ex ſtirpe perſonis *Principale* axioma, quo tot ſeculorum decoribus nova impoſita eſt corona.

Caput XX.

De la Grange, Dn. de Montigny, Com. de Maligny, M. d'Arquien.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Deductio. Linea du Fouillay.*
3. *Linea de Montigny & d'Arquien, Regina Poloniæ.*
4. *Scutum.*
5. *Alia familia nominis de la Grange & earum teſſeræ.*

§. I.

Familia. INcluta in Biturigibus *Grangeorum* gens à *P. Anſeaume Pal. de l'honn. p. 396.* deſcribitur: ſed & peculiari folio impreſſo eam deductam vidi ab Illuſtri *Hozierio* concinnatam & probationibus ſuis inſtructam.

§. II. Pri-

§. II. Primus, non qui nobilitatem ſtirpi intulit, ſed cujus mentionem faciunt documenta certa chartarum, eſt *Ioannes de la Grange, Dominus de Montigny, de la Reculée, du haut & du bas Fouillay, du Chaumoy, de Veſvre, des Barres & de la Grange:* Ei vero patrem tribuunt *Gabrielem*, avum *Ioannem*, proavum *Ioannem de la Grange* Ballivum Axonæ. Cæterum Joanne iſto, qui Caroli VIII. expeditioni Neapolitanæ interfuit tormentariæ rei intentus, & prælio ad Fournoue 1495. cecidit, nati ſunt ex Helena de la Riviere, *Godofredus Dn. de Montigny*, & *Ioannes Dn. du Fouillay*. Hic pater fuit *Caroli Dn. de la Reculee*, avus *Franciſci Dn. du Fouillay*, proavus *Franciſci II.* cujus filiæ 1628. agnato Henrico Antonio vendidere Dominia *de la Grange, du Fouillay & de Chanteraine*. Deductio. Linea du Fouillay.

§. III. Godofredus *Montignii* rami autor fuit, & ex *Ioanna Guitois Dn. d' Arquien* genuit præter *Simonem Dn. d' Arquien* cognomento *Guitois* (Claudii & Gilberti *Arnaldi* patrem) & *Leonardum Canonicum Bituricenſem*, ſucceſſorem *Franciſcum Dn. de Montigny*, qui ſuſcepit *Franciſcum Dn. de Pymauron & Carolum Dn. de Montigny & d' Arquien*, maritum *Luiſæ de la Rochechouart* ex familia Illuſtriſſima & *Annæ de Brichanteau*: hæc mater fuit *Franciſci Abbat. de Fontmorigny* atque *Caroli Stephani Dn. de Villedonné*, à quo reliqui ejus nominis: Luiſa verò ex Carolo ſuſcepit præter alios plures imprimis *Franciſcum* atque *Antonium*. Franciſcus *Dn. de Montigny* fuit *Mareſcallus Franciæ*, Gubernator agri Vindocini, Biturigum, Metarum, Tulli, Verodumi, & 1617. moriens reliquit *Henricum Antonium Dn. de Montigny* non niſi filiæ Gabrielidis 1644. Ludovico Châlon du Blé M. d' Uxelles nuptæ patrem. Antonius *Dn. d' Arquien* pro rege moderatus eſt Metas, Caleſium & Giennium, & militari laude etiam claruit. Eo nati ſunt *Ioannes Iacobus Dn. d' Arquien Vic. de Soulangis*, *Achilles Com. de Maligny*, *March. des Eſpoiſſes*, *Henricus Dn. de Beaumont* ſeu *Marchio d' Arquien*. *Primus* pater fuit *Antonii C. d' Arquien & de Soulangis* (quo geniti Alexander Comes & Joannes Claudius) & *Franciſci March. de Breviande*. (quo natus Lazarus Dn. de Senan.) *Secundus* non niſi filiam reliquit. *Tertius* ex Franciſca & de la Chaſtre liberos ſuſcepit, *Annam Ludovicum March. d' Arquien*, *Ludovicum*, *Luiſam Mariam* uxorem Franciſci C. de Bethune, atque *Mariam Caſimiram*, nuptam *Ioanni* Principi *Samoſcio*, deinceps *Ioanni Sobieskio* magno Mareſcallo & Polemarcho, & nunc *Regi Poloniæ*, Illuſtriſſimo ſuæ gentis decore, ex regia hac affinitate. Linea de Montigny & d' Arquien. Regina Poloniæ.

§. IV. Scuto utitur familia *cæruleo tres rangiferos* (*ranchiers* ſeu *ranchers*: aliis id feræ genus *cervus πλατύκερως*, aliis *alce* dicitur) gradientes *ex auro* repræſentante: 2. 1. Similem στέφανον apici inſervire exiſtimo, quamvis eam vidiſſe non meminerim. Scutum.

§. V. Præter hanc alias etiam familias nominis *de la Grange* obſervare licet. Ego ex *Pailloto* illas notavi. *La Grange* p. 84. quæ utitur in clypeo praſino leone aureo, inducto baltheo anguſtiori dextro rubeo. *La Grange* p. 122. ex qua aliquis Cardinalis; cujus teſſera in parma rubea tres merulæ argenteæ cum quadrante honorario hermionico. Et ead. pag. *La Grange Billemont* in Valeſio agro, cujus ſymbolum eſt clypeus rhombis aureis & ſabuleis exaratus, cum quadrante argenteo, inſcriptis novem lunis rubeis, 1. 3. 2. 3. & cordi impreſſa ſtella item coccinea. *La Grange* pag. 518. cujus clypeus ſectus ex transverſo, palis ternis exaratur, aureis & rubeis, tinctura ad ſectionis modum alternante (pallé contrepallé.) *Grange* in Burgundiæ comitatu p. 583. quæ inſcribit peltæ coccinæ decuſſim ex auro. *La Grange de Montilles* in Ducatu Burgund. (p. 662.) cujus clypeus cæruleus continet cantherium aureum, oneratum luna creſcente rubea, comitibus ex ſuperiori parte duabus ſtellis aureis, inferius roſa argentea. *La Grange le Roy* pag. 2. quæ ſtirps utitur clypeo azureo cum tribus aviculis argenteis & ex eodem metallo luna interpoſita. *La Grange-Trianon* pag. 162. cujus δεῖγμα in ſolo rubeo cantherius denticulatus argenteus, cui alius imponitur niger, lunæ vero aureæ tres cantherii lateribus & pedi adponuntur. *La Grange Villeberny* in Burgundia Duc. p. 561. quæ deſignatur ſcuto cæruleo cum cantherio aureo, comitibus tribus floribus pentaphyllis argenteis. Vix præter nominis convenientiam inter has familias aliud eſſe vinculum reor. Aliæ familiæ nominis de la Grange & earum teſſeræ.

Caput XXI.

Bar. Greiffenclau de Volraths.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Deductio. Richardus Elector Trevirenſis.*
Georg. Fridericus Elector Moguntinus Georgius Philippus.
3. *Scutum. Ypelbronn.*
4. *Apex.*

§. I.

Familia. PErilluſtris *Greiffenclauiorum de Volraths* (quod poſterius ex *adoptione* nomen aſſumtum, ut ex *Caſp. Lerch.* à *Dirmſtein. Theod. Hæping. de jur. inf. c. 8. n. 458. p. 579)* familia in nobilitate equeſtri Rhenana à pluribus ſeculis floruit. Ex ea interfuit ludis equeſtribus Gœtinganis 1119. *VVernerus* eques, Tigurinis 1165. iterum *VVernerus* eques & *Fridericus*, Colonienſibus 1179. Henricus eques, Wormatienſibus 1209. *Philippus, Ioannes* & *Georgius.* 1220. memorantur Emricho pater, & ejusdem nominis filius. 1238. *Fridericus* Canonicus Moguntinus.

Deductio. §. II. Juſtam ſeriem vidi à *Friderico Greiffenclau*, qui 1351. mortuus eſt, pater *Friderici*, avus *Friderici*, qui Irmgardim de Ippelbrun uxorem habuit. His plures filii nati, *Fridericus*, qui demum poſt uxoris mortem Franciſcanum ordinem aſſumſit, *Henricus* Decanus cathedralis Moguntinus & Canonicus Trevirenſis, *Ioannes* pater alterius *Ioannis* Canonici, *Emricus*, *Eberhardus* Canonicus Moguntinus: Friderico nati *Ioannes* Vicedominus Rhingojæ & *Fridericus:* illo, qui 1480. deceſſit, *Ioannes,* Richardus El. Trevir. *Fridericus, Richardus, Eberhardus:* primus filias tantum reliquit: tertius *Elector* & *Archiepiſcopus Trevirenſis* fuit ab anno 1511. ad 1531. Petrus Merſlæus hoc ei elogium tribuit: *Talem ſe præſtitit Principem, qualem vix Germania multis retro ſeculis.* Iterum: *Præfuit ſumma cum laude ac utilitate annis viginti. Sepultus eſt in majori Eccleſia Treviris ante aram S. crucis, non mediocri totius populi luctu, merito pater patriæ. Hujus magna fuit inter Principes Electores propter multiplicem rerum uſum & ſtudium libertatis autoritas.* Orationem ejus, qua Caroli V. electionem diſſvadebat, & ſi ad externum Principem abeundem eſſet, Gallum quam Hiſpanum malebat, aut ex Germanis proceribus aliquem eligendum cenſebat, 1519. recenſet Johan. Sleid. L. 1. p. 22. ubi addit: *nam hujus* (Richardi) *erat celebre nomen propter ſingularem induſtriam uſumque rerum. Quartus Canonicus fuit.* Secundus *(Fridericus)* qui obiit 1529. gentem propagavit, pater *Richardi*, avus *Dietheri*, qui 1614. fatis raptus eſt. Eum patrem habuere præter alios *Georgius Fridericus Elector & Archiep. Moguntinus* atque Epiſcopus Wormatienſis à 1626. ad 1629. & *Henricus* Moguntinus & Rhingoviæ Vicedominus: genitor iterum Perilluſtrium Baronum, *Friderici* Vicedomini atque *Georgii Philippi*, qui Conſiliarius Moguntinus, Electoris nomine *Kœnigſteinam* regit, vir multa virtute, doctrina, rerum uſu clarus, inprimis Genealogiarum nobilium ſi quis alius, peritiſſimus & de meis illius argumenti ſtudiis præclare meritus: multa quoque prole, in qua gentis ſpes ſupereſt, dives.

Georg. Frideric. Elect. Moguntin. Georg. Philippus.

Scutum. §. III. Scutum exhibet *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 123. ſed areolarum inverſo ordine: nam in quadripertito clypeo prima & quarta area tranſversè ſecta, cujus ſuperior pars *argentata* eſt, inferior *cæleſtina*, continet *octo ſceptra liliata*, in medio coeuntia & in crucem & decuſſim diſpoſita *ex auro:* quæ teſſera gentilis eſt. Secunda & tertia areola *nigra* exaratur *baltheo argenteo* dextro vel ſiniſtro: quo ſymbolo Ypelbrunn deſignati intelligo *Ipelbrunn* ſeu *Ypelbrunn*, ex qua Irmgardis Friderico equiti, qui 1398. 1417. vixit, nupſit.

Apex. §. IV. Galeam unguibus premit *pes gryphinus* aureus, (qui apex ad nomen alludit) ſuperius nigris vel potius cæruleis & argenteis plumis ornatus. *Sibm.* vocat Buſch. Laciniæ ſunt hinc aureæ & cæruleæ, iſthinc nigræ & argenteæ.

CAPUT

Caput XXII.
Com. ab Hardeck.

ARGUMENTUM.

1. *Familia ex Prueſchenkiis. Prueſchenckii de Lindenhofen.*
2. *Altera linea Bar. de Stettenberg. Com. ab Hardeck.*
3. *Scutum.*
4. *Comitatus Hardeck in aliquot familiis. Burggrav. Magdeburg.*
5. *Com. Glacenſis. Variæ mutationes circa eum.*
6. *Com. Machland.*
7. *Baron. Stettenberg.*
8. *Dom. Creuzen.*
9. *Galea.*
10. *Scutum recentius.*
11. *Reicheneck. famil.*
12. *Prueſchenck.*
13. *Status immediatus.*
14. *Tituli.*

§. I.

PRimam Illuſtriſſimæ *Hardecciæ* familiæ originem refert Celeb. *P. Bucel. Germ. T. III.* ad *Sigerlum Pruëſchenck*, vel ut *Lazius* ſcribit *de migr. gent. L. 6. p. 212. Brueshenck* nobilem Styrum, qui ſub Henrico IV. circa 1069. & 1102. claruerit, genueritque ex Eva Grottin *Alberonem*, patrem ex Margareta de Pienzenau *Friderici*, hunc ex Brigitta de Roſenhart *Stephani Pruëſchenck*, cujus circa 1195. & 1204. memoria eſt: Huic tres aſſignantur filii *Leopoldus*, *Henricus & Ruegerus*, ex quibus duo poſteriores duarum linearum ſunt autores. *Ruegerus* natu minor pater fuit *Rudigeri Burggravii in Freyenſtein* circa 1224. Cujus nepotes *Vlricus & Fridericus Freyenſtein* vendidere 1333. Friderici abnepos, relicta Auſtria militatum in *Bavariam* conceſſit 1403. inde in *ſuperiorem Palatinatum*, ubi *Lindenhoven* emit: ex quo tota proſapia Nobiliſſimæ ſtirpis *Prueſchenckiorum de Lindenhofen*, in qua diu claruit, ſuis meritis & officiorum, quæ ſub Sereniſſ. Saxonica domo cum honore geſſit, dignitate illuſtris *Zacharias Prueſchenck de Lindenhofen.* Familia. ex Prueſchenckiis. Prueſchenk de Lindenhofen.

§. II. Ad ſublimiorem fortunæ gradum evecta eſt poſteritas alterius *Stephani* filii *Henrici Prueſchenk*, cujus filius *Henricus* fuit Dominæ de Stubenberg maritus, quibus parentibus geniti *Henricus Dn. Caſtri Haymburg & Vldaricus*, qui aulicus Alberti I. (qui ſæpe ejus opera in legationibus uſus) primus gentem extulit. vid. *Laz. d. l.* & conjugem habuit *Annam Comitem Hardecciam* ex *Burggraviis Magdeburgicis*: his genitus *Iodocus* ſeu *Iobſt*, hoc iterum *Vlricus*, parens *Henrici Domini in Steinſtorf*, qui iterum filium habuit *Iodocum* ſeu *Iobſt*, genitorem *Balthaſaris* præfecti in Mureck Styriæ inferioris & *Stephani Domini in Stettenberg*, qui filios reliquit *Sigismundum & Henricum*, utrumque Friderico IV. ad invidiam usque multorum gratioſum, quorum ille ſupremus aulæ Mareſcallus, hic etiam Maximiliani Imperatoris Conſiliarius, Camerarius & bello Mediolanenſi Dux fuit, uterque autem *Barones in Stettenberg* & demum *Comites in Hardeck* creati, de quo comitatu inveſtitura 1494. in comitiis Wormatienſibus collata eſt. Filios *Henricus* inter alios habuit *Ioannem*, *Vlricum & Iulium*: iſte Cameræ Imperialis præſes ἄπαις extitit, illius poſteritas in tertia generatione defecit: *Iulii* durabilior fuit. Quamvis enim inter filios ejus *Julius*, qui *Iuliusburg* arcem condidit, cælebs manſerit, *Ferdinandus & Vlricus* non niſi filias poſt ſe reliquerint, *Sigismundi & Bernhardi* filii ſine maſcula prole defecerint, *Henricus* tamen *Georgium Fridericum* reliquit, communem patrem Illuſtriſſimorum *Hardecciorum*, qui hodie ſuperant, ex duobus filiis *Iulio & Philippo* duabus lineis profatis. Altera linea Bar. de Stettenberg. Com. ab Hardeck.

§. III. Quod vero inſignia gentis attinet, non uno ſemper illa ſcuto uti ſolita eſt: conſiderabimus pro more primum iſtud, quod *Sibmacherus* deſcribit Wapenb. P. 1. p. 15. & nunc etiam in uſu eſt. Id vero quadripertitum dici poteſt, prima regione in duas iterum diſtincta: In primo ergo quadrante, ejusque latere dextro *cæruleo aureus columnam ejusdem metalli* tenet: ſiniſtram partem diſtinguunt *terni curei & rubei balthei ſiniſtri* (alii malunt duos tantum auro tingi.) Secundus quadrans denuo bipertitus eſt, ſed ut non niſi unam teſſeram conſtituat: in latere priori *coccineo* extenditur *aquila argentea*, in poſteriori iterum *argenteo* duo ſunt *pali rubei*. Tertius quadrans *argenteus aquilam expanſam* defert (præter regulas artis) *auro* inſignem. Scutum.

Quarta

Digitized by Google

Quarta regio *argentea cruce* insignitur *rubea*, *marginem nusquam contingente* (alaisee.) His quadrantibus imponitur parmula media iterum quadripertita, area prima & quarta *aurea rubeum orbem*, globum seu byzantinum numum deferente, secunda vero & tertia *tessellis repleta*, *quaternis rubeis*, *quinque vero argenteis*.

Comitat. Hardeck in aliquot familiis.

§. IV. Horum laterculorum rationes si investigemus, *leo cum columna* notat *Hardeccium* in *Austria* comitatum. Hunc non in una gente hæsisse reperi. Fuit enim in *Comitum à Pleien* ditione, ut videre est apud *Hening. Theatr. T. III. P. I. p. 504.* ex *Laz. migr. gent. L. 7. p. 321. 322.* ubi mentionem facit *Bernardi C. de Pleien & Hardeck* circa 1070. iterum *Lutoldi III.* qui in Austria castra *Hardech*, *Terrasburg & Znoymam* possederit, cujus filius *Lupoldus* & nepos *Lutoldus IV.* iterum Comites de Pleien & Hardeck vocantur: hic ex *Conrado* filio nepotes habuit *Conradum & Ottonem* comites in Pleien & Hardeck, qui sine liberis in bello Hungarico periere circa 1262. Ottonis autem uxor *VVeilleburgis Helfensteinia* dicitur ad secundum maritum *Bertholdum de Rabensvvald* bona transtulisse. Quod & memorat *Laz. de migr. gent. L. 8.*

Burggrav. Magdeburg.

p. 427. his verbis : *Quæ secundis nuptiis Berchtoldo à Rabensvvald Burggraviorum Magdeburgensium cognato se conjunxerat, unde Burggravii Magdeburgenses Comites Hardeccenses in Austria processere.* Cum his non satis conciliare possum, quæ *Cyriacus Spangenb.* Adelsp. P. I. L. 10. c. 20. p. 318. refert, ubi *Burggravios Magdeburgenses* recenset. Nam inter Burggravios *Burchardum IV.* vocat *Dn. Querfurti & Comitem Hardecciæ*, quem exceperit frater *Burchardus V.* ad annum 1249. Quo tamen, ut ex Henningesio audivimus, adhuc *Pleienses* superabant. Burchardi IV. filium *Burchardum VI.* iterum vocat Nob. Dn. de Querfort, C. de Mansfeld & Hardeck. Post hos 1340. *Bertholdum* enumerat C. Hardecciæ, & post eum filium *Ioannem*, cui Rudolphus Elector Saxoniæ cum filia Burggraviatum dederit, ea conditione, ut reverteretur ad Saxonicam domum, si ex matrimonio non essent liberi : hanc conditionem extitisse Saxones testantur ; atque ita ad eos Burggraviatus rediit, à quo ab Imp. Sigismundo hucusque investiti sunt. *Lazius* autem *L. 12. Reip. Rom. f. 7. c. 7. Ioanni Hardeccio* memorato filios dat (forte ex alia uxore) *Ioannem & Bertholdum*, ex illo *Ioannes III.* hoc natus *Michaël Com. Hardeccius*, qui omnes ut & *Burchardus Hardeccius*, judex *aulicus* Caroli IV. 1366. *Burggravii Magdeburgici* salutati sunt. Ultimus vero lineæ *Michael* decessit 1474. qui etiam Austriæ Mareschallus fuerat. Unde, quod §. 2. diximus, hæc familia in Comitiis Wormatiensibus de *Comitatu Hardeccio* investita est, & hunc primarium suum titulum, *Prueschenckiorum* veteri nomine abolito, retinuit. Porro primorum Comitum tritativia fuerat *Anna C. Hardeccia* ex Magdeburgicis Burggraviis. Si consulamus *Hammelmann.* de fam. emort. L. 2. p. 119. ille aliam plane arcem allegat *Hardeck* in ditione & terra Götingensi, in eo loco, ubi nunc est opidum & arx *Hardessen:* addit: *Tres Burchardos nobiles Domines de Quervorde & Burggravios in Magdeburg scripsisse se Dominos vel Comites in Hardeck:* quod nonnulli hoc Hardeck putent, quod deinceps distinguit ab Austriaco. Iterum pag. 138. mentionem facit belli inter *Comites de Hardeck & Nideck*, quorum hoc etiam in terra Gœtingensi. Iterum p. 146. memorat, per ultimi Comitis in Hardeck filiam *Hardessen & Horst* perveniisse ad nobiles de *Rostorf.* Cogitent de istis doctiores.

C. Glacensis.

§. V. *Balthei diagonales sinistri* denotant Comitatum *Glaciensem* in Silesia. (conf. *Sibmach.* Wapenb. P. 2. pag. 22. ubi tamen *dextri* pinguntur.) Hunc *Boleslaus* ex Piasteis *Dux Monsterbergius* 1322. vel 1326. *Ioanni R. Bohemiæ* vendidit, quod principium fuit potestatis Bohemorum in Silesiam. Reddidit quidem ei comitatum Carolus IV. filius ad dies vitæ, sed ut Bohemicæ coronæ subderetur. Posthæc 1462. Georgii Podiebradii filii Victorinus & Henricus à Friderico IV. 1462. quem obsidione liberaverant, Comites *Glazenses* & Principes Monsterbergici creantur. Ab Henrici filiis, inter quos Alberto *Glaz* obtigerat, comitatum hunc emisse videtur Ulricus Comes Hardeccius, qui sororem eorum Zedenam seu Sidoniam uxorem habebat, & quidem emtionis annus 1500. pretium 60000. floren denominantur in geneal. Nicol. Rittershusii. Eundem comitatum Christophorus Comes Joannis filius 1537. Ferdinando Austriaco vendidit : à quo eundem suo sibi ære comparavit *Ernestus Bavarus Archiepiscopus Salisburgius & Episcopus Passavienſis*, qui Episcopatu abdicato in eum

Variæ mutationes circa eum.

ipse

gie conceſſit, ac ibi vitam ſuam 1560. terminavit. Laterculus autem priſtinæ poſſeſſionis memoriam familiæ conſervat.

§. VI. Proxima area, quæ hinc *aquilam*, iſthinc defert *palos*, notat *Machlandium* (das Machlands viertheil ob der Ens.) Prorſus hæc eadem teſſera eſt cum ea, quæ in ſcuto Auſtriaco (vid. L. 1. c. 9. num. 72.) *Principatum ſupra Anaſum* notabat, niſi quod illa aquila nigra in auro apparet. Eſt vero hæc *Machlandia* Auſtriæ illus ſupra Anaſum pars Bohemiæ proxima, cujus metropolis *Freyſtadium*. Habuit ea ſuos Comites ex *Burggraviis Ratisponenſibus* deſcendentes, & Pleienſibus Hardeccis ſanguine junctos. Illos videre licet apud *Lazium de migr. gent. L. 7. p. 319. 320.* Ubi memorat ultimo *Friderico* in terra ſancta mortuo Lupoldum V I. D. Auſtriæ ab Imperio feudum obtinuiſſe. Hunc comitatum etiam beneficio Imperatorum hi Comites obtinuere. C. Machland.

§. VII. *Aurea aquila* in *ſolo argenteo* notat Baroniam *Stettenberg*: quæ jam in poteſtate Stephani fuiſſe apparet, cujus filii Sigismundus & Henricus *Baronum* hoc titulo inſigniti ſunt. Bar. Stettenberg.

§. VIII. Crux ultimæ areolæ notat Dominium *Creuzen* in ſuperiori Auſtria ſitum quod tamen quando acquiſiverint, non obſervavi. Sed mediæ parmulæ teſſeras explicare non integrum eſt. Dn. Creuzen.

§. IX. Hunc clypeum premunt quatuor caſſides: *Prima* coronata ſuſtinet alam argenteam baltheo dextro aureo exaratam, cum laciniis ejusdem tincturæ: ex *altera* coronata expanditur jugum alarum baltheis, hinc dextris, iſthinc ſiniſtris rubeis & aureis exaratarum: Laciniæ etiam ſunt ex cocco & auro. *Tertia* inſiſtit tabula ſeptangula, (ein ſchirm/) typo ſcutario duplici quadrantis ſecundi impreſſa, angulis ornatis ſingulis pennis pavoninii. Phaleræ dependent argenteæ & rubeæ. *Quarta* coronata caſſis iterum premitur jugo alarum complicato, cum typo ſuperiori parte primi & extremi, inferiori ſecundi & tertii alveoli medii ſcuti: *Laciniæ* ſunt ex argento & minio Galeæ.

§. X. Hæc διατύπωσις fuit inſignium, qualia apud Sibmacherum extant, & quæ nunc etiam in uſu eſſe, aliunde ſum monitus. Alibi tamen memini, diverſam nonnihil diſpoſitionem vidiſſe: ut caput quidem ſcuti plane idem eſſet, quod modo contemplati ſumus: pedis etiam areolæ aquilam & crucem referrent, niſi quod hæc aliata pingebatur: aſt inter has infimas areolas intercipiebatur (ein gezwickel) alia triquetra rubea cum brachio armato ex ſiniſtro latere procedente, & vel evaginatum gladium vel potius clavam militarem (ein Puſikan/) quæ argento tingebantur: cum loco mediæ parmulæ ſupra deſcriptæ inſerebatur alia argentea cum ave nigra ed maculis interſtincta, rubeis roſtro & pedibus, inſiſtente tricipiti colliculo viridi. Scutum recentius.

§. XI. Brachium armatum deſignat familiam *Reicheneck*, ex qua tria matrimonia Hardeccíorum vel potius *Prueſchenckiorum* lego: *Henricæ & Eliſabethæ* de Reicheneck, circa 1219. *Vlrici & Brigittæ* circa 1345. *Stephani & Margaretæ* circa 1480. quarum hæc primorum Comitum Hardeccíorum mater, iſta abavia, illa tritavi avia fuit. Reicheneck, famil.

§. XII. Avis nigra *Pruëſchenckiorum* vetus fuit teſſera, quæ deinceps reliquis locum fecit, aliquando tamen origini teſtandæ reſumta fuit. Prueſchenk.

§. XIII. Eos quondam *immediate* ſubjectos imperio fuiſſe oportet, cum in *matricula Imperii* legantur, & certus modus contributionis aſſignatus ſit, (vid. *Zeil. itin. Germ. P. 2. p. 23.*) & eorum mentio fiat in *Conſtitut. Caroli V.* de anno 1529. §. Grafen perſönlich. Sed deinceps à domo Auſtriaca ſine onere exemti ſunt. Status immediatus.

§. XIV. Ad titulos ſolemnes etiam referendum eſt, quod vocantur *hereditarii Tituli, cincernæ Auſtriæ, nec non Styriæ Dapiferi hereditarii.*

Caput XXIII.

Landgravii Haſſiæ.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Ex Brabantinis. Sophiæ controverſia. Compoſitio. Lineæ. Caſſellana. Darmſtattina.*
2. *Scutum Caſſellanæ. Hirſchfeld. Abbatia. Principatus pace Monaſterienſi ceſſus.*
3. *Comitatus Ziegenhain. Ad Haſſos.*
4. *Com. Catimelibocenſis. Familia. Succeſſio.*
5. *Controverſia cum Naſſoviis. Deciſio.*
6. *Com. Diez. Hered. ad Naſſovios. Catimelibocios. Haſſos.*
7. *Com. Nidda. An eadem familia cum Ziegenhayn?*
8. *Vrticæ Schaumburgia.*
9. *Familia.*
10. *Comitatus ad Haſſos translatus.*
11. *Leo Haßiacus. Differentia à Thuringico.*
12. *Brabantinus leo cur non aſſumtus? Mos antiquitatis exemplis oſtenſus.*
13. *Scutum lineæ Darmſtattinæ. Faſcia Iſenburgica. Quomodo ad Haßiacam domum?*
14. *Galeæ.*
15. *Tituli.*
16. *Eppſtein. Domini & Comites. ad Haſſos.*
17. *Itter. Ad Moguntinos & Haſſos VValdeccios. VVolfii de Gutenberg.*
18. *Pleß. Famil. Origo de SchWanringen. Teſſera. Succeßio ad Haſſos.*
19. *Franckenſtein. Ex Hennebergiis.*
20. *Scutum Cardinalis Haßiæ. M. Prioratus Joanniticus. Epiſcop. Vratislavia. Sileſia.*
21. *Scutum Haßiacum carmine illuſtratum.*

§. I.

Familia. SEreniſſimi *Haſſiæ Landgravii*, quod alibi in Sylloge Genealogica fuſius executi ſumus, originem ſumunt ex *Brabantinis Ducibus*, familiâ quæ non una affinitate *Carolidarum* genti, cum in flore eſſet, conjuncta fuit, atque adeo nulli alii antiquitate & illuſtri ſplendore cedit. Ex Brabantinis vero Dux *Henricus II.* cognomento *Magnanimus* poſt Mariam Philippi Imperatoris & Irenes Angelæ Conſtantinopolitanæ filiam *Henrici III.* à quo reliqui *Brabantini Duces* propagati ſunt, matrem, *Sophiam Ludovici Landgr. Thuringiæ* filiam duxerat. Ex hac genitus *Henricus* cognomento *puer* huic ſtirpi ortum dedit. Cæterum *Thuringiæ Landgravii*, ex quibus ejus mater, ad *Ludovicum* quendam *Barbatum* Caroli, ex Caroli M. poſteris, Lotharingiæ Ducis filium, genus referebant, & in *Henrico* Sophiæ patrue, qui adverſus Fridericum II. *Imperium* Papæ juſſu arripuit, defecere. Hujus morte controverſia inter *Sophiam* & ejus amitinum *Henricum illuſtrem Miſniæ Marchionem*, cui præter jus maternum ab Imperatore expectativa data erat, nata eſt: & ex controverſia bellum. Demum ita res compoſitæ, ut *ſucceſſionis* inter domos has *pacto* inito, Thuringiæ pars Orientalis in Miſniorum poteſtate maneret, Occidentalem vel Haſſiam Sophia & Henricus haberet: atque ita hæc ad poſteros translata eſt, & quod deinceps videbimus, non una acceſſione crevit. Porro in *Philippi Magnanimi*, cujus memoriam & elogia ſuperioris ſeculi annales nunquam intermori ſinent, filiis in *duos ramos* ſtirps hæc ſe diffudit. A Wilhelmo primogenito ortus eſt *Caſſellanus*, quem vocant, à Georgio *Darmſtattinus*, appellatione ab habitatione deſumta. Illius Princeps eſt Sereniſſimus Landgravius *Carolus*, pui à matre proximis annis ſuſceptum regimen gerit. Hujus verò Sereniſſimus Landgravius *Erneſtus Ludovicus*, qui cum fratribus ſub laudatiſſima Sereniſſimæ Parentis cura in ſpem publicam adoleſcit. Utriusque rami ſunt, illius *Reinfelſius*, hujus vero *Homburgius*, ſed iisdem clypeis ſtirpis ſuæ uti ſolent.

Ex Brabantinis.

Sophiæ controverſiam. Compoſitio.

Lineæ Caſſellana. Darmſtattina.

Scutum. Caſſellanæ. §. II. In *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 8. videre licet inſignia, quibus ante hac domus uſa eſt: nunc vero auctus eſt arearum numerus. *Caſſellana* linea ſcutum ſemel perpendiculariter, bis transverſe ſecat, impoſita toti ſcuto in media regione alia parmula. Primus capitis laterculus *argenteus crucem duplicem*, ad modum Archiepiſcopalis crucis effigiatam, & *minio* tinctam comprehendit. Hoc ſymbolo *Hirſchfeld* notatur, contermina *Buchoniæ*, Ziegenhainæ & inferiori Haſſiæ Abbatia **Wapenb.** P. 1. pag. 13. In civitate *Hersfeld* (ſeu *Herolfeldiam* hoc nomen ſeu *Heersfeld* ab exercitu derivatum velimus) 737. Abbatia Benedictina fundata, & ditio partim à Bonifacio Moguntino emta, partim à Thuringis & Haſſis attributa eſt. Eam etiam *Pipinus* & *Carolus Magnus*, cujus præceptor Alcuinus ibi ſitus eſt, multis beneficiis ornarunt.

Hirſchfeld Abbatia.

Abbas

Abbas primus fuit *Lullus*. Tertius *Bruno* à Ludovico pio 845. privilegia inſignia obtinuit. Ex ſequentibus Abbatibus plures ad Epiſcopatus promoti, *Diethardus* jun. ad Hildesheimium, *Burchardus* ad Halberſtadenſem, *Gothardus 1013.* ad Hildesheimium, *Bardo Germaniæ Chryſoſtomus* dictus ad Moguntinum, *Rudolphus 1035.* ad Paderbornenſem ; Quadrageſimus ſeptimus numeratur *Reinardus* de Boineburg, qui pietate & de Abbatia pluribus meritis commendatur. 1569. Abbas *Michaël Gymnaſio* Hersfeldam ornavit. Demum poſtquam *Abbatia* aliquandiu à Principibus Haſſiæ adminiſtrata fuerat, deinceps *Principatus* nomen induit, & in pace Monaſter-Oſnabrug. 1648. Domui Haſſiacæ iſtis verbis transſcripta eſt : *Secundo domus Haſſo-Caſſellana, ejusque ſucceſſores Abbatiam Hirſchfeldenſem cum omnibus appertinentiis ſecularibus & Eccleſiaſticis, ſeu intra ſeu extra territorium (ut præpoſitura Gellingen) ſitis (Salvis tamen juribus, quæ domus Saxonica à tempore immemoriali poſſidet) retineant, & eo nomine inveſtituram à Cæſarea Majeſtate, toties quoties caſus evenerit, petant & fidelitatem præſtent.* Principatus ex pace Monaſteriensi.

§. III. In alterius quadræ, quæ transversè ſecatur, parte ſuperiori *nigra ſtella aurea* fulget, inferiori parte *auro puro* tincta. Hoc δῆγμα ampliſſimum Comitatum *Ziegenhainium* (Wapenb. P. 2. p. 20.) ad quem *Rauſchenburg, Gemünda, cœnob. Haina* (olim Comitum conditorium, nunc xenodochium) *Neukirch, Ziegenhain, Treyſa, Schvvarzenborn* ſpectant, deſignat. Erroneum eſt, cum Comitatui huic *Cyr. Spangenb.* Adelſp. Par. 2. lib. 12. c. 37. p. 325. duas rubeas ſtellas tribuit in clypeo nigro. Comites ejus *Dilich. Chron. Haſſ. P. 1. p. 91. & 92.* deducit à Ludovici ferrei *Landgravii Thuringiæ* filio *Friderico*, qui primus Comes ejus 1173. in diviſione factus eſt. Eo nati *Godfridus & Fridericus*, iſto *Henricus*, *Ludovicus ſenior & Gerlacus*, pater *Ludovici junioris & Rudolphi : Henricus* filios præter alios habuit *Popponem* Comitem Reichenbacenſem, cujus filius ἄπαις ad agnatos remiſit ſucceſſionem, & *Gotfredum* patrem *Burchardi* Archiepiſcopi Salisburgenſis, & *Gotfridi III.* Com. qui obiit 1270. Hoc nati *Godofredus Contentioſus & Bertholdus*, iſto *Ioannes*, qui Niddanum comitatum crevit, pater *Engelhardi & Ioannis*, quo iterum natus *Godofredus V.* pater *Ioannis*, *Ottonis* Archiepiſcopi Trevirenſis 1419. qui vir inſignis, quod clerum reformare anniteretur, multorum odia incurrit, & fortiſſimè pertulit, *Godofredi VI. & Sigismundi.* Ex his *Godofredus*, qui 1425. deceſſit, ex Eppſteinia Comite reliquit *Ioannem* Comitem ultimum, virtum ſtupendi roboris. Hoc 1453. defuncto Comitatum cum Niddano Ludovicus Landgravius Haſſiæ obtinuit. Contradicebant *Hohenloici* ſucceſſioni, quia *Eliſabetha Ziegenhainenſis* Ulrico Comiti Hanoico nupta *Eliſabetham* genuerat, *Alberti C. Hohenloici* uxorem, hujus ergo filii ſucceſſionem *Ziegenhainenſem* quæſivere. *Controverſia* ad nepotes usque duravit, demum in Comitiis Wormatienſibus terminata eſt, Haſſorum, qui Comitatum retinebant, commodo. Alii verò memorant, *Ioannem* prædictum jam 1445. Comitatum Ludovico vendidiſſe, ſed ſervato ſibi uſufructu. *Cyr. Spangenb.* Adelſp. P. 1. L. 10. c. 15. p. 303. b. ita refert, penes quem fides eſto. Graf Johann von Ziegenhain und Nidda / der letzte dieſes geſchlechts / hatte einem Kauffmann groſſes gut auff der ſtraſſen nehmen laſſen : Als nun derſelbe Kauffmann mit vielen anſuchen / bitten und flehen nichts wieder bekommen konte / wartet er der gelegenheit / daß Landgraf Ludwig (als er im gelobten land geweſen /) auf der wieder-reiſe gen Venedig kam. Da er nun daſelbſt den Grafen Johann bey ſich hatte / ſprach ihn der Kauffmann ernſtlich an / umb wieder-erſtattung deß entwandten guts / und der auffgelauffenen ſchäden / mit betrohung / da er ihn deſſen nicht alsbald befriedigen wolte / ſolches an die Obrigkeit zu Venedig gelangen zu laſſen / und ſchleuniges recht wieder ihn zu begehren. Da nun Landgraf Ludwig dieſen ernſt vermercket / ſchlug er ſich in handel / und erſtattet dem Kauffmann ſeinen verluſt / doch muſte der Graf ihm die Grafſchaft Ziegenhain dafür verſchreiben / darnach gab er dem Grafen vollends ſo viel herauß / und vergliche ſich mit demſelben / daß / weil er keine Leibes-erben hatte / er und ſein gemahl (die eine von Waldeck war /) die zeit ihres lebens die Grafſchafft inne haben / und (doch weiter unbeſchwehret) gebrauchen ſolten / darnach ſolte ſie an Heſſen fallen / wie auch geſchehen. Wiewol die Grafen von Hohenloh auch daran anſpruch haben Comitatus Ziegenhain. Ad Haſſos.

wolten/ ward doch ſolches endlich zu Worms anno 1495. verglichen/ und Ziegenhain Heſſen zugeſprochen. In Chron. MS. Waldecc. Praſſeri legitur, Ludovicum Landgravium etiam *Ottoni VValdeccio* Comiti, cujus avia fuerat *Agnes Ziegenhainenſis*, ob reſignationem Comitatuum Niddani & Ziegenhainii 100. aureos annuos confirmaſſe. Ex quo quis colligat, omnibus ſatisfactum fuiſſe, qui in Comitatum aliquid juris aſſerebant.

C. Catimelibocenſis.

§. IV. Area proxima *aurea pardum, ſed erecto ſitu, rubeum cum corona cærulea* continet, deſignando comitatui *Catimelibocenſi* ſeu *Cazenelebogen*. Ampliſſimus hic Comitatus fuit, & ipſi Comites ante hac celeberrimi. Primum eorum legimus 927. notatum *VVolfgangum*, qui dein ludis equeſtribus Magdeburgicis & Conſtantientibus interfuit. Hujus pronepos conſtituitur *Reinhardus* ex Abbate Limburgio 1058. *Epiſcopus Spirenſis*: hujus frater *VVolfgangus* pronepotem habuit *VVilhelmum* Hermanni Landgravii adverſus Philippum & Ottonem IV. Auguſtos paraſtatam, patrem *Dieterici* & *VVilhelmi III.* quorum hic *Reichenberg*, ille *Rheinfels* 1246. impoſito contra Rhenanarum civitatum voluntatem telonio, ob quod 1255. arx fruſtra obſeſſa eſt, condidit. Ab utroque lineæ. Ex *Dieterici* poſteris *VVilhelmus* & *Eberhardus* fratres, ille *Burgſchwalbach*, hic *Dornburg* condidêre. Iſtius verò filii lineam terminarunt. *VVilhelmi III.* pronepos *Theodoricus* circa 1330. filios habuit *Ioannem II.* & *Fridericum*, unde denuo rami; ramus *Friderici* exaruit in *VVolfgango ſeniore*, cujus filia agnato ex Joannis linea *VVolfgango juniori* nupta fuit, mater *Philippi ſenioris*, avia *Philippi junioris*, cum quibus Philippo hoc 1453. & poſt eum patre 1479. extinctis familia defecit. Heres Philippi filia *Anna Henrico Landgravio Haſſiæ* nupta ſucceſſionem attulit. His parentibus nati *VVilhelmus*, *Mechtildis*, *Eliſabetha*. Mortuo vero ſine liberis Wilhelmo agnati familiari lege & certo pacto, non in ea tantum bona, quæ à patre & avita hic poſſederat, ſed & in materna recens acquiſita ſucceſſere.

Familia.

Succeſſio.

Controverſia cum Naſſoviis.

§. V. Contradixere ſucceſſioni *Clivenſes* & *Naſſovii*, cum Henrici filia *Mathildis* Joanni Duci Cliviæ & *Eliſabetha* Joanni Comiti Naſſoviæ ex Dillenburgenſi ramo nupſiſſent; inde imprimis inter *Naſſovios*, quibus *Clivii* jus vendidere, & Haſſiacos jure actum eſt. (De controverſia ſcripſere *Molin. conſil. 17. Ioh. Bapt. Cæſar. L. 2. conſil. illuſtr. Oldendorp. conſ. 5. vol. 2. Simon. Piſtoris apud Modeſt. Piſtoris. 10. vol. 1. Rittersh. 1. de Feud. 16. n. 20.*) Et quidem 1548. pro illis pronunciatum eſt, apud Sleidanum Lib. 21. p. 642. Sed 1552. in *Paſſavienſi transactione* apud eundem Lib. 24. pag. 784. inter articulos ille etiam fuit: *Vt quæ Landgravio eſt cum Naſſoviæ Comite de ditione Cattorum controverſia recognoſcatur per Principes Electores, & ab iis etiam, quos ad eam rem deſignabunt tum reus tum actor: Ex iis deinde Cæſar deligat VI. qui ſummam rei tractent, ſic tamen, ut biennio cauſa definiatur.* Nec tamen breviori illo termino decidi potuit; ſed 1557. res compoſita eſt. Rem ita narrat *Thuan.* Lib. 19. p. m. 863. *Francofurti ad Mænum per delegatos Principes ac judices, Ottonem Henricum & Auguſtum Septemviros, VVilhelmum Clivenſem & alios controverſia de Cattorum Melibocorum ditione, quæ jam amplius L. annis agitata fuerat, inter Naſſovios & Haſſiæ Principes amicè compoſita eſt: Philippo Heſſo Comitatum Cattorum retinente & VVilhelmo Arauſienſi Principi 600000. aureos exſolvente, & Comitatum Diezenſem pro 150000. reddente. Tituli vero & inſignia utrique communia eſſe juſſa ſunt.*

Deciſio.

C. Diez.

§. VI. Quarta area *rubea duos leones gradientes* vel *pardos aureos* continet, *lingua, & falculis cæruleis. Diezenſis Comitatus* ad utramque Lani ripam ſitus, ab oppido *Diez*, quod intra mœnia duas rupes, (utraque arcem inſignem ſuſtinet,) nomen ſortitus, & cum 1388. Gerlacus ultimus Comes mortuus eſſet, *Comitatus aureus* (die güldene Grafſchafft *Dilich. Chron. Haſſ. 1. p. 48.*) dictus, hoc hieroglyphico deſignatur. Habuit ille ſuos Comites peculiares, quorum tamen plenam deductionem non vidi; ultimus fuit *Gerlacus*, filius *Gerhardi* Comitis, qui 1368. vixerat: Gerlacus filiam reliquit *Iutam*, quæ *Adolpho C. Naſſovio*, filio Joannis & fratri Engelberti, à quo Arauſionenſes & Dillenburgii deſcenderunt, nupta Comitatum Diezenſem attulit: hic eum fratri *Engelberto* oppignoravit, & eum in communionem tituli admiſit. Unde cum Adolphus non niſi filiam *Iutam* reliquiſſet, *Godofredo Dn. Eppſteinio* nuptam, poſt ejus mortem inter hunc & Engelbertum lis orta eſt, quæ 1440. in hunc modum compoſita, ut *Comitatus medietas* ad *Eppſteinios*, altera ad *Naſſovios* ſpectaret. Unde

Hered. ad Naſſovios.

Godofre-

Godofredum ultimum illius lineæ, *Comitem Diezium* cognominatum legi. Hic vel pater ipſius Godofredus ſuam *Dieziam* partem Comiti Catimelibocenſi oppignoravit. Catimelibocios.

Nam cum prius inter Archiepiſcopum Trevirenſem Jacobum & Philippum Comitem Cazenelebogium atque Godofredum Eppſteinium tractatum fuiſſet, ut Elector utrique quartam Comitatus partem feudo concederet, ſicuti etiam 1457. Philippus de feudo inveſtitus eſt; Godofredus ilico Philippo ſuam quartam 30000. aureis oppignoravit. Atque ita medietas Diezia partim tanquam vetus feudum, partim jure hypothecario ad Catimelibocenſes pervenit. Iterum 1449. Henricus ſocero Philippo ſuam partem Dieziam 18000. aureis oppignoraverat. Cum 1479. familia Catimelibocenſis defeciſſet, cum reliquis bonis hæc etiam Diezia ad Haſſos translata eſt, atque ita eodem anno Henricus Landgravius inveſtituram de quarta illa Diezia & Catimelibocïis ditionibus accepit, nec non filius ejus 1488. Iterum 1500. atque 1506. Wilhelmus medius, regentes Principatus quoque 1514. & Philippus Landgravius 1533. 1541. 1555. Tandem in compoſitione controverſiæ Catimelibociæ Diezia ſimul comprehenſa fuit, & quarta pars Naſſoviis cum communione tituli ceſſa. Unde 1558. primum in literis Haſſorum feudalibus ea quarta omitti cæpit. Haſſos.

§. VII. Laterculus in ima regione dexter ex *nigro & auro transversè ſectus in ſuperiori parte nigricante ſtellis duabus aureis* (in Wapenb. P. 1. pag. 8. argento tinguntur, ſed nobiliori metallo Wapenb. P. 3. pag. 40.) ſuperbit. Signum eſt Comitatus *Nydenſis* ſeu *Niddani*, qui cum *Ziegenhainenſi* ſimul in familiam allatus eſt. Porro ex iis, quæ P. 1. c. 8. obſervata ſunt, hiſtoriæ peritis æſtimandum relinquimus, an hoc argumento *Ziegenhainenſes & Niddani* Comites omnino ejusdem familiæ fuiſſe dicendi ſint? Quo caſu differentia unius & duarum ſtellarum diſtinctioni ſerviiſſet inter lineas: qualia exempla diſcerniculorum loco alleg. P. 1. c. 8. dedimus. Sane *Diluch. Chron. Haſſ. P. 1. p. 92.* memorat, *Engelhardum* ultimum Comitem Niddanum 1329. deceſsiſſe, & ob hoc comitatum Ziegenhainiis obtigiſſe, quod ex eadem ſtirpe fuiſſent. C. Nidda. An eadem famil. cum Ziegenhayn.

§. VIII. Ultima areola *coccinea urticam candentem* exhibet. Aliis terminis exprimere placuit Chiffletio Eq. A. V. inſign. 160. cum ita deſcribit: *Tres ocelli flores, totidemque urticæ folia argentea triangulariter coeuntia in corde laterculi coccinei ſcutulo argenteo impreſſo.* In quo valde fallitur, de urtica enim conſtans familiæ eſt ſententia. Cæterum de hac teſſera, quæ & *Holſatiam & Schaumburgium* comitatum notat, quod ſatis eſſe poteſt egimus L. 1. c. 86. num. 6. confer. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 18. Urtica Schaumburgia.

§. IX. Porro *Schaumburgicam* familiam quod concernit, ea ex nobilibus de *Sandersleben* orta fortunæ initia debuit *Brunoni Epiſcopo Mindenſi*, cujus fratrem *Adolphum* 1030. vel 1032. Conradus II. Imperator *Schaumburgicum Comitem* conſtituit. Hic avus alterius *Adolphi* fuit, qui primus à Lothario Imp. *Holſatiæ Comitatum* nactus eſt. Quod Holſatiæ ſucceſſionem attinet, de ea & loc. alleg. L. 1. c. 86. & in deſcriptione Danici regii clypei agitur. Nam *Adolpho* 1459. extincto illa ad *Olbenburgiam* familiam tranſiit, excluſo agnato Ottone Schaumburgi Comite, qui demum accepto pretio ceſſit ſua prætenſione. Hujus poſteritas duravit ad noſtram memoriam, ultimo *Ottone* 1640. vivis exemto, cum prius familiæ, beneficio Ferdinandi II. Auguſti, axioma *Principale* acceſſiſſet, quo *Erneſtus* gaviſus eſt, ſed ἄπαις. Familia.

§. X. In pace Osnabrugenſi & Monaſterienſi iſtis verbis ad Haſſiacam familiam hic comitatus translatus eſt. *Tertio: Ius directi & utilis Dominii in Præfecturas Schaumburg, Bückenburg, Saxenhagen & Statthagen, Epiſcopatui Mindano antehac aſſertum & adjudicatum porro ad Dn. VVilhelmum, modernum Haſſiæ Landgravium, ejusque ſucceſſores plenarie in perpetuum citra ulteriorem dicti Epiſcopatus, aut alterius cujusvis contradictionem aut turbationem pertineat: ſalva tamen tranſactione inter Chriſtianum Ludovicum Ducem Brunſvico-Lunæburgenſem & Haſſiæ Landgravios, Philippumque Comitem de Lippe inita; firma etiam manente, quæ inter eandem Landgraviam & dictum Comitem inita eſt, conventione, quatenus Cæſareæ Majeſtati & Sacro Romano Imperio non præjudicat.* Unde hoc nomine in Collegio *Comitum Saxoniæ & VVeſtphaliæ* in comitiis Imperii, nec non in dietis circuli Weſtphalici, Sereniſſima Domus ſuum ſervat locum. Comitatus ad Haſſos translatus.

Leo Haſſiacus.

§. XI. Hiſce areolis incumbit media parmula *cærulea*, in qua ſalit *leo coronatus decem tæniis transverſis argenteis & rubeis* diſtinctus. (Fruſtra eſt *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm. P. 2. p. 276.* cum leonem hunc argento ſolo tingit, eique quam tenet bipennem aſſignat.) Qua ratione à *Thuringico leone* diſtingui poſſit, alibi diximus in Inſign. Saxon. ſ. 1. n. 2. & infra in cap. de Saxonia repetemus. *Münſterus* Coſmogr. putat transpoſitas argenteas & rubeas tænias. Mallem ego, leonem Haſſiacum denis ſemper lineis pingi ex communi uſu, cum *Albinus & Sachs* Thuringico non niſi octonas inducant. Porro Haſſia hoc leone (de cujus antiquitate lege, ſed cum judicio, quæ apud *Hæping.* extant de *Iur. inſ. pag. 357.*) notatur, atque ita primaria hæc areola eſt. Cur tanta inter hunc & Thuringicum leonem convenientia ſit, ex illis intelligere licet, quæ §. 1. adduximus.

Differentia à Thuringico.

Brabantinus leo cur non aſſumtus?

§. XII. Porro mirari ſubeat, cur *Brabantini leonis* nullum hic veſtigium? cum §. 1. audiverimus, Brabantinorum Ducum noſtros Landgravios, non quidem heredes (nam extincto ramo iſtorum Ducum altero, Principatus non ad agnatos ſed more *Belgicarum Provinciarum* per fœminas in alias domos tranſiit) aſt indubios & quidem maſcula progenie poſteros ac deſcendentes fuiſſe, ad quos adeo geſtaminis illius jus utique ſpectabat. Verum enim verò uti Henricum illum & ejus poſteros nemo à leone hoc uſurpando arcere potuiſſet, tanquam paterna & avita teſſera, ſi ea placuiſſet uti, ita tamen hic, cum Haſſiam nactus eſſet, hujus ſymbolo uti maluit, imprimis quando eo ſeculo mos plura in unum ſcutum combinandi nondum invaluerat: unde prætulit teſſeram Principatus, quem poſſidebat, illi, quæ deſignaret Ducatum in fratris poteſtate conſtitutum. Nec exemplo res ea ſuperioribus ſeculis caruit. Ita *Hermannus Zeringenſis*, cum Juditham Com. Badenſem, ejus ditionis heredem, duxiſſet, omiſſo avito leone Zeringio Badenſem baltheum aſſumſit. Ita Sereniſſima *Auſtriaca* domus non leone Habſpurgico tanquam gentili teſſera utitur, nec *Brandenburgica* quadratura Zollerana, ſed illa faſcia Auſtriaca, hæc aquila Marchica; quamvis antiqua ſymbola ſcutis majoribus inſerant, ſed loco poſteriori. Ita cum *Ioannes Spanheimius* Adelheidam heredem Saynenſem duxiſſet, ejus ex filio Joanne nepotes *Henricus* & *Godfridus* ſeculo decimo tertio hereditatem partiti ſunt, ille *Spanheimium* retinens Comitatum, hic *Saynenſem*: qui cum poſteris Spanheimium & titulum & inſignia omiſit aſſumtis Saynenſibus. Non aliter *Philippus Falckenſteinius*, cum Annam Münzenbergicam heredem duxiſſet, omiſſo avito titulo & ſcuto Münzenbergicis acquievit. In Francica ipſa regia domo, qui ad *Britanniæ* Ducatum pervenere ex Drocenſibus, nullum veſtigium regiorum liliorum retinuere, ſed uſi ſunt hermionico ſcuto Britannico: ſed & ipſi *Drocenſes* atque *Curtenæi* pro more ejus ſeculi loco liliorum alia aſſumſerunt δάγματα. Plura adduci poſſent, ſed hæc ſufficiant exemplа, docendo mori ſuperiorum ſeculorum, à quo noſtra conſuetudo augendis ſcutorum areolis intenta nonnihil abludit.

Mos antiquitatis exemplis oſtenſus.

Scutum lin. Darmſtattinæ.

§. XIII. Hac ſcuti diſpoſitione *Caſſellana* linea utitur, nec aliâ *Darmſtattina*, niſi quod in hujus clypeo obſervavi quintam areolam iterum transversè ſectam, ut *Niddano* ſymbolo ſubjiciatur novum δάγμα, *duas faſcias nigras* ſolo *argenteo* inſcribens. Hoc deſignatur *Iſenburgicus Comitatus:* cujus hanc teſſeram iſta duplici titulo aſcivit. Nam *Henricus Comes Iſenburgius*, qui 1601. mortuus eſt, Haſſiacæ domui præcipua ſua bona, die Drey-eich/ *(Triquernatem ditionem) Præfectur. Kelſterbach* cum omni ſuperioritate, regalibus & juribus vendidit; cui quidem contractui agnati Henrici contradixere, cauſa ad tribunal imperii Spirenſe delata. Demum 1635. ab Imperatore Ferdinando II. totus comitatus, quod ad fiſcum ex occaſione bellicorum motuum recidiſſe diceretur, Landgravio Georgio conceſſus, & inveſtitura collata eſt, cum omni ſuperioritate, regalibus & juribus: Mandatum etiam Cameræ, ut priores lites hac donatione ſublatæ, nec alius Iſenburgi & Budingæ Dominus, quam Landgravius agnoſceretur: demum poſt varia hinc inde, inprimis 1640. Norimbergæ, & dein Ratiſponæ acta, 1642. transactum, eaque transactio à *VVilhelmo Ottone, Ludovico Arnoldo, Ioanne Ludovico, Ioanne Erneſto* C. Iſenburgiis, *Maria Magdalena* vidua Iſenburgia, nec non eorum aſſiſtentibus *Ludovico Henrico* C. Naſſoviæ, *Georgio* Dn. Fleckenſteinio, *Georgio Alberto* C. Erpachio ſubſcriptione approbata, ac ab Imperatore Ferdinando III. interceſſione Electorum confirmata eſt, ut totus comitatus Iſenburgiis

Faſciæ Iſenburgicæ.

burgus reſtitueretur, tribus & dimidio exceptis pagis, reſervata Darmſtattinis expectativa ſeu ſucceſſione in caſum deficientium maſculorum & tituli jure. Quæ transactio pluribus articulis conſtans 1643. Marpurgi typis publicata eſt. Hac cauſa & ob ſervandam quaſi poſſeſſionem ſucceſſionis in ſcuto hoc δάγμα retinetur. Inde licet Comites in pacificatione *Monaſterio-Oſnabrugenſi* transactionem caſſari peterent, jus tamen Haſſis ſuum illis verbis ſervatum eſt, quæ ita ſonant: *Comites de Iſenburg gaudeant amneſtia generali ſupra art. 2. & 3. deſcripta, ſalvis tamen juribus Domino Georgio Landgravio Haſſiæ vel cuivis tertio contra eosdem, ut & contra Comites de Hohenſolms competentibus.* Quamvis vero in conceſſione Imperiali *Caſſellanæ* lineæ (cui adverſus Imperatorem tum bellum fuit) non mentio fiat, nihilominus eodem jure eadem gaudet, ex pactis familiæ & confraternitate antiqua inter ſe & cum Saxonica domo inita, ut etiam ad ea quæ deinceps acquiruntur bona reliquis ſucceſſionis jus ex ordine eſſet. Hactenus tamen & teſſera illa & titulo ea linea abſtinuit. Quomodo ad Haſſiacam domum.

§. XIV. Incumbunt huic ſcuto quinque galeæ. *Media* coronata, *Haſſiacæ* parmulæ reſpondens, ſuſtinet duo cornua argentea, ex quibus utrinque foliati ramuli prominent. Volunt aliqui myrtillorum fruticetum ramulis hiſce exhiberi. (vid. *Haping. de jur. inſign. p. 359. 360.*) Quæ ad *dextram* proxima eſt, etiam coronata & cauda pavonina ſuperbiens, *Hirſchfeldenſem* principatum notat; quæ ad *ſiniſtram* Haſſiacæ aſſiſtit caprum exſurgentem alatum nigrum, cornibus & pedibus aureis, alis *Ziegenhainenſi* emblemate pictis refert. *Extrema ad dextram* etiam coronâ inſignis eſt, & ſuſtinet jugum alarum complicatarum: utraque vero nigra in orbe aureo ſymbolum *Catimelibocenſe* repetit. Demum quæ *ad lævam ultima eſt*, tortilli diademate tegitur, & quinque vexillis *Schaumburgicis*, in quibus urticæ ſingulæ pinguntur, pro fulcro eſt. Hæc vero vexilla pinguntur, inter duo ſceptra pavoninis pennis faſtigiata. Alibi loco diadematis tortilis vidi *coronâ ſpineâ* caſſidem obtectam: cujus eadem ratio quæ clavorum in areola Schaumburgica credi poteſt, utpote quibus clavos in paſſione Chriſti uſurpatos notari volunt. Uti L. 1. c. 86. n. 6. 9. vidimus. Galeæ

§. XV. Titulus Principum, qui illuſtrando ſcuto ſervit, ille eſt: *Landgravius Haſſiæ, Princeps Hirſchfeldæ, Comes Catimeliboci, Dieziæ, Ziegenhainæ, Niddæ & Schaumburgi,* &c. Linea *Darmſtattina* autem poſt Schaumburg adjicit *Iſenburgi* & *Budingæ*. Vidi ubi aliquando titulus amplior uſurpatus fuit, additis elogiis *Dominus in Eppſtein, Pleß, Itter & Franckenſtein.* Tituli. Eppſtein;

§. XVI. Titulus hic occaſionem dat, de illis dynaſtiis quædam verba addendi. *Eppſteinia* ſuos olim *Dominos* vel *Comites* habuit, quorum à *Sigfrido Eppſteinio, Sigfridi* ex Abbate Fuldenſi *Archiepiſcopi Moguntini* electi 1059. patre, deductionem vidi. Præter primum illum ſucceſſu temporis duo alii *Sigfridi*, & demum *Gerhardus Archiepiſcopi Moguntinam* ſedem rexere. Hujus qui 1304. obiit ex fratre *Godofredo* nepos *Godofredus* ex uxore *Lucardi Falckenſteinia Comitatum Kœnigſteinium* obtinuit, pater *Godofredo & Eberhardi*; hujus linea defecit 1537. in Anna Botonis C. Stolbergii uxore, à qua *Stolbergiis* illa jura, de quibus in ſcuto Stolbergio: illius *(Godofredi)* nepos *Godofredus Dn. Eppſteinius C. Diezius*, quod ſupra vidimus num. 6. alterius maſculos terminavit, ſed 1492. Wilhelmo Landgravio Haſſiæ *Eppſteiniam Dynaſtiam* 46000. floren. vendidit. Inſignia ſunt **Wapenb.** P. 1. pag. 14. *ternis argenteis & rubeis cantheris* exaratum ſcutum, galea vero pileolo lato rubeo (cujus ora reducta argento ſplendet) tecta ſuſtinet ſuper globulo argenteo illius ſummitati impoſito pennarum pavoninarum faſciculum. Domini & Comites. Ad Haſſos.

§. XVII. *Itter* Dominium eſt ad Ederam fluvium ab arce Itter in valle ſuper rupe ſita dictum. Peculiares olim habuit Dominos. Ex quibus apud *Cranzium Metrop. L. 8. c. 47.* Comes *Theodoricus* in *Itter*, *Epiſcopus Paderbornenſis* fuit. Demum 1361. quod Dynaſta reginiinis lubidine ſuum agnatum confodiſſet, à *Landgravio Henrico & Archiepiſcopo Moguntino* occupatum, homicida autem in cœnobium Haina detruſus eſt: Teſte *Dilich. P. 1. Chron. Haſſ. pag. 128.* qui idem *Part. 2. Chron. pag. 197.* hiſtoriam ita repetit. 1361. **Umb dieſe zeit hat ein Herr von Itter / auß zu viel ungebührlicher begierde und verlangen zum regiment / ſeinen Vettern erſtochen / und ihm alſo die gantze herrſchafft unterwürffig gemacht. Weilen dann ſolche mordthat billiche ſtraff verdienet / hat Landgraf Henrich ſambt Gerlach dem Ertzbi-** Itter. Ad Moguntinos & Haſſos;

Erthbiſchoff zu Mäntz / und Otten Grafen von Waldeck das ſchloß Itter belagert / gewonnen / und das Ländlein vor ſich und ſeine mitgehülffen behalten / den mörder aber in das Cloſter Haina verdammet. Dominium hoc Moguntini dein *Comitibus VValdeccie* oppignerarunt, hi nobilibus *VVolfiis de Gutenberg* conceſſerunt in antichreſin. Ob quod controverſia orta, cujus cauſa *Hamelmann. de famil. emort. L. 2. p. 130.* ait: *Cum nobilibus de VVolven certavit hoc nomine Landgravius Philippus pater.* Inſignia ſunt *leone ornata*, ut videre eſt apud *Dilich. Chron. Haſſ. P. 1. p. 119. b.* in ſcutulo arcis delineationi appoſito, ſed absque colorum indicio, & quidem, niſi illa ſculptoris ἀστοχία fuit, *limbo* incluſus eſt leo. Quia vero in **Wapenb.** P. 1. p. 140. *VVolfiis de Gutenberg* in ſecunda & tertia areola *cærulea* tribuitur *leo aureus, capite & collo argenteis*, non improbabilis eſt conjectura, ipſum illum Itteræ Dominii fuiſſe notam.

Waldeccios.

wolf. de Gutenberg.

Pleſs.

§. XVIII. *Pleſſia* libera dynaſtia non procul Gœtinga ſita, *VVilh. Dilich. Chron. Haſſ. p. 150.* teſte, familiæ de *Schvvanringen* dictæ (ex qua 793. *Balduinus de Schvvanringen* in Hockelheim habitavit) patrimonialis, fuit: ipſa arce *Pleſſia à Gotſchalco de Schvvanringen* condita. Eos Schwanringios *Henricus auceps* poſt Mersburgium prælium *Dominorum* ordini aſcripſit, & δᾶγμα dedit in *auro duos uncos igniarios rubeos ſulfureis filis circumvolutos.* (**zwey rothe feuer-hacken / mit den darumb gewundenen ſchwefel-faden.**) Familia duravit usque in ſeculum ſuperius, & matrimoniorum ſplendore dignitatem tutata eſt. Eam recenſet ex parte *Hamelmann. de famil. emort. L. 2. p. 141. ſeq.* Ultimus mortuus eſt 1571. *Theodoricus. Thuan. lib. 50. p. 983.* ita ejus mentionem facit: *In Saxonia nobilis ac perantiqua familia Pleſſia Theodori mortè extincta eſt, & ejus ampliſſimum patrimonium ac caſtella Haſſiæ Princeps, cujus beneficiaria erat, poſſeſſum ivit.* Addit *Hamelman.* d. l. p. 144. *Iſtius Dominii ſunt multa feuda paſſim hinc inde nobilibus & patritiis in diverſis urbibus collata, quæ etiam omnes beneficiarii poſt demortuum ultimum Dominum nobilem de Pleſſia Theodorum V. acceperunt in feudum à Landgravio Haſſiæ VVilhelmo.* Cæterum fuit Pleſſiis illis *inter Ordines Imperii* & in hujus *matricula* locus vid. *Zeil. itin. Germ. P. 2. p. 23.* Hieroglyphicum ſcuto aureo impreſſum ſuperius Dilichii verbis enumeravi. Exiguum diſcrimen phraſeos eſt apud *Cyriac. Spangenb.* **Adelſp.** P. 2. L. 12. c. 40. p. 329. **zwey rothe feuer-eyſen mit drey ſchwefel-kertzen zuſammen gebunden im gelben feld.** *Apex* eſt, galeæ coronatæ impoſita vel columna vel in columnæ ſpeciem pileus orientalis oblongus pennis pavoninis faſtigiatus, quem ſimilis ſcutariæ figura medium perforat.

Familiæ origo de Schvvantingen.

Teſſera. Succeſſio ad Haſſos.

Franckenſtein. Ex Hennebergius.

§. XIX. *Franckenſtein* Dominium eſſe reor, ad quod *Smalkaldia*, quam domus Haſſiaca ex hereditate *Hennebergica* obtinuit, ſpectaſſe videtur. Nam *Dilich. Chron. Haſſ. P. 1.* iconi Smalkaldiæ urbis ex ſiniſtro latere ipſius civitatis ſcutum, dextro clypeum addit cum leone coronato, addita inſcriptione *Franckenſtein.* Cæterum Bertholdus VIII. C. Hennebergius filiam elocavit *Domino de Franckenſtein*, quibus nati ſunt *Ludovicus & Sigbotus*, à quibus Bertholdus princeps avunculus ditionem emit. *Spangenb. Chron. Henneb. L. 5. c. 4.*

Scutum Cardinalis Haſſiæ.

§. XX. Ex hac gente eſt etiam *Eminentiſſimus Fridericus* Ludovici fidelis ex Darmſtattina linea filius, cujus ſcutum dignitatibus Eccleſiaſticis auctum meretur peculiariter deſcribi. Utitur Princeps hic ſcuto quadripertito: cujus prima & ultima areola *rubea ſenis liliis argenteis* 3. 2. 1. exornantur, ſecunda vero & tertia *aurea aquilam nigram* defert, cujus pectori impreſſa *luna argentea* conſpicitur. Huic ſcuto aliud medium incumbit ſcutum, denuo quadripertitum, cujus prima & extrema areola *rubea cruce argentea* impreſſa eſt, ſecunda & tertia integrum exhibet *Haſſiacum* ſupra deſcriptum clypeum. Ex his *crux* notat *Magnum prioratum Ordinis Ioannitici.* Lilia *Vratislavienſem Epiſcopatum:* aquila illis juncta *Ducatum Sileſiæ* (pro more Sileſiæ Ducatuum, quem alibi notavi, ut fere omnes etiam peculiaribus ſuis δᾶγμα ſoleant addere aquilam Sileſiæ.) Huic toti ſcuto imponitur *petaſus Cardinalitius* cum dependentibus ex more loris.

M. Priorat. Joannitic. Epiſc. Vratislaviæ. Sileſia.

Scutum Haſſiacum carmine illuſtratum.

§. XXI. Ita deſcripta inſignia gentilitia Haſſiaca juvat audire à Poëta commentata, in memoria *Mauritii Landgravii.*

Cæruleam

Cæruleam triplici fulgentem caſſide peltam,
Et quæ præterea myſtica ſigna vides;
Haud fruſtra veteres uſurpavere Monarchæ,
Sub quorum imperio Cattidos ora fuit.
Nempe velut forti LEO pectore præſtat, & VRI
Præ reliquis magnum CORNVA robur habent.
Viribus Haſſiaci ſic conſilioque Dynaſtæ,
Inter Teutonicos enituere Duces.
Teſtantur ſatis hoc pro Religione dueka
Et patria, forti quæ ſubiere animo.
Nam niſi GVILLELMOS fortes, fortesque PHILIPPOS
Donaſſet populo gratia dia ſuo;
Hactenus in tenebris Germania cæca ſederet,
Et premeret Tuſcum libera colla jugum.
Hinc velut Alcides nunc inter SIDERA fulgent,
Cingit & illorum pulchra CORONA caput.

Caput XXII.

Com. & Bar. de Mœrsberg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Barones. Comites. Linea Carinthiaca.*
2. *Inſignia.*
3. *Mœrsberg. Befort.*
4. *Titulus.*

§. I.

INclutum *Mœrsbergiorum* dynaſtarum ſtirps à pluribus ſeculis viguit. Genealogiæ vero quas Celeberrimi Viri *Nic. Rittershuſius* & *G. Bucel. P. 3. Germ. p. 136.* recenſent, circa antiquiora plurimum differunt. Antiquiſſima occurrit memoria *Antonii* & *Waltheri* Dominorum de Mœrsberg 1085. A Friderico III. Auguſto 1488. dignitas *Liberi Baronis in Caſparum* Mœrsbergium collata eſt. Eo nati præter alios duo totidem linearum autores *Ioannes Iacobus* & *Ioannes.* Ille iterum *Ioannem Iacobum* genuit, patrem *Hieronymi*, avum *Georgii* Comitis, qui ex Dorothea Suſanna Gleichenſi Comite reliquit Illuſtriſſimum *Ludovicum Fridericum* Comitem ſuperſtitem. *Ioannes* autem lineæ *Carinthiacæ* ſator *Franciſcum* genuit genitorem *Petri*, quem parentem habuit *Ioachimus*, atque *Ioannis Friderici*, quo genitus eſt *Iulius* Comes, & iſto atque Sidonia Principe Eggenbergia Illuſtriſſimus *Ioannes Vlricus* Comes. Familia. Baronet. Comites. Linea Carinthia.

§. II. Inſignia repræſentantur *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 27. Scutum eſt quadrifidum: areola prima & quarta *cærulea* referente *tres aquilas* vel aviculas expanſas *aureas:* ſecunda & tertia *teſſellis quatuor argenteis quinque* interponit *rubeas.* Sed ordo arcolarum potius invertendus fuit, aquilis in ſecundum, teſſellis in primum repoſitis locum. Imponuntur vero duæ galeo coronatæ, ex quarum *priori* Sibmacherus protendit alas duas cæruleas ternis aquilis aureis inſignitas: *poſteriori* autem imponit hermam æthiopis teſſellas ſcutarias veſte referentis, & faſcia tertili ex argento & cocco caput redimiti. Verum iſtæ etiam galeæ tranſponendæ ſunt. Laciniæ alteri circumfunduntur cæleſtinæ, alteri argenteæ & rubeæ. Inſignia.

§. III. Teſſellas *Mœrsbergiam* dynaſtiam deſignare exiſtimo. Aviculas *Befortio* attribuo. *Mœrsberg* ſeu *Merſpurg* arx eſt in monte ſita in Sundgoia Alſatiæ, milliari à Pfiretarum arce, qui Pfiretenſes Comites omni illi tractui quondam imperarunt. *Befort* autem itidem arx eſt Sundgoiæ, in confiniis Montpelicardenſis Principatus & Lotharingiæ. De his Chriſt. Urſtiſius in Chr. Baſil. L. 1. c. 18. ita: Von den Edelleuten dieſes landes ſeyn die Herren von Merſperg gefreyet worden / welches ein ziemlich ſchloß iſt / eine meilwegs hinder Pfirt / nicht fern von Lützel auf einem berg gelegen. Käyſer Friderich der Dritte macht Herrn Caſparn zum Freyherrn / und Merſperg zu einer Herrſchafft anno 1488. Käyſer Maximilian Mœrsberg. Befort.

gab ihm zu lehen Befort / (welches an ſeine vordern pfands-weiß gekommen/) Roſenfels/ Jngelſot und Eſchis gegen einer ſumma gelds / und Biſchoff Arnold zu Baſel liehe Conraden von Merſperg zuvor die Herrſchafft Muron und Froberg. Kurtz verruckter jahren hat die Oeſterreichiſche Regierung im Obern-Elſaß das ſchloß Merſperg zu ihres Landsfürſten händen genommen/ damit es nicht obligendes ſchulden-laſts halben in fremde hände verändert würde. Sie ſollen (als ihre vermuthung mit ſich bringt/) von den Grafen von Rupe oder Roche (eine tag-reiß hinder Merſperg in Burgund) abkommen ſeyn. Porro cum reliqua Sundgoja & Alſatia Auſtriaca hæ etiam dynaſtiæ in poteſtatem *Regis Galliæ* pace Monaſterienſi tranſiere, & ſub ea perſiſtunt. Olim hi dynaſtæ in *matricula imperii* fuere, veluti videre eſt in *M. Zeiler. Itin. Germ.* P. 2. p. 27. & *Ioh. Limn. Iur. publ. T. 4. add. ad 4, 7. pag. 559.* ſed additur, eos eximi ab Auſtriacis, ſine onere.

Titulus. §. IV. Titulus nunc alterius lineæ ille eſt: *Comes in Mærsberg, Dominus in Befort, Blanckenhain & Cranichfeld.* Horum duorum Dominiorum jus eſt à *Dorothea Suſanna* filia Walrabi ſeu Volrathi Com. Gleichenſis ex linea Blanckenhaina-Cranichfeldia ultimi, matre moderni Comitis, qui ea cauſa partem dynaſtiæ *Blanckenhain & Nieder-Cranichfeld* poſſidet in Thuringia. Titulum lineæ *Carinthiacæ*, ex qua unus in Auſtria habitans in Auguſta aula magna autoritate pollet, non vidi, an aliquid addatur avitis elogiis de *Mærsberg & Befort.*

Caput XXV.

Epiſc. Monaſterienſis, ut & Paderbornenſis.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum Epiſcopi Chriſtophori Bernardi.*
2. *Epiſcopatus Monaſterienſis. Civitas Monaſterium.*
3. *Dominia diœceſeos. Ahuſen.*
4. *Horſtmar.*
5. *Ludinghauſen.*
6. *Ottenſtein.*
7. *Vecht.*
8. *Controverſia de Com. Delmenhorſt.*
9. *Corveia Abbatia.*
10. *Burggr. Stromberg. An in Palatinatus ius ob illum ſuffragii in Comitiis.*
11. *Quomodo ad Monaſterienſes.*
12. *Borculo ſeu Borckelohe. Succeſſio. Controverſia ex ea orta. Bellum. Pax.*
13. *Fundamenta Epiſcopi in cauſa Borculoënſi.*
14. *Galen. Gaelen Rhenani.*
15. *Galea.*
16. *Pedum. Gladius. Principatus dignitas. Titulus.*
17. *Epiſcopi Ferdinandi Fürſtenbergii Paderbornii ſcutum.*
18. *Paderbornia Crucis ratio.*
19. *Epiſcopatus. Advocatia. Com. VVarburg. Haholt. Stoppelberg.*
20. *Com. Pirmont.*
21. *Fürſtenberg. Familiæ origo. Deductio.*
22. *Galea Epiſcopi.*
23. *Titulus.*

§. I.

Scutum Epiſc. Chriſtoph. Bernardi. *Monaſterienſium* Præſulum inſignia luſtraturi ab initio conſiderabimus proximi Epiſcopi *Chriſtophori Bernardi* clypeum, quo circa ultima vitæ tempora uſus eſt: illud duabus perpendicularibus lineis in tres palos diſtinguebatur: primo & tertio denuo in binas regiones ſectis, medio præter mediam parmulam duos alveolos referente, ut ita in univerſum regiones novem fuerint, media parmula connumerata. Et quidem ſupremus & infimus laterculus medii pali *Monaſterienſem* ipſum Epiſcopatum, prima primi & ſecunda tertii pali regio *Corvejenſem* Abbatiam, prima tertii & extima primi *Strombergium* Burggraviatum, ſecunda primi & ultima tertii pali regio *Borculohicam* dynaſtiam, demum media parmula *familiam Epiſcopi* propriam deſignabant.

Epiſcopat. Monaſterienſis. §. II. *Monaſterienſem* Epiſcopatum deſignat alveolus *cæruleus*, quem tranſit faſcia *aurea*. Paulo aliter *Erpoldus Lindenbrog. Chron. Caroli M. p. 174.* de Ludgero primo Epiſcopo. **Man findet beſchrieben / daß er erſtlich ein ſchwerd und Biſchoffsſtab creutz-weiß zum wapen geführet / nachmahl iſt dem ſtifft ein roth/ weiß und gelbes wapen gegeben.** Unde colligas: ex cocco, argento & auro transver-

transverſim ſectam eſſe parmam. Cæterum Epiſcopatus hic Weſtphaliæ latiſſimus Friſia utraque, Tranſiſalania, Geldria, Clivia, Marca, Weſtphaliæ Ducatu, Mindenſi & Osnabrugenſi diæceſibus fere cingitur. Tertia hæc fuit Epiſcopalis Eccleſia, quam *Carolus M.* fundavit in mediterraneis Saxoniæ, nunc Weſtphaliæ, in *Mimingeredo* ſeu *Mimingardefurd* loco, qui poſtea ab inſigni ibi ab Hermanno Epiſcopo (qui 1090. obiit) fundato monaſterio *Monaſterium* eſt nominatus, Metropolis totius Weſtphaliæ. Primus Epiſcopus fuit *Ludgerus Friſius*, Hildegrini Abbatis Halberſtadienſis frater mortuus 809. Inter ſucceſſores 1246. *Otto Comes Bentheimius* primus electus eſt per clerum Epiſcopus, ſiquidem *ad ipſius usque tempora Imperatores ibi antiſtites conſtituerant*, ut *P. Merſæus catal. Epiſc. Monaſt.* loquitur. Cæterum cum libertate majori *civitas Monaſterium* eo usque gaviſa fuiſſet, 1661. ab hoc Epiſcopo in poteſtatem plenam redacta, & ejus rei memoriale numis ad poſteritatis memoriam impreſſum eſt. Civ. Monaſterium.

§. III. Adhunc Epiſcopatum, præter ea quæ clypeus exhibet Dominia, aliæ etiam devolutæ ſunt ditiones & dynaſtiæ. Quarum aliquas enumerabimus, inprimis ex *Hamelmanno de famil. emort.* Ex illis eſt *Ahuſen.* De quo ita dictus autor: L. 1. pag. 6. *Dominium in diæceſi Monaſterienſi, ubi eſt adhuc ejus nominis civitas & arx utcunque munita. Anno Domini 1305. vixit Ottho Dominus de Ahuſen, qui unus ex fideijuſſoribus pro Simone Comite de Lippia, teſte Cranzio in Metropoli lib. 8. cap. 52. & Erthvvino Erthmann in Chronico Oſnabrugenſi. Gobelinus Perſona (olim Decanus Bileveldiæ, & deinde Monachus in Bodeken) ſic ſcribit in ſuo Coſmodromio ante annos ducentos: Epiſcopus Monaſterienſis per Comites de Teckelnburg & de Lippia deſtruxit ad injuriam Ioannis Domini de Ahuſen, Caſtella Ahuſen & Deipena. Arx illa Ahuſen fuit hactenus multorum Epiſcoporum Monaſterienſium ſedes, & dicitur ad illud Dominium pertinuiſſe civitas Bucholt, & arx & oppidum Meppen. Fuit quoque anno 1306. quando Epiſcopus Monaſterienſis pugnaret cum Osnabrugenſi, in caſtris Epiſcopi Monaſterienſis cum multis Comitibus quidam Dominus de Ahuſen, teſte Erthvvino Erthman in Chronico Oſnabrugenſi. Ottho Hojenſis Comes, Epiſcopus Monaſterienſis, ad ſe hoc Dominium vi transtuliſſe dicitur. Sed jam ille Ottho Hojenſis pluresque in eo loco Epiſcopi cum nobilibus Dominis de Ahuſen perierunt & tranſierunt, ita ut hîc finem habuerint, verùm quo tranſierint ignoratur.* Dominia diæceſeos. Ahuſen.

§. IV. Sequatur Comitatus ſeu Dynaſtia *Horſtmar.* De qua iterum *Hamelmann.* L. 1. pag. 42. *Proprius Comitatus in VVeſtphalia in diæceſi Monaſterienſi, & arx & oppidum Horſtmar adhuc in vigore eſt & floret: Situm à Monaſterienſi urbe ad tria milliaria. Vltimus Comes Bernhardus, ut apparuit olim ante annos centum in templo civitatis Horſtmariæ fuit annotatus, ſicut ſcribit VVernerus Rolevingius in laudibus antiquæ Saxoniæ, hoc eſt, VVeſtphaliæ, ubi ultimum ejus loci Comitem ſic vocat, & adjungit, hunc fuiſſe virum inſigni probitate ſpectabilem, cujus tanta fuerit virtus, ab omnibus hominibus quaſi delitiæ habitus, & apud Arnoldum Abbatem Lubecenſem in ſupplemento Chronici Schlavorum lib. 5. cap. 3. meminit nobilis viri Domini Bernhardi de Horſtemer. Exiſtimarunt multi ſenes, urbes, Coisfeldiam, Borcken, Metelen & Bilderbecken civitates ſubjectas fuiſſe Comiti Horſtmario, quod nos in medio relinquimus. Per ſe Horſtmar jam in ditione Monaſterienſi præfectura eſt ſatis ampla, & ad eum quoque Comitatum pertinuere arx & præfectura Ruſchavv, quæ dicitur vulgo Comitibus Steinvordienſibus oppignorata,* Für etzliche weuelinck Höverpfennige/ etzlichen weiſſen Valcken/ und etzlichen blauen Winden. *Sed hæc ſunt incerta.* Horſtmar.

§. V. Succedat Dominium *Ludinghauſen.* De quo ita *Hamelmann. L. 1. pag. 47. Oppidum & arx in diæceſi Monaſterienſi ad tria miliaria ab urbe Monaſterienſi & tria miliaria ab urbe Hammone ſita. VVernerus Rolevingius Carthuſianus in laudibus antiquæ Saxoniæ, hoc eſt, VVeſtphaliæ, refert inter Comitatus & Dominia veteris VVeſtphaliæ ante annos centum, & hunc etiam: Et Leuoldus de Northof in Chronico Comitum de Marcka meminit Hermanni Domini de Ludinckhuſen. Exiſtimant nonnulli hoc Dominium fuiſſe feudum Abbatis VVerdenſis & pertinuiſſe ad hoc Dominium, præfecturam & oppidum Dulmen. Iam Epiſcopo & Capitulo Monaſterienſi paret,* wie das daran gekommen/ weiß ich nicht. *Quod credo ſic factum eſſe, ut aut Domini iſti in ſua familia deſierint eſſe vel defecerint, vel ex ſuo dominio ejecti ſint.* Ludinghauſen.

Ottenſtein. §. VI. Jam de *Ottenſtein* eundem audiamus L. 1. pag. 55. *Eſt dominium in diœceſi Monaſterienſi, & caſtrum cum oppido ibi adhuc extat in vicinia Comitatus Sutphanienſis, quod olim Henricus Comes à Solms obtinuit, ſcribens ſe Comitem in Solmes & Dominum in Ottenſtein, cui ademit caſtrum & oppidum cum tribus Præfecturis Otthо Comes Hojenſis, Epiſcopus Monaſterienſis. De hoc vide Cranz. in Saxon. lib. 10. cap. 25. Fuere tres præfecturæ ad hoc dominium pertinentes, ut Ottenſtein & Vbelgunnæ, in qua, ut arce primaria, cinxerat Comitem ad anni ſpatium iſte præſul. Etſi verò opem Comiti auxiliumque præberent Dux Cliviæ & Dux Geldriæ, Landgravius Haſſiæ, Comites in Morſe & VVitgenſtein, & obſonia in arcem ferrent: Tamen Epiſcopus Otthо continuavit obſidionem, donec caſtrum expugnaret. Caſtrum* **Ubelgum** */ fuit contiguum oppido Scoppingen, quod ſubfuit huic dominio & plane everſum caſtrum illud eſt.* Iterum; *Tandem Comes Henricus de Solms, ex certis quibusdam ſui iſtius Dominii bonis vixit Sutphaniæ, & unicam filiam elocavit Comiti in Bentheim, & ei aſſignavit bona hæreditaria, quæ ex eo Comitatu retinuerat. Hæc Erthvvinus Erthmann in Chronico Oſnaburgenſi habet. Hujus Henrici patrem Ioannes Schipphovverus in Chronico Aldenburgico vocat Ioannem, quem prior Epiſcopus Monaſterienſis Florentius de VVeuelinckhove captivum habuit.*

Vechtenſi. §. VII. Nunc de *Vechtenſi* comitatu idem qui conſulatur meretur. L. 1. pag. 76. *Oppidum & arx in dimidio inter Bremam & Oſnaburgum urbes ſitum, in contiguo oppidi & præfecturæ VVildesbuſen & Cloppenborch & in terminis diœceſeos Oſnaburgenſis & Comitatus Diepholdiani: Ibi fuit proprius Comitatus, cujus jus attulit ad ſuam Eccleſiam Epiſcopus Monaſterienſis pro certa pecunia, nempe Otthо Comes de Lippia, teſte Cranzio lib. 8. Metrop. c. 31. Alii dicunt hiſtorici fuiſſe Otthonem Bentheimenſem. Sub præfecturа Vechte ſubſunt 15. parochiæ, & ſub una parochia ſæpe comprehenduntur 10. vel 12. pagi, & ſunt in illa præfectura 31. ſtructuræ nobilium,* **die man Burchmenne nennet.** *Huno Comes Aldenburgenſis habuit uxorem ſibi Guillam filiam Comitis Vechtenſis Dudonis ante annos 500. Dicitur ad Vechtenſem Comitatum quoque pertinuiſſe aliqua pars Emeslandiæ, ut Niehaus præfecturа cum oppido Haſelundo & Aſchendorff & ipſam urbem Emedam modo in orientali Phryſia ſitam huic ſubfuiſſe ajunt: Et quanquam illam primus orientalis Phryſiæ Comes Vldericus initis certis cum Hamburgenſibus conditionibus ad ſe transferret, tamen ejus filius Ezardus primus coactus eſt hujus civitatis nomine transigere cum Otthone (Hojenſe Comite) Epiſcopo Monaſterienſi (quem bellatorem vocarunt) urbem eam nomine Comitatus Vechtenſis, quaſi ei ſubeſſet, repetente, ſummam pecuniæ numerare. Vulgo in oppido Vechte & ejus præfectura dicitur ultima Comitiſſa videlicet virgo dicta fuiſſe Munlio,* **Fräulein** *Munlio, quam noluiſſe cum quoquam inire matrimonium, ſed cœlibem permanere voluiſſe tradunt ſeniores, quanquam alii aliter de ea referant. Vulgo autem ſic refertur, quod cum matrimonii cum ea ineundi cauſa ei moleſtus eſſet quidam Comes Diepholdianus, & cum illa hoc recuſaret, tandem inimicitiæ inter vicinos Comites orirentur, ut res proceſſerit ad bellum, & ita certaverit nobilis Domina de Vechte Munlio cum vicino Comite. Ideo veniens ad Epiſcopum & Capitulum Oſnaburgenſe ab eis opem petiit, ea conditione quod poſt mortem dominium ſuum ipſis aſſignare velit, ſi jam in ſuum patrocinium ſuſciperent eam. Sed illi poſtquam cum vicinis nollent controverſiam habere, ideo illa recta tranſiens ad Monaſterienſes fertur dixiſſe,* **wil Peter nicht / Paul wird gerne /** *(quia vulgo dicitur Petrus patronus Oſnaburgenſis Eccleſiæ, & deinde Paulus Monaſterienſis) & ſic tranſegit cum Monaſterienſibus. Quanquam iſta fabuloſa cenſeant periti, & longè aliter de Comitatu & ejus ultimis heredibus referant: Vtut ſe res habent, hoc certum eſt, ibi mutationem eſſe aliquam factam in Comitatu, & Comites Vechtenſes non eſſe amplius in rerum natura, ſed deſiiſſe ante aliquot ſecula.*

Controverſia de Com. Delmenhorſt. §. VIII. Præter iſta Monaſterienſis diœceſis etiam *Delmenhorſtum* pluribus annis tenuit; Henricus enim Archiepiſcopus Bremenſis & Monaſterienſis Epiſcopus, cum Mauritius ex Oldenburgicis Comes Delmenhorſtanus non deſineret turbas ciere, cum proximis civitatibus inito fœdere 1481. Delmenhorſtum obſedit, & ſeq. anno Comitem cepit. Unde Merſſæus in illo Epiſcopo: *Dulmenhorſt* (Delmenhorſt dicere volebat) *D. Pauli Eccleſiæ adjecit. Hamelmannus de famil. emort. L. 1. p. 19. 20.* dicit ereptum Jacobo Mauritii filio & ejus tutori Gerhardo. Manſit vero in ditione Monaſterienſium Delmenhorſtum, donec 1547. Antonius Oldenburgicus

commiſſa-

commiſſariorum Cæſareorum juſſu vi reciperet : ob quod Oldenburgici in Camera Spirenſi ſpolii poſtulati, ſed demum 1670. abſoluti ſunt.

§. IX. Redeamus vero ad Epiſcopale noſtrum ſcutum: in quo proximum locum poſt Monaſterienſem Epiſcopatum dignitatis locum occupat, denotata laterculo *transverſe ſecto ex auro & minio* (vid. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 13.) Abbatia Ord. Benedictini *Corbeienſis* ſeu *Corveienſis*, ita dicta ex nomine alterius *Corbeiæ* ſeu *Corbiæ Franciæ*, fundata à Ludovico pio & ejus conjuge Juditha 822. quo primus etiam Abbas *Adelardus*, antequam ſtructura perficeretur, deceſſit. Ferax ea fuit virorum eruditione clariſſimorum, qui olim cœnobiorum finis & uſus fuerat. Ad hanc Abbatiam Principali dignitate præfulgentem ſpectat civitas *Hoxter* ſeu *Huxtaria* ad Viſurgim, ſalva tamen ei libertate & domui Brunſvicenſi advocatia atque protectione. Qua de cauſa ſuperioribus annis non ſine gravi motu certatum eſt. Porro Adminiſtrator hujus Abbatiæ fuit Chriſtophorus Bernardus, cujus hic clypeum ſpectamus. Corveia Abbatia.

§. X. Jam *Strombergii* ſeu *Strombergii Burggraviatus* teſſera occurrit, quæ eſt alveolus ex *argento* & *minio medius ſectus*, *argento* inſcriptis *tribus aviculis nigris*. (confer. *Sibmach.* Wapenb. P. 2. pag. 7. ubi apex additur, galeæ innitens octangula tabula cum typo ſcutario.) *Stromburg* ſeu *Stromberg* arx, unde nomen huic Burggraviatui, non procul Lupia fluvio & opidis Widenbrug ac Rheda ſita eſt. Unde labitur poſt *Freherum Limn. Iur. publ. 4, 4, 87.* quando hunc titulum aſcribit caſtro antiquiſſimo in *Cynonoto* (auff dem Hundsrück) inter Simeram & Crucenacum, capiti ampliſſimæ præfecturæ, ſub ditione Palatina. Sed *Tom. V. add. ad h. l. p. 240.* Monaſterienſi Epiſcopo etiam tribuit, & refert, qua ratione ille 1653. quia in collatione feudorum ſibi quoque titulus *Burggravii S. R. Imp. in Stromberg* cum dependentibus inde juribus & regalibus conceſſus ſit, Burggravii Imperii autem principali fulgeant dignitate, *jus novi ſuffragii* in comitiis ſibi tribui petierit, atque obtinuerit, ut ad directorium Moguntinum ea cauſa decretum fieret. Unde etiam in ſubſcriptione receſſus Comitialis de anno 1654. ſubſcriptioni Epiſcopi additur *ob Burggraviatum Strombergium.* Burggrav. Stromburg. An in Palatinatu? Jus ob illum ſuffragii in comitiis.

§. XI. Qua ratione ad Monaſterienſes devenerit hic Burggraviatus, ita *Hamelmannus* refert *de famil. emort. L. 1. p. 69.* ex *Erthvvini Erthmann. Chron. Oſnabrug. Cùm Burchardus de Stromberge Burggravius (quem Chronicon Aldenburgenſe Ioannem vocat) inciperet hinc inde prædari per plateas, ceperunt Epiſcopus Monaſterienſis Florentius de VVevelinckhove Dominus, Theodorus nobilis de Horne, Epiſcopus Oſnabrugenſis, & Paderbornenſis Epiſcopus, Henricus Nobilis de Spiegel & Comes de Marca Engelbertus, & urbs Suſatum, quæ damna varia ab eo ſenſerat, cingere arcem illamq; invadere, & cum ei opem vel ferre vel in Rheden vicino Dominio eum fovere diceretur Nicolaus Comes Tecklenburgicus, cujus hic Burchardus ſororius erat, adegerunt & ipſum, ut Burggravium dimitteret, qui fugiens ad Brunſvicenſes in Grubenhagen, ex cujus familia erat ipſius mater oriunda, ibi moritur relinquens unicam filiam, quæ diu vixit in cœnobio Harſebrock ditionis Oſnabrugenſis & fuit ibi Abbatiſſa. Cùm vero eam arcem ad ſe raperent Monaſterienſes, hoc alii non æquo animo tulere, & ideo poſtea de novo arcem Stromberg cinxerunt Epiſcopus Padenbornenſis, urbs Suſatum, & Comites Hojenſes & Marckenſes. Sed Monaſterienſes arcem & amplum dominium vi obtinuerent pro more.* Sed alii teſtantur, Burggravium à Carolo IV. proſcriptum fuiſſe, unde Monaſterienſis in proſcriptum moverit, & ditionem 1372. occupatam ſibi ſervaverit. Cyr. *Spangenb.* Adelſp. L. 10. c. 15. p. 298. ita loquitur. **Stromberg in Weſtphalen. Als bey Käyſer Carln deß Vierdten zeiten der Graf zu Stromberg etlicher verwürckung halben in die acht kommen / iſt dieſe ſeine Grafſchafft dem ſtifft Münſter zuerkennt worden.** Iterum memorat L. 10. c. 21. p. 319. b. ultimo nomen fuiſſe Burchardo & filiam Abbatiſſam. Quomodo ad Monaſterienſ.

§. XII. Succedit ſymbolum Dominii *Borculo* ſeu *Borckelohe*, quod eſt area *rubea* ornata *tribus vitellis* ſeu *byzantinis numis aureis*. De hoc in Limburgo-Styrumio etiam actum eſt clypeo. L. 2. c. 53. Habuit illud ſuos Dominos, quorũ ultimus *Gerhardus* circa 1385. generum habuit Bronchorſtium Comitem: ex his 1406. *Gisbertus Bronchorſtius* illud voluntariè Epiſcopo & Diœceſi Monaſterienſi feudo obtulit, & inveſtituram. Borculo ſ. Borckelohe.

ſibi conferri paſſus eſt, ut relevet ab Epiſcopo & Diæceſi Monaſterienſi. Quæ eadem deinceps continuata eſt inveſtitura, quoad maſcula progenies duraret Bronchorſtiorum; Ubi vero horum linea in *Iodoco* ſeu *Iuſto* 1553. defecit, non ſolum inter Comitem Diepholtinum & Limburgium de ſucceſſione lites ortæ ſunt: ſed & *Monaſterienſis Epiſcopus* ut feudum vacuum dynaſtiam ſibi aſſeruit, & in Camera litem intentavit, demum poſſeſſionem etiam occupavit. *Hamelmann. de famil. emort.* L. 1. pag. 10. ita de ea re. *Ab Epiſcopo Bernardo Raſfeldico convocati beneficiarii nobiles diœceſeos Monaſterienſis, quando quoque de Dominio Borchloo diſſentirent Comes Hermannus Georgius de Limpurg & Comes Rudolphus Diepholticus, concluſerunt tandem, ut adjudicarint Epiſcopo & Eccleſiæ Monaſterienſi hoc Dominium. Interim uterque prædictus Comes retinet ſibi in titulis nomen hujus Dominii, & uterque Comes hactenus cum Monaſterienſibus ratione hujus Dominii certavit jure in Camera Imperiali.* Intervenit autem *curia Geldrica*, & ſuperioritatem Dominii ſuo Ducatui adſerens coram ſe dijudicari cauſam urſit. Reſtitii Epiſcopus, nec eos judicos agnoſcere voluit, ſed demum per procuratorem cauſam egit. Unde tandem utraque pars renuncians ulterioribus productionibus cauſam ut ſententia diceretur concluſit. Pronunciatum itaque eſt 1613. contra Epiſcopum, qui querelam initio ad Ordines generales detulit, indemandatis Cameræ Spirenſis, ubi cauſam agi poſtulabat, adverſam partem ad omittendam in curia Geldrica actionem urſit; cum nemo amplius ipſius cauſa ageret, proceſſu contumaciæ inſtituto 1615. Epiſcopus damnatur ad reſtitutionem Dominii, damnorum & impenſarum, quæ ſumma 1622. taxata eſt 523995. floren. Vi hujus ſententiæ 1616. immiſſus eſt in Dominium occupatum *Limburgius* Comes. Inde varia acta, & cum transactiones propoſitæ locum non inveniſſent, non deſiere Geldri Epiſcopum urgere, ut etiam 1642. jura & prætenſiones Monaſterienſes haſtæ ſubjicerentur. Demum Epiſcopus Chriſtophorus Bernardus non ſolum perrexit in Comites *Limburgios* ob contumaciam agere, & eos mandatis Cameræ urgere, ut Dominium per formam attentatus occupatum reſtituerent, & à ſententia Geldricæ curiæ tanquam ab incompetenti judice lata deſiſterent. Ordines vero Comites vetabant, ne morem gererent, & datis ad Cameram literis cauſæ ſeriem exponebant. Demum Epiſcopus in Hollandos moturus hanc etiam hujus Dominii cauſam literis ad Ordines 15. Sept. 1665. ſcriptis iſtis verbis inſeruit: **Und dann unſere Herrſchafft Borckeloh/ ſo ſie** anno 1616. **durch ihre waffen unrechtmäſſig** occupiret/ **ſamt andern uns zuſtändigen orten / immerher mit gewalt und unrecht durch ihre macht vorenthalten bleibt / und über das / nachdem ihnen nicht genug geweſen / obgemeldt gewaltthätige** invaſion **uns anzuthun / zu** continuation **ihres feindlichen gemüths uns mit** execution **der etwan** anno 1613. 1615. **und** 1642. incompetenter & nulliter **in obgemeldt Borckelohiſcher zu Speyer vor unſeren ſtifft rechtlich** decidirter **ſachen außgeſprochener Arnheimiſcher urtheilen / gar auff eine unaufſbringliche groſſe ſumma gelds von** 150000. **gülden** de dato **Graffenhag den** 17. Jun. 1664. **ſchrifftlich zu bedrauen.** Reſponderunt ad hoc ordines, ſed mox armis actum, & ab Epiſcopo caſtrum *Borckelohe* obſidione captum. Demum 1666. menſe Aprili *Clivis* concluſa *pace* ſancita eſt Dominii reſtitutio, ſed ut ratione juris directi vel utilis Dominii res in eo ſtatu maneret, quo ante bellum fuerat: Epiſcopus vero cum capitulo, juri ſuperioritatis (nullo tamen Imperii juri facto præjudicio) renunciaret.

Succeſſio.

Controverſia ex ea orta.

Bellum.

Pax.

§. XIII. Dignum porro eſt, ut qui alibi *Limburgio-Styrumiorum & Geldricæ curiæ* rationes allegavimus, hic etiam Epiſcopi & Diæceſeos fundamenta cum exceptionibus aliquibus adverſæ partis adducamus: quæ illa reperi:

Fundamenta Epiſcopi in cauſa Borculoenſi.

I. *Feudalis natura* introducta oblatione Gisberti II. & quidem in inveſtitura Gisberti III. 1477. diſerte dicitur *veri feudi maſculini.*

Exc. 1. Monaſterienſia feuda ad utrumque ſexum deferuntur; etiam vulgari regula de *feudis Epiſcopalibus* hoc confirmante.

2. Privilegium feudorum Monaſterienſium diſerte habet ea verba: **Sint daer nine ſone / ſollen wy die gueder / die man hat van unſer Kercken in manguet/ oder dienſtmansguet laten verfallen / vermiddels erflicker folgung op de dochter als op de ſone.** Conf. *Frid. Sand. de Feud. Geldr. Tract. 1. tit. 3. c. 1. §. 7.*

3. Con-

3. Conditio Gisberti III. inveſtituræ adjecta nequit præjudicium afferre heredibus Gisberti primi acquiſitoris, unde inveſtitura Friderici 1490. **Toe unſen und unſes ſtiffts rechten mann-leen / en tho al ſulcken rechten / als de von uns und unſen Kercken to Münſter to lehen gaend / und ſine vorfahren van uns und unſen vorherren die toe lehen outfanghen hadden.**

II. *Feudum apertum morte Iuſti Comitis*, qui improlis deceſſit 1553. rediit ad dominum. Unde jam conſolidatum utile cum directo Dominio.

Except. Non defecit tota Gisberti II. linea, ſuperſtite *Irmgarda Limburgica.*

III. Unde 1579. poſt Mariæ Hojenſis viduæ juſti, quæ uſumfructum habuerat, mortem Monaſterienſes, qui hactenus *in petitorio* agebant in Camera Spirenſi, dominium cum præfectura Liechtenvorde ut ſuo jure *occuparent* coacti ſunt, & illis *homagium* præſtitum eſt.

Except. 1. Fœmina heres omni remota tam Domini quam agnatorum contradictione in poſſeſſione omnium bonorum debet immitti, & in ea defendi, donec alio juris remedio evincatur. Tanto magis cum jus Domini non eſt liquidum. Agnoverant autem Monaſterienſes Irmgardam eſſe in poſſeſſione, eo ipſo quod egerunt in petitorio, quæ lis pendebat in Camera.

2. Mox poſt hoc Irmgarda & dein ſucceſſores à Monaſterienſibus redintegrationem poſſeſſionis petiere, ut violenter erepta amica transactione redderentur. Cum nihil ita nec literis commendatitiis variorum proficeretur, litem Monaſterienſibus intentavit Juſtus, coram curia provinciali Geldriæ, ubi etiam loco citati Epiſcopi procurator cum ſufficienti poteſtate comparuit; unde ibidem pronunciatum eſt contra Epiſcopatum.

IV. *Autoritas Cameræ Imperialis*, ad cujus ſententiam provocat Epiſcopus in literis §. præced. allegatis.

Exc. Cauſam Geldricæ curiæ ſubjectam in ea agi oportuit.

V. *Perpetua juris conſervatio*, cum & Epiſcopus ſententiam Geldricam ab incompetenti judice latam adeoque nullius valoris agnoſcere recuſaret, & Camera Spirenſis frequentibus mandatis adverſus Limburgium ageret.

Except. Geldricæ curiæ debebatur cognitio, & ſententia in rem judicatam abiit. Unde ad literas Epiſcopi ita Ordines 15. Sept. 1665. **Nicht** incompetenter & nulliter **als ungültige perſonen / ſondern welche die partheyen beyderſeits zum richter erkannt / in der ſache** litem conteſtiret / **und vermög der rechten** cum renunciatione ulterioris productionis **beſchloſſen hätten.**

§. XIV. Supereſt media parmula *aurea cum tribus uncis utrinque hamatis rubeis.* Quæ teſſera gentilis eſt familiæ equeſtris Weſtphalicæ. (conf. *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1.. pag. 191.) *de Galen.* Cujes ſtirpis ramum eſſe puto, eorum qui ſub nomine de *Gaelen* in Rhenana nobilitate gerunt in rubeo ſcuto tres uncos ſimiles ſed argenteos: (**Wapenb.** P. 1. p. 126.) quæ mutatio colorum diſcerniculi ſpecies eſt. Galen. Gaelen Rhenani.

§. XV. Hæc ſcuti diſpoſitio *Chriſtophoro Bernardo Galenio* propria fuit. Huic imponebantur galeæ coronatæ quatuor, nonnunquam quinque, mitræ Epiſcopali ſuppoſita alia caſſide. Cæterum hæc mitra medium occupat locum ſuis conſvetis ornamentis conſpicua: ad dextram ei aſſiſtit *Galenia* galea, quæ aliquando repræſentatur cum ala vel complicato alarum jugo uncos gentiles repræſentante, aliquando inter duas alas medium ſuſtinens ſcutulum integrum Galenium: *extima* ad dextram, prius antequam *Corveia* accederet, erat ala cum *Strombergenſi* typo, inde vidi tria peda, qualia Abbatum ſunt, ex corona galeæ protenſa, haud dubie pro Corveia: proxima mediæ ad ſiniſtram eſt *Monaſterienſis*, nam Epiſcopale ſcutulum comparet inter duo cornua: extrema repræſentabat in ala *Borculoenſes* globos vel vitellos: inde vidi duas alas, quarum alteri *Strombergium* alteri *Borculoenſe* ſymbolum inſcriptum erat. Alarum, & inſcriptarum figurarum nec non laciniarum tincturam ex clypeo facile colligi autumo. Galeæ.

§. XVI. Huic ſcuto ſubjiciebantur hinc *pedum Epiſcopale*, iſthinc *gladius*, Eccleſiaſticæ & politicæ poteſtatis indicio Epiſcopis familiari. Memorat vero *Merſſæus in catal. Epiſc. Monaſt.* primum fuiſſe *Hermannum* ex Comitibus Cazenelebogiis Epiſcopum, qui Imperatorem in Italiam ſecutus ab eo obtinuerit, ut ipſe & ſucceſſores Pedum. Gladius.

Princi-

Principat. dignitas. Titulus.

Principes appellarentur, ac *poteſtate gladii ſecularis* uterentur. Porro titulus Epiſcopi, qui his inſignibus reſpondebat, erat: *Epiſcopus Monaſterii, Adminiſtrator Corveiæ, Burggrævius in Stromberg: S. R. Imp. Princeps & Dominus in Borckelohe.*

Epiſc. Ferdinandi Furſtenbergii Paderbornii ſcutum.

§. XVII. Epiſcopo Chriſtophoro Bernardo 1678. vivis exemto ſucceſſit pridem Coadjutor Reverendiſſimus *Ferdinandus B. à Fürſtenberg*, Epiſcopus *Paderbornius*, Princeps literarum & pacis amore inclutus, quæ Epiſcopi propria elogia, & omnibus triumphis potiora habenda ſunt. Hic cum prius ſcuto quadripertito ex *Paderbornenſi* & *Piermonti* ſymbolo uſus fuiſſet, nunc duabus transverſis & totidem perpendicularibus lineis ſcutum in novem areolas diſtinguit: ita tamen ut media areola tanquam peculiaris incubet, quæ eſt *Fürſtenbergia*, Epiſcopo gentilis. *Paderbornenſis* teſſera occupat in capite & pede ſcuti mediam regionem: eam ſtipat in ſuprema ſerie à dextris, in inferiori à ſiniſtris faſcia *Monaſterienſis*: *Strombergio* ſymbolo alterum latus ſemper occupante. Gentili mediæ peltæ aſſiſtunt, hinc crux *Pirmontana*, iſthinc *Borculoenſes* vitelli ſeu numi.

Paderbornæ crucis ratio.

§. XVIII. *Paderbornenſis* teſſera eſt in *rubea* area *crux aurea*. Rationem hujus teſſeræ ita enarrat *Gobelinus Perſona* vetus ſcriptor ſub Arnolpho Cæſare, cit. *Hæping. de jur. inſign. c. 6. P. 1. n. 65. p. 240. Hic locus viris omni nobilitate generis animique ſemper inſignibus abundabat, ut non eſſet dubium, quin patria civibus & cives patriæ congruerent, & ſibi utrinque viciſſim ornamento forent. Hic etenim locus eſt, in quo ſaxo de ſilice Marpeſiæ cautis ab extremo eo deducto, ferro percuſſo fidei Chriſtianæ ſcintilla proſiliit, quæ radiantibus ſub armis verbi flatu excitata, in tantum exarſit incendium, quod non ſolum omnes Saxonum verum etiam plures Vandalorum ſeu Slavorum aliarumque gentium longe ſepoſitarum regiones, ipſius non conſumens ſed illuminans flamma pervaſit, non immerito per novum Apoſtolum, lingua ferrea rebellium ſanguine tincta fidem Chriſti fortiter prædicantem, ſignum triumphale, quo non ſolum terrenæ, imo & aëreæ poteſtates arcentur, crucis videlicet rubentis effigies eidem loco inſignium armorum præſumitur eſſe detectum.*

Epiſcopatus.

§. XIX. Hic *Epiſcopatus* inter Brunſvicenſem ducatum, Waldeccium, Marcanum & Lippienſem Comitatum fere concluſus, fundatorem habuit poſt Saxones domitos *Carolum Magnum* circa 794. Primus vero ejus Epiſcopus fuit *Hadumarius* vel *Herimarus*, qui 804. mortuus eſt. Huic Epiſcopatui idem Auguſtus pro more eorum temporum *Advocatum* conſtituit *VVitikindum Com. Svalenbergium & VValdeccium*, cujus poſteri *advocatiam* eam ſemper tenuere, usque ad alium Witikindum Comitem, qui 1187. cum Friderico Barbaroſa Palæſtinam petiturus, cum ad ſumtus conficiendos egeret pecunia, eam Epiſcopo acceptis 300. marcis argenti remiſiſſe perhibetur. Quod enim initio beneficium fuerat Epiſcopis, ſpirituali tantum curæ intentis, ut penes alios cura protectionis & politicorum negotiorum eſſet, illud eo ſeculo jam ceperat oneri eſſe viris imperandi cupidis, & qui curas ſeculi jam non abominabantur. Porro ad hanc diæceſin etiam ſpectat Dominium ſeu Comitatus *VVarburg* vel ut ſcribit *Hamelmann. de famil. emort. L. 1. p. 81. VVardenburg.* Cæterum ita hic d. l. de eo narrat: *Civitas in ditione Padenbornenſi fuit, olim proprius Comitatus, quem mortuo ultimo ejus Comite Dedicone ab Imp. Henrico II. impetrat Meinvvercus X. Epiſcopus Padenbornenſis, ſed cum haberet adverſarium ſibi (propinquum Dediconis) Bernardum, ipſum pecunia, bonis & donis placavit & illum ex Baronibus credo fuiſſe de VVarberg in Saxon. Vide etiam Cranz. L. 4. Metrop. c. 4. Meinvvercus* ille Com. Geldrus à Deſterbant cognatus Auguſti fuit, unde quicquid voluit ab hoc impetravit. Idem Imperator Eccleſiæ Paderbornenſi incendio afflictæ conceſſit 10n. comitatum *Haholt* morte ultimi Comitis vacuefactum: quem Epiſcopus Bernardo Comiti *Lipiæ* dedit. Porro Comitibus de *Stoppelberg* extinctis circa 1320. Paderbornenſis Epiſcopus & Lippiæ Comites inter ſe ditiones partiti ſunt. vid. *Piderit. Chron. Lipp.*

Advocatia.

C. Warburg.

Haholt. Stoppelberg.

Com. Pirmont.

§. XX. Comitatus *Pirmontanus* deſignatur area *argentea*, cui *crux anchorata* vel ſaltem repandis extremitatibus picta & anchoratæ ſimilis *rubea* inſcribitur. Hunc Comitatum à caſtro Pirmont, quod à ſe conditum & à Petri nomine *Petrimont* ſeu *Piermont* appellatum Philippus Archiepiſcopus Colonienſis Witikindo C. Svalenbergio feudo conceſſerat, dictum poſſedit linea Svalenbergio-Waldeccionum, à qua cum extincta eſſet eum accepere Spiegelbergii. Quid deinceps de eo factum, audiamus

Hamelmann.

Hamelmann. de famil. emort. L. 3. p. 169. Qui ita: *Huic* (ſc. Philippo ultimo ex Spiegelbergiis Pirmontii Comiti) *ſucceſſit Hermannus Simon C. Lippienſis, qui ducta Vrſula ſorore Philippi in uxorem, fit poſſeſſor iſtius Comitatus, ſed voluit ab hoc Comitatu excluſum Rembertus Epiſcopus Paderbornenſis, qui hunc Comitatum ut ſuum feudum poſt demortuum ultimum maſculum heredem ad ſe & ſuam diœceſin transferre voluit: ſed mortuo illo ſucceſſor Ioannes Com. Hoynenſis & ſobrinus Hermanni Simonis, ut Paderbornenſis præſul (qui erat etiam Epiſcopus Monaſterienſis & Oſnaburgenſis) effecit, ut conſentiente capitulo [redacted]aris Eccleſiæ inaugur aretur Hermannus Simon iſto beneficio vel Comitatu, & fieret Eccl[redacted] Padenbornenſis vaſallus.* P. p. cum recenſuiſſet, Philippum filium Hermanni Simonis item 1583. improlem mortuum eſſe, & matris nomine Gleichios Comites ut veros heredes Comitatum occupaſſe, addit: *Et licet eam arcem & Comitatum, ut ſuum feudum repeteret prædictus Princeps Padenbornenſis præſul Henricus Dux Saxoniæ & cum illo Cathedralis Eccleſiæ capitulares, ac milite cingerent arcem Pirmunt, copioſo tamen auxilio Illuſtriſſimi Brunſvicenſium Principis Ducis Philippi de Grubenhagen & nobilium fratrum de Salderen inprimis Henrici & Burchardi retinuerunt arcem, & re infecta Padenbornenſes ab obſidione arcis diſceſſerunt.* Inde à Gleichenſes delata eſt Succeſſio: his extinctis Waldeccii eam adivere. Nec vero ſibi defuere Paderbornenſes, ſed Epiſcopus (qui idem Archiepiſcopus erat Colonienſis) 1629. vi rem aggreſſus eſt. Variavit fortuna pro fortuna partium in imperio. Poſt varia acta 1668. omninò tranſactum eſt, Comitatu penes Waldeccios manente, Epiſcopatui autem aſſerta ſucceſſione in caſum deficientium maſculorum. De qua re in *c. de inſign. VValdecciis.*

§. XXI. Gentilis parmula *Fürſtenbergia* eſt *aurea* inductis *faſciis duabus rubeis*, conf. Wap. P. 2. p. 107. Familia hæc à Comitibus Sveviæ, qui ſimili nomine gaudent, de qua ſuperius c. 19. actum eſt, diverſa, creditur, ipſo ſcuti aliquo indicio, ex *Oldenburgicis* comitibus deſcendiſſe, ut autoritate *Collegii Paderborn.* teſtatur *Th. Hæping. de jur. inſign. c. 13. n. 44.* Idem perhibet Celeberr. *G. Bucelin. Germ. P. 5. p. 86.* & integram Genealogiam ſtirpis nectit à *Reinhardo Nob. Domino de Fürſtenberg*, qui prælio ad *VVelfisholz* 1115. interfuerit. Cujus filius *Fridericus* calamitati Henrici Leonis quem ſequebatur involutus eſt, à Philippo Archiepiſcopo Colonienſi exciſo caſtro *Fürſtenberg*; unde *VVaterlapiam* inter Werle & Nehem in Fürſtenbergæ vicinia ædificavit. Hujus demum filius *Hermanus Fürſtenbergam* beneficio Archiepiſcopi Engelberti inſtauratam recuperavit, pater *Friderici & VVenemari*, atque adeo duarum linearum, ex quibus hæc 1596. defecit. In illa Friderici nepos *VVenemarus* iterum *VVenemarum*, *Fridericum* atque *Ludolfum* genuit, à quorum hoc *Fürſtenbergii in Hollinghofen* deſcendunt, ab illo *Fürſtenbergii in Livonia:* ille vero (*Fridericus*) abnepotem habuit *Fridericum*, quatuor Electorum Colonienſium Conſiliarium, qui ſibi & ſuis per contractum antichreſeos acquiſivit *Bilſtein & VValdenburg:* Eo nati *Theodorus Epiſcopus Paderbornenſis*, electus 1595. & mortuus 1618. atque *Caſpar*, quinque Electorum Colonienſium & Moguntin. Conſiliarius intimus & Weſtphaliæ Archiſatrapa: hujus ex filio *Friderico* nepotes ſunt *VVilhelmus* Chorepiſcopus Trevirenſis, *Ferdinandus Epiſcopus Paderbornenſis*, cujus hic luſtramus ſcutum, atque illis major: qui ſtemmatis propagator eſt, ſed 1662. obiit, *Fridericus*, his titulis inclutus *S. R. Imp. Liber Baro, Satrapa in Fredeburg, Advocatus hereditarius in Grafſchafft, Dynaſta in Bilſtein, VValdenburg & Obernkirchen*, &c.

Fürſtenberg. Familiæ origo.

Deductio.

§. XXII. Huic ſcuto Epiſcopus imponit *galeas ſeptem.* Ex quibus *media* pulvino imponit Epiſcopalem mitram ſuis inſtructam ornamentis: proxima ei ad dextram iterum pulvinari imponit crucem erectam trabe ima oblongiori; qui apex eſt *Paderbornius*; ei iterum proxima eſt coronata, ex qua ala *Strombergenſi* ſymbolo picta expanditur: prima ad dextram denuo coronata duobus ornatur erectis foliis oblongis aureis cocco faſciatis: qui apex eſt *Fürſtenbergius.* Wapenb. P. 2. pag. 107. Ex ſiniſtro latere proxima eſt mediæ Epiſcopali tiaræ galea *Monaſterienſis* coronata, cui inter duo cornua incumbit ſcutulum Monaſterienſe. Huic proxima iterum eſt coronata cum *Pirmontano* cimerio, hoc eſt, pileo orientali oblongo vel columna ex auro, impoſitis pennis pavoninis, quæ ſummitatem exorment; pileum autem vel

Galeæ Epiſcopi.

columnam tranſadigit trabs crucis ancoratæ. : Ultima galea coronata alam cum *Borculoenſi* teſſera ſuſtinet.

Titulus. §. XXIII. Titulus demum ille eſt: *Epiſcopus Paderbornæ & Monaſterii, Burggravius in Stromberg, S. R. Imperii Princeps, Comes in Pyrmont, Dominus in Borckelohe, Baro de Fürſtenberg.*

Caput XXVI.

Com. & Principes Naſſovii, & Principes Arauſion.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Naſua. Theodoſius. Philippus Solmenſium ſator. Ramus Geldricus. Succeſſio. Inſignia Geldrica.*
2. *Continuatio familiæ. Henricus dives.*
3. *Ramus Idſteinius. Adolphus Imperator. Lineæ VVibadenſis. Sarapontana. VVeilburgia.*
4. *Dillenburgius ramus. Bielſteinenſis linea. Arauſionenſis. Dillenburgia.*
5. *Scutum lineæ Sarapontanæ. Acceſſiones. Naſſovia teſſera. Geldrica. Plinthides. Arx Naſſovia. Comitatus Burgundiæ.*
6. *Mœrs ſeu Meurs.*
7. *SarWerdenſis Com. Conjunctio cum Mœrſio. Hujus ſucceſſio. Ipſe Comitatus SarWerd. Succeſſio. Lis cum Leiningiis & D. Lotharingiæ.*
8. *Sarapontanus Com. Familia. Continuata per Mompelicardenſes. Linea de Commercy. Succeſſio ad Naſſovios. De Sarebruche in Anglia.*
9. *Lahr & Malberg. A Geroldsecciis ad SarWerdanos. Naſſovios.*
10. *Galeæ. Naſſovia. Leo coronatus. SarWerdo-Mœrſia. Sarapontana.*
11. *Scutum auctius. VVeilnau. Mehrenberg. Galeæ plures.*
12. *Tituli. Dynaſtiæ ad hanc familiam ſpectantes.*
13. *Rami Catimelibocenſis ſcutum Naſſovia Catimelibocum. Vianda. Diezia.*
14. *Galeæ. Naſſovia. Catimelibocenſis. Diezenſis.*
15. *Scutum Princ. Arauſionenſis.*
16. *Fam. Cabillonia ſeu Challon. Linea de Arlay. Succeſſio ad Naſſovios.*
17. *An jus aliquod in Comitatum Challonium?*
18. *Princ. Arauſionis Guilelmus Courtnez. Balzii. In Arauſionem jus Imperii. An binæ an ſingulæ cornua?*
19. *Com. Genevenſis. Familia. Succeſſio ad Thoirios. Ad Sabaudos. Pratenſio Cabillonenſium.*
20. *Galeæ.*
21. *Scutum Mauritii Principis. Moderni. Borſelia. Vera. Bura.*
22. *Tituli.*
23. *Moderni. Linga. Tonnerra. Pentheuria. Charny Com. Bura. Leerdam. Sanmartensdyck. Iſelſtein.*
24. *March. Vera & Vliſſinga. Ex Borſelia. Ad Burgundos. Arauſionenſes.*
25. *Antverpia Buregrav. Vicecom. Veſontinus. Arlatum. Noſereth. Chaſteaubelin. Arqueil. Chaſteauguyon.*
26. *Breda. Polanen. Dieſt. Grimberg. S. Vit. Doesburg. Gravia. Cuyck. VVillemſtatt.*
27. *Pratenſio in quædam jura Juliaci.*
28. *Scuta linearum Sigenenſis. Dillenburgiæ. Hadamariæ.*
29. *Ex Sigenenſibus Principis VVilhelmi Mauritii.*
30. *Ex Dillenburgicis lineæ Schaumburgiæ.*
31. *Linea Diezenſis.*
32. *Conjectura de aliis familiis ex Naſſovia. Sayenenſi. Golitia. Homburgia. Kirchbergia.*

§. I.

Familia. NUlli præcipuarum Imperii noſtri familiarum Illuſtriſſima *Naſſoviorum* gens (quam *Ioh. Textor.* in chronico, & *Andr. Chriſtianus* in oratione parentali Com. Joannis ſenioris fuſius deſcribunt,) ſplendore vel antiquitate cedit, multas haud dubie

Naſua. vincit. Eam, ſi etiam ad *Naſuam* Ducem Svevorum, qui cum fratre *Cimberio*, quem Cimbrorum ſeu Zimmerenſium Comitum aliqui fingunt autorem, in Gallias excurrerunt (Unde *Friſchlinus: At Naſſovæum vivit adhuc decus ſurgens Adolfo Cæſare & ultimo à Naſſuâ, qui olim ſecutus Te fuit Arioviſte Teuto.* apud *Cæſarem*) recurrere nolimus (vid. *Chriſtoph. Brouver. antiq. & annal. Trevir. L. 1. p. 113.*) uti à *Theodoſio*,

Theodoſius. cui uxor *Naſſovium Comitatum* ſeculo Chriſtiano ſeptimo attulerit, deducere amant, integram hoc loco enumerare noſtri non eſt inſtituti. Quosdam tamen proceræ hujus & ampliſſimæ arboris ramos notare neceſſe erit. *Eberhardo Naſſovio*, qui ſeculo

Philippus Solmenſium ſator. nono vixit, & parentem habuit alium *Eberhardum* cognomento *potentem*, filios aſſignant quatuor. Ex his *Philippus Solmenſem* arcem ad cognominem fluvium extruxit,

Illuſtriſſi-

Illuſtriſſimæ Solmenſis ſtirpis, cujus inſignia L. 2. c. 89. conſideravimus, fator. *Ioannes, Fridericus & Arnoldus* reliquas avitas ditiones rexere. *Arnoldo* ſatus eſt *VValramus*, cujus abnepos fuit *VValramus* ſub Ottone M. belli Dux, cui emortualem annum ſcribunt fuiſſe, qui æræ Chriſtianæ poſt millenarium vigeſimus numerabatur. Walramo liberi fuere *Otto* & *VValramus*, quorum ille à prima uxore Adelheide Wichardi filia *Geldriam*, à ſecunda Sophia Wichmanni *Zutphaniam* nactus eſt, & inveſtituram horum Comitatuum accepit, anno 1079. Inter ejus ex Adelheide poſteros, trinepotis filius *Rainoldus Rufus Geldriæ* à Ludovico Bavaro Imperatore axioma *Ducale* impetravit 1329. & duos reliquit filios *Rainaldum Craſſum* atque *Edoardum*. Hi parricidialibus bellis inter ſe diu conflictati ſunt, ille *Heckerſiorum*, hic *Bronchorſtiorum* factionibus adjutus : Victor *Edoardus* fratrem toto decennio captivum detinuit ad mortem usque ſuam. Demum fratri ſuperſtes *Rainaldus* è carcere dimiſſus paucos menſes ditiones rexit, & decedens dubiam reliquit ſucceſſionem. *Heckeria* factio fovit ſororem natu majorem *Margaretam*, quæ *Godofredi* Comitis *Lænenſis*, dein *Ioannis Comitis Clivenſis*, ultimo *Iohannis Caſtilionii Comitis Bleſenſis* uxor fuerat. Sed *Bronchorſtiorum* ope, *Mariæ* alterius ſororis filius *VVilhelmus Dux Iuliacenſis* ſucceſſit, & huic frater *Rainaldus*. Cum uterque prole careret, ſoror *Ioanna Iohannis Arculei* uxor (cui frater moriens Geldriam tradiderat) ſucceſſionem ad generum ex Maria filia *Ioannem Egmondanum* & ejus filium *Arnoldum* tranſmiſit : cum eandem agnati Rainaldi in Juliaco ſucceſſores Duces Bergenſes ſibi aſſererè conarentur. Verum armis Arnoldus jus aviæ vindicavit; demum à filio Adolpho in carcere detentus, & à Carolo D. Burgundiæ liberatus, hunc ſcripſit heredem. Succeſſit tamen Adolphi filius *Carolus Egmondanus* victoriis multis clariſſimus, qui cum Burgundica domo tranſegit, ut ſi ſobolem non ſuſciperet, ad Carolum Imperatorem omnes ditiones devolverentur : ſed antequam moreretur, ipſo conſentiente *VVilhelmus* Dux Juliaci, Cliviæ & Montium 1538. ad Ducatum capeſſendum evocatus, verum cum quadriennio nequicquam potentiori obluctatus eſſet, Carolo V. Auguſto ditionem cedere coactus eſt. Ex quo tempore Geldria cum reliquis provinciis Belgicis in Hiſpanica poteſtate permanſit, niſi quantum ejus Ordinum fœderatorum Reipublicæ acceſſit, & primam inter ſeptem fœderatas provincias conſtituit. Porro refert Textor Chron. Naſſov. p. 60. Geldriæ antiquum *δῆγμα* fuiſſe in ſcuto *aureo tres rubentes meſpili flores*, inde verò mutatum & *Naſſovicum leonem* ſubſtitutum eſſe. In eo autem memoria labitur, quod leonem *argento* tingi perhibet, qui tamen ut Naſſovicus auro fulget. Deinceps à Wilhelmo Juliacenſi & Geldrico Duce, Ducatibus his unitis duo leones obverſo ſitu juncti ſunt, ut nimirum *Geldricus* ſeu *Naſſovicus* Juliacenſem in altera ſcuti parte aurea nigrum reſpiceret, qui Ducatibus etiam divulſis retenti inſignia Geldrica conſtituerunt, & nunc quoque conſtituunt. vid. *Text.* p. 7. conf. de his etiam L. 1. c. 21. n. 1. 3. & c. 38. n. 62. 69.

Ramus Geldricus.

Succeſſio.

Inſignia Geldrica.

§. II. *VValrami*, qui Ottonis Geldrici frater, ex *Roberto* nepos fuit *VValramus*, Conradi II. Imperatoris miles, *Roberti*, qui in Palæſtina Friderici Barbaroſſæ auſpiciis exercitum duxit, & *Henrici* pater. Hoc natus eſt *Otto*, Ottone *Henricus* cognomento *dives*, omnium, qui nunc ex hac gente ſuperant, communis pater. Porro filios habuit Henricus duos *VValramum* & *Ottonem* : qui 1255. ita inter ſe partiti ſunt, ut *VValramo* Idſteinenſis & Weilburgenſis, *Ottoni* Dillenburgius & Beilſteinius Comitatus cederent : quæ partitio literis conſignata eſt, in quibus Naſſoviæ Comites *Advocati Rheni*, Erbvoigte deß Rheins nuncupantur (*Andr. Chriſtiani* orat. de ortu, vita & obitu Joan. Sen. C. Naſſov. B. 2. b.) Ab his duæ lineæ *Idſteinenſis* ſeu *VVeilburgica* & *Catimelibocenſis* ſeu *Dillenburgica*.

Continuatio familiæ.

Henricus dives.

§. III. *Idſteinenſis* ſeu *VVeilburgicæ* lineæ (quæ dein à nova hereditate *Saræpontana* etiam dicta eſt,) autor *VValramus* ſub Rudolpho I. Imperatore prætorio fuit præfectus, & præter *Dieterum* Archiepiſcopum Trevirenſem atque *VValrapum*, *Philippi* & *Emiconis* patrem, genuit *Adolphum*, qui Auguſta dignitate 1292. ornari meruit, neque niſi cum vita, prælio 1298. cæſus, eam amiſit. Heredes non quidem axiomatis Imperialis ſed avitarum ditionum habuit, *Rupertum*, Bohemiæ Regis generum, & *Gerlacum*; hic (pater etiam *Gerlaci* Archiepiſcopi Moguntini) *Adolphum* & *Ioannem*: *Adolphus* duorum Archiepiſcoporum Moguntinorum *Adolphi* & *Ioannis* pater ex

Ramus Idſteinus.

Adolphus Imperator.

alio filio *Gerlaco Adolphum* genuit, iterum alius Archiepiſcopi Moguntini *Adolphi & Ioannis* patrem. Ex *Ioanne* reliqua pars lineæ (à *VVisbaden & Idſtein* cognominatæ) propagata eſt, ad *Iohannem Ludovicum* usque, qui 1605. vivis exceſſit, heredibus agnatis ex altera nempe *VVeilburgica* linea. Quam à ſucceſſione, tanquam feuda aperta & ad Dominum revoluta eſſent, *Moguntinus* excludere nequicquam laboravit. Hæc in *Ioanne* Adolphi fratre Gerlaci filio cepit, & à *Ioanna Comitiſſa Saræpontana* Joanni nupta novis ditionibus in Auſtraſia aucta eſt. Joannis filius *Philippus*, *Ioannem & Philippum* genuit, ab illo *Saræpontani* alii, filius & nepotes. Tum Joannes ab uxore prima Joanna f. Joannis C. Lœnæ & Heinsbergæ, quæ 1450. obiit, ſucceſſionem *Heinsbergæ* obtinuerat, ſed filia Eliſabetha eandem marito Wilhelmo D. Juliaci & Montium attulit. *Philippi* progenies nunc quoque durat; Ejus enim abnepos *Ludovicus*, qui agnato in *VVisbadenſi* ditione ſucceſſit, ex tribus filiis trium iterum linearum autor eſt. *VVilhelmus Ludovicus Saræpontum* nactus tres filios Comites Illuſtriſſimos *Ioannem Ludovicum, Guſtavum Adolphum, VValrabum* reliquit, quorum hic & ille, & iſtius bello nupero cæſi vidua atque filii, nunc quoque ditiones moderantur, & ſedes habent *Ottvvilæ, Saræponti, Vſingæ*; alter Joannes Idſteinæ habitabat, & Illuſtriſſimum *Georgium Auguſtum Samuelem* filium reliquit: *Erneſtus Caſimirus* Weilburgum fortitus filium habuit Fridericum, 1675. extinctum, qui filios genuit, qui nunc ſuperant Illuſtriſſimi Comites.

Lineæ Wisbadenſis.

Saræpontana.

Weilburgia.

§. IV. Quod *Dilleburgicam* ſeu *Catimelibocenſem* concernit lineam: in ea *Ottonis* filius *Henricus Ottonem* genuit & *Henricum*: quorum hic ſator *Beilſteiniorum* fuit, qui hoc ſeculo defecere. *Otto Viandam* nactus eſt, & filium *Ioannem* habuit, qui ab uxore *Margareta Marcana* prætenſionem in Marcam genti intulit: Illa de eo Textor allegat ex tapete veteri acu picta verba: *Interea de Marcha juris nonnihil prætendebat. Quo vivus uſus eſt nunquam: is tandem adjutus præſidiis Ioannis Com. de Clevis pro jure XIIX. M. aureorum accepit.* Hujus filii *Adolphus* ab uxore Gutha *Diezenſem* Comitatum, *Engelbertus* à *Ioanna* ampliſſimas in Belgiis ditiones adepti ſunt. Engelbertus filium habuit *Ioannem*, hic *Engelbertum & Iohannem, Henrici & VVilhelmi* patrem, iſte *Renati* primi ex Naſſoviis *Arauſionenſis* Principis pater fuit; hic inter alios genuit *Wilhelmum & Iohannem*; iſti patruelis ἀπαις *Arauſionenſem* principatum transcripſit; & ab eo, qui nunc etiam Princeps eſt, deſcendit pronepos Sereniſſimus *VVilhelmus Henricus*. *Ioanni* autem, à quibus novæ lineæ, quatuor fuere filii, namque à Joanne *Sigenenſis*, à Georgio *Dillenburgia*, ab Erneſto Caſimiro *Diezenſis* & à Johanne Ludovico *Hadamaria* deſcendunt. His verò omnibus commune *Principum* nomen gratia Imperiali acceſſit.

Dillenburgius ramus. Bielſteinenſis linea.

Arauſionenſis.

Dillenburgia.

§. V. Ex his apparet, duos nunc etiam ſtirpis hujus ſupereſſe capitales ramos *Saræpontanum & Catimelibocenſem* ſeu *Dilleburgenſem*. Horum verò inſignia differunt. Quod *Saræpontanum* ramum, qui prior eſt, concernit, non ſemper eadem ſcuti ſervata eſt diſpoſitio. Primum unica areola contenti *leonem aureum* (ſed corona deſtitutum) geſtabant, *Naſſoviæ* ſymbolo (de quo mox.) Inde leo *Saræpontanus* adjectus eſt (de quo §. 8.) ita ut uterque leo bis repeteretur, ſcuto quadrifariam ſecto. Nova acceſſio facta eſt, Dominio *Mehrenburg* (vide §. 11.) parmulæ alii, quæ quadrantibus incumberet, inſcripto. Hinc 1572. *Mehrenburgico* ſymbolo expuncto, illa diſpoſitio ſumta eſt, quæ conſpicitur apud *Sibmach*. Wapenb. P. 2. p. 14. & jam à nobis explicanda eſt. Porro ſcutum hoc quadripertitum eſt, impoſita toti alia parmula bipertita. Area prima *cærulea leonem* continet *aureum*, *lingua & falculis rubeis*, circa leonem *plinthidibus* (haſtulas Hæpingius nuncupat, & nos de earum ſignificatione bellica diſſerentem adduximus *Gelenium* P. 1. L. 5. ſ. 1. m. 2. §. 41.) *aureis* ſparſis. Hoc primarium & ipſius familiæ σῆμα eſt, unde ſolum in omnibus Naſſovicis ſcutis videre illud licet. Et quidem in familia antiquitus hoc inſigne in uſu fuiſſe, argumento eſt, quod idem datur *Geldriæ* (conf. Chifflet. Eq. A. V. n. 58.) ſolum ſitu leonis obverſo & adjecta corona, atque omiſſis plinthidibus, ſed 1. primum diſcrimen accidentarium eſt, ſitu mutato, ut reſpiciat alterum leonem Juliacenſem. conf. ſupr. §. 1. 2. Secunda differentia videtur acceſſiſſe, cum *Ducalis* dignitas addita eſſet. 3. Quod *plinthides* attinet, ſi conjecturis agendum foret, crediderim Ottonem, à quo Geldricus ramus, primogenitum fuiſſe, adeoque pro ſeculi more, ſolum ſine mutatione ſcutum

Saræpontana.

Acceſſiones.

Naſſovia teſſera.

Geldrica.

Plinthides.

gentilitium

gentilitium retinuiſſe, *VValramum* autem diſcerniculi cauſa plinthidibus ſparſiſſe ſuum. Quod ſi ita habeat, *Geldrica* linea extincta plinthides has omitti mos exigebat: vetum retentæ ſunt, ut aliis exemplis idem contigiſſe obſervavimus. P. 1. cap. 8. ſed hodie primum uſum non amplius obtinent, cum areæ Naſſovicæ nunc ſint neceſſaria figura. Quod idem hic leo, ſed inverſis coloribus, etiam Solmenſes comites notet, L. 2. c. 89. vidimus. Cæterum uti familiæ hoc emblema præcipuum eſt, ita ipſe Comitatus Naſſovius illo etiam deſignatur, nomen ſortitus à civitate & arcæ *Naſſau*. Quam arcem ſub Walrabo, qui 942. vixit, conditam perhibet *Frider. VVeberus paſtor Mosbac. in MS. Geneal. Naſſ.* Prætereaque memorat circa 1125. Canonicos Wormatienſes Dominis de proprietate montis, in qua arx ædificata, controverſiam moviſſe. Unde demum Naſſovii coacti ſunt circa 1158. ab Hillino Archiepiſcopo Trevirenſi, cui illi jus permutatione ceſſerant, arcem montemque feudo accipere. De quo vid. *Brouver. annal. Trevir. L. 14. num. 118. p. 64.* Porro in *Naſſovia* utrique lineæ adhuc commune jus ſervatur. Cæterum cum eadem plane inſignia ſint *Comitatus Burgundiæ*, inde fides aliqua fieri poſſet veteri (apud *Textor. Chron. Naſſ. p. 32.*) traditioni, de duobus fratribus, Comitibus *Lebartii*, quos Julius Cæſar ex Italia ſecum adduxerit, & alterum *Burgundiæ* Comitem, alterum præfectum diſtrictus circa Confluentiam conſtituerit: niſi nimis multa eſſent, quæ prohibent, quo minus hiſtoriæ mediocriter peritus aurem commento illi præbere poſſet. Ut jam non dicam, illud Burgundiæ Comitatui δύγμα non primum fuiſſe. (conf. *Geliot. parf. ſcienc. des arm.* voce *Armes. p. 42.*) Id tamen crediderim, hanc inſignium Burgundicorum & Naſſovicorum convenientiam autori occaſionem commenti ſubminiſtraſſe.

Arx Naſſovia.

Comitatus Burgundiæ.

§. VI. Altera area non eſt nigra, inducta faſcia aurea, uti Sibmacherus loc. cit. pingit: ſed (uti rectius P. 2. p. 19.) *aurea*, inducta faſcia *nigra*. Denotatur iſta comitatus *Mærſius* ſeu *Meurſius*, qui dein Sarwerdano conjunctus eſt. Unde quæ circa hunc dicenda, ad proximum numerum referimus.

Mœrs ſeu Meurs.

§. VII. Tertius quadrans *niger* continet *aquilam bicipitem argenteam, roſtro & cruribus aureis*. (in Wapenb. P. 2. pag. 13. pingitur aquila ſimplex.) Notatur Comitatus *Sarwverdenſis* in Auſtraſia. Porro ad *Ludovicum Comitem Sarwverdenſem*, qui circa 1246. floruiſſe legitur, familiam hanc referunt, ex qua *Fridericus Archiepiſcopatum Colonienſem* ab anno 1370. tenuit, & tres ordine Auguſtos conſecravit. *Catharina* vel *VValpurgis* heres Comitatus *Friderico* Comiti *Mærſiæ* nupſiſſe perhibetur, eique Comitatum attuliſſe 1408. à quo tempore Sarwerdanum & Mœrſium ſymbola conjuncta ſunt. Friderico præter *Theodoricum* Archiepiſcopum Colonienſem (qui Albertum & Fridericum III. Imperatores coronavit,) *Henricum* & *VValrabum* Epiſcopos Monaſterienſes, dantur filii duo *Fridericus* & *Ioannes*, quibus Comitatus ſuos diſtribuiſſe pater legitur. In illius progenie *Meurſius*, in hujus *Sarwverdanus* Comitatus inprimis hæſit. Fridericus tamen etiam Sarwerdenſem comitatum adverſus Rudolphum Epiſcopum Metenſem & Carolum Lotharingiæ Ducem ope Friderici Archiepiſcopi Colonienſis proavunculi retinuit. Friderico natus eſt *Vincentius* Mœrſiæ Comes, qui ex Anna Palatina *Fridericum* genuerat, ſed cum hic ante patrem mortuus, filius vero ipſius *Bernardus* in Gallia pro Carolo Egmondano Geldriæ Duce obſes eſſet, Comitatum 1493. genero, ex filia vel nepte Margareta, *VVilhelmo Comiti VViedano* tradidit. *Bernardus* tamen ex Gallia redux non Wiedanos ſed agnatos *Sarwverdenſes* ſucceſſores declaravit, adeoque Vincentio 1500. mortuo ad hos ſucceſſio delata eſt: ſed inter hos etiam 1510. *Ioanne* ultimo defuncto hereditatem crevit *Anna VViedenſis* Wilhelmo & Margareta Mörſenſi nata, Wilhelmi C. Nuenariæ conjux. (confer. de hoc *Teſchenmach. annal. Iul. Cliv. & Mont. P. 2. p. 345.*) Hi genuere *Hermannum* & *Æmiliam VValpurgim*. Ille 1578. mortuus *anus*. Hæc primum Philippi Montmorencii Com. Hornani, quem Dux Albanus capite truncavit 1568. dein agneti Adolfi Nuenarii uxor itidem prole caruit. Et quod ex *Thuan. L. 124. pag. 686.* diſco, 1600. mortua hæredem habuit, quem teſtamento inſtituerat, *Mauritium Naſſovium*, qui adverſus Colonienſem Septemvirum, ſeu potius (ut *Meteran.* Niederl. Kriegsh. L. 20. p. 104. memorat.) Ducem Juliaco-Clivium, qui tanquam feudi Dominus, ad ſe illud jam ſpectare prætendebat (unde Mœrſiæ faſciæ denuo mentionem in Palatinis, Neoburgicæ lineæ, inſignibus deprehendemus) armata manu here-

Conjunctio cum Mœrſio.

Hujus ſucceſſio.

ditatem crevit. Quod verò hæc Naſſovia linea ſymbolum non modo *Sarvverdanum* ſed & *Mærſium* ſervat, inde factum arbitror, quoniam cum ſemel conjuncta fuerint, Sarwerdana ſucceſſione ad ſe delata, quæ jam coaluerant, διάγμαλα ſeparari noluerunt. Ipſum *Sarvverdenſem* Comitatum quod concernit, ille in Joannis ſupradicti poſteris manſit, donec *Iohannes Iacobus* 1527. morte ſua maſculorum ordinem clauderet. Ei patruelis fuit *Catharina* Joannis Ludovici C. Naſſovii uxor. His geniti ſunt *Ioannes Ludovicus* & *Ioannes*, uterque cœlibes & ἄπαιδες, atque *Catharina Emiconis Comitis Leiningii* uxor. Maſculis, qui ex Johannis Ludovici utroque conjugio progeniti fuerant, extinctis agnati ſucceſſere: absque controverſia quidem in Saræpontana ditione. *Sarvverdenſem* verò controverſam reddebant *Leiningii* ob dictam Catharinam, unde lites ortæ, nec dum judicio plane terminatæ; ſed intervenit *Lotharingiæ Dux*, qui tanquam feudum *Maſculinum* ſibi vindicavit Comitatum, & armis detinuit. In pace *Oſnabrugenſi* & *Monaſterienſi* Comitibus Naſſoviis Saræpontanis jubentur reſtitui omnes eorum Comitatus, &c. nominatim verò *Comitatus Saræpontanus & Sarvverdanus integri cum omni cauſa; ut & fortalitium Homburg cum tormentis bellicis mobilibusque ibi repertis; ſalvis utrinque reſpectivè tam ratione Anno 1629. 7. Iul. per ſententiam adjudicatorum in reviſorio, quam aliis etiam de illatis damnis, competentibus juribus, actionibus, exceptionibus & beneficiis juris, juxta leges Imperii determinandis, niſi partes potius ament amica tranſactionem componi. Salvo etiam jure, quod Comitibus de Leiningen Daxburg in dicto Comitatu Sarvverdano competere poteſt.*

Ipſe comitatus Sarwerd.

Lis cum Leining. & Lotharing.

§. VIII. Quarta area *cyanea argenteis cruciculis* ſparſa *ejusdem metalli leonem auro coronatum exſerta lingua ſanguinea*, continet, deſignando comitatui *Saræpontano* ſeu *Sarbruckenſi*. (unde per errorem factum credo, quod eum *Hæping. de jur. inſign. c. 6. §. 6. n. 896. p. 373.* pro Naſſovio accipit.) Ex Wapenb. P. 2. pag. 13. videmus cruciculas *brachiatas* pingi, & quod alibi vidi *ſpiculatas*. Hic Comitatus Auſtraſiæ Sarwerdano contiguus olim ſuos peculiares habuit Comites, ex quibus *Fridericus* legitur 1126. vixiſſe, & ejus frater *Albertus Archiepiſcopus Moguntinus* & Cancellarius Lotharii Imperatoris fuiſſe. *Friderico* nati *Agnes* Friderici D. Sveviæ, cujus filius *Fridericus Barbaroſſa* Auguſtus rebus geſtis celeberrimus eſt, uxor, atque *Simon* Comes, cujus filius & nepos idem geſſere nomen: Eorum verò filia & ſoror *Mathildis* Comitatum marito *Amedæo Mompelicardenſi, Domino Montisfalconis*, qui 1248. Jonvillanum in itinere ultramarino comitatus eſt, attulit. His parentibus editus eſt *Simon IV.* iſto *Ioannes I.* hoc *Ioannes II.* & *Simon*, *Ille 1366.* Pincerna Franciæ fuit & Saræpontis Comes, pater *Ioannæ*, quæ *Ioanni Comiti Naſſovio* nupſit: *hic* ex aviæ hereditate *Dominus de Commercy* novam emiſit lineam, in qua *Robertus Sarbruckenſis* ſeu *Saræpontanus Ioannam* Comitiſſam *Roceii* (de *Roucy*) & *Brainæ* uxorem habuit, unde uterque Comitatus huic ſtirpi Saræpontanæ illatus eſt: Ejus vero lineæ hereditas demum per tres ſorores *Philippam* Carolo Sillio Rupisguidonii (de *Rocheguyon*) Domino, *Catharinam* Antonio Rojenſi dynaſtæ, *Guilelmam* Roberto Marcano D. Bullionio nuptas, in haſce familias transfuſa eſt. Porro quod *Ioannam heredem Saræpontis* concernit, quæ Joanni Naſſovio Weilburgenſi, Adolphi Auguſti nepoti nupſit, mater ex eo fuit *Philippi*, qui Weilburgum & Saræpontem ſimul iterum tenuit, ſed in hujus filiis *Ioannes* hunc, *Philippus* illum Comitatum nactus eſt: Iſtius vero extincta poſteritate maſcula, hujus nepotes ſucceſſere. Iterum *Philippus* alterius Philippi filius & Alberti frater Saræpontem tenuit, ſed cum prole maſcula careret, patruo *Ludovicus* ſucceſſit; in hujus liberis *Vilhelmo Ludovico* Saræpontanæ ditiones obtigere, & in ejus filiis nunc quoque ſuperant. Porro apud *Geliot. indic. armor.* voce *Semé* mentio fit alicujus Anglicæ familiæ de *Sarebruche*, cujus inſigne gentilitium ſit in area cærulea cruciculis brachiatis atque ſpiculatis aureis conſita leo argenteus aurea corona inſignis, quod nullo mutato, niſi crucicularum metallo, comitum Saræpontanorum vidimus fuiſſe ſymbolum; an exinde colligemus, ex ſecundogenitis veteris ſtirpis quendam in Angliam perveniſſe, & iſti familiæ dediſſe originem? conjecturam juvarent multa exempla.

Saræpontanus C.

Familia.

Continuata per Mompelicardenſes.

Linea de Commercy.

Succeſſio ad Naſſovios.

De Sarbruche in Anglia.

§. IX. Quod toti imponitur ſcutulum linea perpendiculari iterum ſecatur, & quidem Sibmacherus anteriorem partem *auro* tingit, inducta *faſcia argentea*: alteram iterum

Lahr & Malberg.

iterum *auream* deſcribit cum *leone nigro.* Verum illud regulæ Heraldicæ non permittunt: nec rectius alii areolam minio, faſciam argento tingunt, quo *Viandam* deſignari perperam credunt: unde aliis fidem adhibere malo, qui laterculum *auro faſciam* non *argento* ſed *minio* tingunt, qua ratione etiam Illuſtriſſima familia in ſcutis eum pingi curat; ut tamen *Malbergenſis* leo dextram, *Lohrana* faſcia lævam occupet, ſitu quam apud Sibmacherum eſt inverſo. His duobus ſymbolis *Lahram & Malbergam* notari conſtat. Unde in Sereniſſimorum *Marchionum Badenſium* ſcuto easdem vidimus areas. L. 2. cap. 4. Porro accipio, *Malbergam* ſuos peculiares olim habuiſſe Comites, quos absque heredibus maſculis extinctos dynaſtæ *Geroldseccii*, aut ut agnati proximi, aut obtento aliis modis feudo, aut matrimonio Malbergiæ Comitiſſæ & Walteri Dn. de Hohen-Geroldseck (qui Monaſterii Loræ fundator vivis exceſſit 1277.) exceperunt. Unde, quæ Lohræ, faſcia rubea auream percurrens parmam, *Geroldsecciorum* etiam gentile ſignum eſt: Immo à Dominis Dominio demum inditum fuiſſe credibile eſt. A Geroldseccis (in quibus poſt diviſionem, qua 1277. inter fratres *VValterum* & duos *Henricos* inſtituta, Waltero & alteri Henrico Lahranum & Malbergenſe Dominia aſſignata ſunt, peculiarem fuiſſe lineam Dominorum de *Geroldseck & Lohra* refert, & eam ſtirpe tertiam conſtituit *Bernh. Herzog.* Chron. Alſat. L. 5. p. 113. 120.) ad *Sarwverdanos* devoluta eſt ſucceſſio, quod inde factum autumo, quia Henrici Geroldseccii filia *Adelheidis Ioanni Com. Sarwverdenſi & Mærſio* nupſit ſeculo decimo quinto. Inde jus etiam horum dominiorum ad Naſſoviam gentem eadem ratione atque Sarwerdana reliqua ſucceſſio delatum eſt. vid. §. 7.

A Geroldseccis ad Sarwverdanos.

Naſſovios.

§. X. Scuto huic impoſitæ cernuntur tres deauratæ galeæ: Prima ſuſtinet *leonem aureum coronatum* inter duo *cærulea cornua, plinthidibus aureis conſperſa.* Hunc apicem adſcribunt dono *Ruberti ſenioris Electoris Palatini*, qui matre Naſſoviâ ipſe editus conſanguineis Adolfo & Joanni Gerlaci filiis Palatinum leonem argumento ſingularis affectus donaverit. Vid. *Hæping. de Iur. inſign. c. 6. §. 894. p. 373. & c. 8. §. 3. 268.* ubi ait feudo datum eſſe. Hæc ratio eſt, quod Catimelibocenſis linea, quæ ab iſtis non deſcendit, apice hoc neutiquam utitur. Leonis coronam, linguam & ſalculas ſanguine tingi perhibent, notandæ Imperatoris Adolphi cruentæ coronæ. Ita Frid. Weber. in MSc. Geneal. **Von wegen dieſer blutigen niederlag König Adolfen führen unter den Naſſauiſchen Grafen allein dieſe Grafen / ſo von ſeiner linie hero gebohren / in ihrem wapen-ſchild** (in hoc erraſſe videtur) **einen gecrönten güldenen Löwen mit einer rothen cron / rothen zungen und rothen klauen an den pooten / die andere Grafen aber ohne eine cron.** Antequam vero hoc leone uterentur Naſſovii, galeam gentilitiam culcitrâ coccineâ, cui ſertum roſarum impoſitum eſſet, contegere ſolebant. *Media* galea coronata ſuſtinet cum collo caput aureum *lupi* (vel uti Chifflet. Eq. A. V. n. 25. in deſcriptione inſignium Frid. Valerani C. Mœrſiæ E. A. V. vocat, *vertagi*) millo furvo, limbo, ſpiculis & annulis argenteis; quo inſigni *Sarwverdo-Mærſius* Comitatus notatur. Extrema galea *Saræpontana* eſt (conf. *Sibmach.* **Wapenb.** P. 2. pag. 13.) ſuperbiens *jugo alarum*, quarum ſuperiora argento candent, inferior pars nigricat. Hoc jugum alarum ante Sarwerdenſem ſucceſſionem galeæ Naſſovicæ ſolebant addere, ſed quia ſpatium ita permittebat expanſum. Addidere deinceps tertiam galeam *Mehrenbergicam*, de qua n. ſeq. quæ tamen aliquandiu Sarwerdenſi locum facere juſſa eſt. *Phaleræ* galearum primæ tinguntur auro & cyano, ſecundæ eodem metallo & nigro colore, tertiæ argento & atro colore.

Galeæ.

Naſſoviâ.

Leo coronatus.

Sarwverdo Mœrſia. Saræpontana.

§. XI. Hæc Saræpontanæ lineæ parma aſſignatur à Sibmachero: & uſurpabatur à tota illa, usque ad annum 1656. quo nonnullæ iterum areæ inſertæ ſunt, & quidem illa diſpoſitione, quæ nunc communiter retinetur, ut duæ transverſæ lineæ in tres partes illud diſtinguant. Caput tres areas continet *Saræpontanam*, *Sarwverdenſem & Mærſiam*: Pes ſcuti duas, *Malbergenſem & Lahranam.* In media regione principem parmulam *Naſſovico* leone & plinthidibus inſignem ſtipant, hinc à dextris in laterculo *aureo duo pardi vel leones gradientes rubei*, iſthinc in quadra *viridi decuſſis aureus*, quem duodecim *crucieulæ aureæ*, angulis ternæ adſcriptæ, comitantur. Leones memorati hieroglyphicon ſunt Comitatus *Veilnau*, (conf. **Wapenb.** P. 1. p. 7.) de quo

Scutum auctius.

Weilnau.

de quo tamen non conſtat mihi, quando familia illum acquiſiverit. Decuſſis cum
Mehrenberg. crucibus denotat Dominium *Mehrenberg*. De hoc notandum ex *Text. Chron. Naſſ.* p. 88. Joannis Comitis Naſſovii Weilburgenſis, qui Joannam Saræpontanam heredem in ſecundo thalamo habuit, primam conjugem heredem Dominiorum *Mehrenberg & Gleiberg* fuiſſe. Nomen vero ipſius & familiæ Textor neſcit. Sed *Brouver. annal. Trevir.* L. 17. n. 152. p. 224. in tabulis publicis non *Ioanni* ſolum ſed & patri ejus *Gerlaco* elogium *Merbergi* tribui perhibet. Scuto ita aucto, numerus galearum itidem auctus eſt; ut nunc quidem ſeptem illi inſiſtant. Medium locum *Naſſovica* caſſis obtinet: hanc ſtipant à dextris illa, quæ jugum alarum, quas ſuperius argentum, inferius ater color tingit, complicatum ſuſtinet, notando comitatui *Saræpontano*: à *lævâ* alia galea, ex qua prominet jugum alarum nigratum complicatum, impreſſa in aureo orbe duorum pardorum imagine, qua doceor reſpici comitatum *VVeilnau*. Saræpontanæ galeæ proxima eſt *Mærſia*, & huic (atque adeo à dextro latere prima) *Mehrenbergica*, quæ diademate tortili ex cocco & auro tecta ſuſtinet quadram praſinam decuſſi & cruciculis inſignem, cujus extrema pennæ rubeæ ornant. Weilnavienſi caſſidi adſtat *Lahrana*, hemam juvenilem ſuſtinens rubro indutum, & caput rubeo orientali pileo tectum, ut tamen veſtis collare & pilei ora reducta auro ſplendeat. Quà brachia debebant, cornua prodeunt aurea. Ultima à lævis eſt galea *Malbergenſis*, ſuſtinens tabulam auream leone nigro inſignem, & undique nigris plumis decoratam. Quæ circumvolitant *phaleræ*, utroque metallo, cyano, cocco & nigro colore tinguntur.

Galeæ plures.

Tituli. §. XII. Titulus huic lineæ peculiaris ille eſt, *Comites Naſſoviæ, Saræpontanis & Sarvverdæ, Domini Lahræ, VVisbadæ, Idſteinii*, &c. Verum non modo iſtorum Dominiorum non omnium in ſcuto comparent ſymbola, ſed plures in familiæ Illuſtriſſimæ poteſtate ſuperant Dynaſtiæ, quas ſcutum hoc non complectitur. 1. Comitatus *VVeilburgius*. 2. Dominium *VVisbaden* & 3. *Izſtein*. Quæ ex antiquo patrimonio gentis fuiſſe exiſtimo. 4. Dominium *Gleiberg*, quod cum Mehrenbergico allatum num. præcedenti vidimus. 5. Dominium *VVehen*. 6. Dominium *Burgsvvalbach*. 7. Dominium *Kürberg*. 8. Dominium *Kirchheim*. 9. Dominium *Stauff*. 10. Dominium *Homburg*. 11. Dominium *Ottvveiler*. 12. Præfectura *Herbizheim*. Quæ poſteriora Saræpontanæ & Sarwerdenſi ſucceſſioni debentur: de prioribus quæ dicam non habeo.

Dynaſtiæ ad hanc familiam ſpectantes.

Rami Catimelibocenſis ſcutum. Naſſovia. §. XIII. Quod ad *Catimelibocenſem* attinet ramum, qui ejus fuere Comites & nunc ſunt Principes, itidem quadripertito utuntur ſcuto: in cujus prima quadra *Naſſovius* leo cum plinthidibus conſpicitur, de quo jam §. 5. diximus: nam iſtum ſolum laterculum gentilem, hæc linea cum priori communem habet. Secunda quadra *aurea* continet *pardum* pedibus in prædam expanſis *rubeum* cum *corona cærulea*, qui etiam *falcularum & linguæ* exſertæ color eſt. Hic notat *Catimelibocenſem* ſeu *Cazenelebogium* comitatum: cujus jus familiæ allatum eſt, cum *Henrici Landgravii Haſſiæ* ex *herede Catimelibocenſi* filia *Eliſabetha Ioanni C. Naſſovio* nupſiſſet. Inde controverſia inter *Haſſos*, qui Henrici filio Wilhelmo in maternis æque ac paternis bonis ſuccedere volebant, atque *Clivios & Naſſovios*, qui ab uxoribus Catimelibocenſes ditiones ſibi vindicabant, agitata eſt; in qua 1548. pro Naſſoviis (his vero Clivii ſuum jus etiam ceſſerant) pronunciatum apud *Sleidan*. L. 21. pag. 642. Sed in Paſſavienſi transactione (*Sleidan*. L. 24. p. 784.) recognitio cauſæ decreta: atque demum 1557. Francofurti ad Mœnum Principum arbitrorum prudentia res compoſita eſt. (vid. *Thuan*. L. 19. p. 863.) Inde tituli & inſignia Haſſis & Naſſoviis communia, Catimelibocenſi penes Haſſos, qui propter eum 600000. aureor. Naſſoviis ſolverunt, Diezenſi comitatu penes Naſſovios remanentibus. Conf. quæ ſupra c. 23. de Haſſ. ſcuto. n. 4. & 5. notavimus, & *Textor. Chron. Naſſov. p. 109. 110*. Porro in Sileſiorum Chronicis legi 1462. *Georgio Podiebradio R. Bohemiæ* & filiis à Friderico III. Imperatore, cui auxilio fuerant, expectativam in comitatum *Catimelibocenſem* datam eſſe. Nec tamen ex eo jus perſecutos legi. Tertius laterculus *coccineus argenteam faſciam* continet, & *Viandenſem* in Lucenburgiis comitatum ſignificat. Hunc cum Dynaſtiis *S. Viti & Diesbergæ 1340*. obtinuit familia matrimonio *Ottonis Com. Naſſovii & Adelheidis Gisberti C. Viandenſis* filiæ. Quartus autem *rubeus* refert *duos leones gradientes* (vel *pardos*) *aureos*, linguis & falculis *cærulais*. Notari hoc laterculo *Diezenſem* comitatum,

Catimelibocum.

Vianda.

Dieza.

dubio

dubio vacat. Qua vero ratione ad domum Naſſovicam comitatus delatus ſit, iſta apud *Ioh. Textor. Chron. Naſſov.* p. 97. lego? Nimirum Ottonis Comitis Naſſovii ex Adelheide Viandenſi nepotem *Adolfum* duxiſſe *Iutam* ſeu *Gutam Gerhardi Comitis Diezii* filiam & heredem: ex hac vero non ſuſcepiſſe maſculam prolem, ſed filiam duntaxat matri cognominem, quæ *Godfredo Baroni Eppſteinio* nupſit: Adolpho extincto, inter fratrem *Engelbertum* & generum Godofredum diſceptatum eſſe de hereditate comitatus Diezii, quem ille (Engelbertus) titulo oppignerationis & immiſſionis à fratre ad ſe delapſum eſſe contenderit. Inde litem diremtam ab Ottone Archiepiſcopo Trevirenſi 1420. & utrumque ad ſucceſſionem ſimultaneam vocatos eſſe. Unde etiam nepoti *Godofredo Eppſteinenſi* titulum Comitis Diezii adſcriptum lego. In transactione, qua controverſia Catimelibocenſis terminata eſt, conditio hæc etiam fuit, ut Comitatus ille Diezius (alibi tantum quartam ejus partem exprimi vidi) Naſſoviis redderetur. Sed de his etiam pluribus actum in ſcuto Haſſiaco. cap. 23. num. 6.

§. XIV. Huic ſcuto inſiſtunt tres galeæ auratæ, quarum primæ imponitur jugum complicatum alarum nigrarum, inſcripto baltheo diagonali argenteo, quinque foliola aurea complectente; hanc *Naſſoviam* an *Viandenſem* dicam, non habeo. Malim vero iſtud. Media galea ſuſtinet jugum expanſum alarum nigrarum, in quarum utraque comparet pardus rubeus *Catimelibocenſis* in ſphæra aurea: Demum ultimæ caſſidi aliud jugum alarum complicatum imponitur, eique inſcripti viſuntur pardi *Diezenſes* aurei in rubeo circulo. Laciniæ circumvolitant galeam primam cæruleæ & aureæ, (quod indicio ſervit, illam Naſſoviam eſſe) mediam rubeæ & aureæ, tertiam argenteæ & coccineæ. Aliam verò galeam Naſſovio *Engelberto* tribuit *Chifflet.* inſign. Eq. A. V. n. 77. quæ aureo virgarum ſepimento coronetur, & ei apex impoſitus conſpiciatur, binæ alæ pinnis commiſſæ nigro & argento oblique dextrorſus ſectæ. Num. 363. ſcuto Joannis Comitis Naſſovii galea additur coronata auro, & apex alæ geminæ nigræ obverſæ, ſingulæ virgeo ſeptimento aureo in medio præcinctæ. Tum *Sammarthan.* L'ſtat. de L'Europ. T. 2. pag. 159. quatuor deſcribit galeas: quarum prima alam nigram ſimplicem, reliquæ ſingulæ jugum ſuſtineant alarum nigrarum, niſi quod in extrema id complicatum, in mediis expanſum ſit, tum quod in circulis peculiaribus *Cazenelebogium*, *Viandenſe*, *Diezenſe* δᾶγμα alas exornent. An ita nunc gerant, certo aſſeverare nequeo: nec tamen exiſtimo. Galeæ. Naſſovia. Catimelibocenſis. Diezenſis.

§. XV. Hæc inſignia fuere ex Sibmachero: quando vero lineæ Catimelibocenſis rami plures ſunt, ſingularum clypeos exhibere neceſſum eſt. Ex illis prima eſt Principum *Auriacorum* ſeu *Arauſionenſium*, qui eodem plane ſcuto cum reliquis gentilibus utuntur, nempe quod quadripertitum *Naſſovium*, *Catimelibocenſe*, *Viandenſe* & *Diezenſe* (neque enim audiendus eſt *M. Gilb. de Varenn. R. d'arm. P. 1. pag. 148.* qui Diezios illos leones *Brunſvicenſes* interpretatur) ſymbola continet. Toti vero ſcuto, qua coeunt quadrantes, *Auriacam* parmulam ſuperimponunt: hæc iterum perpendiculariter & transverſim ſecta quatuor laterculos continet, incumbante his etiam quadrantibus novo ſcutulo. Scutum Pr. Arauſionenſis.

§. XVI. Area parmulæ Naſſovio clypeo impoſitæ prima & quarta *coccinea*, *baltheum* defert *aureum*. Hoc inſigne eſt familiæ *Cabillonenſis* ſeu *de Challon. Stephanus Comes Burgundiæ*, qui ex ramo Matiſconenſi veterum Burgundiæ Comitum ortus erat, & 1237. vivis exceſſit, ab uxore *Beatrice Guilelmi III. Comitis Cabillonenſis* ſeu *Challonii* filia hunc comitatum dotalem accepit, ſed eundem ille & filius *Ioannes Hugoni Duci Burgundiæ* conceſſerunt, alia compenſatione accepta & ſervato titulo. Joannes iſte tres, quorum poſteritas aliquandiu duravit, filios habuit *Hugonem Comitem Palatinum Burgundiæ*, cujus neptis hereditatem Philippo Longo R. Franciæ marito attulit, *Ioannem Cabillonenſem Dominum Rupisfortis* (Rochefort) & ab uxore *Comitem Altiſſiodori* ſeu *Auxerræ* atque *Ioannem Cabillonenſem Dn. Arlæum* ſeu *Arlati* (de Arlay) Joannis Rupifortii poſteris acceſſit etiam Comitatus *Tonnerræ*: ultima hujus lineæ *Margareta Cabillonenſis Oliverii de Huſſon* cubicularii Caroli VII. R. Franciæ uxor fuit, & ejus filius Joannes Comitatum Tonnerræ, quem Margaretæ ſoror Joanna Ludovico Principi Arauſionenſi vendiderat, 1453. redemit, atque ad poſteros transmiſit. Cum verò Joannis neptis *Luiſa S. Aniani Domina* nupſerit *Claudio* vel *Emerico* Familia Cabillonia ſeu Challon. Linea de Arlay.

de Beauvilliers, cujus posteritas hodie etiam durat: hac ex causa Cabillonensis baltheus nunc quoque in scuto Ducis de S. Aignan conspicitur, quod vidimus L. 1. c. 10. n. 4. Quod vero *Ioannem Dn. Arlati* seu *Arlæum* concernit, hujus abnepos *Ioannes Challonius Dn. Arlæus* uxorem habuit *Raymundi Bausciі* seu *Balzii (de Baux) Principis Arausionensis* filiam & heredem, à qua 1388. in possessionem Principatus venit; ab ejus secundo genito Joanne, *Domine de Cuiset*, *Viteau* atque *de Brignon*, & *Comites* de *Ioigny* sunt orti; Sed natu major *Ludovicus* cognomine *Bonus*, pater *Guilelmi*, & avus *Ioannis*, Principum Arausionensium fuit. Hoc geniti sunt *Philibertus Princeps* & *Claudia* Henrici Com-Nassovii uxor. Ille copiarum Caroli V. ad Florentiam Dux 1530. mortem oppetiit; instituto herede filio sororis *Renato Nassovio* Comite, qui inde *Princeps Arausionensis* factus est, ea conditione, ut *nomen & arma Cabillonensia* seu *Challonia* assumeret; Hic cum 1544. in Landdresiana obsidione occumberet improlis, iterum hæredem instituit patruelem *VVilhelmum Nassovium*, à quo ad modernum usque Serenissimum *VVilhelmum Henricum* Wilhelmi pronepotem, Principatus successione continua delapsus est. Observat vero *Textor. Chron. Nass. pag. 208.* cum *Philippus VVilhelmus Princeps Arausionis* Eleonoram Borboninam Condeam duceret, Regem Galliæ in affinitatis honorem *Principatum Arausionis* restituisse, cum renunciatione omnis juris, quod Francia in illum prætendere posset. Thuanus vero L. 136. pag. 1192. hoc tantum memorit: gratiam ei factam, *ut in antiquam Arausionensis Principatus possessionem, à qua per hæc bella dejectus fuerat, restitueretur.*

Successio ad Nassovios.

§. XVII. Observandum verò, Cabillonense hoc δόγμα à *Philiberto* Arausionis Principe & majoribus usurpatum, & ad Nassovios translatum, non ob jus quod prætenderent in ipsum *Cabillonensem Comitatum*, sed ut indicium esset familiæ. Nam *Ioannes Comes Burgundiæ 1327. Comitatus Cabillonensem*, quem à matre habebat, & *Auxonensem* permutavit, uti §. præcedenti observavimus, cum *Hugone Duce Burgundiæ*, accipiens ea, quæ Duci ultra Ararim in Burgundiæ Comitatu à *Iocerando Domino Brancionis* obtigerant. Conf. *Sammarthan. Geneal. Franc. L. 38. c. 9. Andr. du Chesne. histor. Burg. & in antiq. des Villes. L. 6. c. 9. Lud. Gollut. mem. de la Fr. comté.* Servatus tamen est titulus, vel potius in cognomen familiæ mutatus est. Unde quod in *matricula imperii* sub Carolo V. *Princeps Cabillonensis* (scriptura variat, cum imperiti scribæ vel typothetæ vitium accessisse videatur, *Calm*, *Colm*, *Colin*, recte *Challon*) legitur in Rhenano circulo (conf. *Limn. Iur. publ. 1, 7, 30.*) non intelligendus est ipse comitatus vel Principatus Cabillonensis, in quem Philibertus & majores nihil prætenderunt (uti quidem exinde vir quidam celeberrimus & de litteris atque imperio ejusque finibus optime meritus, Imperio jus aliquod in eo adhuc asserit,) sed vel *Principatus Arausionis*, vel aliæ in Burgundia possessiones, quas Cabillonensis familia, unde ille, tenuit, intelliguntur, principe eorum in matriculam relato. Sed etiam vidimus in *pactis Madrit. 1. 37.* quibus in favorem Philiberti Cabillonensis Principis Arausionensis quædam disponuntur, quæque ei ademta erant, restitui jubentur, Cabillonis nullam fieri mentionem, & disertè non Comes seu Princeps Cabillonis, Prince de Chalon, sed *Philibert de Chalon, Prince d'Orange, Philibertus Cabillonius Princeps Arausionis*, appellatur, ut vel sic appareat, nomen Cabillonis gentile habitum, nullo ad jus aliquo in Comitatum olim alienatum respectu.

An jus aliquod in Comitatum Challonium?

Pr. Arausionis.

§. XVIII. Secundum & tertium locum occupat area *aurea* (Sibmach. *argenteam* facit) *duo cornua venatoria cærulea, ligaminibus & ornatu rubentibus*, continens. Hæ areæ designant ipsum Principatum *Arausionensem* seu *Auraicum* ad Rhodanum, Avenionensi Comitatu & Vivaresio inclusum. Origo insignium ex æquivocatione & quidem ineptâ satis (adeoque ad illud genus referenda, de quo P. 1. c. 9. diximus) si credamus *Nostradamo Histor. Provinc.* P. 2. p. 166. qui ita: *Il faut sçavoir, qu'il y avoit du temps de Charle Magne un Guillaume au Courtnez, lequel conquit la cité d'Orange tenue & occupée des Sarasins, duquel sont venus les Princes d'Orange, qui par le surnom du Courtnez portent en leurs armes le cornet. Scire oportet, quod tempore Caroli Magni fuerit quidam Guilelmus Curti-Nasi, qui civitatem Arausionensem è Saracenorum potestate eripuit; ab eo Principes Arausionenses descendunt, qui ob agnomen Curtinasi cornu insignibus gestant.* Porro qui Guilelmi illius, quem Regis Arelatensis & Principis Arausionensis elogium sibi vindicasse dicunt, fuerint successores,

Guilelm. Courtnez.

ceſſores, non legi. Id certum eſt, ab anno 1240. *Bauſcis* ſeu *Balziis* (de Baulx) Principatum paruiſſe, ſed jure Clientelari à *Provinciæ Comitibus*. Succeſſionem Principum videre licet apud *Thuan. L. 31. p. 143.* Porro ultima ex hac gente inter Arauſionenſes (nam in Italia diu adhuc ſuperfuere.) *Maria* filia *Raymundi* attulit hereditatem marito *Ioanni Cabilonio Arlæo*: De cujus poſteris, & quomodo ad Naſſovios delapſa ſit ſucceſſio, præced. §. vidimus. Porro ex eodem Thuano diſcere licet, in fide Imperii olim hunc Principatum fuiſſe: unde Celeberr. *Conring. de fin. Imper. Germ. c. 25. p. 622. ſeq.* pluribus infert, quod ne nunc quidem jus in eum Imperio petierit. Habetur tamen Principatus, qui ſoli DEO obnoxius ſit, & aliorum omnium legibus ſolutus: quod idem Conringius loco citato examinat. Cæterum quæ hic in ſingulis laterculis bina pinguntur cornua, alibi nonniſi ſingula video exprimi; quod & mallem, cum videam in id conſentire Gallos (vid. poſt alios *Brianville jeu d' arm. p. 53. & Sammarthan. L'eſt. de l'Europ. T. 2. p. 156.*) & Italos, ex quibus *Campanile dell' armi.* in famil. Balz. p. 145. 147. prodit ea cornua *cærulea* vel *viridia* fuiſſe, & ab illis etiam eſſe geſtata Balziis, qui Arauſionem non tenuerunt. Ipſi verò Balzii ſuæ familiæ ſymbolon his cornibus addebant, in parma *coccinea ſtellam ſexdecim radiorum argenteam.*

In Arauſionem jus Imperii.

An bina an ſingula cornua?

§. XIX. Huic item ſcutulo medio *(ſur le tout du tout)* incumbit alia parmula *novem teſſellis ex auro* (quo quinque tinguntur) & *cyano* interpunctæ. Galli dicunt, *cinq points d' or equipollez à quatre d' azur.* Notatur iſto emblemate Comitatus *Genevenſis.* Hujus Comitem *Ratbertum* lego vixiſſe 890. Ab eo continua ſerie deſcendunt reliqui Comites usque ad *Amedeum III.* qui quidem plurium filiorum (*Aymonis III. Amedei IV. Ioannis, Petri & Roberti*, qui *Papale* ſolium ſub nomine *Clementis VII.* tenuit, & 1394. mortuus eſt) pater extitit, ſed in his terminata eſt maſcula progenies Genevenſium. Fuerunt etiam Amedæo filiæ plures, ſed ex illis *Maria Iohanni Cabillonio Arlæo*, & dein *Humberto VII. Domino Thoireo* nupta filium genuit *Humbertum VIII.* qui avunculo *Papæ* ſolus ſucceſſit: Altera (ut de reliquis nihil dicamus) *Ioanna Raymundo Balcio Principi Arauſionis* nupſit, unde hujus gener *Ioannes Cabillonenſis* etiam prætendit Comitatum, ſed prævalentibus *Thoireis*, nam Wenceslaus Imp. Humberto VIII. inveſtituram contulit, caruit prætenſio ſucceſſu. Dein ab Humberto patruus *Odo* nactus eſt Comitatum, & Sabaudiæ Comiti 1401. 5. Auguſti vendidit. Servatum tamen à Cabilloniis hoc prætenſionis ſymbolum in ſcuto gentilitio, atque ita ſimul ad Naſſovios translatum adhuc ſervatur. De aliis huc ſpectantibus vide in ſcuto Sabaudico L. 1. c. 82. n. 11. 12.

C. Genevenſis.

Familia.

Succeſſio ad Thoireos.

Ad Sabaudos.

Prætenſio Cabilloniorum.

§. XX. Huic ſcuto Arauſionenſes, tres galeas imponunt, quarum *prior* diademate tortili tecta ſuſtinet jugum alarum coloribus *Cabillonenſibus* diſcretarum: phaleræ dependentes pinguntur coccineæ & argenteæ, cum analogia alterum metallum poſceret. Ex *media* galea coronata ſurſum porriguntur *cornua cervina aurea, Principatus Arauſionenſis* nota. Laciniæ huic etiam dantur argenteæ & miniatæ. *Vltimam* denuo tegit diadema tortile, ſuſtinens jugum alarum aurearum in quibus intra circulum rubeum duo *Diezenſes leones.* Laciniæ ſunt aureæ & cæruleæ.

Galeæ.

§. XXI. Aliam vidi diſpoſitionem: qua *Mauritius Naſſovius Princeps Arauſionenſis* uti ſolebat. Scutum enim quadripertitum erat; & ſinguli quadrantes iterum quadripertiti. Primus & quartus ex *Cabillonius, Arauſionenſibus* & in medio ſcutulo *Genevenſibus* emblematibus: Secundus & tertius ex *Naſſoviis, Catimelibociis, Viandenſibus, Diezenſibus.* Toti impoſitum erat ſcutulum, quod faſcias & ſertum rutaceum *Saxonum* complectabatur, quod more Belgico ob matrem ſuam Annam Mariam Mauritii Electoris & Ducis Saxoniæ filiam, aſſumſit; haud dubie ut ita ſe à fratribus diſtingueret. Qui fratri ſucceſſit Princeps *Henricus Fridericus*, hujus filius, & qui nunc ſupereſt nepos, quam ſuperius explicavimus, diſpoſitionem ſervarunt, auctam tamen duabus parmulis, quarum altera ſupra *Cabillonio-Arauſionenſe* ſcutum lineæ, quæ Naſſovium & Catimelibocenſem laterculum diſtinguit, altera infra illud lineæ, quæ Viandenſe & Diezenſe διάγραμμα ſeparat, incumbit. Prior continet *faſciam ſimplicem*; altera *faſciam alternis pinnis utrinque aſperatam:* prout in ſigillo obſervavi: Ex eo conjicio priorem faſciam *argento*, parmam *atro colore* tingendam, quæ nota eſt *Borſelia*, & ex eo *Vera.* De quo titulo §. ſeq. dicam. Inferiorem parmulam minio faſciam argento

Scutum Mauritii Principis.

Moderni.

Borſelia.

Vera.

Bura. tinctam velim, ut ita Comitatus *Buranus* designetur, cujus illud est signum apud *Chifflet.* Eq. A. V. n. 120. De titulo vero mox §. seq. & 23. agendum erit.

Tituli. §. XXII. Arausionensium illum titulum, cujus tamen pleraque in insignibus expressa non sunt, legi: *Princeps Arausionensis, Comes Nassoviæ, Catimeliboci, Viandæ & Diezia, Marchio Veræ & Vlissingæ, Burggravius Antverpiæ, Vicecomes Vesontionis, Baro Bredæ, Diestæ, Grimbergæ, Arlæi* seu *Arlati, Nozereti, Dominus Castribellini*, &c. Ita Wilhelmus Princeps Arausionis à Textore vocitatur. Principis Mauritii alium vide: *Natus Princeps Arausionis, Comes Nassoviæ, Catimeliboci, Viandæ, Dietiæ, Marchio Veræ & Vlissingæ, Dominus S. Viti, Doesburgi, civit. Gravæ & ditionis Cuyck.* Accessit dein etiam titulus Com. *Mœrsiæ.* (de jure vide supra §. 7.)

Moderni. §. XXIII. Moderni Principis titulos multo prolixiores enarrat Celeberr. Petrus Sammarthanus L'estat de L'Europ. T. 2. p. 154. *Prince d'Orange, Comte de Nassau, Cazenelebogen, Vianden, Diez, Lingen, Mœurs, de Tonnerre, Pontyeure, Charni, Bueren, Leerdam; Marquis de la Vere & de Flessingues, Seigneuer & Baron de Breda, de la Ville de Grave, & Pays de Cuyck, Diest, Grimberges, Herstal, Gravendonck, VVarneston, Arlay, Noseroy, Arqueil, Chasteaubelin, Chasteauguyon, Orbe, Grignon, Montfaucon, Rougemont, les Baux, S. Vit, Daesbourg, Polanen, VVillemstad, Niervvaert, Yselstein, S. Martinsdyck, Geertruydenberg, Chasteaurenard, les hautes & basses Svvalves, Naelduyck, Gravesande; Burggrave ou Vicomte hereditaire d' Anvers, & de Besançon, Mareschal hereditaire de Hollandæ, premier noble de Seelande*, &c. Horum omnium rationem non plane assequor, multorum tamen: de quibus aliqua subnectam, illis omissis quæ in prioribus exposita sunt. De *Lingæ* comitatu Westphaliæ sequentia notare convenit. In

Linga. Tecklenburgicorum Comitum potestate fuit, usque ad 1546. quo Carolus V. Conrado Comiti, quod contra se feudi Dominium militasset, Lingam cum tota ditione ademit. Deinceps armis ad Fœderatos Ordines devenit: hi 1597. memorante *Thuan. L. 119. p. 462.* ut *gratum animum erga bene meritam de se familiam testarentur, ad sarciendas tot ab ea acceptas jacturas compensationis potius titulo quam beneficii loco in Mauritium contulerunt.* Inde in pace *Hispano-Belgica* ann. 1648. ita constitutum est n. 50. *Resignat & renunciat pariter præfatus Dominus Rex omnibus & singulis juribus & prætensionibus, tam proprietatis, cessionum, quam aliis, quas aliquo modo posset prætendere super civitatem, Comitatum & Dominium Lingæ, super quinque paraciis, aliaque jure isthuc spectantia, quemadmodum etiam super civitates & dominia Bivergernam & Cloppenburgum aliasque prætensiones, in & contra quemcunque demum illæ esse possent, ut realiter & de facto in perpetuum queant permanere apud dictum Dominum Principem Auriacum, ejus heredes & successores aut actionem habentes, in pleno proprietatis jure, secundum literas donationis & investituræ Caroli V. Imp. de die 3. Nov. 1546. & initam postea transactionem inter Comitem Buranum & C. Tecklenburgensem de die 15. Mart. 1548. & novissime juxta cessionem ea super factam mense Novembr. 1578. quam prædictus Dominus Rex, in quantum ipsum posset concernere, confirmavit & confirmat per præsentem tractatum.* Porro si vera narrat *Zeiler. de X. circ. Imper. Germ. p. 794.*

Tonnerra. hæc Linga 1649. vel 1650. Monasterienſi Episcopo vendita fuerit. Quod *Tonnerræ* seu *Tornodori* Comitatum in Gallia concernit: huc in familiam Cabillonensem delatus est, cum *Guilelmus Cabillonius Comes Auxerræ 1292.* à matertera *Margareta* Burgundica, quæ in matrimonio Caroli I. Regis Siciliæ vixerat, illum obtineret. Abneptis *Guilelmi Ioanna Iohannis de la Baume* uxor 1440. jus suum in *Tonnerræ* Comitatum *Ludovico Principi Arausionis* vendidit: sed ab hoc redemtum *Ioannes de Husson*, Jo-

Pentheuria annæ ex sorore nepos, suæ familiæ intulit, & ad posteros transmisit. *Pentheuriæ* seu Pentieure Comitatum in Britania, ab uxore Catharina Richardi Britani Com. Stampensis filia 1438. ducta accepit *Guilelmus Cabillonius Arausionensis Princeps*: unde in *Madritensibus pactis* ann. 1526. num. 37. bono Philiberti Cabillonii sancitur, *Luy soit encore restitué ce qu'il tenoit avant la guerre de la Comté de Ponthieure, à sçavoir Lambale, Moncontour, les ports & havres de Crenon & Encrenon & autres terres & droits en dependants, ainsi qu'il les possedoit avant la dite guerre.* Ejusdem Guilelmi filio, Philiberti patri, *Ioanni Principi Arausionensi* uxor secunda, ex qua Philibertus,

Charny C. filia Antonii Luxenburgici, Comitatum de *Charny*, quem à matre Antonia de Beaufremont habebat, attulit. Verum eundem deinceps à Principe Auriaca Philippo

Chabotio

Chabotio donatum lego: in cujus poſteris hactenus hæſit. *Buranus* Comitatus in Batavia ab *Eliſabetha* f. *Ioannis Burani C. Hochſtratenſis* allatus eſt marito *Gerhardo Comiti Culenburgio*; hujus filia *Aleida* eundem, nec non *Leerdamenſem*, intulit in *Egmondanam familiam*, nupta *Friderico Egmondano*: Hujus nepos fuit *Maximilianus Egmondanus Buranus*, cujus ſatis celebre nomen eſt; Porro cum maſcula is prole careret, ab *Anna* ejus filia uxore ſua *VVilhelmus Naſſovius Princeps Arauſionenſis*, Buram, *Leerdam*, *Iſelſtein & Sanmartensdyck* obtinuit. Ex his *Leerdam* nec non *Sanmartensdyck* eadem via ad Egmondanos venerat. *Iſelſteina* autem ſeculo decimo quarto matrimonio *Ioannis Egmondani* atque *Guidæ Amſteliæ Iſelſteinii* Domina huic genti obtigerat, (conf. *Burana* & *Iſelſteinia* inſignia *Egmondanis* juncta apud *Chifflet*. Eq. A. V. n. 120. & ſupra L. 1. c. 21. n. 8.) Porro patre Wilhelmo adhuc vivo filius ex Anna Egmondana Philippus Wilhelmus *Burani* Comitis geſſit titulum. Bura. Leerdam. Sanmartensdyck. Iſelſtein.

§. XXIV. De *Veræ* & *Vliſſingæ* Marchionatu nunc dicam. *Veræ* ſeu *Campoveriæ* Valachriæ in Selandia urbs, vetus familiæ *Borſeliæ* (unde hujus δόγμα Marchionatui inditum, imo etiam ut in *Lud. Guicciard. deſcr. Belg. p. 357.* videre eſt, ipſius urbis ſcutum inter duas ex mari ſurgentes turres, ex quibus ſinguli viri clavigeri proſpectant, refert parmulam Borſeliorum,) patrimonium, & ab ea circa 1358. mœniis cincta eſt. Acceſſit dein Maximiliani Imperatoris tempore Marchionatus axioma: præter varia ad mercaturam inprimis facientia privilegia. In eadem etiam olim ſedes Archithalaſſi & Conſiliariorum Admiralitatis totius Belgii, atque in hunc finem 1564. ad aſſervandas machinas bellicas & reliquum claſſicum apparatum ibi armamentarium ab Hiſpanis extructum eſt. Porro per *Annam VVolfardi Borſelii 1486.* extincti filiam, & *Philippi Burgundi Dn. de Beures* uxorem, ad hanc familiam poſſeſſio & *Veræ* & *Vliſſingæ*, quæ iſti priori jungi ſolet, delata eſt. Demum cum Philippi & Annæ nepos *Maximilianus Veræ Marchio* extinctus eſſet, conſenſu Zelandiæ ordinum *Marchionatum* hunc una cum Vliſſinga emit *Princeps Arauſionenſis VVilhelmus* 146000. floren. & 1581. inauguratus eſt, teſte *Ioh. de Laet. Reſp. Belg. confœder.* p. 127. 128. 129. Poſtea apud *Thuan. L. 89. p. 400.* legitur Marchionatus hic præmium virtutis 1588. in Mauritium collatus, *cuſo ad rei memoriam argenteo numo, in cujus antica parte inſignia Naſſoviæ & Verenſis familiarum calata erant inter ſe colligata, cum inſcriptione: Nodus indiſſolubilis.* Verum non ita priorem titulum, quo ad Naſſovios devenerat, extinctum exiſtimo, ſed ab Ordinibus confirmatum. Inprimis vero hanc hereditatis portionem pater *VVilhelmus* Mauritio peculiarem eſſe teſtamento voluit. Porro ob hunc Marchionatum titulis aſcriptum credo illum, *Premier noble de Seelande.* Quod ex illo *Lud. Guicciard. deſc. Belg.* p. 358. colligere eſt: *Veræ Marchio ex antiquo quodam ſtatuto ea gaudet prærogativa, ut ſolus ac ſine ullo competitore in conventibus Ordinum terræ, ſuffragium ferat pro Zelandica omni nobilitate.* March. Veræ & Vliſſingæ. Ex Borſelius. Ad Burgundos. Arauſionenſes.

§. XXV. Burggraviatum *Antverpiæ* ab Engelberto Comite Naſſoviæ familiæ illarum perhibet *Textor. p. 102.* & permutationis titulo à Wilhelmo D. Juliacenſi acquiſitum, una cum *Dieſtia*, *Sichemo* & *Seelheimio*. Quod Vicecomitatum *Veſontinum* concernit, ille pars eſt ſucceſſionis Arauſionenſis. Huc ſpectant illa *Ioh. Iac. Chifflet. Veſont.* P. 1. c. 60. p. 235. *Hugo & Ioannes de Cabilone Dominus de Arlato anno 1293. graviter inter ſe diſſentiunt* pro Vicecomitatu & Majoria, *juribus in civitate Biſontina, quæ male* præfecturam urbanam civitatis Biſontinæ *vocavit Nicol. Vignerius in Chron. Burgundionum*; *cum ſint jura quædam particularia, à quibus (ſicut etiam* à Regalia) *cives Biſontini, dum lubet, lites ſuas ad Gubernatorum ſenatum deducunt, & ſupremum eorum judicium poſtulant. Illa* Vicecomitatus & Majoriæ *jura dictus Ioannes de Cabillone acceperat ab Odone Domino Montisferrandi, & ab Humberto Domino Claræ vallis in montibus.* Ab hoc Joanne Cabillonenſi Arlati ſeu Arlæi Domino deſcendit *Philibertus Princeps Arauſionenſis*, à quo tota ſucceſſio ad Naſſovios transmiſſa eſt, quod §. 16. vidimus: in ea ergo ſimul hunc Vicecomitatum Veſontinum contineri non dubito. Eodem referimus titulum Dominii *Arlati* ſeu *Arlay*, quem à Joanne Cabillonenſi jam geſtatum vidimus: imò nomen erat, quo à reliquis fratribus Joannes diſtinguebatur, & lineam novam orſus eſt. Itaque hoc etiam Dominium ad Philibertum devolutum, non ambigo. De *Noſeretho* quod peculiariter monerem, non obſervavi, ad eandem tamen ſucceſſionem ſpectat; ut & *Caſtrobelinum*. Hujus mentionem reperio Antverpiæ Burggrav. Vice. Veſontinus. Arlatum. Noſeretho.

in Cabillonenſi familia, quod præfatorum Hugonis & Joannis Cabillonenſium frater *Petrus* ſeu *Perrinus* Dynaſta fuerit *Caſtribelini* ſeu de *Chaſteau Bélin*. Quia vero huic, quod liberis careret, ſucceſſit frater germanus *Iohannes C. Altiſſiodori*, & titulus in hujus quoque poſteris legitur, ignoro, qua ratione ad Arauſionenſes hic delatus ſit. Id vero conſtat, ex induciis inter Hiſpanos & Ordines 1609. concluſis, num. 4. in cauſa *Chaſtel-Belinenſi* proceſſum ſub vitam Wilhelmi Princ. Arauſionenſis ante ſupremum concilium Mechlinienſe fuiſſe intentatum contra procuratorem Regis Hiſpaniæ. Et quidem in illo articulo promiſſum, intra annum terminandum: cum vero id factum non eſſet, in artic. pacis *Hiſpano-Belgicæ* anni 1648. num. 28. conſtituitur, ut fiſcus deſiſtat ab omnibus & ſingulis bonis in prædicta cauſa poſtulatis: renunciet etiam omnibus actionibus & prætenſionibus, quas prædictus fiſcus in illa bona habere poſſet, ut realiter atque de facto poſſint occupari inque liberam & plenam capi poſſeſſionem à Principe Arauſionenſi. Non minus ad ſucceſſionem Cabillonenſem ſpectant *Arqueil*, cujus titulum geſtavit Henricus Cabillonius Joannis, qui Arauſionenſem heredem duxit, frater 1397. extinctus, nec non *Chaſteauguyon*, à quo denominari ſolitus eſt Hugo Cabillonius, Ludovici Boni Principis Arauſionenſis ex ſecundo matrimonio filius: cum enim Henricus & Hugo maſcula prole caruerint, hereditatem apud Cabillonios manſiſſe exiſtimo. Forte ex aliis enumeratis nonnulli pariter ad eandem Cabillonenſem ſucceſſionem ſpectant, de quibus tamen certi aliquid aſſerere nequeo.

Chaſteaubelin.

Arqueil.

Chaſteauguyon.

§. XXVI. Quod *Bredam* attinet, Baroniam Brabantiæ, hanc à Duce Brabantiæ, Joanne 1351. *Ioannes Polanus* emit: Ejus vero neptis *Ioanna*, cum *Engelberto C. Naſſovie* 1404. nupſiſſet, hanc ſucceſſionem domui intulit. Eodem ſpectare credo titulum *Polanen*, quia illius familiæ Joannam heredem Bredæ fuiſſe legi. Addunt alii ab eadem allata *Dieſt*, *Grimberg* & *Marchion. Antverpiæ* (forte Burggraviatum dicere volebant) ſed Antverpiæ & Dieſtiæ titulum (autore Textore) alionde arceſſivimus. *Grimbergii* Dominii partem Naſſoviis allatam ab Adelheide Viandenſi (de qua §. 17.) iterum perhibet Textor. Eidem debentur Dominia *S. Viti* & *Doesburgi* ſeu *Diesbergæ*. De *Gravia* & ditiuncula *Cuyck* illa ſcienda ſunt. Quod *Maximilianus Egmondanus Buræ Comes* opidum *Graviam* cum territorio *Cuyckano* à Duce Brabantiæ, Ordinibus non invitis, pignori acceperit, cum magnam pecuniæ vim Duci mutuam dediſſet. Per ejus filiam ad *Arauſionenſem* Principem jus hoc delapſum eſt. Qua ratione tandem proprietas Naſſoviis accreverit, artic. 49. pacis Hiſpano-Belgicæ exprimitur iſtis verbis: *Dictus Dominus Rex* (ſc. Hiſpaniæ) *reſignat & renunciat omnibus prætenſionibus de redimendo aut revindicando aliisque omnibus juribus & prætenſionibus, quæ poſſet habere aut prætendere aliquo modo ſuper civitate Gravià, ditiuncula de Cuyck, illius appertinentiis aut dependentiis, antiquo Baronatu Brabantiæ ante hac in pignore tentis à defuncto Domino Principe Auriaco, cujus oppignorationis redemtio caſſata eſt, atque in proprietatem converſa, translatumque in utilitatem defuncti Domini Principis Mauritii menſe decembri 1611. per Dominos Ordines Generales uniti Belgii, tanquam ſupremam jurisdictionem habentes in jam antedictam civitatem Gravienſem, ditiunculam de Cuyck, juxta & ſecundum formam literarum patentium ea ſuper expeditarum, virtute cujus converſionis & ceſſionis dictus Dominus Princeps Auriacus in præſenti, heredes & ſucceſſores ejus aut actionem habentes, in perpetuum gaudebunt plena & abſoluta proprietate dictæ civitatis & ditiunculæ Cuyck cum omnibus appertinentiis & dependentiis.* *Willemſtad* condidit & à ſuo nomine dici juſſit Princeps Arauſionenſis 1583. & tum opidi tum inſulæ, in qua ſitum eſt, dominium anno ſeq. ab Ordinibus Brabantiæ accepit.

Bredа.

Polanen.

Dieſt.

Grimberg.

S. Vit.

Doesburg

Gravia

Cuyck.

Willemſtatt.

§. XXVII. Admonet loca illa Arauſionenſium Principum titulis expreſſa, ut prætenſionis mentionem faciam, quam *Maria Lana-Heinſpergia* Joannis Comitis Naſſovii in Dillenburg uxor genti ſuæ intulit. Ob hanc enim Naſſovii præxenderunt quartam partem proventuum Juliacenſium, dotem Philippæ Juliacenſis Godofredo C. Lænenſi ſeu Loſſio nuptæ, quæ Mariæ avia fuit, & partem quartam pretii pro Geldria accepti. Cauſam hanc egit Magnus ille Hugo Grotius, cujus extat conſilium pro Naſſoviis Arauſionenſibus in cauſa Juliacenſi. Exhibebimus vero hic fundamenta:

Prætenſio in quædam jura Juliaci.

1. Dos

I. Dos *Philippæ* f. Wilhelmi March. Juliacenſis Godofredo Comiti Lænenſi nuptæ aſſignata fuit 2200. floren. dein ob non ſolutas penſiones aucta ad 2250. Hanc cum uſuris petere poſſunt Naſſovii ob *Mariam Lænenſem* Philippæ neptem Joanni Naſſovio nuptam, à qua illi deſcendunt.

II. Adolfus Dux Montanus cum Joanne Com. Lænenſi, filio Godofredi & Philippæ Juliacenſis, quia *Reginaldus* agnatus Dux Juliacenſis liberis carebat, cui gradu propior erat, licet per fœmellas, quarum jus non eo tempore ſpernebatur, ac præterea ſatis in provincia potens, Joannes, adeoque in potiunda ditione ipſe hujus amicitia egebat, 1420. pactum iniit, quo Adolfo ita ſucceſſio agnati deſtinebatur, ut ſolus quidem de Principatu inveſtiretur, ſed Joanni & heredibus quadrantem ditionum eorumque utilitatem concederet. Conditio impleta 1423. mortuo *Reinaldo*, ac Joannes quadrantem acceptum ad poſteros *VVilhelmum Blancoheimium*, cum quo pactum fœdus 1437. repetitum ac ſacramento firmatum, Gerhardum & Wilhelmum II. transmiſit, unde hi ſæpe *Duces* aut *Domini in Iuliaco* appellati. Cum vero ultimus 1467. ſine liberis mortuus eſſet, proamitæ *Philippa VVidenſis* (ἄπαις) & *Maria Iohannis C. Naſſovii* uxor hereditatem poſcunt, & in hac dictum quadrantem. Juliacenſes, quod proles maſcula & heres feudalis defeciſſet, negant, & ab Imperatore hujus etiam quartæ partis inveſtituram 1468. ſalvo tamen jure cujuslibet alterius obtinent. Sed Imperator 1470. reſcribit, ne inveſtitura facta eis fraudi eſſet. Et poſtea 1476. viſa pacti formula id confirmat: inſuper ſi quod jus Wilhelmi Blancoheimii morte ad Imperium delapſum eſſet, id dono addens, atque Gerhardo factam conceſſionem revocans.

III. Cum poſt Reinaldi mortem *Geldriam* invaſiſſet Arnoldus Egmondanus, ad quam etiam jus *Iuliacenſis* ac *Lænenſis* habebant: tandem Gerhardus Juliacenſis jus ſuum 1473. Carolo D. Burgundiæ vendidit 80000. aureis Electoralibus, cujus ſummæ quarta pars ex ſuperiori conventione Lænenſibus atque per hos Naſſoviis debetur.

Objectiones, quæ prætenſioni opponuntur, illæ fere ſunt:

1. Præſcriptio.

Except. Bona fides defuit; ſed & ſæpe interpellati hæredes, ut jus Naſſoviorum non ignorarent. Eadem interrupta 1471. & 1474. citatione, etiamſi litis non ſecuta conteſtatio, culpa Juliacenſium. Semel autem interrupta præſcriptio ſec. Jus Canonicum non iterum inchoari poteſt, Jure civili autem requiruntur 40. anni, qui à 1476. ad 1542. ſi demas Engelberti captivitatem, Henrici minorennitatem, & bella, ac Renati abſentiam, numerari nequeunt. 1544. ipſi Juliacenſes reſpondendo ad libellum Naſſov. litem ſunt conteſtati. Poſtea quoque, ſi demantur quæ demi poſſunt, non remanebunt anni, qui ſufficiant præſcriptioni.

2. Pactum inter Adolfum & Joannem illicitum, quia de hereditate viventis fuerit.

Exc. Lex illa Juris Civilis ſola nitens præſumtione, non ſemper obligat, unde plura exempla inter illuſtres Germaniæ. Sed & poſtea cum Blancoheimiis ea ceſſa ſint, ex poſtfacto ſaltem coaluiſſet, adde etiam novum Gerhardi & Wilhelmi fœdus.

3. Transactio fieri debet de jure dubio, hic vero jus Adolfi certum ante Joannem, ob fœmininam lineam non idoneum.

Except. Ad ditiones illas ſæpe, à fœminis quod petebatur, jus validum fuit. Præterea fœdus fuit, ut verba ſonant, pacis publicæ & tuendorum civium ergo.

4. De diviſione Ducatuum, niſi Cæſar probaverit, invalidæ ſunt pactiones.

Except. Sæpe in Germania Principatus diviſi ſunt. Nec hic agitur de diviſione dominii, ſed jurisdictionis, adminiſtrationis & proventum. Tum Cæſaris Friderici confirmatio ſupplet conſenſus vicem. Et Blancoheimii poſſeſſione 50. annorum præſcripſere.

5. Paciſcentes fuere Adolfus & Joannes cum filiis, filiarum nulla mentione: quæ alias quoque à feudis jure arcentur.

Except. Cum patre deſcendentibus omnibus jus natum: filii teſtimonio tantum adhibiti, Nec jus percipiendorum fructum feudum eſt.

6. Ab

6. Ab Imper. Friderico obtinuit conſolidatoriam conceſſionem quartæ hujus partis Gerhardus: & merito quarta pars reliquis accreſcere debebat.

Except. Excepit Imperator ſalvum cujuscunque alterius jus: & dein quoque conceſſionem revocavit.

7. Alii Wilhelmi Blancoheimii propiores fuere heredes.

Except. Negando: & ſi fuiſſent, eorum ſilentio jus aliis ſuum non perit.

8. Multa interim acta inter Juliacenſes & Naſſovios, nec tamen facta hujus juris mentio.

Except. Ea negotia cum hoc nihil habuere commune. Alibi Naſſovii teſtati, quod animum repetendi non abjecerint.

Hæc fundamenta ſunt. Porro initio Imperator 1471. 1472. Carolum Burgundum ſuo nomine cognoſcere juſſerat, ſed adverſus hunc Juliacenſes excepere, quod Naſſovius ejus ſit vaſallus. 1474. ad ſe revocavit cauſam, & Trevirenſi tradidit. Inde 1497. fœdus factum, ut amica transactione non forenſi diſceptatione res ageretur. 1502. & 1513. JCti Stocheimii & Aquisgrani fruſtra ob hoc convenere. 1517. ad alium conventum non comparuere Juliacenſes. 1519. apud hos egere Cæſaris legati, ut controverſia finiretur. 1543. *Renatus Naſſovius*, ut cauſa juxta promiſſum pacis legibus expediretur, non obtinet, ſed Dux ad transactionem monetur: Unde res Bruxellas, dein 1544. Spiram transfertur. Inde aliis incommodis Naſſovii à perſequendo jure detenti. Mauritius etiam 1611. adhuc quieſcere maluit, quam ſua prætenſione amicorum Principum cauſam gravare. Poſtea tamen propoſuit. Porro ob hanc prætenſionem non vidi quicquam ex Lænenſi ſcuto aſſumtum vel gentili clypeo inſertum eſſe.

Scuta linearum Sigenenſis. Dillenburgiæ. Hadamariæ.

§. XXVIII. Iſta de ſcuto Arauſionenſi: Cum vero ſupra n. 4. diximus, à *Ioanne* Wilhelmi Principis Arauſionenſis fratre quatuor eſſe lineas, *Sigenenſem*, *Dillenburgenſem*, *Dieziam*, *Hadamariam*. Ex illa prima, ſecunda & quarta lineæ eodem plane utuntur ſcuto quadripertito ex Naſſoviis, Catimelibocenſibus, Viandenſibus & Dieziis ſymbolis, nulla quæ mihi quidem innotuerit acceſſione.

Ex Sigenenſibus Principis Wilhelmi Mauritii.

§. XXIX. Ex Sigenenſi ramo tamen prodiit Sereniſſimus *VVilhelmus Mauritius*, Henrici à cujus fratre majori Joanne reliqua Sigenſis linea deſcendit, filius. Hic eodem ſcuto quod modo diximus quadripertito utitur, ſed toti imponit novum ſcutum quadripertitum, ex leone coronato rubeo in ſolo argenteo, argenteo coronato in rubeo, duobus pardis ſeu leonibus gradientibus rubeis in auro, & tribus vitellis ſeu numis Byzantinis aureis in cocco. Hic clypeus eſt Limburgio-Styrumius: nam leo prior *Limburgiam* gentem, argenteus leo *Bronchorſtiam*, duo pardi *VViſchiam*, tres vitelli (quos alii rubeos fingunt, ſolumque aureum) *Borculoenſem* dynaſtiam notant. Vide L. 2. c. 51. num. 9. & ſeq. Jus vero horum latereulorum eſt à Celſiſſimi *VVilhelmi Mauritii* matre *Maria Magdalena* Georgii Erneſti C. Limburgio-Styrumii filia, Henrico Naſſovio 1646. nupta & 1653. extincta: quæ hereditatem paternam ad filiam transmiſit. Galeæ quoque clypeo imponuntur ſex: prima *Naſſovia*, ſecunda *Catimelibocenſis*, tertia *Diezia*, quas in antecedentibus vidimus: ſed adduntur deinceps ex *Limburgiis* totidem galeæ novæ coronatæ (vid. L. 2. c. 51. n. 9.) videlicet ipſa *Limburgia*, ex qua ante caudam pavoninam exurgit leo rubeus: *VViſchia*, cujus apex conſtat duobus pedibus equinis rubeo & aurato ſurſum protenſis, & *Bronchorſtia*, quæ ſuſtinet duos pedes urſinos (vel leoninos) argenteos, qui ſingulos globos ſtringunt argenteos. Laciniæ ſunt hinc cæruleæ & aureæ, iſthinc argenteæ & rubeæ. Scuto ſubjicitur crux Joannitica argentea, & dependet ex faſcia nigra, crux nigra argenteo limbo ambita. Titulus eſt: *Princeps Naſſoviæ, Comes Catimeliboci, Viandæ, Dieziæ; Limburgi & Bronchorſtii. Dominus in Beilſtein, Styrum, VViſch, Borckelohe, Liechtenvord & VVildenburg, Hereditarius vexillifer* (Erbpauer-Herr/) *Ducatus Geldriæ & Zutphaniæ, Equeſtrium Ordinum Ioannitici & Teutonici eques, Commendator in Grünberg & Schooten, Chiliarcha legionis pedeſtris & præfectus turmæ Helveticæ prætorianæ in militia Ordinum fœderati Belgii.*

Ex Dillenburgica lineæ Schaũburgicæ.

§. XXX. Ex Dillenburgico *Schaumburgius* ramus prodiit, autore *Adolpho* Ludovici Henrici filio, qui *Eliſabetham Carolam*, Celeberrimi bello Ducis *Petri C. Holzapfelii* filiam uxorem habuit, & ex ea non niſi fœminea prole relicta proximis annis deceſſit.

deceſſit. Hic ſcuto Dillenburgio conſveto impoſuit parmulam *Holzapfeliam*, quæ deſcribitur *Fürſt.* Wapenb. P. 4. p. 7. Ea vero quadripertita in primo & quarto laterculo *rubeo leonem* (vel argenteum, ut eſt in Fürſtio, vel teſte pictura transmiſſa) *aureum*, repræſentat, qui ſcipionem militaris imperii, vel ut eſt in Fürſtio clavum falculis tenet: in ſecundo & tertio *argenteo gryphum rubeum*, unguibus dextri pedis globum cæruleum vel potius pomum aureum prætendentem oſtendit: toti iterum imponitur ſcutulum cæruleum, in quo duos ramos mali ſylveſtris ſuo colore pictos & pomis ternis auratis ornatos, impoſita corona conjugit ex meliore metallo. Galeas ſcuto huic imponi ſolitas non vidi. Credo tamen, quod Naſſoviis tribus conſvetis tres etiam *Holzapfelia* coronate jungantur: quarum primæ inter duas alas rubeas leo laterculi primi cum ſcipione inſiſtit: ſecunda inter jugum alarum cærulearum expanſum ſuſtinet ramum mali ſylveſtris, foliis & pomis auratis exornatum: Super tertia iterum inter alas argenteas gryphus ſecundi alveoli viſitur. Porro *Schaumburg*, unde, utpote ab habitatione, lineæ in vulgari uſu nomen, à Weſterburgiis Leiningiis emta eſt.

§. XXXI. Rami quoque *Diezenſis* non vidi plena inſignia, ſuis expreſſa coloribus, ſed tantum viduæ Principis ſcutum, quo propriæ Arauſionenſi medietati ex latere dextro mariti ſymbolum pro more jungit, vaſculo impreſſum. Erat vero illud ſemel ad perpendiculum, bis transverſe ſectum. Areolas primas quatuor conficiebant teſſeræ *Naſſovia*, *Catimelibocenſis*, *Viandenſis*, *Diezia*: In quinta gradiens conſpiciebatur *cervus*: ſextam permeabat *faſcia*. Toti vero *cruce* inſignita parmula incumbebat. Crucem neſcio cui origini tribuam, niſi ſit indicium Commendæ alicujus Joannitiæ. Nec de faſcia quicquam dicere poſſum, cum tinctura ignota ſit. Cervum quod attinet, cum *Spiegelbergium*, adeoque naturali colore repræſentandum, laterculum autem argento pingendum eſſe (vid. Wapenb. P. 2. pag. 18.) non dubito. Porro habuit Comitatus Spiegelbergius ſuos peculiares Comites ab antiquo, ex quibus Joanni datur uxor Urſula filia Henrici Comitis de Pyrmont, quæ ei iſtam attuliſſe dicitur hereditatem. Tota maſcula progenies autem defecit 1557. cum Philippus prælio ad Quintini fanum cecidiſſet. Inde ad *Gleichenſes* ſucceſſio delata eſt, Walpurgi Spiegelbergia natos. Vide ſupra L. 2. c. 32. n. 3. Cum vero hos etiam finiviſſet 1630. mors Joannis Ludovici Comitis, feudum Comitatus Spiegelbergii feudi jure relapſum eſt ad *Brunſvicenſes*. Sed audiamus de eo *Zeiler.* itin. Germ. P. 2. p. 25. in matricula imperii de *Spigelbergiis* ita loquentem. Spiegelberg. Iſt anno 1612. von den Grafen von Gleichen vertretten worden. Dann ob wol nach deß letzten Grafen von Spiegelberg und Piermont todt 1583. ſich ſolcher Grafſchafften/ als wegen Piermont mit Paderborn/ und wegen Spiegelberg und dem flecken Copenbruck/ mit Hertzog Erichen von Braunſchweig unruhen erhoben/ ſo haben doch Graf Philipp Ernſt und Graf Hans Ludwig von Gleichen/ die beyde noch 1607. gelebet/ als von Frauen Walpurgen Gräfin zu Spiegelberg und Pirmont (im Weſtphäliſchen Crayſe) gebohren/ ſolche güter bekommen/ auch folgender zeit den anſchlag erſtattet. Beſihe Joh. Leznerum in der Daſſeliſchen Chronic. L. 3. cap. 78. Hamelmann. in der Oldenburg. Chronic. P. 3. f. 437. und Laur. Peccenſtein in Theatr. Sax. c. 16. Quod hic tradit Zeilerus de ultimi Spiegelbergii morte, quæ 1583. contigerit, non accipiendum de extincta maſcula progenie, quæ jam 1557. in Philippo defecerat; ſed illo an. 1583. mortuus eſt *Philippus Comes Lippiæ, Spiegelbergæ & Pirmontii*, qui avunculo Philippo ſucceſſerat. Ut ipſe Zeilerus alibi de X. circul. Imp. pag. 877. de eare paulo fuſius agit. Coppenbrügge ein ſchloß/ hat vor jahren zur Grafſchafft Spiegelberg/ an das Fürſtenthum Calnberg ſtoſſend/ gehört/ und iſt mit Pirmont zum Weſtphäliſchen Crayß gerechnet worden: daherumb der fluß Leina/ die Städte Eltze/ Erdagſen/ Hameln und Münden/ ſo alle Braunſchweigiſch ſind. Als anno 1557. den 10. Auguſti Philippus der letzte Graf zu Spiegelberg und Pirmont in der ſchlacht vor St. Quintin erſchoſſen worden/ und anno 1583. auch Graf Philip zur Lippe/ Spiegelberg und Pirmont geſtorben/ hat Hertzog Erich der jüngere von Braunſchweig dieſes hauß und flecken Coppenbrücke das vornehmſte in der gemeldten Grafſchafft Spigelberg alſobalden als Braunſchweigiſch lehen

Lineæ Diœcenſis.

eingenommen / und nachmahls den jüngern Grafen von Gleichen / deß nechſt verſtorbenen Graf Philippſen mutter ſchweſter ſohn damit belehnet. Wie folgends der letzte Graf zu Gleichen / Piermont und Spiegelberg Graf Hans Ludwig den 17. Jan. 1633. (debebat legi 1630.) auch verſchieden / iſt mit ſolcher Grafſchafft Herr Heinrich Julii Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburg Eydam Herr Graf Ernſt Caſimir zu Naſſau / ꝛc. belehnet worden; die anjetzo Herr Wilhelm Friederich Graf zu Naſſau / Stadthalter und Capitain General in Weſtfrießland / ꝛc. mit allen Regalien und Herrlichkeiten durch die belehnung von Herr Hertzog Georg Wilhelm / ꝛc. als regierenden Herrn deß Fürſtenthums Calenberg ꝛc. beſchehen / hat. Galeas quas familiaribus addat hæc linea nusquam vidi.

Conjectura de aliis familiis ex Naſſovia. Saynenſi.

§. XXXII. Sunt & aliæ familiæ, quibus ortum ſuum in Naſſovia quærunt. Ita *Saynenſem* deducere aliqui amant à Friderico Friderici C. Naſſovii filio Eberhardi fratre, Philippi autem conditoris *Solmonſium* patruo magno: qui *Saynam* condidit. In inſignibus hoc tantum obſervo, Saynenſibus leonem vel potius pardum erectum repræſentari, ſed aureum in ſcuto coccineo. (vide peculiari capite de Sayn.) Ejusdem Philippi Solmenſium autoris frater *Arnoldus* inter alios genuiſſe dicitur Ottonem, qui militiam ſecutus *Comitis Palatini Carinthiæ* filiam duxerit uxorem, & *Goritiæ* Comites proſeverit. Scutum Comitum *Goritiæ* (Wapenb. P. 2. p. 20. conf. L. 1. c. 9. n. 67. in inſign. Auſtr.) nonnihil iſtam ſententiam confirmare videtur, id enim ex ſiniſtro angulo diagonaliter ſectum, in poſteriori quidem parte argentea duos rubeos baltheos complectitur, in priori vero cærulea leonem aureum: quod ſymbolum eſt Naſſovicum. Ante hos qui iam Arnoldus Naſſovius, Walrami filius & frater, *Ludovicum* genuiſſe perhibetur, à quo Comites *Hombergenſes* in Auſtraſia deſcendant: horum vero ſcutum vidiſſe non memini. De *Kirchbergiis* aliqua conjectura allata eſt L. 1. c. 46, num. 2.

Goritia.

Homburgia.

Kirchbergia.

Caput XXVII.

Domus Palatino-Bavarica.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo. Ex Wittelſpachiis. Otto Dux Bavariæ.*
2. *Ludovicus. Comitatus Palatinus. Ludovicus Severus. Lineæ Palatina & Bavarica.*
3. *Linea Rudolfina. Electoralis. Simmerenſis. Bipontina. Veldentina. Neoburgica. Spanheimia.*
4. *Scuta varia utriusque lineæ.*
5. *Scutum Friderici II. Elect. Scuta colligata. Mos veterum.*
6. *Leo Palatinus. De origine. Leo in ſcutis vaſallorum Palatinorum.*
7. *Palatinatus. Amplitudo. Jura.*
8. *Vaſalli.*
9. *Palatinatus per plures familias vagatus. Leo ab Ardennatibus.*
10. *Rhombi Bavarici. Origo. Numerus.*
11. *Bavariæ Ducatus in pluribus familiis.*
12. *Scutulum vacuum. Pomum Imperiale. Ordo periſcelidis.*
13. *Galeæ. Apex. Telamones.*
14. *Tituli.*
15. *Scutum lineæ Simmerenſis. Spanheimius Comitatus.*
16. *Jus Palatinum in Com. Spanheimio. Ex donatione. Ex hereditate Veldentina.*
17. *Apex, Titulus.*
18. *Neoburgica linea. Bavaria. Principatus Neoburgicus.*
19. *Ducatus Juliaci, Clivia, Montium.*
20. *Jus Neoburgicum in Ducatus iſtos.*
21. *Veldentinus Comitatus.*
22. *Com. Marcanus & Ravenſperg.*
23. *C. Mœrs. Mauritius Naſſov. heres inſtitutus. Jus Cliviorum.*
24. *Leo Palatinus, Tituli.*
25. *Galeæ.*
26. *Linea Bipontina inſignia vetuſtiora.*
27. *Scutum modernum Bipontinum.*
28. *Jus Bipontinorum in Juliaco-Clivenſi ſucceſſione.*
29. *Scutum linea Spanheimiæ.*
30. *Ducis Chriſtiani II.*
31. *Rappolſtein. Hohenack. Regium feudum. Berckheim.*
32. *Galeæ.*
33. *Tituli.*
34. *Ducis Joannis Caroli.*
35. *Abbatiſſa Quedlinburgia.*
36. *Scutum Linea Veldentina.*
37. *Linea Ludoviciana. Scutum Electoris Bavariæ. Leo Palatinus an ante rhombos Bavaricos? Tituli.*
38. *Pomum Imperiale. Origo & ſignificatio. Electoratus ad Bavaros.*

93. *Galeæ.*

Digitized by Google

39. *Galea.*
40. *Maximiliani Ducis clypeus.*
41. *Colonienſis Electoris. Epiſcopi Friſingenſis & Ratiſponenſis.*
42. *Epiſcopatus Friſingenſis. Comit. VVerdenfels. Officiales Epiſcopatus.*
43. *Epiſcop. Ratiſponenſis. Officiales.*
44. *Comites de VVartenberg.*
45. *Inſignia. Tituli.*
46. *VVilhelmi D. Bavariæ. C. Hollandiæ ſcutum.*
47. *Schirenſium ſcutum. Eccard.* Hertzog Bundſchuch. *VVitelſpach. Ilſungii.*
48. *De Schirenſium ſcuto conjectura.*

§. I.

QUam ab *Auguſtiſſimo Carolo Magno* vulgaris traditio, *Andreæ Presb. Ratiſponenſis, Ioh. Trithemii, Sebaſt. Münſteri, Hub. Thomæ Leodii, Eliæ Reuſneri, Marq. Freheri, Chriſtoph. Gevvoldi* & aliorum ſuffragiis munita, derivat, Sereniſſima domus *Palatina* nulli alii Imperii noſtri ſtirpi ſecunda, non ſemel *Imperiali diademate* (quod eſt ubi recuſavit oblatum) & *regiis coronis*, qua ne nunc quidem caret, præfulgida, à *Palatiis* Imperatorum nomen ſortita & multis inſignibus prærogativis & privilegiis à pluribus ſeculis incluta, ex *Scheirenſibus* & *VVitelſpachiis* Comitibus intermediam originem duxit. In his cum per injuriam temporum & ſcriptorum incuriam aliquo tempore ſtirps intermortua videretur, refloruit virtute *Ottonis*. Hic quintus eo nomine, *major* dictus, *Friderico Barbaroſſæ* Imperatori à pugione & aquila fuit, & poſt plura obſequia & egregia officia præſtita *Henrico Leone* proſcripto 1180. illius beneficio *Bavariæ Ducatum* nactus, avitum patrimonium hac ratione in familiam quaſi poſtliminio reduxit.

Familiæ origo.

Ex Witelspach.

Otto Dux Bavariæ.

§. II. Filius *Ludovicus* cognomento *probus*, beatas illas *Palatinorum ad Rhenum* terras, favore Imperatoris *Friderici* hujus nominis *ſecundi*, cui ipſum percarum & familiarem fuiſſe, apparet ex ipſius Auguſti quadam ſuper ejus obitu epiſtola ad filium ejus Ottonem ſcripta, anno 1215. nactus eſt, à quo etiam omne genus *metalli*, tam in auro & argento quam in aliis, in terris Palatinatus & Bavariæ, quod hactenus Imperii fuerat, anno 1219. in feudum recepit, & ex hoc tempore Ludovicus ipſiusque poſteri ſe *Comites Palatinos Rheni & Duces Bavariæ* &c. ſcripſere. Ludovicus filium reliquit *Ottonem* illuſtrem, hic *Ludovicum Severum*, communem omnium, qui hodie quoque ſuperunt, ex hac ſtirpe ſatorem, qui ſuo ſuffragio, poteſtate à reliquis Electoribus accepta, *Rudolphum C. Habſpurgicum* ad ſolium *Auguſtum* evexit. Ut adeo *Domus Auſtriaca* Palatinæ debeat incrementorum reliquorum prima fundamenta. Ex ejus filiis, *Rudolfus* ejus, quæ ἐξοχικῶς *Palatina*, *Ludovicus Auguſta* dignitate clarus, alterius, quæ *Bavarica* nuncupatur, linearum autores exiſtunt.

Ludovicus.

Comitatus Palatinus.

Ludovicus Severus.

Lineæ Palatina & Bavarica.

§. III. Inter *Rudolfi* poſteros *Rupertus* ejus pronepos *Imperiale ſolium* conſcendit, & ex filio *Ludovico Barbato Electores Palatinos* ſevit, qui ſuperiori ſeculo in *Ottone Henrico* ultimo ex hac linea Electore 1559. defecere; alter filius *Stephanus*, *Friderico* & *Ludovicum* nigrum genuit. Ille *Simmerenſem* ramum, hic *Bipontinum* emiſit. Ad *Simmeranum* deinceps devolutus eſt, priori linea extincta, *Electoratus*, in quo ut per multa adhuc ſecula in ſeros nepotes duret, ſupremus rerum omnium arbiter faxit. *Bipontinus* iterum patitur ſuas diviſiones; Cum Ludovici nigri filius *Alexander* pater fuerit *Ludovici* & *Ruperti*: Hic *Veldentinam* lineam orſus eſt, illius filius *VVolfgangus* ex filiis Philippo Ludovico, *Neoburgicus* & *Sulzbacenſes*, Johanne *Bipontinos* & *Svecicos*, Carolo *Spanheimios* ſeu *Birckenfeldios* ſevit.

Linea Rudolfina. Electoralis. Simmerenſis. Bipontina. Veldentina. Neoburgica. Spanheimia.

§. IV. Inde mirum non eſt, gente in tot lineas diviſa, inſignium etiam diſpoſitionem fuiſſe & eſſe non unam: ita conſiderabimus in Rudolfina domo 1. *Electoralia* inſignia. 2. *Simmerenſis* Principis, qui ex Electorali domo proxime ortus erat. 3. Scutum *Neoburgicum*, quod *Sulzbacenſis* linea etiam ſervat. 4. *Bipontinorum* & *Svecicæ* lineæ. 5. *Bircofeldios* ſeu *Spanheimios*. 6. *Veldentinum* clypeum. In domo *Lodovicia-na* ſolùm ſuccurrit ſcutum Electorale & Ducale, tum *Colonienſis* Electoris, de quo jam c. 8. actum eſt, nec non Epiſcopi *Friſingenſis*, & *Ratiſponenſis*.

Scuta varia utriusque lineæ.

§. V. Si ab *Electorali Palatino* emblemate ordiamur. Exhibet equidem Chifflet. in inſign. Eq. A. V. n. 127. ſcutum *Friderici II. Electoris* hunc in modum: *quadripertitum. Primus & quartus quadrans pullus leone coronato aureo, linguis & falculis caccineis impreſſus. Secundus & tertius uno ſupra viginti rhombis argenteis & caruleis, oblique dextrorſum diſpoſitis exaratus. Impoſitum quadrantibus ſcutulum coccineum ſphæra*

Scutum Friderici II. Elect.

Scuta colligata.

mundi aurea impreſſum. Quantum tamen alibi videre licuit, ſolenne fere electoribus fuit, (cujus vetuſtiſſimum exemplum eſt in *Ruperto Præjuniori* 1399.) tria ſcuta geſtare colligata: *(eſcus liez)* De quo aliquid dixi P. 1. c. 3. n. 77. Qui mos nunc quoque obſervatur. conf. Wapenb. P. 1. p. 3. & P. 3. p. 4. Scuti vero quadripertiti, quale Chiffletius deſcribit, vix reperietur exemplum, quo aliquis uſus eſſet, excepto *Ludovico* Ruperti præjunioris filio, cui ea diſpoſitio placuit. Vetuſtiores ante Rupertum circa inſignia minus fuere curioſi; unde ſæpius Palatinos Electores obſervare licet equo inſidentes, dextraque nudum gladium vibrantes, in anteriori parte chlamydis ſuæ vel etiam equi, leonem Palatinum, nonnunquam etiam caſſidi ipſorum inſidentem *Leonem*, *Rhombos* vero *Bavaricos* tergo equi inſperſos repræſentantes. Quo etiam inſigni *Fridericus I. Victorioſus* quandoque uſus eſt. Minores natu ex hac familia antiquitus nonnunquam etiam in triangulari ſcuto ſolum *leonem*, neglectis rhombis Bavaricis in inſignibus exhibuiſſe reperiuntur.

Mos veterum.

Leo Palatinus.

§. VI. Quod ergo moderni Sereniſſimi Electoris attinet inſignia, conſtant illa tribus ſcutis colligatis. *Primum nigrum* eſt & *leonem* exhibet *aureum*, *rubentibus corona*, *lingua* & *falculis:* quod ex Chiffletio modo audivimus, niſi quod hic *coronam* minio tingere oblitus eſt. *Cauda* etiam ſimplex eſt, ſed cum nodo in medio. Obſervavit vero *Leodius* in inſignibus *Henrici C. Palatini Rheni & Dn. in Lacu*, qui 1093. vixit, leonem ſine corona cum duplici cauda. Notatur hoc leone *Palatinatus. Tneod. Heping. de Iure inſign. c. 6. P. 5. §. 2. pag. 338.* (Quo & *Marq. Freherus* inclinat.) inde leonem derivat, quia deſcendant ex *Palatinis* veteribus *Francorum*; Gentes autem & familias à Francis ortas, plerasque ſumſiſſe leones, originis docendæ gratia. Sed alibi c. 2. §. 10. n. 1018. leonem derivaverat ab inſigni *Herculis XI. Germanorum Regis* primique *Bojorum* autoris. Utram derivationem amplectaris, vereor, ut oſtendi poſſit tam veterem gentilitiorum διγμάτων fuiſſe uſum. De quo P. 1. c. 2. dictum eſt. Cur non arbitrium veterum, quibus feræ præ aliis generoſæ habitæ imago placuit, unicam & hujus Palatini leonis, & quoties in aliorum parmis ſimilis figura occurrit, cauſam agnoſcere malimus, quam ad incertas & fabulis fere miſtas recurrere antiquitates? Ob hanc cauſam vero non raro amarunt Palatini manſvefactos alere leones, quorum δῆγμα ſcutum exornabat. Quando vero Palatinæ hiſtoriæ alioquin inſigne decus *Marq. Freherus orig. Palat. P. 1. c. 13.* ex hoc leone colligit, Naſſovios, Solmenſes, Saynenſes, Witgenſteinios, Leonſteinios in clientela Palatina eſſe, collectionis, ſi univerſalis perhibeatur, firmitatem deſideratim. Sunt enim familiæ illuſtres huic Domui feudi vinculo obſtrictæ, in quorum clypeis nullus leo ſalit: & multi hanc feram in clypeis oſtentant, in quos nihil juris Palatinatui. Nec tamen diffiteri licet, etiam beneficio tributam inſignium partem. Ita adhuc extant in Archivo *Adolphi* & *Ioannis Comitum Naſſoviorum* literæ reverſales de an. 1353. quibus confitentur; **daß ihnen von Pfaltzgraf Ruprecht dem ältern zu rechtem lehen verliehen worden / zwey hörner von der von Naſſau wapen auff dem helm zu führen / und dazwiſchen einen güldenen Löwen / und ſollen jederzeit die zween älteſten ſöhne von ſelbigem ſtamm ſolchen helm von der Pfaltz wegen führen.** Sic etiam *Philippus* Elector Palatinus *Ludovico* Comiti in *Lævvenſtein* inſignia Comitibus Lœwenſteinenſis anno 1488. conceſſit.

Leo in ſcutis vaſallorum Palatinorum.

Deorigine.

Palatinatus

§. VII. *Palatinatus* hoc ſymbolo deſignatus, diſtrictus eſt, amœniſſimis & fertiliſſimis, Rheno & Nicro, præter alios, fluviis irriguis, vigore multorum præcipuorum jurium, regalium & privilegiorum à Rom. Imperatoribus & Regibus Comitibus Palatinis ad conſervandam ipſorum dignitatem & officium à multis ſeculis conceſſorum, tum etiam ratione plurium inſignium feudorum, quorum vinculo multæ Principum & Comitum familiæ huic Comitatui obſtrictæ ſunt, per *Franconiam*, *Sveviam*, *Alſatiam*, *Haſſiam*, *Moguntinum*, *Trevirenſem & Colonienſem Electoratus*, *ut & Ducatum Iuliacenſem* latiſſimè ſe diffundens, nullisque certis limitibus & finibus determinatus. Quod autem præcipua hujus Sereniſſimæ familiæ privilegia, regalia & dignitates ſublimes attinet, ut jam denotiſſimo illo jure *Wildfangiatus*, de quo ſtylo & pilo ante paucos annos acriter pugnatum eſt. Item de jure *reluitionis*, cujus vigore Dominia & loca Imperii à Cæſaribus oppignorata reluere & redimere illi licet, item de ſingulari illo privilegio, **deß Keßlerhandwercks** / quod ſe per Alſatiam

Amplitudo

Jura.

Franco-

Franconiam, Sveviam & vicina territoria longe lateque extendit, quodque in diſtrictu Franconico Nobiles *de Zobel*, in Alſatico nobiles *de Ratſamhauſen* ſubfeudi loco ab Electoribus Palatinis recognoſcunt, & aliis qnamplurimis taceam; Quantum eſt, quod Sereniſſima hæc Domus inter Electores ſeculares, poſt Bohemiæ Regem principem locum ſemper tenuit, & *Archidapiferatu* reliquis præfulſit? Quantum eſt, quod ipſius Imperatoris, non alius quam hi ipſi *Iudices* conſtituti? Quantum eſt, quod defuncto vel abſente Imperatore *adminiſtratio Imperii* ad ipſos devolvatur, quæ omnia ipſis ratione hujus *Comitatus Palatini* competunt?

§. VIII. Quam longe lateque autem primi *Palatini Comites* jam olim imperaverint, argumento ſunt, tum plurimæ Eccleſiarum & Monaſteriorum in Trevirenſi & Colonienſi diœceſi ab ipſis inſtitutæ fundationes eorumque dotationes, tum veteris hujus familiæ propria & patrimonialia bona, quæ partim ipſi adhuc poſſident, partim aliis Principibus, comitibus & regulis beneficiario jure conceſſerunt: nam quicquid fere eſt inter *Confluentes* & *Andernacum*, Comitatus de *Virnenberg*, de *VVieda*, de *Sayn*, de *Manderſcheid* & potiſſima Ducatus *Iuliacenſis* pars ab ipſis feudali jure dependet. Quibus alii Principes & Comites, pari fidelitatis jure ipſis obſtricti accedunt, cum Sereniſſimi hi Comites nihil præclarius duxerint, quam tot tantorumque Illuſtrium clientum & vaſallorum ſubſidiis ſe fultos & ſtipatos videre. Horum vero illum catalogum accepi: Ex *Principum* ordine agnati *Palatini* lineæ Neoburgicæ, Bipontinæ, Svecicæ (Princ. Adolf. Joann. ſed res controverſa eſt,) Spanheimiæ, utraque domus Haſſiaca, utraque Badenſis, Naſſovio Sigenenſis. Ex *Comitibus* Caſtellani, Cronbergii, Erpacenſes, Hanovii, Iſenburgii, Lœwenſteinii, Leiningenſes Hartenburgici & Weſterburgici, Naſſovii Saræpontani, Oetingenſes, Rhingravii (Controverſa lis eſt, nec dum illi inveſtiti.) Saynenſes & Witgenſteinii, Sinzendorfii, Solmenſes, Wiedani, Raugravii, tum ratione Principatus Simmerenſis Schœmbergii, Falckenſteinii, Crazii Scharfenſteinii. Ex *Baronum* & *Dominorum* numero Brœmſer, Waldenburg, Limpurg, Metternich, Sickingen. Cum Dahlberg & Hoheneck controverſia intercedit, & feuda pro apertis habentur. Vaſalli.

§. IX. *Palatinatus* hic nono ſeculo in poteſtate fuit familiæ alicujus *Auſtraſicæ* ſeu *Moſellanicæ*. Ex hac *Hofmannus* primum conſtituit *Sigundfridum Electorem Palatinum Rheni*, *D. Lotharingiæ & Moſellanicæ*. Eundem alii *Erenfridum* nominant (in MScr. Biblioth. Palat.) ipſumque *Conradi* Sveviæ & Lotharingiæ Ducis ex filio *Ottone* nepotem faciunt. Juxta alios ille *Sigundfridus* vel *Sigfridus* filius fuit *Godfridi*, nepos *Ricuini* Comitum *Ardennæ*, agnatus *Godfredi* & *Gothelonis*, tum *Ottonis Fridericorum* duorum & *Theodorici Ducum Lotharingiæ ſuperioris* & Comitum Barri, qui in hiſtoria celebres fuere. Ipſum *Sigfridum* ab Abbate S. Maximini *Lucenburgicum* caſtrum accepiſſe, & inde Comitis titulum geſtaſſe lego. Eo præter *Cunigundam Auguſtam* Henrici II. conjugem, tum *Fridericum*, à quo dein tota *Limburgica* & *Lucenburgica* familia, & alios fratres, natus eſt *Henricus*, quem affinis Imperator 1002. *Bavaria Ducatu* donavit: hujus vel filius vel ex fratre nepos fuit *Henricus II. Dux Bavariæ* & *Comes Palatinus* & *Dominus in Lacu*, qui anno 1093. Monaſterium in Lacu prope Andernacum in Trevirenſi diœceſi de bonis ſuis patrimonialibus fundavit. Uxoris ipſius nomen *Adelheidis*. Et quidem hic, ut literæ fundationis docent, ἄτεκνος fuit. Ei ſucceſſit (vid. Leod. & Freher.) *Sigfridus*, cujus ſtirps in *Hermano*, qui 1148. vixit, defecit: Ex ea leguntur *Cuno*, *Fridericus*, *Godfridus* Palatini, & emortuales deſignantur iis anni 1050. 1078. 1126. Godfrido filius datur dictus ille lineæ ultimus *Hermannus* C. Palat. Rheni. Hoc etiam tempore vixit alius *Henricus Comes Palatinus Rheni*, & *Stalecca* ſupra Bacharacum ſuam ſedem habuit, teſtibus literis oppignorationis anno 1147. quibus ad implendum peregrinationis ſuæ propoſitum Comitibus de *Spanheim* Henrico, Alberto & Godfredo pro certa marcarum ſumma aliquas villas pignoris loco dedit. Ejusdem mentio fit in literis 1156. quibus Frdericus I. Marchionatum Auſtriæ in Ducatum convertit, & à Bavaria ſeparavit. Huic *Conradum* Friderici Imp. fratrem ſucceſſiſſe, ejusque uxori *Irmengardi* nomen fuiſſe varia documenta Archivi Electoralis Palatini de annis 1155. 1161. 1163. docent. Ex quibus etiam docetur, jam tum temporis *Conradum* hunc Comitem Palatinum Rheni fuiſſe & non demum, quod alias creditum 1170. ei Comitatum Palatinum feudo conceſſum fuiſſe. Uxorem ejus alii Palatinatus per plures familias vagatus.

Eliſabetham vocant filiam Cunonis, qui Franconiæ Dux ab Irmgardi Henrici C. Palatini filia Principatum iſtum tenuerit. Filius *Conradi* hujus Svevi *Conradus Palatinus*, qui *Bacharaci* vel impoſito caſtello Stalecke habitavit, 1198. fatis conceſſit, relicta quod alii perhibent ſorore vel potius ut in literis eſt 1189. filia *Agnete* ſeu *Clementia*, quæ nupſit *Henrico Saxoni* Henrici Leonis Celeberrimi & Potentiſſimi Germaniæ Principis filio, qui *Palatinatum* nactus 1196. & 1213. extinctus atque Schœnaugiæ ſepultus eſt. Iſte Henricus advocatiam Eccleſiæ & civitatis *Trevirenſis*, quam hactenus Comites Palatini ad Rhenum geſſerant, Archiepiſcopo 1198. reſignavit. Hujus filia *Agnes* ſeu *Gertrudis Ottoni VVitelſpachio* Bavariæ Duci nupſit. Nec tamen ab ea Palatinatus familiæ illatus eſt, ſed jam 1215. *Ludovicus* Ottonis parens de Principatu inveſtitus, qui ſe *Comitem Palatinum Rheni* ſcripſit, nec non ab Imperatore eo titulo mactatus eſt, quod metalla Palatinatus ipſi tanquam *Comiti Palatino* 1219. ab Imperatore in feudum conceſſa, & 1225. *Heidelberga* cum caſtro ab Epiſcopo *VVormatienſi* in feudum ipſi data, unde ibidem ſedem fixit, eodemque anno monaſterio Schœnaugienſi exemtionem à telonio & Umgeld in Heidelberg conceſſit. Ex eo tempore, qui non unam gentem pervagatus erat, in hac acquievit Palatinatus, & in ea ad ultimum perſeverare avet. Porro variis titulis ditiones Palatinæ crevere, quorum ſymbolis, ad modum quidem aliarum ſtirpium, iſta clypeum ſuum ornare neglexit. Ex prædictis vero, ſi quis ab origine δείγματα gentilitia arceſſere velit, videtur, non rectius arceſſi leonem, quam ab *Ardennenſibus*, quibus leones gentiles fuiſſe, Brabantinorum, Lucenburgenſium, Limburgenſium Principum, qui primorum Palatinorum agnati fuiſſe creduntur, exempla ſatis probant. Certe hæc conjectura, quam Hæpingii paulo ante rejecta, probabilior eſſet, ſi quis eam tueri vellet.

Leo ab Ardennanibus.

Rhombi Bavarici.

§. X. Altera parma *rhombis argenteis & cæruleis oblique dextrorſum diſpoſitis exaratur (Lonzengé d'argent & d'azur de 21. pieces miſes en bande)* alii ſcutum *teſſellatum*, *virgatum* alii, nonnulli *ſcaccos Bavaricos*, item *reticulatos* & *decuſſatos* rhombos vocitant. Noſtri **wecke**. Originem quidam derivant à vetuſtis Bavaris, qui ſemper geſtarint 24. panes (**wecken**) in memoriam ejus, quod *Pſammetychus* Ægyptius (apud Herod. Eut.) cum pueri absque humanæ vocis quam audiſſent uſu enutriti clamarint *becha*, Scythis & Phrygibus πρωτείαν originis adſcripſerit, quia in eorum lingua vox iſta panem notet: honori autem participare voluiſſe *Bojos*. Ita quidem *VVolfgangus Lazius*; ſed vix Poëtis digna eſt fabula. Et ſi hujus generis conjecturis certandum eſſet, forte *Hæpingius* audiendus fuerit, qui de Jur. inſign. c. 6. P. 5. §. 2. p. 339. colorum varietates *Iacobo* adſcribi poſſe exiſtimaret ex Gen. 30. 38. 39. Ex *M. VVelſero Boicarum* antiq. ſcriptore diligentiſſimo L. 2. p. 15. *Freherus* à *ſagulis virgatis* (ῥαβδωτὰ & πλαθία vocant.) Gallorum derivat, qui Romam cepere, in quibus Bojorum Ducem *Chrixum Silius* L. 4. recenſet: quadris modice in rhombos compreſſis. Obſervat *VVelſerus* loco cit. quod *virgata ſagula*, quæ ſint apud *Virgil.* læve explicant Grammaticus Interpres *Servius*. Addens illa: *Verſicoloria appellavere Tacitus 2. Hiſtor. & Sidonius L. 4. ep. 20. Barbarus inferioris ævi ſcriptor (Sangallenſis de vita Caroli M. ſub finem L. 1.) Gallos illis ad Caroli ætatem usque uſos eſſe oſtendit. Ex Diodoro L. 8. c. 9. paret, fuiſſe in teſſellatam prope ſpeciem interſtincta & coloribus variegata, ut ſi quem retium plagas & maculas pictis tabellis explere & ſolidare delectet, funiculi decuſſati virgarum vicem ſint, ſic ſuturarum vice in ſegmentatis veſtimentis iſtis, quas ſi auratæ lineæ ad ornatum clauderent, omne enim Gallicum nomen auro apprime delectabatur, veſtes auro virgatæ dictæ, quod de Chrixo Silius ſcripſit.* Confer. *Hæping. de Iur. inſign. c. 6. P. 5. n. 680.* Aſt de illo genere laterculorum, quod in rhombos areolas comprimit, merito dubitat *Phil. Cluver. Germ. antiq. c. 16. pag. 138.* eò quod non videatur hoc ferre textura, niſi ſagum ex *ſegmentis* conſutum fuerit: quod etiam *VVelſerus* innuit.

Origo.

Numerus.

De numero teſſellarum idem Welſerus p. 16. *Rhombos plerique ter ſeptenos obſervavere, alii aliter conſtituere. In cauſas ejus numeri, uti colorum itidem naturam & præſtantiam, atque inde ſignificatum ſubtilius inquirere, vereor fruſtra fieri, etiamſi antiqua eſt numerorum ſuperſtitio, & benigna otioſis hæc omnis ad diſſerendum materia.* Certe non adeo accurate ille numerus obſervatur, ut non aliquando novendecim, tredecim, plures paucioresve pingantur.

§. XI. Rhom-

§. XI. Rhombis his *Bavariam* Auſtria, Salisburgenſi Archiepiſcopatu, Tirolenſi Comitatu, Svevia, Franconia, Bohemia incluſam notari, dubio vacat: & quidem *VVelſerus l. c.* vetuſtiſſimam Boicorum inſignium partem hanc agnoſcit: atque memorat, militem *Thoracomachum* in priſco de *rebus bellicis* libro (qui *notitiæ utriusque Imperii* ſubjunctus) hujus generis virgato ſagulo ornatum viſi. Et quidem *Bavaria*, vel ſi antiquum præplaceat nomen *Bojoaria* (à Bojis & Avaribus compoſita voce.) Vindelici & Norici antiqui partem non exiguam complectitur: veteribus tamen quam nunc amplior fuit. Veteres Principes & Reges, qui domi vel foris celebres fuere, apud *VVelſerum* & *Ioannem Aventinum* videre eſt. Nobis non vacat, illos prolixius recenſere. Sufficiat dixiſſe, quod *regnum Bojariorum Thaſſilone*, quod contra ſe conſpirasſet, in monaſterium detruſo terminaverit, & ſibi ſubjecerit *Carolus M.* In hujus poſteris *Bojaria* permanſit ad *Ludovicum* usque Arnolfi Imp. filium. Inde Ducatum geſſit *Arnolfus* cognomento *malus*, *Luitpoldi* ſeu *Leopoldi* filius, quem tamen alii *Ludovici Auguſti* fratrem faciunt, & cujus in hiſtoria Conradi I. & Henrici I. quibus cum non ſemel ei res & bella, ſatis frequens mentio. Arnolfum excepit Ottonis Imp. gratia frater *Bertholdus*, qui 948. ſine liberis deceſſit. Inde quod Arnolfi filii inconſulto ſe Bojariam uſurparent, illis rejectis eam conceſſit fratri *Henrico* Otto M. Auguſtus; iſte filio reliquit, hic iterum ſuo, quibus cum patre & avo idem nomen. Tertius ad Imperiale ſolium evectus, & demum *Sanctorum* albo adſcriptus eſt *Henricus II.* Hujus beneficio affinis *Henricus* ex *Moſellanicis* (de quo §. 9.) Ducatum nactus eſt, & poſt hunc *Henricus* Conradi II. Auguſti filius, dein ipſe Imperator; Hic *Henrici* deceſſoris filio *Henrico* Principatum reliquit, & dein eundem conceſſit ipſius genero *Conrado* ſ. *Cunoni D. VVormatiæ & Charinthiæ*, ſed dein ob res non optime ab hoc adminiſtratas, eo exclu'o, filio ſuo *Henrico*, qui inter Imperatores dein quarti agnomen geſſit. Hic matri *Agneti*, dein *Ottoni Saxoni* provinciam regendam dedit, atque demum cum iſte Imperatori ſe opponere non ſemel auſus eſſet, *VVelfo* Eſtenſis Marchionis filio. In hujus familia Bojaria diutius manſit, & idem primus ad poſteros eam transmittendi facultatem obtinuiſſe videtur; unde ſucceſſere filii *VVelphus* & *Henricus* cognomento *niger*, huic iterum filius *Henricus ſuperbus*, Conradi III. hoſtis, ac tandem ab eo ejectus Bavaria. Dignitatem huic ablatam ſuſcepit *Leopoldus* Auſtriæ Marchio, & ad filium *Henricum* tranſtulit: uterque tamen armis *VVelphi III.* & *Henrici*, qui *Leo* agnominatus eſt, ob eam exerciti: Donec tandem *Fridericus Barbaroſſa* litem ita dirimeret, 1156. ut alteri *Orientalem* partem, quæ Auſtriæ nomen gerit, concederet, alteri Henrico Leoni *Occidentalem*, quæ Bojaria appellari perrexit, traderet. Sed idem hic Leo ſæpe Imperatori rebellis, tandem ditionibus exutus eſt omnibus. Inter has *Bojariam* ſeu *Bavariam* (quod jam §. 1. dixi.) 1180. idem Imperator contulit *Ottoni Vittelſpachio* ex Scheirenſibus, tanquam legitimo & proximo veterum Ducum heredi. Ottonis filius fuit *Ludovicus*, qui plures dynaſtias avitis poſſeſſionibus adjecit, & quod §. 9. vidimus Palatinatus Rheni ἀξίωμα & Principatum primus ab Imperatore Friderico II. nactus eſt, pater *Ottonis*, cui etiam filia Henrici Palatini nupſerat; Ex his omnes qui deinceps fuere Palatini & Bavariæ Duces orti ſunt.

Bavariæ Ducatus in pluribus familiis.

§. XII. Tertia parmula, quæ imo loco inter duas interjacet, *abſque figura* tantum *rubet*. Hoc veteris in iſta domo moris fuit, antequam 1544. *Fridericus II. Carolo V.* autore ei *pomum Imperiale aureum* inſereret; conf. *Dan. Pare. hiſtor. Palat. p. 271.* Inſigne hoc fuit dignitatis, qua *Archidapifer Imperii* Elector audiebat, eo vero Electoratu ad domum Bavaricam translato, & alio ſub *Architheſaurarii* titulo *pace Oſnabrugenſi* erecto, priſcum illud ſcutulum vacuum reſumere, quam nova figura uti præplacuit. Vidi equidem aliquando coronam, qua Imperator coronari ſolet, parmulæ inſcriptam, ea forma, qua Illuſtriſſimi Comites *Sinzendorfii*, theſaurarii ſub Palatino hereditarii, nunc utuntur, vid. Wapenb. P. 5. pag. 3. verum ipſius Sereniſſimi Electoris uſus in moneta & ſigillo aliud, illud videlicet quod jam occupavi dicere, me docuit, videlicet coronam nunquam aſcitam eſſe. Hiſce ſcutis Sereniſſimus, qui nunc eſt, Octovir periſcelidem circumdat Ordinis Anglicani (de quo P. 1. c. 7.) inſigne, cum inſcriptione ſolita: *Hony ſoit qui mal y penſe.*

Scutulum vacuum.

Pomum Imperiale.

Ordo periſcelidis.

§. XIII. Scutis his unica imponitur *galea*, eique adverſa fronte inſidens *leo ſcutarius*. vid. Wapenb. P. 3. pag. 4. Quæ circumfluunt galeam & ſcutula contegunt lacinæ,

Galea Apex.

laciniæ, rubeo & atro colore tinguntur. Præter morem artis hoc fit, quod ſine metallo ſint *phaleræ* : ſed rationem nullo autore adhuc didici. Telamones addi ſolent duo leones, vel ſi ab adverſo ſitu *leopardos* dicere neceſſe ſit.

Telamones.

Tituli.

§. XIV. Reſpondet his inſignibus titulus ſolemnis, qui ille eſt: Comes Palatinus Rheni (Pfaltzgraf bey Rhein) S. Romani Imperii Elector & Archithesaurarius, Dux Bavariæ.

Scutum lineæ Simmerenſis.

§. XV. *Simmerenſem* lineam proximam eſſe dici Electorali, utpote ex Friderici V. fratre Ludovico Philippo ortam, nunc extinctam. Imo ipſa Electoralis moderna linea ea eſt, quæ *Simmerana* olim dicebatur. Ejus autor *Fridericus* anno 1448. & 1455. quadripertito uſus eſt ſcuto, ut primum & extremum quadrantem *leo Palatinus*, reliquos duos *rhombi Bavarici* implerent, toti nova impoſita parmula cum teſſellis *Spanheimiis*. Galeæ etiam impoſuit leonem cum pavoninis pennis inter duo cornua absque rhombis Bavaricis adverſa fronte reſidentem; quandoque vero pavoninæ pennæ, quæ ex Spanheimio apice adſcitæ videntur, ommiſſæ ſunt. Ex poſteris Richardus iterum quadripertito uſus eſt clypeo ſed ſine teſſellis Spanheimiis, qui etiam loco integri leonis capite tantum leonis ſine corona pro apice uſus eſt. Reliqui *Simmerenſes* & nuper adhuc Sereniſſimus *Ludovicus Henricus* tria ſcuta ad modum Electoralis ſcuti colligata exhibuerunt. Quorum primum *Palatinum leonem*, alterum *Bavaricos rhombos*, tertium ſeu medium, ima tamen ſede locatum, *teſſellas* referebat, ex *auro* & *cyano*. Symbolum hoc eſt *Spanheimii* comitatus, & quidem anterioris. Porro de Spanheimiis Comitibus aliqua diximus L. 2. c. 4. in hiſtoria inſignium Badenſium.

Spanheimius Comitatus.

Jus Palatinum in C. Spanheimio.

§. XVI. Quod jus Palatinum in Comitatum *Spanheimium* attinet, illud partim ex donatione eſt, partim ex hereditate. *Rupertus* Ruperti præjunioris poſtea Regis Romanorum filius anno 1392. in uxorem duxit *Simonis* & *Mariæ* Comitum Spanheimii & Viandæ unicam filiam *Eliſabetham*, hac conditione, ut Simone & Maria parentibus defunctis, Rupertus cum conjuge in Comitatu *Spanheimii* & *Viandæ* eorumque appertinentiis ſuccederet. Sed cum hic Rupertus circa annum 1397. nulla relicta prole è vivis exceſſiſſet, res effectu caruit. Relicta verò vidua *Eliſabetha*, conſentiente patre *Simone*, propter favorem & officia ipſi à Ruperto Romanorum Rege præſtita, quintam partem *anterioris Comitatus Spanheimii*, in qua *Crucenacum* civitas ſita, eidem anno 1405. donavit. Hanc *donationem* poſtea defuncto patre Simone, *Ludovico* prædicti Ruperti filio anno 1416. de novo confirmavit, eique poſſeſſionem hujus quintæ partis tradidit, atque hac ratione hæc quinta pars lineæ Electorali obvenit. Quamvis erga alibi proditum inveniatur, quo *Eliſabetha Palatina* Simonis junioris C. Spanheimii, qui 1414. deceſſit, vidua, quam mariti fr. Joannes, ab iſto prius expulſus, omnino ditionibus ejicere tentabat, Ludovicum Palatinum invocaverit tutorem, atque ei partem Comitatus Spanheimi deinceps condonaverit. Ex ſuperioribus tamen apparet, hanc Eliſabetham non fuiſſe viduam ſed filiam Simonis Com. Spanheimii. Tum quintam hanc partem non legati, quod nonnulli produnt, ſed *donationis* inter vivos titulo domui Electorali obtigiſſe. Erroneam etiam eſſe illorum opinionem, qui timore expulſionis hanc donationem factam aſſerunt, cum litteræ ultimæ donationis clarè teſtentur, hanc donationem fuiſſe factam cum conſenſu & beneplacito *Comitis Iohannis* tanquam proximi agnati, hac donationis cauſa adjuncta, quo nimirum ipſa Eliſabetha & dictus Comes Johannes reliquis ſuis ditionibus, ſub tutela & præſidio Palatinorum, eo ſecurius gaudere poſſent. Quod vero attinet reliquas duas quintas Comitatus, dictâ *Eliſabethâ* anno 1416. defunctâ, ſæpedictus *Comes Iohannes* totum Comitatum Spanheimii, excepta quinta Electorali parte, ſolus poſſedit. Hic anno 1415. condito teſtamento *Bernhardum Marchionem Badenſem* & *Fridericum Comitem Veldentiæ* tanquam proximos cognatos, nam amitæ ejus *Mechtildis* Rudolpho Marchioni, *Loretta* Henrico C. Veldentiæ nuptæ fuerant, *heredes* dicti Comitatus pro æqualibus partibus inſtituit, qui etiam Johanne anno 1437. defuncto, dictum Comitatum occuparunt. Hujus *Friderici ultimi Veldentii Comitis* unicam filiam *Annam* cum *Stephanus Comes Palat. Rheni*, Ruperti Rom. Regis filius ſecundo genitus in matrimonio haberet, defuncto dicto Friderico, tum *Comitatus Veldentiæ* tum etiam quicquid Fridericus in *Comitatu Spanheimii* poſſederat, ad ipſum Stephanum

Ex donatione.

Ex hereditate Veldentina.

Stephanum uxorio jure devoluta ſunt, qui anno 1444. condito teſtamento *Fridericum* filium primogenitum heredem in partibus *Comitatus Spanheimii* & terris *Simmerenſibus* ſcripſit, juſſitque ut ipſe & heredes gauderent titulo & inſignibus Comitatus *Spanheimii*, *Ludovicus* vero ſecundo genitus *Comitatum Veldentiæ* cum terris *Bipontinis* poſſideret, & ea inſignia atque titulum poſſideret. Ex quo tempore linea Simmerenſis, cujus hic Fridericus autor fuit, his terris cum *Badenſibus* pari jure gaviſa eſt. Donec ſuperiori ſeculo Electoratu ad hanc lineam devoluto vigore pactorum 1560. *ulterior Comitatus Spanheimii* pars Duci *VVolfgango* ex linea Bipontina obvenit. Cujus poſteri *Spanheimii & Veldentii* titulis conjunctim uſi ſunt.

§. XVII. Inſignibus imponitur galea, *leonem Palatinum* inter *duo cornua rhombis Bavaricis* picta adverſa fronte conſidentem ſuſtinens. Obſervavi ſuperiori ſeculo alterum cornuum rhombis Spanheimiis aureis atque cærùleis pictum, coronæ vero leonis pavoninas pennas, quod ſupra etiam à *Friderico* factum vidimus, ex Spanheimio apice impoſitas fuiſſe. Titulus eſt: *Com. Pal. Rheni, Dux Bavariæ & Com. Spanheimii*, &c. Apet. Titulus.

§. XVIII. *Neoburgicæ* lineæ ſuccedit ſcutum, quod *Sulzbacenſibus* commune eſſe jam monui. Id hodie (nam *VVolfgangus*, cui liberalitate Ottonis Henrici Electoris *Ducatus Neoburgicus* obtigit, quadripertito uſus eſt ſcuto ex ſymbolis *Palatinis* & *Bavaricis*, meſdia parmula impoſita *Veldentiana*: quod imitatus eſt filius *Philippus Ludovicus*: ſed & olim *Philippus* & *Otto Henricus* nondum Elector hac διατυπώσει uſi erant, excepta parmula *Veldentina* qua non utebantur,) ter ad perpendiculum, transverſim vero ſemel ſecatur. (*coupé d'un, party de trois*) Impoſita toti parmula *media* ſingulari. Area prima *Bavaricum ſymbolum* exhibet, & quidem ex Palatinis lineis omnibus non niſi hæc aliquid poſſidet, quod *Bavariæ* eſſet. Iſta vero Neoburgica ditio ex Bavarica hereditate ita acceſſit: Cum Georgius dives ex Landshutana linea Dux Bavariæ, generum ex unica filia *Eliſabetha Rupertum* Philippi Electoris Palatini filium, omnium ditionum heredem teſtamento ſcripſiſſet, nec agnati ex Monachienſi linea ſe excludi paterentur, bellum ortum erat graviſſimum, & Palatinæ domui ſatis damnoſum. Demum res compoſita, Imperator, à quo Palatini hac ex cauſa proſcripti, reconciliatus, Ruperti autem liberis aliqua avitæ hereditatis nomine aſſignata, quæ in *Neoburgici* hujus rami poteſtate ſunt. Ea dein Otto Henricus Ruperti filius Elector teſtamento ad *VVolfgangum* agnatum tranſtulit, cujus filius Philippus Ludovicus in eadem ſucceſſit. Neoburgica linea. Bavaria. Principatus Neoburgicus.

§. XIX. Altera area *aurea leonem nigrum* refert, *lingua rubea, dentibus & falculis argenteis*. Hæc *Iuliacenſem* Ducatum inter Leodienſes, Limburgios, Trevirenſes, Colonienſes & Clivios medium denotat. Qua ratione cum Bergenſi Principatu demum & Clivenſi junctus ſit, in Brandeb. & Juliacenſ. inſign. diximus, L. 1. c. 13. & L. 2. c. 46. neque hic repetere integrum eſt. Proxima *coccinea* ſcutulo *argenteo* in corde impreſſa *carbunculo radiato aureo, nodato, liliato & ſmaragdo in medio inſtructo in totam aream protenſo*, ut Chiffletii inſign. E. A. V. num. 41. verbis loquar, fulget. Acht lilien-ſtäbe. Iſta deſignatur *Clivia*, Geldria, Juliacenſibus, Montanis, Colonienſibus & Weſtphalia cincta. Sed de hac etiam, quod ſatis eſſe viſum, locis citatis dictum eſt. Sequitur pro Ducatu *Bergenſi* ſeu *Montano*, Cliviis atque Colonienſi & Monaſterienſi diœceſibus circumdato, laterculus quartus *argenteus* exornatus *leone rubeo*, cujus *corona & falculæ auro* tinguntur, *lingua* cærulea protenditur, cauda autem bifida in decuſſim trajicitur. Sed de *Bergenſi* hiſtoria non minus allegatis capitibus legere eſt, quæ huc alias ſpectarent. Ducatus Juliaci. Clivia. Montium.

§. XX. Tres iſtos laterculos, quo jure in ſua tranſtulerint inſignia Palatini, imprimis vero qui *Neoburgicæ* domus tituli ſint, nunc diſpiciendum. Ante omnia ergo ſciendum eſt, *VVilhelmo* Ducatum Juliaci, Cliviæ atque Montium (quorum hic illeque à matre, iſte paternæ ſucceſſionis erat) domino & Maria Auſtriaca natos eſſe, *Carolum Fridericum*, *Iohannem VVilhelmum*, *Mariam Eleonoram*, *Annam*, *Magdalenam & Sibyllam*. Primus vivo adhuc patre morte ſua ſpem ſuorum deſtituit; alter in fata conceſſit 1609. maſculorum gentis ultimus. Ex filiabus primogenita *Alberto Friderico Marchioni Brandenburgico Duci Boruſſiæ* nupſit, *Annæ* mater, à qua Sereniſſima domus Brandenburgica jus ſuum arceſſit. Tertia *Iohanni Comiti Palatino* elocata eſt, & *Bipontinæ* familiæ prætenſionem attulit. Quarta ex *Carolo M. Burgoviæ* non Jus Neoburgicum in Ducatus iſtos.

habuit liberos, ſed prætenſionem dein *Neoburgicis* ceſſiſſe dicitur. A ſecunda vero *Anna Philippi Ludovici Com. Palatini*, Neoburgicorum Principis, uxore jus ſuum poſteri deducunt. Quod illis titulis nititur: 1. *Privilegio*, quod ob Mariam neptem 1546. Carolus V. Auguſtus Wilhelmo Duci conceſſi, ut deficientibus maſculis filiæ eorum, & ex una vel pluribus nati heredes ad ſucceſſionem vocarentur. Aliqua verba diplomatis huc transferre è re eſſe videtur: **So kein männlicher leibes-erbe von ſein Hr. Wilhelms leib erbohren mehr vorhanden ---- Auff ſeine Hr. Wilhelms eheliche tochter ---- von einer oder mehr eheliche gebohrne leibes-erben/ ---- auff derſelbigen mannliche leibes-erben.** Caſum hunc morte Johannis Wilhelmi extitiſſe, itaque ad ſucceſſionem vocatam Annam, atque ejus filium *VVolfgangum VVilhelmum:* Excluſa *Anna* Brandeburgica Mariæ Eleonoræ filia, cum in ſecundo gradu maſculinitatis in diplomatæ Imperiali deſerta addatur mentio. 2. *Primogenitura* ſeu *majoratu*, & quod Imperialia feuda ſoleant tantum primogenito obtingere: quo jure *Magdalena & Sybilla* excludantur. 3. *Conditione ditionum*, quæ ita 1496. unitæ, *unione* 1559. ab Imp. confirmata, ut in perpetuum ſint indiſſolubiles, & tantum ſeniori proximo obtingere poſſint: quod iterum excludendis minoribus ſororibus urgetur, quas quidem Carolus V. inſtituerit omnes, ſed ſervato gradus & ætatis diſcrimine. 4. *Pactis dotalitiis & renunciatione ſororum.* His titulis nixus *VVolfgangus VVilhelmus* Palatinus 1609. Johanne Wilhelmo avunculo extincto ilico in Comitatu Marcano & alibi poſſeſſionem arripuit. Alibi præverterunt Brandenburgici. Quæ ſecuta ſint, alleg. c. 13. §. 11. enumeravimus. Hodie in Neoburgicorum poteſtate ſunt *Iuliacenſis & Montanus* Ducatus, pactis cum Brandenburgica domo initis.

Veldentinus Comitatus.

§. XXI. Quinta area, quæ ſecundi ordinis prima eſt, *argentea leonem caruleum lingua & falculis aureis* (alii minio tingunt) continet. Aliqui *coronam* etiam addunt. In Wapenb. P. 2. pag. 17. pingitur obverſo vultu, tanquam leopardus, ubi etiam apex viſitur, ſi quis hujus areæ ergo geſtetur, nempe *caput Moloſſi aureum* cum *millo rubeo.* Notatur ſymbolo hoc Comitatus *Veldentianus*, à caſtro Veldenz Moſellæ ad ſito denominatus. De antiquis Comitibus Veldentianis parum mihi conſtat. Palatinis autem ille oblatus eſt, cum *Anna Friderici ultimi Comitis* filia, quæ ab avia *Loreta Spanheimenſi* ad illas ditiones etiam jus attulit, *Stephano* Com. Palatino modernorum Palatinorum communi patri nupſiſſet. vid. paulo ante §. 16.

C. Marcanus & Ravenſperg.

§. XXII. *Marcanum* Comitatum notat, quæ ſuccedit, area *aurea* inducta *faſcia transverſa, triplici ductu teſſellata argento & minio:* & altera iterum *argentea tribus rubeis cantheriis* inſignis, *Ravenſpergium.* De his etiam, quæ ſcire conducat, ex L. 1. c. 13. & L. 2. c. 46. lector repetet, ne actum hic agam. Quo jure vero Palatini ſuis ſymbolis hæc addant, modo audivimus: *Marca* enim ad Cliviam, *Ravenſperga* ad Juliacenſem ſucceſſionem ſpectat, quæ dein conjunctæ fuerunt. Hodie uterque Comitatus in poteſtate *Brandebargicorum* eſt. Porro cum *Gilb. Varenn. R. d'arm. P. 3. p. 372. Adolpho Comiti Montium* adſcribit tres hos cantherios, hunc ratione Ravenſpergiæ eos geſtaſſe oportet: non quod unquam illud σῆμα fuiſſet Montanorum.

C. Mœrs.

§. XXIII. Extremus laterculus eſt *aureus faſciam nigram* referens. Hic Comitatum *Meurs* ſeu *Mærſium* notat, in confiniis Clivenſium & Colonienſium ſitum, cujus præcipuum caſtrum & munitio illud nomen geſtat. Qua ratione ad Mœrſenſes Comites ſucceſſio etiam Sarwerdana translata ſit, proximo cap. n. 6. 7. in hiſtoria inſignium *Naſſovicorum* diximus. Inprimis vero huc ſpectat, quod *Æmilia VValpurgis Mærſia ultima Comitiſſa*, extincta 1600. heredem quidem ſcripſerit *Mauritium C. Naſſovicum*; ſed Dux *Iuliaco-Clivius* ad ſe tanquam Dominum recediſſe feudum contenderit. Allegabatur (conf. *VVern. Teſchenmach. annal. Iul. Cliv. P. 2. p. 344. & ſeqq.*) quod 1287. *Theodoricus* pater & 1294. *Theodoricus* filius *Theodorico C. Clivenſi* de Comitatu juramentum fidelitatis præſtiterit. Quod Ludovicus Imp. 1317. & 1351. Joannes C. Clivenſis confirmarint, & hic de novo Theodoricum 1375. de Comitatu inveſtiverit. Allegatur porro inveſtitura *Friderici C. Mærſenſis* 1375. ab Adolfo C. Clivenſi. Inde *Mærſenſes* viciſſim allegabant 1402. *literas feudi abſolutorias* à Joanne Comite 1361. datas, ſed aliquamdiu occultatas. Has *Adolfus* D. Cliviæ falſas & ſuppoſitias arguit. Inde controverſia ad *Archiepiſcopum Colonienſem* devoluta eſt 1411. ſed aliquoties

Mauritius Naſſov. heres inſtitutus.

Jus Cliviorum.

aliquoties ſuſpenſa: demum *VVilhelmus Novarienſis* ſeu *Neuenarius* ob conjugem certis pactis à Johanne & Wilhelmo Ducibus Cliviæ obtinuit *inveſtituram* 1542. 1553. Hermanno filio 1578. extincto, Clivia denuo ſibi apertum eſſe feudum contendit. Aſt de novo *VValpurgim* & maritum ejus *Adolfum* 1584. Wilhelmus feudo donavit, ea conditione, ut poſt ejus mortem ad Cliviam reverteretur. Cum *Alexander Ferneſius* Parmenſis, quod Adolfus Ordinibus militaret, 1586. *Mærſam* expugnaſſet, tacentibus Cliviis, conſenſu Ordinum iſte de ea pactus eſt. Reſtituit dein Walpurgim *Mauritius* 1597. quam & Admiralis Caſtiliæ, Gubernator Belgii, confirmavit. Mortua *VValpurgi Clivenſes* oppidum & ditionem integro anno occupârunt: ſed prævaluit qui armis hereditatem crevit *Mauritius*, & 1601. eos ejecit. Areolam vero hanc Naſſovii Saræpontani in ſcuto retinent, ſed ſine prætenſione, quod ſciam, in Comitatum.

§. XXIV. Toti imponitur ſcutulum *Palatinum leone* inſigne, de quo nunc nihil peculiare monendum eſt. Scuto vero huic reſpondet titulus: *Comes Palatinus Rheni, Bavariæ, Iuliaci, Cliviæ & Montium Dux, Comes Veldentii, Spanheimii, Marcæ, Ravenſpergæ & Mærſiæ, Dominus Ravenſteinæ*, &c. **Pfaltzgraf bey Rhein / in Bäyern / zu Gülich / Cleve und Berg Hertzog / Graf zu Veldentz / Spanheim / der Marck / Ravenſperg und Mörß / Herr zu Ravenſtein.** Leo Palatinus. Tituli.

§. XXV. Scuto incumbunt caſſides quinque: quarum *media* eſt *Palatina*, coronata cum leone coronato aureo, conſidente inter cornua teſſellata Bavarica. Phaleræ ſunt rubeæ & nigræ. Quæ huic ad *dextram* adſtat, ex auro gryphum exorientem ſine pedibus, vel aquilam expanſis alis, aut ex aliorum ſententia molоſſi alati cum millo rubeo refert, notando Ducatui *Iuliacenſi*. vid. L. 1. c. 13. Laciniæ aureæ & nigræ. Huic proxima atque ita *prima* galea eſt *Bavarica*, coronata, ſupra quam inter alas ſed complicatas, rhombis Bavaricis inſignes, conſidet leo Palatinus coronatus; circumvolitant laciniæ argenteæ & cyaneæ. Ex *ſiniſtra* Palatinæ caſſidi adſtat alia pro *Clivia* Ducatu & Marcano Comitatu, ſuſtinens caput bubalum rubens, circulo argenteo trajecto per nares, cornibus argenteis vel aureis, corona aurea, cujus circulus ex argento & minio teſſellatus conſpicitur, redimitum. Faſciæ circumvolantes tinguntur auro & cocco. *Extrema* ad lævam coronata pavonina cauda inſignis eſt, & ex ea phaleræ argento & cocco infectæ dependent, deſignando Principatui *Montano*. *Telamones* ſi qui adponuntur ſunt duo leones, qui nonnunquam, ut in *Sibmach. Wappenb.* P. 1. p. 4. repræſentantur proſpectantes per caſſides. Galeæ.

§. XXVI. *Bipontina* linea non una diſpoſitione uſa eſt. Autor ejus *Stephanus* 1417. *leone* coronato, cujus lateri ſcutum *Bavaricos* rhombos referens impreſſum erat, pro inſigni uſus eſt. Sequentibus annis quadripertitum ſcutum, ſymbola *Palatina* & *Bavarica* bis repetens, cum parmula *Veldentina* in medio illorum, aſſumſit; qui mos etiam à filio ipſius *Ludovico nigro* fuit obſervatus. Hujus filius *Alexander* nonnunquam ſimili uſus eſt diſpoſitione; alia vero *tria ſcuta colligavit*, quorum dextrum leonem Palatinum, ſiniſtrum Bavaricos rhombos, medium in ima ſede Veldentium leonem continuit. Scutis impoſita eſt galea eique adverſa fronte inſidens leo coronatus inter cornua teſſellata. Addita dein altera galea cum leone inter alas teſſellatas. *Ioannes primus* ſæpius uſus eſt quadripertito ſcuto cum parmula Veldentiana; aliquando etiam ſine illa. Lineæ Bipontinæ inſignia veruſtiora.

§. XXVII. Ab anno 1609. alia diſpoſitione *Bipontini* utuntur, ut quatuor perpendiculares & una transverſa lineæ ſcutum ſecent in decem areolas, ſeu bipertitum dicere malis, ut dein prior pars iterum quadripertita, ſymbola *Palatina & Bavarica* bis repetat, impoſita ejus medio parmula *Veldentiana*. Poſterior pars ſex areolis conſtat, quarum ſuperiores ſunt *Iuliacenſis*, *Clivenſis*, *Montana*, inferiores *Marcana*, *Ravenſpergia & Mærſenſis*. Ad eundem modum *Svecica linea* ſua ſymbola diſponit. Rex tamen ſcutum gentilitium, quod regio clypeo ſede media imponit, non niſi quadrifariam ſecat, & *Bavarico*, *Iuliacenſi*, *Clivio* & *Montano* διάγμασι, quibus medius inſiſtit *Palatinus leo*, replet: quod L. 2. c. 95. num. 12. vidimus. Qui *Landsbergæ* habitaverat Sereniſſimus Princeps *Fridericus Ludovicus* non nihil diſpoſitionem aliquando mutaverat: Cum enim in anteriori parte Palatina & Bavarica, nec non in poſterioris partis capite *Iuliacenſia*, *Clivia* & *Montana* hieroglyphica retinuiſſet, in hujus Scutum modernum bipontinū.

pede non nisi duas areolas *Marcanam* & *Ravenspergiam* (expuncta *Mœrsia*) retulit. *Veldentianam* autem parmulam medio scuto inseruit. Ex eo tamen vidi eandem cum priori Bipontina dispositionem, nisi quod nonnunquam Veldentinum scutulum medio loco reponitur. Galeæ etiam eædem, quæ num. 25. enumeratæ sunt, scutum premunt. Titulum quod concernit, eodem plane Bipontini priores usi sunt, quem n. 24. Neoburgicis adscripsimus: *Landsbergii* autem & *Svecica* linea *Mœrsio* titulo, quantum observavi, abstinuere.

Jus Bipontinorum in Juliaco-Clivensi successione

§. XXVIII. Unum adhuc de *Bipontinis* monendum, quo videlicet jure *Juliaco-Clivensia διγαμία* scutis suis præferant. Id ergo omne nititur *privilegio*, quod à Carolo V. diximus concessum *VVilhelmo D. Juliaci* & uxori ejus Mariæ nepti suæ. Cum enim horum filia tertia *Magdalena* nupserit *Ioanni Comiti Palatino, Bipontinorum* fatori, jus sibi morte Johannis Wilhelmi partum contendunt, in *tertiam feudorum partem*, quia tres omnino sorores superstites Carolinum privilegium ad successionem vocaverit, atque ita cum *Magdalena*, Anna & Sibylla reliquas duas partes sibi vindicare debuerint; nunc vero dimidium sibi deberi ajunt, postquam *Sibyllæ Burgoviæ* morte portio hujus reliquis sororibus accreverit. Hoc jus uti validum agnoscatur, probant Imperatori & *facultatem* fuisse privilegii hujus concedendi, & *voluntatem*; ob quam non respiciendum sit, quid olim circa successionem observari consueverit, sed quid ipse in posterum indulserit; tum etiam legitimo modo illud ad instantiam patris Wilhelmi concessum esse. Ob hoc 1590. *Eslingæ* inter Philippum Ludovicum Neoburgicum, & Johannem Bipontinum Palatinos fratres duarum sororum maritos transactum, ut quicquid eveniret, uxorum suarum jura conjunctim persequerentur. Unde 1609. in *Tremoniensi* inter Brandenburgicos & Neoburgicos transactione, Bipontinæ & Burgoviæ jura sua integra servata sunt. Cum Bipontina, clausulâ (quis ex illis duobus successor esset) sibi præjudicium fieri conquereretur, eidem 1610. *Hala Svevorum* satisfactum est, eâ restificatione, quod nec in petitorio nec possessorio juri ejus quicquam detractum intelligatur. In illis, quæ deinceps acta sunt, Bipontini partem pene nullam fecere, qui bellis misceri nolebant: sed quamvis etiam tardius jus suum docuerint, id fraudi sibi esse non debere, monstrarunt.

Scutum lineæ Spanheimiæ.

§. XXIX. Sequitur linea *Spanheimia* seu *Bircofeldia* à castro, quod habitationi pridem inservierat, quæ cepit in *Carolo*, & nunc in Serenissimis fratribus *Christiano* & *Iohanne Carolo* Palatinis consistit. In hac linea *Carolus* ejus autor tribus usus est scutulis, quorum primum leonem *Palatinum*, alterum rhombos *Bavaricos*, medium quod imum erat *Veldentinum* leonem referebat, omissis *Spanheimiis* tessellis. Inde filio *Georgio VVilhelmo*, & nepoti *Carolo Ottoni* usui fuit scutum quadripertitum, cujus primam & quartam aream *leo Palatinus* replet, secundam *rhombi Bavarici*; in tertia tessellæ *Spanheimicæ* gestantur ex argento & minio. Toti imponitur parmula *Veldentinum* leonem referens. In his *Spanheimicæ* inprimis merentur tessellæ notari, quæ designant *ulteriorem Comitatum Spanheimium*, quem cum domo Badensi communi jure linea hæc regit. Unde nunc Palatini Spanheimii vocitari amant. Pfaltz-Spanheim. De jure Comitatum hunc §. 16. egimus. De Badensium titulo L. 2. c. 4. n. 5. Galeæ itidem duæ sunt, utraque coronata, & quidem *Palatina* altera, altera *Bavaricæ* quas n. 25. consideravimus.

Ducis Christiani II.

§. XXX. Patrueli *Carolo Ottoni* extincto Serenissimus Dux *Christianus II.* Christiani I. filius successit, qui aliquot areolis insignia sua auxit, unde scuto utitur bipertito: dextrum latus quadripertitum est, & ejus primus & quartus latereculus leone *Palatino* superbit, secundus & tertius *Bavaricus rhombis* exaratur. Sinistrum latus iterum in quadras secatur, quarum prima *Veldentinum* leonem refert, secunda tessellas *Spanheimicas*, tertia *argentea tria scutula coccinea*, quarta *ejusdem metalli tria capita aquilina* seu *corvina nigra avulsa, auro coronata*, refert.

Rappolstein. Hohenack.

§. XXXI. Ex his scutula *Rappolsteiniam*, capita *corvina* vel *aquilina Hohenackciam dynastias* notant. De his quod satis est peculiari actum est capite L. 2. c. 72. Vetustissimorum Comitum familiâ clausit 1673. Illustrissimus Comes *Ioannes Iacobus*, relictis Illustrissimis filiabus *Catharina Agatha* & *Anna Dorothea*, quarum illa felici connubio Sereniss. Palatino juncta est. Unde eodem anno Christianissimus *Rex Franciæ*, cum Brisacum tenderet, & Rupisvillæ hospitio usus esset, defuncti genero, regiæ familiæ non

uno

uno nexu alias quoque juncto Principi, & de ſe optime merito, ditiones ſoceri omnes, quæ in Alſatia & Vogaſo ſitæ ſunt, & partim in Lotharingiam protenduntur, novo feudo contulit, & in ejus verba ſubditorum fidem homagio obſtringi juſſit. Quibus acceſſit Dominium *Berckheim* Rupiſvillano territorio contiguum, quod olim ſub Auſtriaca ditione, poſtmodum beneficio regio Duci *Montauſierio* (qui hunc titulis ſuis aſcripſit) donatum, ſed ab eo nuper Palatino noſtro venditum eſt. Regium feudum. Berckheim.

§. XXXII. Galeæ ſex clypeum premunt: quarum mediæ duæ coronatæ, *Palatina & Bavarica*, ſuſtinent conſidentes ſingulos leones Palatinos, inter duo cornua, & duas alas, Bavaricis rhombis picta: has ſtipant hinc apex *Veldentinus*, caput moloſſi aureum cum lingua & millo rubeis, iſthinc *Spanheimius*, videlicet ſupra pileum rubeum argento reductum, cauda pavonina inferius ligata. Prima ad dextram galea eſt *Rappolſteinia*, extrema ad ſiniſtram *Hohenaccia*, utraque deſcripta L. 2. c. 72. num. 13. 14. Galeæ.

§. XXXIII. Titulus reſpondet: *Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Comes Veldentii, Spanheimii, Rappolſteinii & Hohenaccii*, &c. Cujus ratio ex ſuperioribus evidens eſt. Tituli.

§. XXXIV. Frater ejus Sereniſſimus Dux *Ioannes Carolus* quadripertito clypeo utitur ex *Palatino & Bavarico* ſymbolo, media incubante parmula *Veldentina*. Galeæ autem imponuntur duæ, *Palatina* atque *Bavarica*. Titulus eſt: *Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Comes Veldentii & Spanheimii*, &c. Ducis Joannis Caroli.

§. XXXV. Ad hanc lineam ſpectat Sereniſſima *Anna Sophia Abbatiſſa Quedlinburgia*. Huic clypeus placuit una perpendiculari & duabus transverſis in ſex areolas diſtinctus: prima & quarta eſt *Palatino* leone inſignis: ſecunda & tertia *rhombis Bavaricis*. Quintam ornat *leo Veldentinus*, extremam implent *Spanheimicæ teſſellæ*. Hiſce laterculis incumbit media parmula *rubea*, continens *duos cultros inciſorios* (**Credentzmeſſer**) decuſſatim locatos, laminis argenteis, auratis capulis. Ita deſignatur *Abbatia Quedlinburgia*. Eam in Saxonia fundavit honori ſancti Servatii *Henricus auceps*, & filiam Mathildem primam Abbatiſſam conſtituit. Principali autem dignitate fulget, & in Comitiis jure ſeſſionis atque ſuffragii fruitur. Ab anno 1539. Evangelica religio introducta eſt. Civitas *Quedlinburg* ad Bode fluv. ſita, olim potens, & inter Hanſeaticas numerata, 1477. libertatem perdidit, poſtquam eam, quod Abbatiſſæ immorigera fuiſſet, frater Erneſtus Elector Saxoniæ (nam Advocatus & protector Abbatiæ Elector ille eſt) devicit. Porro quam nos figuram recte cultros diximus, *Gyriac. Spangenb.* **Adelſp.** P. 2. L. 12. c. 40. p. 329. limas vocat. **Zwey feylen übereinander geſchrenckt.** Galeæ imponuntur clypeo tres, *Bavarica, Palatina, Spanheimia*. Abbatiſſæ Quedlinburgiæ.

§. XXXVI. Ordo Genealogiæ Palatinæ jam nos ducit ad clypeum lineæ, cui à *Veldentino* Comitatu appellatio: In vulgus vero ea à loco habitationis, qui ſæpius *Lauterecca* & *Lucelſteinium* fuerunt, vocitari ſolebat. Ejus autor *Rupertus* triplici uſus eſt ſcuto, *Palatino*, *Bavarico*, & inter hæc paulo inferius *Veldentino*. Succeſſores vero quadripertito uſi ſunt ex *Palatinis* atque *Bavaricis* laterculis, toti impoſito *Veldentino*. Qui modus nunc quoque ſervatur. In **Wapenb.** P. 1. pag. 4. *Veldentinum* ſcutulum non conſpicitur. Galeæ imponuntur ſcuto duæ, coronatæ, prorſus uti §. 29. Titulus eſt: *Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Comes Veldentii*, &c. Veldentinum nunc Comitatum præ aliis eximium poſſidet hæc linea: & quidem in *pacif. Monaſterienſi* & *Oſnabrugenſi* ita ſancitum: *Princeps Leopoldus Ludovicus Comes Palatinus Rheni reſtituatur penitus in Comitatum Veldenz ad Moſellam tam in Eccleſiaſticis quam politicis, contra hactenus attentata, in eum, quo anno 1624. ipſius parens fuit, ſtatum.* Jam vero antea 1646. ab Hiſpanis caſtrum illud Veldenz, & prius reditus, reddita erant. Idem Sereniſſimus Princeps ſuperioribus annis cum Electore Trevirenſi certa de quibusdam in illo juribus pacta inivit. Scutum lineæ Veldentinæ.

§. XXXVII. Vidimus ita qui ex Rudolfina ſtirpe prodierunt ramos. Nunc tranſeamus ad *Ludovicianam*, ſeu quæ à *Ludovico Auguſto* proſata eſt. In ea primum eſt Electorale ſcutum. Hoc in **Wapenb.** P. 3. p. 4. ita repræſentatur, ut primus & quartus quadrans *leonem Palatinum*, ſecundus & tertius *rhombos Bavaricos* referat, ſcutulum vero toti impoſitum *coccineum pomum Imperiale ſeu crucigerum aureum* conti- Linea Ludoviciana. Scutum Electoris Bavariæ.

contineat. Eadem, niſi quod parmulam mediam attinet, diſpoſitio fuit in *Sibmach. Wapenb.* P. 1. pag. 4. Et quidem quod Electoratus non *Duci Bavariæ* ſed *Comiti Palatino* adhæreat, *Marq. Freherus*, cui cum *Chriſtophoro Gewvoldo* de ea materia diſceptatio fuit, hoc etiam argumentum allegavit: *Quod leones Palatinos in deigmate & inſignibus gentilitiis ad dextram & honeſtiorem partem potius collocarint, quam virgatum alternantibus cæruleo candidoque colore rhombis clypeum, inde ab obſeſſo Capitolio Brennoque & Chrixo Ducibus cognitum.* Verum & modernus Sereniſſimus Elector & parens ejus Maximilianus ordine inverſo uti amarunt. Ita ut prima & quarta area *Bavaricis* teſſellis repleretur. In ſecunda & tertia *leo Palatinus* repræſentaretur. Mutationem ſimilem in *titulis* (nam hi etiam à *Frehero* in argumentum allegati) obſervavi, nam ante pacem concluſam *Maximiliano Electori* iſtum ordinem tributum vidi: *Comes Palatinus Rheni, Dux ſuperioris & inferioris Bavariæ, &c. S. Rom. Imperii Archidapifer & Elector, &c.* Exin ille placuit, qui nunc quoque continuatur: *Superioris & inferioris Bavariæ, nec non ſuperioris Palatinatus Dux, Comes Palatinus Rheni, S. Rom. Imperii Archidapifer & Elector, Landgravius Leuchtenbergæ, &c.* **Jn Ober- und Nieder-Bäyern / auch der Obern-Pfaltz Hertzog / Pfaltzgraf bey Rheinſ deß H. Römiſchen Reichs Ertztruchſeß und Churfürſt / Landgraf zu Leuchtenberg / ꝛc.**

Leo Palatinus an ante rhombos Bavaricos?

Tituli.

Pomum Imperiale.

§. XXXVIII. Porro in Electoralibus his inſignibus præciputam obſervationem meretur parmula media, *Electoralis* dignitatis index. Supra §. 12. memoravi, vetuſtiores Palatinos tertium ſcutulum geſſiſſe non niſi cocco tinctum: Inde vero Carolo V. concedente 1544. *pomum* quod vocant *Imperiale* inſeruit *Fridericus II. Dav. Pare. hiſt. Pal. p. 271. Caſp. Lerch à Dirmſtein 2.* **Grundſ.** *n. 75. p. 66.* idque exemplo *Saxonis & Brandeburgici* Electorum, quorum ille gladios, hic ſceptrum inſignibus inſerunt, quæ Auguſto præferre ſolent. *Palatinus* autem in A. B. c. 22. *pomum* hoc præferre jubetur: uti veteres etiam Græci Imperatores ſuos habuere μηλοφόρες. De *pomo* hoc *Imperiali* quod aliquando *mundum* (le monde) vocant, ita *Henricus Spelmann Aſpilog.* pag. 8. *Primus eum invenit Benedictus Papa, & anno 1012. Henrico Imperatori Romam venienti documento dedit, ne mundo aliter imperaret, quam ut ipſe vivificæ crucis vexillo dignus tueri videretur. Acceptum Henricus Imp. ſtatim miſit Cluniacenſi monaſterio conſervandum teſte Glabro Rudolpho.* Eadem allegat ex *Vignierio & Bzovio. Limn. Iur. publ. T. IV. add. ad 2, 4, 28. p. 223. & ad Capitulationem Cæſ. Caroli V. art. 30. p. 329.* Vetuſtiorem vero originem alii quærunt. *Iſidor. 17. orig. 49.* qui ad *Auguſtum* refert pomum ſeu pilam ſeu globum Imperatorum: *Crucem* additam à *Conſtantino, Nicephoro* teſte probant, ut doceretur, orbem à Chriſto virtute crucis triumphatum eſſe. Non mihi tempero, quin adſcribam verba *Godofr. Viterb.* de myſterio hujus *pomi* ſeu *pilæ* (ballen) ex *Limn. Iure publ. 2, 4, 27.*

Origo & ſignificatio.

Aureus ille globus, pomum vel palla vocatur,
Vnde figuratum mundum geſtare putatur.
Quando coronatur, palla ferenda datur.
Significat mundum, forma perhibere rotundum.
Intus habet plenum, terreſtri pondere fundum,
Quem tenet arcanum, palla ferenda manu.

Et paulo poſt:

Crux ſuper eſt pomo, cæla ſuper inſita dono.
Suſpice corde bono, rex, qua tibi myſtica promo.
Teque ſedente throno, proſpice quid ſit homo.
Crux & palla ſimul pariter connexa tenentur.
Hæc magis, illa minus, per te reverenda videntur;
Hæc ferit, hæc ſanat; hæc perit, illa manet.
Si mundana cupis pugno concludere regna,
Significata crucis tibi ſunt reverenter habenda,
Servulus eſto DEI, qui tua ſceptra regit.

conf. de ead. *ſphæra* ſeu *globo Theod. Haping. de jur. inſign. c. 6. P. 4. §. 1. n. 605. ſeqq.* Porro inſeruit hanc parmulam inſignibus *Maximilianus*, cum ob ſuſceptum a Bohemis regnum proſcriptus eſſet Fridericus V. Palatinus Elector, & ab Imperatore Ferdinan-

Ferdinando II. in Comitiis Ratiſponenſibus 1623. ipſi Electoratus iſti ablatus conferretur. Et quidem initio tantum ad vitam datus, poteſtas autem de eo poſtea diſponendi Imperatori ſervata fuerat: deinceps vero 1626. totus Palatinatus ſuperior & quatuor præfecturæ inferioris & Electoratus hereditarii jus priori beneficio addita ſunt. Pace denuo *Oſnabrugenſi* atque *Monaſterienſi* eadem Electoralis dignitas, quam Electores Palatini ante hac habuerant, *cum omnibus regaliis, officiis, præcedentiis, inſigniis, juribus quibuscunque ad hanc dignitatem ſpectantibus confirmata eſt, ut penes Maximilianum & totam lineam Guilhelminam, quoad ea ſuperſit, permaneat.* Unde jus illius parmulæ. Electoratus ad Bavaros

§. XXXIX. Huic ſcuto imminent galeæ duæ coronatæ; ſuper *priori* leo aureus conſidet, coccinea redimitus corona, inter duo cornua cæruleis ac argenteis rhombis variegata; è quibus virgæ aureæ prominent foliis ornatæ: quo ſolo *Palatinus* Bavarorum apex, à reliquis Palatinis differt. Laciniæ hinc fuſco colore, iſthinc rubeo tinguntur. *Altera* dependentibus phaleris argenteis & cyaneis repræſentat leonem aureum, conſidentem inter duas alas Bavaricis teſſellis diſtinctas, ex quibus denuo prominent foliola aurea. Inter has *Electoralis mitra* viſitur clypeum tegere, rubea pontici muris pelle farta, & globo Imperiali in ſummitate aucta. Telamonum vices ſuſtinent *leones* duo, ſed leopardorum inſtar vultibus obverſis. Galeæ.

§. XL. Ab hac diſpoſitione ſcutum Sereniſſimi Ducis *Maximiliani* nihil abire exiſtimo, niſi quod media parmula ſoli Electori propria eſt. Unde etiam titulos præter Electoralem communes reor. Maximil. Ducis clypeus.

§. XLI. Ex linea altera *Alberto* Maximiliani primi Electoris fratre ſata fratrum uterque Eccleſiaſtica dignitate fulget. *Eminentiſſimus Maximilianus Henricus* Archiepiſcopus & Elector *Colonienſis* eſt; de cujus ſcutis c. 8. quod ſatis eſt egimus. Alter Reverendiſſimus & Sereniſſimus *Albertus Sigismundus* Epiſcopus eſt *Friſingenſis* & *Ratiſponenſis*. Hujus illud vidi ſcutum, ut primam & quartam areolam occuparet teſſera *Friſingenſis*, ſecundam & tertiam *Ratiſponenſis*. Toti incumberet parmula *Bavaricis* & *Palatinis* διγμασι quadripertita. Galeas non vidi, ſed earum loco crucem Epiſcopalem clypeo impoſitam, quam hinc mitra Epiſcopalis & juxta eam pedum, iſthinc tiara Ducalis gladio proxima ſtipabant. Titulus eſt: *Epiſcopus Friſingæ & Ratiſponæ, ſuperioris & inferioris Bavariæ, nec non ſuperioris Palatinatus Dux, Comes Palatinus Rheni, Landgravius Leuchtenbergæ*, &c. Colonienſ. Electors. Epiſc. Friſingenſis & Ratiſponenſis.

§. XLII. *Friſingenſis* Epiſcopatus teſſera eſt in laterculo *argenteo caput æthiopis nigrum, aurea corona coronatum*, veſte quæ collum & humeros regit coccinea. Civitas *Friſinga* ſeu *Fruxinum* ad fluv. Moſacum (an der Moſach) in Bavaria ſita eſt. Primus ejus Epiſcopus *S. Corbinianus* circa 730. perhibetur vixiſſe. E ſucceſſoribus fuit *Otto* Leopoldi Marchionis Auſtriæ filius, qui 1158. deceſſit, & celebre nomen ad poſteritatem transmiſit, hiſtoriâ ſcriptâ quæ adhuc *Ottonis Friſingenſis* præſcriptum titulum geſtat. Porro 13. præfecturas Epiſcopatus hic ſub ſe habet. Verùm diœceſeos territorium ſeculare anguſtit terminis includitur, Bavariæ Ducatu cinctum: ſpectat vero ad illud dynaſtia *Burckrain*, nec non Comitatus *VVerdenfels* inter Bavaricos & Tirolenſes limites, cum *Mittenvvald*, *Partenkirchen* & *Gernisgau*, quem Comitatum cum dependentiis Comes ab Eſcheloch & Werdenfels diœceſi attribuit, ut ex Wiguleo Hundio refert M. Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 182. Reliqua bona Epiſcopatus ſub alieno imperio ſunt, duæ videlicet præfecturæ ſub Ducatu Bavariæ, octo autem ſub dominatione Auſtriaca, conf. *Limn. Iur. publ. T. 4. add. ad 4, 7. p. 484.* utpote Dominia *Entzersdorf* & *Holnburg* ad Ipſam ſupra Viennam, in Carniola Dominium *Lack*, in Styria *Rotenfels*, alia in Tiroli. Olim vero plura adhuc Epiſcopatui bona erant in *Iſtria*, *Dalmatia*, *Sclavonia*, *Marca Tarviſina*, quæ nunc Turcæ vel Venetis ſubſunt. Miniſteriales habuit Epiſcopatus *Dapiferos* Dynaſtas & Barones de *Freundsberg*, *Mareſcallos* Nobiles de *Perckheim*, dein de *Pienzenau*, *Camerarios* de *VValdeck*, tum Domicellos de *Raindorf*, *Pincernas* de *Richolfeſtorf*, tum *Iudmannos*, demum equites de *Preyſing in Kopfberg*. Conf. Bucelin. Germ. T. 1. p. 47. Epiſcopat. Friſingenſis. Comit. Werdenfels. Officiales Epiſcopatus.

§. XLIII. Quod *Ratiſponenſem* attinet Epiſcopatum, ille deſignatur in *rubeo* ſcuto *baltheo diagonali argenteo*. Primum Bucelin. Germ. T. 1. p. 46. nominat *Paulinum* circa 470. vel 484. Inde *S. Lupum* Sclavorum Epiſcopum, qui Chriſtum Ep. Ratiſponenſis.

Ratiſponæ

Ratiſponæ prædicans martyrium ſit 489. paſſus. Ex ſucceſſoribus etiam *S. Emmeranus* fuit, Aquitanus & Martyr. 652. nec non *S. Erhardus*. Juſtam tamen ſeriem orditur non niſi à Garibaldo ſeu Gaubaldo, quem Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus circa 739. conſtituit. Ex ſucceſſoribus etiam fuit *Albertus M.* præceptor Thomæ Aquinatis, Dominus de Bolnſtetten, ob eruditionem ſuo tempore clarus, qui 1280. obiit.

Officiales. Porro ad hunc etiam Epiſcopum aliqua ſpectant ſub ditione Auſtriaca. Officiales ſunt *Pincerna* hæreditarii Barones de *Pfetten*, *Mareſcalli* Comites de *Törring*, *Camerarii* Equites de *Stingelheim*, Dapiferi illuſtris familia *Nothaftia de VVerenberg*. *Bucelinus* vero Mareſcallos vocat *ab Eck*, Pincernas de *Layming*.

Comites de Wartenberg. §. XLIV. *Ferdinando* Bavariæ Duce, qui Maximiliani Electoris patruus erat, & conjuge *Maria Pettenbeckia* nati ſunt plures liberi, qui quod mater inæqualis fuiſſet, Comitum *VVartenbergiorum* titulum nacti ſunt. Ex quibus *Franciſcus VVilhelmus* Epiſcopus Oſnabrugenſis, Verdenſis, Mindenſis, Ratiſponenſis & demum Cardinalis fuit, extinctus 1661. Ejus fratre *Erneſto Bennone* natus eſt Illuſtriſſimus *Albertus Erneſtus* Canonicus Ratiſponenſis, præter quem unus adhuc ſupereſt, qui in ſpem familiæ adoleſcit.

Inſignia. §. XLV. Hi Comites Illuſtriſſimi utuntur *Bavarico* virgato ſcuto, eique imponunt *Palatinum* leonem coronatum; utroque familiari ſymbolo in unum latereculum compacto. Clypeo inſiſtit *galea* coronata, cui inter alas Bavaricas virgatas & foliolis exterius ornatas adverſa fronte inſidet leo Palatinus coronatus. **Tituli.** Titulum vidi: *Comes de VVartenberg & Hachenburg*, *Dominus in VVald.*

Wilhelmi D Bavariæ C. Hollandiæ ſcutum §. XLVI. Quod veteres clypeos attinet, *Ed. Biſſæus N. N. ad Upton.* pag. 2. *VVilhelmo Bavariæ Duci C. Hollandiæ* ſcutum aſſignat quadratim diſciſſum, in quo primus & quartus quadrans uno ſupra viginti rhombis argenteis & cæruleis oblique dextrorſum diſpoſitis exaratur, ſecundus & tertius aureus leone coccineo inſignitur. Obſervandum hic, ſecundam & tertiam areolam *Hollandiæ* Comitatum deſignare, qui aliquandiu in illa gente fuit. Tum illud etiam memoratu dignum eſt: nihil ſymbolorum *Palatinorum* conſpici in hoc clypeo.

Scheirenſium ſcutum. §. XLVII. Antequam hinc abeamus, conſiderandum eſt ſcutum, quod *Scheirenſibus Palatinis* attribuitur in Wapenb. P. 2. pag. 4. Illud quadripertitum primo quadrante *leonem Palatinum*, ſecundo *Bavaricas teſſellas*, tertio *aureo calceamenti nigri & corrigiis rubeis circumvoluti genus*, quarto *caruleo faſciam tortuoſam ſeu cochleatam auream* refert. *Calceus* ille memorialis eſſe dicitur Eckhardi cognomento **mit dem Bundſchuch** ex Scheirenſium proſapia. Rationem nominis & ſymboli illam reddidit *Lazius de migr. gent. L. 7. p. 290.* ab eo eventu, *quod in Aſia militans* (Eckardus) *ſub Godofredo Bulonienſi* (Bullioneo) *in inopinata Saracenorum invaſione, ad calceum erectum Chriſtianos re ſubita collegiſſet, atque aciem reſtituiſſet.* P. p. *Condidit opigulum Ried, in Norico Ripenſi, cui calceum illum erectum inſignibus indidit.* Idem fere refert ex *Andr. Presbyteri Chron. Bav.* p. 49. *Th. Haping. de jur. inſign. c. 5. n 34. p. 189. Ob futuram rei memoriam, quod Ieruſalem ordine pedeſtri per Eckardum C. de Scheyrn Bavariæ Ducem, modo vulgari* **Hertzog Bundſchuch** *dictum, recuperata fuit, factum eſt, ut ipſe & poſteri ejus rubeis corrigiis ligatum calceamenti genus, ut ante in vexillis, ita & deinceps in armis deferrent.* Vel ut ipſiusmet *Andreæ Ratiſpon.* verba ſonant: *Eckardus Comes de Scheirn repetiit Ducatum Bavariæ, & ob hoc ter duxit Vngaros ſuper regnum Romanum. Tandem initis pactis Ducatus ei fuit reſtitutus, ſic ut ipſe Eckardus cum potentia ſuorum in ſubſidium paſſagii ad recuperationem ſepulchri Domini deberet proficiſci. Cum autem exercitus in Conſtantinopolim veniſſet, conſultum fuit, ut ordine pedeſtri in terram ſanctam venirent. Contigit tunc quod predictus Eckardus peronatus id eſt culponeis tali genere calceamentorum, quod vulgares vocant ligatum calceum, cum rubeis corrigiis incederet, ob hoc ut exercitui multum notus eſſet. Et ubicunque noctu caſtra metabantur, in ſignum calceus figebatur, ad quod ſignum exercetus quam plurimum confluebat: ex quo factum eſt, ut calceus in vexillo ſignaretur, ſepulchrumque Domini ſub hoc ſigno recuperaretur. Exinde cæpit nomen, ut modo vulgari* **Hertzog Bundſchuch** *vocaretur, & ſic ob futuram rei memoriam, quod Ieruſalem ordine pedeſtri fuit recuperata, factum eſt, ut ipſe & poſteri ſui hoc genus calciamenti in armis ferre deberent.* Quod de quarto latercule dicam non habeo, niſi error tincturæ fuerit, & ille

Record Hertzog Bundſchuch.

& ille *argento*, *faſcia* autem *cocco* tingenda ſint. Nam Laz. d. l. p. 291. memorat de *Com. VVitelſpachiis* (hi *Scheirenſium* ſoboles) quod habebant arma ab Ilſungiis Auguſtanis non multum diſſimilia. *Quod arguit, Ilſungios non ſolum à Comitibus deſcendiſſe, verum etiam originis eſſe Scyrienſium, cujus plerique alii ſunt Bavariæ Comites, de Pogen, ab Hohenvvard, à Dachau, à* Wolffrathshauſen *& ab Abenſperg. Caterum ſcala* (ita tortuoſam hanc faſciam appellat) *in VVitelſpacenſibus rubea erat in albo campo: Cum Ilſungii duplicem talem gerant unam rubram & alteram nigram.* Eundem deſcenſum *Ilſungiorum* ſeu *Hohenriedenſium* Comitum atque *Mæringenſium* Comitum à Palatinis Witelſpacenſibus urget *Hæping. de Iur. Inſign. cap. 13. n. 46. pag. 755.* ſed differt in tincturæ modo: *Campus in VVitelſpacenſium armis rubeus eſt, & ſectio triangularis*, (alia appellatio faſciæ tortuoſæ) *alba*, quem in modum etiam pingitur in *Sibmach. Wapenb. P. 2. pag. 17.* conf. ſupra de Ilſungiis. L. 2. cap. 45. Galea imponitur coronata, ſuperbiens *leone Palatino* inter alas *Bojaricarum* in modum lingulatas conſidente. Witelspach. Ilſungii.

§. XLVIII. Cæterum ſi, quid de his inſignibus videatur, explicandum ſit: vix mihi tempero, quin commentis annumerem. Dum *Schirenſium* nomen in uſu, *Palatina & Bavarica* διήγυαλα huc non quadrabant: quamvis enim dicantur Schirenſes dignitate ea claruiſſe, quod prætorio ſ. palatio Bavarico fuerint præfecti, ad hanc tamen leo *Palatinatus* (qui ea tempeſtate per alias vagabatur familias) index nihil ſpectabat; ubi vero Otto Bavariam, Ludovicus Palatinatum acceperant, *VVitelſpacenſia* ſymbola, & inprimis calceum illum Eccardi ſcuto inſerta fuiſſe, nemo dicet, quam qui ignorat, qua ſimplicitate illo ſeculo ſcuta fuerint formata. Et quidem tum Schirenſium nomen, poſtquam Otto tertius *Schirenſe caſtrum* in monaſterium converterat, in deſvetudinem abiit, & cum *VVitelſpachio* commutatum eſt; cum tamen illud prius his inſignibus præſcribatur. Patiar verò alios ſuo ſenſu circa hæc abundare. De Schirenſium ſcuto conjectura.

CAPUT XXVIII.

Com. & Domini de Pappenheim, Mareſcalli Imperii, nec non Com. & Domini de Rechberg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Matthæi Pappenheimii liber. Origo ex Calatinis.*
3. *Veteres ex ea. Rechbergiorum origo.*
4. *Amplior deductio. Lineæ. Biberbachia. Algovica. Greventhalenſis. Treutlingenſis. Aleſheimia. Qui hodie ſuperant.*
5. *Scutum.*
6. *Mareſcallatus teſſera.*
7. *Officium.*
8. *Functiones.*
9. *Pappenheimia teſſera.*
10. *Galea. Prior.*
11. *Altera.*
12. *De Stülingenſi linea.*
13. *Inſignia hodierna.*
14. *Rechbergii Comites, Barones.*
15. *Inſignia.*

§. I.

Mareſcallorum à Pappenheim ſeu *Bappenheim* Illuſtriſſima familia variis decoribus, inprimis *Mareſcallatus* hereditario munere, in imperio à pluribus ſeculis claret. Deß H. Römiſchen Reichs Erbmarſchallen. Familia.

§. II. Gentem ſuam deſcripſit prolixe 1495. *Matthæus Mareſcalcus Pappenheimius* Doctor Juris & Canonicus, quod opus 1554. Auguſtæ Germanicè excuſum eſt; illo titulo: *De origine & familia Illuſtrium Dominorum de Calatin, qui hodie ſunt Domini à Bappenheim S. R. Imperii Mareſcalci hereditarii liber, autore Nobili & Reverendo Viro D. Matthæo à Bappenheim & Biberbach, &c. Mareſcalco, I. V. Doctore & Canonico Auguſtano.* Adduntur illi verſus: Matth. Pappenheimii liber. Origo ex Calatinis.

De Calatin Dominos, prognatos Romulidarum
ſtirpe, ſub Auguſto Teutonis ora videt.
Cæſaris hinc aulæ Marſcalci nomine dicti:
Præmia virtutis talia ſigna ferunt.

Ex hoc ita *M. Cruſ. annal. Svev. P. 2. L. 12. c. 17. p. 570. Deducit ſuam familiam à Romanis Calatinis: quorum unus vixit ante Chriſtum 442. circiter L. Attilius Longus, Anno ſc. V. Cond. 310. unus ex XViris. Omnes enim Attilios etiam Calatinos nominatos oſtendit: & qui conſul ante Chriſtum M. Attilius Glabrio dicatur, eum nominari 2. Flori. 8. Attilium. Auguſti deinde privignis Tiberio & Druſo contra Germanos bellantibus, facile creditu eſſe, cum ipſis etiam Attilios & Calatinos militaſſe: atque ita in Vindelicia & Rhætia remanſiſſe. Arcem non longe infra quam in Danubium Lycus influat, ad ripam Danubii ædificaſſe: quam Calatinum vocaverint: cujus nunc rudera videantur. Veteres enim ſolitos eſſe nomina ſua ædificiis imponere. Alteram quoque arcem ibi condidiſſe Attiliam: nunc Altenburg dictam. Ambo ſunt ſupra Neoburgum dimidiato milliario in monte alto propter Danubium. Ædificatas eas arbitratur aliquanto ante quam Tiberius fieret Imperator Romanus, quando nondum fuerint cognita Vlma, Lauinga, Dillinga.*

Veteres ex ea.

§. III. Plenam antiquorum ſeculorum Genealogiam non vidi, ſed primus apud eundem *Cruſium* occurrit *Erneſtus Mareſcalcus de Calentin* circa 1160. qui *Eulaliam Neiffenſem* Baroniſſam filiam Bertholdi Com. Maurſtettenſis ex Berchta ſeu Agnete Burgovia conjugem habuit, & vel pater vel ex filio *Henrico*, marito Annæ Alberto poſtremo Dn. Biberbachii natæ, avus fuit *Henrici*, qui Ottonem Witelſpachium, Philippi Imperatoris cæde infamem, vindicta publica trucidavit. Eum *Lazius* vocat *Henricum II. Mareſcallum de Biberbach*, datque fratres *Vdalricum* ac *Hildebrandum* Mareſcallos de *Rechberg*, *Sigfridum* Epiſcopum Auguſtanum & *Rudolphum Mareſcallum à Calentin & Pappenheim*. *Henninges T. 3. Geneal. P. 1. p. 464. Vlricum* alium addit Epiſcopum Spirenſem, iſtum vero *Vdalricum* ſeu *Vlricum* ſatorem conſtituit *Rechbergiorum*, Mareſcallorum in *Reichen* ſeu *Reichenau*, *Hildebrandum* reliquæ gentis Rechbergiæ autorem, quæ nunc quoque *Comitem* & *Barones* numerat. Cæterum Friderico II. Imp. mortuo *VVitelſpachenſes* (teſte eodem Cruſ. P. 3. L. 2. c. 6. p. 72.) *ab exilio redierunt, & Calatinos ferro & igne perſecuti ſunt: & omnibus expulere bonis, quæ antehac Neoburgi & circum ab Imp. Henrico VI. feudi nomine poſſederant. Quo tempore hi nacti ſunt Biberbachium & Truitſchaimium. Vexati ſunt & à Bavaris ex genere VVitelſpachiorum ortis. Non tamen amittere Mareſcalcatum potuere: ſed hodie* die Edlen von Pappenheim *vocantur.* Gradum unum adjicit Bucelinus, *Erneſto* patrem aſſignans *Henricum I.* qui 1131. claruerit.

Rechbergiorum origo.

Amplior deductio.

§. IV. Clariſſ. *Rittershuſius* orditur ab *Henrico*, qui 1278. deceſſit, maritus *Potentianæ* Ulrici II. Com. Aichelbergii ex Gundelfingia matre filiæ, & Priſce Stöffelenſis Bar. ex Dilingenſi parente genitæ, quem *Bucelinus* nepotem conſtituit memorati ſupra *Rudolphi*. Ex hac geniti *Henricus* & *Hildebrandus*. Hic autor eſt lineæ Dominorum in *Biberbach*, *Elgau* & *Reichen*: (Quorum Genealogiam *Bucelin.* inſerit *Germ. T. IV. p. 170.* Inſignia etiam quadripertita facit, ut vario velleri Pappenheimio, areola ſecunda & tertia jungerentur caſtoribus ſingulis inſignes:) Ille atavus vel Bucelino abavus fuit *Hauptonis II. Mareſcalli*, qui ex conjugibus Corona de Rotenſtein, atque Barbara de Rechberg, quorum illa 1419. hæc 1460. ipſe 1439. vel. ſec. Cruſium 1436. deceſſit, pater fuit *Henrici & Conradi*, *Georgii & Sigismundi*. A primo linea *Algovica* orta eſt, ſed defecit 1639. morte *Maximiliani Landgravii Stülinge*, cujus unicus filius *Henricus Ludovicus* 1633. cum ferventius expugnationem arcis Hohenſtoflenſis urgeret, globo tormenti ictus interierat. A *Conrado* linea *Greventhalenſis* originem traxerat, ſed 1575. in *Ioachimo* vel ejus filiis defecit. *Georgius* ſator fuit lineæ *Treutlingenſis* ſeu *Treichlingenſis*, quam celebriorem reddidit *Godofridus Henricus Comes à Pappenheim*, à Bucelinio alter ſui ſeculi *Alexander & Iulius* cognominatus, qui 1632. eodem prælio cum Guſtavo Adolfo Svecorum rege occubuit, relicto filio *VVolfgango Adamo*, qui 1647. duello interemtus hanc etiam clauſit. Supereſt ex Sigismundo linea *Alezheimenſis*, itidem in aliquot ramos diſtincta. Et quidem Sigismundi nepotes *Thomas* & *Haupto* iterum duos emiſere ramos, quorum ille in pronepotibus vel abnepotibus exaruit: iſto *Vitus Hippolytus*, hoc iterum *Georgius Philippus* natus eſt, communis omnium qui hodie ſuperant pater, 1622. extinctus. Eo enim nati *VVolfgangus Philippus* & *Franciſcus Chriſtophorus*. Unde vocantur lineæ, die Wolff-Philippiſche und Frantz-Chriſtophoriſche: illa Romana ſacra profeſſa, hac in Evangelica confeſſione perſeverante. Wolfgangi ſuperant filii Illuſtriſſimi *Carolus Philippus Guſtavus*, nunc ſenior

Lineæ. Biberbachia.

Algovica.

Greventhalenſis. Treutlingenſis.

Aleshei-mia.

Qui hodie ſuperant.

ſenior Mareſcallus hereditarius, deß H. Römiſchen Reichs älteſter Erbmarſchall/ & Comes regens, *Marquardus Ioannes VVolfgangus, Ludovicus Franciſcus, Ioannes Georgius*; *Franciſci Chriſtophori* autem filius item ſupereſt illuſtriſſimus *VVolfgangus Chriſtophorus VVilhelmus*, nach-älteſter Reichs-Erbmarſchall. Illi (Carolo Philippo Guſtavo) titulus iſte datur: *S. Romani Imp. ſenior Mareſcallus hereditarius, Comes in Pappenheim, Dn. in Rotenſtein, Calden & Bellenberg.*

§. V. Familiæ ſcutum repræſentat *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 19. ut quadrifidum ſit, & area prima & quarta *Mareſcallatus* ἀξιώματα, ſecunda & tertia *gentilem tesſeram* referat. Scutum

§. VI. *Mareſcallatus* inſigne eſt laterculus transverſa ſectus ſuperiori parte *nigra*, inferiori *argentea*, impoſitis *coccineis duobus gladiis*, in decuſſim trajectis. Mareſcallatus teſſera.

§. VII. Dicuntur vero *Mareſcalli imperii hereditarii.* Nonnunquam titulum illum vidi, *Romani Imperii & Ducatus Sveviæ Mareſcalci.* apud *Cruſ. P. 3. Annal. Svev. L. 3. c. 8. p. 166.* & alibi. Iterum apud eund. *L. 3. c. 10. pag. 172.* Hildebrandus titulum ſumſit *Imperialis aulæ Mareſcalcus*, ita & *L. 1. c. 12. p. 38.* Henricus Bappenheimius *Sacri Imperii & aulæ Cæſareæ Mareſcallus.* In A. B. cap. 27. num. 6. vocatur *Vicemareſchallus.* Officium.

§. VIII. De functione eorum in Imperio legendus eſt ex *Sixto Sommero Limn. Iur. publ. T. 5. addit. ad 3, 7. p. 177. ſeq.* prolixè admodum: nec non in *T. 1. L. 3. c. 7.* Controverſia autem inter hunc Mareſcallum Imperii & Mareſcallum aulicum aliquoties exorta eſt. Id inprimis obſervata dignum, *ſeniorem Mareſcallum* hujus familiæ munus exercere, non autem illum, cujus patet vel avus exercuit, cum ſimpliciter ad ætatem non vero linearum ſucceſſionem reſpiciatur. De quo aliquoties altercatum, ſed dein familiaris ea de re transactio inita eſt. Vocatur vero Mareſcallus hic ad comitia, non ut ſtatus ſed ad functionem exercendam, apud eund. *Limn. Iur. publ. T. 4. add. ad 9, 1. p. 404.* Eum Sereniſſimi Electoris Saxonici eſſe vicarium ſeu ſubofficialem ipſum nomen & hæc gladiorum teſſera indicant. Exemplum *Pappenheimii*, qui ingredienti Romam Cæſari Friderico III. 1452. enſem prætulerit, videre eſt apud *Cruſ. P. 3. annal. Svev. L. 7. c. 10. p. 397.* Functiones

§. IX. *Pappenheimia* propria area, quæ ſecundum & tertium locum occupat, *vario vellere cæruleo & argenteo* conſtituitur, triplici ductu (de vair.) *Cruſ. annal. Svev. P. 2. L. 11. c. 10. p. 479.* vocat *inſignia Calatinorum ſex caſſides, unam in imo ſcuti, duas in medio, tres in ſupremo loco. Noſtri vocare ſolent* Eiſenhütlein. Pappenheimia teſſera.

§. X. Clypeo imponuntur duæ galeæ, quarum *prior* coronata ſuſtinet lanceis aureis in decuſſim trajectis ſuſpenſa duo vexilla primi & quarti quadrantis ſymbolo picta, laciniis dependentibus argenteis & atris. Galea prior.

§. XI. *Altera galea* laciniis argenteis (errorem eſſe puto in armoriali, quod alterum metallum exprimitur, niſi ad apicis tincturam fiat reſpectus) & cæruleis ornata repræſentat *Æthiopiſſam coronatam, crinibus in faſciculum tortum collectis, ſine brachiis, ſed auro indutam.* Rationem qui quærunt, conſulant ſæpe citatum *Cruſ. P. 3. annal. Svev. L. 3. c. 5. p. 151. 152.* Quod ſutor civis Lauinganus vicerit Mareſcallum ex provocatione, unde meruerit civitati caput Æthiopis, Mareſcallorum pridem apicem, his data Æthiopiſſa. Altera.

Quando ferum domuit ſutor vix tantulus hoſtem,
qui Lauingana civis in urbe fuit:
Officii memor & teſtis virtutis avitæ:
hos urbi clypeos Cæſar & arma dedit.

videlicet caput Æthiopis ornatum corona & torque aureo. conf. Wapenb. P. 1. pag. 224. Aliam relationem ex *Matthæo Pappenheimio* ibidem addit: *Cum bellum adverſum Hungaros monomachia decernendum eſſet, ab Imperatore Mareſcallum de Calatin certamini deſtinatum, jamque ad id accinctum, ſed à S. Georgio monitum, ut ſutori Lauingano provinciam hanc cederet, paruiſſe. Vnde cum hic victor extitiſſet, ajunt petiiſſe, ut Calatini Æthiopiſſam ſuper galea geſtarent.* Quod Fr. Felix narrat. Condonemus vero antiquitati ea, quæ huic ſeculo noſtro riſum moverent: inprimis cum addatur, Georgium in rei fidem Mareſcallo pollicem ſuum manu detractum dediſſe, cujus partem in auro adhuc conſervent Kaisheimii, alteram vero partem in Pappenheim. Sed

Caput XXIX.

Barones in Polheim.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Antiquiores.*
2. *Baronum titulus in VVolfgango renovatus.*
3. *Veteres poſſeßiones.*
4. *Linea varia. VVartenburgia. Laxendorfia. Steinhauſia. Rechbergia. Parzenſis. Leibnizia. VVartenburgia.*
5. *Linea Leibnizia.*
6. *Scutum. Polheimia teſſera.*
7. *Metſchia ala. Familia.*
8. *VVartenburgia linea. Wolfgangus. Subdiſtinctiones.*
9. *Scutum. An Parz? Tozenbach.*
10. *Galea.*
11. *Linea Parzenſis.*
12. *Scutum. Eckardsau.*
13. *Galea.*
14. *Scutum auctum.*
15. *Aliud.*
16. *Galea.*

§. I.

QUamvis de antiquiſſimæ inter Auſtrios & Styrios proceres gentis *Polheimiæ* origine nihil certi dici poſſit, ejus tamen deductio ultra 600. annos indubia fide demonſtrari poteſt, ab aliquo *Pilgrino*, cujus nomen 1073. 1075. multis aliis illuſtribus præponitur. *P. Fürſt. in Chron. Vngar.* vetuſtiorem aliquem *Ioannem Polheimium* allegat, qui uxorem duxerit *Aleani Godofredi D. Britanniæ* filiam. Pilgrini illius filius *Theodoricus* inter Ottocari M. Styriæ miniſtros legitur 1108. *Henrico*, qui ejus fratre *VVicardo* natus eſt, 1126. *Ottocarus* Marchio feudum contulit. *Theodoricus III.* interfuit expeditioni Andreæ R. Ungariæ & Leopoldi D. Auſtriæ in Palæſtinam & Ægyptum, nec rediit. *Leopoldus* autem ludis Equeſtribus Herbipolitanis 1235. interfuit. Ut jam alios præteream. Familia. Antiquiores.

§. II. *Baronum* titulus familiæ antiquus, ſed dein intermiſſus, & ob merita *VVolfgangi* renovatus eſt. Juvat aſcribere verba Maximiliani Imp. ex diplomate dato Lintii 22. Febr. 1507. **Die Herren von Polheim ſind vor dieſem ſchon zu Freyherren erhebt/ gewürdiget/ geadelt/ gemacht/ und in die gemeinſchafft der Freyherren genommen und geſetzet worden / und aber durch länge der jahr oder verlihrung der brieff deßhalben außgangen / ſolcher titul in abnehmen kommen/ und ſich die bemeldte von Polheim nicht gebraucht/ haben wir demnach angeſehen/ ſolches obbemeldten Wolfgangen —— und ſeiner voráltern alt / erbar/ adelich herkommen / und ihr angenehme / getreue / vleiſſig / willig / täglich und nützliche dienſte / ſo er dem Heil. Reich / und ſonderlich unſeren häuſern Oeſterreich und Burgund nun gute zeithero mit darſtreckung ſeines leibes/ haab und güter —— gethan hat / und täglich thut und thun mag/ —— und daher ihm und ſeinen erben / obangezeigten Frey-herrlichen titul gnädiglich wiederumb verneuert/ und von ſondern gnaden denſelben auch auff die häuſer Wartenburg genannt/ —— deſſelben ehelichen leibes-erben für und für in ewigkeit unſers und deß Heil. Reichs Freyherren und freyen Fräulein zu Polheim und Wartenburg/ ꝛc.** Baronum titulus in Wolfgango renovatus.

§. III. Vidi etiam in domeſticis monumentis deſignationem arcium & Dominiorum, quæ in poteſtate *Polheimiorum* fuere & ſunt, ex qua de amplitudine ejus judicare liceat. Ita vero enumerantur: *VVartenburg, Scherenſtein, Seiſenburg, Rechberg, Tozenbach, Steinhauß, Rohr, Polheim zu VVels, Polheim zu Leibniz, Puchheim, Laxendorf, Parz, VValdenfels, zum Thurn, VVolfeck, Lüzelburg, Iernharting, Ottenſchlag, Aggſtein, VVürding, Koblſpurg, Hohenberg, Raſpach, Veldmühl, Muſſelbach, VVindern, Ort zu Traunſee, Tegernbach, Tieffenbach, Liechteneck, Pockdüß, Teutſch-Altenburg, Schifereck, Mannerſtorf, Pinningen.* Quibus accedunt opida & vici fori jus habentes, *Grieskirchen, Schwvans, Tummelkahn, Kemnaten.* Veteres poſſeſſiones.

§. IV. In varias lineas gens diſtincta eſt: omnium pater fuit *Albero III.* Capitaneus Auſtriæ ſuperioris, & Friderici Auſtrii adverſus Belam R. Ungariæ 1236. dux bellicus πολύπραγ. Eo nati inter alios *Albero IV. Henricus, Ortolphus, Philippus, VVeicardus. Primi* linea denuo in alias fiſſa eſt *VVartenbergiam, Laxendorfiam, Steinhuſiam;* ſed Lineæ variæ. Wartenburgia. Laxendorfia. Steinhuſia.

ſed terminata 1391. morte *Martini*, qui Abbas fuit in Crembsmünſter. *Tertii* nepotes lineam clauſere. *Vltimi* poſteritas in filiis terminata eſt, in quibus *VVeicardus* inter Salisburgenſes Epiſcopos celebre nomen habuit. *Henricus Rechbergii* rami ſator fuit, in quibus *VVeicardus* Epiſcopus fuit Paſſavienſis, qui Chronicon ſuorum temporum ſcripſit, quod in Bibliotheca Auguſta ſervatur Viennæ: Eum terminavit *VVolfgangus* 1454. A ſolo *Philippo* (quem alii *Alberonis III.* ex fratre Henrico & Jutha Waſſerburgia nepotem conſtituunt, Rudolfus I. autem Conſiliarium & adverſus Ottacarum R. Bohemiæ ducem bellicum habuit,) progenies durabilis fuit. Eo enim nati *Godfridus*, & *VVernerus*, hoc autem *VVeicardus* & *Pilgrinus*: inde totidem lineæ, à Godfrido *Parzenſis* ſeu *VVelſſenſis* (in Wels zu Partz) provinciæ ſupra Anaſum, à Weicardo *Leibnicenſis* in Styria, à Pilgrino *VVartenburgica* in provincia ſupra Anaſum: quarum mox inſignia conſiderabimus.

Rechbergia.

Parzenſis. Leibnizia. Wartenburgia.

§. V. Quod attinet lineam *Leibniciam*, quæ iterum defecit, orta ea eſt, quod dixi, à *VVeicardo*, qui *Catharina* filia *Friderici à Leibniz* ducta arcem Leibniciam in Styria aſſecutus eſt, & ad poſteros transmiſit. Hanc inprimis ornavit virtus *Erhardi II.* qui Imperialis conſiliarius, Camerarius, inferioris Auſtriæ regens & Ferdinandi I. 1527. locumtenens, nec non 1530. Styriæ ad Comitia Auguſtana legatus fuit, & ex *Catharina* filia *Gaudentii C. à Metſch* liberos genuit, ac ex illis nepotes, ſed in his & nominatim Gaudentio linea extincta eſt, herede *Ladislao à Kunring*, qui ſorore ipſius natus erat, atque *Reinperto à Gleiniz*.

Linea Leibnizia.

§. VI. Hæc, ut & reliquæ lineæ, initio uſa eſt ſolo *Polheimio* avito ſymbolo, quod eſt parma *octo tæniis rubeis & argenteis* dextorſus oblique exarata. (cotricè, vier rothe und vier weiſſe ſtriche oder balcken nach der ſchrems auff einander.) Alicubi *ſiniſtras* illas tænias vidi pingi, uti alibi notatum eſt, Germanis antiquis non plurimum illius ſitus diſcrimen obſervatum.

Scutum. Polheimia teſſera.

§. VII. Inde conceſſum eſt ab Imp. *Maximiliano* præfato *Erhardo*, ut cum 1497. menſe Julio ſocer ejus mortuus eſſet, ipſe & poſteri bona & titulos ac inſignia *Metſchia* uſurparent, quæ ſunt *tres alæ cærulea* in alveolo *argenteo*. conf. Wapenb. P. 2. pag. 13. Liberi tamen, ignotum qua cauſa, hoc beneficio non ſunt uſi, & bona Metſchia in fiſcum relata. Cæterum illa familia Comitum à *Metſch* ſeu *Matſch* ſeu *Amaſia* vetus fuit, & 1171. aliquis *Laurentius Dominus Amatiæ* claruit. Inter poſteros modo nomen *Advocati* de Metſch, modo *Domini*, demum *Comitis* uſurpatum. Gentem vero quod dixi clauſit *Gaudentius*. Eadem autem Metſchia inſignia 1613. Imperator Matthias Gundaccaro ex *Parzenſibus* conceſſit.

Metſchiæ alæ.

Familia.

§. VIII. *VVartenburgia* linea à *Pilgrino* deducta, inprimis ornata eſt virtute & meritis *VVolfgangi*, qui Cæſarum Friderici III. & Maximiliani Conſiliarius, aulæ Mareſcallus & ſupremus Capitaneus inferioris Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ fuit: inde primus cubicularius Philippi R. Hiſpaniæ. Ejusdem miniſterio Annam Britannicam Maximilianus ſibi deſpondit, quam poſtea Carolus VIII. Franciæ Rex ſibi rapuit. Inter *Eq. aurei velleris* etiam lectus eſt, vid. *Chifflet. inſ. Eq. Eq. A. vell. n. 108.* & *Ioannam* f. *VVolfardi Baronis Borſelii* atque Carolæ Borboniæ uxorem meruit, & quod caput eſt, *Baronum* nomen in gente renovari ab Imperatore impetravit. Filius *Cyriacus* item Imperialis Conſiliarius, aulæ Magiſter, Capitaneus provinciæ Auſtriæ ſupra Anaſum & locumtenens Auſtriæ fuit, & ex filiis *VVeicardo*, *Maximiliano*, *Caſimiro* lineas proſevit *VVartenburgiam*, *Schopfenſteiniam*, quæ in prima generatione defecit, & *Puchheimiam*.

Wartenburgia linea. Wolfgangus.

Subdiſtinctiones.

§. IX. Hujus lineæ ſcutum repræſentatur Wap. P. 1. pag. 21. quadrifidum, prima & quarta quadra *Polheimias* tænias deferente, ſecunda & tertia *rubea*, *aquilam coronatam & ad perpendiculum auro & cyano diviſam* repræſentante. Hanc teſſeram *Chifflet.* geri putat pro Dominio *Parz*, quò & *Sibmacherus* inclinat: ſed domeſtica gentis documenta, gratia Perilluſtris *VVolfgangi Caroli Polheimii* mihi communicata docuere, aquilam hanc deſignare *Tozenbach* ſeu *Tozenbach*. Quod ornamentum marito *VVicardo Polheimio* Alberti Auſtriaci Conſiliario circa 1394. & quidem conceſſione Alberti attulit uxor *Dorothea à Tozenbach*. Ab hoc vero Weicardo non Parzia ſed *VVartenburgia* domus deſcendit. Verum illi etiam lineæ 1613. Imperator jus hujus teſſeræ largitus eſt.

Scutum.

An Parz?

Tozenbach.

§. X. Huic

§. X. Huic ſcuto imponuntur duæ galeæ coronatæ, quarum *prior* jugum alarum ſuſtinet, iisdem tæniis obliquis exaratum, quæ laterculum Polheimium diſtinxere. *Alteri* aquila *Tozenbachia* inſiſtit. Laciniæ circumvolant, hanc argenteæ & coccineæ, iſtam aureæ & cyaneæ. Galeæ.

§. XI. A Godfrido linea *Parzenſis* ſata, **zum Steinhauß / Partz und Lützel-burg.** In ea inprimis claruit *Martinus*, Imperatoris Conſiliarius & inter *equites aurei velleris* lectus, de Maximiliano autem in bello Galliæ & motibus Belgicis optime meritus. Filius ejus *Sigismundus Ludovicus*, è totidem filiis *Andrea*, *Ludovico* & *Sigismundo* tres lineas iterum dedit, in *Ottſchlag*, *Liechteneck*, & *Parz* ac *Steinhauß*, quarum hanc tamen Sigismundi filius *Georgius Rupertus* 1608. terminavit; primam autem Andreæ nepos *Carolus* 1626. media vero adhuc ſupereſt. Linea Parzenſis.

§. XII. Hæc linea etiam *Polheimias* ſolum tænias geſſit, *Chiffletio* teſte, cum n. 92. inter *Eq. A. V.* Martini inſignia recenſuit. Dein ut videre eſt in **Wapenb.** P. 1. p. 21. parma quadripertitim diviſa uſi ſunt, ut prima & quarta quadra *Polheimias* contineret tæniolas, ſecunda & tertia *nigra leonem* contineret *argenteum*, *rubeam linguam exſerentem*, *auro coronatum aurea catena collo* inſerta. Quod hujus ſignificationem attinet, in Polheimiis documentis memoratur, Maximilianum II. Imperatorem *Paulo Martino Polheimio* Sigismundi Ludovici filio & fratribus diplomate 15. Dec. 1573. ſcripto conceſſiſſe inſignia *Eckardsavia*, ob matrem Annam filiam Wilhelmi ultimi Domini de *Eckardsau*, quæ ipſa leone hoc exprimuntur. *Gabr. Bucelin. Germ.* P. 3. p. 29. ubi Eckardsaviam familiam ab Ottone, qui ſupremus & hereditarius Auſtriæ Camerarius 1255. claruerit, deducit, ſcutum gentile adjicit leone coronato inſignitum. Sed nullum adeſt catenæ veſtigium. Verum cum non raro illius ſculptor aberraverit, in hoc etiam vix adeo certa illi fides fuerit. Scutum. Eckardsau.

§. XIII. Parmæ duæ inſiſtunt galeæ conatæ, *altera Polheimia*, altera niſi fallor *Eckardsavia*, ſuſtinens emergentem leonem catenatum. Laciniæ dependentes utrinque argento pinguntur, addito coloribus hinc rubeo, iſthinc nigro. Galeæ.

§. XIV. Aucta ſunt inſignia ex eo tempore, cum *Gundaccaro Polheimio*, qui Rudolfi II. Matthiæ & Ferdinandi II. Conſiliarius, cubicularius, Conſilii aulici Aſſeſſor, & Cameræ Præſes fuit, atque Matthiæ nomine 37. legationes obivit, Imperator 1613. concederet, ut *Tozenbachia* & *Metſchia* ſymbola, ex duabus lineis Wartenburgica & Leibnicia, ſuæ etiam parmæ inſereret. Scutum auctius.

§. XV. Huc refero inſignia Polheimia ex *Fürſt.* **Wapenb.** P. V. pag. 6. quæ bipertita ſunt. Dextra pars iterum quadripertita *Polheimias* tænias & leonem *Eckardsavium* (catenæ vero nullum apparet indicium, quod incuriæ ſculptoris tribuo) componit. Poſterior ſcuti pars non minus in quatuor laterculos diſpeſcitur, quorum primus & quartus aquilam *Tozenbachiam* continet (verum iterum ſculptoris vitio omiſſa corona.) Secundus *argenteus tria capita* neſcio quorum animalium cærulea defert. Ego vero vix dubito, illa capita in *alas* commutanda eſſe, & qui in reliquis, ut vidimus, laterculis oſcitavit, ſculptorem non diligentius alas illas inſpexiſſe. Ita fuerint *Metſchia* inſignia. Tertius laterculus plus habet difficultatis, nam in eo rubeo conſpicitur columna coronata argentea, & ſubter eam figura, quam vix expreſſero, niſi quod rhombo perforato ſimilis eſt. Cujus areæ ſignificationem neutiquam capio. Niſi dixeris illam etiam columnam ad Metſchia δείγματα ſpectare: vidi enim alicubi *Metſchium* ſcutum, hinc alis, ex dextra autem parte columna illa inſigne. Aliud.

§. XVI. Scuto iſti imponuntur quatuor galeæ coronatæ: *Prima* ſuſtinet alam Polheimiis diagonalibus tæniis exaratam: *ſecunda* μετωπὴν leonis argentei coronati, & collum millo revincti, qui ſcipionem vel trabem humeris geſtans repræſentatur: *Tertia* inſiſtit aquila Tozenbachia: *Quarta* innititur coronata argentea columna. Galeæ.

CAPUT

Caput XXX.

Rex Poloniæ & Duces Sileſiæ.

ARGUMENTUM.

1. *Regni origo. Primi Principes.*
2. *Piaſtei. Reges, Principes. Iterum reges. Jagello & poſteri. Reges deinceps lecti. Modernum Rex Joannes III.*
3. *Scutum Sigismundi III.*
4. *Aquila Polonorum inſigne.*
5. *Ignorantia colorum in Gallia.*
6. *Lithvania teſſera.*
7. *Lithvania Principes. Vnio cum Polonia.*
8. *VVaſarum ſcutulum.*
9. *Svecica inſignia conjuncta.*
10. *Controverſia ob Sveciam & bella.*
11. *Prætenſio Polonorum in Sveciam, cum Svecorum reſponſis. Fundamenta Svecorum adverſus Polonos, cum horum reſponſis.*
12. *Hiſtoria. Bella. Inducia. Pax.*
13. *Hodiernum ſcutum ignotum.*
14. *Corona. Galea. Apex. Telamones.*
15. *Titulus Joannis Caſimiri.*
16. *M. Ducatus Lithvaniæ. Ruſſia. Boruſſia.*
17. *Mazovia.*
18. *Samogitia. Kiovia. Volhinia. Podolia. Podlachia. Polotia. Vitepſia.*
19. *Pomerania.*
20. *VValachia.*
21. *Smolenſcum. Severia. Cernichovia. Michalovia.*
22. *Livonia. Prætenſio Polonorum in Eſthoniam & Livoniam. Reſponſiones Svecorum.*
23. *Scutula provinciarum regio clypeo circumdata.*
24. *Provinciarum, Ducatum & Palatinatuum teſſera.*
25. *Sileſiorum aquila.*
26. *Sileſiæ provinciarum teſſera.*
27. *An olim alia tinctura aquilæ?*
28. *Scutum Lignicium.*
29. *Galea.*
30. *Tituli.*
31. *Scutum Monſterbergium.*
32. *Sileſia. Lignicia.*
33. *Glazium Comit.*
34. *Cunſtatt. Familia.*
35. *Monſterbergæ fata.*
36. *Sternberg.*
37. *Galea.*
38. *Tituli.*

§. I.

Regni origo. AMpliſſimas *Sarmatiæ* provincias Germania, Livonia, Ruſſia, Tartaria, Moldavia, Valachia, Tranſſylvania & Hungaria incluſas *Polonorum* regnum complectitur. Originem illud ſuum ad *Lechum* refert, qui ex Illyrico cum *Czecho Bohemorum* autore, circa 550. novam ſedem quæſiverit, & in Polonia repererit. Eum excepere duodecim *Palatini* ſeu *VVaivvoda*, qui uti fere numero ita factis & fine denique non abſimiles vetuſtis Romanorum fuere decem viris. Inde lectus gentis Princeps *Cracus*, tum hujus filii *Cracus*, *Lechus* & eorum ſoror *Venda*. Poſt hanc ad *Palatinos* reditum. Inde lectus Princeps *Premislaus* ſeu *Leſcus I.* poſt hunc *Leſcus II.* cujus progenies defecit in *Popielo* juniore, qui ob patruorum necem à muribus comeſtus dicitur. Tum *Piaſtus* electus eſt, cujus ſtirps nuper demum defecit.

Primi Principes.

Piaſtei. Reges. §. II. Piaſti abnepos *Mieſco* ſeu *Micislaus* 965. religionem *Chriſtianam* introduxit: ejusque filius *Boleslaus* cognomento *Chrobri* ſeu acer *regium* titulum. Quo jure vel cujus beneficio factum illud ſit, Poloni & Germani ſcriptores non idem perhibent: quam litem meam non facio. Conf. Celeb. *Herm. Conring. de finib. Imp. Germ. c. 18.* Ei vero ſucceſſere filius, nepos, pronepos, *Micislaus*, *Caſimirus*, *Boleslaus audax*, qui variis patratis flagitiis, & Stanislao Cracovio Epiſcopo cæſo, à Pontifice diris devotus, exul in Hungaria 1081. ſeu 1082. interiit. Ei ſucceſſit frater *Vladislaus Hermannus*, ſed ut regio nomine abſtineret, Imperii potius reverentia quam Pontificis interdicto. Unde poſteri etiam *Principes* dici maluere. Uladislai filius *Boleslaus Crivouſtus* ſeu diſtortus, cum quinque habuiſſet filios, provinciæ diviſæ, & plures eſſe cæpere Principes, ut tamen ſubinde unus autoritate vel poteſtate emineret *Ethnarcha*. Demum 1295. *Premislaus regium* nomen à duobus ſeculis intermiſſum recepit. Ultimus Poloniæ Rex imperavit ex Piaſteis *Caſimirus* cognomento *Magnus*, & 1370. mortuus ſucceſſorem habuit ſorore ſua natum *Ludovicum* ex *Andinis* regem *Hungariæ*. Poſt hunc regnum delatum eſt *Hedvigi* ejus filiæ, datusque maritus *Iagello Lithvaniæ* Princeps, qui in baptiſmo *Vladislai* nomen ſumſit. In ejus poſteris duo pene ſecula manſit ad *Sigismundum Auguſtum*, qui 1572. finem vivendi fecit. Poſt eum lectus

Principes.

Iterum reges.

Jagello & poſteri.

Henricus

Henricus Valeſius Galliæ regis frater, qui tamen iſto mortuo, ne fraternum amitteret, acquiſitum regnum amittendi periculum maluit. Cum abdicatus eſſet, electus eſt *Stephanus Bathorius Tranſſylvaniæ* princeps: & poſt hunc *Sigismundus Svecus*, poſt quem filii regnarunt *Vladislaus* & *Ioannes Caſimirus*: quorum uterque ſine ſobole, ille deceſſit, hic regno ſe abdicavit: Unde 1669. lectus eſt Rex *Michael Thomas Korybuth VViſniovvizky*, è Ducibus Wiſniowiziis, qui ex familia Lithvaniæ magnorum Ducum & Jagellonis patruo deſcenderunt. Hoc ſine liberis extincto, ſuffectus eſt ſuffragiis, qui nunc glorioſe regnat, *Sereniſſimus Ioannes Sobievvsky*, pridem regni Mareſcallus & exercituum Imperator. Reges deinceps lecti. Modernus Rex Joannes III.

§. III. Scutum regis Poloniæ, qui tum *Sigismundus III.* fuit, *Sibmacher.* ita exhibet Wapenb. P. 1. pag. 2. ut *Polonicum* δεῖγμα primam & quartam, reliquas duas *Lithvanicum* occupet: Gentilis teſſera conſtituat parmulam mediam. Eadem διατύπωσις duorum filiorum fuit, niſi quod æque ac pater nonnunquam *Svecica* ſymbola ſuis adjecere. Scutum Sigism. III.

§. IV. *Polonicum* proprium ſymbolum eſt in area *rubea aquila argentea, corona, roſtro & cruribus aureis*, alis idem ad pectus aureo vinculo colligatis. Ita *Chifflet. Inſ. Eq. A. V.* n. 161. Unde errorem eſſe credo in Sibmachero, qui loco illius vinculi literam *S* auream innectit aquilæ. Niſi dixeris, quod haud oppinor; *Sigismundum* nominis initialem aquilæ addidiſſe. Hujus aquilæ rationem ex eo repetunt communiter, quod circa 550. Lechus, cum extrueret *Gneſnam*, quondam Principis nunc primi antiſtitis regiam, aquilarum candidarum nidum repererit; naſcentis imperii augurium. *Ab hoc nido* ajunt *accepiſſe civitatem nomen, & aſſumtum regni hoc inſigne.* Ita *Thuan. L. 56. p. 1225. Vnde principibus Polonis alba aquila expanſis alis inſigne etiam hodie manet.* Aquila Polonorum inſigne.

§. V. Obſervat *Cl. Fauchet de l'orig. de Cheval. c. 3. p. 26.* cum in Gallia mandato regis Caroli IX. ignes artificiales pararentur, lætitiæ teſtandæ gratia ob electionem Henrici Regis, arma Polonica *argento* & *nigro* colore picta, quod colores regii ſcuti neſcirentur: id vero aliquibus mali præſagii rem eſſe viſam; patuiſſe vero fecialium Gallorum ejus temporis imperitiam. Ignorantia colorum in Gallia.

§. VI. Area ſecunda & tertia *Lithvaniam* notat: cujus δεῖγμα eſt *in minio cataphractus eques argenteus ſtrictum enſem dextra tenens, ſcuto cæruleo Hungarica cruce aurea impreſſa è cervicibus pendulo: inſidens equo item argenteo, cæruleus phaleris auro clavatis inſtructo.* Verba iterum ſunt *Chiffl. Inſ. E. A. V.* n. 294. Lithvaniæ teſſera.

§. VII. *Lithvanorum* principes à quodam Italo *Polemone* ſeu *Palæmone* deducere amant: ex cujus poſteris *Mendocus* 1252. baptiſmo ſuſcepto à Pontifice *regium* nomen obtinuit, ſed poſtea ad gentiliſmum relapſus eſt. Stirpe hac extincta, *Vitenes M. Dux Lithvaniæ & Samogitiæ* deſignatus eſt: quem circa 1300. *Gedimnus* ſtabuli præfectus obtruncavit, ejusque viduam duxit, atque principatum ſuſcepit. Hic ſeptem filios reliquit ſingulis præfectos provinciis. Ex iis tertius *Olgirdus* pater *Iagellonis* fuit, quem ſolio Polonico impoſitum §. 2. diximus. Porro inter regni & nuptiarum regiarum conditiones illa fuit, ut Lithvania cum annexis ditionibus Poloniæ jungeretur, unumque cum ea corpus fieret. Quæ *unio* etiam cum Jagellonidarum ſtirps deficeret, permanſit, & nunc quoque durat, exæquata utraque gente. Lithvaniæ principes. Unio cum Polonia.

§. VIII. Hiſce quadris, quæ regibus communes, media parmula imponitur, *Sigismundo* propria: quæ lineis duabus in balthei modum obliquè ductis ſecatur in tres partes *cæruleam, argenteam*, & *coccineam*, inſcripta *mergite aurea utrinque cocco ligata.* Quæ teſſera gentilitia *VVaſarum* eſt in Svecia, ex qua familia reges Sveciæ & ex his Sigismundus ortum traxere. De hoc ſymbolo actum eſt L. 2. c. 95. Waſarum ſcutulum.

§. IX. Porro cum Sigismundus hic Rex *Sveciæ*, ſed ei ab Ordinibus renunciatum, ejusque patruus Carolus in ſolium evectus fuerit, *Svecica* δείγματα Polonicis ille & filii miſcuere: non uno modo, aliquando enim Svecicum ſcutum ex Svecicis coronis & Gothicis fluviis atque leone, media parmula Waſenſi, toti imponere ſolebant: aliquando ita miſcebant, ut prima quadra Poloniam, ſecunda Sveciam, tertia Lithvaniam, quarta Gothiam, media Waſarum gentem notaret. Svecica inſignia conjuncta.

§. X. Cum vero *Sigismundo*, qui patri *Ioanni* 1592. in regno Sveciæ ſucceſſerat, pridem Poloniæ Rex, ob varias cauſas 1599. Comitiis *Stockolmienſibus* imperium abroga- Controverſia ob Sveciam & bella.

abrogatum, & quia frater Joannes subterfugiebat, in *Carolum* patruum translatum fuerit, à quo ad *Gustavum Adolfum* filium, & ab hoc ad *Christinam* filiam, devolutum est, postquam amitinus *Carolus Gustavus Palatinus* successit, moderni pater, inde bella inter utramque gentem, Svecis regem suum & libertatem, Polonis suis regis jura propugnantibus. Unde etiam Sveci, ut Poloni regni sui insignia ferrent, ægre ferebant: hi vero cum jure illud etiam juris documentum dimittere nolebant.

Prætensio Polonorum in Sveciam, cum Svecorum responsis.

§. XI. Locus hic invitat, ut more solito *Polonorum* istorum *Regum* jura, quæ in *Sveciam* prætendebant, & *Svecorum* vicissim fundamenta, quæ illis opponebant, enarrem. Cæterum historiam præcipuam, ex qua ista petenda, legere licet apud *Thuan. L. 115. 119. 121. & 131.* Edidit etiam peculiarem relationem *Iac. Typotius* ad Guilhelm. à S. Clemente. Fuere autem istæ rationes Polonorum, quibus injuria dejectum Sigismundum, adeoque prætensionis suæ justitiam probare nitebantur.

I. *Desita electione* defuit etiam statuum consvetudo & necessitas regum potestatem, quod electis fieri consveverit, legibus circumscribendi. Unde Gustavo, Erico & Joanni nullæ præscriptæ. Ac ita præscriptione prior sublata consvetudo.

Respondebant Sveci. 1. Successio nec per se mutat nec mutavit in Svecia regnandi conditiones, sed ad hoc opus esset expresso aut tacito consensu populi. conf. *Thuan.* L. 115. p. 288.

2. Lex ea vetus diserte in *hereditaria unione* adhuc vivo Joanne 1590. repetita est.

3. Adversus laudabile regnum *Gustavi* & *Ioannis* opus non fuit multis præsidiis, quæ arepta forent, si quod illi secus egissent: *Erici* hoc docet exemplum.

II. Inique adactus Sigismundus, quem pridem Sveci *Catholicum* noverant, à *Carolo* & Ordinibus ad *leges libertati successionis suæ hæreditariæ contrarias*, & nulli prius regum præscriptas ineundas, de nullo præjudicio Augustanæ Confessioni faciendo, & diversæ religionis hominibus non adhibendis ad munia.

Resp. Svec. 1. Hoc ipso testamento *Gustavi M. & hereditaria unione* sancitum fuerat.

2. Sigismundus religionem pontificiam professus vi testamenti incapax regni erat cum vero benigna voluntate Statuum nihilominus admissus sit, hi sibi æque suæ religionis libertatem servare potuerunt.

3. Jam olim Ordines, si quid in rege novo suspectum erat, novis conditionibus præscriptis mature sibi cavere soliti sunt. Quod hic quam maxime locum habet. Nec eadem prius necessitas, cum reges eandem profiterentur fidem.

III. *Ordines in regis jura involarunt*, comitia indicendo, leges condendo, jurisdictionem sublata ad regem provocatione exercendo. In hoc instituto insuper habitis interdictis perseverarunt, ministros regios dejecerunt, regique consiliis, dictis, factis, armis obstitere, violatæ fidei rei. *Thuan.* L. 115. p. 286.

Resp. Svec. 1. Rex nulla idonea regni administrandi ordinatione relicta discessit (quam dein è portu misit formulam, multis modis imperfecta, inutilis, vitiosa fuit) nullum Gubernatorem moribus regni necessarium instituens, Carolo Senatores æquali potestate adjungens, & Statibus adimens jura, quæ semper illis competierant. *Mithob. 5. p. 55. 56.*

2. Itaque necessitate coacti Ordines de regis reditu sibi nihil certi promittere potes, *Sudercopiam* indictis comitiis rempublicam ordinarunt, fide regi integra: Carolum autem pro rege præsidem regni esse voluerunt. Hæc *Arbogensibus* comitiis repetita. *Mith. 5. p. 57.* Conf. *Thuan. L. 115. p. 286. 287. L. 119. p. 469.*

3. Ordinibus semper conveniendi libertas integra fuit, nec regis jura imminuit. Exempla etiam in Germania & Polonia habet.

4. Novæ constitutiones à Carolo non factæ, sed veteres revocatæ in usum.

5. In Svecia præsente etiam rege illa est *Comitiorum* autoritas, ut decreta eorum non regis nisi tacita sed Ordinum autoritate expediantur & promulgentur.

6. Inhibita non relatio sed appellatio ad regem, quoad ille nullo Svecici juris consulto instructus in Polonia abesset, ne causæ ad peregrinum forum traherentur.

7. Regiis

7. Regiis mandatis parendum non fuit, cum is in jura non ſua involavit, & eatenus nullum habuit imperium. conf. *Grot. I. B. & P. 1, 4, 13.*

IV. *Carolus cuncta ad lubidinem geſſit*, in regni adminiſtrationem involavit, excluſis Senatoribus in ſe ſolum autoritatem transferre conatus eſt, à rege populi animos abalienavit, adhibito imaginario conſenſu Ordinum, qui non interfuerunt, vel metu aut fraude in partes pertracti. *Thuan. L. 115. pag. 286. L. 119. pag. 468. L. 121. pag. 564.*

Reſp. Svec. 1. Calumnioſe hæc Carolo objiciuntur, non minus ac alia quorum non convinctus eſt. conf. *Thuan. L. 121. p. 565.*

2. Ipſe Joannes Rex Carolum per filii abſentiam proregem eſſe teſtamento juſſit. *Sudercopenſia* comitia idem ei munus detulere, & ut depoſitum reciperet 1597. *Arbogenſia* impulere.

3. Si regnandi avidus fuiſſet, prius delatum ſceptrum acceptare poterat. vide *Typot.* apud *Thuan. L. 131. p. 983.*

4. Carolus non prius ſuſcepit regnum, quam Joannes Sigismundi frater, in quem illud transferre ipſe ſtudebat, onus à ſe deprecaretur, & ſolemni formula cederet. *Thuan. L. 131. p. 986.*

V. Rex ubi in Sveciam ſatellitio è ſubditis collecto, tum honoris cauſa, tum ne Caroli injuriis obnoxius eſſet, munitus venit, *tanquam hoſtis Calmarienſi* portu portaque clauſis *habitus eſt:* & poſt *Lincopienſe* prælium, regiis per induciarum ſpeciem repentina irruptione oppreſſis, infelix ad conditiones iniquas vi coactus, quibus obligari non debuit; Unde Stocholmiam cum iturus eſſet, tempeſtate Calmariam rejectus, & alioqui in comitiis ludibrio, utpote ſine poteſtate, futurus, non tamen animo regni deferendi, in Poloniam rediit. Conf. *Thuan.* L. 121. p. 566. 567.

Reſponſ. Svec. 1. Satellitio plura peregrinorum militum millia neceſſarie non fuere.

2. Non negatus regi, ſi à vi abſtineret, ſuus honos & obedientia. Et omnia tentata media, ut res tranſigeretur amicè, rege non audiente conditiones.

3. Poſt victoriam etiam Carolus omni cultu eum proſecutus eſt.

4. *Lincopienſes* conditiones nihil iniqui nec novi habuere.

5. Metus ſi quis adfuit pactis, non injuſtus fuit. Nec regibus ab his promiſſis reſtitutio conceditur.

6. Quæ de animo Caroli & ſubditorum in ſe Sigismundus ſuſpicatus eſt, vana fuere.

7. Diſceſſus cauſæ fruſtra tempeſtas prætexitur, & hoc quoque rege indignum fuit, quod ante Reipublicæ turbatæ conſtitutionem ex regno inſciis proceribus diſceſſit.

VI. In *propria cauſa judices eſſe* non debuere Sveci, nec homagio obſtricti illo ſe vinculo liberare.

Reſp. Svec. 1. In omni regno, ubi aſtricta imperantium poteſtas, judicium univerſis Ordinibus debetur: arbitros non ſemper commoditas vel neceſſitas permittit.

2. Ipſe Sigismundus arbitros, de quibus convenerat, licet ſæpe rogatus vocare ſuperſedit.

3. Svecorum homagii, juramento regis & pacto tanquam conditioni innixi, hoc violato obligatio deſiit.

VII. Saltem *Sigismundi liberi innoxii* præteriri non poterant. Nec inique conditione gravari Uladislaus.

Reſp. Svec. 1. Succedunt liberi parentibus in eo ſtatu, in quo tempore mortis fuere, unde quæ amiſſa prius, etiam amiſſa ſunt heredibus.

2. Nullibi liberi niſi in patrimonialibus regnis jus proprium habent, ſed tantum à parentibus, adeoque poſt horum fata.

3. Jus feudale huc non trahendum.

4. Waldemaro & Magno regibus abdicatis Sveci jam olim noluere liberos ſuccedere.

5. Uladislao certa conditione non iniquâ, ſed nixâ teſtamento Guſtavi, oblata

corona, quam noluit accipere. Unde jure tota progenies Sigismundi comitiis *Lincepienſibus* 1600. excluſa. Joannes autem ultro 1604. & 1606. ceſſit ſuo jure. *Thuan.* L. 131. p. 986.

Fundamenta Svecorum adverſus Polonos, cum horum reſponſis.

Fundamenta Svecorum, quibus factum tuentur, apud *Hect. Ioh. Mithob. de Controverſ. Sveco-Polon.* inprimis illa ſunt.

I. Niſi reges faciant, quæ ante inaugurationem juramento promiſere, jus & poteſtas ordinibus Sveciæ ſemper fuit, vi & armis reſiſtendi & obedientiam illis negandi: quæ non ſolum aliarum gentium ratio eſt, cum non temere credi poſſit, aliquam abſoluto imperio ejus ſe ſubjecturam fuiſſe, vel tolerare voluiſſe, quem publicam utilitatem vel omnino non vel non præcipue putaſſent curaturum: verum etiam in Svecia exempla ſuppetunt *Ragvaldi, Svercheri, VValdemari, Birgeri, Magni Smeck, Alberti Megapolitani, Erici Pomerani, Chriſtiani, Iohannis & Chriſtierni II.* Danorum, oppugnatorum, cæſorum, ſolio dejectorum, pulſorum. Recens etiam exemplum eſt *Erici*. Nec à Polonorum moribus hæc abludunt.

Reſpond. Polon. 1. Mutata conditio regni, cum electivum regnum fieret hereditarium.

2. De exemplorum etiam juſtitia quæri poteſt.

3. Adverſus imperantes ſubditorum vis ſemper injuſta. Confer. *Grot. de I. B. P. 1, 4, 1. ſeq.*

II. A Sigismundo, qui diu ante ad Ordines miſſis literis leges patrias ſæpe agnoverat, & ad confirmandam obligationem ex *hereditaria unione* 1590. tenebatur, poſt multas tergiverſationes ante coronationem *Ordinibus data fides & leges jurata*. conf. *Thuan.* L. 109. p. 1407.

Reſp. Polon. Ad hoc quoque juramentum cum injuria coactus eſt Sigismundus, quod à deceſſoribus non exactum fuerat.

III. A *Rege adverſus hoc juramentum multa deſignata*, cum religioni præjudicium faceret variis modis (ne plura auderet facultas & occaſio tantum Principi in religionem Pontificiam ſingulari zelo ardenti defuere. vid. *Mithob.* 1. p. 14. 22. c. 5. p. 62. adde de ſuſcepto *A.V. ordine* dicam) Ordines & Carolum ab uſu jurium ſuorum arcere vellet. vid. *Mithob.* 1. p. 27. 28. non ordinata republica diſcederet, ad ſe omnem poteſtatem traheret, vid. *Mithob.* 5. p. 64. 65. Sudercopienſia comitia & ſtatuta impugnaret, ac ita hoc auderet, quod nec licet præſenti regi. Adde vitæ Caroli inſidias ſtructas, exercitum invadendæ Sveciæ in Finnonia ſuſtentatum, provinciales à milite divexatos, & crudeliter habitos, Eſthoniæ alienationem tentatam, Moſcis traditam Kexholmiam. conf. *Thuan.* L. 115. p. 286. ſeq. L. 119. p. 468. ſeq.

Reſp. Polon. Alia calumnioſe affinguntur Sigismundo, aut ſuſpicionibus vanis nituntur, aut jure regio facta ſunt, ſine vitio.

IV. *Ingreſſus in regnum hoſtilis*, 1594. Caroli ſectatores proſcripti, Finnones & Eſthones in Sveciam evocati, conditiones rejectæ, Lincopenſia pacta, quibus parti à conventione recedenti ut altera reſiſtere poſſet ſancitum, iterum violata, diſceſſus fugæ ſimilis, quem Poloni etiam in Henrico Galliæ rege abdicatione ulti ſunt. Inde adhuc *Calmariæ* relictum præſidium, à quo multa hoſtilia patrata facinora. *Thuan.* L. 121. pag. 566. 567.

Reſp. Polon. Suæ ſecuritati Rex quod proſpexit, quod iniquis conditionibus teneri noluit, & demum periculo, quod Stocholmi à Carolo imminebat, ſe ſubduxit, nemo jure reprehenderit.

V. Regis decreto comitiorum *Ienecopenſium* & *Stocholmienſium* ad redeundum, niſi regno excidere mallet, aut filium in Sveciam in religione Evangelica educandum mittere, vocati *contumacia*, & *animus* in Svecos *hoſtilis*, varia ratione captis eorum & detentis navibus, commerciis prohibitis, factionibus ſuſcitatis, rebellionis crimine objecto, vicinis in eos concitatis, monſtratus. *Thuan.* L. 121. p. 573.

Reſp. Polon. 1. Illuſoria regis evocatio, nullis miſſis navibus, ſine milite, nulla ſecuri adventus cautione interpoſita, & ut perpetuo ibi maneret. (Hanc conditionem à ſe appoſitam Sveci negant.)

2. Conditio filio præſcripta iniqua.

3. Quæ

3. Quæ acta, non hoſtis ſed regis; ſuos ad obſequium reducturi, animum oſtendunt.

VI. *Regni jure in Carolum translati in poſteros ejus legitima transmiſſio.*

Reſp. Polon. Non juſtior ſucceſſorum, quam quem à Carolo accepere, titulus eſſe poteſt.

§. XII. Hæc utriusque partis fundamenta fuerunt. Quod hiſtoriam attinet. Cum ita regi renunciaſſent Sveci, *arma* utrinque publice ſumta, & inprimis in *Livonia* geſtum eſt bellum, variante fortuna, dum *Carolus* viveret, qui ſe tamen ad pacem obtulerat. *Thuan. L. 138. p. 1247. 1248.* Sub *Guſtavo Adolpho* filio 1618. de *induciis* in biennium convenit: Inde 1621. *Riga* cum multis aliis in Livonia ab eodem, dein quod reliquum fuerat 1625. capta ſunt, ac in *Boruſſiam* anno ſeq. arma translata. Fervebat tamdiu, altero in alterum culpam pacis non coaleſcentis rejiciente, bellum, donec 1629. in ſexennium, medias partes ſuas interponentibus Gallo, Anglo & Brandeburgico *induciæ* concluſæ: Has 1635. in 26. annos *Vladislaus* & *Chriſtina* produxere. Cum vero 1655. novum bellum (de cauſis conf. ſynopticam relationem *Spreng. Polon. Novantiq.* p. 121. ſeq.) exarſiſſet inter *Carolum Guſtavum* Sveciæ & *Iohannem Caſimirum* Poloniæ reges, renovata omnium litium memoria. Magnis bellum illud viribus & animis geſtum, usque ad annum 1660. quo pax in monaſterio *Olivenſi* ad Dantiſcum feliciter concluſa eſt, & finita prætenſio. Inprimis poſtquam Joannes Caſimirus vita excedens in Polonia terminaverit illam Waſarum progeniem.

Hiſtoria. Bella Induciæ. Pax.

§. XIII. Quæ moderni *Potentiſſimi* regis ejusque deceſſoris gentilia arma fuerint vel ſint, mihi non ſatis cognitum, haud dubie vero eundem locum parmulæ mediæ occupabunt.

Hodiernũ ſcutum ignotum.

§. XIV. Scuto regio imponitur *corona*, quæ regibus jam in uſu eſt, *clauſa*: vel ſi galea nti lubet, aperta ſine clathris, ſimili corona clauſa ornata. Apicis loco in uſu eſt apud *Chifflet.* n. 161. *Aquila exoriens* ſcutariæ ſimilis: Ex galea defluunt laciniæ *argento* & *cocco* inſignes. *Atlantes Sammarthanus eſtat de la Pologn. c. 1.* p. 502. tribuit *duos leones*: & papillonem regium ſeu tentorium coccineum aquilulis argenteis conſitum: interius vellere muris Pontici fartum.

Corona. Galea. Apex. Telamones

§. XV. Titulum Poloniæ regis *Ioannis Caſimiri* idem *Sammarthan. p. 500.* ita deſcribit: *Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Mazoviæ, Samogithiæ, Kioviæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Polotii, Vitepſii, Pomeraniæ, Livoniæ, Curlandiæ, Valachiæ, Smolenski, Severiæ, Cernichoviæ, Michaloviæ.* Additur dein titulus *Svecicus.*

Titulus Joannis Caſimiri.

§. XVI. De *Polonia* & *Lithvania* dictum eſt. Quod *Magni-Ducis* titulum concernit, *Thuani* conjectura non diſplicet L. 56. p. 1227. *Lithvaniæ Principes Magni ducis titulum uſurpabant, non ab Imperatoribus conceſſum, ſed ut Moſcorum Principes plurium Ducum ditionibus in unum coaleſcentibus hanc prærogativam ſibi privata autoritate ſumſerunt, ita & Lithvanos Duces feciſſe vero ſimile ſit.* *Ruſſiam* à majoribus ſæpe impugnatam, ſæpe victam, tandem Caſimirus M. in provinciam redegit. *Boruſſiam* Equites Teutonici, à Duce Mazoviæ exciti, occuparunt: inde cum regibus Poloniæ gravia geſſere bella: Demum nobiles & civitates Boruſſiæ, quod tyrannicè haberi cederent, magno Magiſtro Ordinis fidelitatis juramentum renunciarunt, & ſe in Caſimiri regis dedere clientelam: ſed 1466. ita transactum eſt, ut regi *ſuperior Boruſſia* cederet, *inferior* beneficio regis ab equitibus teneretur. Transactioni huic *Fridericus D. Soxoniæ* Magiſter creatus ſtare & Polonis ſacramentum dicere noluit, aſt ob hoc fugere coactus eſt; cum ejus ſucceſſor *Albertus Brandeburgicus* itidem repugnaſſet, jamque armis cogi proſpiceret, nec ab Imperio auxilia nanciſceretur, Boruſſiæ partem ordini prius ceſſam feudo à Rege accepit, quam nunc quoque ſucceſſores tenent. De titulo ita ille Albertus 1526. apud Hortleder. de cauſ. bell. Germ. 1, 5, 1. p. 1955. **Haben ſich auch dieſelbige Königl. Maj. in Polen lang vor unſeren zeiten Herren und Erblingen in Preuſſen geſchrieben.** Conf. ſupra L. 1. c. 13. n. 7.

M. Ducatus Lithvaniæ. Ruſſiæ. Boruſſiæ.

§. XVII. *Mazovia*, inter Boruſſiam, Poloniam, Ruſſiam & Lithvaniam ſita, nomen ſortita dicitur à *Maslao*, qui ejus principatum invito Micislao rege obtinuit, ſeu rebellione ſeu Imperiali poteſtate. Filius vero *Caſimirus* Maslao à ſuis ſuſpenſo eum recuperavit. In Boleslai Crivouſti liberis *Mazoviam* poſt Leſci mortem cum *Cujavia*

Mazovia.

Caſimirus nactus eſt. Ejus filius *Conradus* iterum Mazoviam Dux rexit & ad poſteros transmiſit. In his *Ziemomislus* ſeu *Ziemovitus* ſe Caſimiro Regi ſubmiſit, atque ita provinciam regno uniri paſſus eſt. Demum 1462. morte *Vladislai* Ducatus *Ravæ, Plocenſis & Belzenſis*, & 1526. morte ultimorum *Ioannis* atque *Stanislai* reliqua Mazovia od regem omnino rediere. *Mazoviæ* Wapenb. P. 2. pag. 3. tribuitur ſcutum rubeum cum aquila argentea, pectore auream ſemilunam trifoliatam deferente, qualis etiam in apice è coronata galea exſurgit.

Samogitia.

§. XVIII. *Samogitia* ab antiquo Lithvaniæ annumerata, cum eadem Polonis acceſſit. Eam ad cultiorem modum Sigismundus Rex revocare cepit circa 1572. ut qui prius per ſylvas diſperſi, vicatim habitare inciperent. *Kiovia*, caput olim Ruſſiæ ad Boryſthenem & frequens emporium, Ducatus caput eſt, quem & Volhiniam, Podoliam, Podlachiam cum Lithvania Polonis acceſſiſſe autumo, & ex *Thuano* diſco L. 56. p. 1228. *Polotiam & VVitepſiam* eidem annumera vero. Cæterum hanc à Moſcis 1579. Stephanus recepit conſ. *Thuan. L. 36. p. 326.* & *L. 69. p. 501.* Ubi quibus Dominis paruerit Polotia, enumeratur in hunc ſenſum: *Ea antiquitus ſuos Duces habuit, & ſub A. C. 980. vel ut Ruſſici annales putant annos à conditu mundi 6488. Rochvvoldo Duci paruit, qui ab Vlodimiro Magno ob negatam in matrimonium filiam bello petitus imperium vitamque ac duos filios amiſit. Ab eo tempore Ruſſi Principes eam tenuerunt, donec eorum extincta ſtirpe Lithvanis, ut quædam aliæ Ruſſiæ ditiones, ceſſit. Dein Iagellone Polonia Rege electo, cum Andreas ejus F. Polotiæ dominatum arripuiſſet, recepta eſt, & inde usque ad annum 1563. in fide regum Poloniæ permanſit, quo à Ioanne Moſcorum Duce capta fuit.*

Kiovia. Volhinia. Podolia. Podlachia. Polotia. Vitepſia.

Pomerania

§. XIX. *Pomerania*, quæ in titulis Regis legitur, non illa eſt, quam ſub eo nomine Duces ab aliquot ſeculis rexere, & quæ pace Oſnabrugia inter Svecos & Brandeburgium Electorem diviſa eſt, Imperii noſtro tempore haud dubie portio: ſed pars antiquæ Pomeraniæ, quæ ſub nomine *Pomeraniæ* ſeu *Pomerellia Palatinatum* Regiæ Boruſſiæ conſtituit, nec non feudum *Butovienſe* & *Lauenburgium*, quod 1526. Sigismundus Rex Barnimo Duci contulit. Olim equidem Svantiborus Pomeranus Micislai R. Poloniæ auſpiciis victus, & licet denuo reſtitiſſet ſe ſubmittere coactus fuerat. Inter ejus poſteros, qui ulteriorem Pomeraniam tenuerant, frequentia bella adverſus Polonos geſſere: aliqui ex illis ſua Cruciferis legarunt: quia etiam 1313. magnam partem Boruſſiæ ſuæ adjunxere: iterum 1295. Meſtovini morte tota progenie ulterioris Pomeraniæ Ducum extincta, Poloni iſtius hereditatem, quam etiam certioris Principatus Duces, utpote agnati, ſibi vindicare nitebantur, vindicarunt. Unde quicquid Pomeraniæ penes Polonos eſt, vel ab hoc Meſtovino vel cum Boruſſia obtinuerunt.

Walachia.

§. XX. *VValachiam* quod concernit, *Sigismundus Rex* ſuperiori ſeculo Valachia victa, Bogdanum Waiwodam ſibi jurare coegit. Hoc ſeculo *Sigismundus III.* Conſtantinum Vaivodam Walachiæ infeliciter adverſus Tomſam à Turcis ſubſtitutum reſtituere tentarat. Cladem ulti *VViſniovicius* & *Korecius* Tomſa profligato & in fuga occiſo, Michailonem præpoſuerunt. Iterum 1620. *bellum VValachicum* pro Gratiano Waiwoda fortius quam felicius geſtum. Nec vero potuit Turcarum imperio provincia ſubtrahi aut vindicari.

Smolenſcum.

§. XXI. *Smolenſcum* à multo tempore Eridos pomum fuit inter Moſcos & Polonos. Superioris ſeculi principio illud cepit Moſcus *Baſilius*: hoc noſtro ſeculo recepit poſt biennii obſidionem *Sigismundus III.* ſed iterum in poteſtatem Moſcorum illud devenit. Quod *Severiam* & *Gernichoviam* attinet, *Ioannes Baſilides* ſeculo decimo quinto ademerat Alexandro Poloniæ regi: verum Vladislai Sigismundi ſui herois fortiſſimi virtuti regnum illa recepta debet. *Michalotiam* ſeu uti typi habent Miſchaloviam, quam innuat Sammarthanus vel ab illo relatus titulus, ignoro. Quamvis enim *Michlovia* è duodecim Boruſſiæ Principatibus unus ſit, cui Strasburgum tribui video: non tamen capio, cur illius præ aliis peculiaris mentio in titulo fieret. An *Mohiloviam* notari dicemus, quam Witepſiæ Ducatui aſcribunt? Nihil definire hic poſſum.

Severia. Cernichovia. Michalovia.

Livonia.

§. XXII. Superſunt ex titulo duo nomina *Livoniæ & Curlandiæ*. Et quidem generali notioni *Livonia* Eſthoniam, Lettiam & Curlandiam complectens, cum ſemel

Germanis

Germanis innotuiſſet, poſtea introducta religione Chriſtiana ſub Imperatoris Germanici fide Archiepiſcopo Rigenſi, & qui libertate à Boruſſiæ Magiſtro ſibi ære parata 1513. Principibus imperii annumerari cæpit, Magno Magiſtro Ordinis Livonici, inter quos continuæ fere contentiones fuere, paruit. Mutationi tandem Moſcus occaſionem dedit, cum 1557. ob negatum tributum & alias ut cauſabatur induciarum conditiones non ſervatas, bello provinciam adoriretur, & ab Imperio fruſtra auxilia expectarentur: (ob quod imperio jus ſuum periiſſe concedit Celeb. *Herm. Conring. de Imp. Germ. c. 29. p. 828. 839.)* unde alii alibi auxilia quærere coacti ſunt. *Revalia* Svecis ſe permiſit, *Oſilienſis* & *Curonienſis* Epiſcopus Danis, reliqua *Polonis*. Hi *Gothardo Ketlero*, qui Magn. Magiſter Ordinis fuerat, *Curlandiam* & *Semigalliam* feudi jure à corona tenendam tribuerunt, cætera ut alias provincias imperii ſui habituri. (conf. hiſtoriam ex *Chytreo* apud *Thuan. L. 21. p. 954. ſeqq.)* Quamvis vero *Eſthoniam*, utpote quæ ad Svecorum auxilia confugerat, in poteſtate non habuerint, & reliqua etiam Livoniæ à Svecis erepta amiſerint, univerſam tamen *Livoniam* ſibi deberi prætenderunt. Videamus utriusque partis fundamenta.

Prætendunt *Poloni*.

I. In *Eſthoniam*. Quod *Revalia* ſubjecta Magiſtro Ordinis Livonici non habuerit poteſtatem, ſe à reliquo corpore ſeparandi, unde jus à Magiſtro ceſſum Polonis illam etiam complectitur. Cumque Moſci pacem facerent 1582. univerſam Livoniam atque ita in hac Eſthoniam quoque Polonis conceſſere. conf. *Thuan. L. 76. p. 800.* Sed & Sigismundus Sveciæ Rex eam prætenſionem Reip. donavit. Quæ conditio electionis fuerat. *Thuan. L. 88. p. 352.* Prætenſio Polonorum in Eſthoniam & Livoniam.

Reſp. Svec. (vid. *Hect. Ioh. Mithob. Controv. Sveco-Polon. c. 2.)* 1. *Revalia*, cum Harria & Wiriaſe 1561. Svecis permiſit apud *Thuan.* L. 26. p. 1159. 1196. quod non modo alias omnibus licuit, ſed & hic factum eodem jure, quo reliqua Livonia inconſulto Imperatore, ſupremo magiſtratu, Poloniæ acceſſit. Reſponſiones Svecorum.

2. Revalienſium debitio pluribus menſibus ante facta, quam Polonis ſe permitteret reliqua Livonia.

3. A *Magiſtro Livoniæ* etiam requiſito nulla obtineri potuere auxilia: ſed nec à *Polonis* certa ſperari poterant, qui poſtea quoque Eſthoniam reliquam & Lettiam ab miſerè vexari paſſi ſunt: pacem autem ab illo & reſtitutionem provinciæ ſine Svecis non impetraturi fuerant. Poſtea quoque adverſus Moſcos bellum ob hæc gerendum fuit. vid. *Thuan.* L. 96. p. 722. L. 100. p. 899.

4. Reliqua Eſthoniæ, quæ liberare Poloni neglexerant, & pleraque ante Moſcorum invaſionem nunquam in Polonorum venerant poſſeſſionem, bello juſto Moſcis extorſit Joannes Rex Sveciæ 1581. qui non alia conditione in belli ſocietatem venit, & diu hoſtis impetum ſolus ſuſtinuit. vid. *Thuan.* L. 76. pag. 803. Obvertunt vero *Poloni*. Quod Stephanus ab invaſione Joannem, qui arma in Moſcos vertenda in ipſam verterat Livoniam, dehortatus ſit. vid. *Thuan.* L. 73. p. 667. 673.

5. Stephanus durante bello, in *Eſthoniam* nullius juris ſui mentionem fecit: potius de *VVeſenberga* & *Tolsberga* receptis gratulatus eſt. Confer. *Thuan.* L. 76. p. 801. 802. 803.

6. Livoniæ tutela à *Carolo V. Ferdinando I. & Maximiliano II.* commendata *Svecis*, tandem etiam illi facta eſt poteſtas vicini Principis patrocinium ambiendi. *Thuan.* L. 88. p. 358.

7. Ut maximè jus fuiſſet Polonis in *Eſthoniam*, bello tamen à Moſcis erepta, & à Svecis recuperata, his cedunt, conf. *Grot. I. B. & P. 3, 6, 7.* ſaltem quousque impenſæ redderentur. Adde & prætenſionem dotis, apud *Thuan.* L. 76. p. 802.

8. Moſci quod amiſerant non iterum pace cedere potuere Polonis.

9. Ipſe Sigismundus de adjungenda Poloniæ provincia ſæpe compellatus, regno carere quam conditionem inire maluit. *Thuan.* L. 88. p. 353. 357. 358.

10. Si tandem conſenſiſſe detur, pactio adverſus leges regni & avi teſtamentum nullius eſſe poteſt valoris. Et juramento ſe obligavit, ne faceret. *Thuan.* L. 88. pag. 357. Et cauſa hæc quoque addenda foret aliis, ob quas regno exutus eſt.

II. In *reliquam Livoniam*; Quod hæc *Sigismundo Auguſto* regi, & Reip. Poloniæ ſe ſubjecit, deſerta ab Imperio, vid. *Thuan.* L. 28. p. 33. 34. L. 96. p. 721.

Reſp.

Reſp. Sveci. Conf. *Mithob.* d. l. c. 3. pag. 42. 1. In *Livonia* ſumma vi adortus eſt Svecos Sigismundus Rex abdicatus: itaque provinciam hoſtilem occupare jure belli potuere Sveci, quod inprimis 1621. & 1625. factum. De cauſæ Svecicæ juſtitia alibi agitur.

2. Quæcunque in bello ſolemni occupantur, victoris dominio gentium jure cedunt. Conf. *Grot. d. I. B. & P. 3, 6, 2.* His vero obvertunt Poloni, Svecorum adverſus regem ſuum arma nihil acquirere regno ſuo potuiſſe.

Cæterum pactis in ſexennium induciis 1629. in *Livonia* utrique in id tempus parti relicta ſunt, quæ tenebant, niſi quod Curlandiam reſtituere Sveci juſſi. Conf. *Meteran.* Niederl. Hiſtor. L. 46. p. 644. Idem fere tenor fuit induciarum 1635. in 26. annos protenſarum. Tandem 1660. in Olivenſi pace prætenſio finem accepiſſe apparet. Ita enim in ea decretum art. 4. vid. *Loccen. Hiſt. Svec.* p. 905. *Sereniſſimus Rex & ſtatus Ordinesque regni Poloniæ, Magnique Ducatus Lithvaniæ, à modo & in perpetuum cedunt vi hujus pacificationis Sereniſſimo Regi Sveciæ, ejusque ſucceſſoribus regibus regnoque Sveciæ, omnem illam Livoniam trans Dunanam, quam Svecia hactenus per tempus induciarum tenuit & poſſedit, ut partes cis Dunanas omnes, & inſulam Rünen in mari ſitam, quas per idem tempus induciarum Svecia tenuit & poſſedit; nec non quicquid juris Legibus & Reipublicæ Poloniæ in Eſthoniam & Oeſiliam hactenus ullo modo competere poterat. Atque hæc quidem omnia & ſingula, cum omnibus ſuis pertinentiis, terreſtribus & maritimis, urbibus, arcibus, propugnaculis, bonis & proventibus, nec non juribus, jurisdictionibus, regalibus & ſuperioritatibus, tam in Eccleſiaſticis, quàm in politicis, nullis penitus exceptis, in plenum Dominium & proprietatem regum regnique Sveciæ transferunt; Ordinesque & ſubditos in illa Livonia ejusque recenſitis partibus, omni erga Regem & Rempublicam Polonam obedientiæ vinculo & fidelitatis ſacramento exſolvunt, nihil unquam in eos ac dictam Livoniam ejusque pertinentias poſthac prætenſuri. Cis Dunam autem Sereniſſimi Reges regnumque Sveciæ non ulterius, quam hactenus, fines ſuæ poſſeſſionis in Curlandia aut Semigallia promoveant, aut ſervitutes à ſubditis Illuſtriſſimi Curlandiæ Ducis exigant; aut ullum jus lignandi, aliudve quodvis in Curlandia aut Semigallia prætendant. Commiſſarii verò ad declarandos & determinandos ab utraque parte fines, ab utrinque deputabuntur, & commiſſio hæc intra quatuor ſeptimanas à ſubſcripto tractatu inchoetur, & intra duas expediatur.* Iterum art. 5. *Pars Livoniæ eaque Auſtralis, quæ ante hæc & per hæc bella & temporibus induciarum ſub ditione fuit regni Poloniæ Magnique Ducatus Lithvaniæ nempe Düneburgum, Roſiten, Lutzen, Marienhuſen itemque omnia loca, quæ per Commiſſarios ad id utrinque deputandos Polonicæ poſſeſſionis per tempus induciarum fuiſſe invenientur, cum omnibus ſuis pertinentiis, territoriis, urbibus, pagis, fructibus & proventibus, teloniisque juribus directoque & utili Dominio remaneant in poſſeſſione Sereniſſimorum Regum ac regni Poloniæ, Magnique Ducatus Lithvaniæ, nec Sereniſſimi Reges regnumque Sveciæ in iſtam partem Livoniæ, ut ab altera diverſam, neque in Ducatus Curlandiæ Semigalliæque & diſtrictum Piltenſem, vel reſpectu Livoniæ Septentrionalis, vel quovis alio prætextu, nullum unquam jus prætendent aut prætendere poterunt. Cum vero Magnus Dux Moſchoviæ non modo dictam Livoniam Polonicam, ſed etiam partem Sveciæ occupatas armis nunc teneat, ideo conventum eſt, ut ſi Reſpublica Polonica aliquid ex Livonia Svecica quocunque tempore à Moſchis, armis, tractatibus aut aliter receperit, teneatur totum id Sveciæ ultro & gratuito non imputatis belli expenſis reſtituere: eodem modo & viciſſim, ſi regnum Sveciæ aliquid ex Livonia Polonica quocunque tempore à Moſchis, armis, tractibus, aut aliter receperit, teneatur totum illud Poloniæ & Magno Ducatui Lithvaniæ ultro & gratuito, non imputatis belli expenſis, reſtituere. Titulis & Inſignibus Livoniæ tum Sacra Regia Majeſtas Sveciæ ejusque ſucceſſores Reges Sveciæ ratione Septentrionalis Livoniæ ſub titulo Ducatus, tum Sacra Regia Majeſtas Poloniæ & Magni Ducatus Lithvaniæ ratione Auſtralis Livoniæ ſub titulo Ducatus promiſcue utentur.*

Scutula provinciarum regio clypeo circumdata.

§. XXIII. Alicubi vidi *Sigismundi III.* ſcutum cum ſcutulis regnorum, Principatuum & Palatinatuum duplici ordine illi circumfuſis, quæ hic enumerabo prout ea picta vidi, de fide pictoris, an nunquam in coloribus aſſignandis aberraverit (cujus aliquot ipſe exempla notavi) ſponſorem me neutiquam interponens. Majus ſcutum quadripertitum erat ex *Polonica* aquila & *Lithvanico* equite. Ei imponebatur medium

dium aliud ſcutum ex *Svecia* & *Gothia* teſſeris quadripertitum, cum *VVaſarum* media parmula. Huic ſcuto torque aurei velleris circumdato & corona redimito 46. ſcutula adjiciuntur. In ſuprema regione ſcuto majori imponitur ſcutulum rubeum cum argentea aquila coronata, Poloniæ avito ſymbolo. A dextera proximæ ſunt parmulæ, in duos circulos ſeu ordines diſtributæ & catenis aureis conjunctæ; Exteriori referebat illos titulos *Poloniæ majoris*, *Svecia*, *Duc. zur Mas*, *Podoliæ*, *Duc. Siradiæ*, *Razivilliorum Duc. Olykæ*, *Palatinatus Caliſiæ*, *Palatinatus Siradiæ*, *Palatinatus Lublini*, *Palatinatus Kioviæ*, *Palatinatus Trocenſis*, *Dobriniæ*. Interior circulus continet ſcutula *VVaſarum* gentile, *Duc. Maſſoviæ*, *Livoniæ*, *Palatinatus Sandomiriæ*, *D. Zatoriæ*, *Palatinatus Lanciciæ*, *Palatinatus Minſcenſis*, *Palatinatus Plocenſis*, *Palatin. Polocenſis*, *Palatin. Podlachiæ*. Ex ſiniſtra parte exterior ordo ille eſt *Poloniæ minoris*, *Magni D. Lithvaniæ*, *Duc. Ruſſiæ*, *Duc. Boruſſiæ*, *Duc. Pomeraniæ*, *Duc. Sileſiæ*, *Palatinatus Chelmenſis*, *Palatinatus Mſoiskavenſis*, *Livenſis*, (quod nomen duobus datur ſcutulis) *Vilcomarienſis*, *Palatinatus VValachiæ*. Interior vero has parmulas exhibet *Regni Gothici*, *Duc. Samogitiæ*, *Duc. Slupzenſis*, *Palat. Belzenſis*, *Palat. Breskenſis*, *Palat. Novogrodenſis*, *Palat. Ravenſis*, *Voliniæ regionis*, *Palat. Smolenſcenſis*, *Palat. Breſcienſis*. Infimum locum obtinebat extremas duas ſeries jungens pelta *Moldaviæ*. Ex his ad Svecicam ſucceſſionem ſpectant clypei Svecicus, Gothicus & Waſarum. Ad *Poloniam majorem* referuntur Palatinatus *Caliſiæ*, *Lenciciæ*, *Breſtenſis* (ita enim credo legendum loco *Breskenſis*) *Siradiæ*, quæ inter Ducatus collocatur, & tanquam Palatinatus repetitur, *Raviæ*. Ad *minorem Poloniam* ſpectant *Sendomiriæ* (ita enim legendum eſt, non Sandomaria) & *Lublini* Palatinatus, *Zatoriæ* Ducatus. Ad Lithvaniam ſpectat *Troſcenſis* & *Breſcienſis* Palatinatus. *Ruſſiæ rubræ* connumerantur *Podoliæ*, *Kioviæ*, *Volhiniæ*, *Belzenſis*, *Chelmenſis* Palatinatus & Satrapiæ, *Olykæ* Duc. *Ruſſiæ albæ* autem *Novogradenſis*, *Minſcenſis*, *Polocenſis*, *Smolenſcenſis*, *Sluzkenſis* & *Moſaiskenſis* Ducatus *Mazoviæ*, quorum duplici nomine Ducatus *zur Maſs*, & *Maſſoviæ* expreſſam vidi, quod forte ob aliquot Ducum illorum lineas factum eſt, ſub ſe complectitur *Plocenſem* Palatinatum, *Podlachiam*, terram *Dobrinenſem*; eodem ſpectat *Livenſis* Caſtellanatus & territorium. Nec tamen ſatis video, cur duæ Livenſes teſſeræ oſtendantur.

§. XXIV. Inſignia illa ſunt: in ſerie dextra externa *Poloniæ majoris*, aquila auro coronata argentea in minio, *Svecia* tres coronæ aureæ in cæruleo, *Duc. zur Mas* aquila argentea in minio, *Podoliæ* in cæruleo Sol aureus quindecim radiis, qui ſinguli in ſtellas terminantur, fulgurans, *Siradiæ Duc.* in aureo clypeo à dextris aquila media nigra, cui à ſiniſtris tergo adhæret erectus urſus fuſcus, corona capitibus impendente, *Razivilliorum Ducatus Olykæ* in auro aquila nigra, pectore deferens parmam quadripertitam in qua areolam primam tria cornua venatoria ornant, reliquarum non agnoſcere potui ſymbola, *Caliſiæ* in ſcuto teſſellato auro & nigro caput adverſum bubali rubei, annulo argenteo per nares trajecto, & deſuper incumbente corona aurea: *Siradienſis* Palatinatus iterum urſus erectus tergo adhærens aquilæ dimidiæ, ſed rubeæ & quidem ex ſiniſtro lateræ locatæ in parma argentea, *Lublini* in cæruleo gradiens cervus ſuo colore pictus collari revinctus: *Kioviæ* in cæruleo eques dextram verſus converſus, & in lævam urſus erectus, utrique incumbente deſuper corona aurea, *Trocenſis Palatinatus* in minio pars mænium cumduabus turribus utrinque & in medio porta ex argento, *Dobriniæ* in nigro facies triplex Geryonis coronata auro. In interiori ambitu dextro: *VVaſarum* parma gentilis transverſe ſecta ex cyano, argento & cocco, incumbente faſciculo ſpicarum utrinque revincto aureo, *Maſſoviæ* ſ. *Mazoviæ* in nigro aquila argentea auro coronata, *Livoniæ* in cyano gryphus aureus, (*Cyriac. Spangenb.* Adelſp. P. 2. L. 12. c. 34. p. 317. b. *Livoniæ* tribuit in area cærulea gryphum aureum alis cocco infectis,) *Sandomiriæ* pelta bipertita hinc coccinea, iſthinc ternis aureis & nigris faſciis exarata, *Zatoriæ* in argento aquila rubea, *Lanciciæ* in cærulea gradiens agnus paſchalis retroſpiciens ex argento cum vexillo candido, rubea cruce inſignito, *Minſcenſis* Palatinatus in rubeo eques cataphractus gladio minans, equo albo inſidens, clypeo argenteo inſcripta cruce coccinea, *Plocenſis* in argento aquila nigra, *Polocenſis* in cæruleo eques cataphractus, enſem evaginatum geſtans & ſcutum cruce rubea inſigne, equo argentato inſidens, *Podlachiæ* in auro ad dextram properans eques cataphractus gladio minax, ad ſiniſtram reſpiciens aquila nigra. In

Provinciarum, Ducatuum & Palatinatuum inſignia.

ordine ſiniſtro exteriori *Poloniæ minoris* in minio aquila argentea auro coronata (nullam differentiam à majori obſervo, quam quod hujus aquila lævam, minoris dextram reſpicit, quod tamen à phantaſia pictoris proficiſci potuit) M. Duc. *Lithvaniæ*, in cæruleo eques cataphractus argenteus gladio minax, crucem miniatam duplicem ſcuto argentato impreſſam geſtans, inſidens equo argentato, freno & reliquo inſtructu equi nec non ephippio & dependente ſtragulo coccineis, *Ruſſiæ Duc.* in cæruleo leo aureus coronatus, *Boruſſiæ Duc.* in argento aquila nigra è cujus pectore protenditur brachium armatum gladio minitans, *Duc. Pomeraniæ* in cæruleo gryphus rubeus, *Sileſiæ Duc.* in auro aquila nigra, inſcripta pectori ſemiluna & crucicula argentea, *Chelmenſis Palatinatus* in ſcuto argenteo inter tres arbores gradiens elephas naturali colore, *Moſaisko* in minio eques cataphractus cum gladio evaginato, clypeo cruce nigra inſcripta, ſella rubea, equo argentato. *Livenſe* prius ſymbolum eſt in cæleſtino ſcuto angelus argentatus, dextra argenteum, ſiniſtra aureum tenens ſcipionem tanquam iter faciens, alterum idem cum Ducali Siradienſi, niſi quod clypeus pro aureo eſt argenteus, *Vilcomariæ* in minio angelus argentatus dextra ſcipionem aureum tenens, *Valachiæ* in argento leo niger, auro coronatus, comitibus ex auro ſtella ad cervicem ejus, ſub ſiniſtro anteriori pede luna falcata. In ordine interiori ſiniſtro ſunt ſcuta *Gothiæ*, cum leone rubeo ſuper fluviis ſaliente, *Duc. Samogitiæ* aureum cum leone erecto fuſco, *Duc. Slupcenſis* aureum cum grypho rubeo, *Belzenſis Palat.* rubeum cum equo alato argenteo, *Palat. Breſtenſis* aureum cum erecto urſo fuſco, cujus tergo adhæret ſiniſtram aſpiciens dimidia aquila atra, *Novogradenſis Palat.* cæruleum inſignitum equite, cataphracto gladio & clypeo argenteo cruce rubea inſignito, ephippio rubeo, quo equus candidus ſternitur, *Ravenſis Palat.* rubeum cum aquila argentata, *Smolencenſis Palat.* argenteum cum vexillo diagonaliter locato rubeo inſcripta quadra aurea, ex lancea aurea dependente: *Breſcienſis* cæruleum cum equite cataphracto, qui gladium evaginatum vibrat, ſcutum gerit rubea cruce ornatum, & inſidet ſtragulo rubeo, quo equus argenteus ſternitur. Infimum *Moldaviæ* ſcutulum cæruleum refert caput bubali adverſum aureum, ſtella inter cornua micante ex eodem metallo, & appoſitis è lateribus hinc lunula iſthinc roſa argenteis.

Sileſiorum aquila.

§. XXV. Hæc de Polonicis inſignibus & titulis. Antequam vero caput hoc claudamus, de *Sileſiæ* etiam inſignibus agendum. Cum enim ejus Principes ad *Vladislaum* genus referant, qui *Boleslai Crivouſti* filius à fratribus Principatu pulſus, & cum à Friderico Imperatore reduceretur mortuus eſt, filii quidem Sileſiam ſolam retinuere, ſed ſimul teſſeram Polonicam, illius ſeculi more coloribus variatam. Ita *Schikfuſ.* Chron. Sileſ. 2, 1. p. 6. **Schleſiſche Fürſten ſich von den Polen gantz** ſeparirt, **auch den weiſſen Adler/ welchen ſie ins gemein von den Polniſchen Königen/ ihren vorfahren/ ererbet/ an farben und abwechslung der Adler und anderen geändert/ damit ſie je nichts gemeines mit den Polen haben möchten.** Quod ultimum hoc attinet, aliquid ad mutationem contuliſſe Polonorum odium, neſcio quam firmum ſit, nam etiam ipſi Sileſii Principes haud quaquam ex mutuo odio aquilas ſuas varianrunt. Potius ex more ſeculi id factum eſt, quo fratres & agnati certis diſcerniculis (quorum apud nos genus eſt, colorum variatio P. 1. c. 8.) teſſeras diſtinguere ſolebant. Unde quæ nunc Principatuum habentur inſignia, forte potius Principum fuere, qui inter ſe diſtinctione illa uſi, demum Ducatibus ſymbola ſua reliquerunt. De colore aquilarum ita etiam *C. Spangenb.* P. 2. L. 12. c. 34. pag. 316. b. **Die Schleſier haben weiſſe Adler geführt/ biß auffs 1333. jahr/ da ſie den Polen zu wider ſchwartze oder andere farb Adler angenommen.** De quo mox etiam n. 27.

Sileſiæ provinciarum teſſeræ.

§. XXVI. Propria *Sileſiæ* parma *aurea* eſt, impreſſa *aquila nigra coronata*, deferente pectore *ſemilunam & huic impoſitam cruciculam, argentei* coloris. Ita **Wap.** P. 2. pag. 5. *Saganenſi* Principatui datur ibidem ſimilis aquila, niſi quod corona caret, & crucicula; In quem modum ibidem pinguntur *Croſnenſis.* Aſt in ſcuto Electorali *Croſnenſi* aquilæ ſubſternitur area argentea, & pectoris lunulæ additur crucicula: in eodem *Izgerndorfenſi* ſeu *Carnoviæ* aquilæ in parmula argentea expanſæ pectori cornu venatorium inſcribitur, quod in **Wapenb.** d. l. non comparet. *Oelſenſis* aquila iterum ibidem nigra ſcuto aureo inſcribitur, & pectore lunulam argenteam defert. *Teſchinenſi* Principatui datur in cæruleo clypeo aquila coronata aurea. Quæ etiam in

Ratiborii

Ratiborii ſcuti bipertiti parte priori conſpicitur, ſed ſine corona. Tantum *Oppavienſi* ſeu *Troppavio* Ducatui datur parma ſolum ex argento & cocco bipertita, quali etiam diſtinctione pars ulterior *Ratiboriæ* peltæ, ſed ordine inverſo tingitur. Singulis hiſce ſcutis in citato armoriali noſtro apices dantur, *Sileſio* duo cornua aurea, ex quibus utrinque quina vexilla protenduntur hinc duo aurea, tria rubea, iſthinc duo rubea, tria aurea: *Croſnenſi* duo cornua, nigrum & aureum, & inter ea hinc tria aurea, iſthinc tria nigra vexilla, *Saganenſi* aquila conſiſtens, ſemilunam argenteam deferens pectore, *Iegerndorfio* duo cornua venatoria obverſa, quibus tertium incumbit, *Oelſenſi* cauda pavonina, in qua aquila ſcutaria expanſa apparet, *Teſchinenſi* aquila ſcutaria, *Ratiborio*, jugum alarum, quarum alterius interiora cærulea pennis aureis, alterius argentea rubeis ornantur, *Troppavienſi* inter cornua argenteum & coccineum ſex vexilla, terna in dextram locata cocco, in lævam totidem argento picta. Galeæ autem omnes præter *Saganenſem* coronatæ ſunt. Laciniis utuntur Sileſia, Croſna, Oelſa, Saganum *atris* & *aureis*, Carnovia, *argenteis* & *furvis*, *Teſchena* aureis & cyaneis, *Oppavia* argenteis & rubeis, *Ratiboria* hinc cæruleis & aureis, iſthinc argenteis & miniatis.

§. XXVII. Ex civitatum *Ratiboriæ* & *Oelſæ* ſcutis, quæ videre licet Wapenb. P. 1. pag. 222. dubium alicui eſſe poſſit, annon aliquandiu quidam horum Principum aquilam argenteam in ſolo rubeo, quæ Polonorum eſt, retinuerint: cum enim ex Principum ſuorum ſcutis dono civitates aliquid accipere ſoleant, Ratiboria anteriori bipertiti clypei regione dimidiam talem aquilam, Oelſa integram, quæ pedibus ſchedam argenteam geſtet, oſtentat. An olim alia tinctura aquilæ?

§. XXVIII. Sileſiorum Ducum duo inprimis ſcuta aliquot areolis conſtantia in Sibmachero conſpiciuntur P. 1. p. 6. quæ jam luſtrabimus. *Ligniciorum & Brigenſium* Ducum, (qui in Piaſteorum Principum ultimo Georgio Wilhelmo 1675. defecere,) quod eſt, quadripertitum prima & quarta quadra *aurea aquilam expanſam nigram, quæ ſemilunam pectori* impreſſam gerit, repræſentat: ſecunda autem & tertia *teſſellata* eſt ex *argento* & *minio*. (der Lignitziſche ſchachzagel.) Si conjiciendi ſit libertas, aquilam illam nigram ab Vratiſlavienſibus Ducibus geſtatam exiſtimo, nam talis in civitatis *Vratiſlaviæ* ſecundo laterculo Wapenb. P. 1. pag. 222. conſpicitur. Ex Vratiſlavienſibus autem orti Lignicii ſunt. *Teſſellæ* Boleslaus calvus forte aſſumſit, cum enim Jaueræ civitati in eod. Wapenb. l. c. tribuantur ſimiles teſſeræ, haud dubie Principis donum, *Svidniciæ* & *Iauerano* lineæ illas teſſellas etiam in uſu fuiſſe oportet: ea vero cum Ligniciis ab illo Boleslao deſcendit. In Sibmachero ſuperadditur parmula mediâ lineâ diagonali ex dextro angulo bipertita, & argento atque cocco tincta: hanc vero ſuam non agnoſcunt Sileſiæ Principes. Scutum Lignicium.

§. XXIX. Scuto huic caſſides imponuntur tres. *Mediam* exornant pennæ pavoninæ duplici ordine in orbem diſpoſitæ, ambientes ſphæram auream cum aquila ſcutaria exoriente. *Anteriori* inſiſtit aquila nigra oblique locata cum ſemiluna argentea in pectore: quæ Sileſiæ eſt. Has duas galeas circumvolant laciniæ nigræ & aureæ. *Extremæ*, ex qua dependent phaleræ ex cocco & argento, imponitur globulus aureus ſuſtinens ſcutulum teſſellatum Lignicium. Galeæ.

§. XXX. *Titulus* non uno modo uſurpabatur, ſed prout Principatus alii aliis aſſignati fuere. Tres fratres noſtra ætate ita uſurpabant: *Ceorgius Dux Sileſiæ, Lignicii & Briegæ.* (in Schleſien zur Lignitz und Brieg.) *Ludovicus Dux Sileſiæ, Lignicii, Briegæ & Goldbergæ. Chriſtianus D. Sileſiæ, Lignicii, Briegæ & VVohlaviæ.* Tituli.

§. XXXI. *Monſterbergia* parma apud eundem *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 6. item quadripertita eſt: *Primus* laterculus bipertitus ex *auro & argento aquilam* continet item *bipertitam* in auro *nigram*, in argento *rubeam*, pectori impreſſa *ſemiluna argentea*. Hoc δῆγμα eſt *Monſterbergii* Principatus, quod à Boleslao ſeu Bulcone ridiculo D. Monſterbergio Boleslai Calvi Lignicii nepote vel ejus patre Boleslao ſeu Bulcone aſſumtum reor. Inde Ducatui adhæſit: unde nunc in Auerſpergii Principis, quem Imperator illo titulo ornavit, clypeo conſpicitur apud *Fürſt.* Wapenb. P. 3. pag. 5. Scutum Monſterbergium.

§. XXXII. Alter laterculus totam *Sileſiam* aquilam ſine mutatione repræſentat. Sive ob familiam Sileſiam, ex qua Ducum etiam iſte ramus deſcendit: ſeu quod Sileſia,

Oelſa deſignatur totius ſymbolo : quamvis ſupra diximus, illi Ducatui eam aquilam dari, ſed ſine corona & crucicula. Tertia areola *Lignicias teſſellas* complectitur: quas ſuſpicatus ſum §. 28. à Boleslao Calvo aſſumtas , unde ad Monſterbergiam lineam etiam delapſæ ſunt , licet in Lignicium Principatum nulla quod ſciam fuerit prætenſio.

Lignicia.

§. XXXIII. Ultimam areolam *rubeam duo balthei ſiniſtri aurei* diſtinguunt, quæ *Glazenſis* ſeu *Cladſcani* Comitatus nota eſt: Hunc 1326. *Boleslaus Monſterbergius* Joanni R. Bohemiæ vendidit, quod ei primum in Sileſiam poteſtatis principium fuit. Iterum Carolus IV. Comitatum ipſi ad dies vitæ reddidit , ſed ut coronæ Bohemicæ ſubderetur. Inde 1462. *Victorinum* & *Henricos* duos *Georgii Regis Bohemiæ* filios *Fridericus III.* Imperator, quem à Viennenſibus obſeſſum liberaverant , gratitudinis ergo Comites *Glazii* (cujus dominium Georgii mater *Anna VVartenbergia* familiæ jam intulerat) & *Duces Monſterbergii* creavit : unde Comitatus ille in familia manſit aliquandiu : ſed poſt varias mutationes 1579. in regiam poſſeſſionem rediit.

Glazius Comit.

§. XXXIV. Scutulum medium *Cunſtadienſe* transverſe ſecatur, inferiori parte argentea, ſuperiori nigra, per quam ejusdem metalli duæ tranſeunt faſciæ. Nota hæc eſt familiæ *Podiebradiæ* ſeu *Cunſtadiæ*, quam ab antiquis Comitibus Bernecciis & Niddanis deducere amant. Ex illis ſub Rege Wenceslao & Ottocaro celebris fuit *Boſco* ſeu *Bozko C. Berneckius & Burgravius Znaymius* fundator monaſterii Soravienſis in Moravia. Eo natus *Gerhardus* Cunſtadium condidit, unde filius *Smilo* avito titulo relicto *Cunſtadium* aſſumſit. Ejus nepos *Boſco* ab uxore Roſenbergia *Podiebradium* nactus eſt. Ejus vero pronepos inprimis celebris fuit *Georgius*, qui 1458. *Rex* electus eſt, quod axioma etiam licet à multis impugnatum ad vitæ finem retinuit. Ex illius filio *Henrico* familia orta eſt *Ducum* , quorum ultimus *Carolus Fridericus 1647.* vita exceſſit.

Cunſtatt.

Familia.

§. XXXV. In hac gente *Monſterbergam* Henrico & fratribus à Friderico Imperii nomine conceſſam modo diximus. 1489. Rex Matthias ipſis illum Principatum & *Franckenſtein* eripuit: ſed recepere illo mortuo. 1495. *Olſnenſis* Ducatus & *Volavia*, qui extinctis Ducibus ex Piaſtea gente ad regem redierant, à Rege Vladislao illis conceſſi, ſed ut *Podiebradium* regi cederent. Henricus II. Dux *Monſterberg* & *Franckenſtein* oppigneravit *Duci Lignicio* Friderico II. Ab eo vero 1550. redemit *Ferdinandus*, ab hoc iterum Dux *Ioannes*. Demum vero ob debita graviora ad *Maximilianum II.* Imperatorem uterque Principatus devoluti , ipſis Ordinibus ad hoc liberaliter pretium repræſentantibus. *Oelſa* tamen in poteſtate gentis manſit, atque beneficio Imperatoris filiæ ultimi Caroli Friderici *Eliſabethæ Mariæ* conceſſa eſt, quæ marito *Sylvio Nimrodo D. VVirtenbergio* attulit, atque ab his parentibus filii habent : & *Oelſo-Sileſiam* aquilam toti Wirtenbergio clypeo imponunt.

Monſterbergæ fata.

§. XXXVI. In eodem ſcuto Wirtenbergo-Sileſio inter duos inferiores quadrantes vidi inſertum laterculum , *tricipiti colli inſiſtentem ſtellam* repræſentantem. Laterculo *cyaneum* colorem *ſtellæ aureum* convenire exiſtimo: ut notetur Dominium *Sternberg*. ex **Wapenb.** P. 1. pag. 32. Nam Catharina Wenceslai de Bercka & Duba, judicis provincialis Moraviæ, filia Dominium illud in Moravia marito Carolo D. Monſterbergio attulit.

Sternberg.

§. XXXVII. Huic ſcuto impoſitæ tres galeæ. *Media* ſuſtentabat jugum alarum expanſum aureis , nigris , rubeis, aureis , nigris & argenteis baltheis exaratum : quod ex colore judico apicem eſſe *Monſterbergium*, dependentibus laciniis utroque metallo, rubeo & nigro colore pictis: Forte *Cunſtadius* in iisdem latet apex: *Anterior* galea, cujus phaleræ rubeæ & argenteæ, caudas duas pavoninas, quibus ſingulæ lunæ teſſellatæ ejusdem tincturæ (videlicet rubeæ & argenteæ) inſcriptæ : *poſterior* in cauda pavonina in auro aquilam Sileſiacam monſtrabant; Laciniæ circumvolitant atræ & aureæ.

Galeæ.

§. XXXVIII. Titulus Ducum fuit : *Dux Monſterbergæ, in Sileſia, Oelſæ, Comes Glazii, Dominus in Sternberg, Iaiſchvviz & Meczibor.* **Hertzog zu Münſterberg in Schleſien / zu Oels / Graf zu Glatz / Herr auf Sternberg / Jaiſchwitz und Meczibor.** Meczibora bona à Leſchinskio emit Carolus II.

Tituli.

CAPUT

CAPUT XXXI.

Bar. Rauber.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Lazii deductio.*
3. *Poſſeſſiones in Auſtria.*
4. *Scutum.*
5. *Rauber. Planckenſtein.*
6. *Galea.*
7. *Circknitz, Lacus naturæ miraculum.*

§. I.

GEneroſa *Baronum Rauberorum* familia originaria eſt ex *Carniola*. Ex ea *Gabr. Bucelin. Germ. T. 3. p. 185.* primum exprimit *Matthæum Rauber* cognomento *Engelſchalck*, qui claruerit 1378. Hoc geniti *Stephanus* alias *Engelſchalck* & *Leonardus* Margaretæ de Planckenſtein maritus. Hoc nati *Hermannus*, *Gaſpar*, *Nicolaus*, *Ioannes Adamus*, quibus omnibus ſobolem adſcribit. Ex illis idem *Ioanni* titulum liberi Baronis tribuit, nec non reliquorum filiis. *Nicolao* natus eſt *Chriſtophorus Epiſcopus Labacenſis*, & adminiſtrator Seccovienſis, qui 1536. deceſſit. Familia.

§. II. De illis ita *VVolfg. Lazius de migr. gent.* L. 6. p. 204. *Domini Engelſchalli, Rauber cognomento, Carni, & Comitum Artenburgenſium vaſalli, à latrociniis quibus Dominis ſuis operam locabant, nomen adepti, qui hodie poſſident apud Carlſtyn arcem.* Quod nominis rationem attinet, viderit unde conjecturam probet autor, mihi vero non fit ſimile, nomen aſcitum quod dedecori eſſet. Recenſet vero poſt *Stephanum*, qui beneficio Comitum Artenburgenſium ſ. Ortenburgenſium *Velach* poſſederit circa *1379. Ioannem. 1389. Matthæum. 1400. Ioannem* & *Iacobum*, qui *Circknitz* poſſederunt 1431. *Leonhardum* & *Nicolaum* à Maximiliano I. Baronum ſubtelliis aſcriptum, quorum ille Cæſaris Mareſcalcum egerit, hic ex Mœrſpergenſi heroide Alſata (Juditha) genuerit *VVolfgangum Theodoricum*, qui illo tempore caſtrum Kayſersberg in Styria ſupra Leubnam opidum tenuerit. Inde allegat *Gregorium* ex linea, quæ dignitatem Baronum non habuerit, tum *Ioannem*, *Iacobum*, *Andream* & *Eberhardum*, qui in Carinthia Carlſtein atque in Auſtria Petronellam poſſederint. Lazii deductio.

Poſſeſſiones in Auſtria.

§. III. Familia hæc ex Carniola in Auſtriam ſub Maximiliano I. tranſiit, atque ibi Peternell, Planckenſtein & Krumau am Kamp hypothecario jure obtinuit.

§. IV. Inſignia exhibet *Fürſt.* **Wapenb.** P. 5. p. 17. Et quidem quadripertitum eſt ſcutum. In *prima* area, cui extrema conſonat, argentea, viſitur dimidius bubalus ſeu urus (**Büffel-ochs oder ur-ochs**) niger, auribus (ex quibus flammæ prorumpentes apparent) & lingua rubeis, cornibus auratis & eodem metallo per nares trajecto annulo. *Secundum* & *tertium* laterculum rubeum tranſit baltheus ſiniſtet nigrarum & argentearum teſſellarum duplici ordine variegatus. Scutum

§. V. *Gentilis* teſſera eſt Bubalus: Baltheus notat familiam de *Planckenſtein*, cujus heres Margareta in matrimonio Leonardi Rauber ſeculo decimo quinto vixit. Rauber. Planckenſtein.

§. VI. Galeæ duæ inſiſtunt coronatæ, ex quarum priori exurgit bubali [illegible]: è poſteriori protenditur jugum complicatum alarum teſſellato baltheo exaratarum. Laciniæ ſunt argenteæ, hinc nigro iſthinc rubeo colore teſſexæ. Galeæ.

§. VII. In titulis vidimus mentionem *Circknitii* ſeu *Circonitii*, à quo nomen eſt Circonicenſi lacui, naturæ miraculo: quod ita deſcribit *Georg. Fournier. Geogr. orb. Notit.* L. 11. c. 13. *Tribus minutis à fonte Laubaci amnis, in pago Zircknits lacus eſt, qui quotannis aquis derepente ex abdito venientibus cum ingenti copia piſcium exundat appetente æſtate exareſcit: ſic ut quo in loco fuit piſcatus, in eo poſſis ſementem jacere, quæ poſt vigeſimum diem poſſit ſecari: magna tamen ejus pars præter juncum gignit nihil.* M. Zeiler. itin. Germ. P. 2. c. 15. p. 176. ita deſcribit: **Daſelbſt faſt alle jahr / umb das ende deß Herbſts das waſſer auß den löchern gählíng herfür kommt / ſehr viel fiſch mit ſich bringt / und das gantze feld überſchwemmet. So bald aber der ſommer herbey nahet / ſich das waſſer wieder verlieret / und der boden trucken wird / dergeſtalt / daß / wo man zuvor neulich gefiſcht / und hecht über zwo ehlen lang / und enten / ſo auß den hölen der berge lebendig herfür kommen / gefangen / man jetzund ſäen / erndten / und ſo man will / auch jagen kan.** Circknitz. Lacus naturæ miraculum.

Caput XXXII.

Com. à Sayn & VVitgenſtein.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Ex Naſſoviis creditur orta.*
2. *Altera ex Spanheimiis. Diploma de diviſione Comitatum inter Godofredum & Henricum fratres. Saynius ramus.*
3. *Scutum Sayniorum Comitum.*
4. *Leo Saynius. Origo. Spanheimiæ teſſellæ omiſſæ.*
5. *Controverſia cum Elect. Trevirenſi. Controverſia filiarum Erneſti cum patruis.*
6. *Hachenburg.*
7. *Homburg.*
8. *Maynzberg.*
9. *Freinburg.*
10. *Sirck.*
11. *Galeæ.*
12. *Teſſeræ Manderſcheidio & Saxonico ſcuto inſertæ.*
13. *Ramus Homburgio-VVitgenſteinius.*
14. *Scutum lineæ Georgii.*
15. *VVitgenſtein.*
16. *Linea VVilhelmi.*
17. *Galeæ.*
18. *Lineæ Ludovici jun. Lauterburg. Lohr & Clettenberg. Honſtein.*

§. I.

Familia.

COmitatus *Saynenſis* in Weſtphalico circulo, qua ille Rhenano confinis eſt, ſitus, *Hachenburg, Altenkirchen* & alia comprehendit: nec uni ſemper familiæ paruit.

Ex Naſſoviis creditur orta.

Traditionem ſi ſequamur, prima ſtirps Comitum ex *Naſſoviis*, quorum conterminæ ditiones, orta fuerit. Ita *Textor* Naſſoviorum ſcriptor Fridericum appellat, à cujus fratre *Eberhardo*, ejusque filio *Eberhardo* cognomento *potente* ſeu *magnifico* reliquam Naſſoviam, quæ nunc quoque rerum feliciter potitur, gentem derivat, ipſum vero perhibet ſeculo nono in Hiſpania adverſus Mauros bellum geſſiſſe, & arcem *Sayn* condidiſſe, atque ex *Sigetha* filia *VValtheri de Byland* ſeu *Blians* genuiſſe *VValtherum* reliquorum Comitum conditorem. Quos hic poſteros habuerit, non legi. Si tamen aliqua ſcriptoris torneamentorum ſit autoritas, illi recenſentur comparuiſſe in ludis Magdeburgicis 935. *Gebhardus*, Rotenburgicis 942. *Suveicardus*, 1019. Trevirenſibus Eiſenbardus, 1209. Colonienſibus Gebhardus. Ex ea deſcendiſſe oportet *Brunonem* Archiepiſcopum Colonienſem, qui 1205. loco Adolfi Montani depoſiti electus, quod Ottoni Imperatori ſtuderet, à Philippo Auguſto bis captus, demum dimiſſus & 1208. mortuus eſt: Ille fratres habuit, *Eberhardum*, *Gerlacum* præpoſitum Sevelingenſem & *Henricum* Comitem, quo *Henricus II.* cognomento *Magnus* natus eſt, qui 1246. marium ultimus familiam terminavit.

Altera ex Spanheimiis.

§. II. Sorore Henrici II. & *Ioanne C. Spanheimio* natus eſt alius *Ioannes, Henrici C. Spanheimii* & *Godofredi* pater, qui à Palatino Electore 1273. Comes Saynenſis inveſtitus eſt, novæ ſtirpis conditor. Cæterum operæ pretium eſſe reor, ut exhibeam inſtrumentum diviſionis hereditariæ inter *Godofredum* illum *Saynenſem & Henricum Spanheimium* Comitem, quod ita ſonat.

Diploma de diviſione Comitatuum inter Godofredum & Henricum fratres.

Wir Godefried / Grafe zu Sayn / thun männiglichen / ſo dieſen brieff ſehen werden / kundt und zu wiſſen / als ſich zwiſchen uns an einem / und unſern geliebten bruder Henrichen / am andern theil / unſer erbſchafft theilung halben ſtreit erhalten / und derſelbige Henrich auß ſeinem guten willen / conſens und mit gegebener treuen angelobt / das jenig / was wir über all ſolche theilung der erbſchafft verordnen würden / für genehm und faſt zu halten / inhalt darüber fernere uffgerichter brieffen / derwegen in meynung all ſolchen ſtreit und uneinigkeiten / ſo erwachſen kündten / vorzubauen / ſagen und verordnen wir / daß gemeldter unſer bruder Heinrich einhaben ſolle die Graffſchafft Spanheim mit ihren ſchlöſſern / veſtungen / burggetreuen / leben-leuten / dienſten und leuten allermaſſen / wie unſer Vatter Johann / Grave zu Spanheim / dieſelbe beſitzet und ein hat. Darneben alle allodialgüter / welche uns und unſerem bruder obgenannt durch abſterben weyland guter gedächtnüß / Alheiden / Grävinnen zu Spanheim berühren / an welcher ſeiten Rheins die gelegen / ermeldter Heinrich allein haben ſoll / neben das dorff Mendigh / Winnungh / und die advocatiam von Trure mit ihren auffkumpſten und gefällen. Darauff dann wir mit hand und halm vertziehen / alsbald

aber

aber unſer vatter tödtlich abgehen / oder ſeine erbſchafft reſigniren wurdt / ſollen wir innerhalb jahres-friſt von tagh unſers vatters abſterbens oder ſeiner reſignation ermeltem unſern bruder Heinrichen auß unſeren gütern / welche ihme am beſten gelegen / verweiſen / fünfftzig marck Cöllniſch jährlicher renthen / nach unſer und ſeiner freunde rath zu empfangen / welche fünfftzig marck renthen wir oder unſere erben wieder kauffen mögen mit fünffhundert marcken / und im fall wir die halbſcheid all ſolcher fünffhundert marck bezahlen werden / ſoll die halbſcheid derſelben fünffhundert marck an uns frey wiederumb kommen. Wir halten uns aber bevor die Graffſchafft Sayn mit ihren ſchlöſſern / veſtungen / getreuen lehen-leuten / dienſten / und anderen ihren zugehörigen an der ſeiten deß Rheins / da das ſchloß Sayn gelegen iſt. Es ſollen auch alle güter / welche nach abſterben unſer baaſen weyland Mechtilden / Grävinnen zu Sayn / an uns beyden nach todt unſers vatters fallen werden / auch alle dienſten und leuten frey oder eigen mit den angehörigen herrlichkeiten der ſchlöſſer Sayn / Hachenburg / Welterſperg / Vreßbracht und Holſtein / wo dieſelbe auch hinkommen werden / von dieſer oder der andern ſeiten Rheins / unſer ſeyn und pleiben. Jngleichen ſagen und bezeugen wir / daß die angehörige getreue dienſten und leute der ſchlöſſer Spanheim / Dille / Starckenberg und Ellenbach ermeldtem unſerem vatter jetzo zugehörig / unſerem bruder dienen ſollen / ſie pleiben gleich wo ſie wollen. Wollen auch zum andern / daß unſere kinder / welche ehelich gehalten werden / die ſeyen mann- oder weiblichen geſchlechts ohne einige moleſtation oder widerwärtigkeit / derwegen einer dem andern zuzufügen / all ſolcher güter erfreuet ſeyn ſollen. Zu urkundt und gezeugnüß dieſer dingen haben wir unſer / unſers vatters / und unſers vettern Walani von Spanheim / Canonichen zu Cölln / Gerhard Grafen von Newenar / Johanns Herrn zu Wildenburg / und Hermans von Müllenarcken ſiegeln an dieſem brif thun hangen. Geſchehen zu Sayne / im jahr unſers HERRN / tauſent / zweyhundert / vier und ſiebentzig / am tag deß heiligen Vincentii.

Ita videmus, Godofredo non niſi Saynenſem Comitatum & titulum retentum, Spanheimio ſolo penes Henricum manente, quod ſicuti à moribus noſtri ſeculi valde abludit, ita iſta ætate non infrequens fuit. Porro hoc Godofredo & Juta *Homburgia* nati *Ioannes* & *Engelbertus* diverſos emiſere ramos: *hic Homburgium*, qui Witgenſteinia ſucceſſione deinceps auctus eſt, *ille Saynenſem*, illorum Comitum, qui usque ad 1696. quo maſculorum ultimus *Henricus* fatis conceſſit, comitatui præfuere: à quibus matrimonio Annæ Eliſabethæ & Wilhelmi C. Witgenſteinii ad hunc ramum ſucceſſio delapſa eſt. Saynius tamus.

§. III. Qui ex illa gente Saynenſi ultimi fuere, ſcuto uſi ſunt, quale apud *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 17. deſcribitur, ut quadripertitæ aræ media alia parmula incumbat. Hæc deſcriptio primum merito locum hic occupabit. Scutum Sayniorum Comitum.

§. IV. Media hæc parmula *rubea, leonem adverſo vultu* ſeu *leopardum aureum* repræſentat cauda *bifurcata*, (**Löw mit gantzem angeſicht und doppelt geſpaltenen ſchweiff**) quod vetus σῆμα eſt Saynenſe. De ejus origine nihil certi habeo. *Textor* ut & *MSa Salmenſia* produnt, *Fridericum Saynæ* conditorem, ei materna inſignia appendiſſe. Mater autem ei aſſignatur *Roſina Blanca Ludovici Ducis de Argeben* (ſeu Angaben) filia, cui ex eo leonem hunc conveniſſe credendum eſſet. Uti vero ignotiſſimus hic Ducatus, & tota relatio non immerito ſuſpecta eſt, ita nihil hic aſſerere audeo. Si tamen certum ſit, Naſſovios & Saynenſes agnatos fuiſſe, rerum harum peritioribus diſpiciendum relinquo, an leonem Saynenſes communem cum Naſſoviis habuerint, colore parmæ, qui diſcerniculi modus ſuperioribus ſeculis obtinuit, immutato & vultus ſitu converſo. De eo etiam dubitari poſſet, qui factum ſit, quod Saynenſi Comitatu ad Spanheimiam ſtirpem, quod modo diximus, translato, hæc aſcititium ſymbolum gentili ſuo prætulerit, Saynenſi leone in locum teſſellarum Spanheimiarum ſubſtituto. Huc tamen dubio ſatisfiet facile, ſi morem antiquiorem cogitemus: quo non admodum inſolens fuit, ſucceſſionis cauſa teſſeras avitas plane immutari aut omitti. Ita Ortenburgios etiam Comites ex Spanheimiis ortos ſuo loco dicemus; ſed in horum quoque parma non magis quam Saynenſi Leo Saynenſis. Otigo. Spanheimiæ teſſellæ omiſſæ.

veſtigium

Proviſo quod Comes Gloverniæ habeat Cognitionem Placitorum de Libertatibus in Comitatu Gloverniæ, ſicut habuit tempore Regis Henrici Patris Regis.

Proviſo quod Comes Gloverniæ habeat Cognitionem Placitorum de Libertatibus in Comitatu Gloverniæ, ſicut habuit tempore Regis Henrici Patris Regis.

Et ſciendum quod Comes Gloverniæ habet Cognitionem Placitorum de Libertatibus in Comitatu Gloverniæ, ſicut habuit tempore Regis Henrici Patris Regis, viz. Quod Comes

Metim & Trevirim ſitæ. Hanc ex patrimonio familiæ *Sircanæ* fuiſſe videtur: ex qua per Eliſabetham Arnoldi Dn. de Sirck filiam Gerhardi C. Saynenſis conjugem ad hanc gentem delata eſt. Demum ea *Dorotheæ Catharinæ Adolphi C. Saynenſis* filiæ, quæ *Carolum Ludovicum C. Sulzenſem* maritum habuit, in compenſationem data eſt, cum Hermanni filia *Anna Eliſabetha* in Comitatum *Saynenſem* ſola ſuccederet. Unde nunc quoque Sulziis parere videtur, ſub Lotharingiorum & Trevirenſium imperio.

§. IX. In pede ſcuti prior area *nigra diagonalem ſiniſtrum baltheum argenteum* continet *tribus capitibus aprugnis nigris* impreſſum: notando Dominio *Freysburg*. Hoc olim peculiares dynaſtas creditur habuiſſe, de quibus tamen certiora non conſtant. Ab illis vel matrimonio vel teſtamento ad Saynios perveniſſe oportet: Cæterum cum reliquis Saynenſibus bonis ad Erneſti filias hoc quoque delatum eſt. Freisburg.

§. X. Area ultima *aurea diagonali dextro baltheo rubeo* exaratur, illi vero impreſſæ *tres conchæ marinæ argenteæ* conſpiciuntur. Teſſera hæc omnino familiæ *Sircanæ* eſt, uti etiam in *Sibmach.* Wapenb. P. 2. pag. 14. videre licet. Cum vero ad Sircanos dynaſtia *Monclar* ſpectaverit, in Treviris qua Lotharingiam reſpiciunt ſita, hæc quoque eodem ſymbolo exprimitur. Cæterum eadem qua *Mainzberg* occaſione ad Saynenſes & ab his ad Sulzios devenit. Sirck.

§. XI. Huic ſcuto inſiſtunt galeæ tres, quarum *media* coronata ex auro pileum orientalem acuminatum & ſuperiori parte nonnihil inflexum (unde aliquibus *cornu* videtur repræſentare) ſuſtinet, *Saynenſem* apicem. Alicubi videas ejus oram minio reductam. Laciniæ vero auro & cocco fulgent. *Anteriorem* caſſidem caſtrum argenteum πύργον premit, phaleris illo metallo & minio tinctis, *Homburgio* notando. Ex *læva* exſurgit candidum caput equinum cum collo, cui clavis *Mainzbergia* inprimitur, & ornatus laciniarum iisdem tincturis conſtat. Galeæ.

§. XII. Diximus duas filias Erneſti *Erneſtinam* & *Ioannam* jus paternum maritis attuliſſe è domo Manderſcheidia & Saxonica. Unde L. 1. cap. 59. n. 19. vidimus, quod *Maximilianus Manderſcheidius* Comes qua tripertitam parmam ex teſſeris *Saynia VVitgenſteinia, Freisburgia, Homburgia* gentili ſcuto impoſuerit. Ob eandem cauſam ſcuto ſuo *Saxonico* Sereniſſimi liberi Ducis Joannis Georgii & Joannæ Saynenſis quadras easdem *Sayniam, VVitgenſteiniam, Freisburgiam* atque *Homburgiam* inſerunt, quod capite Saxonicis inſignibus deſtinato vidimus. Teſſeræ Manderſcheidio & Saxonico ſcuto inſertæ.

§. XIII. Fuit hoc ſcutum, quod *Saynenſis* ſtirps uſurpavit ex Joanne prognata. Huic fratrem *Engelbertum* fuiſſe §. 2. diximus, qui *Homburgum* & *Valendar* 1294. in partitione fraterna, quam Adolphus Imperator confirmavit, nactus eſt, cum pro ſe & poſteris Saynenſi Comitatui renunciaſſet. Unde non Comites *Saynenſes*, ſed *Engelbertus Saynenſis Dominus Homburgi & Valendariæ* dictus eſt. Ejus nepos *Salentinus Eliſabetham VVitgenſteiniam* heredem hujus Comitatus duxit, novus Comitum *VVitgenſteiniorum* ſator per filium *Ioannem*. Joannis abnepos fuit *Ludovicus* ſenior πολύπαις. Hujus tres filii *Georgius, VVilhelmus*, & *Ludovicus* totidem lineas dedere. Quarum nunc conſideranda ſunt ſcuta. Ramus Homburgicus-Witgenſteinius

§. XIV. Ex Georgio deſcendunt, quibus parent *Berleburg, Homburg & Neumegen*. Horum in moneta illam vidi diſpoſitionem, ut ſcutum quadripertitum, in parmula media leonem ſeu leopardum *Saynenſem*, in ſecunda areola caſtrum *Homburgium*, in tertia baltheum ſiniſtrum capitibus aprugnis exaratum *Freisburgiæ* dynaſtiæ, in prima vero & quarta argentea duos palos nigros *VVitgenſteinium* δῆγμα contineret. Alibi moneta obſervatum eſt Comitis *Georgii VVilhelmi* ſcutum quatuor laterculorum, quorum primus *Saynam*, ſecundus *Homburgum*, tertius *Freisburgum*, quartus *VVitgenſtein* continet. *Homburgiam* teſſeram ex jure geſtant *Engelberti*, cui medietas Dominii addicta. *Saynenſem* vero (quem tamen leonem in hac linea non adverſa facie, qui leopardorum ſitus eſt, ſed proſpectante pingendum, atque ita diſtinguendum alii volunt,) & *Freysburgiam* ob prætenſionem, quam ſibi in ſucceſſionem Saynenſis familiæ aſſerunt, cui à Saynenſibus ſucceſſoribus Engelberti renunciatio obtenditur, & prætenſioni contradicitur. Scutum lineæ Georgii.

§. XV. Nigri pali *VVitgenſteinium* Comitatum deſignant, Haſſiæ contermi- Witgenſtein.
num & à caſtro *VVitgenſtein*, quod circa 780. conditum ajunt, denominatum. Huic

præfuiſſe dicuntur ab antiquo Comites, eò ut *Dilichius Chron. Haſſ.* perhibet p. 88. 89. à Pipino Magiſtro Palatii Francici cum Waldenſteiniis & Reichenbacenſibus translati: quorum maſcula progenies defecit in *Friderico* 1360. *Eliſabethæ* patre, quæ *Salentino Saynenſi* Domino Homburgi Comitatum iſtum attulit, à quo ad poſteros propagatus eſt, & nunc quoque illis paret.

Linea Wilhelmi.

§. XVI. *VVilhelmi* linea eſt, quæ & *Erneſtum* dedit, Saynenſem ex matre heredem, & ejus ex eodem patre *fratres*. Diſpoſitio ſcuti quadripertiti illa eſt, ut primus laterculus *Saynenſem* leonem, ſecundus *VVitgenſteinios* palos, tertius *Homburgium* caſtrum Κάστρον, quartus baltheum aprugnis capitibus inſignitum *Freisburgium* referant.

Galeæ.

§. XVII. Huic ſcuto imponunt galeas tres, quarum *prior* coronata ſuſtinet pileum orientalem inflexum, vel aliorum ſenſu, cornu, ex auro, Saynenſem apicem; *media* contecta eſt pileolo lato nigro, ora reducta argentea, cui inſiſtunt plumæ ſtruthiocæ duæ nigræ interpoſitæ tribus argenteis, pro *VVitgenſteinio: tertia* ſuſtinet Homburgium caſtrum: Laciniæ circumfunduntur primæ aureæ & coccineæ, mediæ nigræ & argenteæ, ultimæ argenteæ & rubeæ.

Linea Ludovici jun.

§. XVIII. Supereſt linea *Ludovici junioris*, cujus filius *Ioannes* apud Electorem Brandeburgicum gratia & meritis pollens, ejusdemque in Marchia, Principatu Mindenſi atque Comitatu Ravenſpurgio locumtenens, *Honſteiniæ* ſucceſſionis aliquid nactus eſt, unde ſcuti luculentæ acceſſiones. Hoc enim, quo iſta jam utitur linea, in ſex areolas duabus transverſis & una perpendiculari, toti incumbente alia parmula, ſecatur. Ex his medium illud ſcutulum *Saynenſem* lepardum; dexter vero in ſcuti imo laterculus *Freisburgium* baltheum repræſentant. Tum areola ſecunda ſeu capitis ſiniſtra *Homburgiam* turrim refert. Reliqua ad *Honſteiniam* ſucceſſionem ſpectant: nam areola prima *rubea leonem* continet *aureum*, ſanguineam linguam & falculas extendentem, tertia, ſive quæ ſubtus hanc eſt, quaternis faſciis rubeis & totidem aureis exaratur. Quæ pro ſymbolo *Lauterburgio* uſurpantur. Quarta vero area argentea nigrum cervum complectitur *Lahranam* & *Clettenbergiam* teſſeram, ultima demum (quæ iſti ſubjicitur) teſſellis argenteis & miniatis impletur, *Honſteinio* Comitatui notando. De his Honſteiniis ſymbolis actum in ſcuto Brunſvicenſi L. 2. cap. 9. n. 13. 14. & porro agetur in Schwarzenburgio & Stolbergio. Cæterum *Lahr* & *Clettenberg* in pace Oſnabrugenſi irrevocabiliter penes Epiſcopatum Halberſtadienſem manere juſſa, adeoque familiæ Electorali Brandenburgicæ addicta ſunt: unde Electoris gratia Joanni Comiti feuda illa attributa, quæ nunc quoque Illuſtriſſimi filii tenent. Mirum vero ſubit, qui fiat, quod Witgenſteinii pali omnino hic omiſſi ſunt? Nec galeas quot quasve ſcuto ita deſcripto imponere ſoleant, videre mihi contigit.

Lauterburg. Lohr & Clettenberg. Honſtein.

Caput XXXIII.

Dom. de Schænburg.

ARGUMENTUM.

1. *Origo ex Bohemiæ Duc.*
2. *Viterior deductio. Linea.*
3. *Scutum.*
4. *Apex.*
5. *Inter Ordines Imperii.*
6. *Tituli.*

§. I.

Origo ex Bohemiæ Duc.

ILluſtriſſimi *Schænburgii* in Voitlandia dynaſtæ originem referunt ad veteres *Bohemiæ* Duces ſeu Principes. (Quamvis *Zeiler. itin. Germ.* P. 2. L. 4. pag. 65. jam Caroli Magni ævo eos floruiſſe referat.) Ex his *Vratislaus*, qui apud *Henning. Theatr. Geneal. T. 4. P. 2. p. 258.* ex Ducibus vigeſimus ſecundus numeratur, & primus ab Henrico IV. *Rex* declaratus eſt 1087. ex Svatana ſeu Sventochna ſorore Boleslai audacis R. Poloniæ, quæ ipſocum coronata eſt, præter alios genuit *VVladislaum* Ducem vigeſimum octavum, patrem non ſolum *VVladislai*, qui ſecundus *Rex* Bohemiæ à Friderico Barbaroſſa conſtitutus eſt, verum etiam *Theobaldi*, qui à fratre miſſus in auxilium Auguſto contra Mediolanenſes in Italia periit. Hoc natus eſt *Theobaldus II.* qui condidit arcem

arcem *Schænburg*. Hujus filius fuit *Theobaldus III.* nepos *Theobaldus IV.* Bohemiæ provincialis judex, (Landrichter/) pronepos *Hermanus*, qui reliquæ ſtirpis propagator 1300. mortuus eſt.

§. II. Celeb. *Rittershuſius* orditur ſeriem à *Vito Guthæ* Burggraviæ Leiſnicenſis conjuge: patre *Friderici* ad Auſſick 1426. cæſi, avo *Friderici*, qui 1481. mortuus eſt. (Huic vero *Bucelinus*, qui in aliis etiam à Rittershuſio diſcrepat, parentes aſſignat *VVolfgangum* & Cunigundam Ortenburgiam.) Friderico *Erneſtus* natus eſt, hoc alius *Erneſtus*, qui 1534. mortuus ex *Amalia Leiſnicenſi* reliquit *Georgium*, *Hugonem*, *VVolfgangum*, linearum *Glauchenſis*, *VValdenburgiæ & Penicenſis* ſatores. Hodie iterum tres lineæ ſunt, in *Liechtſtein*, *Hartenſtein & VValtenburg* Illuſtriſſimi *Otto Albertus* cum filio *Ottone Ludovico* & nepotibus, in *Glaucha* Illuſtriſſimus *Godofredus Erneſtus* filius *VVolfgangi Erneſti*, & in *Penick 1657.* defuncti *VVolfgangi Henrici* filii Illuſtriſſimi *Samuel Henricus & VVolfgangus Henricus*. Ulteriot. deduſtio. Lineæ.

§. III. Scuto utuntur *baltheis binis rubeis & argenteis* exarato. Eos *dextros* pingit *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 31. quocum facere malim. Vidi tamen in picturis etiam *ſiniſtros* repræſentatos. Scutum.

§. IV. Ex galea coronata expanditur *jugum alarum ſcutario typo* impreſſarum. *Laciniæ* ſunt rubeæ & argenteæ. Apex.

§. V. Numerantur hi dynaſtæ inter *Ordines Imperrii*, tributo illis in ſcamno *Comitum VVetteraviæ* ſuffragio, & loco in *Circulo Saxonico* ſuperiori. Conf. *M. Zeiler. de X. circ. Imp. p. 298.* Inter ordines Imperii.

§. VI. Titulus eſt: *Dominus de Schænburg, Dn. in Glaucha & VValdenburg.* Erneſto autem Rittershuſius illum tribuit titulum: *Dominus de Schænburg, in Hartenſtein, Glaucha, VValdenburg, Liechtenſtein & Hohenſtein ad Albim, Lohmen & VVehlen.* In illorum poteſtate etiam eſt *Penick* ad Muldam Schneebergicum, quondam Leiſnikiorum, ex quibus Hugonis ultimi filia Amalia, quod audivimus, Erneſti uxor fuerat cum autem familiâ extinctâ recidiſſet ad Saxones, accepi Mauritium Electorem Schænburgiis illud reddidiſſe, Hohenſteina ab ipſis recepta. Tituli.

CAPUT XXXIV.
Com. de Schvvarzenburg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Guntherus Imperator. Ex quatuor Comit. Imperii.*
2. *Scutum.*
3. *Arnſtatt. Sondershauſen. Schvvarzenburg. Familiæ origo.*
4. *Honſteinia teſſera.*
5. *Quæ quibus dynaſtiis tribuenda?*
6. *Honſteinia familia & ſucceſſio.*
7. *Furca & pecten. Dignitas Archipincernæ.*
8. *Diploma Imperiale.*
9. *Galea.*
10. *Telamones.*
11. *Scutula juxta poſita.*
12. *Tituli.*
13. *Conjectura de Heldrungiis.*

§. I.

ILluſtriſſimi Comites *Schvvarzburgici* ſeu *Schvvarzenburgici* non eo ſolum, quod ex eorum gente *Guntherus* ad Auguſtam dignitatem 1349. eligi meruit, (quem nuper, de re literaria univerſim & inprimis de pietatis ſtudio, nec non hac ſtirpe, cui inſervit, præclarè meritus *D. Ahaſverus Fritſchius* digno commentario poſteritatis memoriæ iterum commendavit,) ſed etiam quod peculiari elogio in *quatuor Comitibus Imperii* (quorum reliqui *Clivius*, *Cileienſis* & *Sabaudus* Principali dignitate dein ornati, illi duo etiam pridem eſſe deſierunt,) numerentur, præ multis aliis ſtirpibus celebres habentur. *Limn. Iur. Publ. 4, 8. 88.* de iisdem memorat, quod conſervatores ſint *privilegii de ordinibus in Bohemiam non evocandis.* Familia. Guntherus Imperator. Ex quatuor Com. Imperii.

§. II. Eorum inſignia depicta extant Wapenb. P. 1. pag. 14. in quibus niſi fallor ad hunc diem nihil mutatum. Porro ſcutum bipertitum eſt in *ſegmata Schvvarzburgica*, quæ dextram, & *Honſteinia*, quæ lævam occupant; vel ſi malis quadripertitum dicere, mediante cruce *aureis & cyaneis taniis exarata.* Hujus crucis myſterium non capio. Scutum.

Arnſtatt. §. III. Pars anterior in quadrantes ſecatur: quorum primus & quartus *aureus aquilam nigram*, ſecundus & tertius *argenteus par cornuum rubeorum cum cervinorum cranii aliqua parte adhærente* repræſentant. Illo ſymbolo *Arnſtett*, hoc *Sondershuſanam* dynaſtiam notari exiſtimo. Quod de *Sondershuſio* teſtatur *Cyr. Spangenb.* Adelſp. P. 2. L. 12. c. 35. p. 319. b. His incumbit ſcutulum *cæruleum leonem aureum* coronatum deferens. *Th. Hæping. de jur. inſign. P. 6, c. 6. n. 915.* pag. 376. leonem averſa cervice pingi perhibet, de quo dubito. Hoc gentilitium inſigne eſt, & Comitatus ampliſſimi in *Thuringia* nota. Gentis originem referunt ad *VVitikindum* cognomento *nigrum*, qui 779. à Carolo M. captus, cumque baptiſmum reciperet *Ludovici* nomine inſignitus, & Andegavenſium Comes creatus ſit: Patrem eum ajunt fuiſſe *VVitikindi* & *VValperti*, qui in baptiſmo *Caroli & Ludovici* nomen aſſumſerint. Hoc genitos addunt *Gleichenſes* Comites, qui 1630. morte *Iohannis Ludovici* ultimi defecere. *VVitikindum* autem vel *Carolum* conditorem *Schvvarzenburgici* caſtri & gentis conſtituunt. Si traditioni iſti fides, exemplum hoc fuerit fratrum, qui iisdem δέγμασι ſervatis, tantum colores immutarunt: Gleichiorum enim leo in cæruleo clypeo argento fulget. Quicquid vero de illa origine ſit, certe affinitates in familia reperire licet, non niſi illuſtres, & frequenter ex domibus Principum quæſitas.

Sondershauſen.

Schvvarzburg.

Familiæ origo.

Honſteiniæ teſſeræ. §. IV. Altera pars *Honſteinia* defert ſymbola, & quidem iterum quadripertita eſt: laterculus primus & quartus *teſſellas argenteas & rubeas* refert, ſecundus & tertius ſuperiori ſui parte *cærulea leonem gradientem aureum, inferiori aurea duas faſcias cæruleas*; vel ſi fidem Wapenb. P. 1. pag. 24. & P. 3. p. 15. ſequamur, quæ hic *cyanea* diximus, *cocco* tingenda fuerint, quod etiam in Brunſvicenſi ſcuto docuimus, & infra ex diplomate imperiali certum eſſe patebit. Unde etiam liquet, quaternas pingendas eſſe faſcias. Hiſce incumbit medium ſcutulum *argenteum* ornatum *cervo rubeo* vel potius *nigro*.

Quæ quibus dynaſtiis tribuendæ? §. V. Hæc ad ſucceſſionem *Honſteiniam* ſpectare dubium non eſt: quæ vero δέγματα quibus dynaſtiis applicanda, non omnibus æque expeditum. Cervum Honſteiniis adſcribit Wap. P. 3. p. 15. ſed pro rubeo nigrum, qualis etiam in Brunſvicenſium ſcuto viſitur: quod cum ſit, patet, quod ſculptor noſter erraverit. Si omnino rubeum eſſe vellemus, Spigelbergiorum Comitum talem fuiſſe ex Wapenb. P. 2. p. 15. diſco. Sed quid Spiegelberga ad Honſteinios? Teſſellas viciſſim Honſternio Comitatui attribui, & alibi vidi & Wapenb. P. 2. pag. 14. verum P. 3. pag. 15. retractata priori ſententia, illo hieroglyphico Lohra deſignatur. Leonem cum faſciis *Clettenbergenſi* dynaſtiæ tribuit Wapenb. P. 2. pag. 24. Sed Lauterburgenſi Wapenb. P. 3. p. 15. Verum enim vero ut ex his dubiis extricarem me, certiora edocuit Brunſvicenſium Excellentiſſimus Archivarius *Ioh. Henricus Hofmannus*, quando ex indubiis documentis, ſepulcralibus monumentis & ſigillis docuit: *Honſteinam* deſignari teſellis, *Lauterburgam* ſeu *Lauterbergam* leone & faſciis, *Clettenbergiam* cervo, ut ſuperius L. 2. c. 9. cum Brunſvicenſium evolverem clypeum, pluribus deduxi.

Honſteinia familia & ſucceſſio. §. VI. Porro quod *Honſteiniam* gentem perantiquam concernit, eam derivare amant à *Ludovico C. de Linderbech & Bilſtein*, cui uxor fuerit Jutta filia Ludovici Barbati Landgravii Thuringiæ: huic filium dant *Berengarium*, conditorem *Honſteiniæ*. Berengarii filius *Ludovicus Dn. Lahræ* nuncupatur, ſed non niſi filiam genuit *Adelheidem*, quæ cum marito Volkmanno C. Lauterburgio 1127. monaſterium ingreſſa eſt; alter filius Berengarii *Conradus* avus fuit *Eligeri* primi *Honſteiniorum Comitis*: ejus pronepos *Theodoricus II.* dicitur *Clettenberg* ſuis adjeciſſe circa 1260. Ultimus marium familiam *Erneſtus VII.* clauſit. Cum vero defuncto hoc 1593. ditiones occupaſſet *Henricus Julius D. Bruſvicenſis*, Epiſcopus Halberſtadienſis, Schwarzburgici & Stolbergici jus ſibi in illis vendicarunt. Idque ex eo ſucceſſionis mutuæ pacto, de quo *Ioh. Limn. Iur. Publ. T. IV. add. ad. 4, 8, 176. p. 628*, memorat, quod de certis civitatibus & pagis inter familias Schwarzburgicam, Honſteinenſem & Stolbergenſem initum, & à feudi Dominis adprobatum fuerit. De quo in cap. de *Stolbergiis* inſignibus potiſſimum agetur. Porro cum in pacificatione Oſnabrugenſi *Halberſtadius* Epiſcopus Electori Brandeburgico æquivalentiæ nomine attributus ſit, diſerte etiam cautum eſt: *ut Comitatus Honſteinenſis pro ea parte, qua feudum eſt Epiſcopatus Halberſtadienſis, conſiſtens in duabus dynaſtiis ſeu præfecturis, Lohra & Clettenberg, & quibusdam opidis una cum eo pertinentibus*

Digitized by Google

nentibus bonis & juribus, porro quoque penes iſtum Epiſcopatum irrevocabiliter permaneat, non obſtante neque vigorem habente ulla contradictione, quæ à quoquam in contrarium moveri poſſet. §. Cum etiam. Atque ita familiis Schwarzburgicæ & Stolbergicæ ſubtractæ ſunt hæ dynaſtiæ, ob quod tamen æquivalentem ſatisfactionem urſere Comites Schwarzburgici & Stolbergii in Comitiis Ratiſponenſibus 1654 nec non in modernis eandem petitionem repetiere. Verum quod dixi, de his inferius occaſione Stolbergiorum prolixius diſſeretur.

§. VII. Pedem ſcuti argenteum occupat *furca* (ſtreu-gabel) & *pecten* ſeu *raſtrum minio* tincta: quæ à *Schwarzenburgicis Leutenbergicis* agnatis ſuis, qui ſuperiori ſeculo in *Philippo* defecere, altera Illuſtriſſimorum Comitum, qui ſuperant, linea accepit. Ajunt deſignari, quod Comites hi Imperii ſtabulo fuerint præfecti ſeu *archippocomi* (Reichs-ſtallmeiſter.) Neque enim inſolens eſt noſtris, dignitatum etiam notas inferere ſcutis. Furca & pecten. Dignitas Archippocomi.

§. VIII. Operæ pretium videtur, huc inſerere partem diplomatis, quo Schwarzburgica inſignia enunciantur, & illis atque Stolbergicis Comitibus Honſteinia inſignia conceduntur. Ita vero ſonat diploma: Wir Rudolph der Andere / von GOttes gnaden / erwählter Römiſcher Käyſer / zu allen zeiten Mehrer deß Reichs / in Germanien / zu Hungarn / Böheim / Dalmatien / Croatien und Sclavonien König / Ertzhertzog zu Oeſterreich / ꝛc. bekennen offentlich / daß uns die Wolgebohrne / unſere und deß Reichs liebe getreue / Wilhelm und Albrecht gebrüdere / auch Günther / für ſich ſelbſt / und dann an ſtatt ſeiner gebrüdere / Anthoni Heinrichen / Hans Günthern und Chriſtian Günthern / aller der vier Grafen deß Reichs / Grafen zu Schwartzburgk / Herren zu Arnſtadt / Sondershauſen und Leutenberg / und ſamt ihnen die auch Wolgebohrne / unſere und deß Reichs liebe getreue / Wolff Ernſt / Johann Heinrich / Ludewig Georg und Chriſtoph / gebrüdere und vettern / Grafen zu Stolberg und Wernigeroda / unterthänigſt zu erkennen geben / welcher maſſen auff weyland Graf Ernſts deß letzt-lebenden / deß ſtammes und nameus zu Honſtein / nechſthin anno der wenigern zahl drey nnd neuntzig erfolgten tödtlichen abgang deſſelben Graf- und Herrſchafft / an ſie / die benannte Grafen zu Schwartzburg und das Gräfliche hauß Stolberg / erblich gefallen und kommen / und uns dahero demütiglich angeruffen und gebethen / dieweil ſolch jetzt angeregter vermannt und abgeſtorben Gräflich-Honſteiniſcher namen / titul / ſchild und helm / uns / als regierendem Römiſchen Käyſer / erledigt und eröffnet / daß wir daſſelbige ihnen / denen Grafen zu Schwartzburg / ſo auch denen zu Stolberg / als nechſtbefreundten / und wie angehöret / in den Honſteiniſchen Graf- und Herrſchafften Succeſſorn und erben / auß beſonderen gnaden / zu verleihen / und mit dem Gräflichen Schwartzburg- und Stolbergiſchen namen / titul und wapen zu ziren / auch künfftig alſo zu führen und zu gebrauchen / zu bewilligen und zu vergönnen gnädigſt geruhen: deßhalben wir angeſehen ſolch der Grafen zu Schwartzburg und Stolberg ſämtlich unterthänig ziemliche bitte / auch die getreu / gehorſame / nützliche und wol erſprießliche dienſte / ſo nicht allein ihre vorältern / unſern löblichen vorfahren am Reich / Römiſchen Käyſern und Königen zu krieges- und friedens-zeiten / ſondern ſie / die beyde Gräfliche häuſſer / uns ſelbſten in mannigfaltige wege gehorſamlich bewieſen / und hinfüro zu thun / nicht weniger unterthänigſt erbötig ſeyn / auch wol thun mögen und ſollen. Und darüber mit wolbedachtem muth / gutem rath und rechten wiſſen gnädigſt darein bewilliget / auch einem jeglichen Gräflichen geſchlecht / nemlich den Grafen zu Schwartzburg eines / deßgleichen den Grafen zu Stolberg ein beſonderes privilegium darüber verfertigen und erfolgen laſſen. Und ſo viel demnach die Grafen zu Schwartzburg belanget / haben wir den obgenanten Wilhelmen / Albrecht / Günthern / Anthoni Heinrichen / Hans Günthern und Chriſtian Günthern / gebrüdern / der vier Grafen deß Reichs / Grafen zu Schwartzburg / ſo wol ihren ehelichen leibes-erben / und derſelben erbens-erben / Grafen und Gräfin / und ins gemein ihrem gantzen Gräflichem hauß / ſamt und ſonders in ewigkeit gebethener maſſen / nicht alleine Gräflichen

Diploma Imperiale.

Honſteiniſchen verledigten namen und titul / nemlich / daß ſie ſich von nun an zu- und neben ihrem alten hergebrachten gewöhnlichen titul / der vier Grafen deß Reichs / Grafen zu Schwartzburg / Herren zu Arnſtadt / Sondershauſen und Leutenberg / auch Grafen zu Honſtein / Herren zu Lohra und Clettenberg ſchreiben und nennen ſollen / gnädiglich verliehen / ſondern noch darzu ihr ur-altes Gräflich anererbtes wappen mit dem Honſteiniſchen gnädiglich unirt, vermehret / gezieret und verbeſſert / und daſſelbe alſo nachfolgender geſtalt zu führen und zu gebrauchen / gegönnet und erlaubet : Nemlich einen ſchild / dadurch gehet durchauß vom gelben und blauen ſchrencks-weiſe abgetheileten balcken / ein creutz zu deß ſchildes lincken ſeiten / nach dem auffruck iſt das Honſteiniſche wappen quartirt / alſo / daß das untere äuſſere und das obere innere quartier ſchach-weiſe in roth und weiß ausgeſetzet. Die übrigen zwey in mitte nach der zwerg in zwey / deren das untere wieder in acht ſtraſſen unterſchieden / als die erſte / dritte / fünffte und ſiebende roth / die andern gelb / und obertheil gantz roth / darinnen über- und für ſich ein gelber Löw / mit über ſich geſchwungenen ſchwantz / roth außgeſchlageuer zungen / und für ſich geworffenen prancken zum raub geſchickt. Dann ferner in mitte dieſer quartirung deß ſchildes ein kleines weiſſes ſchild / darinnen für ſich ein ſchwartzer hirſch mit doppelten geſtirn von ſechs / ob der ſeiten dreye / und oben ſo viel enden / zum lauff geſtellet / erſcheinet / (welches nun alles / wie gehöret / vorhin die Grafen zu Honſtein geführet haben:) Das andere und vordere theil deß ſchildes iſt auch gleicher weiſe quartiret / und darinnen ihr / der Grafen zu Schwartzburg / anererbt-uralt-Gräfliches wappen begriffen / wie auch im grund deß ſchildes unter beyden zuſammen gefügten Schwartzburgiſchen und Honſteiniſchen wappen / in einem beſondern weiſſen feld / der gelb hültzen rechen / und darob die rothe gabel / alles ungefaſt beygeſetzt. Uber den ſchild gehen drey gegeneinander gekehrte / offene und gekrönte Adelich thurniers-helm herfür / und ſtehet auff dem äuſſern oder lincken zwiſchen einem doppelten hirſch-geſtirn von ſechs / als unten drey und oben ſo viel zincken / deren das äuſſere roth und innere geſtirn weiß iſt / über ſich ein außgebreiteter blaugeſpiegelter pfauen-ſchwantz : auff der mitten oder andern thurniers-helm aber / über und für ſich in vorder theile eines gekrönten löwen mit außgeſtreckten prancken / roth außgeſchlagener zungen / auß deſſen cron über ſich auch ein außgebreiteter blau-geſpiegelter pfauen-ſchwantz / mit einem gelben rechen / und dann auff den vordern oder dritten helm / zwiſchen zweyen rothen hirſchgeſtirn / jedes von ſechs / als unten drey und oben ſo viel enden entſpringen / ein auffrechts und einwerts gekehrter außgebreiteter ſchwartzer adler zum flug geſchickt : allermaſſen ſolch uniret / vermehret / gezieret und verbeſſert Gräflich wappen in mitte dieſes unſers Käyſerlichen brieffs gemahlet / und mit farben eigentlicher außgeſtrichen zu ſehen iſt. Verleihen und geben derowegen nochmahls vielbeſagtem Gräflichen hauß Schwartzburg ſolche gnade und freyheit / gönnen und erlauben ihnen auch ewiglich den verledigten Gräflichen Honſteiniſchen namen und titul / ſo wol der verſtandener maſſen zuſammengefügte wappen / ſchild und helm alſo auszuführen und zu gebrauchen / alles auß Römiſcher Käyſerlicher macht / vollkommenheit / hiermit wiſſentlich und in krafft dieſes brieffs / und meynen und wollen / daß nun fürbaß hin / obgemelde Wilhelm / Albrecht / auch Günther / Anthoni Henrich / Hans Günther / und Chriſtian Günther / gebrüder und vettern / Grafen zu Schwartzburg / deßgleichen ihre eheliche leibes-erben / und derſelben erbes-erben / Grafen und Gräfin / mehr vorbeſagten und ob ſpecificirten Gräflichen Honſteiniſchen namen / titul / wapen / ſchild und helm / zu- und neben den ihren in allen und jedlichen Gräflichen ehrlichen / redlichen / ritterlichen ſachen und geſchäfften / zu ſchimpff und zu ernſt / in ſtürmen / ſtreiten / kämpffen / thurniern / geſtechen / gefechten / ritterſpielen / feldzügen / panieren / gezelten / auffſchlägen / inſiegeln / petſchafften / begräbnüſſen / gemählden / geprägen auff der müntz / und ſonſt an allen orten und enden / nach ihren ehren / nothdurfften / willen und wolgefallen / in ewigkeit gebrauchen

und

und genieſſen ſollen und mögen/als andere Gräfliche geſchlechter ſolches alles haben/ſich deß zu gebrauchen und genieſſen/ auch vor dieſem die Grafen zu Honſtein (als viel ihren namen/ titul und wapen/ ſchild und helm belanget/) genoſſen und gebrauchet haben/ von recht oder gewonheit wegen/ von allermänniglich unverhindert.

§. IX. Galeæ coronatæ clypeum hunc premunt tres: *media Schvvarzenburgicum* leonem exhibet conſidentem vel juxta diploma imperiale potius στεγομένη leonis, pedibus anterioribus extenſis, fronte adverſa, coronam & ſuper eam pavoninas pennas capite geſtantem: quæ circumvolitant laciniæ auro & atro colore tinguntur: quales etiam circa *anteriorem* galeam ſunt: ſupra quam inter duo rubea cornua cervina aquila nigra apparet, *Arnſtattina* & *Sondershuſia* ſymbola: *Læva* galea iterum inter duo cornua cervina, alterum argenteum, coccineum alterum, caudam pavoninam monſtrat, laciniis itidem cocco & argento pictis. *Honſteinio* laterculo hæc caſſis reſpondet. Et quidem Erneſtus Honſteinius duas galeas utramque coronatam geſtabat, alteri cornua alteri caudam iſtam imponens. Galeæ.

§. X. *Telamones* ſcuto adduntur vir & fœminea ſylveſtres nudi, obſcœna foliis velati, & fronde capita redimiti: manu uterque gerit vexillum, ex rubro & argento bipertitum. Telamones.

§. XI. In aureis numis circa crucem vidi repræſentari quatuor ſcutula, cornua, aquilam, cervum & teſſellas, quæ in ſcuto reperiuntur, repræſentantia: & in media cruce aliud cum leone Schwarzburgico: Galeis autem adjiciuntur furca & raſtrum. Scutula juxta poſita

§. XII. Titulus, quo nunc uti conſvevere, ille eſt: *Quatuor Comitum Imperii, Comes in Schvvarzburg & Honſtein Dominus in Arnſtatt, Sondershauſen, Leutenberg, Lohra & Clettenberg*, &c. **Der vier Grafen deß Reichs/ Graf zu Schwartzburg und Honſtein/ Herr zu Arnſtatt/ Sondershauſen/ Leutenberg/ Lohra und Clettenberg.** De titulo quatuor Comitum S. R. Imp. conſuli poteſt ſupra laudatus Celeberr. D. *Fritſchius* in *ſupplem. Speidelio-Beſoldiano* voce **Schwartzburg.** nec non pecul. diſcurſu, *in volum. 1. Var. exercit. jur. publ.* n. 14. Tituli.

§. XIII. Quæri etiam poſſet, annon Heldrungii veteres cum Schwarzburgicis ejusdem fuerint gentis ob convenientiam inſignium? Baltheus enim Heldrungiæ inductus areæ diſcerniculum eſſe potuiſſet. Sed nihil definio. Conjectura de Heldrungiis.

Caput XXXV.

Com. de Sulz.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Nobiles Sulzii Alſatiæ. Comitum ſucceſſio.*
2. *Scutum.*
3. *Sulz. Alia loca ejus nominis.*
4. *Brandis.*
5. *Galea.*
6. *Medium ſcutulum.*
7. *Titulus. Kletgovia. Landgraviatus. Thüngen. Monclar. Mainzberg.*
8. *Judex Rotvvila.*
9. *Titulus vetuſtior.*

§. I.

Sulziorum Comitum Illuſtriſſimorum (alia equitum hoc nomine in *Alſatia* familia eſt, cujus inſignia à *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 196. referuntur bipertita, videlicet ex cyano & auro, quorum illi ſtella & luna bicornis cornibus deorſum verſis ex eodem metallo inſcribuntur) familia apud Doctiſſ. *Gabr. Bucel. Germ. T. IV. p. 269.* refertur ad *Alvicum* (quod nomen inprimis huic ſtirpi familiare fuit) circa 910. celebrem. Inde aliorum mentio fit, ſed dubia ſerie generationum. Ex illis ſunt *Alvicus* Abbas divitis Angiæ 958. *Alvicus* Fabarienſis 974. *Alvicus Epiſcopus Argentinenſis* 1006. mortui. Certior deductio eſt ab *Hermanno* cognomento *juniore*, qui gratia plurimum apud Rudolphum Imp. valuit: quo natus *Albertus*, hoc *Hermannus*, Hermanno *Hermannus IV.* pater *Rudolphi* primi *Kletgoviæ Landgravii:* quo editus poſt alios *Alvicus*, qui ab uxore *Verena Brandiſiam* hereditatem acquiſivit. Hic denuo pater fuit *Rudolphi*, is *Ioanni* Familia. Nobiles Sulzii Alſatiæ. Comitum ſucceſſio.

Ioannis Ludovici, hic *Alvici*, hic *Caroli Ludovici*, cui nupſit *Dorothea Catharina Saynenſis*. Iſti parentes fuere *Alvici* & *Caroli Ludovici Erneſti*, à quibus duæ lineæ.

Scutum. §. II. Inſignia deſcribuntur à *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 16. Et quidem ſunt quadripertita. Prima area & quarta transverſe *argento* & *cocco diſtinguitur*, *tribus cuſpidibus rubris aſcendentibus*, *in caput ſcuti argenteum.* Secunda & tertia *argentea* continet *titionem nigrum* ſed *ardentem*, diagonaliter ſeu in balthei modum locatum.

Sulz. Alia loca ejus nominis. §. III. Prior teſſera *Sulzium* deſignat Comitatum non procul *Scaphuſia.* Alia ejus nominis loca plura ſunt, & ab hoc Comitatu Sulzio diſtinguenda: ita *Sulz* ſitum prope Gebwiler in Rubeaquenſi ditione in *ſuperiori Alſatiâ*, in *inferiori Alſatia* duo ejusdem nominis reperiuntur, alterum prope Molsheimium, alterum Fleckenſteiniorum inter Hagenoam & Weiſſenburgum: aliud in *VVirtembergico* agro ad Nicrum non procul Tubingâ, aliud in *Thuringia* ad Ilmam.

Brandis. §. IV. *Titio* notat alluſione ad nomen evidenti Dominium *Brandis* in *VValgovia.* conf. Wapenb. P. 2. p. 32. Hoc familiæ obtigit matrimonio *Verenæ*, Ulrico Dn. de Brandis natæ, & *Alvici C. Sulzii 1477.* Integrum illorum Dominorum non vidi genealogiam. Tres ex ea gente Epiſcopi notantur, *Henricus* & *Mangoldus Conſtantienſis*, ille 1383. hic 1385. mortui & *Ortliebo Curienſis* 1491. defunctus. Ditiones Rhætis ſunt conterminæ. vid. *Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 348.* Inprimis inter eas eſt dynaſtia *Vallis dulcis* ſeu *Vaduz* in Eſthionibus (conf. *Stumpf. Chron. Helvet. L. 10. cap. 30.*) nec non *Schellenberg*, quæ à Sulziis emere Comites Emſii ſeu Altemſii (Hohenemſ.) Præterea Dominium *Blumeneck*, quod Sulzii vendidere cænobio Weingartenſi. De his *Brandiſiis* etiam actum eſt ſupra c. 5.

Galeæ. §. V. *Galeæ* ſcuto inſiſtunt duæ coronatæ: prior *Sulzia* cum tiara Epiſcopali iisdem cuſpidibus argenteis & rubeis diſtincta, laciniis etiam ſimilis tinctura: poſterior *Brandiſia*, cum erecto titione nigro ardente. Phaleræ ſunt nigræ & argenteæ.

Medium ſcutulum. §. VI. Huic ſcuto quadripertito, quod in moneta vidi, jam additur *medium ſcutulum*, cujus tamen figuram ſatis diſcernere non potui, unde neque hic exprimere: Videtur tamen tres mergites referre.

Titulus. §. VII. Titulus eſt: *Comes in Sulz*, *Landgravius Kletgoviæ*, *Dominus in Thüngen*, *Monclar & Münzburg* ſeu potius *Mainzberg*, *S. R. Imp. hereditarius aulicus judex* (Erbhofrichter) *Rotvvilæ. Kletgovia* ſeu *pagus Latobricus* à Scaphuſia juxta Rhenum ad quatuor milliaria verſus Waldshutam protenſus ad finem nigræ ſylvæ, ſed fertilis, licet nec in eum nec ex eo ullus fluvius fluat. *Landgraviatus* titulo cluit (ſed principali tamen dignitate non inſigniti. Conf. *Limn. Iur. publ. 4, 4, 79.* Unde etiam notat, eos aliquando ſimpliciter ſe Comites Kleggoviæ dixiſſe, & ob hoc etiam Comitatus Sulzii nomen præponere,) Ob eum Comites Sulzii ſunt *cives Tigurini.* conf. *Zeiler. Itin. Germ. P. 2. p. 406.* Ubi addit, alias vocari Comitatum *Thüngen* & *Balm.* Verum *Thüngen* ad Zollerios delatum oportet, qui quæ imperio debentur jus nomine ſolvunt. Porro ditionem hanc obtinuere Sulzii matrimonio Rudolphi Comitis, cum filiam Joannis Habſpurgii, ſuæ lineæ ultimi Landgravii Cletgoiæ, duxiſſet. De *Thüngen* diximus. *Monclar* in poteſtate familiæ Sircanæ fuit, nec non *Mainzberg* in confiniis Trevirorum & Lotharingorum ſita. Ea vero dominia poſtea matrimonio Eliſabethæ Sircanæ & Gerhardi C. Saynii ad familiam *Sayniam* devenere. Demum cum Henricus ultimus 1606. mortuus eſſet, & alterius fratris Hermanni filia ſuccederet ſola in Comitatu *Saynenſi*, alterius fratris Adolfi filiæ Carolo Ludovico C. Sulzio nuptæ ſeu ejus liberis hæc dominia conceſſa ſunt.

Tûngen. Monclar. Mainzberg. Kletgovia. Landgraviatus.

Judex Rotvvilæ. §. VIII. Dignitas *Indicis Rotvvilenſis* ex eo eſt, quia cum Conradus III. Rotwilæ 1146. vel 1147. Cæſareum Judicium aulicum inſtitueret, quod jus *Svevico*, *Franconico*, *Auſtriaco* & *Rhenano* circulis (in quibus tamen plures ſtatus jurisdictioni ejus exemti ſunt) dicit, præſidem ſeu prætorem judicii Comitem conſtituit Sulzium, quod officium hactenus poſteri ſemper ab Imperatore feudo accepere. conf. *Zeil. Itin. Germ. P. 2. p. 474.*

Titulus vetuſtior. §. IX. Vetuſtiorem titulum vidi: *Comes de Sulz*, *Blumeneck & Vaduz*, *Dominus in Schellenberg*, *Kletgoviæ Landgravius*, &c. Poſtquam autem 1611. Rudolphus Comes *Vaduzia* bona, ut vidimus § 4. vendidit, in titulis omiſſa leor.

CAPUT

CAPUT XXXVI.
Pincernæ & Dn. de Tautenberg.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. De Vargila. Rami. Thuringicus. Belgicus.*
2. *Inſignia ex Chiffletio.*
3. *Fürſtio.*
4. *In matricula.*
5. *Pincernarum titulus.*

§. I.

INcluta Pincernarum & Dominorum de *Tautenberg* ſeu *Tautenburg* gens Thutingica, quam 1590. à *Bartholomæo Clamorino* peculiari tractatu deſcriptam accepi, *Romanæ* originis eſſe perhibetur, & olim de *Varila* ſeu *Vargila* ſeu de *Saleck* titulum geſſit. Prima memoria eſt *Alberti* pincernæ, qui uxorem habuit *Oddam* ſeu *Attham* filiam *Friderici Burggravii Miſnii*, quo natus dicitur *VVilhelmus*, ſupremus aulæ Henrici IV. præfectus 1042. Inter poſteros plurimi claruere armis & alia virtute clari viri. Inprimis *Ioannes Tautenburgius* Georgii Saxoniæ Ducis in Friſia vicarius fuit, & duos reliquit filios, totidem ramorum *Thuringici* & *Belgici* autores, *Ioannem* atque *Georgium*. *Illius* pronepos totam familiam morte ſua 1640. clauſit *Chriſtianus*, cujus Dominia *Tautenburg* & *Frauenbriſmiz* ad Saxonicam domum relapſa, nunc etiam à Duce Saxonico Mauritio poſſidentur. *Georgius*, qui *Eques aurei velleris* 1531. aſcitus eſt, Friſiamque & dein Grœningam rexit, pater fuit præter alios *Friderici* Epiſcopi Ultrajectini, qui 1580. ſeu 1582. deceſſit, & *Ioannis*, quo genitus eſt *Iodocus Belgicæ* hujus lineæ marium extremus 1615. à ſicariis occiſus, cujus ex ſorore Levina nepos *Adrianus de Mangelaer* pincernæ & Domini de Tautenburg titulum aſſumſit. Familia. De Vargila. Rami. Thuringicus. Belgicus.

§. II. Inſignia *Chifflet. Inſign. Aur. Vell. n. 181.* ita deſcribit: *Scutum denis diagonalibus taniolis ex argento & cyano exaratum. Galea auro coronata. Apex binæ promuſcides dorſis obverſis ſcuti modo taniatæ. Laciniæ argenteæ & cyaneæ.* Inſignia ex Chiffletio.

§. III. In *Fürſt.* Wapenb. P. 3. p. 44. tæniæ *quatuor* tantum pinguntur cæruleæ in argenteo clypeo, & quidem pro dextris *ſiniſtræ*, tum loco cornuum, ſeu ut Chifflletius vocat promuſcidum, ex coronata galea protenditur *jugum alarum* tæniis ſcutariis exaratarum. Fürſtio.

§. IV. Recenſentur inter Ordines Imperii in *matricula* apud *M. Zeil. Itin. Germ. P. 2. p. 26.* Sed quod *Domus Saxonica* eos cum onere *exemerit*. In matricula.

§. V. *Pincernarum* (Schencken) nomen dicitur ex munere eſſe, quod vel apud Imperatorem ſeu potius Francorum aut Thuringorum Reges geſſerint. Ex *Peccenſtein. Limn. Iur. Publ. T. IV. add. ad 4, 7. p. 558.* Pincernarum titulus.

CAPUT XXXVII.
Com. de Taxis ſeu *Taſſii.*

ARGUMENTUM.

1. *Autores. Zazzera. Lopez. de Haro. Chifflet.*
2. *Putcani inſcriptio.*
3. *Origo. Ex Turriano.*
4. *Lamoratus Turrianus gentis autor.*
5. *Deductio ſtirpis. Linea ex Simone, Comites.*
6. *Linea ex Antonio & Gabriele.*
7. *Scuti augmenta. Taxus.*
8. *Diſcernicula naturalium.*
9. *Diſcerniculum linea Com. de Villamediana.*
10. *Scutum Marchionum de Paul. Paluzzii de Albertoni. Gotifredi. Matthæi.*
11. *Antonii M. de Paul. majores.*
12. *Scutum Antonii. Simonis. Neuhauſii. Cafarelli.*
13. *Corona. Diadema tortile. Cauda pavonina. Cornu venatorium. Telamones. Symbolum.*
14. *Scutum hodiernum Comitum.*

§. I.

POST *Franciſcum Zazzeram* Neapolitanum, & *Alfonſum Lopez de Haro* Hiſpanum, qui prolixe illuſtrarunt Illuſtriſſimam *Taſſiorum* ſeu *Taxiorum* familiam, Autores. Zazzera. Lopez de Haro.

Chifflet. ejusdem decora Nobiliſſ. *Iulius Chiffletius* juſto commentario (titulo *les Marques d'honneur de la Maiſon de Taſſis* edit. Antverp. 1645.) explicuit, ex quo pleraque huc tranſtuli.

Puteani inſcriptio. §. II. Meretur vero ante omnia huc adſcribi inſcriptio ſtylo Celeb. *Ericii Puteani* concepta, ut præfigeretur portæ ſacelli ſepulcralis hujus domus in civit. Bruxellenſi, quod quæ de ea dicenda ſunt compendio fere exhibeat. Ita autem ſonat: *Taſſiorum originem, virtutem, gloriam lege, quisquis magna aut capis aut miraris. Origo apud Bergomates ab antiquo illuſtris fuit: virtus una urbe claudi neſcia, gloriam tota Europa peperit. Sic nati, evecti, inclyti, Auſtriæ familiæ annis jam ducentis incorrupta fide & obſequio vixerunt, apud Cæſares curſorum magiſtri: quod munus & inveniendo ſibi vindicarunt, & adminiſtrando magis meruerunt: honores item aliis togæ & ſagi: nunc legati ad Principes exteros, nunc à conſiliis ſtatus & belli, nunc provinciis præfecti: Comites, Marchiones, ac liberi Barones Imperii. Sed iſta origine, virtute, gloria, viros mori, hoc monumentum indicat.*

Origo. §. III. Quod *originem* gentis attinet, omittimus conjecturas de *Taxi* R. Hungarorum, qui 949. copiis ſuis Italiam invaſit, & decem modios numorum à Berengario R. Italiæ accepit, atque forte aliquem ſuorum poſt ſe reliquerit gentis ſatorem. Sed certioribus acquieſcimus documentis, quibus ea ex *Turrianis*, (Mediolano hi aliquandiu imperarunt) deducitur. Quod horum attinet originem altiorem, de ea L. 2. cap. 102. de Comitibus Turriis ſeu de Thurn actum eſt. Hic ſufficiat notaſſe, quod *Guido Turrianus* (qui 1311. mortuus eſt) feudo *Mediolanum* ab Imperatore tenuerit, & genuerit *Franciſcum*, Henrico VII. adverſum, qua cauſa gens deinde oppreſſa eſt, *Simonem, Nardinum, Annuratum, Guidettum* & *Lamoratum*, quorum ultimus huc ſpectat novæ ſtirpis & nominis autor.

Ex Turrianis.

Lamoratus Turrianus gentis autor. §. IV. *Lamoratus Turrianus* Mediolanenſi ditione excedere adverſæ partis potentia coactus ad Bergomenſes migravit, & in *valle Cornelia* ſedem fixit, ubi mons vicinus eſt *Taxus (Taſſo* ſeu *Taz)* qui animalibus ejus nominis inprimis abundat, (quæ ratio aliquando inſignium eſſe ſolet, ut vidimus Part. gen. c. 2. p. 116.) quorum venatione *Lamoratus* otium fallere ſolebat. Inde nomen & ſcuti figuram orta qui credunt, aliis rectius arbitrari videntur. Ejus in valle Cornelia ſepulti hoc Epitaphium Zazzera habet: *D. O. M. Ex antiqua & nobili familia de Turrianis ortus Lamorat Taſſus nuncupatus, fortunæ parens, invicto animo, belli indefeſſus, pacis amator, privatam gerens vitam, hic in Domino reſurrecturus expectat.* Nec indigna eſt quæ legatur ejus vita proſopopæia eleganti deſcripta apud *Chifflet.* P. 1. c. 4. p. 52.

NATVS ego Inſubrum claro de ſanguine, nomen
Cui TVRRIS (clypei priſca figura) dedit:
Cum patre & agnatis laribus depulſus avitis
Tentavi antiquas vi reparare domos:
Sed fruſtrà, Henrico ſceptrum moderante Quiritum,
Hoſtem qui nummis juvit & auxiliis.
Cumque ſuas paſſim jactarent ambo cruore
Natorum & noſtro tingere velle manus;
Me tandem in montem TAXVM cum ſtirpe recepi,
Hoſpitiumque mihi Bergama terra fait.
Ipſe locus, nomenque jugi, nomenque ferarum,
TAXI cognomen mox peperere mihi,
Id fuit in numero fratrum diſcrimen, & hoc me
Diſtingui paſſim nomine fama tulit.
Hinc nati dicti ſunt TASSI, horumque nepotes
Iuſſi fortunæ ſymbola ferre meæ:
Dum riſit, dixi, hanc turrito in vertice ſcuti
Signate, & gemino flore notate genus;
Ejusdem porrò fati adverſantis, in ipsâ
Aucti à me clypei cuſpide ferte notam.
Et quoniam ſoleo venatu avertere curas,
Iactura ut liceat non meminiſſe meæ;

Si ſa-

Digitized by Google

Si ſapitis, TAXI, toties quem dextera fixit,
Continua ante oculos forma ſuperſtes erit.

§. V. Lamorato natus eſt *Franciſcus*, hoc *Franciſcus II.* pater *Rogerii*, quem omnes hujus gentis communem patrem agnoſcunt. Hic ad *Fridericum III.* Imperatórem in Germaniam ſe contulit, ejus factus cubicularius & *rei venatoriæ præfectus*, qui primus gradus fuit dignitatis, qua dein non uno modo apud familiam Auſtriacam Taſſii gaviſi ſunt. Rogerio nati *Franciſcus*, *Simon*, *Antonius & Gabriel. Ille ſenior* ob nepotem dictus, in aula Friderici patri ſucceſſit; reliqui trium linearum fuere autores. *Simon* filios habuit *Franciſcum* juniorem, *Rogerium & Ioannem*; *Franciſco* Maximilianus in præmium meritorum propriorum & patrui contulit feudo *magiſterium veredariorum* ſeu *Poſtarum* quas vocant in omnibus ditionibus ſuis, quas poſſideret, & quas deinceps acquiſiturus eſſet. Inde perpetuus aulæ comes fuit apud Maximilianum I. nec non Philippum & Carolum, filium atque nepotem, demum mortuus eſt 1518. ἄγαμος. A fratribus autem duo rami prodiere. *Ioannes* illum ex ſe dedit, qui eſt *Baronum de Rotenfels*, qui Poſtarum præfecti *Auguſtæ*. *Rogerio* autem nati ſunt *Ioh. Baptiſta*, *Maphæus*, *David & Simon*; Ex illis *David* in *Tiroli* manſit, & Tridenti ſedem fixit, tum à Maximiliano præfectus eſt caſtello S. Felicis Veronæ, cæterum heri ſui amore omnia ſua peperdidit, unde filius *Rogerius 1540.* à Carolo V. *præfectura Poſtarum* donatus eſt, *Venetiis* ſede aſſignata; eo natus *Ferdinandus* paternæ functioni ſucceſſit, & *Octavium* denuo ſucceſſorem reliquit. Cæteri tres fratres 1518. à Carolo V. privilegium accepere, ut in ipſius & maternis regnis tanquam inquilini omnibus juribus fruerentur civium. Ex reliquis *Maphæus* Poſtarum Magiſter in *Hiſpania* tantum filias reliquit, *Simon* poſtarum generalis præfectus *Mediolani Antonium* genuit *Marchionem Pauli*, à quo illa linea. *Iohannes Baptiſta* autem præter *Ioannem Baptiſtam* Commendatorem Ord. S. Jacobi & Philippi II. Oratorem ad Regem Franciæ, atque *Rogerium* Decanum Antverpienſem genuit *Raymundum* in aula Philippi II. gratioſum (patrem *Philippi Archiepiſcopi Granatenſis*, *Petri* Eq. S. Jacobi, celebris bello Ducis, atque *Iohannis 1603.* primi *Comitis de Villamediana* creati, qui pacem inter Hiſpanos & Anglos ſanxit, & filium *Ioannem II.* Comitem reliquit ſed ἄπαιδα,) atque *Leonardum*; Hic gratia Philippi II. & III. floruit, quam fide promeruerat, nec non *L. Baro Imperii* à Rudolpho inter cubicularios allectus eſt, moriens 1612. filium reliquit *Lamoralium primum Comitem*, iterum Matthiæ Imperat. Camerarium, nec non poſtarum præfectum hereditarium, cui ſucceſſit filius *Leonardus Comes* pater Illuſtriſſimi *Lamoralli Claudii Franciſci* Magiſtri Veredarium hereditarii per Germaniam, Belgium, &c. avus Illuſtriſſimorum Comitum, qui nunc etiam clarent.

Deductio ſtirpis.

Lineæ ex Simone Comites.

§. VI. Hi poſteri fuere *Simonis*, quod vero reliquos fratres ejus attinet, *Antonium & Gabrielem*, illo *Matthias* natus eſt, pater *Ferdinandi*, *Philippi & Ioſephi Baronum*; *Gabriel* autem *Ioſephum & Ludovicum* filios habuit, quorum hujus poſteritas defeciſſe videtur; à *Ioſepho* vero linea *Baronum* deſcendit, *Dominorum de VVeſchenbeuren*, qui poſtæ præfecti hereditarii ſunt in anterioribus ditionibus Archiducalibus.

Lineæ ex Antonio & Gabriele.

§. VII. Quod attinet inſignia, memoratus *Chiffletius* P. 1. c. 2. illam mutationem, quæ ſucceſſive facta ſit, recenſet. Primo *Turrianam* fuiſſe teſſeram, turrem poſt quam duo ſceptra liliata decuſſatim locantur. Inde poſtquam ex illa ſtirpe ramus *Taſſiorum* exiit, (uti ſuperioribus ſeculis inſolens non fuit, minores natu plane aliis uti teſſeris, quod vel regia Francica domus teſtari poteſt,) ſcuto hos uſos *transverſe ſecto*, in cujus *capite* haud dubie *argenteo turris* avita ruberet, *comitibus utrinque liliis*, indicio ſceptrorum olim uſitatorum: in pede autem ſcuti *cæruleo* gradientem pictum fuiſſe *taxum* ſeu *melim* ex *argento*. Ubi vero in Auſtriacorum ditiones migrarunt, loco Turriani capitis, ſuperiorem ſcuti partem *auro* tinxere, eique inſcripſere *Maximiliani* gratia *aquilam exorientem ſimplicem*, *Regis Romani* notam; ſed à *Carolo V. 1534. aquilam bicipitem imperialem nigram diadematam.* Quæ etiam facies eſt ſcuti Taxiorum in Wapenb. P. 1. pag. 39. Eadem eſt figura ſcuti, quod Chiffletius ſuis Taxiis adſcribit, nullis aliis areolis auctum. De ipſa animalis ſpecie memorat *Chiffl.* aliquibus dubitatum fuiſſe, nec deeſſe, qui malint, ut *nefrens* vel *procellus lanatus* agnoſcatur quam *melis*. Ut ita *Mediolanenſis* origo hoc etiam ſymbolo denotaretur. Sicuti S. Ambroſius autor eſt, Mediolanum inde fuiſſe dictum, quod *aper*

Scuti augmenta.

Taxus.

Digitized by Google

media parte lanatus in urbis fundamentis feratur repertus, & *Iſidor. in Orig.* Suam in medio laneam inventam eſſe: nec non *Sidon. Apollin.* L. 7. p. 17.

Rura paludicolæ temuis populoſa Ravenna,
& quæ lanigero de ſue nomen habent.

Ex male formata autem ſuis imagine taxum natum, quales errores hinc inde etiam obſervare in proclivi eſt. De *taxo* autem mea ſententia nomen familiæ nos dubitare vix ſinit.

Diſcernicu-lum natu-talium.

§. VIII. *Diſcernicula* à gente hac uſurpata eſſe, apud *Chiffletium* non vidi, (quod ex eo inprimis eſt, quia plerique in diverſas regiones receſſere, ubi diſcernicolorum uſus non ſolet neceſſarius haberi,) niſi quod attinet *naturales*. Nam P. 3. c. 14. 15. 16. p. 206. & ſeq. *Philippo Taxio* filio naturali Johannis Taxii C. de Villamediana *Abbati de Hitero* in Navarra tribuit ſcutum Taxium, *ſtella* decem radiorum *argentea* meli ſcutariæ ſubpoſita; alii *Philippo Equiti S. Iacobi* loco ſtellæ *lunulam* tribuit *argenteam:* Prioris autem Philippi fratri *Ioanni* dat ſcutum Taxium *linea diagonali ſiniſtra* fractum, qui alias modus ſolemnis eſt, quo notantur natalium defectus.

Diſcernicu-lum lineæ C. de Villa-mediana.

§. IX. In linea *Comitum de Villamediana* ſoli *Petro* Eq. S. Jacobi tribuit ſcutum auctius, quadripertitum videlicet ex Taſſio ſymbolo & *Acugnio*, quod aſſumſit, forte diſcernendi cauſa propter matrem *Catharinam de Acugna* ſeu *Acunna:* conſtans novem cuneis ſeu triangulis minutis, cum limbo quinque ſcutis Luſitanicis ornato.

Scutum March. de Paul. Paluzziide Albertoni. Goufredi.

§. X. Soli lineæ *Marchionum de Paul* Chiffletius ſcutum plenius tribuit, quatuor videlicet areolarum; ex quibus prima *Taxiorum* ſeu *Taſſiorum* gentilis eſt: Secundus laterculus, qui deſignat familiam *Paluziorum de Albertoni*, in cephalo aureo, quem ſuſtinet faſciola cærulea, refert leonem gradientem rubeum coronatum: laterculi pede rubeo, tribus cantheriis aureis impreſſo. Tertia quadra familiæ *Gotifredi*, rubea continet leonem vario vellere indutum, capite, juba, corona, lingua & falculis aureis, quibus arreptum tenet librum privilegiorum clauſum, & ligatum purpureum, quinque clavis aureis in decuſſim diſpoſitis munitum, exteriori ſuperficie argentea (*ayant la tranche d' argent.*) Extrema area *Mattheorum* teſſeram exhibet, teſſellata argento & cyano, baltheo dextro aureo toti incumbente, cum cephalo ſcutario aureo aquilam Imperii ſimplicem continente.

Matthæi.

Antonii M. de Paul majores.

§. XI. Hoc ſcutum, quod fuit *Antonii II. M. de Paul*, avos & avias ejus exhibet, quos huc annotare neceſſe eſt:

Antonius de Taſſis M. de Paul.	Simon de Taſſis M. de Paul.	Antonius de Taſſis M. de Paul.
		Lavinia f. Pauli Gotifredi.
	Maria Paluzzi Albertoni.	Jacobus Paluzzi Albertoni.
		Victoria Matthæi.

Ex his facile colligere eſt, quos deſignet ſcutum. Gentem de *Paluzziis* commendat Chiffletius ab illuſtri antiquitate, & quod ex ea deſcenderit *Ludovica Paluzzia*, quæ 1533. defuncta ſit in opinione ſanctitatis, quamvis canoniſationem ob defectum documentorum familia nondum obtinuerit.

Scutum Antonii Simonis.

§. XII. Ex eadem linea *Antonio* equiti Alcantaræ Antonii modo dicti patruo Chifflet. Taſſiorum ſcutum tribuit, ſed cum limbo numis byzantinis decem impreſſo. *Simoni* ejus fratri Antonii parenti quadrifidum ſcutum aſſignatur; in cujus primo laterculo *Taſſia* ſunt ſymbola, in ſecundo *Gotifredia*, in tertio *Neuhauſia*, in quarto *Cafarellia*. Rationes iterum ſunt ex progonologica tabula:

Neuhauſii. Cafarelli.

Simon de Taſſis M. de Paul.	Antonius de Taſſis M. de Paul.	Simon Turrianus de Taſſis.
		Magdalena de Neuhauſen,
	Lavinia Gotifredi.	Pompejus Gotifredi.
		Victoria Cafarelli.

De *Gotifredia* teſſera nihil porro dicendum, quando ea §. 8. explicata eſt. *Neuhauſia* conſtat argento inducto baltheo teſſellato triplici ductu teſſellis coccineis & atris. Ea Karſtiæ vel Com. Goritienſis in Foro Julii eſt familia, quæ eadem exiſtimatur cum ſtirpe Baronum de Tſchernembel. conf. L. 1. c. 93. n. 2. 3. & L. 2. c. 59. n. 9. Notandus hic error ex Germanici noſtri idiomatis inſcitia à Zazzera & poſt illum Chiffletio commiſſus, cum Magdalena Neuhauſia dicitur de *Renaus* ſeu de *Renauſen*, quod ſonet Caſtelnovo ſeu Caſteauneuf. Hoc vero non ſignificaret vocula Renaus ſed *Neuhaus*.

Digitized by Google

Neuhaus. Quod *Cæsarellos* attinet Romanos, eorum scutum *Silv. Petrasanctæ* ita enunciat: *aureus leo in parmulæ bipertitæ dextero semisse, & in semisse lævo quaternæ pinnulæ trigonæ, coccineæ aureæque, cum cephalo scutario aureo, in quo expanditur aquila nigra simplex.* Demum *Antonio* primo Marchioni de Paul eodem autore clypeus datur ex Tassia & *Neuhausia* tessera quadripertitus.

§. XIII. Quod jam attinet *apicem* his scutis Tassiis debitum, in *Sibmach.* Wapenb. l. c. præter coronam galea *diademate tortili* ex auro & cæruleo tegitur, quod etiam imago *Lamorati* apud Chiffletium agnoscit. Supra coronam eminet *cauda pavonina*, (quam quidem Chiffletius in orbem figurat) & ei inprimitur *cornu venatorium aureum* (in Wapenb. perperam *nigrum* pingitur) *cocco ligatum*: Sunt qui illud denotandæ dignitati, qua *veredariorum præfecti* sunt, servire credunt. Verum à *Fr. Zazzera* refelluntur, quia Lamoratus Turrianus jam cornu hoc apici imposuerit: *Onde errarono molti, in credere che i Signori di questa famiglia levassero il cornetto, come padroni delle poste; poiche avanti che fossero Corrieri Maggiori le portavono sopra le loro arme; come quello che significa in loro, il Dominio delle valle del Cornello, nella medesima guisa che il Tasso per la montagna del Tasso. Vnde multi errant, credentes, quod hujus familiæ proceres cornu apici imposuerint, tanquam veredariorum præfecti; quandoquidem priusquam cursorum Magistri constituerentur, arma hoc timbro ornabant, significando dominio vallis Corneliæ, eodem modo sicuti taxus animal montem Tasso designat.* His quod opponam non habeo. *Laciniæ* sunt in *Sibmach.* aureæ & cæleſtinæ. *Telamones* scutum tenent duo leones, quos Chifflet. inde ascitos putat, quia Comitum *Valsassinæ* scutum leonem continuit, quorum hereditas ad Turrianos delata est per *Taccii* Comitis filias Turrianis nuptas; ut ita tessera, quæ scuto non inserta fuerat, saltem circa scutum adhuc compareret. *Symbolum* familiare est: PERPETULA FIDE: quam incorruptam Austriacæ domui ultra duo secula servarunt, ejus rei testimonium à Philippo II. & aliis nacti honorificum.

Corona. Diadema tortile. Cauda pavonina. Cornu venatorium. Telamones. Symbol.

§. XIV. Ista de scuto Taxiorum, prout apud Chiffletium illud extat. Ab eo tempore ornando decori Illustrissimorum Comitum areolarum auctus est numerus, unde quadripertito clypeo nunc utuntur, in cujus quadra prima & ultima argentea ante *duo sceptra* cærulea, nodis & lilijs aureis ornata, *turris* Turrianorum rubea comparet, in secunda & tertia aurea *leo rubeus* corona, lingua & falculis cæruleis, *Valsassinæ* Comitatus indicium: unde etiam præter elogium *S. R. Imperii Comitum Turrianorum de Tassis, Comites Valsassinæ* seu *Vallis Saxinæ* indigetantur. Toti imponitur parmula cærulea cum taxo argenteo. Ex galea coronata protenditur explicata cauda pavonina oculis suis resplendens, impresso cornu venatorio aureo, cocco ligato. Laciniæ circumvolitant argenteæ & coccineæ: scutum vero tenent duo leones aurei linguis sanguineis.

Scutum hodiernum Comitum.

Caput XXXVIII.

Episcopus Tridenti.

ARGUMENTUM.

1. *Tridentum. Episcopi.*
2. *Scutum.*
3. *Episcopatus bona. Pacta cum Austriacis Immediatas. Officiales. Querelæ.*
4. *Capitulum.*
5. *Famil. de Alberti.*
6. *Apex.*
7. *Apex famil. Albertiæ. Significatio.*

§. I.

Tridentum urbs antiqua ad Athesin in confiniis fere Hermaniæ & Italiæ sita, nobilis Episcopatus caput est. De Episcopis prolixe scripsisse *Ianum Pyrrhum* testatur Celeb. *Bucel. Germ. T. 1. 48.* qui etiam eosdem enumerat, nec non Illustrissimus Comes *Franciscus Adamus Brandisius* Tirol. Adlers Ehrenkr. p. 1. Primus allegatur *Iovinus*, quem 45. post ascensionem Domini anno *Hermagoras* S. Marci discipulus & Aquileiensis Episcopus Ecclesiæ huic præfecerit. Post eum alii antistites enumerantur usque

Tridentum. Episcopi.

usque ad *Vigilium* Romanum nobilem, qui ſub Honorio Imperatore 383. cum fratribus Claudiano & Majoriano in has oras venit, & ab Abundantio Aquilejenſi Patriarcha commiſſam Epiſcopen ſuſcepit, multoque ſtudio idololatriam extirpavit, tandem in valle *Rendena*, cum Saturni ædem deſtrueret, ab incolis gentilibus lapidatus. Ultimi Epiſcopi fuere tres ordine *Madruzii*, quorum duo Cardinales, *Sigismundus Franciſcus* Archidux *Auſtriacus*, *Erneſtus Adelbertus C. Harrachius* Cardinales, *Sigismundus Alphonſius C. de Thun* Epiſcopus Brixienſis, & qui nunc tiaram geſtat Reverendiſſimus & Celſiſſimus *Franciſcus S. R. Imp. Eques de Albertis*.

Scutum. §. II. Scutum Tridentinum *argenteum* eſt impreſſum *aquila nigra*, cujus roſtrum & pedes auro coruſcant, quæ etiam circulorum foliatorum in alis tinctura eſt; tota vero aquila rubeis flammulis vel ſanguineis guttis ſpargitur, qui etiam linguæ protenſæ color eſt. conf. Wapenb. P. 1. pag. 12.

Epiſcopatus bona. §. III. Hic Epiſcopatus non unius Principis liberalitate crevit. Præfatus Comes Brandiſius teſtatur, *Theodoſium Auguſtum* poſt ſuſceptum 378. baptiſmum donaſſe valles *Legerinam & Vrſinicum*. A *Carolo M.* donatam eſſe urbem *Reiff* & Dominium *Iudicariam*: ſed à *Conrado* civitatem *Bolzanum* ſeu *Botzen*. Poſtea non unam calamitatem diæceſis ſenſit; poſtquam vero Sereniſſima *Auſtriaca* Domus Tirolim obtinuit, Epiſcopatui omnia reſtituit. Inde Albertus Ortenburgius Epiſcopus 1365. Albertum & Leopoldum Duces Auſtriæ tanquam Tirolenſes Comites ſcriptis literis

Pacta cum Auſtriacis. ſuæ diæceſeos *Advocatos* agnovit, & eos ſuæ etiam aſſiſtentiæ certos reddidit. Alia quoque pacta inita ſub Friderico IV. Maximiliano & Ferdinando I. Conſtitutum etiam 1511. ut Epiſcopatus nomine legati in *provincialibus Tirolenſibus dietis* comparerent, ubi de pace, ſalute & defenſione patriæ ageretur, nec non ut ejus nomine certa quota ſolveretur, viciſſim Domus Auſtriaca, quod diæceſis debet, ipſa ſolveret. Qua de cauſa *receſſus Comitiorum Auguſtanorum 1548.* legendus eſt. Hæc vero non

Immediatas. impediunt, quo minus Epiſcopatus, cui ſecuritas ab Auſtriaca protectione major eſt, *immediate ſua* gaudeat, ſuoque in Comitiis loco & ſuffragio fruatur. Officiales

Officiales. ejus recenſet Bucelinus, quod *pincernæ hereditarii* ſint Comites *de Thun*, *Mareſcalli*

Querelæ. Barones *de Firmian*. De *querelis* Epiſcopatus adverſus Archiduciſſam Claudiam, jus ſuum ultra quam par videatur extendentem, ad imperium delatis legatur *Ioh. Limn. Iur. publ. T. IV. add. ad 4,7. p. 486. ſeq.*

Capitulum. §. IV. Capitulum conſtat nobilibus, qui ex utroque latere avorum fidem facere queant, & literatis, qui quinquennium literis operam dederint. Ejus ſcutum Brandiſius Comes repræſentat templi ſtructura inſigne.

Famil. de Albertis. §. V. Moderni Epiſcopi clypeus quatuor lateculis conſtat: ex quibus primus & ultimus Epiſcopalem aquilam defert: reliqui duo teſſeram Epiſcopi gentilem repetunt, quæ nobiliſſimæ familiæ de *Albertis* à Ferdinando I. Imp. 1558. cum expreſſione nobilitatis à quatuor avis paternis & maternis de novo conceſſa eſt. Conſtat vero ea areola, quam trabs ſeu faſcia anguſtior aurea ſeu ctocea transverſa permeat, inferiori parte areolæ ternis iterum palis rubeis & viridibus diſtincta, ſuperiori cærulea aquilam argenteam alis & pedibus aureis expanſis, roſtroque itidem aureo hiante, ac lingua rubea exerta, ad dexteram clypei circumferentiam ſpectantem.

Apex. §. VI. Scuto imponitur mitra Epiſcopalis argentea auro, unionibus & gemmis inſtructa, adjectis hinc gladio poteſtatis temporalis indicio inde pedo Epiſcopali.

Apex fam. Albertiæ. §. VII. Apicem Epiſcopalem alium non vidi: quod vero *Epiſcopi gentilem apicem* concernit: galea tegitur diademate tortili ex auro, argento, cocco & viridi colore, dependentibus laciniis ſ. phaleris hinc rubeis & aureis iſthinc argenteis & cæleſtinis. Imponitur vero arbor laurus cum foliis & fructibus nativi coloris. Teſſeræ autem

Significatio. illud *hieroglyphicum* obſervant: aquilæ pectus candidum denotare candorem ſincerumque animum familiæ, alas vero eximium ſcientiarum ſplendorem & merita, ob quæ merito ad accipiendam laureæ coronam in altam laurum nitatur evolare.

CAPUT

Caput XXXIX.

Com. VValdeccia.

ARGUMENTUM.

1. Com VValdeccia & Svalenberga. Advocati Paderborn. Burggravii Magdeburg.
2. Continuatio. Advocatia Paderborn. alienata. Svalenbergenſes. Hereditas ad quos. Svalenberg duplex.
3. VValdeccii reliqui Comites.
4. Continuatio. Linea hodierna.
5. Scutum Com. Georgii Friderici.
6. Stella VValdeccia.
7. Comitatus. Titulus Dei gratia. Feudalis. obſtrictio. Controverſia inde nata. Tranſactio.
8. Com. Pyrmont. Pyrmont ad Rhenum. Pirmont tanquam Petrimont. Comitatus ad Spiegelbergios, Ad Gleichenſes.
9. Ad VValdeccios. Controverſia cum Paderborn. Tranſactio.
10. Gleichium lea. Dominium Thonna.
11. Com. Culenburgica. Succeſſio.
12. Controverſia de ſuperioritate Culenburgii.
13. Præpoſitura Halberſtadia. Prioratus Joannitici.
14. Dom. VVerth. Controverſia cum Epiſcopo Monaſterienſi.
15. Dom. VVittem.
16. Controverſia de ejus ſuperioritate.
17. Pallant. Familia. Succeſſio. Controverſia de eo.
18. Galea.
19. Scutum Com. Chriſtiani Ludovici.
20. Galea.
21. Pratenſio in Rappolſteiniam ſucceſſionem.
22. Tituli.
23. Kinsvveiler, Engelsdorf, Frechem & Bachum. Lis Manderſcheidia. Controverſia cum filiabus Hohenzolleranis. Sententia Mechlinia. Sententia Camera de Kerpen & Caſtelburg.
24. Controverſia cum Pallatinis de Mariamel.
25. Succeſſio feminina in feuda Juliacenſia.

§. I.

WAldeccenſium Comitum Illuſtriſſimorum familia vetuſtate aut ſplendore vario nulli ſtirpi ſui ordinis concedit : Eam derivare amant ex *VVitikindo*, quem *Svalenbergiæ* Comitem Carolus M. 780. *Paderbornenſi* à ſe fundatæ Eccleſiæ ſeculi ejus more *advocatum*, hoc eſt, defenſorem & civilium cauſarum adminiſtratorem (de qua dignitate & more ejus ſeculi, *advocatos* ſive protectores Epiſcopatibus contra infideles inſtituendi *Alb. Stad. ad. ad ann. 798. Stumpfius L. 5. c. 3.* alii. Quam *Cujacius* maximam dignitatem fuiſſe perhibet, & inter ſumma regalia refert, tit. de Pac. tenend. f. alleg. deduct. Fiſcal. pro Waldecc.) dedit. Uti *Dav. Chytr. Chron. Sax. L. 12. in fin. Piderit Chron. Lipp. P. 2. p. 242.* & poſt hos plures aſſerunt. Hic legitur *VVidikindus* Comes *de Svalenberg & VValdeck* unus è primoribus Weſtphaliæ in *annal. ver. Franc. ann. 777.* Poſteri etiam promiſcuè illa ſervarunt nomina, donec ſtemmate diviſo Comitum de *VValdeck* pro more ævi; ramorum alter de *Svalenberg*, alter de *VValdeck* nomen retinuit. In ſpecie Witikindo huic filium aſſignant *Adelbertum*, qui Ludovici pii miles fuerit 830. & poſtea hujus filii Lotharii, ex cujus partibus in prælio Altiſſiodorenſi occubuerit 841. Huic filium aſſignant *Cunradum*, quem anno 900. *Burggravium Magdeburgenſem* conſtitutum ajunt : Cunrado dicitur ſucceſſiſſe in Comitatu filius *VVilhemus*, Conradi Ducis Francorum miles; nec non Henrici aucupis in Hunnos atque Vandalos, ſub quo etiam 938. ludis Magdeburgicis equeſtribus interfuiſſe fertur. *VVilhelmo* filius datur *Otto*, quem Rittershuſius dicit 998. ſub Ottone unum quatuor *militum imperii* conſtitutum. Eundem patrem facit *VVitikindi II. & Conradi*, quem *Magdeburgicum Burggravium 1028.* ſub Henrico IV. fuiſſe tradit, à quo nova Burggraviorum progenies, quæ in ejus abnepote 1115. Manfredo terminata ſit.

Com Waldeccia & Svalenberga. Advocati Paderborn.

Burggr. Magdeburg.

§. II. *VVitikindus II.* qui Comitiis Mindenſibus interfuit ſub Conrado Salico 1030. & uxorem habuit *Adelgundim de Pleſſe* ſororem *Imali Epiſcop. Paderbornenſis* Rittershuſio dicitur ſuſcepiſſe *Guntherum Archiepiſcopum Magdeburgicum 1077.* cujus tamen in catalogo Archiepiſcoporum locus non eſt, ſed eo tempore ſedem tenuit *VVernerus*, qui 1078. vel 1080. periit, & *Ottonem* ſtirpis progatorem. Ottoni, qui Henrico IV. 1072. adverſus Rudolphum D. Sveviæ Anti-Cæſarem adſtitit, filios dant *Henricum* (qui tamen Praſſero Witikindi II. filius) *Paderbornæ*, initio controverſia cum Henrico C. de Aslow electione, dein hoc Magdeburgenſem ſedem nacto quieta

Continuatio.

quieta adminiſtratione Epiſcopum à 1084. ad 1126. atque *VVitikindum III.* qui Henrico V. adhæſit, & pugna ad ſylvam Guelficam ſeu Welffsholtz 1115. fortiter ſe geſſit. Cum uxore Ludrida C. Arnsbergia hortante cognato *Bernardo Epiſcopo Paderbornenſi* monaſterium *Marienmünſter* circa arcem Altenburg 1128. extruxit & dotavit. 1137. Lotharium Imperatorem, alias etiam ejus comes & bene de eo meritus, in Italiam comitatus eſt, ſed 1138. extincti corpus ad ſepulturam in Saxoniam reduxit, eodemque mortuus eſt. Huic Rittershuſius filios dat *Henricum, VVitekindum, Vulquinum, Rudolphum* (qui aliis Adolfus & Witikindi V. frater, Ratisponenſibus Comitiis 1180. interfuit, & decreto ſubſcripſit) *VVitikindum* notat 1130. ſub Lothario Imp. Comitiis Goslariæ interfuiſſe, quod alii patri ipſius tribuunt. *Vulquino* denuo dat filios *Henricum, Hermannum* (qui poſt graves inimicitias cum Epiſcopo Paderbornenſi Benedictinum monaſterium ingreſſus eſt) *VVitikindum IV. & Vulquinum.* Ex his *Hermannus* expeditioni militari Henrici VI. interfuit. *VVitikindus* autem IV. ſeu V. (patruo connumerato) cum ipſo illo Hermanno & Henrico fratribus Friderico Barbaroſſæ (cujus auſpiciis pugnans etiam prius ab Henrico Leone captus fuerat *Cranz. L. 7. Metrop. c. 9.*) comes in Palæſtinam ivit, & imperatore extincto cum Ludovico Thuringiæ Landgravio in reditu 1190. mortuus eſt. Hic fratrum iſtorum conſenſu 1187. vel 1189. ut ſumtus itineris ſacri conficeret, acceptis 300. marcis auri puri *advocatiam Paderbornenſem* (quæ præter protectionem etiam imperium & jurisdictionem notabat) eâ addita conditione, ut in perpetuum ſui & patris Vulquini & avi Witikindi in anniverſariis depoſitionum diebus haberent memoriam, Bernardo Epiſcopo cognato ſuo ceſſit. conf. *Cranz. L. 7. Metropol. c. 28.* Idem 1184. de *Pyrmontano* caſtro ab *Archiepiſcopo Colonienſi*, quem in occupanda Weſtfalia adjuverat, hoc verò caſtrum cum pagis Desdorf & Lovenhauſen ſibi ſervaverat (*MS. Chron. VValdecc. Praſſeri*) inveſtitus eſt. Ei filios dant *VVitikindum* Canonicum, *Adolphum* (qui Praſſero ejus frater) *Godſchalcum*, & totidem ramorum autores *Vulquinum, VVernerum, Henricum.* Ex his hic *Sternbergenſes* dicitur ſeviſſe Comites, quorum ultimus 1399. defecerit. Ex *VVernero Pyrmontani* deſcendunt, de quibus n. 8. *Vulquinus*, qui cum Adolpho fratre monaſterium *Neze 1218.* ubi nunc conditorium defunctorum eſt, condiderat, & 1228. obiit, pater fuit præter *VVitikindum Epiſcopum Oſnabrugenſem 1262.* extinctum, *Godfridi & Adolphi.* Iſtum *Svalenbergenſium* ſatorem faciunt, qui in aliquot ramos diviſi. Ultimum Rittershuſius ait fuiſſe *Henricum 1356.* qui *Ottoni Com. VValdeccio* bona ſua ceſſerit, quod 1346. per donationem inter vivos factum, & ita bona familiæ in unum iterum corpus conſolidata, *Praſſeri* Chronol. MS. Waldeccionum perhibet. Aſt quamvis *Henricus* ille *Comes de Svalenberg* omnia ſua bona allodialia & feudalia præſente Theodorico Abb. Corveienſi in arce Waldeck in vigilia Nativ. Dom. Anno 1356. ſuo conſanguineo *Ottoni C. VValdeccio* & ſuis heredibus, qui ipſi per lineam maſculinam veluti à ſtipite nativo ſui Comitatus Svalenberg dignoſcantur originaliter deſcendiſſe, addixit. Verum *VVitikindo* vita defuncto *Balduinus Epiſcopus Paderbornenſis & Comites Lippiaci Otto & Bernardus*, qui dimidium Comitatus Svalenbergenſis ab Abb. *Corveienſi* in feudum recognoſcebant, Comitis Henrici quartam prehenderunt, & ille cum præfatis comitibus totum comitatum poſt multas rixas facta transactione in tres partes *diviſit*, ut Epiſcopatus Paderbornenſis unam, & Comites duas tertias tenerent, anno 1358. in die Antonii, excluſo Comite Ottone Waldeccio, ad quem jure ſucceſſionis & ceſſionis erat devoluta una quarta. Porro ille *Henricus C. de Svalenberg* poſſederat non ſolum quartam caſtri in Comitatu Svalenbergio, ſed etiam pro parte caſtrum *Svalenberg* in ſatrapia *Eiſenbergenſi* Comitatus Waldeccii. Erant enim diverſa caſtra & diverſæ lineæ ſed unius familiæ. Idem *Henricus* confirmavit omnes donationes per anteceſſores & vaſallos monaſterio S. Mariæ prope Svalenberg factas 1354. *Ludovici* autem *C. de Svalenberg* filia *Alheid* nupſit *Simoni C. Lippiæ*, qui feudum Svalenbergenſe ab Abbate Corveienſi poſſidens aſſumſit pro inſigni ſtellam Svalenbergiam octangulam cum Waldecciis communem, cum impoſita hirundine, ad differentiam alterius lineæ. Porro alterius caſtri *Svalenbergici* rudera in *Eiſenbergia* præfectura Waldecciorum, cum certiſſimis veſtigiis triplicis foſſæ & valli non procul à pago Svalenfeld adhuc dum extant.

Advocatia Paderborn. alienata.

Svalenbergenſes.

Hereditas ad quos.

Svalenberg duplex.

§. III. Ab

Digitized by Google

§. III. Ab *Adolpho* (qui Wilhelmi Hollandi Auguſti aulæ præfectus & ejus autoritatis fuit, ut in electione illi potiſſima debuerit *Alfonſus Caſtellanus*, quod *Richardo Anglo* prælatus ſit) reliqui Waldeccenſes propagati, ſine alia tituli mutatione: eo verò nati *Adolphus Epiſcopus* **Leodienſis**, *Godfridus Epiſcopus* **Mindenſis & Otto III.** ſtemmatis propagator. Huic quem 1305. Adelepſii nobiles occiderunt, filios ex Sophia Haſſiaca aſſignat Rittershuſius *Henricum*, *Godfridum Epiſcopum Mindenſem*, *Adolfum Canonicum*, *Ludovicum Epiſcopum Bremanſem*, **Ottonem**, *Eberhardum*. Verum Godofredus Mindenſis ita bis occurrit, & vel hic vel inter Adolfi filios expungendus eſt. *Henricus* Ludovico Imperatori fidelem operam præſtitit pro adipiſcendo regno Romano 1313. & 1320. unde ei 1200. marcas argenti ex telonio **Düdensdorff** dedit. De eo porro Chronicon Dan. Praſſeri Waldecc. ita: *Hic Ludovicus Imperator etiam ob fida in imperium merita Conſules, ſenatum populumque imperialis urbis & ore Tremonienſis Comiti Henrico defendendos commiſit, firmiterque mandavit, ut ipſi in juribus & ſervitiorum præſtationibus nomine regio parerent, collectas imperii penderent, debitaque cum obedientia obtemperarent A. C. 1323. Quo tempore etiam ab Imperatore Ludovico in Epiſcopatu Oſnabrugenſi & Monaſterienſi Comiti VValdeccio jurisdictio in Iudæos pro ſolvendis annuis contributionibus, præſtandis imperii ſervitiis, conceſſa fuit, quale jus in Iudæos ſolis Electoribus competebat. Ex A. Bulla c. 9. unde dictus fuit memorandus Princeps. Cranz. L. 9. Metropol. c. 5.* Ejus ex Adelheide Clivia (poſt *Theodoricum* & *Henricum* Colonienſes Canonicos) filius *Otto IV.* itidem in gratia Caroli IV. Imperatoris floruit, qui ipſi 1600. marcas argenti pro auxiliis contra Imperatoris & Imperii hoſtes latis conſtituit. Huic cum natus eſſet ex Mechtilde Lunæburgica, (cui patris ſucceſſor Wilhelmus Brunſvicenſis 100000. marcas argenti ſolvere condemnatus, cumque renueret in bannum imperii declaratus eſt.) filius *Henricus IV.* ſeu *ferreus* dictus, hic Wenceslai, quem 1378. A quis grano redeuntem in arce Waldeck honorificè exceperat, gratia non minori fructus, & ab eo de Comitatu ſuo Waldeccenſi, **mit ſtetten herrſchafften / freyen ſtühlen / zöllen / gerichten / heimliche und offentliche Frey-Grafen zu** præſentaren aliisque dignitatibus fuit inveſtitus. Quod iterum factum 1421. die Mercurii poſt Lætare mandato Sigismundi Imperatoris per Adolfum C. Naſſovium ejus commiſſarium. Waldeccii reliqui Comites.

§. IV. Henrico ferreo duo nati ex Eliſabetha Bergenſi filii *Henricus & Adolfus*, duorum ramorum autores, quorum hic, *Landavienſis*, in Adolfi nepote *Ottone* 1495. defecit. Cui *Ottoni* 1465. ſeu 1455. *Ludovicus Landgravius Haſſiæ junior* pacifici filius pro ipſo & maſculis heredibus confirmaverat 100. aureos annuos (quæ ſolutio 1495. morte Ottonis ceſſavit) ob reſignationem Comitatum *Ziegenheynenſis & Niddani*: avia enim Ottonis, quæ *Adolpho* 1381. nupſerat, *Agnes* natu major fuerat filia Comitis Ziegenhainii, qui absque liberis maſculis mortuus fuerat, cum Landgravio minor filia nupſiſſet, ſed conjugium illud Haſſiacæ Genealogiæ non agnoſcunt, & venditione Haſſis Comitatus iſtos acquiſitos narrant. *Henricus* Adolphi frater iterum *Volradi* pater eſt, quo geniti *Philippus I. & II.* Ille *VVildungenſem* lineam ex ſe dedit, quæ 1598. in *VVilhelmo Erneſto* Tubingæ ſtudiis operam navante ſed extincto defecit, transmiſſa ad agnatos hereditate, inprimis proaviæ Margaretæ Oſtfriſiæ; quæ Ezardi Oſtfriſii filia marito tertiam partem paternæ ſucceſſionis attulit. *Philippus* autem *Secundus* pridem fratre vivo monaſticæ deſtinatus, & 1524. mortuus, Maximiliano (à quo etiam 1495. 29. Aug. præſentibus Landgraviis duobus Wilhelmis regalia Comitatus recognovit) & Carolo V. Imperatoribus inſerviit, unde ille 1483. 100. aureos Rhenanos ad vitæ finem ei aſſignavit, hic etiam nec non Philippus R. Hiſpaniæ, Electores Moguntinus, Colonienſis, Saxonicus, Brandenburgicus, Duces Brunſvicenſes, Megapolitanus, Juliacenſis, ſtipendium militare (**Manngeld**) eidem conſtituerunt. Fuit etiam militiæ in Weſtphalia Dux & Comitatus Ravenſpurgici Vicarius. Eo nati *Georgius*, qui Pariſiis mortuus, *Franciſcus Monaſterienſium, Oſnabrugenſium & Mindenſium* Epiſcopus, quem Anabaptiſtæ exercuerunt in urbe monaſterio turbantes, unde eam aliorum auxilio cepit 1535. & gentis propagator *Philippus III.* qui 1539. mortuus ex Adelheide Hojenſi & Anna Clivia Ducisſa, quam autoritate Maximiliani Imperatoris & parentum conſenſu duxit, multam ſuſtulit prolem. In filiis *Volrado & Ioanne pio* duæ iterum lineæ cepere *Iſenbergia & VVildungenſis*: hanc vero Continuatio.

Ioannis filius, *Bernardi* Epiſcopi Oſnabrugenſis frater, *Franciſcus* 1597. clauſit *Volradus* 1546. inter præſides Colloquii Ratiſponenſis fuit, & ex Anaſtaſia Schwazburgica denuò numeroſam prolem habuit. Ex filiis *Ioſias*, qui 1588. mortuus eſt, communis pater eſt duarum, quæ nunc etiam ſuperant, linearum *Iſenbergiæ* & *Wildungenſis*, cùm enim ex Maria Barbienſi ſuſtuliſſet *Chriſtianum* & *Volradum*, ab his ſupereſt hodie quoque progenies. Chriſtianus in præcipua Auguſti noſtri Ferdinandi II. gratia floruit, & inaurata clave inter Camerarios ejus ſplenduit, cumque moreretur 1678. ex Eliſabetha Naſſovia reliquit poſt filias plures *Philippum* atque *Ioannem*, quorum hic in *Landau* habitans 1668. ſine prole mortuus eſt, ille Chiliarcha Cæſareus 1645. poſt prælium ad Thabor vitam amiſit, pater ex Anna Catharina Witgenſteinia *Chriſtiani Ludovici* atque *Ioſiæ*, quorum hic poſt alias militares expeditiones 1669. in propugnanda *Candia* Brunſvicenſium copiarum Dux ſpiritum profudit (ejus digna elogia à *Ioh. Chriſtophoro Rumetſch* Rectore Spirenſi conſignata extant) ille vero ſolus lineæ ſuæ ex *Anna Eliſabetha Rappoltſteinia* filios plures novæ gentis ſuæ ſpei genuit. Ex altera linea *Volradus*, qui 1640. deceſſit, ex Anna Jacobi M. Badenſis atque Eliſabethæ Culenburgicæ filia reliquit *Philippum Theodorum* atque *Georgium Fridericum*, quorum hic, illo 1645. ejus filio *Henrico Volrado* 1664. extincto, jam etiam 1678. amiſſo unico qui ſuperfuerat filio *Carolo Guſtavo*, lineam ſuam ſolus conſtituit, & militaribus pluribus expeditionibus, quibus cum ſummo imperio præfuit, inclaruit.

Lineæ hodiernæ.

Scutum C. Georgii Fridenci.

§. V. Cum duas audivimus ſupereſſe lineas, utriusque ſcutum ut luſtremus, exigit ordo. Illuſtriſſimus Comes *Georgius Fridericus* ſcutum duabus perpendicularibus lineis, & totidem transverſis in novem, connumerato medio ſcutulo, laterculos partitur. Ex his media parmula *aurea ſtellam octo radiorum* (unde corrigendus liber armor. *Sibmach.* P. 1. p. 15. qui ſex tantùm deſignat) oſtentat.

Stella Waldeccis.

§. VI. *Stella nigra* monſtri inſtar videri poteſt, cum lucis potius quam tenebrarum color conveniat cæleſti luminari. Verum enim verò alibi etiam notatum, à naturæ conſvetudine fecialium libertatem ſæpiſſime abire. In hoc vero colore hieroglyphicon etiam quærit Doctiſſimus *Æg. Gelenius de Col. Agripp. magnit.* L. 2. f. 4. p. 138. *Alii populi ſcutum gerebant nigrum, & feralitinctum colore, quaſi infernum incuteret aſpectum: eandem feralem umbram, cum aliorum, tum compoſitus ad terrorem clypeus Waldeckenſium Comitum atrata ſua ſtella repræſentare videtur.* Cæterum ſtellam gentis antiquum fuiſſe σῆμα apparet: cum alias *Svalenbergiam* & *Sternbergiam* ipſas etiam ſed alius coloris ſtellis uſas fuiſſe apparcat.

Comitatus

§. VII. Notari *Waldeccium Comitatum* indubium eſt: hic Haſſia, Paderbornenſi Epiſcopatu & Colonienſi diœceſi, Marcano Comitatu & Lippienſi cinctus, olim *Weſtphaliæ* annumeratus, nunc in *ſuperiori Rhenano circulo* legitur, ſatis amplus, oppidis & nobilitate frequens, tum metallis & aliis quæ humanis uſibus neceſſaria dives eſt. Eum ſuprémo ſemper jure tenuere Comites, unde formulâ illa *DEI. gratia*, von Gottes gnaden à 700. annis uſi ſunt: ita in pacto (Burgfrieden) de caſtro Fürſteneck inito & juramento firmato illa verba legere eſt: *Nos DEI gratia Hermannus Landgravius Haſſiæ, & nos eadem gratia Henricus Comes in Waldeck & nos Adolfus filius ejus confitemur.* Eadem formula adhuc Philippus II. uſus eſt, ut videre eſt in Chron. MS. Waldecc. *Praſſeri.* De inveſtitura Henrico ferreo conceſſa §. 3. vidimus. Exin negari nequit, quod Henrici ferrei filius *Henricus*, & nepotes *Volradus* Henrici atque *Otto* Adolfi filius 1431. & 1438. *Ludovico Landgravio Haſſiæ Comitatum ſum̃ obtulerint*, quem ab eo *maſculo hereditario feudo* (Erbmann-lehen) reciperent, principum patrocinio & defenſione gaviſuri, & ſi Comitum maſculam progeniem emori contingeret, Comitatum ipſis concedentes (conf. literas feudales reverſales in *Act. Publ. Landorp.* P. 4. pag. 401. 402. 403. 404.) unde Haſſiaci apud *Haping. de jur. inſ. c. 13. n. 120.* cum Wilhelmus Landgravius à Maximiliano inveſtiretur, hoc etiam ſcutum additum reliquis perhibent. Inde verò conqueſti ſunt Comites, quod Haſſi in omnimodam ſubjectionem feudalem hanc obligationem commutare ſtuderent. Propter quod 1549. à fiſcali Imperii in Camera Spirenſi Domuis *Haſſiacæ* & *Waldeccia* proceſſus intentatus eſt, ut in poſſeſſione omnium dignitatum atque axiomatum, quæ Imperii Comitibus debentur, conſervarentur. Unde adhuc 1612. & 1619. ab Imperatoribus Matthia & Ferdinando regalia Comitatus cum appertinentiis, utpote, gleit-

Tirulus Dei gratia.

Feudalis obſtrictio.

gleit-ſtraſſen / zoll / Frey-Grafen zu præſentiren / ſaltz-brunnen / bergwerck / müntzen / ꝛc. recognoverunt. Hoc inprimis ſeculo de novo his ea agitata eſt inter *Mauritium Landgravium* & *Chriſtianum* atque *Volradum* Comites 1621. (conf. acta allegata p. 388. ſeqq. Inprimis extat publicis typis deſcripta deductio in continenti, ſo in favorem der Herren Grafen von Waldeck an dem Käyſerl. Cammergericht zu Speyer 1619. ex parte Fiſcalis in puncto exemptionis contra Heſſen übergeben worden / ubi late deducitur, quam pleno jure ab antiquo ſemper Comites Waldeccii omni illa libertate & prærogativa uſi ſint, quâ fruuntur alii Comites Imperii, in multis etiam Principibus æquati) occaſione controverſiarum, quæ Corbaco & Comitibus intercedebant. Controverſiæ inde natæ.

Potrò ſcriptis & vi actum eſt: demum 1635. inter Landgravium Wilhelmum atque duos illos Comites fratres *transactio* facta, 1647. à Landgravia vidua, nec non à Landgravio Georgio deinceps confirmata eſt, quæ in *inſtrumento pacis Oſnabrugenſis* rata eſſe & pleniſſimum ac perpetuum robur obtinere omnesque tum Haſſiæ Principes tum Waldecciæ Comites obſtringere jubetur: qua abolita exemtionis prætenſione & manente Comitibus omnimoda dignitate Comitum imperii, quæ nulli unquam obligata fuit, nec non ſeſſionis ac ſuffragii in imperio, atque circulo integris (ſicuti ſemper regalia & cætera ſpecialia ad dominium ſupremum pertinentia ab Imperatore & Imperio in hunc usque diem recognoſcere ſoliti ſunt) feudalis obligatio ob ditiones ſeu comitatum ea obſtrictum ſervatur. Porrò Comitibus Imperator Matthias 1618. privilegium de non appellando infra 400. aureos à judicio provinciali Waldeccio: Ferdinandus II. autem, ut non tantum Generoſi Wolgebohrne / ſed Illuſtres Hoch- und Wolgebohrne inſcriberentur, tympanoque uterentur æreo conceſſit. Transactio

§. VIII. Prima areola juxta Sibmacherum *aurea*, ſed uſu familiæ, quod picturæ monſtrarunt, *argentea crucem rubeam* continet, cujus extrema utrinque repanda ab ancoratæ figura parum differunt. Ea *Pyrmontanum* deſignat Comitatum à caſtro non procul Hammela ſito dictum, in Weſtphalia, atque adeo diſtinctum à dynaſtia *Pyrmontia* in Rhenanis partibus, quæ penes *VValdpottios Baſſenheimios* eſt, & ejus ratione 1654. ſubſcripſit Ratiſponæ *Ioannes Lotharius Baro de VValdpott in Baſſenheim, Dn. in Pyrmont & Zevenich.* Licet *M. Zeiler. de circul. T. 9. circ. VVeſtphal. p. 760.* huic etiam Comitatui illam ſubſcriptionem tribuat, ſed per errorem (Eandem dynaſtiam notari non dubito nomino Baronum *Pyrmontiorum* in indice ſtatuum apud *Limn. Iur. Publ. IV. 7.* licet idem *addit. T. 4. p. 559.* ea de Pyrmontio Comitatu interpretari maluerit. Nec non *Zeiler. Itin. Germ. P. 2. p. 27.* cum tamen Pyrmontium Comitatum p. 25. cum Spiegelbergio prius complexus eſſet.) Quod vero *Comitatum* (hunc enim titulum alterum Pyrmontium non ſibi arrogavit) concernit, acidulis, quas ſanitatis ſervandæ aut recuperandæ gratia ex diſſitis etiam locis quam plurimi inviſere & iis valetudinem firmare ſolent, ſatis celebrem, §. 2. diximus: *Pyrmontanos* Comites ex *VVernero* deduci, qui ſeculo duodecimo Witikindi C. Svalenbergii & Waldeccii filius fuit. *Cranzius* vero *Saxon. L. 2. c. 22.* aliam aſſignat originem: *Comites de Pyrmont Gallici generis nobiles fuiſſe, & idem eſſe, ac ſi de ignito monte dicerentur.* Longe plus ex vero trahere videtur alia etymologia: quod videlicet Philippus Archiepiſcopus Colonienſis tempore Friderici Barbaroſſæ, cum allodium aliquod Udisdorp dictum cum omnibus pertinentiis emiſſet, & ad tuitionem Ducatus Weſtphalici caſtrum ædificaſſet, illud B. Petro dedicaverit, adeoque *Petri montem* vel dyalecto communi *Pyrmontem* dixerit; porro idem Philippus 1184. 4. Non. April. Witikindo C. Svalenbergio illud feudo conceſſit, quod in territorio Svalenbergiorum ſitum eſſet. Cæterum à Wernero illo Witikindi filio reliquos Pyrmontanos deducit Rittershuſius ad *Henricum* usque, qui 1180. vixerit, atque pater fuerit *Ioannis*, *Henrici* atque *Mauritii*, in quibus maſcula progenies defecerit, & *Vrſulæ* nuptæ *Ioanni C. Spiegelbergio*, *Ioannis* filio, *Friderici* nepoti. Joanne natus *Mauritius* atque *Fridericus*, quorum hoc natus *Philippus*, qui 1557. ad Quintini fanum cecidit, *Vrſula* Hermanni Simonis C. Lippiæ uxor (hos duos Mauritio liberos perperam aſſignat) *VValpurgis* Georgii C. Gleichenſis conjux, & *Maria* Abb. Eſſendienſis. *Vrſula* natus *Philippus C. Lippiæ & Pyrmontii*, ſed 1583. cælebs mortuus, *VValpurgi* vero *Philippus Erneſtus*, *Ioan. Ludovicus & Georgius C. Gleichæ, Spiegelbergæ & Pyrmontii.* De his rebus & ſucceſſione Pyrmontana ita Com. Pyrmont. Pyrmont ad Rhenum. Pyrmont tanquam Petimont. Comitat. ad Spiegelbergios. Ad Gleichenſes.

Hamelman. de famil. emortuis L. 3. pag. 169. *Est nomen Gallicum ut Tremont. Fuit aliquando Abbas Corbeiensis Bodo Comes in Pyrmont. Vltimus ejus Comitatus masculus heres fuit Philippus filius Friderici, nepos Philippi*, &c. (supra avum Joannem ex Rittershusio diximus, cum quo etiam Henninges facit) *qui in bello ad Quintinum 1558. gesto periit, heros excellens, in die Laurentii, & est Cameraci sepultus in S. templo. Huic successit Hermannus Simon Comes Lippiensis, qui ducta Vrsula sorore Philippi in uxorem, fit possessor istius Comitatus: sed voluit ab hoc Comitatu excluſum Rembertus Episcopus Paderbornensis, qui hunc Comitatum ut suum feudum post demortuum ultimum masculum heredem ad se & suam diaecesin transferre voluit. Sed mortuo illo successor Ioannes C. Heynensis & sobrinus Hermanni Simonis, ut Paderbornensis praesul (qui erat etiam Episcopus Monasterienſis & Osnabrugensis) effecit, ut consentiente capitulo majoris Ecclesiae inauguraretur Hermannus Simon isto beneficio vel Comitatu, & fieret Ecclesiae Paderbornensis vasallus. Hic Hermannus Simon genuit filium unicum Philippum nomine, qui cum Archiepiscopo Bremensi, Henrico D. Saxoniae Angrivariae, VVestfaliae, Administratore Ecclesiarum Osnabrugensis & Paderbornensis, Coloniam proficiscceretur, in itinere cepit aegrotare, & mox moritur, anno Dom. 1583. Per ejus mortem mater territa, statim illa nobilis & pia matrona incidens in aegritudinem mox quoque extinguitur, cujus deinde nepotes ex sorore VValpurgi, vidua Georgii Comitis à Gleichen Domini in Thonna, & filii praedicti Georgii & VValpurgis tres fratres Philippus Ernestus, Iohannes Ludovicus & Georgius junior, armata manu, ut veri heredes, nomine matris arcem Pyrmontanam invadunt & occupant. Et licet eam arcem & Comitatum ut suum feudum repeteret praedictus Princeps Paderbornensis praesul Henricus D. Saxoniae & cum illo Capitulares Cathedralis Ecclesiae, ac milite cingerent arcem Pyrmont, copioso tamen auxilio Illustrissimi Principis Brunsvicensium Ducis Philippi de Grubenhagen & nobilium fratrum de Saldern inprimis Henrici & Burchardi retinuerunt arcem, & re infecta Paderbornenses ab obsidione arcis discesserunt. Arx illa est eleganter munita & extructa per Hermannum Simonem C. Lippiensem.*

Ad Waldeccios.

§. IX. Ita intelleximus, quo jure ad Gleichios Comitatus ille devenerit, unde etiam in *Gleichensi* scuto Wapenb. P. 1. pag. 17. *Spiegelbergio* cervo, *Pyrmontana* crux quadrifaria sectione jungitur, impoſito medio ſcutulo *Gleichio*. Iterum nec in hac gente Comitatus diu haesit, ut pote quae in *Ioanne Ludovico* 1630. defecit. Porrò Joannis Ludovici illius testamento 1619. Comitatum hunc hereditarium & proprium cum onere 1625. quiete obtinuere Waldeccii & in his Christianus, aliquot etiam pagos & villas ad Comitatum Pyrmontensem spectantes à Brunsvicensi domo 1630. feudo accepit. Caeterum, quia quaedam bona hujus Comitatus *Episcopus Paderbornensis* praetendebat esse feudalia capituli, lis in Camera pependit ab anno 1584. sed tamen ad probationem vel conclusionem perventum non est. Cum ergo Waldeccii Comitatum nacti essent, Ferdinandus Elector Colonienſis & Episcopus Paderbornensis à 1629. ad 1630. per decem menses arcem acri obsidione cinxit, & globis igneis vexavit, tandem dirutam dilaceratamque occupavit, omnemque jurisdictionem tàm Ecclesiasticam quàm secularem sibi asseruit. Unde novus in Camera processus super litigiosa possessione. Et Comites obtinuere *mandata de non offendendo & non turbando*. In conventu etiam Electorali 1630. Episcopo & Capitulo avocatio militis mandata est. Demum *Georgius D. Lunaeburgicus* Dux inferioris Saxoniae nomine *VValdeccíorum* possessionem recuperavit, sed Dux Caesareus Göz arcem Caesaris nomine occupavit; ita Paderbornenses iterum nacti sunt possessionem. Verum anno 1646. cum *Königsmarckius* Svecorum Generalis arcem obsessam ad deditionem adegisset, possessio Comitum renovata, & pastores Augusst. Confessionis restituti, & eadem *possessio* in *tractu pacis* confirmata fuit, licet instrumento pacis diserte non inseretur, attestato de hoc concesso. Iterum 1650. delegati in oppido Leuden Paderborn. ditionis convenerunt, demum partibus citatis iisque pro & contra auditis, isti tandem Waldeccenſibus Comitibus *possessionem* Comitatus Pyrmont cum omnibus juribus, salvo tamen Paderbornensium jure *petitorii*, secundum instrumentum pacis confirmarunt. Demum omnes controversiae illae 1668. hunc in modum cum moderno Episcopo *Paderbornensi* compositae sunt, ut Comites Waldeccenses totum Comitatum Pyrmontanum, prout hodie conspicitur, jure proprietatis pleniſſimo & sine ulla

Controversiae cum Paderborn.

recogni-

Digitized by Google

recognitione feudali poſſideant, eodem utantur, fruantur, ſuffragium & ſeſſionem ejus nomine in conventibus circularibus & Imperii obtineant, cæteraque omnia jura, nullo excepto, habeant, atque exerceant: quod ſi vero contingat, ſtirpem eorum maſculinam penitus extingui, conſtitutum eſt, ut idem ille Comitatus integer, qualis nunc eſt, ad Epiſcopatum Paderbornenſem, poſt exſolutionem 20000. imperialium filiabus Waldeccenſibus factam, devolvatur, ut tamen donec ſolutio fiat filiæ hæ in poſſeſſione relinquantur. Transactio

§. X. Tertia areola *cærulea leonem argenteum*, auro coronatum, lingua cocci- Gleichius
nea protenſa repræſentat: qui *Gleichiæ* Comitum familiare σῆμα fuit: unde idem in leo.
Hohenloicorum jam ſcuto etiam viſitur, ob aliquam eorum ſucceſſionem. Cum vero Waldeccii præter expectativam in *Spiegelbergam* à Brunſvicenſibus, etiam 1621. à Saxoniæ Ducibus dynaſtiæ *Thonnenſis* obtinuerint, Pincerna Tautenbergio ſine liberis Dominiū Thonna.
maſculis extincto, Philippus Comes Waldeccius ſuo, fratris & agnatorum nomine de Dominio hoc à Friderico Wilhelmo D. Saxoniæ 31. Decembris 1640. inveſtitus, & inveſtitura 1646. renovata eſt. Porro Thonnam ex antiquo Gleichiorum patrimonio fuiſſe argumento eſt, quod ſeculo undecimo *Ervvinus* Comes Gleichius jam dicatur *Dn. de Thonna*. Cæterum cum Thonnæ dynaſtiæ peculiaris forte teſſera non fuerit, illi notandæ Gleichium ſignum aſſumtum eſt.

§. XI. Secunda areola Pyrmontia & Gleichio-Thonnenſi intercepta *aurea* tet C. Culen-
repetitam ex minio figuram refert, quam *Columellarum* eſſe exiſtimo, cum baſi & burgius.
epiſtylio & medio quoque earundem craſſiori. Aliquando tamen calicum ſpecie pingi figuram vidi. Notari *Culenburgam* dubium non eſt. conf. Wapenb. P. 2. p. 35. Gentem originariam quod concernit, eum à *Sigiſberti Ducis Aquitaniæ* filio, Dieterici C. Hollandiæ fratre *VValgero* derivant, cujus nepotes *Henricus* Teiſterbantios Comites continuaverit, frater verò *Gerbrandus* (qui 925. obiit) Dn. de *Bæſichem* & *Zælem* fuerit. Hujus trinepotem *Rudolphum* ajunt conditorem eſſe *Culenburgi*. Cum er- Succeſſio?
go filia ejus *Aleida* nupta *Ioanni Burano*, antequam patri filius naſceretur, marito Dominium *Bæſichem* ſeu *Buyſingem* dotis loco attulerit, qui dein natus eſt patri, *Hubertus, Culenburgi Dominus* nuncupatus eſt, & ex Anna Dn. de Zuylen genuit *Ioannem* patrem *Huberti*, quem ajunt aviæ inſignia (credo paronomaſtica eſſe *Zuylen* ſ. *columnæ* Seulen) ſibi vendicaſſe, ſolo apice Bœtingenſi ſervato. Hujus filius *Hubertus* Culenburgum liberam antea Baroniam, ut ſe firmaret adverſus Wilhelmum Hollandum Imperatorem & Florentium C. Hollandiæ, Reinaldo C. Geldriæ obtulit, ut ab eo in feudum reciperet 1280. Hæc familia defecit in Gaſparo, qui 1504. mortuus, præter *Eliſabetham Hochſtratæ* Dominam & *Ioannis* Lucenburgii atque *Antonii* Lalanii uxorem ſed ſterilem, reliquit *Annam Ioannis de Pallant* uxorem *Culenburgii Dominam*. Ita ex his *Pallantii* deſcenderunt reliqui Culenburgii Domini & Comites, quorum ultimus *Florentius* mortuus 1639. ſororis ſuæ *Eliſabethæ* ex Jacobo Marchione Badenſi nepotem *Philippum Theodoricum* heredem conſtituit, quo & filio ejus 1665. extincto ad fratrem & patruum ſucceſſio delata eſt, qui ob hoc laterculo iſto utitur.

§. XII. Hi *Culenburgi* dynaſtæ vel comites ab omni tempore, ſicuti olim Theo- Controverſiæ de ſuperioritate Culenburgii.
doricus Eliæ Graii filius à Carolo Martello Comes Clivius creatus, liberum Teiſterbantium comitatum (à matre, avo an conjuge? dubium eſt) tenuerat, & poſt eum Boyſichemii ſuas ditiones, in poſſeſſione ſupremi juris in Dominium ſuum fuerant, usque ad Conventum Provincialem Arnheimii 1638. habitum, quo jus eorum in dubium revocari cepit. *Objiciebat* Waldeccenſibus *fiſcus* oblationem in feudum & recognitionem. 2. exercitium Geldricæ ſuperioritatis activum & paſſivum. 3. limitum incluſionem. Nempe *Hubertum III.* Dn. de Boyſichem 1280. conſenſu agnatorum caſtrum & civitatem Culenburgiam ob metum imminentis belli 100. libris denar. Holland. vendidiſſe Reinaldo C. Geldriæ, & ab eo pignori accepiſſe bona ejus apud Lanxmonde & Lanxmere. Inde caſtrum Huberto & ſucceſſoribus ſecundum jus Zutfanienſe feudo datum; à quo tempore Comites à Ducibus Geldriæ omnia illa bona continue recognoverint cum omni jurisdictione & pertinentiis. Datum etiam Geldris jus apperturæ (**zu einem offenen hauß gemacht**/) ut tempore belli Dux uteretur civitate, quam in pace reſtitueret: & quidem feudum eſſe ligium. *Sed reponebant VValdeccii*: hodiernum caſtrum Culenburgium, quod in Boreali parte Leccæ

ſitum, cum 1280. feudo offerretur Culenburga, nondum extitiſſe, ſed demum in ſolo libero (**auff einer von alten Minſteriſchen lehen frey gemachten huffen landes**) 1377. extructum, cum jam vetus in oblatione contentum caſtrum diu in bello corruiſſet 1357. ab Alberto Bavaro C. Hollandiæ deſtructum : unde hujus caſtri in nulla recognitione fiat mentio : tum iſta oblatione non cenſendam jurisdictionem territorialem & ſuperioritatem translatam. Viciſſim *probant VValdeccii* allodialitatem & ſuperioritatem Culenburgiam. 1. *Origine* ex Domininis liberrimi Comitatus Teiſterbantici. 2. *Exercitio.* Habitos enim Comites immediata membra Imperii : & 1431. à Sigismundo Imperatore ad Comitia Norimbergenſia citatos comparuiſſe. Eſſe etiam in matricula. Habuiſſe exercitium 1. affigendi mandata juris & ordinationes. 2. collectandi. 3. aggratiandi. 4. privilegia concedendi. 5. occupandi bona vacantia. 6. confiſcandi. 7. ſtatuendi de ſepulturis. 8. nundinarum. 9. vectigalium. 10. venationis. 11. piſcationis. 12. indictionis ſervitiorum & operarum. 13. fœderum. *3. præſcriptione.*

Præpoſitura Halberſtadia.

§. XIII. Areolam quartam *cæruleam* expanſa *aquila argentea* ornat, quam teſſeram explicari audio *præpoſituræ cathedrali Halberſtadienſi* deſignandæ, qua Illuſtriſſimus Comes fruitur : nec non ſextam areolam, quæ altero latere Waldecciam ſtellam ſtipat, & *cyanea crucem argenteam* extremis item nonnihil *repandis* in *anchoratæ* formam continet, notam eſſe *Ordinis Ioannitici*, cujus per Saxoniam & Vandaliam idem *Prior* eſt. Porrò quæ de *præpoſitura Halberſtadienſi* pacificatio *Oſnabrugenſis*, qua Epiſcopatus Brandeburgicæ domui aſſertus eſt, conſtituta ſint, in eadem videre eſt. De cruce Ordinis miror, quod laterculo inferatur *cæruleo*, cum alioqui argentea in rubeo & plana quidem militiam illam Joanniticam notare ſoleat.

Prioratus Joannitici.

Dom. Werth.

§. XIV. Areola ſeptima, quæ pedis prima eſt *argentea leonim nigrum* continet, cujus *corona & lingua rubent.* Hunc ſine corona **Wapenb.** P. 2. pag. 35. quadripertita diſpoſitione Culenburgiis δείγμασι jungit. Deſignatur dynaſtia *VVerth* prope Veſaliam ſita. Hoc dominium olim tenuere Domini de *Lalain*, à quibus ſucceſſio delata eſt ad *Culenburgios*, per Lalaniam filiam Huberto IV. Culenburgio nuptam, quæ 1369. inveſtita eſt, ab his ad *Palantios*, tum *VValdeccenſes :* ac ita ter extinctis intra trecentos annos lineis maſculinis ut feudum promiſcuum tranſiit ad eos, qui ex femellis prognati erant. Et adhuc à *Chriſtophoro Bernardo* Epiſcopo Monaſterienſi 1664. inveſtitura collata eſt *Henrico Volratho Comiti VValdeccio.* Inde 1665. cum Comes *Georgius Fridericus* in bello Epiſcopi adverſus Ordines Belgicos ſecutus eſſet arma Hollando-Brunſvicenſia, ut horum exercituum ductor, controverſia ei cum Epiſcopo nata eſt, qui inveſtituram conferre tergiverſabatur, & occupationem caſtri meditari credebatur, ut Comes præſidium ei tuendo excitis Calcario militibus reciperet. Inde varia diſputabantur. Inprimis vero Comes præter qualitatem feudalem, qua dynaſtia Epiſcopatui obſtricta eſſet, nullam aliam Epiſcopo ſuperioritatem concedebat, quod ab immemorali tempore Comites de Culenburg *omnes ſuperioritatis territorialis actus* in diſtructu Werthenſi exercuerint : nec admittebat, Baroniam hanc in diſtrictu Monaſterienſi ſitam, potius ab ipſo territorio Monaſterienſi ſeparatiſſimum eſſe corpus aſſerebat. Quamobrem cauſa ad Imperialem ſenatum delata eſt, Waldecciis in poſſeſſione manentibus.

Controverſia cum Ep. Monaſterienſi.

Dom. Wittem.

§. XV. Quæ proxima eſt iterum *cærulea crucem argenteam* refert, ſed à margine ſejunctis extremis iisque parum inflexis. Hoc ſymbolum eſt *VVitthemii* Dominii, quod alias ſolet deſignare in parmula *argentea crux ſtriata cærulea.* Ita enim id exhibet in ſcuto *Henr. VVitthemii Dn. de Berſele.* Eq. A. V. *Chifflet inſign. Eq. A.V. n. 97.* & poſt eum *Silv. de Petraſancta.* Ipſum dominium, quod non uno modo ſcribitur in vetuſtis chartis *VViethem*, *VVittum*, *VVittenheim*, *VViefen*, *VVeiſen*, in poteſtate fuit rami, qui ex *Ioannis II. Ducis Brabantini* filio naturali *Ioanne dicto de Corſelaer Dn. de VVitthem* deſcendit : cum enim alter ejus filius Henricus Dominus Bautersheimii eſſet, alter Joannes Dominus de *VVitthem* fuit, quod transmiſit ad filium *Ioannem*, quo natus *Fridericus 1466.* Witthemium vendidit *Theodorico Pallantio*, quo ille *Ioannes* natus eſt, qui Culenburgiam heredem duxit, unde cum reliquis Culenburgicæ ſucceſſionis partibus hæc quoque dynaſtia ad Waldeccios delata eſt.

§. XV. De

Digitized by Google

§. XVI. De hoc etiam Dominio controversia jam ab antiquo fuit ab *Brabantino regimine*, quod illud sibi & circulo Burgundico vindicare conabatur, tanquam jus Hispanicum, quod Joh. de Coslaer 1555. dynastiam à Wenceslao D. Brabantiæ obtinuit, & ab Imperatore Carolo V. decreto ut ab hoc commissarii Bruxellas mitterentur, tum & *circulus VVestphalicus*: quin & modernus Imperator 1664. Gubernatorem Belgii monuit, de non turbandis Waldecciis, & denuò 1666. partes Spiram citatæ sunt. Ostendere possunt Waldeccii, quod *Barones VVitthemii* ab aliquot seculis annumerati fuerint imperii ordinibus. Ita in Comitiis *Norimbergensibus 1431.* matriculæ insertus legitur *Theodoricus de VViesen*: nec non 1467. iterum in *Norimbergensibus*, in *Ratisponensibus 1471. 1480.* in *Norimberg.* Unde etiam exprimitur in *matricula 1521.* Dux vero Albanus sub prætextu rebellionis Florentii Com. Culenburgii 1568. Dominium hoc, ut & alia ejus bona, Werth, Weidenbrug fisco intulit, qui de eo querelas ad imperium detulit, & aliquandiu sua contribuere perrexit. 1604. filius certa conditione restitutus est ab Archiducibus, quæ tamen submissio ex necessitate facta præjudicium creare nequit, vel imperio jus suum minuere. Unde his hæc in petitorio adhuc pendet, Imperium vero & Waldeccii in possessione vel quasi sunt immediatis, tam quoad imperii jurisdictionem, quam quoad sessionem & votum in conventibus circularibus. Controversia de ejus superioritate.

§ XVII. Areola ultima *ternis aureis & nigris fasciis* exaratur, Dominio *Pallant* notando. Familia illa ex sanguine *Regum Poloniæ* deduci amat, inque ejus fidem *Friderici III.* seu pulchri Imperatoris allegatur diploma. Primus nominatur *VVilprandus* f. *VVichpertus Germinezki*, qui Carolo M. gratus in Germania substiterit primus. Ejus posteri dicti *Domini de Paland* seu *Pallant*, de *Brebend & VVildenburg*, & in nonnullos aliquoties ramos diffusi, affinitate autem pluribus Comitum familiis juncti sunt. Ex illis *Fridericus pulcher 1316. VVernerum Baronem* primum creavit, cujus pronepos *VVernerus* uxorem secundam 1395. duxit *Alvertam*, quam Bucelinus vocat *Dominam in Engelstorf, Thum, Asselborn, Kinsvveiler, Mosbach.* Ab eorum filiis *Theodorico, Carsilio IIX. Adamo, Ioanne, Ioanne* altero, *Emondo*, totidem lineæ. *Theodoricus* ex illis *VVildenburgam* ex familiaribus bonis tenuit, & quod diximus *VVithemium* emit: pater *Ioannis*, quem diximus ab uxore *Culenburgiam* successionem nactum: cujus nepos *Florentius 1555. Comes Culenburgi* à Carolo V. creari meruit. Ejusque filius *Florentius 1639.* mortuus Waldeccios heredes reliquit. Et quidem Dominium *Pallant* tanquam hereditarium bonum post mortem Florentii II. Culenburgii Waldeccii recepcrunt: inde vero *Hohenzollerana* filiæ oppositere, quod vi statutorum Juliacensium de avitis bonis familiaribus (**stock-und stamm-güter**) disponi non posset. Sed his opposita *pacta dotalia Florentii I. Culenburgii*, quibus cautum, ut in casum defecientium masculorum primi matrimonii, filius secundi matrimonii (qui erat Florentius II.) Pallant retineret; hoc autem moriente sine liberis, filiabus primi matrimonii jus suum ex vi statutorum salvum maneret: Jam vero statutis diserte sancitis, ut bona illata in matrimonium primum (nisi pactis aliter disponatur) manere debeant liberis illius matrimonii. Ex quo capite causa obtenta est, manente processu etiam super *immedietate* hujus Dominii, quod Imperiale esse asseritur. Pallant. Familia. Succesio. Controversia deco.

§. XVIII. Scuto huic quinque imponitur galeæ seu potius tres, ob angustiam spatii reliquis duabus ad latera scuti locatis. *Media* coronata jugum alarum *VValdeccia* stella notatarum expansum & inter ea pileum Orientalem, s. columnam malis, crucis *Pyrmontanæ* uno radio in sceptri floridi figuram effigiato perforatam, corónatam atque pennis pavoninis fastigiatam sustinet: ex *sinistra* coronata leo *Gleichensis* exurgit: *anterior* seu *dextra* caput cum collo oblongo *capreoli* seu *hinnuli* cæruleum ostendit: quæ lateri *dextro* apponitur coronata est, & ornata σεσομῇ leonis nigri areolæ septimæ. Quæ verò ad *levam* stipat clypeum, iterum coronata inter alas expansas nigras scutulum *Pallantium* servat. Laciniæ *VValdeccenses* sunt *aureæ & nigræ, Culenburgiæ* ejusdem metalli cocco reflexæ, *Gleichiæ argenteæ & cæruleæ, VVerthenses* pingi vidi *miniatas & aureas*, quas tamen regula videtur *argenteas & nigras* poscere. *Pallantiæ* pinguntur *nigro* colore & *auro*. Quod *Culenburgius* apex tinctura Galeæ.

sua

ſua nihil ſcuto analogon ſervet, forte ejus indicium eſt, quod ſupra diximus *Bayſinghemium* ſervatum apicem *Zuylenſi* ſcuto aſcito.

Scutum C. Chriſtiani Ludovici & filiorum.

§. XIX. Illuſtriſſimi Comitis *Chriſtiani Ludovici* ſcutum proprium quadripertitum pingi ſolet ex *Pirmontanis* & *Gleichio Tonenſibus* teſſeris, impoſita media parmula Waldeccenti: Galeæ tres imponuntur, media *VValdeccia*, anterior *Pirmontana*, ſiniſtra *Gleichio-Tonnenſis*: Nunc vero propter filios clypeus pari ſectione cum illo, quem modo conſideravimus, in novem areolas, connumerata media parmula, diſtinguitur. Ex illis medium locum *VValdeccia* ſtella occupat, primum & ultimum crux repanda *Pirmontia*: ſecundam & octavam quadram *argenteas terna pelta rubea* exornant, tertiam & ſeptimam *argenteas terna corvina vel aquilina capita nigra* aureis linguis & coronis: Quarta autem & ſexta *argenteæ plinthidibus cæruleis ſparſæ* oſtentant ſingulæ *leonem rubeum coronatum*.

Galeæ.

§. XX. Huic clypeo incumbunt *galeæ* quinque; media *VValdeccia*, jugo alarum expanſo conſtans, huic à dextris proxima *Pirmontana*, cujus apex eſt columna ſeu pileus orientalis acuminatus ex auro, impoſitis corona & pennis pavoninis, transadigente figuram trabe rubea crucis ſcutariæ, quæ aliis ſceptrum dicitur: Proxima ad ſiniſtram eſt *Rappolſteinia*; prima ad dextram *Hohenaccia*, ultima ad lævam *Geroldseccia*: quas L. 2. 72. n. 13. 14. 15. vidimus. *Lacinia* autem ſunt circa Waldecciam atræ & aureæ, circa Pirmontiam aureæ & coccineæ, circa Rappolſteiniam & Geroldseccíam argenteæ & rubeæ, circa Hohenacciam argenteæ & furvæ.

Prætenſio in Rappolſteiniam ſucceſſionem.

§. XXI. Rationes latereulorum *Rappolſteinii*, *Hohenaccii* & *Geroldseccii* repetuntur ab *Anna Eliſabetha Georgii Friderici* ex Rappolſteiniis maribus penultimi filia, quam illuſtriſſimus Comes Chriſtianus Ludovicus 1658. matrimonio duxit, & 1676. numeroſa ac florenti ſobole ex ea reliqua, morte amiſit. Ob quam *prætendunt* ſucceſſionem ſimultaneam cum matris patruelibus *Iohannis Iacobi* ultimi *Rappolſteinii* Comitis *filiabus*, in allodialia, feuda merè hereditaria & promiſcua ſeu fœminis æque ac maribus conferri ſolita: qualia ſint quæ olim *Auſtriaca* fuerint, nec non *Baſileenſia* & *Argentoratenſia*. In cujus juris confirmationem adducitur, hæc dicta feuda jam à tribus ſeculis & ultra per pacta ſpecialia inter Dominos feudi ac tum temporis exiſtentes vaſallos *Vlricum* ac *Brunonem* Dominos Rappolſteinios, accedente inſuper ſupremi tum temporis iſtorum feudorum Domini directi Imperatoris nimirum *Caroli IV.* ſpeciali confirmatione & autoritate, ex maſculinis fœminina ſeu promiſcua effecta ſint: ita quidem ut poſt defunctos iſtos fratres abſque prole maſcula legitima ſuccederent fœminæ earumque liberi & heredes in infinitum: qua cauſa *Herzlanda Vlrici* filia plene ſucceſſerit patri, non attenta exiſtentia patrui & patrielium. Ita ſimili modo ſuccedere non patruo ſed ex jure majorum parenti *Annam Eliſabetham*, cujus patruus *Ioannes Iacobus* in ſe ſuſceperit ejus tutelam honorariam & adminiſtrationem totius paternæ hereditatis, qui etiam in hujus neptis ſuæ pactis dotalibus à ſe confectis & ſubſcriptis de jure ſucceſſionis eidem competente certam proviſionem expreſſerit. Accedit quod feudum *Bambergenſis* Epiſcopi, conſiſtens in decimis vinearum ad Reichenweyler opidum in terris imperii ac territorio Mompelicardenſi, pridem maſculinum, nova gratia prædicto Comiti *Chriſtiano Ludovico* collatum ſit, cujus ut pro utraque linea fœminina concederetur inſtantiæ ſucceſſu caruerant. Huic prætenſioni Sereniſſimus *Chriſtianus Comes Palatinus Rheni*, qui conjugem habet Comitis *Ioannis Iacobi* præfati filiam majorem natu, contradicit, & obvertit, non ſolum uxorem ſuam ejusque ſororem, utpote ultimo defuncti filius alterâ ex fratre nepte, quo gradu Anna Eliſabetha Waldeccia remotior fuerit, propiores parenti ſolas ſuccedere, huic autem non niſi poſt illarum ſine liberis mortem in quibusdam ſucceſſionem deberi: verum etiam nova gratia Chriſtianiſſimi *Franciæ Regis*, in quem non ſolum Auſtriacorum feudorum jus ſed etiam ſupremum Dominium & ſuperioritas Landgraviatus ſuperioris & inferioris Alſatiæ, pace Monaſterienſi translatum ſit, ſibi omnes ſoceri ditiones feudo collatas & ſacramento aſtrictas eſſe.

Tituli.

§. XXII. Superest ut titulos exhibeamus: Illuſtriſſimus Georgius Fridericus ſalutatur *Comes VValdeccia, Pyrmonti & Culenburgi, L. Bar. in Thonna, Pallant, VVilthem, VVerth & VVildenburg, Dominus in Linden, Leden, Kinsvveiler, Engelsdorf, Frechem, Bachum, Dalem*, &c. *Præpoſitus Cathedralis Halberſtadii, Ordinis Equeſtris Ioannitici*,

Ioannitici Eques & Commendator in Lagovv, Fœderati Belgii Generalis campi Mareſcallus & Gubernator Maſtrichii ſeu *Moſætrajecti.* Illuſtriſſimus vero Com. *Chriſtianus Ludovicus* illo utitur titulo: *Comes in VValdeck & Pirmont, Dominus in Thonna, Cæſar. Majeſt. & Imperialis aulæ Conſiliarius Generalis vigil. præfectus & leg. pedeſtris Chiliarcha.* Nunc *Rappolſteinii* quoque tituli filiis adjicientur.

§. XXIII. In titulo vidimus nomina dynaſtiarum *Kinsvveiler, Engelsdorf, Vrechem* ſeu *Frechem* & *Bachum* in Juliacenſi Ducatu ſitarum, de quarum jure itidem aliqua dicenda ſunt. *Theodorici C. Manderſcheidii & Margaretæ Sombreviæ, Dn. Kerpenſis*, filius alter *Franciſcus*, ex *Anna C. Iſenburgia*, ducta patre conſentiente, eaque conditione ut liberi bonorum paternorum maternorumque heredes eſſent, genuerat *Ericam*, dein *Philippo Naſſovio*, & *Eliſabetham Florentio C. Culenburgio* nuptas, & ante patrem 1549. deceſſerat; Pater vero ne bona familiæ ad alios transferrentur, 1551. teſtamentum à Carolo V. confirmatum condidit, quo *majoratus* inter filios & deſcendentes ſanciebatur, ad ſuperſtitem filium *Theodoricum* hereditate Dominiorum transmiſſa, & neptibus ex *Franciſco* non niſi 20000. talerorum conſtitutis. Cum ergo *Theodoricus* (*medius* dictus) patri ex hoc teſtamento contra pacta dotalia patris & fratris ſucceſſiſſet, excluſis neptibus ex fratre, harum mater *Anna* coram ſenatu ſummo Lucelburgio pro filiabus portionem hereditariam quæſivit: continuarunt dein litem generi, *Naſſovius* & *Culenburgius*, ſed motibus Belgicis in perſecutione juris impediti ſunt. Culenburgio & Eliſabetha Manderſcheidia nata eſt *Eliſabetha Culenburgia*, ad quam adeò jure ſpectabat arx & Dynaſtia *Beris* in Lotharingia, arx & dynaſtia *Berpurg* in Lucenburgio, arx & dynaſtia *Tifferdingen* in Lucenburgio, Domus de *Faye* in eodem, Domus de *Velſperg*, Dynaſtia *S. Ioannisberg*, Dynaſtiæ *Kinsvveiler, Engelsdorf, Frechem, Bachum, VVildenburg, Dahlem.* Ea *Iacobo M. Badenſi 1584.* nupſit, duarum filiarum ex eo, dein *Carolo C. Zollerano*, quatuor ex iſto, & demum *Ioanni Ludovico Baroni ab Hohenſax*, unius filii mater, *Chriſtophori Ludovici. Hohenſaxius* litem reaſſumſit, & 1618. *Mechliniæ* ſententiam obtinuit, qua Theodorici heredes ad dimidiam partem bonorum Theodorici ſenioris, Franciſco filio ejusque filiabus debitam, juxta diviſionem 1541. Sleidæ initam reſtituendam condemnabantur. Cum poſt hanc ſententiam *Volradus Comes VValdeccia*, qui Anna Jacobi & Eliſabethæ major filia, matre conſentiente, nupſerat, reſciſceret, Hohenſaxium dynaſtias *Kerpen* & *Caſtelburg*, Comiti *Marcano* abjudicatas, in eum iterum translaturum, ſe conatibus oppoſuit. Eliſabetha vero (quæ 1601. filiabus primi matrimonii dynaſtias Juliacenſes *Kinsvveiler, Engelsdorf, Frechem* & *Bachum* proprietarie & irrevocabiliter ceſſerat, ex jure Juliacenſi, quo rupto thoro liberis primi matrimonii bona ita acquiſita intelliguntur, ut matri de illis diſponendi nullum ſuperſit arbitrium,) mortua 1620. teſtamento *Zolleranis* filias & *Hohenſaxium* filium univerſales heredes inſtituit, excluſis, tertii mariti, quod credebatur, perſvaſione, filiabus ex primo matrimonio *Badenſibus:* inde nova *Hohenſaxio* extincto adverſus *Zolleranas* controverſia. Acita *Volradus C. VValdeccius* ſæpe tentata via concordiæ, cum nihil obtinuiſſet, 1626. in curia *Lucenburgia*, quia in eo Ducatu major hereditatis pars ſita erat, litem intentavit, poſtulans ex hereditate ſocrus duos ſeptunces, unum ex capite uxoris, alterum ex capite Jacobeæ ejus ſororis, quæ moriens eam heredem dixerat, & ex Chriſtophori Ludovici Hohenſaxii hereditate itidem duos ſemiſſes. Opponebant filiæ Zolleranæ, Ducissa Arſchotana & ſorores, 1. *Teſtamentum maternum 1609.* conditum, quo Badenſes filias, quod in religione Evangelica ſe educari paſſæ eſſent, neque ad revocationem Cæſaris, & matris admonitionem ad Pontificiam rediiſſent, hæreſeos titulo excluſerat: cui addebatur, quod in Hiſpanicis ditionibus nemo ſuccedere queat, niſi Catholicæ religioni addictus, ſi quam maximè ſine teſtamento materno fuiſſet. 2. Quod *quatuor ditiones Iuliacenſes* filiabus primi matrimonii conceſſæ ſint, atque ita iſtæ legitimas portiones jam acceperint. Inde lis ſæpe quidem interrupta, ſed ſubinde reſumta, & à C. Georgio Friderico continata eſt. *Exheredationi materna* obvertebatur, quod ex cauſis partim falſis, partim inſufficientibus, univerſis autem nullis, nulliter facta ſit: nec non quod teſtamentum, in quo facta eſſe prætendatur, apertiſſimo vitio nullitatis laboret. 1. Quidem, quod contra legem conventionis matrimonialis inter eam & Jacobum Marchionem Badenſem initæ factum ſit, 2. Quod in eo, contra quam l. hac conſultiſſimæ.

Kinsvveiler. Engelsdorf. Frechem & Bachum. Las Manderſcheidia.

Controverſiæ cum filiabus Hohenzollerana.

Serius transmiſſa vel elaborata.

Caput XL.

Epiſc. Auguſtanus, & familia Freybergia.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum Epiſcopi.*
2. *Epiſcopi Auguſtiani. Diœceſeos augmenta.*
3. *Officiales. Advocati.*
4. *Teſſera Freibergia.*
5. *Gentis origo ex Cruſio.*
6. *Alia gentis ex eodem.*
7. *Ex Lazio.*
8. *Ex Bucelino. Familia ex Curiatiis. Freibur-gii Alſatiæ Linea in Aichſtetten. Muotingen. Aſchau.*
9. *Linea in Steülingen & Eiſenberg. Domini in Juſtingen & Oepfingen.*
10. *Scuta linearum diverſarum. Carinthiæ. Aſchaviæ. Bavaricæ alterius. Eiſenbergiæ.*
11. *Linea Baronum Juſtingenſium Oepfingen.*
12. *Inter ordines imperii ob Juſtingen. Dominium Steülingen. Ad VVirtenbergios.*
13. *Epiſcopalis apex.*

§. I.

REverendiſſimi & Celſiſſimi *Ioannis Chriſtophori* Freibergii, Epiſcopi *Auguſtani*, ſcutum quadripertitum eſt; primo & quarto laterculo ex *cocco* & *argento* bipertito, ſecundo & tertio transverſe ſecto, ita ut *caput argento fulgeat*, inferiori *mediætati cæruleæ inſcribantur tres globi* ſeu *numi byzantini ex auro.* Scutum Epiſcopi.

§. II. Quod *Auguſtanum* attinet in Svevis Epiſcopatum, ab *Auguſta vindelicorum* celeberrima urbe dictum: primum inter præſules numerant (vid. *Caſp. Bruſch. de Ep. Germ. c. 8.*) *Soſimum Hilariæ*, cujus filia *Afra* fuit, fratrem. Is enim dicitur à *Narciſſo*, qui ex Hiſpania venerat, indito nomine *Dionyſii* baptizatus, & ad prædicandum Evangelium incenſus fuiſſe, quod biennio facere perrexerit, inde cum ſuis à Gajo tyranno ſub Diocletiano circa 300. trucidatus. Inter poſteros leguntur *Simbertus* ex Lotharingiæ Ducibus *Caroli M.* ſorore editus, pridem *Maurbacenſis* Abbas, in cujus gratiam Epiſcopatum Carolus auxit, *VVidgarius* ſeu *VVidogerus* Helvetiorum Apoſtolus habitus, *Ulricus* ex Comitibus *Kyburgiis* & *Dillingenſibus*, *Henricus C. Geyſenhauſen*, qui heres ſuæ gentis Comitatum avitum diœceſi adjecit. *Hermannus* iterum Comes *Kyburgius* & *Dillingenſis*, qui civitatem & arcem *Dillingenſem* Epiſcopatui dedit, nec non comitatum *VVitislingenſem* & omnes fere pagos, usque ad Werdeam Svevicam ſitos. *VVolhardus à Roth*, qui Epiſcopatui multas dedit arces, plures in Marchionatu Burgovio emit. Epiſcopi Auguſtani. Diœceſeos augmenta.

§. III. *Officiales* Epiſcopatus enumerat *Gabr. Bucel. Germ. T. 1. p. 13.* Mareſcallos de *Oberndorf*, hisque extincti Dynaſtas de *Paumgarten*; Dapiferos equites de *Kulenthal* ex familia *Mareſcallorum de Dornſperg* & poſt horum obitum *Equites de Stadion*; Pincernas equites de *VVaul* & his mortuis nobiles de *VVeldeu*: Camerarios olim nobiles de *VVellenburg*, poſtea de *Hoheneck*. *Advocati* olim fuere Comites de *Balzhauſen* & *Schvvaback*: cum vero Hardovicus Epiſcopus Schwabecciis extinctis Fridericum Barbaroſſam & ejus filios Advocatos & patronos Epiſcopatus conſtituiſſet, à Guelfis, qui ad ſe quam hos Sveviæ Duces hoc jus potius pertinere cauſabantur, plurima ferre coactus eſt. Officiales. Advocati.

§. IV. Quod ad reliquos duos laterculos attinet, continent illi teſſeram *Freibergiam* Epiſcopo familiarem, nempe quod diximus, laterculum transverſe ſectum ex argento & cyano, inſcriptis cæleſtinæ parti tribus globis. ſ. numis Byzantinis aureis, quos ab aliis **dotter** / vel poma **äpffel** dictos vidi. Teſſera Freibergia.

§. V. De hac gente audiamus *Mart. Cruſium Annal. Svev.* P. 2. L. 6. c. 7. p. 190. *Anno 1030. reperio vixiſſe Dominum Thaman (Thomam) de Friberg, equitem auratum: cujus uxor fuerit Margareta, Gundelfingenſis Baroniſſa. Eſt autem nobilis Freibergerorum familia Svevia perantiqua: cujus plura genera vidi ante biennium, in libro quodam illorum genealogico. Vnum Eiſenbergenſium & Steislingenſium (inter quos hic Thamas) alterum Kircheimenſium, Angelbergenſium, VVolfsbergenſium: tertium Bavariam & Aſchaviam incolentium. Quidam Muetingæ habitarunt in Rhotenthala. Alii* Gentis origo ex Cruſio. Freibergeri nobiles.

Digitized by Google

Achſtetam arcem habitant: quæ inter Vlmam & Biberacum ſita eſt, ſpatio ternarum utrinque horarum. De ortu autem hujus familiæ, in libro prædicto ſcriptum in hanc ſententiam erat. Invenitur (inquit) in veteribus Vlmæ Chronicis: Freibergenſes à quodam Romano Curio, cum aliis Romanis nobilibus expulſo, progreſſos eſſe: & poſtea in Curvvallia caſtellum ædificaſſe, cui nomen Friberg: ſitum 2. milliaribus ſupra Curiam, oppidum juxta Rhenum. Ab ea arce illis nomen extitit. Primus, qui ibi habitavit, nominabatur Thaman à Friberg, antiquior videlicet illo ſuperius poſito Thamane. Vxorem habuit Annam de Brandis, Baroniſſam: alio nomine Ermenritin dictam. Contentio autem ſuperiori Thamani fuit, cum quodam Saxici generis Barone: qui & ipſe in Curvvallia habitavit: in quo certamine hic Fribergerus mortuus eſt, relictis duobus filiis. Saxus porrò ille vehementer oppugnans Margaretam viduam, coegit tandem eam vendere caſtellum cum bonis, ac diſcedere. Collectis itaque aliquot pecuniis: ipſa cum filiis in Sveviam ſe tranſtulit, in locum nomine Rhotenthalam: ubi pagos & villas cum bonis emit: quæ nunc à cœnobiis Ochſenhauſano & Heppachienſi tenentur: pars etiam quædam, à Steinenſibus nobilibus. Ædificavit porro ſibi vidua domicilium Medingam: deinde arcem Vntermedingam, adrivum Rhotum, quam appellavit Fribergam: quod nomen ei collapſæ adhuc manet: ubi villa eſt, pertinens ad nobiles à Stein. In ea arce collocavit natu majorem filiorum: qui duxit liberam Baroniſſam à Kirchberg, adferentem ipſi dotis loco Pfaffenhofam: & arcem, non longe inde diſtantem, Nevvahauſam. Inſignia Kirchbergenſia. In ſcuto æthiops, cum flava in capite corona: & cum flava Epiſcopali infula in manu dextera. Alter filius, Baroniſſam ab Altenſteislinga duxit: quæ ei pro dote attulit hanc ditionem. Inſignia Altenſteislingenſia. In ſcuto, à dextra ſiniſtram verſus, ſtriga vel trabes albæ 4. & alternatim interpoſitæ rubræ 3. Nomina horum conjugum ponuntur: Herr Thaman de Freiberg, & Anna Kirchbergenſis: Herr Henricus de Freiberg, & Margareta Altenſteislingenſis. Inſignia horum Freibergerorum. Scutum bicolor: cujus ſuperior pars, alba: inferior verò, glauca, cum novem inibi vitellis ovi, ſive pilulis flavis: quorum 4. ſuprà, 2. infrà, in medio 3. Ex his 2. fratribus, multi nati ſunt filii: à quibus Nevvenſteislinga eſt ædificata. Voluiſſem tempora ſingulis rebus adjecta fuiſſe: ſed deſiderabantur. Horum filiorum unus, Herrgottus Sifridus de Freiberg, in Bavaria duxit nobilem uxorem, Annam de Aſch: quæ ditionem Aſchiam & arcem, ad eum attulit. Alius, Herr Hiltebrandus, uxorem habuit Euphroſinam de Angelberg. Alius, Leonhardus, Emerentiam de Haimirdingen, non procul civitate Memminga. Cæteri, alius alibi, benè & fortiter ſe geſſerunt. Habent ſepulturam honeſtam Heppachæ & Ochſenhauſæ.

Saxenſes Barones.

Rothenthala.

Kirchberg. Barones.

Steislingæ ac.

Steislingæ nevv.

Angelberg.

Haimerdingæ.

§. VI. Iterum idem *Cruſius* P. 3. L. 2. p. 89. lineas illas enumerat *1. Eiſenbergenſes & Steislingenſes. 2. Kirchheimenſes, Angelbergenſes. 3. Achſtettenſes. 4. Aſchavienſes & Muetingenſes, ſtellam in inſignibus habentes, cæteri & antiqui vitellos novem, recentiores autem tres.* Alibi etiam mentionem Freibergiorum facit, ut P. 3. L. 3. p. 189. L. 5. p. 257. ubi poſteritatem *Burcardi* ex *Eiſenbergenſibus & Steislingenſibus*, cum novem vitellis in inſignibus enarrat. Iterum L. 5. p. 286. ubi refert circa 1374. duxiſſe *Conradum Freibergium* Conradi equitis Muetingæ filium *Viti Mautneri Aſchaviæ* Domini unicam filiam *Claram*, atque ſic à Mautneris tranſiſſe Aſchaviam ad Freibergios. Demum L. 11. pag. 681. cum *Eberhardum* equitem memorat, *Petri* filium, *VVilhelmi* nepotem, qui 1551. emerit de *Fretzeris* quædam *Neidlingenſia* bona in Ducatu Wirtenbergico ſita 30. mill. flor. Emit etiam Dominium *Ronau* 1557. 25000.

Alia gentis ex eodem.

§. VII. *Laz. de migr. gent.* L. 8. p. 470. item eorum meminit, eosque vocat nobiles equites Sveviæ à *Freyberg*. Qui in clypeo diviſo per latitudinem coloribusque albo & cæleſtino diſtincto tres aureos globos in cæleſtina parte gerant, & dividantur in *Freybergios de Angelberg* & *Freybergios de Steislingen*, quibus patrem communem dat *Henricum Baroniſſæ de Steislingen* circa 1200. maritum, patrem *Friderici*, à quo *Steislingii*, & *Henrici*, appellati de *Angelberg*.

Ex Lazio.

§. VIII. Integram genealogiam exhibet Celeb. *Gabr. Bucel. Germ. T. 2.* eam referens ad *Homagium Curium* ſeu *Curiatium de libero monte* Dominum arcis ejus, duobus fere milliaribus ſupra *Curiam Rhætorum* conſtructæ circa 809. Cui filium dat *Damianum*, qui ſuperius *Thomas* dictus, circa 837. cujus uxor *Ernried Baroniſſa de Brandis*, cum maritus durantibus diſſidiis cum Barone Saxenſi deceſſiſſet, demum huic Freibergam

Ex Bucelino. Familia ex Cunatiis.

Digitized by Google

bergam arcem vendidit, & cum duobus filiis in Sveviam (in das Pothal) conceſſerit, comparatis ibi bonis, quæ nunc in poteſtate cœnobiorum *Oxenhuſen* & *Hegbach* ſupſerunt. Inter filios Damiani, Bucelinus *Thomæ* poſteritatem dat in quartam generationem; *Henrico* vero atnepotem *Thomam* aſſignat Freibergium circa 1030. *Margaretæ Gundelfingiæ* maritum, *Burcardi* patrem, avum *Henrici*, proavum *Gaſparis*, quo geniti *Adam* & *Chriſtophorus*: Adamo filius datur *Otho*, maritus Comitiſſæ Kirchbergiæ, nepos *Godofredus* circa 1209. quo geniti *Eberhardus* & *Erbo*; ab hoc ait ſatos in *Alſatia Freibergios*, qui novem globos aureos retinuerint. (In Wapenb. P. 2. pag. 132. *Freyburgii* inter Alſatos recenſentur, ſed iis ſex tantum globi in cæleſtino ſcuto, cujus caput argento candet, tribuuntur. Ita etiam in *Bernh. Herzog. Chron. Alſat.* L. 6. p. 170. Die von Freyburg im Elſaß haben geführt einen getheilten ſchild/ oben weiß und unten blau/ in dem untern blauen feld ſechs weiſſe kugeln/ auff dem helm einen ſchwahnen-halß/ dadurch zwo gelbe kronen/ darinnen fünff weiſſe ſtrauß-federn. Dieſe ſind zu Straßburg haußgenoſſen worden 1266. 1283. Videmus tamen hic globos altero metallo tinctos.) Ab *Eberhardo* deducit reliquos Freibergios ab *Achſtetten* ad hoc usque tempus. Chriſtophoro, quem Adami fratrem audivimus, & Cæciliæ Mareſcallæ de Pappenheim, filii dantur *Eberhardi* duo, quorum uni *Barbara Dn. in Hohenſteislingen 1196.* alteri *Leonora de Stein* uoxres aſſignantur. *Eberhardo* & *Leonoræ* datur filius *Bertholdus*, huic *Bertholdus* & *Conradus*, ex quibus *Conradus* ex *Adelheide de Lævvenfels* herede iterum *Conradum* genuit, qui quinquies eques, & quidem ter Hieroſolymis creatus dicitur, tum *Bertholdum* & *Conradum*; ex quibus iſtius poſteritas ſuperiori ſeculo videtur defeciſſe. Sed ex Conrado hucusque propagati ſunt *Barones de Freyberg*. Quod vero *Bertholdum* attinet Bertholdi filium: eo *Conradus* natus eſt, cui ob vigilantiam ajunt tributas *ſtellas*: ejus filius fuit *Conradus in Muotingen*, pater *Conradi* & *Georgii*, quorum illi *Clara Mautnerin ab Aſchau* illam hereditatem attulit: uterque vero poſteritatem longam reliquit.

Freiburgii Alſatiæ.

Lineæ in Achſtetten.

Muotingen Aſchau.

§. IX. Demum quod lineam attinet *Steislingenſem* & *Eiſenbergiam* ab *Eberhardo* & *Barbara Dn. de Hohenſteislingen* deductam, incipit ea à filio eorum *Georgio* circa 1209. Hujus filius *Henricus* ex Erntruda de Schœnſtein herede Dominii de *Angelberg* cognomento *Marzenſieß* ſuſcepit *Burcardum* & *Henricum* cognomento *Stubenrauch*: Burcardus ſuſcipit *Fridericum Ioannem in Hohen-Freyberg*, patrem *Burcardi*, quo & *Cordula* pincerna Baron. de Winterſtetten nati *Henricus* & *Burcardus*, ex quibus hujus pronepotes lineam terminarunt, illius vero poſteritas late diffuſa ſupereſt. *Henricus* cognomento *Stubenrauch* (ratio agnominis videri poteſt apud *Gruſ. annal. Svev. P. 3. L. 3. p. 189.*) genuit *Fridericum*, hic *Henricum*, à quo iterum lineæ. Ex his eſt *Ludovicus* ſeu *Luz à Freyberg Dominus in Oepfingen & Iuſtingen*, qui obiit 1523. maritus Sibyllæ Goſſenbrotin, heres magnarum opum. His natus *Georgius Ludovicus*, iſto *Ferdinandus*, hoc *Georgius Ludovicus Baro de Iuſtingen & Oepfingen*, qui deceſſit 1623. emtis Dominiis *Staufeneck* in Wirtenbergio agro & *Vorbach* in Lotharingia, nec non *Ioannes Blicardus*.

Lineæ in Steislingen & Eiſenberg.

Dn. in Juſtingen & Oepfingen.

§. X. In *Sibm.* Wapenb. illa *Freybergiorum* extant inſignia. Prima inter *Carinthios* p. 45. qui geſtant in ſcuto aureo ex monticulo tricolli argenteo exurgentem leonem nigrum, qui ramum detruncatum argenteum incurvatum prioribus geſtat pedibus, qualis etiam ex coronata galea exurgit. Dubitari poſſet, an hi eandem ſtirpem referendi ſint, cum nihil avitæ teſſeræ retineant, niſi *Bucelinus* lineæ Aſchavienſi & Muotingenſi tribueret hoc etiam ſymbolum. Scutum enim pingit quadripertitum, ut in primo & quarto laterculo Freibergia inſignia compareant, ſed inſignita novem globis, in ſecundo & tertio leo hic exurgens conſpiciatur: Toti demum imponit mediam parmulam ornatam tribus ſtellis interque eas luna cornibus deorſum verſis. Cujus ſignificationem non capio. Dein pag. 78. refert inter Bavaros *Freybergios in Aſchau* uſos ſcuto quadripertito, cujus prima & quarta quadra transverſe ſecta ſuperius argento candet, in inferiori autem cærulea tres ſtellæ aureæ fulgent, cujus myſterii ratio §. 8. explicata eſt. In ſecundo & tertio laterculo cineritio (aſchenfarb/) monticulus eſt tricollis aureus: quod ἀδύνατον familiæ *Aſchavia* fuiſſe docemur Wapenb. P. 2. p. 58. Huic ſcuto imponuntur duæ galeæ, coronatæ, prior faſtigiata decem

Scuta lineatum diverſarum. Carinthiæ.

Aſchaviæ.

plumis ſtruthionicis argenteis quadruplici ſerie locatis. Secundæ inſiſtit aquila expanſa coronata, vel potius vultur volaturiens (P. 2. pag. 58.) ex argento. Laciniæ ſunt hinc argenteæ & cæruleæ, iſthinc cinereæ & aureæ. P. 83. iterum *Freybergii* inter Bavaricos recenſentur, ſed cum tribus tantum ſtellis: Tum plumæ ſtruthionicæ caſſidi impoſitæ ſunt 11. ſerie duplici diſpoſitæ. Demum pag. 112. recenſentur *Freybergii* in *Eiſenberg* ex Svevicis, quorum illud σῆμα eſt, quod modo vidimus in ſcuto Epiſcopali. Apex conſtat quinque ſtruthionicis plumis argenteis coronatæ galeæ impoſitis.

Bavariæ alterius.

Eiſenbergiæ.

§. XI. Quod demum attinet lineam *Iuſtingenſem*, ei inter Barones p. 30. datur ſcutum quadripertitum: in cujus prima & quarta quadra *Freybergia* teſſera cum tribus globis apparet. Secunda *cærulea* refert *baltheum dextrum ex ramo detruncato argenteo.* Tertia *aurea baltheum* continet linea *diagonali* ex *nigro & argento* bipertitum. Hic bipertitus baltheus notat *Oepfingen*, quod ex **Wapenb.** P. 2. pag. 99. videre eſt: ubi apex additur conſtans duobus cornibus ad modum ſcuti ſectis. Hac cauſa ſecundum lnterculum pro *Iuſtingenſi* dynaſtia uſurpari non dubito. *Galeæ* imponuntur duæ, prior coronata cum plumis ſtruthionicis quinque argenteis: altera ſuſtinet caput cygni argenteum, cujus collum linea transverſa aurea perforat, utrinque ſuſtinens bacillum ex eodem metallo coronatum & pennis pavoninis faſtigiatum. Laciniæ ſunt utrinque cæruleæ & argenteæ.

Lineæ Baronum Juſtingenſ.

Oepfingen

§. XII. Huic lineæ locus inter *Ordines Imperii* eſt propter dynaſtiam *Iuſtingen*, quam qua ratione acceperint, non memini legiſſe. Ea in *matricula Imperii* recenſetur. vid. *M. Zeiler. Itin. Germ.* P. 2. c. 1. p. 2. & ex eo *Limn.* Hac cauſa adhuc 1654. Comitiis ſubſcripſit: **Wegen der inhaber der herrſchafft Juſtingen in Schwaben/ Albrecht Ernſt/ Freyherr von Freyberg von Eiſenberg. Käyſerl. auch Römiſchen/ auch zu Hungarn und Böheim Königs/ und Chur-Bäyr.** reſpectivè **Rath und Cämmerer.** Altera etiam dynaſtia gentis *Steislingen* **an der Steig/** non procul Juſtinga, in matricula imperii fuit, ut idem teſtatur Zeilerus. Verum ad Wirtenbergicum Ducem denceps delapſa eſt. De quo ita *Cruſ. Annal. Suev.* P. 3. L. 12. c. 28. p. 780. *Mortuo ſub initium hujus anni (1582.) nobili viro Pancratio de Freiberg absque liberis & collateralibus heredibus: qui fuerat vaſallus Principis Wirtenbergici, Steislingenſis illius ditio Duci Ludovico ceſſit, ut legitimo feudi Domino.* Addit Zeilerus transactum eſſe cum aliquibus, qui prætenſionem habuerint.

Inter ordines Imperii ob Juſtingen.

Dn. Steislingen. Ad Wirtenbergios.

§. XIII. Iſta occaſione Epiſcopalis ſcuti de Freibergiis ſufficiant. Porro illi clypeo præter mitram *Epiſcopalem* argenteam auro ornatam & pulvinari impoſitam, inſiſtunt *duæ galeæ coronatæ:* quarum *prior Epiſcopalis* ſuſtinet tabulam duodecim angulorum, ex minio & argento bipertitam, cujus ſingulis admoventur angulis ſingulæ pennæ pavoninæ deauratæ: Altera *Freibergia* ſuſtinet quinque erectas ſtruthionicas plumas argenteas retrorſum reflexas. Tum ſcuto decuſſatim ſubjiciuntur, pro more, hinc *gladius* temporalis poteſtatis index, iſthinc pedum. *Laciniæ* ſunt hinc argenteæ & rubeæ, iſthinc ejuſdem metalli & cæleſtinæ.

Epiſcopalis apex.

Caput XLI.

Baron. ab Eck.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Lineæ.*
2. *Scutum.*
3. *Explicatio. Reichenburg.*
4. *Galeæ.*

§. I.

Familia.

Illuſtris familia *Baronum ab Eck* à Clariſſ. *Bucelino Germ. T. III. p. 27.* deducitur à *Iacobo ab Eck* circa 1150. Cujus nepos *Georgius ab Eck* filios habuit *Bonaventuram. Ioannem Ioſephum & Franciſcum Ioſephum Liberos Barones ab Eck*, à quibus totidem lineæ, quæ denuo in alias diſtinctæ ſunt, prodiere.

Lineæ.

§. II. Scutum apud *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 23. pingitur quadripertitum. In prima

Scutum.

Digitized by Google

prima & extrema quadra *bipertita* ex *rocco & argento* apparet *lunula cornibus ſurſum verſis* eadem partitione ſcuti affecta & contrariis coloribus tincta. Areola ſecunda & tertia *argentea lupum* continet *cæruleum*, ejusdem coloris corona ornatum. Media incumbit parmula bipertita, priori latere *nigro*, quod transmeat *faſcia argentea*, poſteriori ex *argento* & *nigro teſſellato.*

§. III. Horum laterculorum rationes explicare nequeo, ut ne quidem ſatis diſcernam, prima an media ſit gentilis teſſera. Lupus ſimilis in *VVelzerorum* clypeo, uti vidimus L. 2. c. 109. notavit familiam *Reichenburg*, niſi quod ille lupus aurea corona ornatur. Verum quæ Eckiis cum Reichenburgis ſit conjunctio, conjectura non aſſequor. Explicatio Reichenburg.

§. IV. Galeæ ſunt tres coronatæ: *Prior* jugum alarum explicatum ſuſtinet, ſectionem & lunulas primi laterculi continentium. *Media* gryphem exorientem, cujus corpus teſſellis argenteis & atris ornatur, alæ nigræ faſciam argenteam referunt. *Extremæ* inſidet lupus ſcutarius. *Laciniæ* ſunt circa primam galeam coccineæ, circa mediam nigræ, circa ultimam cyaneæ, omnes argento reflexæ. Galeæ.

CAPUT XLII.

Epiſcopus Eichſtettenſis.

ARGUMENTUM.

1. *Epiſcopi ſcutum.*
2. *Epiſcopatus ipſe.*
3. *Vaſalli. Officiales.*
4. *Eichſtettenſium pacifica indoles. Hirſchbergius Comitatus.*
5. *Lis precedentia.*
6. *Familia Schenckiorum de Caſtel.*
7. *Schenck de Landeck.*
8. *Galeæ.*
9. *Pedum. Enſis.*
10. *Titulus.*

§. I.

REverendiſſimi & Celſiſſimi *Eichſtattenſium* Epiſcopi *Marquardi*, hoc tempore Plenipotentiarii Cæſarei in Comitiis Ratiſponenſibus, ſcutum quadripertitum eſt: area prima & quarta *argentea* ſingula *juga cornuum cervinorum rubeorum* cum adhærente *cranii* parte exhibet: ſecunda & tertia itidem in *argento* exhibent *binos gradientes leones rubeos auro coronatos.* Toti imponitur parmula ovali forma cum ſuis ornamentis, *rubea* exhibens *pedum Epiſcopale argenteum.* Epiſcopi ſcutum.

§. II. Media parmula eſt teſſera ipſius *Epiſcopatus Eichſtettenſis* ſeu *Aichſtettenſis* ſeu veteri nomine *Aureatenſis* (à civitate ab Attila olim everſa,) connumerati circulo Franconico, ſed Sveviæ & ſuperiori Palatinatui contermini. Eum ad preces *Schwiggeri Comitis de Hirſchberg*, magnam ſui comitatus partem ad hoc contribuentis; circa 745. (unde in Metropolitana Archidiœceſi Moguntina huic primus fuit Epiſcopatus) ad Almonam ſeu Altimolam, fluvium Norici, fundavit Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus, & primum Epiſcopum ejus conſtituit, ex ſorore *Bonna* nepotem *VVilibaldum*, cujus pater Richardus Anglorum Rex fuiſſe perhibetur. E ſucceſſoribus *Gebhardus Comes Calvvenſis 1055.* Pontifex creatus eſt, & ſub nomine *Victoris II.* biennio ſedi Romanæ præfuit. Epiſcopatus ipſe.

§. III. Porro licet amplitudine ſua plures alios Germaniæ Epiſcopatus non æquet, ſatis tamen amplus ille etiam eſt, & pluribus vaſallis nobilibus potens. A quo etiam Principes & Comites feuda recognoſcunt. Catalogum equeſtrium familiarum, quæ ab hac ſede beneficiis fruitæ ſunt 1479. ſub *VVilhelmo de Reichenau* confectum Celeb. *P. G. Bucelin. Germ. P. 1. p. 17.* recenſet 135. ex quibus aliquot illuſtres ſunt Comites. Idem *Officiales* hujus diœceſeos illos enumerat: quod fuerint *Mareſcalli* hæreditarii olim equites de *Kuttenheim*, nunc *Durneri: Camerarii* olim equites ab *Oetingen*, dein de *Schaumberg: Dapiferi* quondam equites de *Mur*, hinc *Leonrodii: Pincernæ* Nobiles ab *Arberg* poſtea equites ab *Eyb.* Vaſalli. Officiales.

§. IV. Elogium paucis aliis Epiſcopatibus Germaniæ commune huic attribuit *Caſpar. Bruſch. in epit. in Catal. Epiſc. Ayſtett.* cum de Alberto II. Epiſcopo ſermonem feciſſet: *Pacis, ut cæteri fere omnes anteceſſores ſtudioſiſſimus, qua inſigni pietate longe excellit* Eichſtettenſium pacifica indoles.

excellit Epiſcopatus iſte Aureatenſis omnes alios, quos habet univerſa Germania. Soli enim Aureatenſes, & Aychſtadiani conſervandæ pacis & tranquilitatis publicæ ſemper amantes & ſtudioſi, nunquam arma ſumſiſſe, nunquam bella geſſiſſe, aut ullius inquietis autores fuiſſe leguntur. Elogium ſane omni aliorum potentiæ, aut opulentiæ, & mille triumphis vel palmis, non æquiparandum ſed longiſſime præponendum, & ſicuti omnibus qui Chriſti nomen profitentur, ita inprimis illis viris dignum, qui Eccleſiæ (hæc verò bella, arma, ſanguinem horret) Præſides atque Præſules audire amant. Unde quicquid caſtrorum & locorum in diœceſi eſt, vel aliorum pietate vel emtione atque pacificis modis, ad eam devenit: ut hinc inde idem Bruſchius in ſyllabo eo monſtrat. Inprimis ſicuti Schwiggerus *Hirſchbergius Comes* primus autor fuerat hujus condendi Epiſcopatus, ita ultimus ejus gentis *Gebhardus*, qui ut & Epiſcopus Conradus eodem anno mortui 1304. avitam arcem ac totum Comitatum *Hirsbergenſem* cum opido Berchingenſi ac toto ad hunc comitatum pertinente territorio Aichſtadianæ Eccleſiæ donavit; de qua donatione illi apud Bruſcium extant verſus, ſeculum ſuum, cui talia condonari oportet, & poëſi rudi & verſus ultimi ſenſu redolentes:

Hirsbergius Comitatus,

Montem cervorum clarum caſtrumque decorum
Et res Conrado Gebhardus ego tibi trado.
Quas VVillebaldi vice ſuſcipias patris almi,
Æternam ut requiem mihi is impeteret atque ſalutem.

Lis præcedentiæ.

§. V. De lite *præcedentiæ* inter hunc & *Spirenſem* Epiſcopatum conf. *Limn. Iur. publ. T. V. add. ad 4, 7. p. 252.* Jam etiam olim cum *VVormatienſi* litem interceſſiſſe Conrado Epiſcopo modo memorato in Comitiis Norimbergenſibus ſub Alberto I. ſed oſtenſis diplomatibus viciſſe Aichſtadienſem, eodem Bruſchio teſte didici.

Familia. Schenckiorum de Caſtel.

§. VI. Duo *cornua cervina* ſingula quinis dactylis ramoſa notant illuſtrem familiam *Schenckiorum de Oberbeuern & Caſtel:* quæ à 600. fere annis claruit, & quidem quinto ab hoc ſeculo *Baronum* titulo ab Auguſtis ornata, ille verò, qui lapſu temporis (uti majores noſtri titulorum minus ſtupioſi erant, quod infinitis exemplis doceri poteſt) neglectus erat, nuper admodum à *Leopoldo* Imperatore renovatus eſt. Integram familiæ deductionem nondum vidi, partem aliquam à ſeculo decimo quinto Germaniæ ſuæ *Part. III.* p. 173. inſeruit doctiſſimus *Bucelinus.* Ubi videre eſt tres inprimis lineas ortas in filiis *Ioannis Vdalrici*, qui circa 1500. claruit: ab Ulrico eam quæ denuo in duos ramos diſtincta eſt, alteram à Jacobo Chriſtophoro, & demum à ..... iſtam, ex qua ortus eſt Illuſtriſſimus Epiſcopus.

Schenck de Landeck.

§. VII. Duo leones rubei deſignat familiam *Schenckiorum de Landeck*, ex qua Kunigunda Udalrico Schenkio de Caſtel, qui circa 1480. vixit, nupta fuit, & ex eo Joannem Udalricum genuit, quem diximus fuiſſe plurium linearum autorem. Hæc familia inter equeſtres Svevicas ſub nomine *Schencken von Buren & Landeck* refertur in Wapenb. P. 2. pag. 86. ſed corona leonibus non impoſita conſpicitur, quod à ſculptore neglectum eſſe poteſt.

Galeæ.

§. VIII. Huic ſcuto inſiſtunt quatuor galeæ, quarum primam ornant cornua cervina, gentilis *Schenckiorum* apex: ſecundam *tiara Epiſcopalis* auro & gemmis ornata & pulvillo rubeo impoſita premit: è tertia coronata protenditur brachium cocco inputum, manu pedum Epiſcopale argenteum ſurſum pretendens, apex Eichſtattinus: è quarta coronata exurgit herma virilis rubeo amictu, ora collaris reducta argentea: quod cimerion eſt *Landeckiorum* pincernarum. Laciniæ autem ſunt ex argento & cocco.

Pedum. Enſis.

§. IX. Subjiciuntur ſcuto *pedum Epiſcopale & enſis* decuſſatim locata, indicandæ poteſtati Eccleſiaſticæ & ſeculari, more reliquorum Epiſcoporum, ex quo illis cum Epiſcopali dignitate omnia jura politica ab Auguſtis conceſſa ſunt. Speciatim Bruſchius de *Erckenvvaldo* octavo Epiſcopo, qui 902. mortuus eſt, teſtatur, jus cudendæ monetæ à Ludovico III. Imperatore conſecutum eſſe.

Titulus.

§. X. Titulus ſimplex eſt, ſicuti ſymbolum ipſum quod Epiſcopatum notat. *S. R. Imperii Princeps & Epiſcopus Eichſtadienſis.*

CAPUT

Digitized by Google

Caput XLIII.

Baro de Gruenthal.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Deductio. Lineæ,*
2. *Scutum antiquum,*
3. *Medii temporis,*
4. *Recentius à Rudolpho II.*
5. *Diploma Imperiale,*
6. *Bona.*
7. *Titulus.*

§. I.

ILluſtris *Gruenthaliorum* familia (quam aliqui ex *Bavaria* arceſſunt) à *G. Bucelin. Germ.* P. 3. pag. 68. refertur ad quendam *Colmannum*, ſed longe antiquior eſt gentis memoria. Quam Perilluſtris Baro *Carolus* communicavit, Genealogia incipit à *VVickero de Grienthal dicto prope Cappellam*, patre Wickheri (circa 1197.) Henrici, Hochprandi, Calchochi, Grimoldi, Irmgardis, Leucardis, & *Bertholdi*, quo geniti Henricus dictus de Capella 1343. Wilibaldus eques, Leutwinus Gruenthal dictus de Capella miles, qui obiit 1271. hoc geniti Conradus, Ulricus (qui deceſſit 1282.) & *Rugerus* dictus de Capella extinctus 1271. pater Philippi, Wenceslai, Rugeri jun. Jodoci, Sigismundi, & *Vdalrici de Grienthal dict. Stockackher*, genitoris iterum Cunigundis monialis in Nidermünſter, Goſvini, Ulrici jun. Philippi jun. Wérneri, Georgii, Henrici & *Vlrici de Grienthal* in Gebelkhöven militis 1367. qui filium habuit *Nicolaum* defunctum 1397. Hic *VVilibaldum* jun. qui vixit 1489. hic iterum *Andream Grienthaler in Allendorf*, qui obiit 1479. Hunc patentem habuerunt Georgius, Sigismundus, *Colmannus* in Lizelburg Cæſaris Camerarius, pater Georgii, Wolfgangi, Eraſmi, Stephani atque alterius *VVolfgangi* in Kremſeck, qui deceſſit 1576. Conſiliarius Cæſareus & Provincialis Auſtriæ ſuperioris. Hoc geniti ex *Anna Enencklin* Adam Helfricus in Kremſeck, Julius in Dietach (qui obiit 1605. filio Joanne Adamo 1602. amiſſo) Philippus Jacobus in Zeidlern: aſt ex *Vrſula Kollenpeckia in Sallaberg* & *Ottſtorf*, Wolfgangus Nicolaus, Andreas Aſſeſſor Cameræ, Joannes Dietmarus in Rorwiſſing & Staufmül, Jacobus in Burgersdorf & Vogtſtatt, Erhardus in Achleuten, Joannes in Düſslingen. Ex his plerique reliquere ſobolem. Præcipuæ vero lineæ fuere *Philippi Iacobi*; & *VVolfgangi Nicolai*. Ille rei annonariæ præfectus (Käyſerl. General-Proviant-Commiſſarius) genuit præter Joannem Adamum, Joannem Andream Conſil. Cæſar. & Georgium, inprimis *VVolfgangum Dietmarum* in Dietach & Ottſtorf, qui 1655. extinctus eſt, pater Perilluſtrum Baronum *Philippi*, qui in Auſtriam rediit, *Dietmari* qui in Mansfeldiæ comitatu conſedit, *Caroli & Ludovici*. *VVolfgangus Nicolaus* autem Cæſareus Conſiliarius & Senatus Imperialis aulici Aſſeſſor itidem numeroſam ſobolem reliquit.

Familia. Deductio Lineæ

§. II. Scutum familiæ antiquiſſimum fuit aureum, inſcripto pede aquilino nigro abſciſſo, vulneris carne cruenta, & oſſe medio extante argenteo. Ei imponebatur caſſis coronata, ex qua iterum protendebatur pes aquilæ. Laciniæ aureæ & nigræ ſunt. Hæc pictura extat in monaſterio *Nidermünſter* Ratiſponæ, in quo moniales fuerant 1179. *Irmengardis & Leugardis* Grünthaliæ ſorores. Unde 1666. Abatiſſa Maria hujus rei teſtimonium Grünthaliis conceſſit.

Scutum antiquum.

§. III. Ex eo teſſera nonnihil immutata, ut videre eſt in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 37. ut in ſcuto *argenteo* ex *tribus collibus aureis* exſurgeret *rubeo indutus amictu vir, crus aquilinum* ſanguine ſtillans pede aurato ſuper humeros geſtans. *Apex* fuit ex coronata galea protenſum brachium, rubeo indutum, ora reducta aurea, crus & pedem volucris tenens. Laciniæ argenteæ ſunt & rubeæ.

Medii temporis.

§. IV. Demum à *Rudolpho II. Auguſto* conceſſum eſt 1603. ſcutum quadripertitum, in quo laterculum *primum* & *quartum* aureum ornat crus aquilinum nigrum avitum; in *ſecundo* autem & *tertio* argenteo conſpicitur è margine ſcuti prodiens brachium curvatum, rubeo amictu, ora reducta argentea, manu carnei coloris. *Galeæ* clypeum premunt duæ: *Prior* coronata, ex qua dependent laciniæ nigræ & aureæ cum aquilino crure ſurſum protenſo: *Poſterior* ſuſtinet hermam virilem, veſte & pileolo

Recentius à Rudolpho II.

lato rubeo, utriusque ora reducta argentea. Phaleræ sunt argenteæ & coccineæ. Ita conspicitur apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 33.

Diploma Imperiale.

§. V. Operæ pretium est, ut hic exhibeamus partem diplomatis Augusti, quod modo allegavimus: Wir Rudolff der Andere / ꝛc. Wann wir nun gütlich angesehen / wahrgenommen / und betracht / das ur-alt adelich und rittermäßig herkommen und geschlechten / darinnen sich unsere getreuen lieben / Julius / Wolff Niclas / Jacob / Erhard und Hans Joachim / gebrüder / dann auch ihres brudern / weyland Philipp Jacoben Grüenthalers nachgelassene Söhne / Wolff Dietmar / Hans Andreas und Georg Grünthaler / und ihre vorältern / als fürnehme land-leut deß Ritterstands unsers Ertzhertzogthums Ob der Ens / von unverdencklicher zeithero befinden / auch die angenehme / getreue / nützliche und ersprießlichen dienste / so ihre vorältern und sie gedachten unsern vorfahren / und dem löblichen hauß Oesterreich über die hundert jahr / sonderlich aber Willibald Grüenthaler / weyland Käyser Friderichen / Barbarossa genandt / als desselben Feldmarschall und Oberrichter / in die achtzehen jahr lang / dann weyland Andreasen von Grüenthal sohn Colman / Käyser Fridrichen dem Dritten / zu hof / und als cämmerling / biß an sein end / nicht weniger auch Wolfgang / als ernanntes Colmans sohn / weyland dem Durchleuchtigsten Fürsten / Herrn Ferdinanden / Römischen Käyser / unsern lieben Herrn Oeem. von jugend auf so wol auf raisen als stätten / hoflagern / wie auch verschienen 1527. jahrs auf den raisen mit Gabriel Grafen von Ortenburg / als ermeldtes Käyser Ferdinanden legaten nach Burgund / Braband und Engeland / hernach als gegen-händler bey dem Vitzthomb-amt Ob der Ens / auch in anticipir- und auf bringung grosser summa gelds / deßgleichen dem Bohaimischen bergwerckh und müntzsachen / auch in andern von Ihrer Majestät und Lieb ihme anbevohlenen und anvertraueten ansehnlichen handlungen / geschäfften und commissionen; So dann / als obermeldtes Käyser Ferdinandi / so wol Käyser Maximiliani / beeder hochlöbl. gedächtnüß / rath über 34. jahr lang / zugleich auch sie / die obgenandten Grüenthaler gebrüder / uns und unserm löblichen hauß Oesterreich / insonderheit Julius / dem Durchleuchtigsten Fürsten / Herrn Philippen / Königen zu Hispanien / ꝛc. unserem freundlichen lieben vettern / schwagern und brudern / noch anno 1566. in ihrer Lieb Königreichen Neapolis und Apulia / als Fendrich über ein Hochteutsches fändlein kriegs-volck wider den Türcken / wie auch jüngst-verflossenen 97. jahrs / als unserer landschafft Ob der Ens bestellter hauptmann über ein fändlein Hochteutsches kriegsvolck / wie auch Wolff Niclas beede in verrichtungen unterschiedlicher commissionen / und dann Jacob und Erhardt / alle die Grünthaler gebrüder / in diesen offenen krieg und feldzügen / wider gemeiner Christenheit Erbfeind dem Türcken / denen er Jacob von anno 93. biß daher alle jahr und ohne besoldungen als ein Rittersmann / wie auch Erhard verflossenen 94. jahrs / bey eroberung der haupt-vestung Gran / und unseren Oesterreichischen land-leuten zu roß / zu unserem gnädigsten beniegen und wolgefallen unverdrossentlich erzeigt und bewiesen / noch täglichen thun / und hinfüro samt ihren vettern zu erzaigen sich gehorsamist erbieten / auch wol thuen mögen und sollen. So haben wir demnach mit wolbedachtem muth / guten rath / und rechten wissen / bemelten Juliusen / Wolff Niclas / Jacob / Erhard / Hans Joachim / Wolff Dietmaren / Hans Andreen und Georgen / Grüenthalern / gebrüdern und vettern / ihr zuvor habend ur-alt adelich-rittermäßig wappen und klainodt nachfolgender massen verändert / vermehret / gezieret und gebessert / und solches ihnen / ihren ehelichen leibes-erben und derselben erbens-erben / mann- und frauen-personen / hinfüro ewiglich also zu führen und zu gebrauchen gnädiglich gegönnet und erlaubt: Nemlichen ein quartirten schild / dessen hinter unter und vorder ober-veldungen gelb oder goldfarb / in jeder derselben einwarts erscheinet ein schwartzer abgehauener adlers-fuß mit untersich gekehrten klauen und obenaußgehenden bain. (als ihr vorig wappen.) Die andern

zwo

zwo veldungen aber / deren quartierungen weiß oder ſilberfarb / in jeder derſelben einwarts erſcheinet ein rother arm / vornen mit weiſſen überſchläglin / auff dem ſchild zween gegen-einander gekehrte freye offene adeliche thurniers-helm / zur lincken mit weiſſer und rother / rechten ſeiten aber gelber und ſchwartzer helm-decken gezieret / auff dem hintern helm erſcheinet auffrechts für ſich ohne arm / ein vordertheil eines mannes im langen haar / angethan in einem langen engen rothen leib-rock / umb den hals ein weiſſes überſchlägl / und auff dem kopff habend ein klain rundes rothes hietl / auf dem vordern helm ein goldfarbe Königliche cron / darauß erſcheinet ein ſchwartzer abgehauener adlers-fuß mit über ſich gekehrten klauen. Alsdann ſolch adelich wappen und klainod / ſamt derſelben veränder-mehr-zier-und beſſerungen in mitte deß gegenwärtigen unſers Käyſerlichen brieffs gemahlet / und mit farben aigentlich außgeſtrichen iſt. Uber dieſes und damit obernannte / Julius / Wolff Niclas / Jacob / Erhard / Hans Joachim / Wolff Dietmar / Hans Andre / Geörge / die Grüenthaler / gebrüder und vetter / ihrer voraltern und ihrer ſelbſten gelaiſten auffrechten / redlichen und erſprieſſlichen dienſte ſich umb ſo viel deſtomehr zu erfreuen / ſo haben wir ihnen / ihren ehelichen leibes-erben / und derſelben erbens-erben / manns- und frauen-perſonen / noch ferner dieſe beſondere gnade gethan / und freyheit gegeben / daß ſie nun hinfüro in ewige zeit gegen uns und ſonſt jedermänniglich / was würden / ſtands oder weſen die ſind / in allen ihren ſchrifften / reden / tituln / inſigeln / handlungen / geſchäfften und ämtern nichts außgenommen / ſich / mit auſſlaſſung deß bißher gehabten zu-namens Grüenthaler / hinfüro / wie ihre voraltern vor uralten zeiten gethan / die von Grüenthal nennen und ſchreiben / ihnen auch ſolcher titul von uns / unſern cantzleyen und männiglich gegeben / und ſie alſo an allen orten und enden / in allen und jeglichen händeln und ſachen / geiſtlichen und weltlichen dafür gehalten / geehret / genennet und geſchrieben werden ſollen unverhindert männigliches Thun alles hiemit auß Römiſcher Käyſerlicher und Lands-Fürſtlicher macht / vollkommenhait / wiſſentlich in crafft dieſes brieffs / ꝛc.

§. VI. Sub Ferdinando I. in Auſtria acquiſivere *Kremſeck*, inde alia bona *Ottſtorf* & *Achleuten*, atque in inferiori Auſtria *VVang* & *Reinſperg*. Bona.

§. VII. Titulum Wolfgangi Dietmari illum vidi: *Dominus de Gruenthal, Baro in Achleuten, in Dietach & Ottſtorf.* **Freyherr auf Achleuten / zu Dietach und Ottſtorff.** Titulus.

Caput XLIV.

Com. & Baron de Kielmanseck.

ARGUMENTUM.

1. *Auſtriaca linea. Comitum ſcutum.*
2. *Galea.*
3. *Faſcia Auſtriaca.*
4. *Holſatica linea.*
5. *Scutum.*
6. *Galea.*
7. *Diploma Imperiale.*
8. *Vetus diſpoſitio.*

§. I.

INcluta *Kielmanseckiorum* familia in duabus conſiſtit lineis, quarum altera Auſtriam ornat, altera Holſatiam. Quod *Auſtriacam* concernit Illuſtriſſimorum *Comitum* ſtirpem, *Fürſt.* **Wapenb.** P. 5. pag. 7. ſcutum repræſentat, quod quadripertitum eſt: prima & quarta areola iterum bipertita, ſiniſtro lateri *rubeo* inducit *faſciam argenteam*, in dextro *argenteo* ante *calumnam auream*, *aureo* etiam diademate, ex quo vittæ *coccineæ* dependent, faſtigiatam, *laurea viridis cocco ligata* apparet: ſecunda & tertia ex *auro* & *cæruleo*, *aureo baltheo* ſiniſtro diagonaliter ſecatur, in ſuperiori *aurea* parte expanſa *aquila nigra*. Huic clypeo imponitur parmula media *transverſe ſecta*, in cujus capite *rubeo duo leones argentei* colludentes ſe reſpiciunt, pes vero *ternis aureis* & *nigris faſciis* exaratur. Auſtriaca linea. Comitum ſcutum.

Galeæ. §. II. Galeæ tres ſunt coronatæ: quarum *primæ* columna cum laurea inſiſtit; ex *media* inter duo cornua, quorum dextri ſuperior pars argento, inferior minio, ſiniſtri ſuperior pars auro inferior cyano tinguntur, exurgit leo coronatus argenteus, utrumque falculis prehendens cornu. In *ſiniſtra* galea comparet herma amictu ex auro & cyano bipertito. Laciniæ dependent hinc nigræ & aureæ, iſthinc argenteæ & rubentes.

Faſcia Auſtriaca. §. III. *Faſciam Auſtriacam* gratiæ mnemoſynon eſſe, dubitari non poteſt. *Columnam* cum laurea corolla & faſcias ex atro ac auro gentilem teſſeram exiſtimo. De reliquis non ſatis mihi conſtat.

Holſatica linea. §. IV. *Holſatica* linea, quam Celeberrimi parentis in Holſaticam domum merita plurimum exornarunt, ſubſiſtit in Perilluſtribus Baronibus *Ioanne Henrico, Friderico Chriſtiano & Ioanne Adolpho Kielmannis de Kielmanseck.*

Scutum. §. V. Scuto hi etiam ab Auguſto noſtro 1679. aucti ſunt quadripertito: Et quidem laterculus primus atque quartus bipertitus hinc iterum *faſciam Auſtriacam:* iſthinc in *argento columnam auream coronatam*, ex qua vittis *rubeis* ſuſpenſa *corolla laurea viridis* conſpicitur, continet. In ſecunda quadra aurea *colliculo viridi* inſiſtit *juvenis nudus, laurea* caput redimitus & pubem contectus, ſiniſtram lateri admovens, dextra *clavam* humero impoſitam geſtans. In tertio cæruleo viſuntur tria *triangula* ſeu *cunei* ex auro, cuſpidibus deorſum verſis. Toti incumbit ſcutulum medium *aureum ter nigro faſciatum.*

Galeæ. §. VI. Huic parmæ imponuntur duæ galeæ coronatæ, quarum *prima* ſuſtinet columnam ſcutariam cum laurea: ex *altera* inter expanſas alas dextram cæruleam faſciâ aúreâ, ſiniſtram auream cæleſtinâ exaratas, pubetenus exſurgentem nudam clavigeri juvenis, laurea coronati & lauri foliis ſub umbilico revincti, imaginem videas. *Laciniæ* è dextra galea exterius dependent rubeæ & argenteæ, è ſiniſtra cyaneæ & aureæ, interius ex utraque nigræ & aureæ.

Diploma Imperiale. §. VII. Ut vero rectius hæc intelligantur, addimus diploma Auguſti noſtri *Leopoldi* 1679. 8. Maji Laxenburgi dati, quantum ejus huc ſpectat. **Und zu mehrer gezeugnüß / glauben und gedächtnüß ſolcher unſerer gnaden und erhebung in den alten Freyherrn-ſtandt haben wir ihnen / den obbenandten Freyherrn von Kielmanseck / nicht allein ihr bißher geführtes adelich und ritterlich wapen gnädiglich confirmiret / ſondern auch nachfolgender geſtalt noch mit nachkommenden und mehr andern ſtücken verbeſſert / und der andern in unſerm Ertzhertzogthum Oeſterreich anſäßig und wohnhafften Lini deren von Kielmanseck wapen (doch ihnen ohne nachtheil /) faſt gleichförmig gemacht / und ihnen / auch ihren ehelichen leibes-erben und derſelben erbens-erben hinfüro ewiglich zu führen und zu gebrauchen gnädigſt erlaubet / zu gelaſſen und vergönnet / als mit namen iſt ein quartierter ſchild / jede quartier oder veldung wiederumb alſo abgetheilet / daß der hinter unter- und vordern obern-veldungen hinterer oder lincker nach der länge / von unten biß oben geſcheidene halbe theil / roth- oder rubinfarb / in welchem nach geſtalt unſers Oeſterreichiſchen wapens in mitte nach zwerch eine breite weiſſe ſtraſſen / beede vordere theil aber weiß- oder ſilberfarb / in welchem jedwedern ein gelb- oder goldfarbe gerad überſich ſtehende ſeule / auff welchen oben auf ein Königliche güldene kron / und unterhalb faſt in der mitten ein mit rothen banden zuſammen-geknüpffter grüner lorbeer-krantz hanget / vorder untere aber blau- oder laſurfarb / in welchem drey gelb- oder goldfarbe ſpickel / als oben zwey neben einander / und drunten dreyangels-weiſe einer / hinter obere aber / gelb oder goldfarb / worinn auff einem grünen hübel eine gantz nackende junge manns-perſon / mit kurtzen braunen haaren und bart / auf dem kopff und unter dem bauch umb den leib einen grünen lorbeerkrantz / den lincken arm in die hüfft ſpreutzend / in der rechten aber einen kolben zurück über die achſel haltend: in mitte deß quartierten ſchilds ein gelb- oder goldfarbes hertz-ſchildel / wodurch über zwerg in gleicher abtheilung gehen drey ſchwartze balcken: auf dem ſchild zwey blau angeloffene / auf die zier vergoldte / einwarts gegeneinander geſtellte / offene adeliche thurniers-helm / mit anhangenden güldenen ketteln und kleinodien / deren der zur lincken mit blau-**

und

Digitized by Google

und gelben / der zu rechten roth- und weiſſen / und jedweder einwarts ſchwartz und gelben helmdecken / und einer gelb- oder goldfarben Königlichen kron gezieret / auß dem hindern erſcheinet die im ſchild beſchriebene nackende mannsgeſtalt / biß an die hüfften / und grünen krantz / zwiſchen zweyen mit den ſachſen einwarts gekehrten adlers-flügeln / deren der lincke gelb- oder goldfarb / wodurch in mitten über zwerg ein blau- oder laſurfarb / der rechte aber blau- oder laſurfarb / wodurch eine gelb- oder goldfarbe ſtraſſen gehet / auf dem vordern helm auß der kron die im ſchild beſchriebene gekrönte gelb- oder goldfarbe ſeule / mit anhangenden grünen lorbeer-krantz ; Als dann ſolch confirmirt- vermehrt- und verbeſſertes Freyherrliches wapen in dieſes unſers libell- weiß geſchriebenen brieffs ſechſten blats erſter ſeiten gemahlet / und mit farben eigentlicher entworffen und außgeſtrichen iſt.

§. VIII. Ante hanc conceſſionem paulo alia diſpoſitio erat, ut in *Fürſt.* Wap. P. 3. p. 153. in nobilitate Holſatica videre eſt. Nam parma quadripertita in primo & quarto laterculo *rubeo columnam argenteam* cum *laurea & corona* referebat, in ſecundo laterculo *aureo nudus claviger* conſpiciebatur, in tertio tria triangula ſed pertuſa apparebant. Unde videre eſt, non niſi primum laterculum nonnihil immutatum & faſciæ Auſtriæ acceſſione auctum, tum medium ſcutulum additum eſſe. *Galea* in uſu erat una cum imagine clavatoris inter alas, quæ nunc ſecundum locum occupat. Vetus diſpoſitio.

Caput XLV.

Com. de Leiningen & Dagsburg.

ARGUMENTUM.

1. *Duæ familiæ Leiningia.*
2. *Leiningenſes veteres. Linea Landgraviorum. Rixingia. Dagsburgia. Hartenburgia & Falckenburgia.*
3. *Scutum. Teſſera Leiningia. Ponticuli ratio.*
4. *Dagsburgum. Comites. Succeßio.*
5. *Aſperimontium. Familia. Succeßio. Controverſia.*
6. *Galeæ.*
7. *VVeſterburgia.*

§. I.

A *Leiningenſibus* ditionibus, quæ in Palatinatus & Epiſcopatus Wormatienſis atque Spirenſis confiniis ſitæ ſunt, duæ Illuſtriſſimæ familiæ nomen ſortiuntur, quæ *Dagsburgio & VVeſterburgio* deſcemuntur agnomine. Duæ familiæ Leiningiæ.

§. II. Quæ originaria familia fuit, haud dubie ex antiquiſſimis in hac Rhenana ora ſtirpibus cenſetur. Ex ea leguntur in ludis equeſtribus Magdeburgicis *VVipprechtus 938.* Conſtantienſibus 948. *Fridericus*, Trevirenſibus 1019. *Schaffardus*, Gœttingenſibus 1119. *Emico*, Tigurinis 1165. *Emico II.* Colonienſibus 1179. *Heſſo.* Ut de poſterioribus non dicam. Inprimis plures ex ea Epiſcopi fuere ; Enumerantur *Spirenſes* ex his comitibus Epiſcopi *Sigfridus 1127.* qui 1147. defunctus, *Guntherus 1148.* fundator Maulbronnæ, 1156. mortuus, *Henricus 1245. 1272.* extinctus, *Emico* à 1314. ad 1328. Herbipolitani duo fratres *Hezelinus* à 1130. ad 1131. & *Emericus* inde ad 1147. Auguſtanus *Emericus* à 1064. ad 1277. Bambergenſis *Bertholdus* (aliis Leopoldus) à 1257. ad 1285. Imo *Ioffridus* ſeu *Godofridus* (cum quo nomine, attenta Lotharingorum pronunciatione, idem nomen puto, quod aliquoties in hac familia legitur Schaffardus) 1395. Archiepiſcopus *Moguntinus* electus eſt, cui tamen Pontifex *Ioannem Naſſovium* oppoſuit. Dicitur vero inprimis in duos ramos ſtirps diſtincta, in filios *Friderici*, *Friderico & Ioffrido*, quorum illi *Leiningiæ* ditiones ceſſere, huic à matre *Dagsburgia*, *Dagsburgum.* Illius linea defecit in abnepotibus *Heſſone II. Landgravio Leiningio*, cui *Eliſabetha Bavariæ* Dux conjux fuit, & *Friderico*, qui 1448. cælebs mortuus eſt ; horum vero ſoror *Reinhardo Domino à VVeſterburg* elocata ſucceſſionem ei detulit. *Ioffredus* iterum genuit *Fridericum* ſeu *Frizmannum*, & *Emiconem V.* Illi tribuitur uxor *Comitiſſa à Rixingen*, quæ heres unius *Salmenſis* rami, penes quem *Richecuria* ſeu *Rixinga* in Lotharingiæ finibus fuerat, hanc hereditatem attulit. In Cheſneo etiam lego, eum maritum fuiſſe *Mariæ Caſtilloniæ*, viduæ Rudolfi I. Lotharingiæ Ducis, & ob hoc privigni nomine illum rexiſſe *Ducatum.* Cæterum ipſius progenies in quintam duravit generationem, Leiningenſes veteres. Linea Landgraviorum. Rixingia.

Demum *Haman C. Leiningiæ & Rixingiæ* genuit *VValpurgim & Eliſabetham.* Illa *Iohanni de Hohenfels, Dn. de Reipolzkirch*, (male alii de Rappolſtein,) hæc *Emiconi Dauno Falckenſteinio Dn. de Oberſtein* nupta eſt, mater *Hamanis*, qui *Barbaram Dauniam* genuit, *Simoni VVeckero C. Bipontino*, & poſt hunc *Ioanni Iacobo C. Eberſteinio* elocatam. Ex illo genita *Amalia*, quæ marito *Philippo C. Leiningio & VVeſterburgio* præter alias prætenſiones *Rixingam* etiam attulit. Emico autem Friderici frater reliquos *Dagsburgios* profevit. In cujus poſteris *Emico IX.* ex filiis *Ioanne Philippo & Emicone X.* ramos *Hartenburgium & Dagsburgium* ſeu *Falckenburgium* ex ſe dedit, ex quorum hoc novus ſurculus *Heidesheimius* ortus eſt.

Dagsburgia Hartenburgia & Falckenburgia.

§. III. Hæc familia originaria Leiningenſis ſcuto utitur quadripertito. Prima & quarta areola *cærulea tres argenteos vultures* ſeu *aquilas*, imminente deſuper *faſciola rubea* ſeu *ponticulo (lambel)* defert. Notatur ipſa familia hoc ſymbolo. Sed quæ faſciolæ ratio ſit, nec ipſa quidem familia ſatis callet. Inde aliqua allegantur, quæ honori ſtirpis potius officerent quam prodeſſent. Si conjecturæ locus ſit, ex artis more crediderim inter *Friderici* filios *Fridericum & Ioffridum*, à quibus duas lineas egreſſas dixi, ita conſtitutum eſſe, ut major natu avitam parmam ſimplicem geſtaret, minor vero natu frater diſcerniculum hoc aſſumeret. Ex illis enim, quæ P. 1. c. 8. adducta ſunt, exemplis ſatis patet, Germanis veteribus, inprimis in cis Rhenana ora ſeu Gallica morem illum diſcerniculorum per lacinias non fuiſſe ignotum. Cum vero ratio aſſumti diſcerniculi temporis lapſu oblivioni traderetur, quamvis deficiente majori linea jus armorum planorum ad alteram delapſum eſſet lineam, retenta eſt diſtinctionis nota, etiam ſine neceſſitate, quod ſæpius alias etiam factum eſſe alibi monſtravimus.

Scutum.

Teſſera Leiningia.

Ponticuli ratio.

Dagsburgum.

§. IV. Laterculus ſecundus & tertius *Dagsburgiam* teſſeram continet, quæ eſt in *argenteo* alveolo, quem *limbus rubeus* circumdat, *leo niger*, toti ſuperinductis *octo ſceptrus aureis liliatis in crucem & decuſſim diſpoſitis.* conf. Wapenb. P. 2. pag. 7. Notari *Dagsburgium* comitatum à caſtro Alſatiæ in Vogaſo ſito dictum, dubium non eſt. Cæterum ex convenientia & nominis & inſignium ſunt, qui ejusdem originis *Liechtenbergios & Dagsburgios* veteres fuiſſet autumant: nam alterum caſtrum à *die* alterum à *luce* appellationem ſortitum eſt, & Dagsburgicus clypeus non niſi ſceptris illis liliatis à Liechtenbergico differt. conf. inſign. Hannov. L. 2. c. 41. n. 11. *Bernh. Herz. in Chr. Alſat. L. 5. p. 2.* ex liliatis ſceptris etiam conjecturam facit, feudum fuiſſe *Francicum.* Sed malim ego in illis rationem diſcerniculi quæri. Cæterum *Dagsburgiam* gentem quod attinet, eam vidi ab *Hugone Hugeshovii* conditore derivari, qui *Hugonis* Alſatiæ Comitis filius, atque *Gerhardi C. Metenſis*, à quo tota Lotharingica familia deſcendit, nec non *Guntrami*, Habſpurgiorum & ex his Auſtriacorum ſatoris, frater fuiſſe perhibetur. Hoc Hugone *Hugonem* genitum ajunt, patrem non ſolum *Brunonis Epiſcopi Tullenſis*, qui dein ſub nomine *Leonis IX. Pontifex Romanus* fuit, ſed & *Hugonis II.* qui *Hadvidem Hugonis Capeti Regis* filiam uxorem habuit. Gis genitus *Albertus*, quo & Ermeſinde Lucenburgica nati *Hugo III.* & *Lutigardis*, quorum illum ἄπαιδα deceſſiſſe, hanc heredem *Godefrido Lotharingo* nupſiſſe perhibent. Ita & finita fuerit progenies; quod tamen cum reliqua Hiſtoria non convenit. Siquidem Friderico Leiningio, de quo §. 2. ſecunda uxor datur *Ioanna Dagsburgica*: unde ab aliquo minore natu vel Hugonis I. filio, qualis legitur *Gerhardus* Adelheidis Svevicæ maritus, vel Alberti, qualis memoratur aliquis *Henricus*, ramum ſuperfuiſſe oportet, cujus heres Friderico dotalem dynaſtiam Dagsburgiam attulit: ex quo tempore in poteſtate familiæ ad nos usque permanſit.

Comites.

Succeſſio.

§. V. Toti imponitur ſcutulum medium *rubeum cruce argentea* impreſſum. Quo *Aſprimontium* Dominium non procul Metis ſitum denotatur. vid. Wapenb. P. 2. p. 34. *Fürſt.* Wapenb. P. 3. pag. 23. Cæterum fuit *Aſprimontana* familia ſatis celebris, de qua etiam L. 3. c. 1. egimus. conf. *P. Anſeaum. Pal. de l'Honn. P. 5. p. 287. & ſeq.* qui originem ejus refert ad *Gobertum*, qui 1136. vixit, *Hadvidis* f. *Godefredi II. C. de Iovviniaco* ſeu *Ioigny* maritum. Ex hoc matrimonio reliqua ſtirps prodiit, in qua *Ioannes Epiſcopus Virodunenſis* & poſtea *Metenſis* fuit, & 1240. mortuus eſt: alius *Henricus* item Epiſcopatum *Virodunenſem* rexit, & 1345. mortuus eſt. *Godofredus IV. Dominus Aſperimontis* inprimis gratioſus apud Carolū IV. fuit, & ab eo præter alia jura Domui ſuæ poteſtatem

Aſperimontium.

Familia.

ſtatem 1357. diplomate ſcripto impetravit, ignobiles niſi alterius ſervi eſſent in nobilium & equitum Ordinem cooptandi, notarios creandi & ſpurios legitimandi. Hujus nepos *Godofredus V.* per filiam *Ioannam Baronatum* ſuum genero transmiſit *Ioanni Dn. d' Antel* ſeu *de Elter*, unde natus eſt *Hubertus Dn. de Autel & de Aſpermont*, pater *Annæ*, quæ *Emiconi VII. Comiti Leiningenſi* dotale *Dominium Aſperimontis* attulit. Cæterum alii Aſperimontani collateralis lineæ deinceps controverſiam Leiningiis moverunt: quod *Godofredus V.* præter *Ioannam* illam Joanni Elterano nuptam filium habuerit *Gobertum VII. Aſprimontanum Dn. de Buſancy* & Principem *de Ambliſe*: à quo reliqui Principes *de Ambliſe* usque ad *Ioannem II.* Principum illorum ultimum, qui cum Carolum V. ſecutus fidelem operam in bello navaſſet 1525. diplomate obtinuit inveſtituram Baronatus Aſperimontis, ſed ſine prole relicta deceſſit. Inde ex alia linea Dominorum de *Sorcy* Joannes II. prætendit ad ſe agnati illius ſui jus devolutum: Verum caruit prole, unde ex fratre *Carolo Dn. de Nanteuil* nepos *Claudius* teſtamento patrui prætenſionem ſibi arrogavit, ſed hic etiam deſtitutus fuit ſobole. Inde hujus fratre *Abſalone* natus *Carolus III. Comitis Aſperimontis* titulum ſumſit, pater *Mariæ Luiſæ* deinceps Duciſſæ Lotharingicæ. Alius etiam ramus eſt *Comitum Reckheimenſium & Lindenſium Aſperimontanæ* gentis, cui nuper jus ſententia Curiæ Francicæ in Comitatum Aſperimontis obtentum Gallici agnati conceſſere.

Succeſſio.

Controverſia.

§. VI. Galeæ hoc ſcutum premunt tres: prior *Leiningia* eſt, quæ ſuſtinet arborem viridem floſculis argenteis exornatam: media *Dagsburgia* expandit alas duas nigras corculis argenteis impreſſas (Wapenb. P. 2. pag. 7.) ſiniſtra *Aſperimontana*, quæ (Wapenb. P. 2. pag. 34.) coronata ſexangulam tabulam ſuſtinet rubeam, argentea cruce notatam, ſingulis angulis totidem globulis & pennis pavoninis ornatam. Alibi vidi mediam *Leiningiam* ſiniſtram *Dagsburgiam*, dextram *Aſperimontanam*, quæ coronata inter duo cornua aquilinum caput coronatum ſuſtineat. Laciniæ dependent ex prima argenteæ & cæruleæ, ex media aureæ & rubeæ, ex ultima argenteæ & rubeæ.

Galeæ.

§. VII. Altera familia origine eſt *Weſterburgia*, à caſtro in Weſterwald ſito nomen habens, & ipſa quoque antiquitate & gentis ſplendore cum quavis alia contendere valet. Unde Hermanno Bilingio Saxoniæ Duci ante plura ſecula uxor datur Hildegardis Weſterburgia. Hujus vero ſcutum, cujus medius laterculus mihi ignotus eſt, hic explicare nequeo, ſed pluribus de eo doceri expecto.

Weſterburgia.

Caput XLVI.

Com. & Bar. de Metternich, VVinnaberg & Beilſtein.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Linea. Burſcheidia.*
2. *Scutum.*
3. *Winnenberga-Beilſteiniia linea.*
4. *Familia VVinnenbergia. Philippi Baronis effigies.*
5. *Inter proceres imperii.*
6. *Duo rami hujus lineæ. Elector Carolus Henricus Moguntinus.*
7. *Galeæ.*
8. *Familia Alſter dict. Metternich in Metternich & VVolf dict. Metternich in Gracht.*

§. I.

Illuſtris *Metternichia* ſtirps in *Rhenana* nobilitate jam à multo tempore floruit. Ejus hodienum quinque ſuperſunt lineæ, duæ in *Iuliaco*, *Metternichii de Müllenarck* & de *Niderberg* dicti, una in *Lotharingia Metternichii de Rodendorf*, alia in *Lucenburgio Metternichii de Burſcheid* ſeu *de Dodenburg* & demum *Metternichii de VVinnenberg* & *Beilſtein*. Harum duarum, quas ultimas enumeravi, communem patrem vidi *Carolum* (filium *Ioannis*, nepotem alius *Ioannis*,) qui *Emundum* genuit, & *Theodoricum*: illo & Amalia Kolbia de Fettelhofen natus eſt *Ioannes*, pater inter alios *Lotharii*, qui *Trevirenſium Archiepiſcopus & Elector* fuit, & 1623. extinctus eſt, atque *Ioannis Dieterici*, hoc nati *Ioannes Reinhardus* præpoſitus Moguntinus & Archiducis Leopoldi Wilhelmi Adminiſtrator in Epiſcopatu Halberſtadio, *Carolus* Chorepiſcopus Trevirenſis, *Emericus* præpoſitus Trevirenſis, & pridem Cæſarearum legionum

Familia.

Lineæ.

trium

trium Colonellus, nec non *VVilhelmus* & *Lotharius*, duorum ramorum *Beilſteinii* & *VVinnæbergii* capita. *Theodoricus Emundi* frater Dominus de *Borſcheid* & *Zivel*, præter *Gothardum* Dominorum de *Zivel* propagatorem, reliquit *Stephanum*, à quo continuati Domini de *Borſcheid*, nam pater fuit *Theodorici*, hic *Ioannis Gerhardi*, qui filios habuit *Lotharium Fridericum* Epiſcopum *Spirenſem*, & dein Archiepiſcopum *Moguntinum* atque Epiſcopum *VVormatienſem*, cujus ſcutum L. 1. c. 64. explicavimus, & Perilluſtrem *VVolfgangum Henricum Baronem de Metternich in Burſcheid*, Annæ Margaretæ Schænborniæ maritum.

Burſcheidia

Scutum.

§. II. Genti commune ſcutum eſt *argenteum tribus conchis marinis nigris* inſigne (Meer-muſcheln oder Auſternſchaalen) vid. *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 187. Clypeo imponitur galea coronata, ex qua prominet *caput cum collo cycni candidi* roſtro nigricante. Laciniæ vero dependent *nigræ* & *argenteæ*.

Winnenberga-Beilſteinæ lineæ.

§. III. Linea *VVinabergio-Beilſteinia* ſcuto utitur quadripertito, in cujus prima & quarta areola *rubea baltheus cochleatus* pingitur *cæruleus*, comitibus utrinque *ternis cruciculis aureis*: In ſecunda & tertia iterum *coccinea* repræſentantur *tria cornua venatoria argentea*. Toti demum imponitur ſcutulum ipſum *Metternichium* familiare.

Familia Winnenbergia.

§. IV. Scutum majus dynaſtias *VVinnabergiam* ſeu *VVinnebergiam* & *Beilſteiniam* deſignat. vid. Wap. P. 1. p. 25. Hæ paruere familiæ, cujus fragmentum quatuor graduum *Henning. Theatr. geneal. T. 3. P. 1. p. 352.* recenſet: plenam vero deductionem nusquam ego vidi. Ea demum defecit hoc ſeculo, atque quantum mihi conſtat, ad Electorem *Trevirenſem* delapſa ſunt feuda, qui ea huic ſtirpi contulit. Ut vero gentis decor pateſcat, huc transfero tabulam progonologicam *Philippi junioris L. Bar. VVinnebergii & Beilſteinii* Conſiliarii Palatini & Burggravii Alzeienſis, cujus filia *Ioanna* Henrici C. Ortenburgici conjux fuit

Philippi Baronis ἀρχέγονα.

- Philippus L. Baro de Winaberg & Beilſtein
  - Philippus L. B. de Winaberg & Beilſtein.
    - Conradus Bar. in Winaberg.
      - Joannes Baro in Winaberg.
        - Joannes L. Baro in Winaberg & Beilſtein.
        - Irmgardis f. Howardi de Eltern Dn. de Aſpermont.
      - Irmgardis Vogtin in Hunoldſtein.
        - Joannes Vogt Dn. in Hunoldſtein.
        - . . . . .
    - Barbara C. de Manderſcheid.
      - Joannes C. de Manderſcheid.
        - Theodoricus C. de Manderſcheid.
        - Eliſabetha Dn. de Sleiden.
      - Margareta C. de Marca.
        - Eberhardus Com. de Marca in Arenberg.
        - Margareta Dn. de Bochour.
  - Urſula Com. in Rietberg.
    - Otto C. in Rietberg.
      - Joannes Com. in Rietberg.
        - Conradus Com. Hojæ & Rietbergæ.
        - Jacobea ſeu Gertrudis Com. in Neuenaer.
      - Margareta C. Lippiæ.
        - Bernhardus C. Lippiæ.
        - Anna C. Schauenburgi.
    - Anna Com. Saynæ.
      - Gerhardus C. Saynæ.
        - Gerhardus C. Saynæ.
        - Eliſabetha Dn. in Sirck.
      - Joanna C. Wiedæ.
        - Joannes C. de Wied, Dn. in Runckel.
        - Eliſabetha Com. Naſſoviæ.

Inter proceres Imperii.

§. V. His dynaſtiis in *matricula imperii* locus eſt. vid. *M. Zeiler. itin. Germ. P. 2. p. 22.* & ex eo *Limn.* Connumerantur vero, licet Trevirenſi diœceſi circumdatæ, *circulo VVeſtphalico* & *Comitum Saxo-VVeſtphalicorum* ſcamno. Earum ratione huic etiam illuſtri genti nunc in dietis circularibus & imperialibus locus eſt, & ſubſcripſit Comitiis 1654. *Lotharius L. Baro de Metternich, VVinneberg & Beilſtein, Dominus in Zopfer & Kœnigsberg, Senatus Imperialis aulici Senator & Cæſareus Camerarius & Colonellus, Trevirenſis Conſiliarius intimus, Provincialis curiæ Magiſter & Satrapa Conſluen-*

Conſluentinus pro ſe & reliquis Dominis de Winnaberg & Beilſtein, nec non *Philippus Emericus L. Baro de Metternich, VVinneburg & Beilſtein, Dominus in Berburg & Kœnigsvvart.*

§. VI. Porro hæc linea iterum duos, quod §. 1. dixi, ramos habet ex duobus fratribus *Lothario* prædicto & ejus fratre *VVilhelmo:* ille in *VVinneberg*, hic in *Beilſtein.* Hic Burggravius Egranus, Colonellus Hiſpanus & Senatus aulici Imperialis bellici Aſſeſſor, pater fuit defuncti Eminentiſſimi Electoris *Caroli Henrici*, qui hac cauſa Winnabergio-Beilſteiniam parmam Electorali ſcuto mediam impoſuit, & Illuſtriſſimi jam Comitis dignitate aucti *Philippi Emerici* prædicti, qui Camerarius Imperatoris, Colonellus & Burggravius Egræ eſt, trium filiorum pater. *Lotharius*, qui 1663. defunctus eſt, moderni Perilluſtris dynaſtæ Winnabergii genitor fuit.

Duorum hujus lineæ.

El. Carol. Henricus Moguntin.

§. VII. Linea hæc *VVinnoberga-Beilſteinia* utitur duabus galeis, priori videlicet coronata *Metternichia* cum collo cygni; ex altera autem exurgit apex *VVinnebergius* caput capricorni cum collo ex nigro & argento bipertitum. Laciniæ utriusque caſſidis ſunt argenteæ & atræ. Has duas galeas etiam præfatus Elector Moguntinus reliquis galeis adjecit.

Galeæ

§. VIII. Aliæ familiæ etiam Metternichio nomine utuntur, ab hac plane diverſæ: alii vocantur *Alfter* dicti *Metternich in Metternich* (zu Metternich.) Alii *Bar. VVolfii Metternich in Gracht* (zur Gracht) quæ ipſorum dynaſtia eſt, *Illi Iuliacenſes*, quod audio, fruuntur teſſera leonis rubei in argento: Metternichio autem nomine utuntur à domicilio in pago Metternichio Colonienſis diœceſis: Sed *VVolfiis* in uſu eſt ſcutum transverſe ſectum, in cujus capite cæruleo apparet lambella ſeu faſciola trifida (aliquando pontem Tiberinum vocant) argentea: in pede argenteo lupus naturali colore pictus gradiens. Caſſis imponitur diademate tortili cæleſtino & argenteo, quæ etiam tinctura eſt laciniarum, contecta, ex quo exurgit σεστομὴ lupi ſcutarii. Dicuntur vero originarii eſſe ex *Haſſia*, ubi adhuc ſuperſint, qui hoc deigmate utantur, dicti *VVolfii de Hauenſtein.*

Familiæ Alfter dict. Metternich in Metternich. & Wolf dict. Metternich in Gracht.

CAPUT XLVII.

Archiepiſcopus & Elector Moguntinus.

ARGUMENTUM.

1. *Elector Carolus Henricus ex Metternichiis, Anſelmus Franciſcus ex Ingelheimiis.*
2. *Scutum illius.*
3. *Galea.*
4. *Scutum Electoris moderni.*
5. *Galea.*
6. *Ingelheimia familia.*
7. *Electoris tabula progonologica.*

§. I.

DUM in operis hujus impreſſione typographica præla ſudarent, poſt excuſum caput 64. Libri primi, *Moguntinæ ſedi* dicatum, bis iterum eadem alios accepit præſules: Cum enim, cujus ibi ſcutum luſtravimus, Eminentiſſimus *Damianus Hartardus* ex *Leyanis 1678.* ſatis conceſſiſſet, ei *Carolus Henricus ex Metternichiis*, & huic quoque vivis intra annum vertentem exemto, adhuc 1679. menſe Novembri *Anſelmus Franciſcus* ſuffectus eſt, Eminentiſſimi *Electores & Archiepiſcopi Moguntini*, quorum jam ſcuta luſtranda ſunt.

El. Carol. Henricus ex Metternichiis.

Anſelmus Franciſcus ex Ingelheim.

§. II. Quod Eminentiſſimum *Carolum Henricum* attinet, clypeo uſus eſt quadripertito ex *Moguntino* & *Vormatienſi* ſymbolo, loco prædicto L. 1. cap. 64. ſatis explicatis. His vero quadris imponebatur aliud ſcutulum quadripertitum: cujus prima & quarta areola rubea continet baltheum cochleatum cæruleum, quem utrinque comitantur ternæ cruciculæ aureæ: ſecundus & tertius laterculus item rubeus continebat terna cornua venatoria ex argento. Media vero alia his iterum areolis imponebatur parmula argentea cum tribus conchyliis ſeu conchis marinis nigris. Ex his baltheus cochleatus Winnebergium, cornua Beilſtei-

Scutum illius.

Digitized by Google

nium, & conchæ Metternichium ſunt δῶγμα, de quibus proximo capite egimus.

Galeæ. §. III. Galeæ erant quinque, quarum *mediam Archiepiſcopalis* mitra, *proximam* rota *Moguntina* & *clavis Vormatienſis* tabulæ ſexangulæ inſcripta, *extremas Metternichius* cygnus ex corona naſcens, & caput cum collo capricorni *VVinnebergius* apex ornabant.

Scutum Electoris moderni. §. IV. Eminentiſſimus, qui nunc feliciter ſedem tenet, *Anſelmus Franciſcus* ſcuto utitur quadripertito, cujus primam & extremam aream iterum *Moguntina* rota inſignit; ſecunda & tertia *nigra* ornatur *cruce teſſellata duplici teſſellarum aurearum & coccinearum* tractu.

Galeæ. §. V. Galeæ ſcuto tres imponuntur, media cum mitra *Archiepiſcopali* pulvinari impoſita, anterior tecta pileolo electorali rubeo, cujus ora reducta vellere pontici muris ſplendet, ſuſtinet rotam *Moguntinam. Extrema* ornatur jugo expanſo alarum nigrarum, cruce teſſellata ſcutaria exornatarum.

Ingelheimia familia. §. VI. Crux illa teſſellata, quæ in *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 124. minio & argento pingitur (ubi etiam corona galeæ imponitur, & loco jugi unica tantum ala pingitur, aliter quam domeſticæ picturæ, quas ſecutus ſum, ferunt,) notat Generoſam familiam de *Ingelheim* in Rhenana nobilitate à pluribus ſeculis illuſtrem. Integram genealogiam ejus non vidi, reperio vero in ludis Equeſtribus Conſtantienſi. 948. nomen *Henrici de Ingelheim*, in Tigurino 1165. *Martini* de Ingelheim equitis, nec non *Barbaræ Ingelheimiæ* viduæ *Theodorici de Cronberg*. In Norimbergenſi 1197. *Ioannis de Ingelheim*, qui proximi ludi Wormatienſis præfectus deſtinabatur & dein fuit, nec non *Anaſtaſiæ* virginis Ingelheimiæ. Hodie præter Electorem non niſi duo ſtirpis hujus ſuperant, Illuſtres *Ioannes Lucas* Canonicus Moguntinus, & *Franciſcus Adolfus Dietericus*, ille *Philippo VVilhelmo* Pro-Chiliarcha, hic *Philippo Ludovico* præfecto Miltenburgio nati, qui patruum habuere *Marſilium Godofredum* Decanum Moguntinum, 1679. extinctum, & avum *Godofridum* Electoris patruum magnum.

Electoris tabula progonologica. §. VII. Electoris proavi & aviæ 64. huc aſcribi merentur, quos iſta tabula exhibet:

Digitized by Google


Anselmus Franciscus Fridericus ab Ingelheim Elector & Archiepiscopus Moguntinus.
Georg. Joannes de Ingelheim.
Matsil. Godofr. de Ingelheim.
Matsilius de Ingelheim.
Joannes ab Ingelheim.
Jacobus ab Ingelheim.
Joannes ab Ingelheim Eques.
Elisabetha Wolfin de Spanheim.
Doroth. Brendlin de Homb.
Georgius Brendel ab Homburg.
Elisabetha de Eltern.
Elisabet. de Reiffenberg.
Matsil. de Reiffenberg.
- - - de Reiffenberg.
- - - Spechtin de Bubenheim.
Margareta de Staffel.
Dietherus de Staffel.
Elisabetha de Hattstein.
Amalia de Fleckenstein.
Frideric. de Fleckenstein.
Nicolaus de Fleckenstein.
Joannes de Fleckenstein.
Margareta de Rathsamhausen.
Marg. Greiffenclauin de Vollr.
Fridericus Greiffenclau de Vollraths.
Anna de Elter.
Margareta de Drath.
Christophor. de Drath.
- - - de Drath.
- - - de Helmstatt.
Marg. Sturmfed. de Oppenw.
- - - Sturmfeder de Oppenweiler.
- - Steinhauserin de Ridentels.
Amalia Langvvertin de Simmern.
Johan. Georg Langvverth de Simmern.
- - Langvverth de Simmern.
- - Langwert de Simmern.
- - - Blick in de Liechtenberg.
- - - Meyin de Lambsheim.
- - - Mey de Lambsheim.
- - - Hallin.
- - Schad de Ostheim.
- - - Schad de Ostheim.
- - - de Güuls.
- - - Hedersdorf.
- - - de Hederstorf.
- - - de Mansheim.
Eva de Schænborn.
Joan. de Schænborn.
Joan. de Schænborn.
Gilbertus de Schœnborn.
Anna de Scharpfenstein.
Elisab. Prederin. de Hoenstein.
Joannes Preder de Hoenstain.
- - - de Winnenberg.
Juditha de Muderspach.
Emericus de Muderspach.
Daniel de Muderspach.
Guta de Nassau.
Anna Schenckin de Schweinsb.
Henricus Schenck de Schweinsberg.
Cathar. de Rolzhausen.
Anna Elisabetha Sturmfederin de Oppenvveiler.
Wolfg. Frideric. Sturmfeder de Oppenvveiler.
Frideric. Sturmfeder de Oppenvveiler.
- - Sturmfeder de Oppenweil.
--- Sturmfeder de Oppenweiler.
- - - de Hoenstein.
- - Vezerin de Geispizheim.
Eberhard. Vezer de Geispizheim.
Elisabetha de Ingelheim.
Margar. de Hürnheim.
- - - de Hürnheim.
- - - de Hürnheim.
- - - Lossenstein.
- - - de Hohenalfingen.
- - - de Hohenalfingen.
- - - Ellerbach.
Agnes Cam. de Worms dict. de Dalberg.
Georg. Cam. de Worms dict. de Dalberg.
Wolfg. Camer. de Worms D. de Dalberg.
Wolfg. Camer. de Worms D. de Dalberg.
Gertraud Greiffenclauin de Vollraths.
Agnes de Sickingen.
Schweickard de Sickingen.
Margareta de Hohenberg.
Agnes de Flersheim.
Bechtholdus de Flersheim.
Joannes de Flersheim.
Otilia Kranichin de Kirchheim.
Elisab. de Helmstatt.
Erhardus de Helmstatt.
Gisela de Rathsamhausen.
Petrus Nagel de Dürmstein.
Petrus Nagel de Dürmstein.
- - - Nagel de Dürmstein.
- - - de Scharnhausen.
- - de Remchingen.
- - - de Remchingen.
- - - Kranichin de Kirchheim.
Marg. de Heppenheim D. de Saal.
Andr. de Heppenheim D. de Saal.
Andreas de Heppenheim, D. de Saal.
Viola de Reiffenberg.
Meza Rothin de Burgschvvalb.
Joan. Roth de Burgschwalbach.
- - - Ellerbach.
Elisabetha Nagelin de Dürmstein.
Cathar. Crazin de Scharfenstein.
Philippus Craz de Scharfenstein.
Caspar. Craz de Scharpfenstein.
Henricus Craz de Scharpfenstein.
Margareta de Sœtern.
Agnes de Schænberg.
Adam de Schœnberg.
Gutha de Walbrun.
Anna de Schænenburg.
Joan. de Schænenburg.
Philippus de Schænenburg.
Elisabetha von der Leyen.
Elisab. Weilerin de Nickenich.
Herman. Weiler de Nickenich.
Maria de Burscheid.

Caput XLVIII.

Com. de Ortenburg veteris proſapiæ, & Com. de Ortenburg in Carinthia.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ, hiſtoria.*
2. *Elogia ex Aventino. VVerdenſteinio. Spangenbergio.*
3. *Veteres Comites. Arnulfus Comes Pariſienſis.*
4. *Hartvicus Archiepiſc. Saliburg. Comitatus Spanheimius.*
5. *Continuatio familiæ.*
6. *Ramus Ducum Carinthiæ & Comitum Ortenburgiorum in Carinthiâ.*
7. *Bavaricus ramus. Variæ lineæ. Pacta hereditaria.*
8. *Balthem gentilis.*
9. *Inſignia aucta. Spanheimiæ teſſella. Ala Ortenburgica Ortenburgium Carinthiæ ad Gabr. Salamancam translatum.*
10. *Scutum Ducum Carinthiæ.*
11. *Comitum Ortenburgi Carinthii.*
12. *Cilaienſium Comitum. Saaneck. Com. Sternberg.*
13. *Scutum lineæ Bavaricæ.*
14. *Carmine explicatum ſcutum.*
15. *Tituli. Ortenburg. Antiquior proſapia. Neu-Ortenburg.*
16. *Inter ſtatus Imperii. Controverſia cum Bavaris.*
17. *Titulus Dei gratia Comites Principes.*
18. *Titulus C. Chriſtiani. Seldenau. Neudeck. Mattighoven.*
19. *Hereditas C. ab Hals. C. Murach. Alia acceſſiones.*
20. *Veteres familiæ poſſeſſiones & vaſalli.*
21. *Vaſalli hodierni.*
22. *Palatinatus Bavariæ.*
23. *Ortenburgum Carinthiæ translatum ad Cilejenſes. Inde Auſtrios.*
24. *Comitatus Ortenburg conceſſus Gabrieli de Salamanca.*
25. *Familiæ nova illorum Comitum. Ortenburg ad VVidmannios.*
26. *Gabrielis & poſterorum ſcutum.*
27. *Ortenburg. Gratia Imperialis. Privilegium Palatinum.*
28. *Galea.*
29. *VVidmanniorum inſignia.*
30. *Scutum & Galea.*

§. I.

Familiæ hiſtoria. ILluſtriſſima *Ortenburgiorum* in *Bavaria* Comitum familia nulli facile antiquitate proſapiæ, meritorum gloria, & quibus ſucceſſu temporis gaviſa eſt poſſeſſionum amplitudine concedit. Eam integram *M. Gall. 1641.* deſcripſit, & hiſtoriam ita adornavit, ut typis idonea ſit, & nongentorum annorum ſeriem complectatur. Illuſtriſſimus vero Comes *Chriſtianus* de gente ſua bene merens integram arborem Monachii æri incidi curavit, additis ubique inſignibus: à quo & iſta tabula & hiſtoria manuſcripta atque alia documenta gratioſe communicata ſunt, ex quibus de hac quam aliis familiis prolixius agere licet.

Elogia ex Aventino. §. II. *Ioh. Avent. L. 7. Annal. Bojor.* hoc elogium tribuit: *Ejus* (nimirum Henrici, qui *Dei gratia* ſe *Comitem Artenbergenſem* dixit 1236.) *poſteri adhuc vetus cognomen ſervant, & in Bojaria omnium Bojorum nobiliſſimi ſecundum regulam cenſentur: Eos autem ab Angelberto nobiliſſimo Charionum legato deducit.*

Werdenſtein. *Iohan. Georg. à VVerdenſtein Canon. Auguſt. & Eichſtett. ita de gente ſentit: Illuſtres Comites Ortenburgicos in Bojaria Aborigines eſſe, & ex ea in Carinthiam migraſſe, Domicilium novum conſtruxiſſe, illud ex avito & perantiquo in Bojis caſtro denominaſſe, aliquot rationibus & evidentibus conjecturis adductus plane ſentio. Cyriac. Spangenb.* Adelſp. L. 10. c. 15.

Spangenbergio. **Artenburg oder Ortenburg in Bäyern ſind die ältiſten und edelſten Herren nach den Hertzogen / und ligt dieſe Grafſchafft zwiſchen der Donau / Iſer / Inn und Saltz: Man ſchreibet ihnen den Hoch- und Wolgebohrnen Herrn / darumb / weil ſich ihre ankunfft von alten Hertzogen zu Kärndten her erſtrecket.** Porro gentem hanc deſcribit *VVigul. Hund.* P. 2. ut & *Henninges Theatr. geneal.* T. 3. P. 1. p. 246. & ſeq.

Veteres Comites. §. III. Primum omnium video allegari *Ortliebum Com. Ortenburgium*, qui circa 740. prælio maximæ parti nobilitatis Bojaricæ & Svevicæ infauſto ad *Feilenforſt* pro libertatæ patriæ adverſus Carolum Martellum cecidit: cum ex præcipuis proceribus Bojariæ tum fuiſſe appareat. Inde *Rapatonis C. Ortenburgici* mentio fit in vetuſto libro in Wurzthal ſub Carolo M. circa 801. Poſt eum *Rapato II.* ſub Ludovico Pio,

Digitized by Google

Pio 100. prædia Epiſcopo Paſſavienſi dono dedit, quam donationem manu Auguſti confirmatam in tabulario iſtius Eccleſiæ ſervari legi. Inde mentio fit *Arnolphi* ſeu *Arnoldi*, qui ſub caralo ſimplice circa finem ſeculi noni *Comes Pariſienſis* & præfectus Palatii Francici fuiſſe perhibetur. Ita in libro Lutetiæ 1555. edito, titulo *Catalogue des Illuſtres Mareſchaux de France depuis le Roy Clouis II. jusques au Roy de France Henry II.* legitur: *Meſſire Arnulphe ou Arnoul de Artenberg, C. de Paris, du temps du Roy Charles le ſimple fils de Louys le Begue 894. ou plus toſt l'an 900. Et portoit de gueules à la bande breteſſee d'or coſtoyée de ſix fleurs de lys de meſme.* Quod vero aliquæ conjecturæ Francicæ lineæ inferunt Arnolphum hunc, & Hugonis Capeti patruum vel agnatum volunt, peritis Hiſtoriæ Francicæ, poſtquam tota illa Capetina origo luci clariſſimæ expoſita eſt, ægre perſvadebitur: ſed & vetus familiæ hujus in Bojis ſplendor, quem priores adducti Comites probant, non minus illis, quam iſta externa deductio, honorificus eſt. Arnulfus Com. Pariſienſis.

§. IV. Certior demum & non interruptis gradibus continuata deductio familiæ eſt à *Friderico C. Spanheimio & Ortenburgio Hartvici*, qui *Salisburgenſis Archiepiſcopus* à 989. vel 991. ad 1020. vel 1023. diœceſin rexit, & *Sanctorum* diptychis deinceps inſcriptus eſt, fratre vel juxta alios ex fratre nepote. Quando vero *Comes Spanheimius* vocatur, creditur *Arnolphus* ſupra dictus in Francia potens comitatum iſtum *Spanheimenſem* obtinuiſſe. Ita de ea re *Imbricius* apud præfatum *M. Gallum*: *Quin ob fidem atque induſtriam eidem Comitatum Spanheimenſem Galliæ tum regno adhærentem donaverit, cui vicina arx quædam ab Arnoldo illo haud dubie condita, veſtrum etiamnum cognomen immortali celebritatis atque ſplendoris teſtificatione retinet. Lazius vero L. 3. de migr. gent.* p. 96. originem *Spanheimiorum* Comitum refert ad *Hugonem Guilelmi C. Aureliæ* ex Carolidis filium, *Ludovici* primi Haſſiæ & Thuringiæ Landgravii fratrem, qui ex Comitiſſa *Sponheimii* genuerit *VVigandum* Comitum Sponheimii, reliquorum deinceps ſatorem. Alibi vidi Friderico fratrem aſſignari *Henricum*, & ab illo reliquos deduci, quorum poſtea hereditatem Sereniſſimæ Domus Palatina & Badenſis crevere. Hartvicus Archiep. Salisburg. Comitas Spanheimius.

§. V. Quicquid vero hujus ſit, *Fridericum* iſtum primum in Carinthiam migraſſe apparet, ubi *Richardim* filiam *Henrici Ducis Carinthiæ* de ſtirpe Comitum de *Muerzthal* duxit, & amplum doti conſecutus territorium, *Spital* opido parem vicum & arcem *Ortenburgicam* ad perpetuam Danubianæ Rhenenſisque dominationis memoriam (ut *M. Galli* verba habent) extruxit. Eum *Lazius* ducibus Carinthiæ annumerat, verum à *Lothario* Imperatore, qui Erbonis Palatini Ratiſponenſis partes tutabatur, à ducatu prohibitus eſt, contentus Comitatu *Lavantino*. Alii vero filio Friderici *Seifrido* ab uxore alia *Richarda* ultimi Comitis filia illum Comitatum obtigiſſe arbitrantur. Sed & *Friderico* datur frater *Sighardus Comes Spanheimius & Ortenburgius*, ex quo *Henninges* reliquos Ottenburgios deducere mavult. Friderico autem nati *Engelbertus*, *Laurentius & Seyfridus*, Engelberto *Engelbertus II.* qui etiam *Iſtriæ Marchio* & ex *Hedvige Henrici de Eppenſtein Ducis Carinthiæ* filia (1102. mortua) gener fuit: eo nati *Henricus*, *Engelbertus*, *Hartvicus*, *Bernardus*, *Seyfridus*. *Henricus* ab avo adoptatus gentis hujus primus fuit *Dux Carinthiæ*, ſed prole caruit, *Hartvicus* à 1086. ad 1100. vel 1101. *Archiepiſcopus* fuit *Magdeburgicus*, *Bernardus Comes de Strichſee* in Palæſtina 1147. defunctus eſt, à Rittershuſio autem ſator Comitum *Lavantinorum* atque *Spanheimiorum* conſtituitur: *Sifridus* Comes *Liboduni* ſeu *Liebnavv* (caſtrum eſt ad Salzam) illius nominis reliquos Comites propagavit, qui in ejus pronepote *Bernardo* 1229. defecere, & ditio ad Bavaros delata eſt. *Engelbertus* fratri in ducatu *Carinthiæ* confirmante Imperatore Conrado III. 1140. ſucceſſit, & ultimus *Lavantini Comitatus* titulum uſurpaſſe dicitur; pater *Vlrici*, *Engelberti*, *Rapatonis & Hartvici*: ex quibus *Engelbertus Marchio Iſtriæ & Craynburgi* fuit, mortuus 1190. *Hartvicus Epiſcopus Ratisponenſis*, duo reliqui duarum linearum *Carinthicæ & Bavaricæ* fuere autores. Continuatio familiæ

§. VI. In ramo *Carinthio Vlrico* Duce natus eſt præter *Henricum & VVernerum*, *Hermanus Dux* ſeu *Archidux Carinthiæ*, iterum pater non ſolum *Vlrici*, qui tradito fratri Principatu 1202. deceſſit, alterius *Vlrici Epiſcopi Gurcenſis*, *& Guilelmi* Comitis, ſed inprimis etiam *Bernardi* atque *Hermani*: ille *Dux Carinthiæ* reliquit præter Ramus Ducum Carinthiæ & Com. Ortenburg in Carinthia.

Henricum Epiſcopum Chimini lacus ſeu Chiemſee & *Philippum Archiepiſcopum Salisburgenſem*, qui demum etiam *Carinthiam* adminiſtravit, *Vlricum* ultimum Carinthiæ ex hac ſtirpe Ducem, 1269. mortuum, qui prius Ducatum ſive ex pacto ſive teſtamento avunculo ſuo Regi Bohemiæ *Ottocaro* à morte occupandum tradidit. *Hermanus* autem Bernardi frater cæteros *Ortenburgios* in Carnis ſevit, qui defecere in atnepote ejus *Friderico C. in Ortenburg & Sternberg*, qui amiſſo quem ſuſceperat filio 1420. maſculos ſui rami clauſit, cum prius cum *Cilejenſibus* pactum mutuæ ſucceſſionis 1377. iniiſſet, quod etiam *Sigismundus* Imperator confirmavit; ob quod hic Auguſtus ſocerum ſuum *Hermanum* juniorem *Ciliæ Comitem* in ditiones Ortenburgicas immiſit, qui juxta alios *Catharinam* Friderici ſororem dicitur matrem vel aviam habuiſſe.

Bavaricus ramus.

§. VII. Quod demum *Bavaricam lineam* concernit, ea autores habet *Rapatonem* ſeu *Ratboldum* Ulrici D. Carinthiæ fratrem, *Marchionem* Crayburgi & Comitem Ortenburgi in Bavaria, & *Eliſabetham Sulzbacenſem* Comitem ejus uxorem; quorum ille 1190. hæc 1205. fatis conceſſit. His nati ſunt *Rapato M. Crayburgius*, & poſt mortem Ottonis Wittelſpachii *Comes Palatinus Bavariæ*, quod beneficium *Ottonis IV. Auguſti* perhibetur fuiſſe, atque *Henricus C. Ortenburgius*. Rapato iterum genuit *Henricum M. Crayburgium & Rapatonem C. Palatinum*: Hoc 1249. mortuo, cum filii *VVilhelmus & Hermanus* virilem ætatem non attigiſſent, ejus ex filia *Eliſabetha* gener *Hermanus* ſeu *Hartmannus C. VVerdenbergius*, quod eum patruus uxoris Henricus in adeunda hereditate ſoceri impediret, omnia caſtella ſua Bavarica Ottoni Duci Bavariæ vendidit. *Henricus* Rapatonis frater *Ortenburgius Comes* præter alios filios reliquit *Rapatonem Comitem in Ortenburg & Murach, Mareſcallum Bavariæ*, patrem *Henrici*, cujus filii improles fuere, atque *Alrami*. Hoc *Henricus* natus eſt, qui *Georgium* genuit, *Alramum & Attilam* ſeu *Azel* totidem linearum autores, ſed neptes *Alrami* Veronica uxor Wolfgangi Dn. de Waldſee Mareſcalli hereditarii Auſtriæ, & *Attilæ* Margaretha Henrico Nothaft de Werenberg nupta ſuas terminarunt. *Georgius* præter alios *Henricum* genuit, hic alium *Henricum*, patrem *Sebaſtiani*, atque *Georgii*, qui filios habuit ſed non nepotes; *Sebaſtianus* denuo trium linearum ſator fuit, ex *Chriſtophoro*, *Vlrico* atque *VVilhelmo*. *VVilhelmi* poſteritas defecit in filiis *Friderico & Sebaſtiano*, quorum ille ad Carmagnolam 1544. hic ad Senas cecidit; *Chriſtophorus Ioachimum* ſuſcepit, qui turbato mortalitatis ordine filium *Antonium* & nepotem *Fridericum* poſthumum 1473. extulit, & 1600. extinctus eſt, adoptato ex agnatis *Friderico Caſimiro*. *Vlricus* pater fuit *Alexandri & Caroli*: hujus filii ſine liberis fuere; ille *Ioannem & Vlricum* ſuſcepit: prioris nepos *Fridericus Caſſimirus*, Joachimi adoptitius filius, 1658. lineam clauſit: *Vlricus* genuit *Georgium*, in cujus filio & nepote Illuſtriſſimis *Chriſtiano & Georgii Reinhardi* filio *Georgio Philippo* tota hæc familia conſiſtit, & ſpes futurorum reſidet. Porro 1565. *Ioannes*, *Ioachimus & Vlricus* Comites inter ſe pro Domus ſuæ non uno caſu, inprimis fæmellarum hereditatibus ad alios translatis, attritæ conſervatione, unionem hereditariam & certa familiæ pacta inivere, quæ Maximilianus II. Auguſtus ſua autoritate confirmavit. Porro temperare mihi non poſſum, quin ex literis, quibus illa complexi ſunt, quædam huc transferam, pietatem & prudentiam illa fortuna dignam exprimentia:

Variæ lineæ.

Pacta hereditaria.

So haben wir auf anruffung deß Dreyeinigen Allmächtigen GOttes / und in hoffnung ſeines Göttlichen gnadenreichen ſegens / mit vorhergehenden wolbedachtem rath verſtändiger gelehrten leute uns nachfolgender erb-ſtatuten / ordnung und geſetzen unſeres geſchlechts mit einander verglichen / dergleichen ſchmahlerung unſeres namens und ſtammens / ſo viel an uns / und GOTT der HERR gnade darzu verleihet / zu vorkommen / daneben auch bey unſeren erben und nachkommen abſteigender linien / gute zucht / erbarkeit / ein Gräflich weeſen zu fortpflantzen / und die unordnungen / ſo ſich bey denen jetzigen geſchwinden läufften hin und wieder / auch etwan unter denen wohlgebohrnen leuten / an leben / zehrung / pracht und anderen überfluß / mit verdrbung und untergang ihrer vielen gantz beſchwerlich erzeigen / bey unſeren erben und erbens-erben / ſo viel an uns iſt / anzuſtellen. Und hierumb bekennen wir hiemit im erſten eingang dieſer ordnung offentlich / daß wir die erhaltung unſerer abſteigenden erben

und

und unſeres namens vornemlich der Göttlichen Allmächtigkeit zuſchreiben wiſſen / daß ohne dieſelbe und ihren himmliſchen ſegen nichts beſtehen oder beharrlich erhalten werden mag. Wir bitten auch auß Chriſtlichem eyfer und hertzen / die Heilige untheilbare Dreyfaltigkeit wolle dieſe unſere menſchliche ordnung und vorſehung / ſamt unſern nachkommen und erben / denen Grafen und Gräfinnen zu Ortenburg / mit reichen gnaden jederzeit Vätterlich und gnädiglich bedencken und ſegnen. Und dieweil wir berührte unſere hier einverleibte ſtatuta allein für ſolche mittel halten / zu denen uns GOtt der HErr ſelbſt anleitung gegeben ; So hoffen wir allermänniglich / dem dieſes Libel zu leſen oder zu hören vorkommt / werde überflüſſig darauß verſtehen / daß wir der Göttlichen Allmächtigkeit und ihrem willen darinnen nicht vorgreiffen / noch dem gewalt GOttes / mit menſchlicher vernunfft / gedancken / umb- oder einzäunen wollen / ſondern wir wiſſen / haben es auch an anderen mit Chriſtlichem mitleiden erfahren / daß menſchliche gedancken wider den rath GOttes nichts vermögen. Wir bitten aber unſern geliebten HErrn und Vatter im himmel / daß Er der Auriga und Auctor unſers und unſerer erben und erbens-erben glück und heyls zeitlich und ewig ſeyn und bleiben wolle ; Ermahnen auch dieſelbe unſere abſteigende erben und ihre erbens-erben ernſtlich / daß ſie nach uns in gleichen fußſtapffen tretten / und das hauptſtück ihrer wolfahrt jederzeit einig und allein bey der Göttlichen Dreyeinigkeit mit Chriſtlichem glauben und gebet ſuchen wollen / ſo wird unſer hierinn erzeigte fürträchtigkeit ihnen und ihrem leibes-erben zu heyl / gutem und ruhm gedeyen mögen. So dann unter den uralten anſehnlichen geſchlechten im Heil. Reich / bey ihrem vielen löblichen herkommen / darzu wider gemeine Käyſerliche und andere rechte mit nichten iſt / ſolche ſtatuta diſpoſitiones und ordnungen auffzurichten / dadurch die geſchlechte bey vermöglichem anſehen und guten würden langwürig conſerviret werden mögen. Hierumb / und auß dieſen allen jetzt erzehlten bewegnüſſen / und dazu der ſondern urſachen zwiſchen uns und unſeren nachkommen fried / ruh / einigkeit und gleichen guten verſtandt zu pflantzen und zu perpetuiren / haben wir für uns ſelbſt und unſere jedes erben und nachkommen / mit zeitigem guten / vorbedachten rath / freyes ungezwungenes gemüths und willens / mit keiner forcht / irrung / zwang oder mißverſtandt hinterkommen / zu den zeiten und tagen / als wir ſolches verſtandes / vernunfft / und ſonſt aller anderer geſchicklichkeit halber von rechts und gewohnheit wegen wol thun / auch von allen unſeren ligenden und fahrenden haab und gütern / vermög der rechten / unſers freyen willens und gefallens / wol diſponiren könten und möchten / ꝛc.

§. VIII. Quod inſignia gentis concernit , primis tribuitur in ſcuto *rubeo baltheus diagonalis dexter utrinque alternatim pinnatus argenteus.* Quam teſſeram familiarem credere licet, vel ſymbolum *Comitatus Ortenburgici in Bavaria.* Talem ab *Arnoldo* C. Pariſienſi , ſed aureum & comitatum ſex liliis ex eodem metallo , geſtatum §. 3. vidimus. Sed ſuperioribus ſeculis non infrequens fuit metalla commutare. Baltheus gentilis.

§. IX. Inde *Friderico* & fratribus video tribui ſcutum bipertitum , ex latere dextro apparentibus *teſſellis*, quas *argento & minio* tingendas arbitror; ſiniſtra autem medietate iterum transverſe ſecta, ita ut ſuperior pars *familiarum baltheum pinnatum* referat, inferior contineat ex *angulis ſcuti argentei inferioribus in ſupremum capitis marginem lineis nonnihil curvatis ductum triangulum* (Feciales ſuis terminis vocitarent *trabeam ſcutariam* ſeu *chlamydem argenteam ſupra tunicam intextam rubeam) rubeum*, inſcriptis *alis tribus*, quæ in *argento rubent*, *inſima candet in minio.* (Noſtra lingua: **Im dreyſchichtig geſpitzt / auch winckelmäſſig in einander geſchrenckten und mit gleichen farben umbgewechſelten feld zwo rothe und eine weiſſe flüge.**) Teſſellæ notant *Sponheimium* Comitatum , quod alibi in Palatino & Badenſi ſcuto vidimus. *Alæ hæ*, ſi quid conjectura valeo, *Ortenburgum in Carinthia* notant; unde *M. Gall.* Hartvico Salisburgenſium Archipræſuli illam teſſeram primum tribuit, quo autore frater Fridericus in Carinthiam venit , & *Ortenburgum* condidit : de quo Inſignia aucta. Spanheimiæ teſſellæ. Alæ Ortenburgico.

Digitized by Google

quo ita *VV. Laz. L. 6. de migr. gent.* pag. 184. *Fridericus filius Rapatonis primi Palatini Crayburgenſis & Comitis Ortenburgenſis in Bavaria ex proſapia Landgraviorum de Stevenyng, & Comitum Neuburgenſium Varnbacenſiumque deſcendens, primus ab Henrico V. ac qui ea tempeſtate præſederunt Patriarchis Aquilejenſibus præſulibusque Salisburgenſibus Carinthiæque Ducibus ditionem caſtraque in Carnis adeptus, in memoriam aviti apud Bajoarios caſtri paulo infra Spitalopidum arcem in colle Artenburg ædificavit.* In quo tamen priora, quæ de ejus proſapia dicuntur, examen aliquod ſuſtinere poſſent. Cæterum audivimus Ortenburgiam illam ſucceſſionem deinceps ad *Cilejenſes* translatam, à quibus ad Auſtriacos delapſa eſt, ex quibus Maximilianus I. comitatum *Ioanni C. Ortenburgio* ex Bavarica linea ob merita de ſe promiſerat, quod tamen non impletum eſt, Joanne in prælio ad Baſileam 1499. occiſo, ſed poſtea Ferdinandus primus eum conceſſit *Gabrieli ad Salamanca*, novæ deinceps, quod poſtea videbimus, ſtirpis ſatori. Bavaricus tamen ramus iſtis etiam alis uti pertexit, quod ex illis deſcendat, ad quos Ortenburg Carinthiæ ſpectaverat, atque adeo jus ſibi aliquod in id fuiſſe crediderit, niſi infelicitas temporum obſtitiſſet. Unde cum quod diximus Comitatus Gabrieli concederetur, ſuperſtites in Bavaria Comites damna ex majorum conniventia in conſervandis familiæ feudis orta penſitantes, à Carolo V. Imperatore & Comitatus reſtitutionem & inſignium novæ familiæ conceſſorum revocationem quæſiverunt, queſti: **Herr Gabriel hat ſich nicht allein unſers erblichen namens der Grafen zu Ortenburg / ſo unſere voráltern vor etlich hundert jahren ohne dergleichen ánderung von männiglich / ſondern auch unſer und unſerer voráltern wapens und cleinodien / biß an uns erblich hergebracht / angemaßt.** Unde Ferdinandus literis datis ad regimina Auſtriæ, Tirolis & Carinthiæ 1530. plene informari petiit, qua ratione comitatus ad domum ſuam delapſus eſſet, & quibus fundamentis Comitum horum petitio niteretur, ſed à ſuis confirmatus, omni jure Gabrieli pro arbitrio ſuo ditionem, quæ in Domus poteſtate jam diu fuiſſet, tradidiſſe demum reſpondit. Porro hoc ipſum argumento eſt, alis illis *Ortenburgium Carinthiæ* notari, quia Cilejenſibus illæ etiam uſurpatæ, quibus in Ortenburgum Bavariæ nulla fuit prætenſio.

Ortenburgum Carinthiæ ad Gabr. Salamancam translatum.

§. X. Qui ſecuti ſunt ex hac ſtirpe *Carinthiæ Duces*: hujus Ducatus adjecere ſymbolum. Hoc L. 1. c. 9. n. 68. vidimus conſtare parma bipertita, cujus prior pars *aurea tres gradientes leones nigros*, *poſterior* (aliquando ſitus variatur) *rubea faſciam argenteam* continet. In ſcutis tabulæ Ortenburgicæ in ſculptis ita repræſentatur, ut quadripertita prima areola baltheum gentilem, ſecunda leones, tertia alas Ortenburgicas, quarta faſciam referant. Merito tamen dubitari poteſt, utrum faſcia illa Ducibus ex hac ſtirpe convenire potuerit, cum ea ab Auſtriacis acceſſiſſe videatur, poſtquam illa domus Ducatu potita eſt.

Scutum Ducum Carinthiæ.

§. XI. Reliquis *Ortenburgicis in Carinthia* Comitibus ſcutum idem quadripertitum tribuitur; quo nunc etiam gens utitur, ut primam & extremam aream baltheus, reliquas alæ exornent.

Com. Ortenburgi Carinthii.

§. XII. Addimus, quia illis etiam δάγμαλα Ortenburgica tribuuntur, Comitum *Cilejenſium* ſcutum, quod æri inciſum vidi quadripertitum, ita ut ſecundam quadram *baltheus*, & extremam *alæ Ortenburgiorum* implerent, prima iterum quadripertita eſſet, ex *Cilejenſi* veteri teſſera, tertiam *tria bovina capita nigra* ornarent. Horum capitum explicationem conjectura non aſſequor. In propriæ vero quadripertitæ Cilejenſis parmæ prima & ultima areola *cærulea terna* fulgent *ſtellæ aureæ ſex radiorum:* ſecundæ & tertiæ *argenteis* inducuntur *bini faſciæ rubeæ:* quod L. 1. c. 9. n. 71. monui. Faſcias credo familiare eſſe ſymbolum Dominorum de *Soaneck* ſeu *Saaneck ſeu Saoneck*, ex quibus *Cilejenſes Comites*, demum *Principes* creati, orti ſunt, ſicuti etiam in tabula Ortenburgica Catharinæ marito Ulrico Dn. de Soaneck tale ſcutum faſciatum apponitur. Quod vero ſtellas attinet, non dubito illis notari Comitatum *Sternbergium* in *Carinthia*, quem *VValtero* Comite Ortenburgici in Carinthia Comites emere, quod certum eſt, licet non ſatis de emtore conſtet: aliqui enim illud tribuunt *Meinardo I.* alii filio ejus *Meinardo II.* alii demum *Ottoni II.* De prioribus comitibus Sternbergiis ita *Lazius L. 6. de migr. gent.* p. 181. *Comites à Sternberg, Malatin & Treven cognati, immo ejusdem ſtemmatis cum comitibus de Haunburg, Pfanneberg & Cilejenſibus,*

Cilejenſium Comitum.

Saaneck.

C. Sternberg.

Digitized by Google

Cilejenſibus, ab Oſſiaco Carinthiæ cœnobio usque Villacum dominati ſunt: quo tractu ruinæ adhuc caſtri Sternberg viſuntur. Addit demum ultimum Cilejenſem Comitem cum Auſtriis ſucceſſionem reliquiſſe, uxori certum tractum deſignaſſe, quæ nubens poſtea *Vitobitio (Witovviz.) Bohemo*, cujus ille opera in bellis fuerat uſus, *Sternbergi* nomen aſſenſu Friderici III. Imperatoris obtento in aliam familiam intulerit, quæ adhuc in Bohemis celebris habeatur: quò videlicet venditis prædiis agrisque apud Carnos transmigraverint ſucceſſores. Addit fuiſſe Sternbergenſium Comitum inſignia *tres ſtellas aureas in cæleſtino* clypeo, veluti & Cilejenſium. Ex quibus *unam ſtellam in ſimilis coloris* campo Fridericus novæ iſti Sternbergenſium proſapiæ conceſſerit, qua adhuc ipſius tempore uſa ſit familia. Quod etiam videre eſt in *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 32. ubi ſtella inſiſtit *monticulo tricipiti argenteo.* Idem *Lazius* p. 180. comitibus *Starchantiis & Haymburgiis*, quos itidem cum *Pfannenbergiis* atque *Cilienſibus* facit ejusdem proſapiæ, tribuit *tres ſtellas aureas in rubro* clypeo. Porro *Fridericus* Carinthiacæ ex Ortenburgiis lineæ ultimus, interdum (teſte ſæpius memorato. M. Gallo) ſolis tribus illis ſtellis in ſolo cæruleo, galeæ affixis duabus alis, uſus eſt, reliquis teſſeris Ortenburgicis omiſſis, quod docent literæ 138. 1390. Unde eo clarius eſt, has ſtellas Sternbergiam certo eſſe teſſeram, quod alias dubius conjeceram, & ab Ortenburgiis ad Cilejenſes delapſam, factiisque avitis additam fuiſſe. Ultrico Comiti Cilejenſi vidi tributos tres clypeos, ex quibus unus cum alis Ortenburgicis fuit.

§. XIII. *Bavarica* linea quam ſolam ſupereſſe ſupra jam diximus, eodem adhuc utitur ſcuto quadripertito, cujus §. 11. mentio facta eſt, quod viſitur ſimili modo pictum apud *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 15. Ei vero imponuntur *tres coronatæ galeæ: Prima* gentilis eſt, & ut habet domeſtica traditio, à mille annis uſitata, niſi quod olim veteri more clauſa repræſentabatur: ſuſtinet autem jugum alarum nigrarum complicatum, & foliolis aureis ſparſum. Laciniæ etiam ſunt aureæ & atræ. *Media* inſiſtit pavo naturali colore pictus caudam in orbem extendens, laciniis, ſicut etiam è tertia caſſide, dependentibus argenteis & coccineis: Hunc, ſi liceat conjecturis agere, *Ortenburgico Comitatui Carinthiæ* tribuerim, nec non *tertiæ* caſſidis apicem, qui eſt inter argenteam & rubeam alas ſtella aurea: quo ſpeciatim *Sternbergium* comitatum deſignari ex proximis patere poteſt. Unde apparet ſolicitos Ortenburgicos majores fuiſſe, ut alterius agnatæ lineæ teſſeras æque ac proprias ſervarent, licet infeliciores in eo fuerint, quod exciderint ſucceſſione. Scutum lineæ Bavaricæ.

§. XIV. Hæc inſignia ita poëtice illuſtravit *Fridericus Stock* Neumurenſis: Carmine explicatum ſcutum.

Cur hæc exornant murorum *inſignia pinna*?
Cur aquilis pavo ſtellaque *juncta fuit*?
Quatuor illuſtres virtutum oſtendere formas,
quas cernis credo quatuor ipſe notas.
Regia nam res eſt populos defendere jure:
hinc alæ volucrum regis ineſſe ſolent.
Aſtriferoque venit felix prudentia *cælo,*
aurea quo vultus vertere ſtella jubet.
Commonſtrant urbis valida fera præſia *pinna,*
duraque pro patriis ferre pericla focis.
Dejicit expanſas divina modeſtia *pennas,*
pavoni nigros cum monet eſſe pedes.
Sic virtute genus ſurgit virtuteque creſcit
antiquum, virtus ſic facit una genus.

§. XV. Quod titulum concernit, ſimplici fere uti conſvevere: *S. R. Imperii antiquioris proſapiæ Comites, in & de Ortenburg:* **Deß ältern geſchlechts Grafen zu Ortenburg.** Quod ipſum nomen *Ortenburg* attinet, non tantum aliquando ſcriptura variat, & *Ortenberg* communiter in vetuſtioribus ſcripturis legitur, ſed etiam quidam exinde diſcrimen inter Comitatum Bavaricum & Carinthiacum conſtituere voluere, tanquam huic *Ortenburg*, illi *Ortenberg* nomen eſſet. Quo argumento Comitem Ulricum, à ſe comitatum Ortenburgicum quærentem, Fridericus III. Imperator dimiſiſſe dicitur, **Ihr ſeyd ein Graf von Ortenberg / ſo ſind dieſe Grafen** Tituli. Ortenburg.

accepit *Lenberg*, *Baumgarten*, *Thaun*, *Harbach*, *Gauchhoven & Curtim in Moringen cum decimis 1379.* Sed idem Henricus eodem anno *Sambach & Gauchhoven* ſeu *Gaincoven* Ottoni Electori Brandeburgico atque Friderico Bavariæ Duci cum beneficio relutionis vendidit. Rapato Comes Ortenburgius 1272. 1285. omnia ſua bona intra Danubium & ſylvam Bohemicam comitatumque *Murach*, quem pater Henricus obtinuerat ab uxore Rixa filia Com. Hohenburgici, Ludovico Bavariæ Duci vendidit. Nec non *feudum vexilliferum*, vulgo **fähnlehen** & officium *Mareſcalli* ſocero ſuo Alberto Comiti de Hals, cujus filiam *Cunigundam* uxorem habebat, conſenſu Ducum inferioris Bavariæ Ottonis, Stephani & Ludovici tradidit. Cujus ceſſionis literæ ſcriptæ ſunt 1293. Viciſſim Altramo Ortenburgio Comiti, Straubingæ datis literis 1381. Joannes Landgravius Leuchtenbergius Comitatum *Lannſperck*, item *Aiterhofen & VVallerſtorf* poſt mortem ſuam tradenda ordinavit, eo quod bona materna ſibi ceſſerit: **Daß wir haben angeſehen die Lieb und treue / die uns unſer lieber Oheim Graf Altram zu Ortenberchk getan hat / und hat uns ſeines mütterliches guts abgetretten / dafür ſchaffen wir ihm und ſeinen erben und nachkommen nach unſerm todt unſer geſchloß und Grafſchafft Lannsberchk / und auch darzu Aiterhoven und Wallersdorff mit allen zugehören.** Iterum à Joanne & Georgio Landgraviis Leuchtenbergicis Azel II. Comes Ortenburgius 1416. emit *Engelſperg* ſeu *Engelburg* 3300. ducat. Idem Azel emerat arces *Bernſtein* & *Ramfels* 1416. cum conditione de redimendo intra ſexennium; ob hanc redemtionem ei bellum cum Joanne C. Leuchtenbergio interceſſit: Demum quod poſſeſſio parum tuta eſſet 1438. easdem vendidit Henrico Bavariæ Duci. Poſthæc cum Sebaſtianus Comes Ortenburgi duxiſſet *Mariam* filiam *Iohannis Dn. de Rorbach* in Auſtria, *qui Neoburgi ad Oenum*, quam dynaſtiam cum arcibus Wernſtein, Frauenhaus & Naunfels ab Imperatore emerat, à Friderico III. 1463. Comes imperii creatus erat, ſocero mortuo ille militari manu comitatum occupavit, ſed à Cæſareanis copiis in caſtro Neuburg obſeſſus, tandem acceptis aliquot millibus aureorum ceſſit, & Auguſto reconciliatus eſt, cujus literæ de eo datæ leguntur 1473.

C. Murach.

Aliæ acceſſiones.

§. XX. Ex his apparet, Comitum horum amplas admodum fuiſſe poſſeſſiones, quarum tamen, ut ſunt familiarum vices, plures variis cauſis ad alios translatæ ſunt, uti ex parte vidimus. De aliquibus, & eorum vetuſtis nominibus ita Aventinus L. 7. Annal. Boic. *Artenbergium arx eſt inferioris Vindeliciæ inter confluentes Oeni & Danubii ſita. Pleinting vero civitas haud procul in ripa Hiſtri in vicum abiit, translata ad tertium ferme lapidem Vilzhofium. Illic quondam Quintanorum Colonia Romana inſignis, villæ nunc ſunt, nomen ſervantes.* **Küntzen.** *Carnoburgium* (**Crayburg**) *arx opidum in ora Noricorum Oeno alluitur inter Medultum atque VVaſſerburgium olim Hochodunum atque Carnodunum civitates Vindelicorum cubat. VVolf. Laz. L. 7. de migr. gent.* pag. 291. ita enumerat ditiones: *Prædia apud Bojarios Kraynburg, Mattichoven, Maurkirchen, Gern, Ortenburg infra Vilzhoven & multa alia cum opidatum caſtra in Neukircherland, Rottall & Vilcztall: apud Carnos vero habuere feuda, à Principibus quidem Auſtriæ, Artenburg, Spittall, Kellerberg, Steyerberg, Sumereck, Landtroſt, Hohenperg, VVaeſſenſtayn, Neiſenfels, VVeyneck: & à Zayring fluvio usque ad Culpam fluvium per Carniolam, Oberſtayn, Falckensdorf, Zobelſperg, Ratmansdorf, Polam, Orneck, Reifnitz, Stayn, VValdenburg, Liebeckh, Altenburg, Gravenvverd: & à Salzburgenſi præſule, S. Rudbertum, Treffen, VVincklarn, Lynden, Freyach, Tuchant, Aufferz, Lonſtatt, Syrchau, VVeleyen & alia pleraque.* Ibidem eorum vaſallos deſcribit in Carinthia, familias quarum aliquæ nunc etiam Illuſtriſſimo ſplendore fulgent. *Liebenberger, Kellerberger, Smernecker, VVeixelberger, Paradeyſer, Kevenhuller, Gilgenberger, Schloſchberger, Leytſchacher, Debriacher, Keutſchacher, Mottniczer, Steyerberger, Sebriacher, Fleſchberger, Alkerſperger, Zobelſperger, Goriacher, Liechtenberger, Straſperger, Kuenberger, Ratenſtayner, VVardberger, Gutenavver, Mengenſperger, Hartenberger, Dietriſtayner, Talnamer, Kuslinger, Lueger, Velger, Straſſer, Geſiczer, Riſenberger, Feiſtrizer, Rauber, Gradiſer, Tobriacher, Roſenberger, VVerdenſtayner & Alzeier, qui Dapiferi comitus hereditarii, ut vocant, fuerant. Atque hos omnes cum nobiles tum oppida caſtraque ſuperius enumerata beneficio Carinthiæ Ducum ac poſtea Auſtriæ Principum poſſidebant.* Iterum: *Quondam totum tractum Neukircherland in Bavaria poſſidebant, condiderunt que Vilzheviam, & Landvveram adverſus oppoſitos Bogenſes in ulteriorem*

Veteres familiæ poſſeſſiones & vaſalli.

Danubii ripam tenebant. Hodie pauca caſtella cum caſtro Ortenburgo eo tractu poſſident, transmigrantesque ultra Oenum procul Scherdinga & Rieda Matrichovium & alia multa beneficio Ducum Bojariæ tenent.

Vaſalli hodierni.

§. XXI. Quamvis autem pro ratione viciſſitudinis, quæ res humanas rotat, & cum ſæpe novas ſtirpes in ſublime ferat, veterum fortunas atterit, plurimum coarctata ſit veterum ditionum amplitudo, ſuperſunt tamen illæ, quæ gentis ſplendorem ſatis tuentur, & *vaſallorum* bene magnus numerus eum exornat. A Comite *Friderico Caſimiro* adhuc feuda ſuo recognovere ab anno 1628. Illuſtri decore & nobilitate inclutæ familiæ *Bar. Hohenfeld, Pelckhover, Meſſenbeck, Bar. Pirchingen, Epiſc. Chiemſee, Eſswurm, Com. Tattenbach, Dachsburg, Rainer in Hackenbach, Com. Tugger, Auer, Eiſenreich, Hoberck, Rehlinger in Goldenſtein & Radeck, Paulsdorf, Rit. in Gruub & Schölnach, Tengler in Ramblſperg, Schachner in Todenweiſs, Trenbach, Prenzenau, Aetzigger, C. Törring, B. Baumgarten, Abbas S. Salvatoris, Schletch in Harbach, Mayrhofer, Perlaching, Pirching, B. de Taufkirchen, Leuprechting, B. Taunberg, Fuchs in Ebenhoven & Seldenburg, & in Purgel, B. Donnersberg, Hoholtin &, Hiernhaim, Krais, Mandel in Dettenhofen, Scheibl, Seibelſtorf, Lerchenfeld, Riederer à Paar in Eckersheim, Edelvveck à Schanau.*

Palatinat. Bavariæ.

§. XXII. Audivimus § 7. *Palatinatum Bavariæ* etiam aliquandiu in gente hac fuiſſe, quæ dignitas longe maxima fuit. Ita de eo Aventinus L. 7. Annal. Boic. *Qui tum ſummus honor ſecundum præſidem erat, dignitate cæteros antecedebat, ærariam operam & curam prædiorum Cæſareanorum, fiſcique procuratorem præſtans Imperatori. Præfectura tamen hujuſcemodi & ſicut vocabant Lantgravos & Palatii gravos, omnis ſublata eſt, Majeſtate tum Imperatoria domeſticis ſeditionibus in ordinem, redacta, privata quique peculatores proxima ſibi prædia Regia atque ærarii publici vectigalia, æs militare, quod* Fanenlehen *nuncupant, occuparunt. Cenſus quoque quem viritim univerſi quotannis penſitabant, &* Künigſteuram *vocabant, antiquatus, atque oblivione obrutus eſt, adeo ut ne obulus quidem nunc ad Imperatorem jure ordinario redeat, niſi immunes, & ut autumant, liberos extra ordinem tributo onerare velit.* Porro ex ſequentibus Aventini verbis colligere videor, illi præfecturæ annexa fuiſſe *Meſſing, Pleinting, Dachſperg, Reichenberg, Rottenburg, Giesbach, Marquardſtein.*

Ortenburgum Carinthiæ translatum ad Cilejenſes.

§. XXIII. Audivimus Ortenburgicis Comitibus in Carinthia extinctis, præteritis agnatis ex Bavarica linea, illas ditiones Comitibus *Cilejenſibus* collatas eſſe, qui inter *quatuor Imperii Comites* numerantur, & ex quibus Sigismundus Imperator Hermannum II. ſocerum ſuum ad *Principis Imperii* ſublimitatem evexit, & comitatu *Seger* in Sclavonia & Dominio *Schackenthorn* in confinus Styriæ donavit. Titulus translati ad eos Comitatus Ortenburgici in diplomate Sigismundi Imperatoris 1420. dato duplex allegatur, feudi ad Imperium reditio, & pacta mutua hereditaria: **Wann nun die Grafſchafft zu Ortenburg mit allen ſeinen herrſchafften / ſchlöſſern / ſtätten / nutzen und zugehörungen von uns und dem H. Röm. Reich zu lehen rühret / von todes wegen deß wohlgebohrnen Friderichs Grafen zu Ortenburg ſel. ledig worden iſt / und wann wir deß gute kundſchafft und unterweiſung haben / daß der wohlgebohrne Herman Graf zu Cili und in Seger / unſer lieber Schwäher in ſolcher einigung mit dem vorigen Friderichen geweſen iſt / daß er die Grafſchafft zu Ortenburg billich erbet / und nachfolget / nach ſolchem herkommen / als ſie dann beederſeits ihr Grafſchafft und Herrſchafft vor langen zeiten gegeneinander verſchrieben und vermacht haben / ꝛc.** Eximie vero idem *Hermanus*, cum *Friderico & Ulrico* Comitibus, ſi quidem absque heredibus maſculis decederent, 1433. *Ortenburgica* illa bona *Alberto Duci Auſtriæ*, cujus favore illam ſucceſſionem obtinuerit, legarunt, **Wir ſehen dazu an die groſſe gnade / gunſt / hülff und förderung / ſo uns von dem löblichen hauß Oeſterreich / unſer gnädigen herrſchafft / vielfältig erzeigt ſeyn.** Iterum *Friderico* cum filio *Ulrico 1443. Duces Auſtriæ* heredes dixere bonorum ſuorum, *Comitatus Cileja. Ortenburgi, Sternbergæ* & reliquarum dynaſtiarum: ut tamen filias ſi quæ eſſent elocare tenerentur Auſtriaci. Ita demum factum, ut 1456. cæſo à Corvino Ulrico Fridericus Auguſtus hereditatem cerneret.

Inde Auſtrios.

§. XXIV. Fri-

§. XXIV. Friderici pronepos *Ferdinandus*, quod diximus §. 9. & 15. *Gabrieli Salamancæ Hiſpano Baroni in Freyenſtein & Carlſpach 1524.* Comitatum *Ortenburgium* in feudum conceſſit. Diploma feudale ita ſonat: Wir Ferdinand von GOttes gnaden / Printz in Hiſpanien / Ertzhertzog zu Oeſterreich / Hertzog zu Burgund / Steyer / Crayn und Kärndten / bekennen für uns / unſere erben und nachkommen / offentlich mit dieſem brieff / und thun kundt al ermänniglich / als Wir in kurtz verſchienener zeit Unſer Fürſtenthum Oeſterreich / Steyer / Kärndten und Crain / und andere land / Grafſchafften / herrſchafften und gebiete / ſo von weyland dem Allerdurchleuchtigſten Fürſten und Herrn / Herrn Maximilian / Römiſchen Käyſern / und Ertzhertzogen zu Oeſterreich / unſerm lieben Herrn und Anherrn / hochlöblichſten gedächtnüß / auf uns ererbt ſeyn / eingenommen / und zu regieren unterfangen / haben wir unter andern befunden / wie die Grafſchafft Ortenburg mit etlichen andern herrſchafften / ſchlöſſern / ämtern und gerichten / in unſerm Ertzhertzogthum Kärndten gelegen / ſo durch abſterben der manns-perſonen namens und ſtammens der Grafen von Cili / an unſer hauß Oeſterreich kommen / darnach zertheilt / nemlich / ſchloß und herrſchafft Sternberg: Item / die ämter Tiweng / Feuſtritz und Starkawoy und Stein bey Traburg / mit derſelben zu- und eingehörungen / erblich vergeben und verkaufft / und die hernach beſtimmten herrſchafften / ſchloß / ämter und gericht / als Goldenſtein / Putersberg / Falckenſtein / Brunburg / gericht und amt Graßkirchen / Weiſſenſtein / Freſach / Hiennerſperg / Aßritz und Wiſer / ämter mit ihren zugehörungen / umb eine namliche ſumma gelds erlichen ſondern perſonen / auf ablöſung pfand- und pfleg-weiß innzuhaben und zu genieſſen / verſchrieben und verpfändt worden ſeyn / daß wir demnach / damit gedachter Grafſchafft Ortenburg / und die andern obgemeldten herrſchafften / an unſere erben und hauß Oeſterreich / zu ehren und gut wiederumb zuſammen gebracht / und davon gedienet werden möge / und der Edl / unſer lieber getreuer Gabriel Salamanca / Freyherr zu Freyenſtein und Carlsberg / unſer rath / ſchatzmeiſter / general und hauptmann zu der Neuenſtatt / ſeiner getreuen fleiſſigen dienſt / die er vor allen andern / unſern trefflichen räthen / von unſer jugend auf bey unſer perſon / in unſern mercklichen groſſen ſachen und geſchäfften / und ſonderlich in erinnerung derſelben / unſerer erblichen Fürſtenthum und landen / mit aufrichtung und fürſehung guter ordnung / zu mehrung und zuſammenhaltung unſers Cammer-guts gethan / und ſich in ſolchen unſern dienſten kein gefährlichkeit ſeines leibs verhindern laſſen / ſondern allwegen uns / unſern landen und leuten zu ehren und nutz / nach allem ſeinem vermögen / als unſer getreuer rath und diener gehandelt hat / als wol billich iſt eine ſtattliche ehrliche belohnung und ergetzlichkeit ſolches alles empfahe / dadurch ander unſer diener uns / unſerm hauß Oeſterreich und dergleichen mit lieb und treuen zu dienen anzuhangen / gutes und böſes mit uns zu gewarten / und ohn all entſetzen und ſcheuen beyzuſtehen und zu dienen gereitzet werden / den obgemelten Gabrieln von Salamanca / der auß ſonder lieb zu uns tragent / umb ſein aigen geld und zeitlich vermögen in einer ſumma / in unſern erblichen Fürſtenthümen poſſeſs und güter gekaufft und überkommen / und ſich dadurch unſern landſeſſen gemacht hat / nicht allein mit unſerm willen / ſondern zeitigen rath unſer trefflichen räthen und landleut / die zu dieſer zeit bey uns an unſerm hof geweſſt / und zum theil vor beſchluß und datum dieſes brieffs mit namen benannt ſeyn / auch eigener bewegnüß und rechten wiſſen / und auß ſondern gnaden wolbedächtlich unſere Grafſchafft Ortenburg mit ſamt den marckt und mauth zum Spitall / der herrſchafft ſchloß und marckt Obertraburg / und der daſelbſt / auch den zu Mautner zu Winckler / und an der mauth unter dem Creutzberg / mit den ämtern Pendorff und Someregg / und aller ihrer zugehörung / gegeben und zugeſtellt / und ihme zugelaſſen / macht / gewalt und erlaubnüß gegeben haben / daß derſelb von Salamanca die obbeſtimten verkaufften und verpfändten ſtück / herrſchafften / ſchlöſſer / ämter und gericht mit ihren zugehörungen / leuten und gütern mit der zeit an ſich

Comitat. Ortenburg conceſſus Gabrieli de Salamanca.

kauffen / und umb die pfandschilling / darauf gesetzt / wie wir selbst zuthun macht haben / und thun könten und mögen / an sich lösen und bringen / und so es sein gelegenheit wird / daß so er auß bemelten stücken an sich löst / andern umb dieselbe summa wiederumb versetzen mag / und demnach die obgemelt unsere Grafschafft Ortenburg / mit allem dem / so von alter darein und darzu gehört hat / auch der nachfolgenden herrschafften / schlösser / ämter und gerichten / als nemlich unser schloß Ortenburg / mit den zweyen fischweiden auff Mülstetter-see / die eine am eingang / die andere am außgang desselben see; Item / die fischweyd auf der Traa von der meelbrücken unter Sarenburg / biß an der Villacher fischweyd: Item / marckt und mauth zum Spitall / mehr die ämter Weissenstein / Fresach / Someregg / Hiemmersperg / Brundorff / Affritz und Wiser / Starkawoy / Feystritz und Tweng: Item / das schloß und herrschafft Sternberg: Item / die herrschafft schloß und marckt Obertraburg / mit samt der mauth daselbst / auch den zu Mautten zu Wincklern / und an der Mauth unter dem Creutzberg: Item / die herrschafften und schlösser Goldenstein und Puttersberg samt dem Laßthal: Item / mehr schloß und herrschafft Falckenstein / mit samt dem land-gericht darzu gehörig / auch der mauth und auffschlag zu Vellach: Item / gericht und amt zu Großkirchheim: Item / herrschafft und schloß Gruenburg mit samt den zweyen Stubenberger- und Fresacher-ämter im Geilthal und in der gegend / und dann das schloß Stein bey Obertraburg samt aller obgemelter herrschafften / leüten und gutern / und aller und jeglicher Obrigkeit / bergwercken / von weß metall die seyen / jetzo im bau und wesen / oder werden noch künfftig erfunden / gewaltsam / vogtrechten / eigenschafften der leut / geistlich- und weltlichen lehenschafften der Ritter und veit-lehen / der edlen / auch burgern und anderer unterthanen / so in gemelter Grafschafft Ortenburg und den bestimmten herrschafften / gerichten und ämtern gesessen seyn / und von altersher darein und darzu gehört haben / und gemeiniglich mit allen andern ämtern / land-gerichten / hohen- und niedern gerichten / und allen andern zu- und eingehörungen / ehren / nutzen / besetzten und unbesetzten / renten / zünsen / gülten / robaten / frondiensten / wie die geheissen und genennt / auch allen steüern / mauthen / zöllen / zwingern / pennen / pussen / fähten / hohen- und niedern gerichten / wälden und höltzern / wildpennen / gejarden / wassern / wasserflüssen / mühlen / fischnutzen / weyern / wein- und baum-gärten / tackln / auch stätln / häusern / gütern / früchten / und gemeiniglich mit allem dem / so von recht und gewohnheit wegen / erblich käufflich oder in andere weg je in gedachte Grafschafft Ortenburg / und vorbestimmte herrschafft / gericht und ämter gehöret haben / und noch gehören sollen und mögen. Wie dann durch absterben gedachter manns-personen / namens und stammens / Grafen zu Cili / solches alles und jedes / nichts außgenommen / zu berg und thal / besuchtes und unbesuchtes / gefundens oder ungefundens / an gedacht Unser hauß Oesterreich erblich kommen / und in andere weg von alter in Unser cammer gezogen und gebracht worden ist / zu Unserm und deß hauß Oesterreich lehen gemacht / und mit samt den pann / in der jetzt gemelten Grafschafft Ortenburg / und den genannten herrschafften / gerichten und ämtern über das blut zu richten / gedachten von Salamanca zu rechten mann-lehen / gnädiglich verliehen haben / auch gesetzt und geordnet / daß die herrschafften / schloß / ämter / gericht und güter / die von altersher zu genannter Grafschafft Ortenburg gehöret haben / mit aller ihrer zugehörung / wie obstehet / nichts davon außgenommen / jetzo und hinfüro und in ewigkeit / der benannten Grafschafft Ortenburg incorporiret und eingeleibet / mit gutem titel dafür geacht / verstanden und gehalten seyn / und aller der freyheit und gnaden / so die berührte Grafschafft Ortenburg hat / geniessen sollen. Wissentlich in krafft diß briefs / also / daß der gemelte von Salamanca und seine eheliche leibes-erben und derselben erbens-erben / manns-personen / solches alles von Uns und Unsern erben und nachkommen / und dem bemelten Unserm hauß Oesterreich / so offt das fahlen kommt / zu lehen empfahen / und die stück und güter / so er jetzo einneh-

einnehmen / und dann auch die / ſo wir / als auch vorſtehet / an ſich kauffen und löſen werden / inhaben / nützen / nieſſen / und den bann in der berührten Grafſchafft Ortenburg / und obbemehlten ihren einverleibten herrſchafften / ämtern und gerichten / die ſie jetzo inhaben / und noch an ſich bringen / über das blut zu richten haben / und den ihren amt-leuten und richtern zu gebrauchen befehlen / doch / daß ſie bey den eyden / ſo Uns der gemelt Gabriel von Salamanca darumb gethan / und er und ſein mannliche leibes-erben hernachmals unter ihrem lehens-pflichten / Uns und Unſern erben und nachkommen ferner und je ſie ſich ſolchen panns zugebrauchen annehmen / auch thun / und ihr jeder von ſeinen amt-leuten auch nehmen ſollen / zu handln / zu richten und zu gebaren / dem reichen als den armen / und den armen als den reichen / und darinnen nicht anzuſehen / weder lieb / laid / muth / gab / gunſt / furcht / freundſchafft noch ſonſt kein ander ſach / allein gerecht / gericht und recht / wie ſich gebühret / und in maſſen ſie das gegen GOTT dem Allmächtigen am jüngſten gericht verantworten wollen / alles treulichen und ungefehrlichen von allermänniglich unverhindert; doch Uns und Unſern hauß Oeſterreich an Unſer Obrigkeit / als landſteuern und raiſen / die Uns ander Grafen und Herren in Unſern Fürſtenthumen und landen zu jederzeit thun werden / in allweg unvergriffen und unſchädlich. Der offt genannt Salamanca hat uns auch darauff gewöhnliche gelübd und aydt gethan / Uns und Unſerm hauß Oeſterreich / von ſolcher angezeigter lehen wegen / getreu / gehorſam und gewärtig zu ſeyn / Uns und Unſern erben und nachkommen / Fürſten zu Oeſterreich für ſeinen rechten Erbherren zu dienen / und zu thun als ſich von ſolcher leben wegen zu thun gebührt: und auff das alles haben wir auch genannten Gabrieln von Salamanca für uns / all unſer erben und nachkommen / zugeſagt und verſprochen / und thun wiſſentlich mit dem brieff / ob über kurtz oder lang durch abſterben deſſelben von Salamanca / oder ſeiner ehelichen erben / oder derſelbigen ehelichen leibeserben manns-perſonen / die gemelte Grafſchafft und herrſchafft / wiederumb unſerm hauß Oeſterreich anfiehle / oder ledig würden / daß wir oder unſer erben oder nachkommen deß letzt-verſtorbenen erben / deſſelben eigen gelaſſen haab und güter / auch die ſumma gelts / darumb der gemelt von Salamanca oder ſeine erben / die obberührten / dieſer zeit verkaufften und verpfändten der beſtimmten Grafſchafft Ortenburg / und den andern herrſchafften zugehörigen ſtück erkaufft und gelöſt hätten / auf ihr urkündtlich anzeigen auch beweiſen / ohn all außzug und widerredt / geben und bezahlen / und dieſelben / deß letzt verſtorbenen erben / die berührte Grafſchafft / herrſchafften / und ihr zugehörungen innhaben / gebrauchen und genieſſen und unverhindert dabey gelaſſen / und der ſamment- oder ſonderlich abzutreten / nicht ſchuldig ſeyn ſollen / Wir / Unſere erben und nachkommen haben ihnen dann zuvor dieſelben außgegeben ſumma gelts / ohne mündterung und abſchlag der nieſſung ſolcher Grafſchafft / ihren ingeleibten herrſchafften / ſchlöſſern / ämtern und gerichten / und allen ihren zugehörung / gefäll und nutzung / oders völliglich und gänzlich vergnügt und bezahlt / ohne all ihr koſtung und ſchaden. Wir / Unſere erben und nachkommen / ſollen und wollen auch gemelten von Salamanca / und ſeine erben bey obgemelter Grafſchafft Ortenburg / herrſchafften und dergleichen zugehörung nichts davon außgenommen gnädiglich ſchützen / ſchirmen und darwider von niemands / wer der iſt / wider recht nicht dringen / beklümmern oder beſchwehren laſſen in einig weg noch weiß / und deß alles zu ſtäten / wahren urkundt haben Wir dieſes briefs innhalt mit eigenen hierunter geſtellten handſchrifft ratificirt, bekräfftiget / und mit unſern anhängenden inſigel verfertiget. So ſeyn auch der Ehrwürdig Fürſt und Herr Bernhard / Biſchoff zu Trient / Unſer freund / und Unſers Fürſtlichen Hofraths-Præſident, und die Edlen / Ehrſamen und Gelehrten / unſer lieb getreue Cyriac Freyherr zu Polheim und Wartenburg / Unſer Hofmeiſter und Lands-hauptmann in Oeſterreich Ob der Ens / Doctor Johann Fabri, Georg von Herberſtein / und Hans von Sillerberg bey dieſer obgemelten belehnung geweſen / Daß ihr jeder

mit

mit ſeiner handſchrifft / an dieſem brieff zu ende geſtellt / bekandt und bezeugt. Der geben iſt in deß Heiligen Reichs-Stadt Nürnberg / den zehenden tag deß monats Martii, nach Chriſti geburt fünffzehenhundert / und im vier und zwantzigſten jahr. Quid pro ſui juris conſervatione vel recuperatione egerint hac in cauſa priſcæ familiæ agnati in Bavaria, ſupra monitum eſt, ſed prævaluit ſemel facta conceſſio.

Familia nova illorum Comitum.

§. XXV. *Gabriel* ille ortu Hiſpanus *Conſalvi* filius, *Franciſci* nepos, *Conſalvi* pronepos, *Ioannis Friderici* abnepos ex duabus conjugibus *Eliſabetha Eberſteinia*, & *Eliſabetha March. Badenſi* affinitate plures illuſtres domos ſibi junxit: ex priori præter alios *Ferdinandum*, ex altera *Erneſtum* ſuſcepit, quorum uterque ſoboſem habuit, ſed demum maſcula progenies circa 1640. in *Geogio* Comite defecit: atque ita relapſæ ſunt ad *Auſtriacos* ditiones, ſed eædem deinceps pretio addictæ ſunt ditiſſimis fratribus *VVidmanniis* ex Veneta Nobilitate, qui alioqui *S. Paternionem* plurimaque alia caſtra & latifundia in illis oris poſſidebant.

Ortenburg ad Widmannios.

Gabrielis & poſterorum ſcuſi.

§. XXVI. Quod *Gabrielis* & poſterorum attinet ſcutum, repræſentatur in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. p. 15. & *Fürſt.* Wapenb. P. 5. pag. 6. ſub nomine *Salamanca*. Et quidem clypeus quadripertitus in primo & quarto laterculo teſſeram *Ortenburgiam*, videlicet triangulari ſectioni impoſitas tres alas continet (vidi tamen alicubi colores inverſos, ut duæ argenteæ, una rubea eſſent.) Secundum & tertium alveolum *rubeum* percurrit *faſcia argentea*, quam ſuperius *ternæ* inferius *binæ* comitantur *aureæ aquilæ* vel *alaudæ* expanſæ. His incumbit parmula media iterum triangulo vel cuſpide aſcendente in tres regiones diſtincta, in quarum duabus ſuperioribus *aureis* ſinguli *leones adverſi rubei* (juxta aliquos coronati) locantur, inferior *cærulea lilium* continet *argenteum*.

Ortenburg. Gratia Imperialis. Privilegium Palatinum.

§. XXVII. Alæ, quod ſupra monui, Comitatum *in Carinthia* notant, & ex Imperiali gratia ſunt aſcitæ. Faſciæ & aquilarum rationem non aſſequor, niſi dicas eſſe gratiæ documentum, & ex *veteri & novo Auſtriaco* ſymbolo compoſitum; uti inprimis Gabriel ille faventiſſimo uſus eſt *Ferdinando*, & ante Ortenburgica bona, 1523. in Auſtria jam *Freyenſtein & Carlſpach* acquiſiverat. Eundem & poſteros Carolus V. *Comites Palatinos* creavit, & Comites Palatios alios creandi poteſtate inſtruxit 1524. eo addito, ut privilegium ſucceſſorum poſthac non egeret confirmatione conf. *Limn. Iur. publ. III, 18, 45, IV, 4, 48.* quod jus eos exercuiſſe, exemplis ſibi conſtare tradit *M. Zeiler. itin. Germ.* P. 2. p. 366. Media parma gentilis & ex Hiſpania allata eſſe videtur.

Galeæ.

§. XXVIII. Scuto ſuo hi Ortenburgii Gabrielidæ imponebant galeas *tres coronatas*, quarum duæ *extremæ* ſingulæ jugum alarum ſuſtinet complicatum cum typo, illa (dextra) primi & quarti, hæc ſecundi & tertii laterculi: ex *media* vero exurgit leo adverſus rubeus auro coronatus. Laciniæ circum volitant primam argenteæ & rubeæ, ſecundam & tertiam coccineæ & aureæ.

Widmanniorum inſignia.

§. XXIX. Hac familia iterum noſtrorum patrum memoria extincta cum Comitatus Ortenburgicus in Carinthia, quod diximus, conceſſus eſſet *VVidmanniis* nobilitati Venetæ adſcriptis: hi ſcutum idem aſſumſere, niſi quod mediæ parmulæ gentilis loco, ſuam ſubſtituere, quamvis enim *Sammarth. l' eſt. de l' Ital. p. 462. Chriſtophoro VVidmannio Cardinali* iſtam etiam Salamancarum aſſignet: in hoc tamen erratum eſt.

Scutum. & galeæ.

§. XXX. Porro horum *Ortenburgo-VVidmanniorum* clypeum exhibet *P. Fürſt.* Wapenb. P. 5. pag. 10. & *Paillot. ur. & parf. ſc. des arm. p. 439.* Et quidem, quod occupavimus dicere, is plane easdem quadras continet, quas §. 8. vidimus, (cum enim Paillot laterculi primi argentum in aurum mutat, minium ſecundi alveoli in argentum, argentum faſciæ in minium, aurum vero aquilarum, quas ex quinis ſenas facit, in nigrum colorem, παράγραμμα eſt, extero facile condonandum,) ſed mediam parmulam bipertitam imponit, dextro latere *aureo* cum *lilio cæruleo*, ſiniſtro *cæruleo* cum *luna cornuta ſed facie humana picta aurea*: (In hujus parmulæ colore iterum variat *Paillot*, nam totam cyano tingit, lilium vero & lunam argento, verum *Fürſtio* malim fidem adhibere,) quod ſῆγμα *VVidmanniorum* eſſe ex eo ſuſpicor. Galeas imponit quatuor & lateribus duas adhuc jungit, omnes coronatas. *Prima ad dextram* eſt ea, quæ alæ typum laterculi

laterculi primi, *extrema* ad lævam quæ laterculi ſecundi figuram inſcribit: *ſecunda* leonem adverſum coronatum ex galea exſurgentem ſuſtinet: quæ caſſides ſunt §. 28. deſcriptæ: *Tertia* quatuor ſuſtinet ſtruthionicas plumas cæruleam, auream, rubeam, argenteam, cujus non capio ſignificationem. *Duæ* lateri clypei junctæ galeæ ſingulas alas iterum oſtentant, quarum alteri aureæ lilium, alteri cyaneæ luna medii ſcutuli impreſſa apparet. Laciniæ juxta regulam ſunt ex auro & cyano.

CAPUT XLIX.

Principes & Com. Oſtfriſiæ.

ARGUMENTUM.

1. *Familiæ origo, Gretſilani. Vlricus Comes. Ezardus Magnus. Evangelica religio. Primogenitura. Linea Belgica. Oſtfriſia. Rietbergia.*
2. *Scutum ex Sibmachero. Rietberg. Domus Brocmeria. Comites Rietbergæ.*
3. *Succeſſio ad Lippienſes. Friſios.*
4. *Friſia harpyja. Stella Nordana. Friſia Comites. Principes.*
5. *Eſens. Stedesdorf. VVitmund. Quomodo ad Friſios. Tranſactio Berumana. Libertas Eſenſium.*
6. *Galea.*
7. *Linea Belgica ſcutum. Vken.*
8. *Rietbergica linea.*
9. *Principum ſcutum. Friſia. Rietbergæ.*
10. *Dominia transLadana & Reideria. Mantlacht.*
11. *Jevern. Controverſia de Dominio.*
12. *Eſens. Stedesdorf. VVitmund.*
13. *Tituli: Principum. Comitum.*
14. *Repertus Vlrici annulus ſignatorius. Locus in comitiis. Cognatio cum aliis illuſtribus.*

§. 1.

ILluſtriſſima Comitum *Friſiæ Orientalis* ſeu *Oſtfriſiæ* familia, cujus linea, uti poſtmodum dicetur in *Principum Imperii* evecta eſt faſtigium, originem debet *Capitaneis & Dominis* in *Grethſil*, qui *Sircſenii* à plerisque, at quàm recte neſcire ſe dicit *Vbbo Emmius rer. Friſic. lib. 14. p. 211.* nominati fuerunt, ex quorum perantiqua & principe inter Friſios familia *Ezardus* ſeculo poſt Chriſtum natum decimo tertio genuit cum uxore *Doda*, filia inſignis *Kenonis Brocmerii*, qui Oldeburgi in Brocmeria in arce bene munita, cujus rudera adhuc exſtant, ſedem habuit, & non ſolum omnem Brocmeriam ac Auricanum agrum poſſedit, ſed etiam ampliſſimas opes per Amaſanam ditionem habuit, ſeque *Brokiæ Marienhoviæ & Aurichoviæ* Rectorem & Dominum vocitavit, *Vlricum Greetſilanum*, qui in bello contra *VVimodios*, ultrà Viſurgim flumen habitantes, propter concinnatam ab ipſis, uti annales dicunt, agnatæ Sircſeniis familiæ *Idſingiæ* Euvenardi Capitanei Nordani mortem, moto, pugnando fortiter, non inglorius anno 1373. deceſſit. Protulit porrò & hocce matrimonium, *Imelonem & Haronem Gretanum*, nec non *Ennonem Nordanum*, qui & *Gretſilanus* dictus, fratres germanos *Sireſenios* (idem *Vbbo Emmius libr. hiſtor. 17. p. 246. & libr. 19. p. 289.*) quorum ultimus *Enno* ſumma virtute & autoritate heros, moriens reliquit filios *Edzardum & Vlricum*, quorum ille *Rector & perpetuus judex* à Friſiis electus, poſtquam *Brocmeriam* & alias etiam ditiones jure ſucceſſionis, belli & matrimonii ſui juris fecerat, menſe Septembri 1441. improlis mortuus eſt. Hic, nimirum *Vlricus*, non ſolum fratri, cujus & pari jure ſocius & victor in bellis geſtis fuit, anno Chriſti 1454. non ſolum in regimine & omnibus juribus ut hæres ſucceſſit, verum etiam aſſumta *Focconis Lehrani* nepte & *Vconis* filia *Theda* in matrimonium, initaque cum proximioribus aliis agnatis ſive cognatis tranſactione, inteſtinum Friſicæ nobilitatis odium & vulnus factionum civilium, mirandâ admodum prudentiâ, ſolidavit & delevit. Nemo enim in univerſa Friſia, *Vlrico*, opibus, honore, gratia & prudentia, par, nullusque erat, cui ille, ſi voluiſſet, ſe potuiſſet ſubmittere. vid. *Emmius. libr. hiſtor. 25. p. 372.* Et cum jam antea quoque præter alias has ditiones, civitatem arcesque *Emdanam & Lierortanam* nec non univerſam *Marmeriam & Reideriam*, quæ etiam pars *Friſiæ Orientalis* habetur, vid. *Emm. in deſcr. Friſ. Oriental. Chorogr. circa initium*, optimo jure dominii & imperii tenebat, anno 1454. ab Imperatore *Friderico*, prævia recognitione *feudali*, una cum conjuge & poſteris, in quos hæcce dignitas perpetuo jure ſimul collata, *Comes Friſiæ orientalis* creatus & cum regalibus imperii inveſtitus. Hoc Ulrico

Familiæ origo Gretſilani.

Ulricus Comes.

Digitized by Google

Edzardus Magnus. natus eſt *Edzardus*, qui ob res in patria & alibi præclarè geſtas *Magnus*, imò teſtante *Vbbon. Emm. hiſtor. lib. 54. p. 645.* omnium Friſiorum à tempore Regum clariſſimus, nec ulli comitum ſeculo ſuo virtute ac gloria ſecundus jure meritoque dici meruit, Protectorque *Græningenſis*, & primus fuit, qui abjecto Papiſmo hauſtis ex *Lutheri* ſcriptis *lucis Evangelicæ* ſalutiferæ primitiis, ipſius Confeſſioni nomen dedit, & poſtea integrum fere Comitatum exemplo ſuo ad veram fidem & religionem perduxit, quam etiam ipſius poſteri regentes illibatam & *Auguſtanæ* invariatæ Proteſtantium Principum Confeſſioni conformem ſanctè in præſens usque tempus laudabiliter conſervarunt. Inſtituit etiam Edzardus jus *primogenituræ*, & quod unus ex deſcendentibus in imperium ſolummodo ſuccedere debeat, qui tamen reliquis fortunam induſtria & virtute quæſituris pecunia ex æquo & bono ſatisfacere teneatur, quod ipſum jus etiam deinceps accedente confirmatione Cæſarea inviolabiliter obſervatum & novis pactionibus familiæ firmatum eſt. Reliquit Edzardus poſt ſe filios *Ennonem II. & Iohannem*, in quibus ſcinduntur lineæ: quorum hic pronuba Regina & gubernatrice Belgii *Maria* anno 1539. præſente ac nuptias cohoneſtante Friderico Palatino Electore duxit filiam *Dorotheam Maximiliani Imperatoris*, atque per hocce matrimonium ſator fuit Dominorum de *Durbuy*, quibus *Falcoburgum*, *Dalem* & *gubernatio Ducatus Limburgici* Falcoburgo finitimi, adminiſtranda etiam commiſſa ſunt. *Ille* vero ut primogenitus vivens, patri in regimine jure feudi ex pacto & providentia majorum conſtituti ſucceſſit, & in medio ætatis robore Emdæ 1540. 8. Calend. Octobr. deceſſit, relinquens ex uxore Anna Oldenburgica filios *Edzardum*, *Chriſtophorum*, & *Iohannem*, totidemque filias *Eliſabetham*, *Annam* & *Heilvvigam*. Edzardus iterum eſt *Ennonis III.* pater atque *Iohannis*, à quorum illo *Oſtfriſica* moderna, hoc *Rietbergica* linea. Diximus Edzardum genuiſſe *Ennonem* tertium ejusque fratrem nimirum ex conjuge *Catharina* Guſtavi Regis Sveciæ filia, cum qua anno 1558. ipſis Calendis Octobris Stockholmiæ matrimonium contraxit, & plures etiam alios liberos utriusque ſexus præter prænominatos duos genuit, quorum tamen maſculini qui fuerunt generis, absque liberis, partim in bello Hungarico contra Turcas, partim etiam alibi vitam cum morte commutaverunt, & ſexus mulebris in Electoralis Palatinæ & aliarum Principum comitumque imperii familiarum matrimonia tranſivit.

Evangelica religio.

Primogenitura.

Linea Belgica.

Oſtfriſia Rietbergia.

§. II. Scutum Friſiæ Comitum in *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 17. & *Fürſt.* P. 3. pag. 5. à ſummo tripertitum repræſentatur, cum duæ perpendiculares illud in tres palos ſecent. Primus *rubeus auream aquilam* continet, quo notatur Comitatus *Rietbergius* in Weſtphalia, vel in ſimul, ut alii volunt, inſignia domus *Brocmeriæ*. Hic Comitatus *Rietbergicus* ſuos habuit Comites, quorum ultima *Alheida* Ottoni Comiti *Hojæ* (al. *Henrico*) nupſit. His parentibus geniti *Henricus*, *Conradus*, *Iohannes*: Ille Epiſcopus *Verdenſis*, hic rami unius *Hojenſis* propagator, iſte vero *Rietbergiorum* novus ſator. Differunt tamen autores circa hanc Genealogiam, & aliam à reliquis Rittershuſius ſuis tabulis inſeruit. *Conrado Iohannes*, hoc *Otto* natus eſt, Ottonis atque *Iohannis* pater; de his audiamus *Hamelman. de famil. emort. lib. 3. p. 171. Ioannes cum aliquando fratrem Ottonem Comitem in Ritberg ex arce & Comitatu Rietbergico excluderet, ut incertis ſedibus diu hinc inde vagaretur, & tandem in obſidione & caſtris Caroli V. ante urbem Metenſem moreretur, nunquam reverſus ad ſuum comitatum, ſic demum & hic in arce ea obſidetur & capitur anno 1558. atque ita captus nunquam rediit ad hunc ipſum ſuum comitatum, ſed quoque moritur in peregrinis locis.* Nam cum Comitem Lippienſem laceſſiviſſet, hic eum aggreſſus Rietbergam auxilio Epiſcopi Paderbornenſis obſedit. Demum circulus Weſtfalicus interceſſit, Rietberga abſcedere juſſo Lippienſi, ac arce occupata, Joanne autem, ob fractam pacem ad perpetuos carceres condemnato, unde etiam Coloniæ in cuſtodia deceſſit. *Piderit. Chron. Lipp. P. 2. p. 628. ſeq. Vbbo Emm. lib. hiſtor. 60. p. 960.*

Scutum ex Sibmach.

Rietberg. Domus Brocmeria.

Comites Rietbergæ.

§. III. Joanni huic natæ non niſi duæ filiæ *Armgardis* & *VValpurgis*, illa initio agnato *Erico Comiti Hojæ* nupſit, dein *Simoni Com. Lippiæ*, qui duo mariti eâ vivâ obtinuere comitatum, unde in Lippiæ ſcuto *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 17. palus medius *Rietbergicam* teſſeram defert. Cum verò ex neutro marito proles ſuſcepta eſſet, Armgardi ſorori 1584. ſucceſſit *VValpurgis*, atque adeo marito *Ennoni III. C. Friſiæ.*

Succeſſio ad Lippienſes. Friſios.

Jus

tis Comitatus attulit. Ea natæ *Sabina Catharina & Agnes*, illa *Ioanni* patruo, hæc *Gundaccaro Principi Liechtenſteinio* nupta. Ille ab uxore ſua Rietbergicum Comitatum obtinuit, & ad poſteros transmiſit, penes quos nunc etiam eſt.

§. IV. Medius palus *niger* eſt *aquilam expanſam auream capite virgineo coronato* (Chifflet. Eq. A. V. n. 224. *Harpyjam* vocat) *cum quatuor aureis ſtellis ſex radiorum, duabus in ſummo, totidem in imo latereculo, quæ Nordanum ab Idſingia familia acceptum Dominium denotant.* De hac figura ita Eruditiſſimus *Æg. Gelen. de Colon. Agripp. magnit. l. 2. ſ. 2. p. 133. Bructeri olim uſi harpyia ſeu ave cum humano capite, ut gerunt hodie Principes Orientalis Friſiæ.* Cæterum Harpyjæ, ipſa Friſia Orientalis, & Circkſeniorum Gretſilanorum inſigne, deſignatur ſymbolo, quarum illa cum in varias dynaſtias diſtincta, libertate ſua gauderet, ſed inter horum Dominos frequentes eſſent contentiones perpetuaque diſſidia, factiones, tumultus, imo contumacia in ipſum imperium ſtudia, Ulricus, quod §. 1. retuli, propter ſingularem ſuam in ſedandis turbis, ſarciendâ concordiâ, & reducendo rebelli populo in obſequium, impenſam, virtutem atque induſtriam; (quam ipſam tamen cauſam moralem licet *Vbbo Emmius* nimio amore priſtinæ patriæ libertatis quadantenus imminuere velle videatur, in ipſo tenore primæ inveſtituræ Cæſareæ, veluti documento omni probatione majore, clariſſimis verbis perſpicue legitur,) Comes ejus à Friderico III. 1454. creatus & à fecialì proclamatus eſt; titulo tamen Comitis Oſtfriſiæ, quo à Cæſare mactatus erat, declinandæ invidiæ cauſâ, abſtinuit, contentus ſe dicere *Comitem in Norden, Emden, Greetziel, Aurick & Berum Oſtfriſiæ*, quo in negotio ſummopere laudatur à Magno *Forſtnero in not. ad Tacit. libr. 1. annal.* qui ipſum deſuper cum Auguſto Cæſare comparat. Sed deinceps titulus qualis datus erat, omni jure, & absque ulla controverſia vel contradictione; in præſens usque tempus non tantum uſurpatus, ſed etiam auctus eſt. Noſtra memoria novum acceſſit axioma, cum *Vlrici*, qui ex Ennone tertio ejusque ſecunda conjuge Anna Duce Holſatiæ & Sleſwici natus fuit, & primogenito fratri Comiti *Rudolpho*, in arce Berumana infeliciter occiſo ſucceſſit, filii *Enno Ludovicus 1654.* & deinde 1662. *Georgius Chriſtianus, Principum* dignitate ornarentur quæ nunc hæret in hujus poſthumo Sereniſſimo Principe *Chriſtiano Eberhardo*, qui ſub tutelâ Sereniſſimæ matris *Chriſtinæ Charlottæ Ducis VVürtenbergiæ & Teccîæ* in ſpem domus & ſubditorum adoleſcit, & ab Imperatore Glorioſiſſimo Leopoldo noſtro, unanimi omnium ſtatuum Imperii conſenſu, anno 1665. in durantibus adhuc *Comitiis Ratiſponenſibus*, ad ſeſſionem & votum Principum admiſſus eſt, cui & poſteris felix imperium, & fortunatam tranquillitatem boni precantur.

Friſia Harpyja. Stellæ Nordanæ. Friſiæ Cogmites. Principes.

§. V. Palus tertius quadripertitus eſt: cum prima & quarta areola (Chifflet. ordinem invertit) *cærulea ſit geminis appictis pinnatæ caudæ vexillulis aureis, haſtis in decuſſim trajectis*: Secunda autem & tertia *aurea* contineat *urſum perrepentem nigrum, numella aurea, lingua & oculis argenteis* impreſſum: His ſymbolis deſignantur Dominia *Eſens, Stedesdorf & VVitmund.* Porrò Dominus de Eſens ultimus, *Balthaſar*, vir inquietus, 1540. mortuus eſt, adeoque ei ſucceſſit ſororis Annæ maritus *Otto Comes de Rietberg*, cum ſoror Armgardis prole caruiſſet, unde ab hujus nepte Walpurgi hereditas ab *Friſios.* Sed & pridem jus aliquod in Eſens & Witmund prætendebant Friſii, atque vidua Ennonis II. *Anna Oldeburgica* de ea Dominiorum translatione coram Imperatore ejusque Comiſſariis, nec non in publicis imperii Comitiis multiſariè conqueſta erat, & deſuper ad formulam feudi Oſtfriſiæ, in qua *Eſena* tanquam pars feudi recenſetur, provocaverat. Cæterum absque ullo effectu: hinc jus ſine re ac fruſtra fuiſſe, obſtante potentia domus Burgundicæ, quæ in poſſeſſione dominii directi, devicto Carolo Geldrorum Duce, ſibi à *Balthaſare Eſenſi* ejusque ſorore & ſororis filio Comite nimirum *Iohanne Rietbergico*, obvementis erat, eamque è manibus ſibi eripi non patiebatur, teſtatur *Vbb. Emm. lib. hiſtor. 60. p. 956.* ceu etiam conſtat, Rietbergici captivi filias in poſſeſſione rerum omnium *Harlinganarum* patri ſucceſſiſſe. Idem *Emm. p. 960.* Quæ poſſeſſio & plenum dynaſtiarum *Eſens, Stedesdorf & VVitmund* veluti *Harlingæ* Dominium demum per matrimonium Ennonis III. cum prima conjuge *VValpurgi*, & deinde inter ejus liberos *Sabinam Catharinam & Agnetem*, earundemque parentem ſæpius memoratum Ennonem III. ſubſecutam *Berumanam* juratam transactionem & renuntiationem, quæ poſtea in diverſis Vienſibus à

Eſena. Stedesdorf Witmund. Quomodo ad Friſios. Transactio Berumana.

Cæſare confirmatis pactionibus, ab utriusque ſucceſſoribus ſancte renovata & denuò ſtabilita fuit, ad Domum Regentem Oſtfrificam irrevocabiliter tranſiit. Quæ, cum renovatio feudi juxta leges moresque feudales petenda eſt, eam quidem etiam ab Imperatore juxta contenta primævæ inveſtituræ Ulricianæ, nec non quoque à Rege Hiſpaniarum & Provincia Batavica, Geldro-Zutphania, veluti ducibus & regentibus Geldriæ, ex formula veteri expetere tenetur, onera tamen Imperii exinde non ſolvuntur, ſed ſunt iſtæ dynaſtiæ à tempore plusquam immemoriali ab hiſce prorſus exemptæ. Plane uti etiam nihil contribuunt ad ærarium Oſtfriſiæ commune, vulgò *Collegium*, quod Emdæ frequentatur, neque apellatur à Cancellaria *Eſenſi*, ad quam alias à judicum inferiorum Harlinganorum ſententiis provocatur, ad dicaſteria Principis Oſtfriſiæ ſuperiora, puta Cancellariam quatenus talem, vel curiam aulicam, das hof-gericht / ſed coguntur gravati appellare ad *Principem* ipſum, qui deinde per Conſiliarios cauſam cognoſcit, & ſalvo ſecundum rerum exigentiam beneficio reviſionis, reſtitutionisque in integrum, nec non transmiſſionis actorum, rem totam absque ulla ulteriori provocatione, ad alia ſuprema judicia, ſive Imperii, ſive Hiſpano-Geldrica abſolvit, & per miniſtros ſuos Harlinganos exequitur.

Libertas Eſenſium.

Galeæ.

§. VI. Huic clypeo imponuntur tres galeæ coronatæ: quarum media *Friſiam* deſignans duos ſuſtinet *faſciculos plumarios nigros*, vel juxta alios *argenteos*, inter quos comparet *lilium aureum*; Chifflet. Eq. A. V. inſign. 338. ita eloquitur: *Pennæ geminæ argenteæ, tergis obverſæ, in medio lilium aureum pede mutilo (aupied coupé) alio ſimili reſupino ſuſtentatum.* Quod erroneum puto. Laciniæ nigræ ſunt & aureæ. Prior galea *Rietbergica* exornatur aquila exoriente aurea rubeis alis, phaleris dependentibus ejusdem tincturæ. Extrema galea duo vexilla aurea ſuſtinet, quæ ſtipant cæruleum lilium: Laciniæ dependent iterum aureæ & cyaneæ. Qui apex reſpondet dominiis reliquis.

Lineæ Belgicæ ſcutum.

§. VII. Quod attinet lineam *Belgicam Dominorum in Durbuy*, de qua §. 1. *Ioannis 1555.* inter equites aurei velleris relati ſcutum deſcribit *Chifflet. inſign. A. V. n. 214.* quod fuerit à ſummo bipertitum, dextero latere *Friſiæ* ſymbolum referente, ſiniſtro autem *cyano & minio oblique dextrorſum bipertito, & geminis aureis leonibus impreſſo, capite ſcutario aureo, aquila erumpente nigra auro coronata picto*, quod interpretatur *Vken:* cujus vero rationem reddere ignoro: niſi quod veriſimile ſit, quod inſignia heroïs *Focconis Vconis Lehrani*, unde etiam *Vcoburgum* in Reideria nomen habet, indigitare voluerit. Apicem etiam aſſignat *aureum leonem, lingua coccinea, ſedentem in medio duorum proboſcidum* (ita autor ille vocare ſolet, quæ cornua verius ſunt bubula) quæ oblique dextorſum auro & furvo ſunt tæniata. Lacinias quoque auro & nigro pingit.

Uken.

Rietbergica linea.

§. VIII. *Rietbergicam* lineam ſuperſtitem illa parma uti exiſtimo, quæ ex armoriali noſtro §. 2. & ſeq. deſcripta eſt.

Principum ſcutum.

§. IX. Quod vero *Principes* attinet, vidi eos nunc eminentiori & cum galea principali faſtigio conveniente corona, ornato clypeo uti: qui una perpendiculari & duabus transverſis lineis, in ſex areolas diſpeſcitur, quarum prima continet Harpyjam *Oſtfriſicam & Circkſenianam*, cum quatuor ſtellis coruſcantibus *Idſingio Nordanis*, de quibus antea. Secunda aquilam rubram, in alis & capite tribus auratis coronis ſpectabilem, quâ teſſerâ, inſignia *Rietbergæ* & Brocmeriæ cum pertinentiis priſtinis denotantur.

Friſia. Rietberga.

Dominia trans Lædana & Reideria. Manſchlacht.

§. X. Tertia *argentea faſciam continet coccineam, ſex rhombulis argenteis & aureis impreſſam, comitibus tribus cæleſtinis lunis inverſis.* Notari hac teſſera putantur dominia *trans Lædana & Reiderana*, Ober-Ledinger und Reiderland / & in primis de *Manſchlacht* quaſi Mahnen / id eſt, Mahnden-geſchlecht / quod etiam olim cum reliquis prænominatis ad Circkſenios ſeu Grethſilanos Capitaneos, & in ſpecie *Vlricum*, ante Comitatum, optimo jure pervenit, & hodie in præfectura Grethſilana in pago, cui *Manſchlacht* nomen, rudera arcis adhuc videri poſſunt.

Jevern.

§. XI. Quarta area *cæruleæ leonem* repræſentat *argenteum, cujus collo inſertæ corona aurea, ſed inverſa.* Hoc δῆγμα eſſe volunt dominii *Ieverani*, quod & ipſum una cum vicina huic regione Stad- & Budjadinger-land / nec non aliis, partim liberaliter expreſſis, partim in inveſtitura prima Oſtfriſica contentis limitibus, ſitis

ditionibus

ditionibus Ulrico in feudum conceſſum fuit, meminitque deſuper *Ubbo Emmius hiſt. Friſiæ. lib. 5 4. circa finem.* certæ cujusdam tranſactionis inter *Ennonem Oſtfriſiæ* & *Antonium Oldenburgi Comitem*, ſeneſcente anno M D XXIX. interponentibus ſcil. Rege Daniæ Chriſtiano & Florentio Comite Egmundano initæ, dicturque ex hoc capite adhuc proceſſum in aula Imperiali, ratione Dominii *leverani*, quod alias nunc Princeps Anhaltinus jure hæreditario Oldenburgico ſibi obveniente obtinet, (unde I. 1. c. 5. n. 26. leonem hunc ſed ſine corona collo inſerta in ſcuto Anhaltino-Serveſtano vidimus) indeciſum pendere. Controverſia de Dominio.

§. XII. Quinta demonſtrat urſum *Eſenſem*, de quo ſupra §. 5. cujus dominium *Stedesdorfium*, quod quondam Wibetus Capitaneus poſſedit, pars, & hodie pagus non incelebris eſt; Sexta ſive ultima, *duo flagella invicem juncta*, vel decuſſatim locata (ſuperius n. 5. vexilla ex Sibmachero & Chiffletio vocabantur, ſed flagra eſſe debere certioribus autoribus didici,) veluti inſigne dynaſtiæ *VVitmundanæ* continet. Eſens Stedesdorf. Witmund.

§. XIII. Titulus eſt: *Princeps Friſiæ Orientalis, Comes Rietbergæ, Dominus in Eſens, Stedesdorf & VVitmund*, &c. Comitum vero (quorum adhuc duo ex Ulrici tertio genito filio, Edzardo Ferdinando ejusque conjuge Anna Dorothea C. de Criechingen & Puttingen, quæ aulam ſuam in civitate Nordana fovet, bono publico in ſalutem & perennitatem Domus Oſtfriſicæ ſuperſunt, Illuſtriſſimi Edzardus Wilhelmus & Fridericus Ulricus, nunc peregrinationem Gallicam meditantes) ille, *Comes & Dominus Oſtfriſiæ & Rietbergæ, Dominus in Eſens, Stedesdorf & VVitmund*, &c. Atque ita quidem iſte titulus in aula Imperiali & ab aliis quoque domui regenti Oſtfriſicæ tribuitur: quamvis compertum habeam, Principes & Comites ipſos, qui ab Ulrico tertio deſcendunt, titulo *Rietbergico* ſponte, neſcio tamen ob quam cauſam, hactenus in ſuis inſcriptionibus & titulis abſtinuiſſe. Illuſtriſſimorum Rietbergæ Comitum, qui Joannis nepotes ſuperſunt, idem plane cum iſtis titulus eſt. Tituli Principum. Comitum.

§. XIV. Notari etiam porro circa hanc familiam antiquiſſimam meretur, quod *Ulrici primi*, Comitis Friſiæ Orientalis, *annulus ſignatorius*, qui ultra ducentos & amplius annos deperditus fuit, ante paucos annos poſt natum modernum Principem Oſtfriſiæ, *Chriſtianum Eberhardum*, à ruſtico quodam, non procul à loco, ubi quondam arx *Vplengen* ſteterat, agrum aratro vertente, repertus fuerit, quod ipſum multi pro felici augurio interpretantur. 2. Quod familia hæc Oſtfriſica in *Principum dignitatem* evecta, *alternet* in Comitiis Imperii, cum *Familia Principum de Fürſtenberg*, lineæ Heiligenbergianæ, ita tamen ut Domui Oſtfriſicæ, jus procedriæ bis, absque ulla interruptione, Domui Fürſtenbergicæ autem tertia demum vice, quemadmodum etiam ita in præſentibus Comitiis Ratisponenſibus, tempore introductionis & in aliis actibus obſervatum, & inpoſterum quoque ſecundum tenorem deſuper anno 1667. initæ conventionis ſanctè obſervabitur, competere debeat. 3. Quod domus principalis Oſtfriſica, cum Imperatorum & plerorumque Regum *Europæorum*, nec non *Electorum*, *Principum* & præcipuorum *Comitum Imperii* familus, vel affinitate vel conſanguinitate & cognatione juncta ſit, uti facillime ex inductione, ſi opus præſens longitudinem admitteret, in continenti demonſtrari poſſet. Repertus Ulnerani annulus ſignatorius. Locus in Comitiis. Cognatio cum aliis illuſtribus.

Caput L.

Barones de Reck.

ARGUMENTUM.

1. *Familia.*
2. *Lineæ in Reck. In Heeſſen. In Steinfurth. In VVitten. In Stockhauſen.*
3. *Epiſcopus Lavon. Paderbona. Bar. in Scharfenegg.*
4. *Scutum.*
5. *Comites de Volmenſtein.*
6. *Hereditas ad Reckios. Heeſſen & Steinfurt.*
7. *De Volmenſteinis Hamelmannus.*
8. *Galeæ hodiernæ duæ.*

§. I.

ILluſtris *Baronum de Reck* (von der Recke) familia in *Marcano Comitatu* jam olim inter equeſtres claruit; in plures tamen diviſa eſt lineas, quas deſtitutus plena genealogia non poſſum omnes enumerare. Familia

Lineæ. In Reck.

§. II. Inprimis gentem illuſtravit matrimonium *Godofredi* (ſeu *Gord*) von der Reck/ & *Agnetis C. Volmenſteinia*, de qua deinceps dicemus. His nati *Ioannes*, qui patri ſucceſſit in domo *Reck* & pago *Heren*, *Gerhardus* qui reliqua proxima bona nactus eſt, pater plurium linearum, *Theodoricus* qui in materna ſucceſſit bona, inprimis dynaſtias *Heeſſen* & *Steinfurt* im Dreye; Hoc ex Kettlerin in Aſſen nati *Gerd*, *Dietericus* & *Adrianus* Canonicus Monaſterienſis, ab illis duæ lineæ in *Heeſſen* & *Steinfurt*: In *priori* linea illa fuit ſucceſſio: *Gerd* ex Sophia de Morrien in Nortkirchen genuit *Dietericum*, hic ex Sophia de Heiden in Hagenbecke, *Gerhardum* equitem ſancti ſepulcri, (in obſidione Monaſterienſi 1533. bellici conſilii ſenatorem clarum) hic ex Anna de Asbecke in Asbecke *Ioannem*, patrem ex Ermgardi Schenckinck in Beuren, *Iodoci*, cui ex Elberta Kettler in Hoveſtatt natus *Goddardus*, maritus Margaretæ de Bueren, & dein Hedwigis de Aſchebrock ex Domo Mahlenberg. Hunc patrem habet Perilluſtris *Bernardus Dietericus*, qui illa communicavit, & in cujus matrimonio vivit *Clara Margareta Eugenia* agnata ex domo Curll. Quod vero lineam concernit *Steinfurtiam*, in ea *Dietericus* ex Margareta de Langen in Stockum genuit *Ioannem*, hic ex Joanna de Merlen in Milendunck *Ioannem*, patrem ex Margareta de Aldenbockum in Wyſch, *Ioannis*, genitoris ex Anna agnata ex linea de Heeſten *Ioannis*, quo & Eliſabetha agnata in Recke, iterum *Ioannes* natus, & hoc atque Mechtilde de Gahlen in Ermelinghove Perilluſtris *Ioannes Dietericus* conjux Sophiæ Eliſabethæ de Aſcheberg in Venne, Hangen & Geiſt. Ex Steinfurtiis etiam deſcendunt lineæ, Reckii in *VVitten*, & Reckii in *Stockhauſen*, quorum illam ornat hoc tempore Perilluſtris *Mordio* vonder Recke Electoralis in Clivia Conſiliarius.

In Heeſſen.

In Steinfurt.

In Witten.

In Stockhauſen.

Ep. Livon.

§. III. Ex eadem familia claruere ſuperiori ſeculo *Ioannes* Epiſcopus & Princeps Ivoniæ: Noſtro vero *Theodoricus Adolphus* Baro ex domo Curll patruus ſupradictæ Claræ Margaretæ Eugeniæ, qui poſt mortem 1650. Ferdinandi Archiepiſcopi Colonienſis in *Paderbornio* Epiſcopatu ſucceſſor electus eſt, cui illa elogia Celeb. Gabr. Bucel. Germ. T. 1. pag. 21. admetitur: *Nobilitate generis, ſingulari eruditione, autoritate, rerum gerendarum dexteritate & ante omnia eximia omnium virtutum laude celebratiſſimus.* Sic & in aula Ferdinandi II. Imperatoris claruit ex Steinfurtiis *Ioannes de Reck, Baro de Scharffenegg*, Cæſari à cubiculis & conſiliis Imperio-aulicis, quem ſenatum etiam præſes rexit.

Paderbornæ.

B. in Scharffenegg.

Scutum.

§. IV. Scutum exhibetur apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 30. quadripertitum: ita ut primus & quartus laterculus *cæruleus* contineat *faſciam argenteis & rubeis palis diſtinctam*: In ſecundo & tertio quadrante *argenteo viſuntur tria foliola rubea* (vocant Kleeblat ſeu trifolium) ex *globulo medio aureo* prodeuntia. Huic imponitur *galea coronata*, cui inſiſtit figura ſecundi & tertii laterculi; cincta hinc ala cærulea quam faſcia palis diſtincta percurrit, iſthinc cornu argenteum. Laciniæ ſunt argenteæ, dextra parte rubeo colore, ſiniſtra cyaneo reflexæ.

Comites de Volmenſtein.

§. V. Faſcia palis exarata *gentile* ſymbolum eſt: ſed folia ſecundi & tertii quadrantis à vetuſtis *Comitibus Imperii de Volmenſtein*, quæ arx in Marcani Comitatus præfectura *VVetter* ſita eſt, derivantur. Hi Comites pluribus feudis imperii ornati fuerant, in quibus fere 20. nobiles domus & caſtra erant. Sicuti etiam Adolphi Com. Marcani conſanguinei fuere teſte *Stangenfoll. L. 3. ann. Circ. VVeſtfal. f. 237.* Ubi memorat, Fridericum Barbaroſſam Auguſtum civitatem *Lünen* ereptam Henrico Leoni Majeſtatis damnato, donaſſe *Dieterico C. de Volmenſtein* ob fidelia ad Alexandriam præſtita obſequia, qui dein eam conſanguineo Adolpho C. Marcano vendiderit: Iidem Comites *Balliviam* & *Commendam Mülheim* Ordini Teutonico legarunt. Uti idem refert Stangenfoll. L. 3. f. 373.

Hereditas ad Recktos.

§. VI. Hujus familiæ ultimo mare *Ioanne* circa 1415. extincto, hereditas ejus ad ſororem *Agnatem* devoluta eſt, quæ nupſit uti §. 2. vidimus *Godofredo* von der Reck equiti & dynaſtæ Marcano, non procul opido *Camen*, eique attulit præter alia familiaria bona duo Dominia *Heeſſen* & *Steinfort* in Epiſcopatu *Monaſterienſi* cum mero & mixto imperio. Filius *Dietericus* von der Recke/ ob fidelia bello præſtita obſequia à *Sigismundo Imp. 1433.* nova gratia de omnibus Cæſareis & imperii feudis maſculinis maternæ ſtirpis inveſtitus, & *Volmeinſteinii* inſignibus auctus eſt. Unde poſſeſſores

Heeſſen & Steinfurt.

Digitized by Google

ſores iſtarum dynaſtiarum & poſteri eorum tanquam *vaſalli imperii* & ex veterum Comitum ſanguine merito Barones imperii æſtimantur.

§. VII. Horum Comitum velut vocat *Dominorum de Volmenſtein* etiam mentionem facit Cl. *Hamelman. de fam. emort. L. 2. pag. 150.* his verbis: *Proprium Dominium in ampliſſimo Comitatu de Marcka, & jam oppidum cum collapſo caſtro ejus nominis eſt ſitum in præfectura VVetter (Leuoldus de Northof in Chronico Marckenſium Comitum meminit Dominorum de Volmenſtene) & poſtquam ultimus Dominus Theodorus diſſentiret vel controverſiam haberet cum Duce Clivenſi, qui erat & eſt Comes de Marcka propter terminos & alia bona, & tunc bellum eſſet coortum propter urbem Suſatum & ejus jus inter Colonienſem Præſulem Theodorum natum Comitem in Morſe & inter Ducem Clivenſem Ioannem ejusque filium Adolphum, ſtetit à partibus præſulis Theodorus ultimus Dominus in Volmerſtein, & ita ille in iſto bello cecidit, & tunc Dominium atque oppidum invaſit Princeps patriæ, ſed Theodori ultimi iſtius Dominii heredis maſculi erat relicta unica filia N. quam duxit Dominus in Heyſſen prope Hammonem urbem, & cum ea obtinuit nonnulla bona, quæ partim in Monaſterienſi obtinebat is Dominus Theodoricus & ſui anteceſſores: Verùm in hoc mundo omnia vergunt ad interitum.* Hæc ex ſuperiori relatione ab ipſis Baronibus ſubminiſtrata facile ubi diſcrepant corrigi poſſunt. De Volmenſteiniis Hamelmannus.

§. VIII. Præfato ſcuto quadripertito nunc *duas galeas* imponere ſolent, ex quarum priori protenditur jugum expanſum alarum cærulearum faſcia ſcutaria exaratarum: altera ſuſtinet inter duo cornua folia globulo adhærentia ex clypeo repetita. Galeæ hodiernæ duæ.

CAPUT LI.

Com. Stolbergæ.

ARGUMENTUM.

1. *Stolberga. Familia. Titulus Dei gratia.*
2. *Scutum Com. Ludovici ex Sibmachero.*
3. *Kœnigſtein. A Munzenbergicis ad Falckenſteinios. Ad Eppſteinios. Ad Stolbergios. Moguntini occupant.*
4. *Fundamenta prætenſionis Stolbergicæ in Kœnigſtein. Moguntinorum.*
5. *Com. Rupifortius ſeu Rochefort. ad Marcanos. Ad Eppſteinios. Ad Stolbergios. Ad LœWenſteinios. Stolbergiorum prætenſio.*
6. *Com. VVertheimius. Ad Stolbergios. Ad LœWenſteinios.*
7. *Eppſtein. Familia. Succeſſio.*
8. *Breuberg.*
9. *Munzenberg.*
10. *VVerningerode. Comites piſcationum præfecti.*
11. *Marca.*
12. *Stolberg. De origine traditio. Boto. Linea. hodierna.*
13. *Galea.*
14. *Diſpoſitio ſcuti ſine VVertheimio laterculo. Aigmont ſeu Agimont.*
15. *Diploma Caroli V. de inſignibus Stolbergio-Kœnigſteinio-Eppſteiniis.*
16. *Galea.*
17. *Scutum auctum. Tota moderna diſpoſitio.*
18. *Honſteina. Jus Stolbergium. Vnio hereditaria. Lohr. Clettenberg. Hiſtoria. Dominia in pace Brandenburgico conceſſa. Petita ſatisfactio.*
19. *Galea.*
20. *Tituli.*

§. I.

Stolberga à chalybe (**von den ſtahl-gruben**/ ut Joach. Beuſt. in orat. de vit. Johannis Schneidewini celebris JCto ibi nati exiſtimat) dictum oppidum & caſtrum in Hercynia ſylva, **auf dem Harꝛ**/ caput eſt comitatus, qui inde nomen gerit, & Thuringiæ confinis Honſteinio ac Mansfeldio comitatibus includitur. Familia autem, in cujus poteſtate eſt, ſi etiam ad traditiones fabuloſas aſcendere nolimus, haud dubie ex Germaniæ antiquiſſimis eſt, & in iis numeratur, ex quibus priſci *Saxones* ſuos Ethnarchas ſoliti ſunt eligere, ſequenti tempore communi cum aliquibus aliis imperii Comitibus titulo, nos DEI gratia, frequenter uſi ſunt, quod literis in archivo aſſervatis teſtari poſſunt. Stolberga. Familia. Titulus Dei gratia.

§. II. Illuſtriſſimæ hujus ſtirpis ſcutum, quod ſuperiori ſeculo Comiti *Ludovico*, (qui gentis ſuæ ſidus Carolo V. Ferdinando I. & Maximiliano II. à conſiliis arcanis inſerviit, Scutum C. Ludovici ex Sibmachero.

Digitized by Google

inſerviit, multisque legationibus, orator inſignis & doctiſſimus inclaruit,) in uſu fuit, repræſentatur in *Sibmach.* Wapenb. P. 2. pag. 14. Porro duabus perpendicularibus & totidem transverſis lineis in octo areolas ſecatur, quibus media parmula loco nonæ incumbit.

Kœnigſtein. A Munzenbergicis.

§. III. Quæ ordinis prima eſt, *auro* fulget & *leonem* continet *nigrum*. Ita notatur Comitatus ſeu Dominium *Kœnigſtein*, à caſtro quo altero miliari Francofurto noſtro diſtat. Dynaſtiam hanc *Münzenbergii* olim in poteſtate habuere. Ex his 1220. vixit *Vlricus Dn. de Münzenberg*, qui filium *Vlricum juniorem* & quinque filias (Alibi tantum trium mentionem feci, reliquarum ignarus, ſed & alia ex his corrigi velim) genuit, quæ Illuſtribus elocatæ ſunt matrimoniis ex domibus *Falckenſteinia, Hanovia, VVeinsbergia, Schœnbergia, Pappenheimia*. Ulrico ſine liberis mortuo, ejus ſorori ſucceſſere, & ſe cohæredes atque condominos dixere. Inde vero initio *Engelhardus* de *VVeinſperg* & frater *Conradus* 1256. iterum duo *Engelhardi de VVeinſperg*. 1270. tum *Agnes* vidua *Conradi de Schœnberg* Ulrici ſoror 1272. (filius *Conradus Dn. de Schœnenberg* confirmavit 1282.) inde *Henricus & Hildebrandus Mareſcalli de Pappenheim Heildevvigis*, quæ ſororum una fuit, nepotes 1286. & *Adelheidis* itidem ſororum una, cum filio *Vlrico C. Hannoviæ* (ſervata tamen ſexta parte) 1288. partes & jura ſua *Falkenſteiniis* filiis *Philippi, Philippo & VVernero*, vendiderunt & ceſſerunt: nempe in *Münzenberg, Aſſenheim, Hayn, Kœnigſtein & Bobenhauſen*. Ut ita Falckenſteinii excepta ſexta parte plene ſucceſſerint Münzenbergiis iſtis. Inde etiam *Falckenſteinia* domus in *VVernero* Archiepiſcopo Trevirenſi terminata eſt, ſuperſtitibus quinque iterum filiabus, quæ maritos habuere Comites de *Sayn, Virnberg, Solms, Eppſtein & Iſenburg*. Itaque 1419. *Buzbaci* congregati iſtarum mariti, eam partitionem inſtituerunt, ut tertiam partem *Godofredus & Eberhardus Eppſteinii* ſoli, reliquas duas tertias cæteri *Gerhardus C. Saynenſis, Rupertus C. Virnenburgius, Bernardus & Ioannes C. Solmenſis*, & *Dietericus Comes Iſenburgius* ſimul haberent. In portione Eppſteiniorum civitas *Buzbach, Grüningen, Ziegenberg, Cransberg, dimid. Munzenberg, dimid. Rodheim, Lichen, Kœnigſtein, reluitio in Hofheim, & dimid. arx Vilbel* numerabantur. Addita diviſioni illa conditio, ne qua pars aliquid hujus hereditatis alienaret ſub pœna perjurii. Porro Godofredi illius Eppſteinii ex Lucardi Falckenſteinia filius *Eberhardus* primus ſuæ familiæ titulum *Comitis* obtinuit. Pronepotes ejus fuere: qui ſtirpis extremi, *Eberhardus, Georgius, Philippus*, horumque ſoror *Anna* Botonis Com. Stolbergii uxor. Cum ergo *Eberhardus 1535.* ſine liberis extinctus eſſet, ad *Annam*, quæ 1521. in Comit. Wornatienſibus ab *Imperatore* conſenſu Electorum avitum jus fratri ſuccedendi denuo obtinuerat, hæreditatis jus delatum eſt, inprimis quia Eberhardus ita etiam teſtamento, quod Carolus V. confirmavit, ſanxerat. Ita Kœnigſteinii poſſeſſionem accepit *Ludovicus* filius, ad annum usque 1574. quo mortuus eſt. Ab eo ad 1581. gaviſus eſt poſſeſſione frater ejus *Chriſtophorus*, hos Elector Moguntinus dejecit, *expectativam* allegans, quam in caſum Chriſtophori ſine liberis morientis ſibi conceſſerit *Maximilianus II. Auguſtus*. Acceſſit dein *transactio* cum Comitibus 1590. qua tamen deinceps hi obſtringi non credidere, quia transegerint ignorantes proprii juris, minorennes, atque ultra dimidium læſi. Edita ſunt hunc in finem **Stolbergiſche** documenta. Iterumque 1663. deductio **deß Gräflichen Stolbergiſchen erbrechts / wie auch** nullitatum & vitiorum tam proceſſus inſtituti quam transactionis, **die Grafſchafft Königſtein belangend**. Hactenus vero in poteſtate Moguntinorum Kœnigſteina ſupereſt.

Ad Falckenſteinios.

Ad Eppſteinios.

Ad Stolbergios.

Moguntini occupant.

Fundamenta prætenſionis Stolbergicæ in Kœnigſtein.

§. IV Fundamenta *prætenſionis* ſuæ in Comitatum *Stollbergii* varia allegant: compendio ea exhibet argumentum deductioni præfatæ præfixum, quod huc transfero. I. *Vetus obſervantia*, quia feuda imperialia per Münzenbergiam filiam Falckenſteiniis & per Falckenſteiniam Eppſteiniis obtigerint, atque adeo origine & natura, vel pacto ſeu conceſſione aut ſaltem conſvetudine & obſervantia, ſint fœminina. Addunt, Falckenſteinios & Eppſteinios non ex gratia vel errore & ignorantia aliave cauſa ſed ob competens jus hereditarium de his imperialibus feudis inveſtitos. Declarare etiam conantur *R. Sigismundi* literas feudales, quod illis vetus natura feudorum confirmata non vero alterata ſit, nec alterari potuerit. II. *Ceſareum indultum*, in

quo

quo 1521. Annæ Eppſteiniæ liberi omnes vocati ad ſucceſſionem, ut tamen ſemper non niſi unus maſculus ſuccedat & regat: qui modus ſuccedendi juribus, naturæ feudi regalis Kœnigſteiniæ domus obſervantiæ congruat: quia feuda regalia ſint individua, ideoque unum tantum ſucceſſorem & regentem admittant, præ aliis autem ſuccedat primogenitus. Addunt: Kœnigſteinia feudi imperialia non eſſe nova feuda. Itaque poſt mortem Eberhardi Comitis ſucceſſionem debitam fuiſſe Annæ, & poſt hanc ejus filio primogenito, qui tamen renunciaverit juri ſuo, & in teſtamentum Eberhardi conſenſerit. Omnes vero Annæ liberos utriusque ſexus ad ſucceſſionem vocatos eſſe, licet non niſi unus ſubinde maſculus ſuccedat & regat. III. *Com. Eberhardi teſtamentum*, quod Stolbergii è certis cauſis & utilitatibus acceptarint, licet etiam ſine illo jure ſucceſſionis inſtructi. Eo vero teſtamento contineri ſubſtitutiones fideicommiſſarias: adeoque Comiti Chriſtophoro ſubſtitutos hodiernos, & ſimul omnes gravatos. IV. *Literæ inſignium 1548.* à Carolo V. Imp. Stolbergis conceſſæ. V. *Cæſareæ literæ confirmatoriæ & protectoriæ.* VI. *Annæ Stolbergio Kœnigſteiniæ* renunciatio 1499. ita facta, ut ſucceſſio in caſum maſculæ ſtirpis deficientis reſervaretur. VII. *Ferdinandi I. decretum 1562.* Porro addunt Stolbergii, ſibi feuda etiam inferiora ſeu ab inferioribus Dominis dependentia deberi. Ex illis fundamentis colligunt, feuda non fuiſſe aperta, adeoque jure Moguntinos non potuiſſe occupare Kœnigſteinium Comitatum, nec Stolbergios dejicere: ad eam reſtitutionem Moguntinos etiam urgeri reciproca obligatione & fide vaſallis debita, nec non DEI mandato & comminationibus. Si vero etiam aperta feuda fuiſſent, debuiſſe Stolbergii ante alios concedi: tum allodialia etiam in Comitatu bona multa eſſe, quæ etiam ſi feuda aperta, non potuerint occupari. Sed nec *Moguntinis* juris ſui deſunt fundamenta: 1. Quod morte Chriſtophori *feuda aperta* fuerint imperio, in quæ Danieli Archiepiſcopo 1575. à Maximiliano II. Imperatore data ſit *expectativa*. 2. Quod per *commiſſione 1582.* ab Imper. Rudolpho II. decreta Moguntini immiſſio. 3. Quod ſecuta Cæſarea *inveſtitura*. 4. Quod 1590. *tranſegerint* de univerſa cauſa cum Moguntinis Stolbergii, certam etiam pro prætenſione pecuniæ partem pacti. Vidi allegari etiam 5. *præſcriptionem*. 6. *Debita* Comitum Ludovici & Chriſtophori, à creditoribus in Moguntinos translata, &c. Porro armis reſtituit Comites Sveciæ Rex 1631. ſed Cæſareis copiis 1635. iterum cedere coacti ſunt. Moguntinorum.

§. V. Proxima area aurea aquilam defert rubeam roſtro, pedibus, & unguibus cæruleis. Ita notatur Comitatus *Rupifortius* ſeu *Rochefort*, (noſtris Rutſchefort/) in *Ardenna*. Fuere autem olim Comites illi præ aliis celebres. Ex quibus *Ioannes Rupifortius* filius Theodorici uxorem habuit Iſabellam f. Joannis C. Loſſenſis, Dominam *d' Agimont:* Theodorico fratri ejus datur uxor de Molembais, cujus ex filio . . . & Felicitate filia Lamberti Dn. de Doupie & de Herſtal nepos fuit Joannes Dn. Rochefort & d' Agimont, maritus filiæ Dn. d' Autel ſeu de Eltern Mareſcalli Lucenburgii: his nata *Agnes* heres, uxor *Eberhardi Marcani Dn. Arenbergæ*, qui 1440. deceſſit. His geniti Eberhardus, Joannes & *Ludovicus*, hoc Eberhardus, Engelbertus, Ludovicus, Philippus & *Luiſa*, quæ *Philippo Eppſteinio Dn. Kœnigſteinæ* nupta *Rupifortiam* ſucceſſionem ei attulit, & ejus filia *Anna* iterum ſuo marito *Botoni C. Stolbergio*; Ab his parentibus Comitatum habuit *Ludovicus*, & ab hujus filia *Anna* obtinuerunt eundem *Lœvvenſteinii*, ut vidimus L. 1. c. 56. n. 10. (ubi tamen vidimus, quod alia teſſera Comitatum hunc deſignent.) Porro contradicunt *Stolbergii* eorum in Rupifortia bona ſucceſſioni, eo quod Ludovicus iſta ad filias transferendo contra pacta familiæ egerit, nec alienare bona ſtirpi jam affixa potuerit: unde deſuper in Camera lis pendet. C. Rupifortius ſeu Rochefort. Ad Marcanos. Ad Eppſteinios. Ad Stolbergios. Ad Lœvvenſteinios. Stolbergiorum prætenſio.

§. VI. Tertius laterculus transversè ſecatur, parte ſuperiori *aurea aquilam nigram dimidiam* continente: inferiori *cyanea tres roſas argenteas auro gemmatas*, vel *aureas*. *VVertheimium* in Franconia Comitatum notari hoc emblemate, L. 1. c. 56. ubi de Lœwenſteiniis inſignibus auctum eſt, docui, & quidem quod *Ludovicus Stolbergius*, cujus hic conſideramus ſcutum, illa feuda filiabus ſuis acquiſiverit, inter quas demum omne jus ad minimam natu Annam devolutum eſt, à qua nunc etiam *Lœvvenſteinii* Comites ditiones illas tenent. Unde poſt Ludovicum nemo alius Stolbergius hac teſſera uſus eſt. C. Wertheimius. Ad Stolbergios. Ad Lœvvenſteinios.

Digitized by Google

Eppſtein. Familia.

§. VII. In ſecundo ordine prima area *ternis cantheriis coccineis & argenteis* exaratur : Denotando dominio *Eppſtein*. Proceres hujus familiæ ex antiquioribus Germaniæ computati ſunt , & ex iis *quatuor Electores Moguntini* numerantur , & *quintus ex Falckenſteinis*, matre Eppſteinia natus. Primus ex illis *Sigfridus* ex Abbate Fuldenſi Archiepiſcopali ſedi admotus 1048. fatis conceſſit. Cum familia ſeculo decimo quinto in duas lineas diſtincta eſſet, prior in *Godofredo* (qui dimidiam partem *Eppſteinia* dynaſtiæ 1492. Wilhelmo Landgravio Haſſiæ vendiderat) 1520. altera *Kœnigſteinia 1535.* in *Eberhardo* Annæ fratre terminata eſt: Hanc hæreditatis ſuæ jus Stolbergiis attuliſſe diximus n. 3. De hoc Dominio & Moguntinorum fundamentis conf. Klock. P. 2. conſil. 45.

Succeſſio

Breuberg.

§. VIII. Ejus quæ ſiniſtra mediæ parmæ contigua eſt area *argento* tingitur, & *duabus coccineis faſciis* exornatur, deſignando Dominio Breubergio. Hoc *VVertheimio* Comitatui diu junctum, quomodo ad Stolbergios delapſum, ſed inde iterum ad Lœwenſteinios relapſum ſit, ex n. 6. & L. 1. c. 56. conſtat. Lis tamen inter eos adhuc de eo pendet : unde quamvis nunc non amplius faſciæ illæ *Breubergiæ* in ſcuto appareant, titulis tamen inſerere non ceſſant Stolbergii, quod n. 20. apparebit.

Münzenberg.

§. IX. In ultimo ordine prima area transverſè ſecatur , & *auro* ac *cocco* tingitur. Notatur hac ſectione *Münzenbergium* dominium. Cujus jus ad Falckenſteinios, ab his ad Eppſteinios delapſum ex n. 3. meminimus. Et alibi etiam eandem teſſeram in Hanoviorum & Solmenſium Comitum ſcutis vidimus , ad quos pars etiam hereditatis ſpectavit.

Wernigerode.

§. X. Laterculus qui proximus eſt *argenteus, piſces duos rubeos (truttas* forellen/ vocat *Spangenb.* Adelſp. P. 2. L. 12. c. 36. p. 328. quæ phraſis etiam eſt imperialis diplomatis,) capitibus & caudis invicem obverſos continet , ut deſignetur *VVernigerodenſis* Comitatus, Brunſvicenſibus , Halberſtadenſibus & Rheinſteiniis ditionibus incluſus *Theod. Heping. de jur. inſign. c. 6. P. 6. n. 9. 18. p. 376.* ex *Hamelmanno* ideò geſtari piſces adſcribit, quia Wernigerodenſes Comites, ab Imperatore *piſcationi* fuerant præpoſiti. Comitatum ad Stolbergios veniſſe 1329. alicubi legi : in Genealogia autem Stolbergia, quædam Wernigerodenſis in Botonis Comitis Stolbergii, qui 1400. vixit, conjugio vixiſſe narratur.

Comites piſcationum præfecti.

Marca.

§. XI. Area ultima *aurea* continet *faſciam triplici teſſellarum argento & minio* pictarum ductu exaratam. Hæc notat *Marcanum* Comitatum. Ex hac familia fuit *Luiſa Marcana* Rupifortii Comitiſſa , quæ *Philippo Eppſteinio* nupta *Annam* Botonis Stolbergii conjugem aliquoties jam memoratam genuit. Huic origini notandæ faſcia iſta ſervit. Forte ideo aſſumta , quia *Luiſa* illa unius rami ultima fuit , aſt citra quod ſciam aliqua in Marcanum ipſum Comitatum prætenſione.

Stolberg.

§. XII. Supereſt media parmula , quæ *aurea cervum gradientem nigrum* , cujus cornua ſingula ſex dactylis fruticoſa ſunt, repræſentat , ipſi *Stolbergio* Comitatui deſignando. Ex *Henningeſio* , *Dreſſero* , *Peccenſteinio* , *Theod. Haping.* de jur. inſign. c. 6. P. 6. 916. pag. 376. rationem illa allegat : *Fuiſſe quendam Ottonem de Columna nobilem Romanum , qui militans Juſtino juniori Imperatori circa A. C. 566. in Harcynia ſylva ceperit cervum nigrum in montibus Stolbergicis , quo dono Imperatori miſſo, cum admiratione eum ſuſcepiſſe, & ut ejusmodi coloris cervum in clypeo geſtaret , ipſi conceſſiſſe, addita inſuper Harcynia ſylva in hæreditatem poſſidenda, ubi Stolberga arx*, (ut habet MS. Chronicon Thuringiæ) *jam ædificata erat, A. C. 530. Alii mutatis parum circumſtantiis ita (dubia quamvis apud me fide) referunt : ſaltus & ſylva Cheruſcorum Comitum de Stolberg antiquitus ferarum fertiliſſimæ, jam per uſum pene promiſcuum privatis indultum ſteriliſſimæ. Hujus majorem partem Juſtinianus Cæſar Germaniam peragrans , feudi beneficio Ottoni de Columna Venatori ſuo equiti ſtrenuo in monte Stolberg prope Rodleberodt ubi arx primæva & familiaris pridem jacuit , jam deſolata, cervum nigrum , ante hac non viſum , capienti , eundemque Cæſari offerenti vivum , contulit.* Verum enimvero penes quem non omnis antiquitas ſine examine ſuſcipitur, de traditionis hujus veritate non unam dubitandi reperiet cauſam , ſi qui Germaniæ ſtatus illis Imperatoribus fuerit, vel leviter expenderit: quicquid vero ſit, teſſera jam familiaris eſt, & non inſignibus tantum, ſed & quod vulgo apparet, monetis cervum ſuum Stolbergii inprimunt. Ipſam familiam hic enarrare neceſſe non eſt. Communis pater eorum

De origine traditio

qui

Digitized by Google

qui ab aliquo tempore vixere, fuit *Boto* Eques auratus, qui *Palæſtinam 1493.* comes Eberhardi Ducis Wirtenbergici inviſit, ſed talem reperit, ut conſpecta facie hodierna teſte *B. Luther. (T. 9. Altenb. f. 37.)* dixerit: **Ernehme ſein land in Teutſchland dafür / das ſolt ihm lieber ſeyn.** Idem dein ditiones 30. annis feliciter rexit, autoritate & virtute inſignis, 1537. mortuus. Ei *Anna Eppſteinia 13.* pepertit liberos, & jus, de quo ſuperius, attulit; inter filios *Ludovicus*, cujus n. 2. & ſeq. vidimus ſcutum, mares non reliquit, duæ vero lineæ prognatæ ſunt, ex *VVolfgango*; in ejus nepote *VVolfgango Georgio 1631.* extincta, & ex *Henrico*, qui prius fuerat Decanus Colonienſis, Electori futurus ſi ab Auguſtana Confeſſione recederet; Hic *Ludovicum Georgium & Chriſtophorum* reliquit, illum patrem *Henrici Volrathi*, qui in exilio Francofurti vixit, & 1641. deceſſit ſine mare; hunc genitorem Henrici Erneſti & Joannis Martini, à quibus *duæ lineæ* ſuperſunt, nempe Illuſtriſſimi Comites, *Erneſtus & Ludovicus Chriſtianus* primi, & *Chriſtophorus Ludovicus* atque *Fridericus VVilhelmus* alterius filii, quibus in *Ilſeburg*, *Geudern*, *Ortenberg*, *& Stolberg* ſedes. Boto. Linea hodiernæ.

§. XIII. Scuto huic impoſuit Ludovicus tres galeas; quarum media *Stolbergia* inter duas candentes plumas ſtruthionicas caudam pavoninam ſuſtinet, laciniis aureis & nigris: anterior *Eppſteinio-Kœnigſteinia* (conf. **Wapenb.** P. 2. pag. 14. 15.) tegitur pileolo lato rubeo, cujus ora reducta vellere muris pontici candet, impoſito faſciculo pavoninarum pennarum globulo aureo inſertarum: Laciniæ ſunt argento & cocco tinctæ. Quæ ad *lævam* eſt coronam etiam ſuſtinet, ex qua exſurgit *VVertheimia aquila* (alibi male gryphus vocatur) coronata aurea cum *vexillis Beubergicis*. Phaleræ dependent ex auro & cocco. Galeæ

§. XIV. Hoc ſcutum fuit *Ludovici Comitis*, poſtquam *VVertheimium* Comitatum obtinuiſſet, prius enim alia utebatur diſpoſitione, quæ nunc etiam à familia, ſed additis Honſteiniis teſſeris, ſervatur. Nempe ſcuti transverſe ſecti caput continebat tres areolas, primam *Stolbergiam*, huic contiguam *Kœnigſteiniam*, & demum *Rupifortiam*: Reliqua clypei pars inferior ſed ſuperiori amplior in tres palos diſtinguitur, quorum primus piſces *VVernigerodenſes* refert, ſecundus transverſe ſectus *Eppſteinios* cantherios & *Münzenbergiam* ſectionem continet, tertius iterum in duas regiones diviſus ſuperiori areola *Marcanam* faſciam oſtentat, inferior *quinis aureis & rubeis faſciis* exaratur. Ita deſignari debet *Aigmund*, forte ſcriptura accurationi *Aigmont*, quod Dominum ab Iſabella Loſſenſi allatum eſt Rupifortis, quod n. 5. vidimus: obſervavi vero ipſas iſtas faſcias *Lænenſem* ſ. *Loſſium Comitatum* vel familiam deſignaſſe, uti nunc quoque in *Colonienſis Archiepiſcopi* ſcutulis comparet, numero tamen faſciarum rubearum una imminuto, quod pictorum negligentiæ tribui poteſt. Subit etiam de hoc cogitatio, annon faſciæ in Ludovici ſcuto n. 8. notatæ huic Agimontio potius quam *Breubergæ* tribuendæ ſint, & chalcoglyptes in metallo aſſignando erraverit. Aſt pro Breuberga apicis vexillum pugnat. Diſpoſitio ſcuti ſine Wertheimio latere. Aigmont ſeu Agimont.

§. XV. Hanc partem *Stolbergio-Kœnigſteinio-Eppſteiniam* deſcribit accuratius diploma *Caroli V. Auguſti* 1548. 17. Maji Auguſtæ Vindelicorum Wolfgango, Ludovico & fratribus Comitibus Stolbergiis conceſſum, cujus ad illuſtrationem ſuperiorum partem huc tranſferre viſum eſt: **Wann Uns nun die Edlen Unſer und deß Reichs liebe getreuen / Wolffgang / Ludwig und deren gebrüder / Grafen zu Stolberg / Königſtein und Rutſchenfort vorbracht / daß ihnen über ihre Grafſchafften Stolberg und Wernigeroda / ſo ſie von ihren vor-ältern ererbet / durch Göttliche ſchickung und gnade etliche andere Graf- und Herrſchafften / als nemlichen Königſtein / Eppſtein / Müntzenberg / Rutſchenfort / Marck und Agimont / ſeithero anererbet und zugeſtanden / deren wapen / titel und namen ſie etliche gebraucht / und die alle (doch auf Unſere gnädigſte vergünſtigung) zu gebrauchen in willens wären / und Uns darauf demütiglich angeruffen und gebeten / daß Wir ihnen ſolche titel / namen / wapen und kleinod ſamt und neben ihren alten erblichen wapen / titel und namen zu führen und zu gebrauchen / zu gönnen und zu erlauben / und ihnen dieſelben zu confirmiren / zu beſtätten / und von neuem zu geben und zu verleihen / gnädiglich geruheten. Das haben Wir angeſehen ſolch ihr demütige fleiſſige bitt / auch das alt-adeliche herkommen deß geſchlechts der Grafen von Stolberg / und darzu die ſtäte lieb** Diploma Caroli V. de inſignibus Stolbergio-Kœnigſteinio-Eppſteinia.

und neigung / auch getreue / nützliche und ersprießliche dienste / so ihre vordern und sie weyland Unsern vorfahren / Römischen Käysern und Königen löblicher gedächtnüß / auch Uns und dem Heiligen Reich bißhero mit darstreckung ihrer leib und güter / in manchfältige wege / williglich gethan und bewiesen haben / und sich hinfüro zu thun gehorsamlich und willig erbieten / auch thun mögen und sollen : Und darumb mit wolbedachtem muth / gutem Rath und rechter wissen den obgenanten Wolffgangen / Ludwigen und deren gebrüdern / Grafen zu Stolberg / Königstein und Rutschenfort / zu ihren alten anererbten wapen / kleinodien / titel und namen aller obberührten Graf- und Herrschafften titel / namen / wapen und kleinode nachfolgender weise mit und beyeinander zu führen und zugebrauchen gegönnet / erlaubet / confirmirt, bestättet und von neuem gnädiglichen verliehen und gegeben / mit namen einen schild in mitten überzwerg entzwey / und jedes theil nach der länge in drey theil getheilet / im obern vordern ihre anererbte Stolbergische wapen / nemlich in einem gelben oder goldfarben felde / für sich ein schwartzer hirsch von zwölff enden / mit ausschlagender zunge zum gange geschickt / in mitten das Königsteinische wagen in einer gelben feldung / für sich aufrechts ein schwartzer löw mit rother ausschlagender zungen und zu rück aufgeworffenem schwantz / seine vörder gerechte prancken gegen dem obern ecke der feldungen / und die gelincke fürwarts haltende / und das hinter obertheil auch gelb / darein ein rother adler mit einem kopff für sich gekehrt / mit blauen oder lasürfarben schnabel / füssen und klauen / rother außgeschlagener zungen und außgelassenen flügeln / so die Grafen von Rutschefort geführet haben. Das vorder untertheil deß schilds weiß oder silberfarb / darinn aufrechts zwo rothe forellen / mit maul und schwantz gegen einander gebogen / so der Grafschafft Wernigeroda wapen. Das mitteltheil deß schilds überzwerg getheilet / im untern der Herrschafft Müntzenberg wapen / nemlich ein schild nach der zwerg in zwey theil abgesetzt / das unter gelb / das ober roth / und im obern theil der Herrschafft Eppstein wapen / nemlich ein schild sparrnweiß in sechs theil abgesetzt / das unter dritte und fünffte roth / und die andern drey theil weiß / und das hinter untertheil deß schilds auch in zwey / deren unter in zehen gleiche theil alles nach zwerg gbgesetzt / das unter roth / ander gelb / und also nacheinander von diesen zweyen farben abgewechselt / so die von Aigmont / und das obertheil auch gelb / in mitten derselben von dem vorder in das hintertheil gehet eine strassen auch nach der länge in drey / und der ein jedes nach der zwerg in acht gleiche theil / von roth und weissen farben / nemlich das vorder unter und ober beyde roth / und das mittel weiß / und also fürwärts nacheinander schachtsweise abgewechselt / so die von Marck geführet haben / welche samt allen andern oberzehlten Graf- und Herrschafften / ausserhalb Stolberg und Wernigerode / von ihrer mutter auf sie erblich kommen und erwachsen seyn / auf dem schilde drey Tornier-helm / der vorder mit gelb und schwartzer helmdecke / darauf ein gelbe oder goldfarbe Königliche crone / darauß erscheinende zwischen zweyen weissen strauß-federn ein gespiegelter pfauenschwantz seiner natürlichen farben und gestalt / der mittel mit rother und weisser helmdecken / darauf ein rother breiter hut / form aufgestülpt / der stülp von hermelin / auf dem hut eine gelbe runde kugel / darauß erscheinend auch ein gespiegelter pfauenschwantz von farben / wie auf dem vordern helm / und der hinter Torniers-helm mit gelber und rother helmdecken bedecket / auff dem helm auch eine gelbe oder goldfarbe Königliche crone / darauf stehend ein rother adler mit einem kopff / blauen schnabel und füssen / roth-ausschlagender zungen und außgelassenen flügeln / allermassen / wie im obern hintertheil deß schilds geschickt / und dann solche wapen und kleinodt in mitte dieses Unsers Käyserlichen brieffs gemahlet / und mit farben eigentlicher außgestrichen ist / [ ] Gönnen und erlauben ihnen dieselben obbestimmter massen / samt den dreyen Torniers-helmen und helms-kleinodien / darauff auch namen und titel berührter Graf- und Herrschafften zu führen und zu gebrauchen ; Confirmiren / bestäten / verleihen und geben ihnen das alles von

Röm.

Röm. Käyſerl. macht / vollkommenheit / wiſſentlich in krafft dieſes briefs / und nemen / ſetzen und wollen / daß nun hinfüro an / die obgenannten Wolffgang / Ludwig / und deren gebrüder / Grafen zu Stolberg / Königſtein und Rutſchefort / ihre eheliche leibes-erben / und derſelben erbens-erben für und für / in ewigkeit die obberührte wapen vorbeſtimmter maſſen / ſamt den dreyen Torniers-helmen und helms-kleinodern darauf / nun hinfüro an zu ewigen zeiten führen / ꝛc.

§. XVI. Ita audivimus huic quoque clypeo tres dari galeas, quarum *primæ* co- Galeæ.
ronatæ dependentibus laciniis atris aureis imponitur inter duas ſtruthionicas plumas argenteas cauda pavonina : *Media* tegitur lato pileolo rubeo, ora reducta hermionica, impoſito globo aureo, ex quo cauda pavonina apparet, phaleris argenteis & rubeis : *Extremæ* coronatæ inſiſtit aquila rubea roſtro & pedibus cæruleis, vittis circumvolitantibus rubeis & aureis. Prima eſt Stolbergia, ſecunda Eppſteinio-Kœnigſteinia, tertia Rupifortia.

§. XVII. Deinceps auctus eſt numerus areolarum, *Honſteiniis* adjectis ſym- Scutum auctum.
bolis, quorum c. 34. hujus libri in *Schvvarzenburgico* clypeo fecimus mentionem, unde iſta jam in uſu eſt diſpoſitio: ut *dextram* ſcuti bipertiti partem *Stolbergia* δάγμαλα, Tota mo-
lævam *Honſteinia* occupent. Illa areas octo triplici ſerie exhibent, in prima ſerie vi- derna di-
ſuntur, *Stolbergius* cervus, leo *Kœnigſteinius*, aquila *Rupifortia*. In ſecunda piſces ſpoſitio.
VVernigerodenſes, cantherii *Epſteinenſes*, faſcia teſſellata *Marcana*, in pede ſcuti duæ tantum ſunt quadræ, piſcium laterculo in hanc etiam regionem protenſo, repræſentantes ſectionem *Münzenbergicam*, atque faſcias *Agimontanas*. Lævam partem occupant *Honſteinia* inſignia, quæ quadripartita ſunt. Primus & quartus laterculus *teſſellis argento & minio* tinctis repletur, ſecundus nova ſectione diſtinctus, ſuperiori parte *rubea leonem gradientem aureum*, inferiori aurea duas faſcias coccineas refert, ſeu potius *quaternis auri & cocci faſciis*, ut eſt in imperiali diplomate, exaratur (in **Wapenb.** P. 1. pag. 14. tit. Schwarzburg. pro rubeo cæruleus color falſo ſubſtituitur,) quod in tertio quadrante pro more repetitur. In media parmula *argentea* graditur *cervus rubeus*, ſeu potius ipſo docente imperiali diplomate *niger* cornuum utroque ſex dactylis fruticoſo. In his explicandis nonnihil laborant. Verum L. 2. c. 9. ubi de Brunſvicenſi actum eſt ſcuto, ex documentis indubiis monſtratum eſt, quid quovis ſymbolo deſignetur, quod etiam c. 34. in conſideratione Schwarzburgici ſcuti repeti imus, allato *diplomate à Rudolpho II. Stolbergiis* non minus quam *Schvvartzburgicis* conceſſo, quod hic quoque repetendum, niſi lectori ad paginam 709. 710. recurrere facile eſſet.

§. XVIII. De ipſis *Honſteiniis*, **Illuſtriſſima pridem familia**, repetere nolumus, Honſtei-
quæ citatis locis conſignata ſunt. Hujus loci illud potius eſt, ut titulum *Stolbergen-* nia.
ſis familiæ, quo ſibi jus in hæreditatem Honſteiniam cum *Schvvarzburgicis* com- Jus Stolber-
mune aſſerit, hic explicemus. De eo aliquot pagellæ typis 1671. impreſſæ extant: gium.
Kurtze jedoch beſtändige deduction **der Herren Grafen zu Schwartzburg und Stolberg / ꝛc. wegen der beyden Honſteiniſchen herrſchafften Lohre und Clettenberg.** Ubi traditur 1433. inter Domos tres *Schvvartzburgiam*, *Stolbergiam & Honſteiniam confraternitatem* hereditariam initam eſſe, ut unius maſculis deficientibus reliquæ in bona huic fœderi inſerta ſuccederent, & apud Dominos feudi con- Una here-
junctim agerent. Honſteinii in hanc unionem intulere arcem & dynaſtiam *Lohra* ditaria.
cum duobus opidulis *Ellrich* & *Bleicheroda*, nec non Dominium *Clettenberg* cum pagis & dependentiis. His pactis firmandis ſubditi Honſteinii in eventum ſacramento fidem Schwarzburgiis & Stolbergiis obſtrinxere, nec non conſenſum ſuum impertiti ſunt feudorum Domini: ſicuti quod attinet *Lohram* & dicta opidula *Landgravius Fridericus* mox ab initio unionem hanc approbavit & confirmavit, quod etiam à *VVilhelmo D. Saxoniæ* 1461. *Georgio* 1498. 1518. 1533. *D. Henrico* 1540. atque Electoribus *Mauritio & Auguſto* repititum. Sed 1573. *Auguſtus* Elector dynaſtiam *Lohr* Lohr.
cum pertinentiis *Capitulo Cathedrali Halberſtadio* ſede vacante conceſſit, permutatione aliorum Manſfeldiorum bonorum: conditione tamen expreſſa, ne hic contractus Comitibus Schwarzburgicis & Stolbergiis damno eſſet, & ut Capitulum à futuro Archiepiſcopo his inveſtituram obtineat. Quod *Clettenbergam* attinet, Clettem-
feudum berg.

feudum *Halberſtadium*, ſimultanea inveſtitura Comitibus his unitis ab Epiſcopis *Gebhardo 1459. Erneſto 1494. Alberto 1513. Sigismundo 1557.* & ſede vacante à capitulo continuata eſt, donec 1579. *Julius* Brunſvicenſis poſtularetur, qui requiſitus Comitibus Schwarzenburgicis & Stolbergiis ſimultaneam inveſtituram negavit, & 1583. non niſi Erneſtum Honſteinium ſolum feudo mactare voluit, qui ob formulam inveſtituræ mutatam eam acceptare renuit, nihil tamen effecit, & durante hac controverſia 1593. extinctus eſt. Cum ergo caſus unionis extitiſſet, *Schwvarzburgici & Stolbergici poſſeſſionem dynaſtiarum duarum adivere*, ſubditis in fidem acceptis, ſed eodem anno à *Duce Henrico Julio*, ob impetratum ab Epiſcopatu feudi jus manu armata depulſi ſunt. Ob hoc Comites Duci ſuper litigioſa poſſeſſione litem in *Camera* intenderunt; pro quibus pronunciatum 1605. executio mandata & reviſio denegata eſt 1618. 1619. 1620. paritione impetrata. Unde *Fridericus Vlricus* Dux ad amicam compoſitionem ſe obtulit, quæ ob motus bellicos ſecuta non eſt: inde 1625. à Cæſareis copiis arces *Lohra & Clettenberg* occupatæ, & dein ab Imperatore totus Honſteinius Comitatus *Chriſtophoro Simoni B. de Thun* pro 60000. florenorum in antichreſin conceſſus eſt. Nec tamen minus Comitibus 1597. ab *Imperatore* libertates fodinarum metallicarum, protectio Imperialis, viarum ſeu conductuum jura & alia regalia in Comitatu Honſteinio, una cum *titulo, inſignibus & nomine Com. Honſteiniorum* collata, & hactenus ſubinde renovata ſunt, ut ad omnia *Comitia* tanquam Comites *Honſteinii* vocarentur, quod adhuc 1640. factum eſt. Poſt hæc 1634. tranſactione facta *Fridericus Vlricus* Dux dynaſtiam Lohranam reddidit, ſed *Clettenbergiam* cum opidulo Elrich ad dies vitæ retinendam pactus eſt. Unde ejus morte ſecuta, 1635. hæc etiam à ſucceſſoribus reddita, atque adeo Comites in *plenam poſſeſſionem* juris ſui collocati ſunt, in fide denuo ſuſceptis ſubditis, cancellaria inſtituta Bleicherodæ & multo in reparationem variorum ſumtu facto. Decenter etiam inſinuata hac transactione ab Halberſtadienſibus actualem inveſtituram requiſivere. Aſt 1636. *Ioannes Reichardus Metternichus* Moguntinus præpoſitus & vicarius Halberſtadius utramque dynaſtiam nomine Epiſcopali occupavit: contradixere *Schwvarzburgii & Stolbergii*, & jus proteſtando reſervare conati, querilis ad Imperatorem, ad Archiducem Leopoldum Wilhelmum tanquam Epiſcopum, & in Conventu Imperii Ratiſponenſi 1636. ad Collegium Electorale delatis, à quo cauſa eorum interceſſione adjuta. Obſtitere deſideriis bellica tempora: demum pace Oſnabrugia Domui Electorali Brandeburgicæ hæc Dominia ſatisfactionis loco data ſunt illis verbis: *Cum etiam Comitatus Honſteinienſis pro eo parte qua feudum eſt Epiſcopatus Halberſtadienſis, conſiſtens in duabus dynaſtiis ſive præfecturis Lohra & Klettenberg & quibusdam oppidis, una cum eò pertinentibus bonis & juribus, poſt ultimo defunctum Comitem hujus familiæ, eidem Epiſcopatui applicatus atque à Domino Archiduce Leopoldo Guilielmo, tanquam Epiſcopo Halberſtadienſi, hactenus poſſeſſus fuerit, hunc eundem Comitatum porro quoque penes iſtum Epiſcopatum irrevocabiliter permanere placuit, adeo ut Domino Electori tanquam hæreditario poſſeſſori jam dicti Epiſcopatus Halberſtadienſis de memorato comitatu diſponendi libera facultas eſſe debeat, non obſtante nec vigorem habente ulla contradictione; quæ à quoquam in contrarium moveri poſſit.* Cum ita exciderint Comites his dynaſtiis hac pacificatione communis ſalutis cauſa facta, inter *reſtituendos* referri petiere, & 1654. in Comitiis Ratiſponenſibus in eorum indiculum in publica dictatura relati ſunt, *æquivalentem* hujus damni ſui ſarturam petentes & adhuc ſperantes.

Hiſtoria.

Dominia in pace Brandenburgico conceſſa.

Petita ſatisfactio.

§. XIX. Scuto iſti tres etiam hodie incumbunt *galeæ*, omnes coronatæ. Media tecta pileolo rubeo, cujus ora pontici muris vellere retegitur, inter duo cornua cervina argenteum & rubeum pavoninam caudam globulo aureo impoſitam refert, atque adeo *Honſteinium & Eppſteinio-Kœnigſteinium* (vid. Wap. P. 2. p. 14. 15.) apicem conjungit. Anterior *Stolbergia* coronata inter duas ſtruthionicas argenteas plumas mediam pavoninam caudam ſuſtinet: extremam coronatam *Rupifortiam* cauda iterum pavonina ornat, impreſſam ferens aquilam ſcutariam. Laciniæ ſunt hinc nigræ, iſthinc rubeæ, utrinque auro reflexæ, circa mediam tamen ſunt argenteæ & coccineæ.

Galeæ.

§. XX. Titulus hæc inſignia ille illuſtrat: *Com. Stolbergæ, Kœnigſteinii, Rupifortii,*

Tituli.

Digitized by Google

fortii, (Rochefort,) *VVernigerodæ & Honſteinii, Dn. in Eppſtein, Münzenberg, Breuberg, Aigmunt, Lohra & Clettenberg.*

Caput LII.

Com. de VVolfſtein.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Barones, Comes.*
2. *Scutum. Galeæ.*
3. *In Bucelino ſcutum alienum.*
4. *Titulus.*
5. *Inter proceres imperii.*

§. I.

ILluſtem *VVolfſteiniorum* gentem *Bucelin. P. 4. Germ. pag. 317.* ad *Ehrnpertum* ſeu *Ehrnprechtum* refert, qui 1080. ludis Auguſtanis interfuerit : ante quem alius *VVilhelmus* præſentia ſua Brunſvicenſia torneamenta 996. ornaverat. Ehrnperto nati *Henricus, Ehrnbertus, VVolfgangus :* à quorum hoc gens continuata. Et quidem ejus filius *Theodoricus VVolfhardum* genuit, patrem præter alios *Gundelmanni* & *Engelhardi*, à quibus lineæ : ſed prior in tertia generatione defecit. *Engelhardus* filium habuit *VVernerum*, hic *Engelhardum* genitorem *Godefridi* & *Alberti*. Hic qui 1356. obiit, poſteritatem habuit, in pronepotibus terminatam : *Ille* (Godofridus) alium *Godofridum* genuit, hic ex *VVilpurgi Comitiſſa de Kirchberg VVilhelmum Erentrudæ Com. de VVeiſſenhorn* conjugem, patrem *Friderici*, quo natus *Henricus*, hoc autem præter alios *Engelhardus*, militia celebris ſed cælebs, & *VVilhelmus* Magdalenæ de Waldau maritus, à quo Ampliſſimus *Rittershuſius* tabulam ſuam orſus eſt : hic *Godofredum* reliquit, iſte *Godofredum juniorem*, hic *Albertum*, qui *VVilhelmi* pater eſt : quem ſuperiori ſeculo patrem habuere *Adamus, Godofredus* Canonicus Bambergenſis & Auguſtanus, *Ioannes* atque *Bernardus* primi in gente ſua *Baronum* titulo ornati. Addit de Bernardo Bucelinus: *Anno Chr. 1561. cælebs deceſſit, memorabile plerumque familiæ non diu ſuperſtitis poſt ſtatus mutationem futura.* Aſt gens hæc incluta, nunc quoque per Dei gratiam ſupereſt. Cum *Adami* filius *Ioannes Andreas* (qui Bucelino *VVolfgangus Andreas* dicitur, & 1585. mortuus eſt) *Ioannem Adamum* reliquerit, hic iterum *Georgium Albertum* atque *Ioannem Fridericum*, qui morte ſua 1650. reliquit *Albertum Fridericum* nunc gratia Auguſti noſtri Illuſtriſſimo *Comitis* axiomate ornatum. Familia. Barones. Comes.

§. II. Scutum gentile apud *Sibmach.* Wapenb. P. 1. pag. 19. ſimplex eſt, *aureum duobus leonibus gradientibus coccineis* inſigne. Galeæ vero duæ incumbunt, *prior* coronata ſuſtinet inter expanſas alas duas nigras foliolis aureis ſparſas leonem exorientem coronatum aureum : Ex *altera* protenditur cum collo caput lupi nigrum, aureo ore oviculam nigram portantis, millo revinctum aureo. *Lacinia* etiam extra analogiam tincturæ ſcutariæ ſunt aureæ & atræ. In hoc vero gentili ſymbolo etiam aucta dignitate nihil immutatum eſt. Scutum. Galeæ.

§. III. Ex hoc apparet, ſcutum, quod *Bucelinus* genti tribuit, tribus faſciis exaratum, per errorem ei aſſignatum eſſe. In Bucelin. ſcutum alienum.

§. IV. Titulus habet : *Comes in VVolfſtein, Dominus in Obern-Sulzburg* & *Pyrnbaum.* Quod *Sulzburg* attinet, forte eſt ex matrimonio Werneri Wolfſteinii & Margaretæ de Sulzburg, circa finem ſeculi decimi tertii, vel quarti initium. Titulus.

§. V. Inter Imperii proceres ſunt, & connumerantur *Bavarico circulo.* vid. *Zeiler.* de x. circ. T. 4. p. 225. Inter proceres imperii.

CAPUT

Caput LIII.

Com. de Yſenburg & Budingen.

ARGUMENTUM.

1. *Varia loca nominis Iſenburg ſeu Eiſenburg. Veteres Comites.*
2. *Origo gentis. Iſenburgii ad Ruram.*
3. *Deductio linea inferioris Iſenburgica ſeu Grenſavia. Salentinus Elector. Erneſtus.*
4. *Budingenſes. Linea prior Grenſavia.*
5. *Continuatio Budingenſium. Dieterus Archiepiſc. Moguntinus. Linea Kelſtersbacenſis. Birſteinia. Iterum Offenbachia. Budingenſis.*
6. *Scutum. Apex.*
7. *Antonio conceſſus leo. Hardeccii.*
8. *Linea inferioris Iſenburgia ſcutum.*
9. *Iſenburg in ſcuto & titulis VViedenſium.*
10. *Titulus. Yſenburg infer. Succeſſio. Agnatorum pratenſio.*
11. *Budingen. Superior Comitatus.*

§. I.

Varia loca nominis Iſenburg, ſeu Eiſenburg.

IN Germania noſtra plures ſunt Comitatus, Dominia, arces, quibus ferrei montis vel caſtri, *Iſenburg*, *Yſenburg*, *Eiſenburg*, *Eiſenberg* (qui veterum chartarum plures luſtravit, inveniet talium nominum ſcriptionem variam, nec illud à ſuperiorum ſeculorum orthographiæ minus curioſorum more abhorrere,) appellatio fuit. In *Oſterlandia* Comitatus *Iſenbergius* ſeu *Eiſenbergius* fuit, quem 1395. Wilhelmus Marchio Miſniæ comparaſſe dicitur, & cujus nunc etiam ſymbolum in Saxonico clypeo viſitur, unde de eo egimus in comm. de Sax. inſign. ſ. 1. n. 27. Aliud *Iſenburgum ad Ruhram* in Weſtphalia ſitum eſt, quod ex Marcano-Altenacenſi familia *Eberhardus* filius Adolfi C. Altenacenſis atque frater *Engelberti* Comitis Montium una cum caſtris *Lippe* & *Nienburg* tenuerat, & ad filium aut ex Arnoldo filio nepotem *Fridericum* transmiſit, qui more ejus ſeculi, quo à ditionibus quisque ſuis cognominari ſolebant, dictus eſt Comes *Iſenburgius*, ſed ob agnatum Engelbertum Archiepiſcopum Colonienſem trucidatum ſupplicio 1227. periit, unde dirutis in pœnam caſtris auxilio Colonienſium agnati Marcani ditionum majorem partem occuparunt, ſed quod ex illo Friderico & Margareta Limburgia *Theodoricus* & *Fridericus* filii ſupereſſent, his auxilio avunculi Limburgenſis pars hereditatis paternæ recuperata, & 1243. transactio inſtituta eſt, illi vero à *Limburgo ad Lainam* dein nomen ſumſere Comitum Limburgenſium, Iſenburgenſi omiſſo, nec non roſa, quæ avita teſſera fuerat, cum leone Limburgio commutata, autores *Styrumiorum*, qui nunc etiam ſuperant. (de quare egimus ſuperius L. 2. c. 51. n. 5. ſeq.) Aliud caſtrum eſt ad Rubeaquum ſeu Ruffach in Alſatie *Iſenburg* ſeu *Eiſenburg* à Dagoberto conditum, ſæpius ſedes Epiſcoporum Argentoratenſium, ſed dirutum. *Iſenberga* quoque in Waldecciis eſt, unde Comitum aliqua linea denominatur, & in ea arce ſedes viduæ eſt. Sed & in Svevia *Eiſenberga* eſt, à qua Freibergiorum una linea denominatur Eiſenbergia (ſupra c. 40. n. 6, 9.) Inprimis vero celebris eſt Comitatus *Iſenburgius* ſeu *Yſenburgius* à caſtro familiari non procul Rheno ita dictus, cujus Dominos & eorum inſignia hic conſiderabimus. Porro non uno modo nomen hoc olim ſcriptum eſſe argumento eſt ſubſcriptio diplomatis apud *Nicol. Serar. Rerum Mogunt.* cui anno 1135. *Regenboldus* & *Gerlacus de Yſenberg* ſubſcripſere. In libro torneamentorum, pag. 23. refertur Magdeburgicis ludis 938. interfuiſſe *Ioannes* Comes in Eyſenburg. In torneam Brunſvic. pag. 996. *Arnoldus Dn. in Eiſenburg*, quem ob hanc tituli variationem regentis Comitis putant fuiſſe filium vel fratrem.

Veteres Comites.

Origo gentis.

§. II. Quæ plerarumque Illuſtriſſimarum familiarum fata fuere, ut & documenta pleraque antiquiora variis caſibus perierint, & priſci minus curioſi in ſua progenie notanda fuerint, eadem hujus etiam ſors eſt, unde juſtam ſeriem non niſi ad *Henricum Iſenburgium Comitem*, qui à 1240. usque ad 1286. floruit, deducere hactenus licuit. Ex hujus autem haud dubie majoribus fuit *Heſſo Comes & Dn. de Iſenburg*, qui 1140. vixit, & conjugem habuit filiam *Ludovici ſenioris Comitis in Arnſtein, Domini Veſaliæ, Bopartiæ, Goarisani & Lanſteinii.* Hujus affinis *Ludovicus junior*, qui cum uxore Gutha de Bonneburg in cœnobium Præmonſtratenſe, quod fundaverat, jur

gnade

gnade GOttes dictum, ingreſſus & 1185. mortuus eſt, Iſenburgicis ditiones tradidit: qui magna ex parte illas *Naſſoviis* vel *Catimelibocenſibus* vendidere. Heſſione autem natus dicitur *Arnoldus Epiſcopus Ultrajectinus 1197. & Ioannes Com. & Dominus de Iſenburg 1183. Irmgardis Catimelibocenſis* maritus. Huic video filios aſſignari *Fridericum, Engelbertum & Brunonem Epiſcopos Oſnabrugenſes, Dietericum Epiſcopum Monaſterienſem, & Lotharium præpoſitum Colonienſem ad S. Cuniberti*, tum Friderici filium *Dieterum* nominari, qui Henrici ſupra memorati pater fuerit. Verum enim vero *Fridericus* ille cum fratribus, quod §. ſuperiori monuimus ad Marcanam familiam ſpectat, & alterius *Iſenburgi ad Ruram* fuit Comes, gente atque inſignibus à noſtris diſtans, & quod alibi deduximus, *Limburgiorum-Styrumiorum* ſator. Henrici vero frater creditur fuiſſe *Arnoldus* Comes, qui inter Electores & Archiepiſcopos *Trevirenſes* refertur, & 1259. exceſſit. Iſenburgii ad Ruram.

§. III. *Henrico* creditur uxor fuiſſe ex *Limburgiorum ad Lanum* gente. Eo vero nati ſunt *Gerlacus, Ludovicus & Eberhardus*. Ex his *Ludovicus* Budingenſis rami ſator indubie eſt, ab *Eberhardo* reliqua linea dicta de *Nieder-Iſenburg*, quam tamen alii à *Gerlaco* derivant, ſed & in graduum aſſignatione video nonnihil variari. Hic dabo ab Illuſtriſſima familia ſubminiſtratam, iſto ordine, ut *Eberhardo* genitus ſit *Salentinus* maritus Margaretæ C. Solmenſis, qui fratrem habuit *Gerlacum* maritum Judithæ Eppſteiniæ, & filium *Salentinum II.* cui ab Adelheide filia Eberhardi Dn. de *Grenſau* ſeu *Grenzau* agnata iſtud Dominium obtigit. Salentino II. natus *Salentinus* Canonicus Mogunt. 1429. & præpoſitus Colonienſis 1472. extinctus & *Gerlacus*, ex Hildegardi filia Arnoldi Dn. de Sirck pater *Salentini*, quo & Margareta f. Bernardi C. Solmenſis nati *Salentinus Comes Iſenburgi & Dn. in Iohannsberg*, prope Lucenburgum, Hypothecarius Dominus opidi *Nimegen*, qui uxorem habuit *Eliſabetham* f. *Henrici Dn. de Havelſtein* ſeu *Hunoldſtein*, atque *Gerlacus Dominus in Grenſau*, qui ſuſcepit ex Anaſtaſia Com. de Mœrs, prætet *Ioannem Electorem Trevirenſem*, qui ab Alberto Brandeburgio plurimum vexatus 1556. deceſſit, *Gerlacum*, & *Henricum* ſucceſſorem: Hic iterum ex Margareta Wertheimia *Salentinum, Antonium, & Ioannem Canonicum*: Ex his *Antonio 1577.* improle ex Antonia Penelope Brederodia mortuo, *Salentinus*, qui *Archiepiſcopus Colonienſis* & Epiſcopus *Paderbornius* fuerat, mitram cum Comitatus regimine commutavit, & ex Antonia Wilhelma Ligneſia Arenbergia ſuſcepit *Erneſtum*, qui Comes Iſenburgi & Dn. Grenſaviæ, Hiſpaniæ Camerarius & Conſiliarius ſtatus & belli, Campi Mareſcallus, & Eques Aurei velleris 1664. nullis ex Carolina Pr. Arenbergia & Maria Anna Hohenzollerana relictis liberis decedens ſuam clauſit lineam. Deductio lineæ inferioris Iſenburgicæ f. Grenſaviæ. Salentinus Elector. Erneſtus.

§. IV. Quod ad *Ludovicum* attinet, cujus linea *ſuperior Iſenburgica* vel *Budingenſis* dicta eſt: is *Helvigem Budingenſem* ex parte heredem nxorem habuit, & adhuc 1302. vixit. Habuit filios *Henricum*, cui Liſa de Hohenfels uxor, *Ludovicum* præpoſitum Wezlarienſem, *Wilhelmum* ſucceſſorem ſed *ævadu Fridericum* & *Lotharium* ſeu *Lutherum* antea Eccleſiaſticum, ſed dein Iſengardis Munzenbergiæ maritum. Hic in ſuis 1321. numeravit *Budingen, Eckartshauſen, Floshach, tertiam partem in Wolferborn*, die gericht *Saſſinhauſen, Breidenau, Sinſinbach, Nauenrod, Erbach*, quæ omnia ſua & quidem feuda vocat, *tertiam partem in Seelbold*, Erbachtheil am Landgericht / *partem in Efflurbach, Gleeburg* gericht *dimid. Grenſau cum appertinentiis, Vilmar*, &c. 1324. una cum Trimbergio à Godofredo Dn. de Bruneck emit ejus partem in *Burggraviatu Gelnhuſano*, nec non 1335. à Trimpergiis *Birnſtein* & *Vdenhain*. Eo nati *Henricus* & *Philippus*, quorum hunc pater parochiæ Budingenſi præſentavit 1324. ſed patri & fratri rebellis factus eſt; res transacta 1337. eique conceſſa *Grenſavia*. Eo natus *Eberhardus Dn. in Grenſau*, qui 1371. cum patruo & patrueli pactus eſt, ut agnati *Gerlaci Iſenburgii* Domini hereditatem armis occuparent; & poſthac nihil Iſenburgiorum bonorum Principi cuiquam vendere liceret. Eo atque Mechtilde C. Marcana nati *Philippus*, *Mechtildis* conjux Joannis C. Naſſoviæ & *Adelheidis* uxor Salentini C Iſenburgii. Illo mortuo Dieterus Comes Iſenburgius tranſigens cum Abbate S. Matthiæ Trevir. feudi Domino *Vilmariam* obtinet, *Grenſavia* autem ad Iſenburgi inferioris Comites delabitur. Budingenſes. Linea prior Grenſavia.

Continuatio Budingenſium.

§. V. Major frater *Philippi* fuit *Henricus* Adelheidis Hanoicæ 1332. maritus. Ei cum fratre, dein Trimbergiis, de *Birſteina* controverſia fuit, & 1358. cum *VVeilnaviis* pacem caſtrenſem (Burgfrieden) conſtituit, 1353. Budingæ libertatem civitatis conceſſit. Nati ſunt illo *Iohannes*, *Henricus & VVilhelmus* præpoſitus Limpurgenſis. *Ioannes* Sophiæ Wertheimiæ maritus, genuit *Agnetem Gerlaci C. VViedenſis* uxorem atque *Ioannem*, qui 1405. cum aliquibus nobilibus caſtrum *Stade* à Johanne Dn. Limpurgio emit. 1399. primus aliqua feuda *Palatina* accepit, & 1408. mortuus eſt, relicto ex Margareta Cazenelebogia *Dietero*, qui ad 1461. ſuperfuit, ab uxore Eliſabetha C. Solmenſi, vigore *Falckenſteiniæ* diviſionis 1419. 1420. quædam *Triquernatibus* (Dreyeich) & *VVeteravia* obtinuit, verum ob Saynenſium communionem filio *Ludovico* neceſſe fuit pretio eadem comparare. 1442. præter exemptionem à peregrinis judiciis 1434. à Sigismundo conceſſam, ab Imperatore *Friderico Comes* & *Budinga* Comitatus titulo ornatur, quo nec egverat, à majoribus è Comitum proſapia ortus, qua dignitate nunquam exciderat. Cum Weilnavii eousque in communione *Birſteinæ* fuiſſent, ei 1438. vendidere *Birſteinam*, *Reichenbach* & alia. Eo nati ſunt *Dieterus*, *Bernardus* Eq. Teuton. *Ioannes* Carthuſianus, *Otto* Eq. Joann. *Ludovicus*, *Philippus*, *Ioannes*. Ex his *Dieterus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus* fuit,

Dieterus Archiep. Mogunt.

electus 1459. controverſia cum *Adolpho Naſſovio* electione, ſed Pontificem *Pium II.* ex illis præcipue cauſis, quod onera clero impoſita improbaret, pallium tanti non redimere vellet, & convocationem Electorum ex Pontificis voluntate ſuſpendere renueret, adverſum experiri coactus eſt, unde graviſſima bella, pro ipſo faciente Friderico Victorioſo Palatino Electore; cedere vero, Moguntia occupata, & certis aſſignatis locis contentus eſſe neceſſe habuit 1462. donec 1475. Adolpho mortuo ſuccederet; mortuus eſt 1482. *Academiæ Moguntinæ* autor. Solus vero in Comitatu patri ex ejus voluntate ſucceſſit *Ludovicus*, qui plura Comitatui avito augendo coëmit, pretio ad 128000. floren. aſcendente, & feliciſſime ſua rexit, ad mortem usque 1511. Teſtamento etiam de liberis diſpoſuit, quod tamen ſervatum non eſt. Reliquit ex Maria Naſſovia, *Dieterum*, *Philippum & Ioannem*, quorum ille cælebs, hi duo lineas ex ſe dedere *Kelſtersbacenſem & Birnſteinenſem*; In *illa* Philippo *Antonius* natus eſt, pater ex *Anna* C. Wiedenſi conjuge *Georgii*, *VVolfgangi*, *Henrici*, qui ſucceſſive ditionibus præfuerunt, ſed liberis caruere, hic etiam qui 1601. mortuus, *Kelſtersbacum* Haſſiacis vendidit, quod contra pacta familiæ factum agnati impugnavere, & litem in Camera Spirenſi intentarunt. Aliæ etiam lites exortæ ob *Ioannem Ottonem* Antonii ex Catharina Gumpelia filium, de cujus natalibus diſceptabatur. In *altera* linea *Ioannes* ejus autor, qui

Linea Kelſtersbacenſis.

Birſteinia.

1517. & 1519. cum fratribus partitus eſt hereditatem, & ex Dietheri morte 1521. *Birſteinam* atque *VVechtersbach* accepit, reliquit 1533. moriens ex Anna Schwarzenburgia, *Reinhardum 1568. Antonium 1548. Ludovicum 1588. Ottonem* poſthumum ex vulnere prælio Sivershuſano accepto 1553. extinctos, & ſtemmatis propagatorem *Philippum*, quo & Ehrengardi Solmenſi natus eſt *VVolfgangus Erneſtus* ſolus totius Comitatus ex hereditate Dominus, qui 1633. mortuus eſt, genitis ex prima & tertia conjuge Anna Gleichia & Juliana Witgenſteinia, filiis qui ad maturitatem pervenere *VVolfgango Henrico*, *Philippo Erneſto*, *Philippo Ludovico VVilhelmo Ottone*, *Ludovico Arnoldo*, *Ioanne Erneſto*: à primo & ultimo duæ lineæ, quæ nunc etiam ſuperant, prognatæ, ab habitationis loco dictæ, *Offenbachia* atque *Budingenſis*. In illa ſuperant ex Maria Magdalena Naſſovia filius & nepotes Illuſtriſſimi *Icanes Ludovicus*, Mariæ Julianæ Hanoviæ, ac Luiſæ Naſſoviæ Principis, atque *Ioannes Philippus* Carolæ Amaliæ Palatinæ, *VVilhelmus Mauritius* Annæ Amaliæ agnatæ mariti; In *Budingenſi* ſuperant ſub *Illuſtriſſimæ* matris *Mariæ Carolæ Erpachiæ* cura *Illuſtriſſimi Ioannes Caſimirus*, *Ferdinandus Maximilianus*, *Georgius Albertus*, *Carolus Auguſtus*.

Iterum Offenbachia. Budingenſis.

§. VI. Quod teſſeram gentilitiam attinet, pro more vetuſtiſſimarum plurimarum ſtirpium ſimplex ea eſt, videlicet *argento inducta duæ faſciæ nigræ*. In diplomate, quo in Antonii Comitis gratiam ſcutum auctum eſt à Carolo V. 1547. 12. Novemb. ita deſcribitur: **Ein weiſſer oder ſilberfarber ſchild / darinnen überzwerg gehen zwo ſchwartze ſtraſſen mit der feldung gleicher gröſſe eingetheilet / auff dem ſchild ein gelb oder goldfarber Thunierhelm / geziehrt mit weiß und ſchwartzen helmdecken / darauf gegen einander zween ſchwartze auffgethane flügel / in jedem ſieben**

Scutum

Apex.

Digitized by Go

ſieben gelber oder goldfarber linden-blätter abwarts gekehrt. Quibus verbis etiam apex deſcribitur, videlicet jugum expanſum alarum nigrarum, quarum ſingulæ ſeptenis foliis tiliæ aureis ſpargitur. Laciniæ ſunt argenteæ & atræ.

§. VII. Diximus Comitis *Antonii* ſcutum novo auctum eſſe decore, impoſito nimirum faſciis gentilibus parmula *cærulea leone aureo*, cujus lingua & falculæ rubent, inſignita: qualis etiam adverſus galeæ inſidet inter alas familiares foliolis ſparſas. *Laciniæ* etiam hinc atræ & argenteæ, iſthinc aureæ & cæleſtinæ circumfunduntur. Ita verba habent diplomatis: **Dieſes nachgeſchriebene wapen und kleinodt / ſo weyland Sein / Grafens Antonii / voralteru die Grafen von der Hardeck geführet und gebauet haben / und durch abſterben deſſelben geſchlechtes mannlichen ſtammens uns und dem Reich heim gefallen iſt / nemlich ein blauer oder laſur-farber ſchild / darinnen für ſich auffrechts ein gelber oder goldfarber löw mit außſchlagender rother zungen und klauen / aufgeworffenen ſchwantz / ſeine vördere rechte prancken gegen der vördern übereck deß ſchilds und die lincke abwarts haltend in mitte deß obbeſtimmten ihres alten Yſenburgiſchen wapens / und dann auf dem helm zwiſchen beyden flügeln auffrechts auch einen gelben oder goldfarben löwen mit ausgeſchlagener rothen zunge und rothen klauen.** Porro audimus ab *Hardeccis* eſſe hunc leonem, & hos in Antonii majoribus numerari; Fateor autem me non habere, quod de hac re dicam, qui nec Hardeccios in avis Antonii juxta genealogias hactenus viſas deprehendo, nec ſatis diſcerno, an iidem ſint Hardeccii Auſtriaci, quorum jam inſignia & titulus iſto tempore in Prueſchenckia familia fuerat. vid. ſupra c. 22. an alii qui hic vocantur, **von der Hardeck.** Porro linea *Antonii* Kelſterſpacenſi in ejus filiis terminata, hoc quoque ſymbolum deſiit. Antonio conceſſus leo. Hardeccii.

§. VIII. Quod *inferioris Iſenburgi* lineam attinet, illi video tribui in *argento duas faſcias rubeas*, quales etiam ſunt in *Sibmach.* **Wapenb.** P. 1. pag. 17. in laterculo primo & quarto *Yſſenburgio*, & quidem tales ab illa familia diutius geſtatas non dubito: quod aliqui errore factum exiſtimant, ego vero ſuſpicor, ex more ſuperiorum ſeculorum ſoliti factum, quo pluries duo fratres diſtinguendis lineis colores figurarum ſoliti ſunt mutare. Relatum accepi, cum *Erneſtus* iſtius lineæ ultimus Budingam aliquando acceſſiſſet, vidiſſetque inſignia faſciarum nigrarum, agnoviſſe ſuorum πατρόφωτα, & de eo meditatum, ut has ſuas mutaret: quod factum eſſe ex eo video, quando *Chifflet. inſ. Eq. A.V. n. 373.* Erneſti ſcutum & apicem argento & nigro pingit, ſicuti ſupra deſcripſimus. In Sibmachero autem rubeis illis faſciis in quadripertito ſcuto, opponuntur binæ faſciæ nigræ auro inductæ laterculorum ſecundi & tertii. Ita etiam duas imponit galeas, utramque jugo expanſo alarum ornatum, quarum ſubinde prior argento duas faſcias rubeas, altera aurea nigras continet. Laciniæ ſunt hinc atræ & argenteæ, iſthinc nigræ & aureæ. Forte dixeris *Grenſaviam* altero ſymbolo notari. Lineæ inferioris Iſenburgici ſcutum.

§. IX. In *VViedenſi* ſcuto L. 1. c. 99. n. 2, 5. vidimus itidem *faſcias rubeas Iſenburgias*, de quibus illud prioribus addendum eſt. Joannem C. Iſenburgi ex Budingenſibus 1376. cum Wilhelmo Com. Wiedenſi de agnati Gerlaci Iſenburgii hereditate (ad quam unde jus Wiedenſibus fuerit nondum comperi,) ita pactum eſſe, ut filius Wilhelmi Gerlacus Joannis filiam Agnetem duceret, & iſtam ſibi vindicaret: ob quod in caſtro familiari Iſenburg portio ſua eſt Wiedenſibus, & 1402. Gerlacus & Agnes renunciarunt univerſæ dynaſtiæ Budingenſi & reliquæ ſucceſſioni Joannis. Iſenburg in ſcuto & titulis Wiedenſium.

§. X. Titulus ſimplex eſt: *Comites de Yſenburg & Budingen. Yſenburgi* nomen notat ipſum Comitatum, à caſtro illo gentili denominatum, qui annumeratur *circulo inferiori Rhenano* ſeu Electorali. Porro extincto 1664. Erneſto ſine liberis agnati confeſtim miſere, qui poſſeſſionem apprehenderent, ſed percepere, ab Electoribus *Trevirenſi* & *Palatino* proprio nomine, & ab *Abb. Fuldenſi* nomine Baronis de *VValderdorf*, qui pridem feudorum Fuldenſium expectativam obtinuerat, eam jam occupatam; unde Yſenburgii querelas ſuas detulere, nec tamen reſponſa categorica obtinuere, hactenus vero tumultibus bellicis à perſequendâ prætenſione, agnatione nixa, impediti de futuro ſucceſſu melius ſperant. Titulus. Iſenburg infer. Succeſſio. Agnatorum prætenſio.

Digitized by Google

Budingen. Superior Comitatus

